Del Collegio de la Compañia de Jesus de Granada R. 5123 Bª

DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum glossis,

GREGORII XIII. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.

Ad exemplar ROMANVM diligenter recognitum.

Por comision de los Sres Inquisidores corrego este libro conforme a la censura de la Sta General Inquision en Granada 29. de Octubre 1642.
Miguel Vasquez.

Nihil obstat
Ex Commiss. Sanctiss. Inquisitionis hic liber correctus et expurgatus an. 1707
Paulus de Cardenas

LVGDVNI,

M. D. LXXXIIII.

De licentia eiusdem D. N. GREGORII XIII. Pont. Max.

Del Collegio de la Compañia de Jesus de Granada R. 5128 Bª

DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum gloſsis,

GREGORII XIII. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.

Ad exemplar ROMANVM diligenter recognitum.

Por comission de los Sres Inquisidores corrego este libro conforme assi la censura de la Sta General Inquisicion en Madrid 29. de Octubre de 1648.
Miguel Vasquez.

Madrid
Ex Commiss.to Inquisitionis hic libros correctis à Sr. Expurgatorij an. 1707
Paulus de Cardenas

LVGDVNI,

M. D. LXXXIIII.

De licentia eiuſdem D. N. GREGORII XIII. Pont. Max.

GREGORIVS
PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CVM pro munere paſtorali humeris noſtris iniuncto id præcipuè nobis propoſitum habeamus, vt omni ſtudio, diligentiaq; omnes Chriſtifideles his præſertim tam grauibus, calamitoſiſque temporibus in recta, & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum, & prouidendum ſit, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occaſionem ſubtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate inſignium virorum ſtudio, Decretum Gratiani nuncupatum abſque gloſſis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædeceſſoris noſtri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus gloſſarum auctoribus, quibus cum viri pij, & Catholici fuerint, ignoſcendum videtur, ſi quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque à ſacris Concilijs diffinita fuerant, liberius locuti ſunt: Verum etiam cum his, quæ ab impijs ſcriptoribus tam extra in marginibus, quàm etiam intra aſperſa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipſum Decretum abſque gloſſis à præfatis à nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illuſtratum exiſtat, ipſiuſque maior pars à dilecto filio Paulo Conſtabili, tunc ſacri noſtri Palatij Apoſtolici Magiſtro vnà cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorij Noni prædeceſſoris noſtri iam impreſſis recognita, & approbata ſit. Reliquum vero eiuſdem Decreti vnà cum annotationibus prædictis tam abſque gloſſis, quàm ipſum totum cum gloſſis, Sextumque & Clementinas ſimul, & Extrauagantes à dilecto filio Sixto Fabri, eiuſdem Palatij noſtri Apoſtolici Magiſtro recognoſcenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potiſſimum vt libri ſacri in ea fideliter, & incorruptè imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impreſſa diuulgari iuſſerimus, ac vt ad maiorem Chriſtifidelium vbique tam intra, quàm extra Italiam citra, & vltra montes commorantium commoditatem hoc iuris Canonici Corpus fideliter, & incorruptè iuxta exemplar hic Romæ impreſſum à Catholicis Typographis, à Romano Populo, ſiue ab eo deputatis

putatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi possit. Nos opportunè prouidere volentes, vt hoc Ius Canonicum sic expurgatum ad omnes vbique Christifideles sartumtectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inuertere, nullâue interpretamenta adiungere, sed prout in hac nostra Vrbe Roma nunc impressum fuit, semper, & perpetuò integrum, & incorruptum conseruetur. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine omnibus, & singulis in nostro, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio, nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecto commorantibus, vel ad illud quouis prætextu aduenientibus, ac etiam extra dictum dominium vbilibet existentibus Typographis, & librorum impressoribus, ac Bibliopolis, & quibuscunque alijs personis vtriusque sexus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, & quo ad nunc, & pro tempore in dicto nostro, & Romanæ Ecclesiæ dominio mediatè, vel immediatè subiecto commorantes, etiam vltra præmissa sub amissionum librorum, ac mille ducatorum auri de Camera pro vna videlicet officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis, & pro alia accusatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici executori irremissibiliter applicandorum, alijsque arbitrij nostri pœnis eo ipso si & quoties contrafactum fuerit, & per quemlibet contrauenientem incurrendis apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus, & interdicimus, ne ipsius Gratiani Decretum cum annotationibus, & idem cum glossis, Decretalibus Gregorij Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt præfertur, de cætero per Decennium à Data præsentium sub quouis titulo alibi quàm in Vrbe nostra, & in eadem officina impressoria dicti Populi Romani, & ijs, quibus ab eodē Populo Romano, & ab eo ad hoc pro ipso Populo deputatis, tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet facultas, & licentia per dictum tempus desuper concessa fuerit, prout nos eidem Populo Romano, & eisdem ab eo deputatis, vt huiusmodi licentiam, & facultatem tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet cuicunque, & quibuscunque ipsi Populo Romano, seu eius pro eo Deputatis pro tempore videbitur, & placebit, ac pro tempore eidem Populo, & eius Deputatis visum fuerit, significata prius nobis, & approbata persona, concedere, illamque sic concessam prout, & quando sibi placuerit, reuocare liberè, & licitè valeant, indulgemus, impressum, & imprimendum tenere, vendere, dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere, vel transferre, neque etiam ipsi absque expressa etiam in scriptis licentia eiusdem Populi Romani, & ab eo Deputatorum dictum Gratiani Decretum cum ipsis annotationibus, & idem cum glossis, Gregorij Noni prædecessoris nostri Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt dictum est imprimere, nec per dictum decennium ab eis, vel alijs præterquam à dicto Populo Romano, & ab eo Deputatis, vel de eorum licentia, vt præfertur, impressum, & imprimendum aliàs habere, seu tenere, aut etiam vendere, vel donare, seu imprimi, teneri, vendi, donari, aut aliàs transferri facere per se, vel alium, seu alios publicè, vel occultè, directè, seu indirectè quouis quæsito colore, vel ingenio audeant, seu præsumant: ita quòd etiam nulli omnino hominum tam in Vrbe, & tota Italia, quàm extra vbiuis Terrarum, Regnorum, Regionum, & Prouinciarum totius orbis liceat huiusmodi libris dicti Iuris Canonici sic, vt præfertur, de mandato nostro recognitis, correctis, & expurgatis quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere, sed provt opus huiusmodi Romæ nunc impressum fuit, semper, & perpetuò integrum, & incorruptum conseruetur, statuimus, sancimus, & ordinamus,

Mandan-

Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisque locorum ordinarijs, & eorum Vicarijs in spiritualibus, & temporalibus, & in statu temporali sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam Legatis, Vicelegatis, Sedis Apostolicæ, ac ipsius status Gubernatoribus, Potestatibus, & Locumtenentibus, vt quoties pro parte dicti Populi Romani, & ab eo Deputatorum, seu licentiam, & facultatem ab ipsis, vt præfertur, pro tempore habentium, fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, eisdem Populo, & Deputatis, ac ab ipsis licentiam, & facultatem haben. efficacis defensionis præsidio assistentes, præmissa ad omnem Populi Romani & ab eo Deputatorum prædictorum licentiam, seu facultatem haben. requisitionem contra inobedientes, & rebelles etiam per censuras Ecclesiasticas, etiam sæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Et insuper quia difficile admodum esset præsentes litteras ad quælibet loca deferri, Volumus, & eadem apostolica auctoritate decernimus, illarum transumptis, & exemplis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Curiæ, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & etiam in ipsis operibus impressis plenariam, & eandem prorsus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra iudicium haberi, quæ præsentibus haberetur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quorumcunque locorum, Gymnasiorum, & Vniuersitatum, etiam studiorum generalium iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apostolicis etiam illis, & illorum, ac quibusuis alijs personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, & approbatis, ac imposterum concedendis, & approbandis. Quibus omnibus etiam si de illis specialis mētio habenda esset, eorum tenores præsentibus pro expressis haben. illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, Contrarijs quibuscūque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facien. plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctū Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Iulij. M. D. LXXX. Pontificatus nostri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

In nomine Domini, Amen.

HOc est sumptum, transumptum, & exemplare cuiusdam breuis per Sanctissimum Dominum nostrum Gregorium Pap.xiij. imprimendi Juris Canonici Corpus, de quo in eodem breue per decennium inclyto Populo Roman. sub die prima mensis Julij, 1580. concessi. fideliter, legaliterq; per me Notarium publicum infrascriptum transumpti & exemplati, nil addito vel diminuto quod substantiam mutet vel intellectum variet, nisi fortè litera vel syllaba, quæ substantiam mutare aut intellectum variare non habent: Cuius quidem breuis tenor talis est, prout infra sequitur, videlicet, Gregorius xiij. Pap. Ad futuram rei memoriam, Cum pro munere pastorali humeris nostris iniuncto id præcipuè nobis propositum habeamus, vt omni studio, diligentiaq; omnes Christifideles his præsertim tam grauibus, calamitosis q; temporibus, in recta & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum & prouidendum sit, vt omnem omnibus oberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina & pietate insignium virorum studio, Decretum Gratiani nuncupatum absq; glosis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalib. Greg. Pap. ix. prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis & Extrauagantib. non modo cum veteribus glosarum auctoribus, quibus cum viri pij & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob priorem in illis, vel quia nondum plerăque à sacris conciliis diffinita fuerant, liberius locuti sunt: verum etiam cum his, quæ ab impijs scriptoribus, tam extra in marginibus, quàm etiam intra aspersa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipsum Decretum absque glosis, à præfatis à nobis deputatis iam totum emendatum & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque maior pars à dilecto filio Paulo Constabili: tunc sacri nostri Palatij Apostolici Magistro, vnà cum dictis Decretalibus felicis recordationis Greg. ix. prædecessoris nostri iam impressis recognita & approbata sit. Reliquum vero eiusdem Decreti vnà cum annotationib. prædictis tam absque glosis, quàm ipsum totum cum glosis, Sextumq; & Clementinas simul, & Extrauagantes, à dilecto filio Sixto Fabri, eiusdem Palatij nostri Magistro recognoscenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potissimum, vt libri sacri in ea fideliter & incorruptè imprimantur: erecta fuit, imprimi, & impressa diuulgari iusserimus, ac vt ad maiorem Christifidelium vbique tam intra quàm extra Italiam, citra & vltra montes commorantium commoditatem hoc Iuris Can. Corpus fideliter & incorruptè iuxta exemplar hic Romæ impressum, à catholicis Typographis, à Romano Populo, siue ab eo deputatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi possit. Nos opportunè prouidere volentes, vt hoc Ius Can. sic expurgatum ad omnes vbique Christifideles sartum tectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inuertere, nulláue interpretamenta adiungere: sed prout in hac nostra vrbe Roma nunc impressum fuit, semper & perpetuò integrum & incorruptum conseruetur. Motu proprio, & ex nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus & singulis in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio, nobis, & eidem Rom. Eccl. mediatè vel immediatè subiecto commorantibus, vel ad illud quouis prætextu aduenientib. ac etiam extra dictum dominium vbilibet existentib. Typographis, & librorum impressoribus, ac Bibliopolis, & quibuscunque alijs personis vtriusque sexus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris latæ sententiæ: & quo ad nunc, & pro tempore in dicto nostro & Rom. Ecclesiæ dominio, mediatè vel immediatè subiecto commorantes, etiam vltra præmissa sub amissionis librorum, ac mille ducatorum auri de Camera, pro vna videlicet officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis, & pro alia accusatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici executori irremissibiliter applicandorum, alijsque arbitrij nostri pœnis eo ipso si & quoties contra factum fuerit, & per quemlibet contrauenientem incurrendis Apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus & interdicimus, ne ipsius Gratiani Decretum cum annotationib. & idem cum glosis Decretalib. Greg. ix. prædecessoris nostri, Sexto Clementinis & Extrauagantib. vt præfertur de cætero per decennium à data præsentium sub quouis titulo alibi quàm in vrbe nostra, & in eadem officina impressione dicti Pop. Rom. & ijs quibus ab eodem pop. Rom. & ab eo ad hoc pro ipso populo deputatis, tam in Italia, quàm extra Italiam, vbilibet facultas & licentia per dictum tempus desuper concessa fuerit, prout nos eidem Popul. Rom. & eisdem ab eo deputatis, vt huiusmodi licentiam & facultatem tam in Italia quàm extra Italiam, vbilibet cuicunque & quibuscunque ipsi pop. Rom. seu eius pro eo deputatis pro tempore videbitur, & placebit, ac pro tempore eidem populo, & eius deputatis visum fuerit, significata prius nobis, & approbata persona, concedere, illamq; sic concessam, prout, & quando sibi placuerit, reuocarè liberè, & licitè valeãt, indulgemus, impressum & imprimendum tenere, vendere, dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere vel transferre, neque etiam ipsi absque expressa etiam in scriptis licentia eiusdem inclyti pop. Rom. & ab eo deputatorum dictum Grat. Decretum cum ipsis annotationibus, & idem cum glosis Gregor. ix. prædecessoris nostri Decretalibus Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus vt dictum est, imprimere per dictum decennium, ab eis vel ab alijs, præterquam à dicto Popul. Roman. & ab eo deputatis, vel de eorum licentia vt præfertur, impressum & imprimendum, aliàs habere seu tenere, aut etiam vendere vel donare, seu imprimi, teneri, vendi, donari, aut aliàs transferri facere per se vel alium seu alios, publicè vel occultè, directè seu indirectè, quouis quæsito colore vel ingenio, audeant seu præsumant: ita quod etiam nulli omnino hominum tam in vrbe, & tota Italia, quàm extra, vbiuis terrarum, regnorum, regionum & prouinciarum totius orbis liceat huiusmodi libris dicti Juris Can. sic vt præfertur, de mandato nostro recognitis, correctis, & expurgatis, quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nulláue interpretamenta adiungere: sed prout opus huiusmodi Romæ nunc impressum fuit, semper & perpetuò integrum & incorruptum conseruetur, statuimus, sancimus, & ordinamus. Mandantes vniuersis & singulis venerabilib. fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisq; locorum ordinarijs, & eorum Vicarijs in spiritualibus & temporalibus, & in statu temporali sanctæ Romanæ Ecclesiæ, etiam Legatis, Vicelegatis sedis Apost. ac ipsius status Gubernatoribus Potestatibus & Locumtenentib. vt quoties pro parte dicti Pop. Rom. & ab eo deputatorum seu licentiã, & facultatem ab ipsis vt præfertur, pro tempore habentium fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, eisdem Populo, & deputatis, ac ab ipsis licentiam, & facultatem habentem efficacis defensionis præsidio assistentes præmissa ad omnem Pop. Rom. & ab eo deputatorum prædictorum licentiam seu facultatem habentem requisitionem contra inobedientes, & rebelles, etiã per censuras ecclesiasticas & sæpius aggrauantem, & per alia iuris remedia, auctoritate Apostolica exequantur: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, & insuper, quia difficile admodum esset præsentes litteras ad qualibet loca deferri, Volumus, & eadem Apost. auctoritate decernimus illarum transumptis & exemplis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Curia vel

ria vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & etiam in ipſis operibus impreſſis, plenariam, & eandem prorſus fidem vbique tam in iudicio quàm extra iudicium haberi, quæ præſentibus haberetur. Non obſtantib. conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, & quorumcunq; locorum, Gymnaſiorum & Vniuerſitatum, & ſtudiorum generalium iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis etiam, illis & illorum, ac quibuſuis alijs perſonis, ſub quibuſcunque tenorib. & formis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilib. ac alijs in contrarium quomodolibet conceſſis & approbatis, ac in poſterum concedendis & approbãdis: Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis mentio habenda eſſet, eorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquib. communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas nõ facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die prima Iul. 1580. Pontificatus noſtri anno ix. In calce vero ſupraſcripti breuis originalis talis aderat ſubſcriptio, & c. Cæ. Glorierius. à tergo vero eiuſdem originalis breuis impreſſum aderat ſigillum ſub annulo Piſcatoris.

Et quia ego Nic. Pirotus, Rom. Pub. Dei gratia Apoſtolica & Imperiali poteſtate & conſ. ac illuſtr. dd. Conſeruatorum Cameræ almæ vrbis not. ſupradictum tranſumptum fideliter aliena manu mihi fida exemplari feci, factaq; de eo cum ſuo proprio originali diligenti auſcultatione: Ideo in præmiſſorum ijdem robur & teſtimonium me hic manu propria ſubſcripſi & publicaui, ſignóque meo ſolito & conſueto requiſitus ſig. ſub anno Domini, 1582. Põtificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & D. N. D. Greg. Pap. xiij. anno eiuſdem vndecimo, indictione decima menſis Auguſti, die vero decima octaua eiuſdem.

N.P.

Hieronymus Mattheius, Prothonot. Apoſtolicus ſanctiſſimi D. N. Pap. eiusq; Cameraryj, necnon Curiæ cauſarum Camer. Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius, & c. Vniuerſis, & c. fidem facimus & atteſtamur ſuperius D. Nicolaum Pirotum, de præmiſſis rogatum fuiſſe & eſſe pub. fidelem, legalem & authenticum Notarium, ſuisq; ſcripturis publicis in iudicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe & de præſenti adhiberi fidem, in quorum fidem, & c. Datum Romæ, in ædibus noſtris, ſub anno, indictione, die, menſ, & Pontific. quibus ſupra.

Pro. D. Rodulpho Cellerio, Notario.

Marcus anus Brutus, Connoc.

In nomine Domini, Amen.

ANno à natiuitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domin. Gregorij, diuina prouidentia Papæ xiij. anno eiuſdem vndecimo, indictione x. menſis Auguſti, die vero xvj. In mei Notarij publici, teſtiúmque infra ſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, præſentia, præſentes, & perſonaliter conſtituti Illuſtres dom. Bernar. Aldobrandinus, Patritius de Patritijs, & Valerius de Valle, Patritij Romani, ab inclyto Popul. Romano ſuper ſtampa eiuſdem inclyti Populi Romani deputati pro ſeipſis ac meæ, & nomine illuſtr. Finis Proſperi Buccapaduly ſimiliter deputati abſentis, citra tamen quorumcunque procuratorum per eos quo ſupra nomine hactenus quomodolibet conſtitutorum reuocationem, ſponte & ex certa eorum & cuiuſlibet ipſorum ſcientia, ac ſpontanea voluntate, & non per errorem aliquem, ac omni meliori modo, via, iure, cauſa, titulo, ſiue forma, quibus magis melius, validius, & efficacius de iure fieri poteſt, & debet, ac poſſunt, & debent: conſtituerunt, fecerunt, ordinauerunt, ac deputauerunt, eorum ac dicti inclyti Populi Romani, procuratores, actores. factores, negotiorúmque ſuorum, ac dicti inclyti Populi Romani infra ſcriptorum, geſtores, ac nuncios generales & ſpeciales: ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, & c. mag. dd. Gul. Rouillium, ciuem & mercatorem impreſſorem in ciuitate Lugdun. abſentem tanquam præſentem, ac Dominic. Baſam, mercatorem in vrbe Rom. præſentem & acceptantem, & quemlibet ipſorum inſolidum: ita tamen quòd non ſit melior conditio primitus occupantis nec deterior ſubſequentis, ſed quod vnus ipſorum incœperit, alter id proſequi, terminare, ac finire poſſit, & valeat ipſo iudicio inchoato, ſpecialiter & expreſſe ad eiuſdem inclyti Pop. Rom. nomine, & pro eo omnia, & quæcunque iura eiuſdem inclyti Pop. Rom. contra quaſcunque perſonas, loca, Collegia, & Vniuerſitates, pro obſeruatione in regione Galliæ priuilegiorum dicto inclyto Pop. Rom. tam per ſancti S. Gregorium Pap. xiij. quàm per Catholicam maieſtatem Chriſtianiſſimi Regis, ſuper impreſſione Textus Canonici, *defendendum, & obſeruare faciendum: & propterea coram quocunque iudice ſeculari vel eccleſiaſtico in præfato Regno Galliæ comparendum, & ab eiſdem dictorum priuilegiorum obſeruationem petendum & inſtandum, ac impetrandum & obtinendum, & generaliter omnia alia, & ſingula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, & quæ ipſimet domini conſtituentes facerent, dicerent, gererent, & exercerent, aut facere, dicere, gerere & exercere poſſent, nunc, ſeu quomodolibet in futurũ, ac ſi præſentes, & perſonaliter intereſſent, etiam ſi alia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale quàm præſentibus eſt expreſſum. Et quaſcunq; perſonas, loca, Collegia, Capitula, & Vniuerſitates deſuper in iudicio conueniendum, agendum, procurandum, & defendendum, libellum ſeu libellos, & quaſcunque petitiones*

tiones, tam verbo quàm in scriptis dandum, & producendum, litem seu lites contestandum, & ex aduerso contestari videndum, de calumnia vitanda, & veritate dicenda, & quodcunque aliud licitum, & honestum iuramentum in animam ipsorum constituentium præstandum, & subeundum, & ex aduerso præstari videndum, positionibus, & alijs partis aduersæ respondendum, ac suis responderi petendum, & faciendum, testes inducendum, & iurari videndum, iurāq; & instrumẽta quæcunq; producẽdum, & ex aduerso produci videndum, & contra testes & eorum dicta opponendum, dicendum, & allegandũ, crimina & defectus obijciendum, de iudice, iudicibus, & notarijs concordandum, eumq; vel eos recusandum, causas suspicionis allegandum, alioq; dari petendũ, literasq; remissorias, & commissiones quascunq; impetrandum & obtinendum, & contra ex aduerso impetratis dicendũ, & impugnandum, beneficiumq; restitutionis in integrum, & quæcunq; alia iuris & facti remedia petendum, & obtinendum, in causa & causis concludendum & concludi petendum, videndum, & audiendum: expensas, damna, & interesse petendum, & taxari faciendum, & super illis si necesse fuerit iurandum: à sententia seu sententijs, vel quocunque alio grauamine illato, seu inferendo semel, & pluries prouocandum & appellandum, Apostoloq; debita cum instantia petendum, & obtinendum, ac appellatum, & nullitatum causas prosequendum. Vnum quoque Procuratorem, vel plures cum simili vel limitata potestate substituendum, illoq; reuocandum, præsente nihilominus mandato in suo robore duraturo. Et generaliter omnia alia, & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu aliàs quomodolibet opportuna, & quæ ipsimet domini constituentes facerent, dicerent, & exercerent, aut facere, dicere, gerere, & exercere possent, nunc seu quomodolibet in futurum, ac si præsentes & personaliter interessent, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent, quàm præsentibus est expressum, speciale magis. Promittentes ijdem domini constituentes, quo supra nomine mihi Notario publico infrascripto tanquã publicæ & authenticæ personæ præsenti, recipienti, & legitimè stipulanti pro omnibus & singulis, quorum nunc interest, intererit, aut interesse poterit nunc seu quomodolibet in futurum, sese ratum, gratum, validum, & firmum perpetuò habituros totum id, & quicquid per ipsos dd. Procuratores, vt supra constitutos, & substituendos ab eis, actum, factum, dictum, gestum, procuratúmue fuerit in præmissis, seu quomodolibet præmissorum, ac dependentibus & annexis ab eis. Releuantes, & releuare volentes dictos eorum Procuratores constitutos, & substituendos ab eis ab omni onere satisdandi, iudicioq; sisti, & iudicatum solui, sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum eiusdem inclyti pop. Rom. mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, vbique existentium. Et ad maiorem omnium & singulorum præmissorum cautelam, roborisq; firmitatem dicti domini constituentes iurarunt ad sancta Dei Euangelia, manibus tactis sacrosanctis scripturis in manibus mei eiusdem Notarij publici infrascripti. Rogaruntq; me eundem Notarium publicum infrascriptum, vt de prædictis omnibus & singulis publicum seu publica conficerem atque traderem instrumentum, & instrumenta, vnum vel plura, prout opus fuerit. Actum Romæ in regione Arenulæ, & Domo, ac loco solitæ congregationis dictorum Illustr. dominorum deputatorum quærentibus ibidem audientibus hisq; magn. dominis Petro Polito, Senense, & Vincentio Accolito, Romano, ciue impressore in vrbe, testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis specialiter atque rogatis.

Et quia ego Nic. Pirotus, Rom. Pub. Dei gratia Apostolica & Imperiali potestate & Collegijs ac Illustr. dd. Conseruatorum Cameræ almæ vrbis not. de præmissis omnibus rogatus: ideo hoc præsens publi. instrumentum manu propria subscripsi & publicaui, signoq; meo solito in eisdem sign. rogatus pariter & requisitus.

N.P.

Hieronymus Mattheius, Prothonot. Apostolicus sanct. D.N. Pap. eius q; Camerarij, necnõ Curiæ causa-

causarum consc. Apostolicæ Generalis Auditor, Rom. Curiæ iudex ordinarius, & c. vniuersis, & c. notum facimus & attestamur suprascriptum D. Nicolaum Pirotum de præmissis rogatum, fuisse & esse pub. fidelem, legalem & authenticum Notarium, suísque scripturis publicis in iudicio & extra semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi fidem, in quorum fidem, & c. Datum Romæ in ædibus nostris sub Anno, indictione, die, mense, Pontificatu quibus supra.

Pro d. Rodulpho Celerio, Notario.

Marcus Anus Brutus, Connoc.

Hæc editio edita fuit impensis societatis Lugdunensis, & Gulielmi Rouillii, consentiente dicto Gulielmo Rouillio.

DECRETVM ABBREVIATVM

SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuisus est in tres partes, quarum Prima est de Distinctionibus, Secunda de Causis, Tertia de Consecratione. Prima pars distincta est in Distinctiones centum & vnam.

PRIMA Distinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipsum naturaliter eiúsque species omnes diffiniens, & inter ius scriptũ & nõ scriptum differentiam ponens. col. 1

¶ Secunda, de iure Quiritum siue Romanorũ, ipsum per species diffiniens. 6

¶ Tertia, iuris canonici varia nomina distinguit: breuitérque exponit. 7

¶ Quarta, ad quid leges inuentę sunt: & quid sacri canones mandent. 10

¶ Quinta, quomodo ius naturale est immobile, nec obstat, quod ibi ponitur. 14

¶ Sexta, an illusiones nocturnæ ad peccatum imputẽtur: & circa finem prosequitur de iuris naturalis dignitate. 15

¶ Septima, ponit legislatores: ostendendo qualiter ius inceperit. 19

¶ Octaua, ponit differentiam inter ius naturale & consuetudinem. 22

¶ Nona, auctoritate & exemplo probat cõstitutiones hominum iuri naturali cedere. 26

¶ Decima, ostendit, quòd leges Imperatorum vincuntur à canonibus. 30

¶ Vndecima, dicit consuetudinem legibus approbatis cedere. 35

¶ Duodecima, habet laudabilem consuetudinem esse seruãdam: quæ nec canonib. sacris. nec veritati, nec bonis moribus obuiet. 42

¶ Decimatertia, vult quòd contra ius naturale non admittatur dispensatio: nisi in fuga maioris mali. 47

¶ Decimaquarta, quòd quis non debet minus peccatum committere, vt aliud maius euitare possit. 51

¶ Decimaquinta, notat de tempore quo sacri canones, librique & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuscula sunt admittenda. 51

¶ Decimasexta, ponit quòd canones Apostolorum sunt recipiendi: postea ostendit quo tempore & quo residente in papatu, vel imperio quodlibet concilium est celebratum. 59

¶ Decimaseptima, dicit non concilia sed conuenticula celebrari sine Papa. 67

¶ Decimaoctaua ostendit quòd prouincialia concilia nihil generaliter possunt constituere: ideo consequẽter declarat adquid sint vtilia, & quoties in anno, & quo tẽpore anni & cuius auctoritate sunt celebranda, & quòd metropolitanus nihil debet exigere ab episcopis ad concilium conuenientibus. Addit de pœna episcopi qui vocatus ad synodum non venit. 71

¶ Decimanona, vim Decretalium ostendens dicit mandata ecclesiastica deuote seruãda. 79

¶ Vigesima, dicit quòd in causis diffiniendis sacri canones: in exponenda vero sacra scriptura sancti doctores attenduntur. 87

¶ Vigesima prima, tractat de diuersis ordinib. & gradibus ministrorum: docendo qui sunt executores siue ministri canonum, à maiori vsque ad infimũ. Et differentias ministrorum locorum assignat: probãs quòd maior à minori non debet iudicari. 90

¶ Vigesimasecunda, de dignitate Romanæ ecclesiæ, & quarundam aliarum. 99

¶ Vigesimatertia, de ordinatione ministrorũ, incipiens à Romano pontifice, & descẽdens vsque ad ostiarium. 103

¶ Vigesimaquarta, de examinatione ordinandorum. 115

¶ Vigesimaquinta, de officiis clericorum, incipiendo ab ostiario, & ascendendo vsque ad episcopum. Circa medium Distinctionis, inchoat tredecim præcepta regulæ Apostolicæ: & prosequitur ibi, Oportet episcopum esse sine crimine. Et inde nacta occasione, ponit varias significationes huius nominis crimen. Et ostẽdit quod sit mortale & quod veniale. 119

¶ Vigesimasexta, exequitur secundum præceptum Apostolicę regulæ, Oportet episcopũ esse vnius vxoris virum. 127

¶ Vigesimaseptima, probat, quòd nolentes vouere continentiam, ad sacros ordines promouendi nõ sunt: assignãs differentã inter solemne & simplex votum. 131

¶ Vigesimaoctaua, probat quòd clericis habere vxores non licet in ecclesia occidentali: addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat. Vide quod ibi notatur. 135

¶ Vigesimanona, ostẽdit quædam capitula tradita esse ex causa: quædam ex tempore: quædam ex loco: quædam ex persona. 143

¶ Trigesima, quia dictum fuit. 28. dist. supra quòd sacerdotes non debent à se abiicere vxores suas prætextu religionis: hic dicit q̃ ex causa fuit hoc statutum: scilicet propter quosdã hæreticos, qui coniugia detestabantur. 143

¶ Trigesimaprima, probat & ponit exempla in terminis qualiter clerici continere debẽt & quòd ab omnibus est seruanda continentia, nisi ab orientalibus. 147

¶ Trigesimasecunda, adhuc prosequitur de continentia clericorum. Et dicit quòd constituti in quatuor sacris ordinibus tenentur cõtinere: & si habent publicas concubinas, nulluseorum Missam audiat. 154

¶ Trigesimatertia, ostendit, quòd bigami, corpore vitiati, vsurarij, publice pœnitentes, lusores in scena, ludentes, furiosi, arreptij, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes promoueri non possunt. 163

¶ Trigesimaquarta, ponit quòd oportet episcopum vitare nimiam familiaritatem domesticarum personarum, & etiam consanguinearum: & quòd venari non licet. 167

¶ Trigesimaquinta, agit de tertio capitu. apostolicæ regulæ, Oportet ordinandum nõ esse vinolentum. 174

¶ Trigesimasexta, exponendo illud, prudentẽ, dicit quòd clerici debẽt habere peritiam litterarum sacrarum. 178

¶ Trigesimaseptima, ostẽdit quòd clerici non debent libros gẽtilium respicere: peritiam tamen sæcularium scientiarum debẽt habere. 179

¶ Trigesimaoctaua, probat quòd litteris debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet. Ignorantia enim ipsi est periculosa. 186

¶ Trigesimanona, ostendit quòd oportet episcopum esse prudentem in negotiis sæcularibus, vt sua cautela reddantur ecclesię indẽnes. 191

¶ Quadragesima prosequitur quintum capitulum Apostolicæ regulæ, Oportet episcopũ esse ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui consistit in virtutib. 198

¶ Quadragesimaprima, tractat de ornatu, qui consistit in grauitate, incessu, habitu, & temperantia potus & cibi. 194

¶ Quadragesimasecunda, declarat illud, hospitalem. 202

¶ Quadragesimatertia, illa duo, pudicũ, & doctorem. 203

¶ Quadragesimaquarta, illud nonvinolentum: quod est pars eius quod dicimus supra 26. distin. 210

¶ Quadragesimaquinta, illud, non percussorẽ. 214

¶ Quadragesimasexta, illud, non litigiosum. 222

¶ Quadragesimaseptima, illud non cupidum domui suæ bene præpositum. 226

¶ Quadragesimaoctaua, illud, nõ neophytum. 231

¶ Quadragesimanona, prędicta præcepta apostolicæ regulæ sub compendio, & breuiter recapitulat. Et ponit causas & rationes quare criminosi & vitiosi non debent in episcopos promoueri. 231

¶ Quinquagesima agit, de lapsu & reparatione clericorum. 235

¶ Quinquagesimaprima, de curialib. siue officiariis rationiis obligatis, iudicib. & aduocatis ordinandis, vel non. 270

¶ Quinquagesimasecunda, de præpositione sacrorũ ordinum, siue de clerico per saltum promoto. 271

¶ Quinquagesimatertia, de curiæ annexis in clero vel monasterio recipiẽdis, vel non. Et ibi probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt. 274

¶ Quinquagesimaquarta, de seruis ànon dominis manumissis non promouendis: nisi libertatem sint consecuti. 274

¶ Quinquagesimaquinta, de corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publicè pœnitentib. ordinandis vel non. 286

¶ Quinquagesimasexta, de filiis presbyterorũ, & natis de fornicatione & adulterio nõ ordinandis. 291

¶ Quinquagesimaseptima, de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 298

¶ Quinquagesimaoctaua, de monachis non ordinandis sine licentia abbatis. 298

¶ Quinquagesimanona, de laicis litteratis non subito ordinandis. 298

¶ Sexagesima, ostẽdit ex quib. ordinib. aliquis eligendus sit in præpositum, vel decanũ, vel archipresbyterum, vel episcopum. 299

¶ Sexagesimaprima, ostendit quòd laici non sunt eligendi in episcopos, sed postulandi. 302

¶ Sexagesimasecunda, ostendit quòd clericorũ est eligere, & populi consentire. 311

¶ Sexagesimatertia, probat q̃ nullo modo laici debẽt se ingerere electioni episcoporum. 311

¶ Sexagesimaquarta, ponit quo tẽpore & quibus præsentib. debent episcopi consecrari. 334

¶ Sexagesimaquinta, dicit quòd præsentibus omnib. episcopis comprouincialibus vel se excusantibus debet episcopus consecrari

ab archiepiſcopis. Et ibi dicit quòd ſi cæteris ordinationi epiſcoporum conſentientibus duo vel tres contradicant, obtineat plurimorum ſententia. 335
¶ Sexageſimaſexta, de promotione archiepiſcopi, qui ab omnibus epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus, & non eſt conſecrandus à paucioribus quàm à tribus. 339
¶ Sexageſimaſeptima, de promotione ſiue ordine presbyterorum. 342
¶ Sexageſimaoctaua, dicit q illi, qui ſunt ordinati ab illis, quos non cõſtat eſſe epiſcopos, iterum ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione non iterãda, & de chorepiſcopis. 342
¶ Sexageſimanona, quòd prima tõſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic q determinat de non ordinatis, ne in eccleſia Dei miniſtrent. 346
¶ Septuageſima, tractat ne quis ordinetur ſine titu. 347
¶ Septuageſimaprima, ne quis ordinetur à nõ ſuo epiſcopo. 350
¶ Septuageſimaſecunda, ne ignotus clericus ſine litteris dimiſſoriis, ſiue commendatitiis recipiatur. 351
¶ Septuageſimatertia, oſtendit qualiter litteræ formatę & dimiſſoriæ fiant. 351
¶ Septuageſimaquarta, tractat an inuitis ordines conferantur. 354
¶ Septuageſimaquinta, de tempore & die cõſecrationis epiſcoporum, necnon de tẽporibus ordinationum aliorum clericorum. 359
¶ Septuageſimaſexta, de ieiuniis quattuor tẽporum: & quare ſunt ieiunanda. 363
¶ Septuageſimaſeptima, ponit qualiter clerici ſunt per gradus ordinandi. & etiam tractat de interſtitiis temporum. 370
¶ Septuageſimaoctaua, in qua ætate ſunt ſacerdotes ordinandi. 375
¶ Septuageſimanona, repetit de ordinatione ſummi pontificis, quæ à ſolis Cardinalibus fieri debet. 375
¶ Octuageſima, in quibus locis ſunt ponendi epiſcopi vel archiepiſcopi. 382
¶ Octuageſimaprima &, epilogando docet q ordinãdus in epiſcopum debet eſſe ſine crimine: nec clerici mulieribus cohabitare debent. 383
¶ Octuageſimaſecunda, docet q epiſcopus his qui ſuis manibus laborare non poſſunt pro uidere debet: & addit quod ſi quis miniſtrorum fornicationem committat, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione poteſt in ordinibus remanere. 394
¶ Octuageſimatertia, docetur q prælatus nõ ſolum à peccato immunis eſſe debet, ſed etiam peccatis aliorum conſentire non debet. 399
¶ Octuageſimaquarta, vult q prælat⁹ ſit vigilãs circa defenſionem pauperum, releuationẽ oppreſſorum, & curationem monaſteriorũ. 402
¶ Octuageſimaquinta, tractat de hoſpitalitate clericorũ, quę eſt epiſcopis neceſſaria. 406
¶ Octuageſimaſexta, probat q oportet epiſcopum eſſe doctorem, vt ſciat ſubditos corrigere. Item liberalem circa patientes neceſſitatem, & non circa hiſtriones. 407
¶ Octuageſimaſeptima, probat quòd viduis, orphanis, & oppreſsis, epiſcopus debet dare ſubſidium. 418
¶ Octuageſimaoctaua, dicit q clerici cupiditatis cauſa negotiatores eſſe non debẽt: ſed pietatis cauſa curam orphanis, & viduis impendere. 419
¶ Octuageſimanona, dicit q oportet epiſcopũ eſſe domui ſuæ bene prępoſitum, vt ſciat in diſpenſatione rerum eccleſiæ regulam eſſe obſeruandam. 426
¶ Nonageſima, docetur qualiter litigioſi corripiendi ſunt, & non ordinandi, tractans de licitis & honeſtis operibus. 430
¶ Nonageſimaprima, de modo cantandi in eccleſia, etiam de electi poteſtate. Dicit etiam q ſi clericis ſua beneficia non ſufficiant, poſſunt ſibi neceſſaria quærere artificio ſuo licito. 434
¶ Nonageſimaſecunda, dicit quòd magis corde, quàm vocibus cantandum eſt. 435
¶ Nonageſimatertia, de obedientia minorum erga maiores, & q nullus debet communicare inimicis Romanæ eccleſiæ. 439
¶ Nonageſimaquarta, de legato Romani pontificis, qui impediendus non eſt: & impediẽtes ſunt excommunicandi. Probat etiam q maior in officio minori vices ſuas committere poteſt: & de præſumptione archidiaconorum. 454
¶ Nonageſimaquinta, dicit quòd etiam prælatis epiſcopis presbyteri quamuis eis ſubditi poſſunt ſacra myſteria celebrare, & prædicare. 455
¶ Nonageſimaſexta, dicit q laicis (etiam Imperatoribus) non licet aliquem ordinare, vel de rebus eccleſiarum iudicare. 462
¶ Nonageſimaſeptima, dicit q precibus eccleſiæ, Imperator & cęteri principes poſſunt eam iuuare: ſubiicientibus eccleſiã Romanam legationem vndecunque ſine ſignatis apicibus non recipere. 474
¶ Nonageſimaoctaua, dicit q clerici peregrini & vltramarini, ſine teſtimonio quinque epiſcoporum recipiendi non ſunt. 475
¶ Nonageſimanona, dicit de Primatibus & poteſtate eorum qualiter nullus eſt appellandus vniuerſalis. 478
¶ Centeſima, tractat de pallio, & vſu eius. 482
¶ Centeſimaprima & vltima, dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam. 486

¶ *Secunda pars, quæ eſt de Cauſis, diſtincta eſt in Cauſas xxxvj. quarum quælibet plures ſub ſe Quæſtiones continet.*

¶ *Prima cauſa quæſtiones habet ſeptem.*

¶ Prima, quærit vtrum vendere ſpiritualia ſit peccatum. Sol. ſic. 490
¶ Secunda, an pro ingreſſu eccleſiæ vel monaſterij pecunia ſit exigenda vel perſoluenda. Sol. non. 563
¶ Tertia, vtrum præbendas eccleſiæ emere ſit ſimonia. Sol. ſic. 570
¶ Quarta, vtrũ ille reus criminis ſit, cuius pater pro eo ignorãte ſimoniam cõmiſit. Sol. ignorantia facti, non iuris, excuſat eum. 575
¶ Quinta, vtrum liceat ei retinere quod pater pro eo ſimoniacè acquiſiuit. Sol. de rigore iuris non, de miſericordia ſecus. 590
¶ Sexta, vtrum ignoranter à ſimoniaco ordinati ſint abiiciẽdi, vel non. Sol. probata ignorantia miſericorditer tolerantur. 591
¶ Septima, vtrum renuntiãs ſuæ hæreſi in epiſcopali dignitate ſit ſuſcipiendus. Solu. rigor vult eum deponi, ſed diſpenſatio ſuſtineri. 594

¶ *Secunda cauſa habet octo quæſtiones, & in ea quinta præcedit quartam.*

¶ Prima, quærit vtrum in manifeſtis ſit ordo iuris ſeruandus. Sic, niſi ſint notoria. 611
¶ Secunda, vtrum ſpoliatus ab aliquo ſit inducendus. Non, ante reſtitutionem. 630
¶ Tertia, qua pœna ſint feriendi in accuſatione deficientes. Tallione. 631
¶ Quinta, vtrum accuſatore deficiente reus ſit cogendus ad purgationem. Nõ, niſi infamia publica laboret. 639
¶ Quarta, an duorum teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus. Sic. 651
¶ Sexta, quo remedio cauſa ſubleuatur, Appellatione: quæ tamen ei danda nõ eſt, qui cauſa dilationis appellat. 654
¶ Septima, an laici, vel monachi, vel quilibet in feriorum ordinum ſint admittendi in accuſatione maiorum. Non, de iure nouo. 683
¶ Octaua, qualiter accuſatio fieri debeat. Solu. in ſcriptis. 711

¶ *Tertia cauſa quæſtiones xj. complectitur.*

¶ Prima, vtrum reſtitutio ſit facienda quibuslibet ſpoliatis. Sol. ſic, niſi in caſib. Nã infamatus, apoſtata, iuſtè ſpoliatus, præciſus, & ſuſpectus, non ſunt reſtituendi. 735
¶ Secunda, quærit de induciis, quo ſpatio ſint dandæ: an poſt reſtitutionem tãtum, an poſt vocationem ad cauſam quibuslibet concedendæ ſint. Sol. ad arbitrium iudicis. 738
¶ Tertia, quo ſpatio menſium ſint vtriq; concedendæ. Sol. vt prius. 722
¶ Quarta vtrum infames ſint recipiendi ad teſtimonium. Solu. nõ, niſi contra ſui ſimiles. 726
¶ Quinta, an teſtes domeſtici vel inimici ſint producendi. Sol. non. 730
¶ Sexta, vtrum reus extra prouinciam ſit producendus. Sol. non. 735
¶ Septima, vtrum criminoſus poſſit eſſe iudex. Sol. ſic, ab eccleſia toleratus. 743
¶ Octaua, vtrum epiſcopus poſſit ab vno inquiri. Solu. non, niſi à xij. epiſcopis: reſeruata ſententia ſummo Pontifici. 751
¶ Nona, vtrum accuſatores vel teſtes in abſentem vocẽ accuſationis vel teſtificationis exhibere valeant. Sol. non. 754
¶ Decima, vtrum deficientes in vno capitulo ſint admittendi ad ſequentia. Sol. non. 762
¶ Vndecima, vtrum accuſatus in accuſatorem poſſit conuertere accuſationem. Sol. nõ, niſi in maiori crimine. 763

¶ *Quarta cauſa habet quæſtiones vj.*

¶ Prima, an in excõmunicatione conſtitutus alium accuſare valeat. Sol. non. 767
¶ Secunda, an infra xij. annos in criminali causa quis teſtificari poſſit. Sol. non. 767
¶ Tertia, an ab accuſatione prohibitus poſſit eſſe teſtis. Sol. non. ibid.
¶ Quarta, an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis. Sol. non. 778
¶ Quinta, an ſi vocatus ad cauſam nõ veniat ſit excõmunicandus. Sol. ſic, ni ſi iuſtam abſentiæ cauſam probauerit. 779
¶ Sexta, an calumniator in propria cauſa ſit audiendus. Solu. ſic, ſi cauſa non ſit criminalis. 782

¶ *Quinta cauſa habet vj. quæſtiones.*

¶ Prima, qua pœna ſit feriendus qui famoſum libellum ſcribit. Sol. anathemate, niſi ſcripturam probauerit. 782
¶ Secunda, quoties quis ſit ad cauſam vocãdus antequam excommunicetur. Sol. non tantũ ſemel, ſed bis. 783
¶ Tertia, an per procuratorẽ quis cauſam agere valeat criminalẽ. Sol. non, niſi ſit perſona illuſtris. Cauſam verò iniuriarum ciuilem, ſic. 786
¶ Quarta, an abſque ſynodali audientia epiſcopus ſit damnandus. Sol. non. 787
¶ Quinta, an ſit habendus pro inimico qui aliquem accuſat. Solu. non, ſi hoc faciat ex charitate. 790
¶ Sexta, qua pœna ſit plectendus qui non probat obiecta. Sol. tallione. 794

¶ *Sexta cauſa quæſtiones v. continet.*

¶ Prima, vtrum criminoſi vel infames religioſam epiſcopum poſſint accuſare de ſimonia. Non. 795
¶ Secunda, ſi epiſcopus accuſationem in accuſantem conuertere voluerit, an eius verbo ſimplici fides adhibenda ſit. Non. 806
¶ Tertia, an liceat petere iudicium epiſcopi alterius prouinciæ. Non, niſi in cauſa damnationis. 807
Quarta, cuius iudicium ſit expetendum cum epiſcopi prouinciæ in ſua ſententia diſcordant. Archiepiſcoporum & epiſcoporum vicinæ prouinciæ. 811
Quinta, an accuſatore deficiẽte reus ſit ad probationem cogendus. Non, ſed bene ad purgationem, ſi laboret infamia. 814

Septima cauſa habet ij. quæſtiones.

Prima vtrum viuente epiſcopo alius poterit in eadem eccleſia ordinari. Non, niſi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate vel ſenectute, datur ſibi coadiutor. 815
Secunda, vtrum hi qui ceſſerunt cauſa infirmitatis, ſanitate recepta poſſint cathedram repetere. Non. 846

Octaua cauſa quæſtiones v. colligit.

Prima, vtrum liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem eligere. Non. 847
Secunda, an amicorum patrocinia in electione valeant. Non. 859
Tertia, an ſit ſimonia poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ iuramentum præſtare. Sic, ſi pactum ſuper hoc præceſſit. 859
Quarta, an liceat clericis declinare iudicia epiſcopi de crimine accuſati ante ſententiæ tempus. Non ante condemnationem, niſi per appellationem. 862
Quinta, an accuſatus coram apoſtolico, ſine eius litteris debeat reuerti. Non. 863

Nona cauſa habet ij. quæſtiones.

Prima, an ordinatus ab excõmunicato eiiciẽdus ſit. Non, ſi ignorauit illum eſſe excommunicatum. ibid.
Secunda, an liceat archiepiſcopo vel epiſcopo clericos alterius ordinare. Non, ſine litteris proprij epiſcopi. 867
Tertia, an liceat archiepiſcopo clericos ſui ſuffraganei abſoluere vel dãnare. Non, niſi data negligentia, vel appellatione interpoſita. 871

Decima cauſa quæſtionibus iij. eſt contenta.

Prima, an eccleſia cum omni dote ad epiſcocum pertineat, vel ad eius ordinationes. Sol. ſic. 879
Secunda, an liceat epiſcopo res eccleſiæ diſtrahere. Sol. non, niſi in certis caſibus. 886
Tertia, quid à ſingulis eccleſiis nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos ſolidos. 894

Vndecima cauſa habet iij. quæſtiones.

Prima, an clericus ante ciuilem iudicem ſit trahendus. Non. 899
Secunda, qua pœna dignus ſit qui clericum ad ſæcularem iudicem traxit. Excommunicatione. 919
Tertia, qua pœna dignus ſit qui ſententiam epiſcopi non ſeruauerit. Depoſitione. 919

Duodecima cauſa quæſtiones continet quinque.

Prima, an liceat clericis proprium habere. Nõ regularibus. 963
Secunda, an res eccleſię poſſint dare. Non, niſi in caſibus. 979
Tertia, vtrum clerici acquiſita de rebus eccleſię poſſint relinquere quib. voluerint. Non niſi eccleſiæ. 1015
Quarta, quibus poſſunt clerici relinquere quę de ſuis & eccleſiæ rebus prouenerunt. Partim eccleſiæ, partim hæredibus. 101
Quinta, an liceat clericis teſtamentum facere. Sic, de propriis rebus. 1019

Tredecima cauſa habet ij quæſtiones.

Prima, vtrum decimæ ſint dandę ratione territorij vel pſonæ. Sol. ratione vtriuſq;. 1023
Secunda, an ius percipiendi & ſoluendi decimas tollatur ratione tẽporis. Sol. ſic. 1027

Decimaquarta cauſa habet vj. quæſtiones.

Prima, an liceat clericis in indicio ſua repetere. Sic. 1043
Secunda, an ſuper rebus eccleſiæ teſtes eiuſdẽ ſint audiendi. Sic. 1047
Tertia, an præter fortẽ aliquid accipere ſit vſura. Sic. 1050
Quarta, an liceat clericis vel laicis vſuras accipere. Non. 1051
Quinta, an eleemoſynæ ſint deputatis faciendę. Non. 1054
Sexta, an vſurarij poſſint pœnitentiam agere. Non, ſi habeant vndę poſſint reſtituere. 1059

Decimaquinta cauſa habet viij. quæſtiones.

Prima, an ea quę fiunt ab ignorantibus vel mẽte alienatis, ſint eis imputanda. Non, niſi culpa ſua ad ignorantiam deuenerint. 1063
Secunda, an pro impenſis patrociniis liceat clericis munera exigere. Sic. 1071
Tertia, an per cõfeſſionem mulieris cum qua peccauit ſacerdos ſit condemnandus. Non. 1074
Quarta, an die dominico debeãt epiſcopi cauſas audire. Non. 1078
Quinta, an neganti crimen purgatio ſit indicenda. Sic, ſi laborat infamia. 1078
Sexta, an in criminalibus confeſsio ſit extorquenda. Non. 1079
Septima, an ſolus epiſcopus diaconũ vel presbyterum deponere poſſit. Non. 108
Octaua, ſi confeſſus vel cõuictus de his quę ante ordinationem cõmiſit, valeat miniſtrare. Non. 1087

Decima ſexta cauſa habet vij. quæſtiones. Et in ea quinta quæſtio ponitur in tertio loco.

Prima, an liceat monachis officium celebrare. Sol. ſic, cum permiſsione epiſcopi: & licentia abbatis. 1091
Secunda, an liceat eis in capellis ſuis ſacerdotes inſtituere. Sol. ſic, ſi quas poſsideant pleno iure. 1127
Quinta, an epiſcopus vel abbas iure territorij capellam valeat vendicare. Sol. non. 1131
Tertia, an iura eccleſiæ per præſcriptionẽ tollãtur. Sol. ſic. 1134
Quarta, an eccleſia contra eccleſiam vel monaſterium poſſit præſcribere. Sol. ſic. 115
Sexta, ſi quis in rem eccleſiæ ab aliquo detentã ſua auctoritate irrepſerit, an cadat à cauſa. Sol. ſic, ſed non eccleſia. 1151
Septima, an liceat alicui eccleſiam de manu laici recipere. Sol. non, niſi eccleſia vel monaſterium habeat ius patronatus. 1151

Decimaſeptima cauſa habet quatuor quæſtiones.

Prima, an reus ſit vori qui à propoſito ſui cordis recedit. Sol. non, quantum ad eccleſiam, niſi ore pronuntiauerit. 1174
Secunda, an beneficia ei reddenda ſint qui eis in infirmitate renuntiauit. Sol. ſic, ſi non erat ſui compos. 1175
Tertia, an liceat illi q ſe monaſterio tradidit poſtea ad propria redire. Sol. non. 1178
Quarta, an diſcedens de monaſterio ſine ſui abbatis licentia, poſſit ſua vendicare. Sol. non. 1178

Decimaoctaua cauſa habet duas quæſtiones.

Prima, an abbas factus epiſcopus acquirat eccleſiæ, vel monaſterio. Sol. dum fuit abbas, acquiſiuit monaſterio: ſed factus epiſcopus eccleſiæ. 1195
¶ Secunda, an per epiſcopum abbas ſit eligendus vel inſtituendus. Sol. ab epiſcopo eſt ordinandus: à fratrib. vero eligendus. 1195

¶ *Decimanona cauſa continet iij. quæſtiones.*

¶ Prima, an epiſcopus debeat permittere clericos tranſire ad monaſterium. Sol. ſic. 1210
Secunda, ſi noluerit, an liceat eis eo inuito tranſire. Sol. ſic. 1211
Tertia, an liceat canonicis regularib. trãſire ad monaſteriũ monachorum. Sol. non, ſine licẽtia ſui prælati. ibid.

¶ *Vigeſima cauſa quæſtiones iiij. comprehendit.*

Prima, vtrum pueri traditi monaſteriis ſint cogendi ibi manere. Non, niſi poſtquam venerint ad annos diſcretionis. 1218
Secunda, ſi præter voluntatem parentum intrauerint monaſterium, in perpetuum inde poſſint extrahi. Sic, infra annum & diem: ſi ſint infra annos diſcretionis. 1222
Tertia, an qui inuitus cuculli ſit ordinatus cogatur eam retinere. Non, niſi poſt conſenſerit. 1223
Quarta, an liceat ab vno monaſterio ad aliud tranſire. Sic. 1227

¶ *Vigeſimaprima cauſa habet v. quæſtiones.*

Prima, an clericus poſſit in duab. eccleſiis inſeribi. Sol. non. 1239
Secunda, an liceat clericis à ſua eccleſia ad aliã tranſire. Sol. non, ſine litteris vel licentia ſui prælati. 1234
Tertia, an liceat clericis ſuſcipere procurationẽ ſæcularium negotiorũ. Sol. non, niſi cauſa pietatis. 1235
Quarta, an liceat clericis veſtib. fulgidis ornari. Sol. non. 1238
Quinta, qua pœna ſint puniendi clerici ad iudicium ſeculare fugiẽtes. Solu. excommunicatione. 1239

¶ *Vigeſimaſecunda cauſa gerit quæſtiones quinque.*

Prima, an iuramentum ſit præſtandũ. Sic, cauſa neceſſitatis. 1242
Secunda, an ſit periurus qui iurat falſum, & credit verum. Sic, propter intẽtionem fallendi. tamen poſtea dicitur contra ſum. 1250
Tertia, an liceat clericis denegare epiſcopo conſuetam obedientiam. Non, ante condẽnationem. 1263
Quarta, an iuramentum illicitum ſit ſeruandũ. Non. ibi.
Quinta, an periurus ſit qui alium peierare cogit. Sol. ſic. 1274

¶ *Vigeſimatertia cauſa habet viij. quæſtiones.*

Prima, an militare ſit peccatum. Nõ, ſi iuſte fit. 1283
Secunda, quid ſit bellum iuſtum. Sol. Quod fit edicto ſuperioris repetendarum rerum, aut propulſandarum iniuriarum cauſa. 1290
Tertia, an iniuria ſociorum ſit armis propulſanda. Sic. 1291
Quarta, an vindicta ſic inferenda, Sic, ab eo cuius intereſt. 1295
Quinta, an ſit peccatũ iudici vel miniſtro reos occidere. Non cauſa iuſtitiæ. 1534
Sexta, an mali ſint ad bonum cogendi. Sic. 1358
Septima, an hæretici ſint ſpoliandi ſuis & eccleſiæ ſuæ bonis. Sic. 1359
Octaua, an liceat clericis arma mouere. Nõ manu propria, niſi cauſa neceſſitatis. 1353

¶ *Vigeſimaquarta cauſa habet quæſtiones iij.*

Prima, an hæreticus aliquem poſſit excommunicare. Non. 1382
Secunda, an poſt mortem poſſit aliquis excõmunicari. Sic, pro hæreſi. 1410
Tertia, an pro peccato domini eius familia poſſit excommunicari. Non, ſed interdicto ſupponi. 1415

Decretum abbreuiatum.

Vigesimaquinta causa habet ij. quæstiones.

Prima,an auctoritate priuilegij quis cõtraius commune valeat se tueri.Sol.sic. 1428
Secunda,an sequentia priuilegia derogẽt prioribus.Sol.sic,si ex certa scientia fuerint concessa. 1443

Vigesima sexta causa quæstiones viij. continet.

Prima,an sint sortilegi qui sub ficto religionis nomine futura promittunt.Sol.sic. 1455
Secunda,an sit peccatum esse sortilegum. Sol. sic. ibid.
Tertia, à quibus genus diuinationis sumpsit exordium.Sol.à Persis. 1459
Quarta,quot sunt genera diuinationis. Solu. quatuor secundum numerum:duo secundũ formam:quod videre potes. ibid.
Quinta,an sortilegi sint excommunicãdi. Sol. sic. 1463
Sexta,an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari à presbytero.Sol.non, episcopo inconsulto,nisi in necessitatis articulo. 1471
Septima,an morientibus sit pœnitentia impoñda.Sol. non, tamen est eis innotescenda. 1478

Vigesima septima causa habet quæstiones ij.

Prima,an coniugium possit esse inter vouentes.Sol.non,si votum sit solemnizatum; secus si simplex fuerit. 1483
Secunda,an liceat sponso à sua sponsa recedere.Solu.non, si desponsatio sit de præsenti. 1507

Vigesimaoctaua causa habet quæstiones iij.

Prima,an coniugium sit inter infideles. Solu. 1531
Secunda,an liceat conuerso ad fidem ducere aliam viuente priore.Sic, si sit diuisus ab infideli. 1550
Tertia,an bigamus sit qui ante baptismũ vnã vxorem,& post aliam habuit.Sic. ibidem

Vigesimanona causa habet duas quæstiones.

Prima,an sit coniugium inter seruum & ingenuam.Sol.sic,nisi error impediat. 1551
Secunda,si prius putabat hunc esse liberum, & postea deprehendit ipsum esse seruum: an possit eum deserere.Sol.sic. 1554

Trigesima causa habet quinque quæstiones.

Prima,an liceat reddere debitum vxori, quã filium de sacro fonte leuauit.Sic,nisi ex cõsensu vtriusque sit factum. 1559
Secunda, an sponsalia contrahantur inter infantes.Non. 1566
Tertia,an spirituales vel adoptiui filij possint naturalibus copulari.Non. ibid.
Quarta, an liceat alicui commatrem vxoris suę ducere in vxorẽ.Sic,mortua vxore: si cõ maternitatis matrimonium præcesserit. 1570
Quinta,an clandestina desponsatio manifestè præiudicet.Non,apud ecclesiam. 1570

Trigesimaprima causa habet tres quæstiones.

Prima,an possit duci in vxorẽ quæ prius fuit polluta per adulteriũ.Sol.sic,nisi adulter decerit ei fidem viuente viro,vel machinatus sit in mortem eius. 1579
Secunda,an filia sit inuita alicui vxorem tradẽda.Sol.non. 1587
Tertia,an post patris sponsionem possit alij nubere.Sol.sic,si non consenserit. 1590

Trigesimasecunda causa habet octo quæstiones.

Prima,an liceat ducere meretricem in vxorẽ. Sic. 1591
Secunda,an sit vxor appellãda quæ ducitur incontinentiæ causa.Non. 1599
Tertia,an mulier sequatur arbitrium aui, liberi,an patris serui.Aui. 1610
Quarta,an viuente vxore liceat alicui ex ancilla filios quærere.Non. ibidem
Quinta,an ea quæ patitur inuita, pudicitiam perdat.Non. 1622
Sexta,an adulter adulteram dimittere possit. Non. 1631
Septima, an viuente dimissa aliam accipere possit.Non. 1634
¶ Octaua, si in hoc saltem infidelem ducere possit ea conditione vt ad fidem conuertator.Non. 1643

Trigesimatertia causa habet quinque quæstiones.

Prima,an propter impotentiam coeundi sit aliqua à viro separanda.Sol.sic. 1646
Secũda,an separata possit ei nubere cum quo prius est fornicata.Sol.sic,pœnitentia peracta. 1650
Tertia,an sola cordis contritione possit peccatum deleri.Solu. sic, vbi facultas confitendi non suppetit. 1662

Notandum hic quòd ratione huius tertiæ quæstionis nota agitur de Pœnitentia,cuius tractatus per Distinctiones septem est distinctus.

Prima,quærit an sola cordis contritio deleat peccatum. Sic, si confitenti facultas desit. 1663
Secunda,an charitas semel habita possit amitti. Solu. sic, in via: secus tamen in patria. 1719
Tertia,an pœnitentia possit reiterari. Sol. sic, præter solemnem. 1751
Quarta,an peccata semel dimissa redeant. Sol. non,simpliciter. 1783
Quinta,quis modus debeat obseruari in imponẽda & accipienda pœnitentia. Sol.ad arbitrium proprij sacerdotis discreti. 1801
Sexta,cui quis confiteri debeat.Solu.proprio sacerdoti,si sit discretus: alioquin alteri de eius licentia. 1807
Septima,an pœnitentia timore mortis accepta sit fructuosa.Sol.sic. 1811

¶Quarta quæstio causæ supra proximæ est,an actus cõiugalis sit prohibitus tempore orationis.Sol.sic. 1814
¶Quinta,an vir sine consensu vxoris & ecõuerso vouere possit continentiam.Solu. non. 1819

Trigesimaquarta causa habet duas quæstiones.

¶Prima,an rea sit adulterij quæ credens maritum mortuum nupsit alteri.Sol.non. 1828
¶Secunda,an redeunte priore cogenda sit recedere à secunda,& ad priorem redire.Solu. sic. 1828

Trigesimaquinta causa habet ix. quæstiones.

¶ Prima an liceat aliquã ducere de propria cognatione.Sol.non. 1835
¶Secunda,an liceat aliquam ducere de cognatione vxoris suę.Sol.non. 1838
¶Tertia,vsque ad quem gradũ debeat quis abstinere à cõsanguineis suis,&vxoris suæ.Sol. olim vsque ad vij.hodie vsque ad iiij. 1838
¶Quarta,quare vsque ad septimum gradũ cõputatur consanguinitas.Sol.ad instar vij.ætatum mundi. 1845
¶Quinta,quomodo gradus consanguinitatis sunt computandi.Sol.sicut ostenditur in arbore. 1845
¶Sexta,qui iusiurandum de propinquitate fit mare debent.Solu.propinqui & vicini. 1863
¶Septima,an incestuosi filij repetẽtur. Sol.nõ. 1868
¶Octaua,si consanguinei ignoranter coniuncti simul possint remanere.Solu.non,nisi ex dispensatione Papæ in quinto gradu vel supra. 1869
¶Nona,an matrimonium per falsos testes separatum,si postea apparuerit ecclesiam fuisse deceptam,sit rediategrandum.Sol.sic. 1871
¶Decima,si relicta alicuius in secũdas nuptias transierit,an proles ex eis suscepta poterit copulari consanguineis prioris viri.Sol.nõ. 1876

Trigesimasexta & vltima causa habet duas quæstiones.

¶Prima,an virginem opprimens raptum committat.Sic. 1878
¶Secunda,an rapta raptori nubere possit. Vtique. 1880

Tertia pars est de Consecratione,quæ quinque Distinctiones duntaxat complectitur.

¶Prima,agit de consecratione ecclesiarum, & missarum celebratione. 1886
¶Secunda,de sacramento Eucharistiæ. 1911
¶Tertia,de festiuitatib.per anni circulum celebrandis. 1965
¶Quarta,de baptismi sacramento. 1974
¶Quinta de confirmatione & ieiunio. 2036

DECRETI

DECRETI TOTALIS MATERIA

PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

Decretum domini Gratiani tres habet partes principales.Prima est de Distinctionibus,quæ sunt vna supra centum. Et singulas Distinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.

1	Primo legat quisque diuinũ ius,hominisq;co.	2	74	Inuitus nullus erit hic ad sacra trahendus.	354
2	Altera dat textum quo nosces iura Quiritum.	6	75	Distinguit tempus hęc in quo promoueantur.	359
3	Canonico varia iuri dat nomina terna.	7	76	Temporibus vult hæc nos ieiunare quaternis.	363
4	Ius naturale probat immutabile quinta.	14	77	Rectos indicat hæc modulos interstitiorum.	370
5	Sexta notat vitium distinctio iudificatum.	15	78	Ista dat annorum numerum quo promouearis.	375
6	Septima signat eos qui leges composuere.	19	79	Ad Cardinales spectat electio Papæ.	375
7	Parte sub octaua mores naturáque pugnant.	22	80	¶ Vrbes presulibus pars octogesima tradit.	382
8	Nona statuta tenet naturæ cedere iuri.	26	81	Crimine quòd careat sacrandus,in hac replicatur.	383
9	¶In decima regum leges canon superabit.	30	82	Præsul pauperibus dabis:& lapsos reparabis.	394
10	Canonis & secli superatur legibus vsus.	35	83	Nunquam peccatis consensum des alienis.	399
11	Id quod Roma tenet,discretio sæpe relinquit.	42	84	Solicitus quòd sis,& monogamus,iubet ista.	402
12	Si perplexum te reddunt mala:tunc minus imple.	47	85	Non præsul fies:hospes,nisi nosceris esse.	406
13	Non faciat leuia,quo quis vitet grauiora.	51	86	Corrigito,doceas,des:sed non turpibus vllis.	407
14	Canonis hæc ortum dabit,apocryphósque libellos.	51	87	Libertos,inopes viduas defendere debes.	418
15	Suadet apostolici vim canonis ista teneri.	59	88	Respuitur clerus opus exercens,& auarus.	419
16	Auctor sit Papa,si concilium celebretur.	67	89	Ista beneficia te dispensare docebit.	426
17	Dicitur hic quòd bis synodus celebretur in anno.	71	90	¶ Placat discordes pars nonagesima fratres.	430
18	Hæc decretalis referat quid epistola possit.	79	91	Arte parabis opes:nisi sint satis ecclesię res.	434
19	¶Bisdena Papę sanctorum dogmata cedunt.	89	92	Hæc plus corde probat domino,quàm voce cauendũ.	455
20	Inferior summum non iudicat hac prohibente.	90	93	Hæc dat obedire maiorib.inferiores.	439
21	Ista locos distinguit & ordinat ecclesiarum.	90	94	Sub leuita vices Papæ gestare valebit.	465
22	Ordinat hęc omnes,maiores,siue minores.	99	95	Presbyteris presente licent hic presule multa.	455
23	Post examen honos est ordinis attribuendus.	103	96	Hic iecli princeps non ordinet ecclesiæ res.	492
24	Optat apostolus hic quòd sit sine crimine præsul.	115	97	Ecclesiæ precib.huic princeps auxilietur.	474
25	Sit post baptisma contentus coniuge sola.	119	98	Vult ius muniri peregrinos quinque sigillis.	475
26	Nullus post factum præsumat nubere votum.	127	99	Vniuersalem nullum finit ista vocari.	478
27	Ista sacratorum connubia pagina damnat.	131	100	Pallia prælatis donat centesima multis.	482
28	Hæc locus,& causa,tempus,persona notantur.	153	101	Absit vt vna duos habeat prouincia patres.	486
29	¶ Connubium ter dena probat contra Manichæos.	143			
30	Tangitur hic quòd contineant offerre volentes.	147			
31	Defere presbyterum qui scorta palam retinebit.	154			
32	Fœmina pontifici persona domestica non sit.	163			
33	Non vinolentus præsul,sed sobrius esto.	167			
34	Instruit hæc,prudens quòd debeat esse sacrandus.	174			
35	Hæc prohibet lege gentilia metra sacratum.	178			
36	Scripturas sacras sacrandus scire iubetur.	179			
37	Vult hęc pontifices callere negotia secli.	186			
38	¶ Interuis pars dena quater virtutibus ornat.	191			
39	Sit modus ingressu,cunctis:verbó que,cibóque.	194			
40	Clericus hospitiis peregrinos collocet omnis.	198			
41	Factis & verbis doctor sis,atque pudicus.	202			
42	Vites ingluuium,conuiuia,siue tabernas.	203			
43	Atque caue quemquam palma linguáve ferire.	210			
44	Respuit hęc hominem distinctio litigiosum.	214			
45	Non bene præpositos domui,cupidósque repelle.	222			
46	Abiicitur sacrandus in hac,si neophytus sit.	226			
47	Crimina non delet reliquorum,crimine vinctus.	231			
48	¶ An reparetur habet pars quinquagesima lapsus.	131			
49	Sacrari vetat hæc homines quos pondera stringunt.	235			
50	Præpositus primo datus hic præposterus ordo.	270			
51	Est ratione quis annexos ordinet vllos.	271			
52	Hæc prohibet seruos sine libertate sacrari.	274			
53	Cæsos ista viros reiicit,membrisque carentes.	274			
54	Condemnatur in hac generatio presbyterorum.	280			
55	Qui baptizatur eger,manet ordinis expers.	291			
56	Hęc vetat abbate monachos nolente sacrari.	298			
57	Officium negat hæc;nisi sit bene quisque probatus.	298			
58	¶ In sacris presul vult sexagesima quòd sit.	298			
59	Non in pontifices laicos assumere debes.	299			
60	Clerus,plebs,princeps:hic eligit,hæc petit,hic vult.	302			
61	Vsurpans laicus id vt eligat,audiat istam.	311			
62	Pars hæc pontifices iubet à tribus esse sacrandos.	331			
63	Vt sacretur ab omnibus archiepiscopus,hęc vult.	334			
64	Cum dissensio fit:à pluribus edita stabunt.	335			
65	Presbyter instituì valet hic à presule solo.	339			
66	Si dubius præsul quos ordinet:hi resacrentur.	342			
67	Si benedictus erit:lectoratum dabit abbas.	342			
68	¶ Expertes tituli pars septuagesima pellit.	346			
69	Respice dicta patrum,ne promoueas alienum.	347			
70	Vlli non detur missoria:ni rogitetur.	350			
71	Illius hæc nobis formam distinctio præbet.	351			
72		351			

1.c.apostolicæ regulæ &c.
5.cap. 6 ca.7.& 8.
9.ca. 10. c.11.& 7.13.ca.

DECRETI SECVNDA PARS principalis est de causis,quæ sunt xxxvj.

¶Prima causa.

Causa prior labem condemnat simonialem.

¶Septem quæstiones primæ causę.

1	¶Delinquit qui res mercatur spirituales.	490	
2	Ecclesias intrans non cogatur dare nummos.	563	
3	Si pro præbendis dederis quid:dicere Simon.	580	
4	Ignaros maculant natos delicta paterna.	579	
5	Vult rigor vt linquat natus sibi quæ pater emit.	590	
6	Ordinet ignaros si quos Simon,tolerantur.	591	
7	Abiurans hęresim præsul poterit tolerari.	594	

¶Secunda causa.

Accusare docet,ac appellare secunda.

¶	Octo qstiones secũdæ causæ:& in ea quinta pcedit quartã.		
1	¶Si sit causa patens:iuris non quæritur ordo.	611	
2	Nemo suis reb.diiudicet expoliatum.	630	
3	Talio punit eos qui falso crimina ponunt.	631	
4	Si cadit accusans,se non purget reus inde.	639	
5	Per testes binos præsul conuincitur aptos.	651	
6	Qui causas differt appellans reiiciatur.	654	
7	Arguit inferior maiorem crimine vinctum.	683	
8	Mandato legis datur accusato scriptis.	711	

¶Tertia causa.

Tertia restituens tempus dabit inducíarum.

¶Vndecim quæstiones tertiæ causæ.

1	Singula restituit ius omnib.expoliatis.	715	
2	Inducias debet varias spoliatus habere.	718	
3	Induciis varium dat tertia quæstio tempus.	722	
4	Accusare nequit hominem vir turpis honestum.	726	
5	Ipsa domestica vox nulli nocet,aut inimica.	730	
6	Sub censore reum proprio producere debes.	735	
7	Hic non condemnet,similis quem culpa remordet.	743	
8	Solus pontificem iudex non iudicet vnquam.	951	
9	Pellitur accusans absentem:testificánsque.	754	
10	Submoueri à reliquis testem defectus in vno.	762	
11	Mutua nunquam sit delatio iure vetante.	763	

¶Quarta causa.

Quarta quis accuset,quis possit testificari.

¶Sex quæstiones quartæ causæ.

1	¶Accusare nequit aliquos anathemate vinctus.	767	
2	Impubes testis in causa criminis haud est.	ibid.	
3	Qui nequit accusare,nequibit testificari.	ibid.	
4	Testis & accusans nemo simul esse valebit.	778	

UNIVERSITÄTS

Decretum abbreuiatum.

5 Non est stringendus anathemate,qui nequit esse. 779
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. 782
¶ Quinta causa.
Quinta vocare docet,delatorémque ferire,
¶ Sex quęstiones quintæ causæ.
1 ¶ Multant scriptorem famosi flagra libelli. 782
2 Est condemnandus semel & bis,térque vocandus. 783
3 Nemo prouret crimen,ciuilia curet. 786
4 Præsulis in synodo sit condemnatio sola. 787
5 Celans crimen obest multo plus quàm manifestans. 790
6 Aut caput,aut lingua delatori copuletur. 794
¶ Sexta causa.
Sexta dat infames,delatos atque forenses.
¶ Quinque quæstiones sextæ causæ.
1 ¶ Non accusabunt infames simonialem. 795
2 Accusans verbo non vincis simplice præsul. 806
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 807
4 Externi veniant,si sit sententia discors. 811
5 Si cadit accusator,erit reus exoneratus. 814
¶ Septima causa.
Septima pontificem tangit cathedram repetentem.
¶ Duæ quæstiones septimæ causę.
1 Præsule viuente nullus det pontificatum. 885
2 Nec cathedram repetit præsul,quam sponte reliquit. 841
¶ Octaua causa.
Octaua legitur desertio pontificalis.
¶ Quinque quęstiones octauæ causę.
1 ¶ Vult ius ne statuat successorem sibi præsul. 847
2 Nullus amicorum mihi prosit vt eligar inde. 859
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 859
4 Linquendus non est(nisi sit sententia)præsul. 862
5 Ad dimissa redire nequis Papæ sine scriptis. 863
¶ Nona causa.
Soluere nona verat alienos,atque ligare.
¶ Tres quæstiones nonæ causæ.
1 Bannitus pręsul nequit ordinis esse minister. 863
2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus. 867
3 Pontificis clerum primas non ordinet vllum 871
¶ Decima causa.
Dena dat,in sacra quid sumat episcopus æde.
¶ Tres quæstiones decimę causæ.
1 ¶ Basilicæ iuri subduntur pontificali. 879
2 Nullus ecclesiæ prędsul fructus alienet. 887
3 Nil præter solidos prędsumat quærere binos. 894
¶ Vndecima causa.
Præfigens vndena forum ligat,atque relaxat.
¶ Tres quęstiones vndecimę causæ.
1 ¶ Non coram laico clericus producitur vllus. 899
2 Officij punit tales suspensio culpas. 919
3 Seu bona,seu mala sit sententia,dico timendam. ibi.
¶ Duodecima causa.
Ecclesiæ res ac proprias bissena docebit.
¶ Quinque quæstiones duodecimæ causę.
1 ¶ Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 963
2 Accipiens vel emens res ecclesiæ,sibi reddat. 979
3 Linquas ecclesiæ totum quod habebis ab illa. 1015
4 Ex re communi quęsitas diuide terras. 1038
5 Si fortasse vales testari,de proprio des. 1019
¶ Tredecima causa.
Tertia post decimam decimas & funera tractat.
¶ Duæ quæstiones tredecimæ causæ.
1 ¶ Ecclesię dandę baptismali decimæ sunt. 1023
2 Tempora longa trahunt ius funeris & decimarum. 1027
¶ Decima quarta causa.
Improbat vsuras post denam quarta voraces.
¶ Sex quæstiones decimæquartę causæ.
1 Quisque potest licitè sua quęrere dūmodo non plus. 1043
2 Pro propria valet ecclesia quis testificari. 1047
3 Si tulerit plus quàm dederit quis,fœnus habetur. 1050
4 Non petat vsuras laicus vel clericus vllas. 1051
5 Ex male quæsitis eleemosyna non fit egenis. 1054
6 Si male parta tenet,digne non pœnitet vllus. 1059
¶ Decimaquinta causa.
In dena quinta furor & mulier memorantur.
¶ Octo quæstiones decimæquintæ causæ.
1 ¶ In furia pœnam non des:nam sat furor vrget. 1063
2 Pro patrociniis non quærat munera clerus. 1071
3 Sola voce nequis condemnari mulieris. 1074
4 Nullas iuce Dei causas tractare valemus. 1078
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1078
6 Extorquenda rei pœnis confessio non est. 1079
7 Solus non tollit præsul quem præstat honorem. 1083
8 Ordine non sumpto tua te probra facta repellant. 1087
¶ Decimasexta causa.
In sextadecima præbent monachi sacramenta.
¶ Septem quæstiones decimæsextæ causæ.Et in ea quinta quæstio tertium locum occupat.
1 ¶ Dantur in hac monachi pastores ecclesiarum. 1091
2 Pleno possessas dabit abbas iure capellas. 1127
3 Ecclesias iure terræ non vendicat abbas. 1131
4 Temporis ecclesiæ tollit præscriptio iura. 1134
5 Hæc quadragena dabit domibus ius religiosis. 1150
6 Vsurpans sine iudicio,rem,decidet à re. 1151
7 Si dedit ecclesiam laicus,non hanc retinebis. 1155
¶ Decima septima causa.
Septima post decimam prohibet dissoluere vota.
¶ Quattuor quæstiones causæ decimæseptimæ.
1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1174
2 Gonsaldus tenuit sua quæ dimiserat æger. 1175
3 Abbas ad propria monachum nunquam sinat ire. 1178
4 Dum reddit illicitè,quæ contulit illa manebunt. 1178
¶ Decimaoctaua causa.
Fratribus abbatem bis nona dat instituendum.
¶ Duæ quæstiones decimæoctauæ causæ.
1 ¶ Si monachus fiat præsul,bona parta bipartit. 1195
2 Instituit præsul abbates à grege lectos. 1195
¶ Decimanona causa.
Dat decimanona præsul clero monachatum.
¶ Tres quæstiones decimænonæ causę.
1 ¶ Pontifices clerum non impediant monachandum. 1210
2 Præsule nolente claustrum bene clericus intrat. 1211
3 Multus canonicos canon prohibet monachari. ibi.
¶ Vigesima causa.
Bisdenapueri traduntur religioni.
¶ Quatuor quęstiones vigesimæ causæ.
1 Quem pater offert,si placet exit cum fit adultus. 1218
2 Extrahit à claustro puerum pater illico si vult. 1222
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1223
4 Strictius ad claustrum monacho transire licebit. 1227
¶ Vigesimaprima causa.
Ter septena docet vestes gestare decentes.
¶ Quinque quæstiones vigesimæprimæ causę.
1 ¶ Prima sit ex titulo:sit commendata secunda. 1230
2 Præsulis ecclesiam sine scriptis nemo relinquat. 1234
3 Hæc prohibet clero tractare negotia sęcli. 1234
4 Vestib.hic claris inhibetur clericus vti. 1238
5 Si proprium linquas censorem sis anathema. 1239
¶ Vigesimasecunda causa.
Iurantes falsum damnat bisdena secunda.
¶ Quinque quęstiones vigesimæsecundę causę.
1 Peccat periurans,non iurans quando necesse. 1242
2 Non est periurus iurans veluti putat esse. 1250
3 Pare maiori quanquam malus esse putetur. 1263
4 Debent iurata mutari,turpia si sint. ibi.
5 Si periurare cogis,periurus haberis. 1274
¶ Vigesimatertia causa.
Bisdena terna tractantur bellica gesta.
¶ Octo quæstiones vigesimætertiæ causæ.
1 ¶ Ex iusta causa multis licet arma mouere. 1283
2 Pro reb.licite bellum geritur repetendis. 1290
3 Ius est dum læsis sociis succurritur armis. 1291
4 Inferri vindicta valet,quę crimina purget. 1295
5 Occidens iudex peruersos,inde meretur. 1334
6 Ad bona præcipiunt compelli iura malignos. 1358
7 Ecclesiæ reb.sunt hęretici spoliandi. 1359
8 Si sis declero,tu nunquam belliger esto. 1363
¶ Vigesimaquarta causa.
Hęresiarcharum dat nomina bisduodena.
¶ Tres quæstiones vigesimæquartæ causę.
1 ¶ Si sis hæreticus:tua sit sententia nulla. 1382
2 Sunt post facta mali nouum quam corripiendi. 1410
3 Ob domini labem non damnetur domus eius. 1415
¶ Vigesimaquinta sunt causa priuilegia tacta.
Bisdena quinta sunt priuilegia tacta.
¶ Duæ quęstiones vigesimæquintæ causę.
1 ¶ Tuta sit ecclesia,quam lex priuata tuetur. 1348
2 Et si subsequitur lex altera,derogat illi. 1443
¶ Vigesimasexta causa.
Bisdena sexta sunt sortilegi reprobati.

Septem

In versibus.

¶Septem quęstionesvigesimæsextę causæ.
1 Qui ventura sciunt per sortes,sortilegi sunt. 1455
2 Peccat qui scriptis vel sortibus abdita quærit. ibid.
3 A Persis reprobæ sumunt exordia sortes. 1459
4 Quatuor his genera Varro fert sortibus esse. ibid.
4 Cessent sortilegi,ne sint anathemate stricti. 1463
6 Quando necesse subest,vinctos à præsule solues. 1471
7 Aegris non dentur pœnæ,sed notificentur. 1478
¶ Vigesimaseptima causa.
Edocet an sponsas ducant ter nona vouentes.
¶ Duæ quæstiones vigesimæ septimę causæ.
1 ¶ Si sit solenne dirimit connubia votum. 1483
2 Sponsum sponsa,virum non vxor deserit vnquam. 1507
¶ Vigesimaoctaua causa.
Bisdena octaua gentiles nubere nosces.
¶ Tres quæstiones vigesimæoctauæ causæ.
1 ¶ Inter gentiles connubia dicimus esse. 1531
2 Deferat vxorem vir Christum despicientem. 1550
3 Vir post baptisma reliquam ducens,bigamus sit. ibid.
¶ Vigesimanona causa.
Coniugium seruile tenet vigesimanona.
¶ Duæ quæstiones vigesimęnonæ causæ.
1 ¶ Connubij vires personæ dissipat error. 1551
2 Inscia cui nupsit dimittat libera seruum. 1554
¶ Trigesima causa.
Terdena claret cognatio spiritualis.
¶ Quinque quæstiones trigesimæ causę.
1 ¶ Fonte leuans proprium puerum non vincula soluit. 1559
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 1566
3 Tu naturalem non iungito spirituali. ibidem
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 1570
4 Fœdera non fiant clandestina coniugiorum. 1571
¶ Trigesimaprima causa.
Terdena prima mœcho polluta negatur.
¶ Tres quæstiones trigesimæprimæ causæ.
1 ¶ Ni certis cautis mœcham bene ducit adulter. 1579
2 Inuitam sponso non det natam pater vlli. 1587
3 Tunc nisi consensum dederit:reliquo bene nubit. 1590
¶ Trigesimasecunda causa.
An meretrix nubat,tangit terdena secunda.
¶ Octo quæstiones trigesimasecundæ causæ.
1 ¶ Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 1591
2 Obstat coniugio sacro complenda libido. 1599
3 Liber auus neptem sponsat seruo patre natam. 1610
4 Illicito prolem coitu quærat sibi nullus. ibidem
5 Non sine mente caro fertur violata puellæ. 1622
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 1631
7 Non aliam ducas vxore superstite prima. 1634
8 Non duc gentilem si spondeat esse fidelem. 1643
¶ Trigesimatertia causa.
Terdena terna friget,compunctio,votum.
¶ Quinque quæstiones trigesimatertiæ causæ.
1 ¶ Si vir sit gelidus,ab eo seiungitur vxor. 1646
2 Nubere mœcha potest mœcho seiuncta marito. 1650
3 Quæritur an crimen purget contritio sola. 1662

TRACTATVS DE PAENITENTIA

habens septem Distinctiones hic inseritur.

1 Ratia diuina contritis crimina delet. 1663
2 Perditur hic diuinus amor:non in paradiso. 1719
3 Pœnam peccator bene prò vitiis iterabit. 1751
4 Ista probat dimissa semel peccata redire. 1783
5 Vt purus fias prò crimine plurima voluas. 1801
6 Crimina presbytero proprio dic,qui sapiens sit. 1807
7 Tandem lætus erit,qui continue gemet istic. 1811
¶ Redeamus ad quartam quęstionem trigesimętertiæ causæ.
4 ¶Reddito temporibus poscenti debita sacris. 1814
5 Mens vtriusque nisi sit,non bene continet alter. 1819
¶ Trigesimaquarta causa.
Terdena quarta nubit viuente marito.
Duæ quæstiones trigesimæquartæ causę.
1 Morte viri dubia quæ nupsit,adultera non fit. 1828
2 Reddatur primo coniunx hęc nupta secundo. ibid.
Trigesimaquinta causa.
Cognatos gradibus numerat trigesimaquinta.
Decem quæstiones trigesimæquintę causæ.
1 Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 1835
2 Omnes vxoris consanguineas reprobabis. 1838
3 Copula septēnis gradibus talis prohibetur. ibidem
4 Hic graduumnumerus ætates respicit orbis. 1845
5 Truncus ponitur hic cum ramis,vt docet arbor. 1845
6 Edocet in testes assumi sexta parentes. 1863
7 Filius esse nequit,incestu qui genitus sit. 1868
8 Dispensat solus cum iuncti sanguine Papa. 1869
9 Non bene seiuncta connubia prisca reformes. 1871
10 Non consanguineis prolem viduę dato primi. 1876
Trigesimasexta causa.
Vltima de raptis tractabit causa puellis.
Duæ quæstiones trigesimæ sextæ causæ.
1 Raptum committens per vim rapiendo puellam. 1878
2 Hæc tibi iungetur,purgato crimine raptus. 1880

DECRETO TERTIA PARS ADIVNGITUR:

quæ est de Consecratione quinque distinctiones continens.

1 Consecrat ecclesias,missasq; canit tibi prima. 1886
2 Sacrati tractat panis sacramenta secunda. 1965
3 Tertia dat ferias:& post ieiunia ponit. 4965
4 Tępora baptismi distinctio quarta notauit. 1975
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 2036

Expliciunt versus peculiares,quibus satis clarè vniuersalis materia Decreti comprehenditur.

Quæstiones causarum sunt clxxij.
Quæstio centuplex,& septuagesima duplex.
Est in causarum tractatu rite notata.

Quot quęstiones habeat quælibet causa,ostenditur p v.carmina sequētia:in quib.sunt tot dictiones quot sunt causæ.s.xxxvj.Et quęlibet dictio causam vnā repręsentat.i.dictio primam causam, 2.secundam, &c. Item quot sunt litteræ in qualibet dictione, tot sunt quæstiones sub illa causa per illam dictionem repræsentatę.Verbi gratia:prima dictio,s.discere,quæ primā causam repręsentat,septem habet litteras:& hoc significat primam causam septem quæstiones continere.Secunda dictioest causarū,vbi sunt octo litterę,ad denotandum quòd secunda causa habet octo quęstiones.& sic de aliis. Aduerte tamen, quòd superior numerus significat causas:& inferior quæstiones. Versus.

1 2 3 4 5
7 8 11 6 6
Discere causarum quaruūlibet ordine membra.
6 7 8 9 10 11 12 13 14
5 2 5 3 3 3 5 2 6
Optes vt doceo,sed non sis deses,& anceps.
15 16 17 18 19 20 21 22
8 7 4 2 3 4 5 5
Instanti dabitur quod tu vis,quod petis illud
23 24 25 26 27 28 29 30
8 3 2 7 2 3 2 5
Efficies. Res id famatum te dat ad omnes:
31 32 33 34 35 36
3 8 5 2 10 2
Vsu doctrinæ totum si constituas te

¶Carmina subiecta eandem prorsus materiam complectuntur, neque sunt sententiæ salubris expertia.

Tempora labuntur vernantib.indita formis.
Diues te lædit res tua.nam miser es.
Sperne fluentia, respice:cras ea non tibi sumes.
Multa recondis,cur:vt moriens ea des.
Da celer.est siquidem tutum.da prævenientę te.

¶Do.Baptista de sancto Blasio in repeti.primæ rubricæ Decreti dicit canones esse ter mille &nonaginta,ponens tales versus:

Si numeres caute,ter mille capitula lector,
Atque decem nouies.Decretum continet in se.
¶ Causæ decreti sunt trigintasex.
Sub magni longa Decreti parte secunda.
Sex & triginta causas reperire licebit.

¶Causæ ipsę xxxvj.patent per xxxvj. vocabula,in septē subiectis versib.posita,ex quib.non tantum numerum,sed etiā principalem materiam cuiuslibet facile cognosces. Quilibet quinque vocabula complectitur,dempto vltimo,qui sex habet.

1 2 3 4 5
Simon[a] appellat[b] spoliatus[c] teste[d] libello[e].
6 7 8 9 10
Infames[f] viuens[g] successor[h] solue[i] regendo.[k]
11 12 13 14 15
Censuram[l] testor[m] funus[n] fœnus[o] furiosus[p].
16 17 18 19 20
Monachus[q] occidit[r] abbates[s] claustra[t] volentes[u].
21 22 23 24 25
Commendat[x] iurans[y] pugnas[z] hæresis[a] violatas[b].
26 27 28 29 30
Sortilegus[c] sponsis[d] infidis[e] feruiat[f] infans[g].
31 32 33 34 35 36
Mœcha[h] coit[i] mente[k] dubitans[l] gradibus[m] rapiente[n].

Materia XXXVI Causarum.

SECVNDA PARS DECRETI,
vbi tractantur Causæ: qui longe prolixior & difficilior est reliquis: ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum est. Illius profecto obscuritatem paucis elucidatam conspiciet, quisquis hic impressa diligenter adnotauerit.

a SIMON. Simoniacus est, & peccatum committit, qui spi-
1 ritualia vendit. Damnantur episcopi per pecuniam facientes ordinationem, & tunc lepram, non officium conferre dicuntur. Simoniacorum sacramenta effectum gratiæ non habent. Sacerdotes digniores facilius quàm reliqui à Deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi Christi, quod eius corpori equiparatur. cap. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur.

2 Simonia committitur, si pro ingressu monasterij pecunia exigatur, vel exacta persoluatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet qui bonis patrimonialibus sustentari potest. c. clericos.

3 Simonia an committatur si præbendæ emantur. Inuestitura ecclesiæ à laicis fieri prohibetur. c. saluator.

4 Simonia paterna, an sit ignoranti filio nociua. & ibi tractatur an pro crimine vnius alter pœnam patiatur.

5 Simoniacè acquisita ecclesia per patrem, an possit per filiũ licitè obtineri. Item an possit filius fungi ordinatione quam paterna pecunia est assecutus.

6 Simoniacus est, qui pecuniam largitur, vt eligatur.

7 Simoniaci in ordine male accepto pœnitentiam agere nõ possunt. & ibi principaliter tractatur, an ab hæresi redeuntes sint in suis ordinibus & dignitatib. recipiendi: & quòd decreta possunt temperari; & canones quandoque relaxari.

b APPELLAT. Appellare non est opus à sententia à non suo
1 iudice lata: quia talis sententia nulla est. c. in primis. circa fi. & in prima q. huius ij. causę principaliter tractatur, an ordo iudiciarius, sit in manifestis obseruandus. & quòd excommunicatio non est ferenda antequàm causa fuerit examinata. cap. nemo. & iudex peccatum sibi soli notum damnare non debet. c. si peccauerit.

2 Appellare posset spoliatus si ante restitutionem sibi factã accusatori respondere cogeretur. Nullus enim debet accusari dum suis rebus fuerit spoliatus.

3 Appellandus est calumniator, qui scienter falsa crimina intẽdit. Præuaricator, qui vera crimina abscondit. Tergiuersator, qui in vniuersum ab accusatione desistit. §. notandum. & in hac 3. q. principaliter tractatur qua pœna feriendi sunt, qui in accusatione deficiunt.

4 Appellatur purgatio quędam vulgaris, quędam canonica, & ibi tractatur, an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationem cogendus.

5 Appellatur testimonium sufficiens quod ore duorũ vel triũ firmatur. & ibi tractatur principaliter quot testes requirũtur, non tantum ad conuincendum episcopum, sed etiam contra quemlibet clericum.

6 Appellatio est remedium contra causas vitiatas. Appellatio intra decendium debet interponi. c. anteriorum. & ibi de libellis dimissoriis, & de iudicibus à quibus appellare non licet.

7 Appellatur quis altero maior non ratione dignitatis, sed vitæ. c. quanquam. Dignitas enim non facit episcopum, sed vita. c. non omnes episcopi. & ibi tractatur principaliter, an laici possint episcopos accusare. Christiani per infideles accusari non possunt, nec sacerdotes per eos qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

8 Appellatur & dicitur accusatio ritè facta quando fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad pœnam talionis, præterquàm in sex casibus in summa positis.

c SPOLIATVS. Spoliatus & eiectus ante omnia venit redinte
1 grandus. cap. redintegranda. Boni à malis semper molestantur.

2 Spoliatus & eiectus postquàm fuerit restitutus, quas inducias debet habere antequàm cogatur in iudicio respondere. & ibi in summa videas de multiplicitate induciarum.

3 Spoliatis episcopis, & aliis ad iudicium venientibus, induciæ sunt præstandæ.

4 Spoliati communione ecclesiæ, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi, detractores, & multi alij sunt ab accusatione repellendi. & ibi dicitur quòd anathema differt ab excommunicatione. c. Engeltrudam.

5 Spoliatis & aliis quibuscunque inimici iudices esse nõ possunt, nec accusatores, nec testes. vox enim inimicorum contra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi quòd testes familiares & domestici, & etiam consanguinei non sunt contra extraneos producendi.

6 Spoliatus & quilibet alius si aduersarium vult conuenire, ipsius forum sequi debet. c. pulsatus. Nec episcopi damnari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.

7 Spoliati & alij volentes litigare, non debent aduersarios suos coram infamibus trahere: quoniam tales, scilicet infames & criminosi non possunt esse iudices. Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. iudices.

8 Spoliationem vel alium reatum committens episcopus, à quo episcopis est iudicandus.

9 Spoliatorum & aliorum testes, testimonium dicant de his tantum, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt. nec contra absentes sunt producẽdi. Absentes enim non debent iudicari nec accusari.

10 Spoliatorum & aliorum testes in vno deficientes an sint in aliis admittendi. Et accusans de pluribus criminibus, si in vno deficiat, an in aliis admitti debeat.

11 Spoliati accusantes suos spoliatores & inuasores, ab eis accusari non possunt: quoniã accusati nisi prius se purgauerint, alios accusare non possunt.

d TESTES. Testes iuris dispositione excommunicati nõ pos-
1 sunt ad accusationem admitti.

2 Testis esse non potest. qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

3 Testificantis personam assumere non potest qui ab accusatione prohibitus est.

4 Testis, accusator, & iudex aliquis simul esse non potest.

5 Testantur iura illum non esse à communione repellendũ, qui die statuta ad causam venire non potuit.

6 Testis est iuris dispositio deficientem in episcoporum accusatione non posse de cætero agere nisi in ciuili & proprio dũtaxat negotio.

e LIBELLO. Libello famosos tentes, & ipsum contra aliquẽ
1 scribentes, qualiter puniendi sunt.

2 Libellum diffamatorium scribens, aut aliter reus trib. citationib. debet in ius euocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

3 Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in iudicio per procuratorem.

4 Libellus accusatorius, si in episcopum datur ideò, si episcopus accusatur, eius causa à xij. episcopis audiatur.

5 Libellum famosum scribentes, aut aliorum crimina sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti. c. illi. Et ibi habetur quòd nec qui parcit, est amicus: nec qui verberat, est inimicus. c. non omnis.

6 Libellum famosum in alterum scribens aut alteri crimen inferens, qua pœna feriatur, si crimen illatum non probetur.

f INFAMES. Infames, excommunicatos, & criminosos à sa-
1 cerdotum accusatione ius repellit. Et ibi tractatur qui dicãtur infames. c. infames.

2 Infamis est quodãmodo episcopus & reprehẽdendus, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum, & ibi dicitur quòd episcopis alios accusantib. nõ creditur, nisi probẽt quod obiiciunt.

3 Infamem quodãmodo dicimus & reprehendendũ qui ponit falcem in messem alienam. c. 1. Et ibi dicitur quòd alicui alteriùs parochianum iudicare non licet. Et quot ciuitates vnaquęque prouincia habere debeat. c. scitote. Et quòd episcopus iudicio primatis, & non aliorum se subiicere debet.

4 Infamia aut criminalis accusatio si imponatur episcopo, id est si episcopus criminaliter accusetur, & episcopi cõprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes, quid iuris.

5 Infamis esset quodãmodo & reprehendẽdus iudex qui vellet reum cogere ad probandum accusatore in probationib. deficiente, quia negatiua per rerum naturam est improbabilis. c. accusator.

g VIVENS. Viuens si adhuc sit eps, alius sibi succedere non
1 valet, nec in eius locum subrogari, quod verum est, nisi esset depositus, vel de licentia Papę renuntiasset, aut per ambitionem se ad aliam ecclesiam transtulisset. Episcopo autem ægrotanti, aut nimia senectute grauato dandus est coadiutor. Eps ecclesiam suam deserere non debet. c. sicut vir. Nec etiã est à suis subditis relinquẽdus. c. denique. Prælati duo in vna ecclesia esse nõ debent. c. in apib. Beatus Aug. accessit & non successit Valerio Hipponensi episcopo. c. non autem.

2 Viuens episcopus aut sacerdos, qui pro ęgritudine à missarũ celebratione abstinuit, an possit celebrare recuperata sanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantib.

SVCCESSOR

h SVCCESSOR. Successor an possit eligi ab episcopovi
1 uente: hoc est an successorem sibi possit episcopus eligere. Et ibi habetur quòd locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest qui prodesse desiderat. c. qui episcopatum.

2 Successor episcopi mortui non est eligendus munerum datione, aut amicorum patrocinijs.

3 Successor episcopi an post electionem teneatur iuramentum præstare pro indemnitate ecclesiæ.

4 Successus seu prouentus denegatur clericis, qui ante sententiam suspensionis vel depositionis à suo episcopo discedere præsumunt. In tales enim ferenda est censura.

5 Successus non continget episcopo à sede Apostolica vocato, si ad propria reuertatur, nisi prius fuerit purgatus, & apposticis literis munitus.

i SOLVE. Solue & solui procura te ipsum ò prælate excom-
1 municate, alias non poteris ordinare: nec tua ordinatio erit rata.

2 Soluti sunt clerici vnius prouincię à prælato alterius: adeo quod archiepiscopus, primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non potest ordinare.

3 Soluere vel damnare subditos suffraganei non licet archiepiscopo illo inconsulto. Soluit Papa ab alijs excommunicatos: & cuiuslibet ecclesiæ clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mundum.

k REGENDO. Regendo vnamquamque parochiam, &
1 res ipsius disponendo facit episcopus quod debet. c. regenda. &c. nouerint. Regendi sunt subditi per episcopos visitantes, vt c. placuit.

2 Regendi officium episcopus transgreditur, si bona ecclesiarum vsurpare nititur: quamuis de illis precarias facere possit.

3 Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipsius valeat episcopus habere.

l CENSVRAM. Censuram formidare debent qui cleri
1 cos ad iudices seculares trahunt. c. inolita. & c. placuit. Et ibi de coniuratoribus, & eorum punitione.

2 Censura ligatus, id est, excommunicatus vel suspensus celebrans est depositione dignus.

3 Censura siue iusta siue iniusta est timenda. Censura legati sunt vitandi plusquam pagani. c. ad mensam. Censura ecclesiastica feriri debet, & ore dæmonum discerpi qui suo episcopo est inobediens. c. absit. Censurã ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira. & c. cum apud. Censura siue sententia vel iudicium quatuor modis peruertitur. c. quatuor modis. Censura ferendi sunt & Iudæ proditori comparandi qui veritatem negant, & occultant. c. quisquis, & c. abijt Iudas. Censura siue sententia iniustè prolata, viribus caret. Episcoporum præceptis nõ semper obediendum est. Censuræ seu anathematis forma habetur in c. debent.

m TESTOR. Testari seu testamenta facere cum de pro-
1 prio liceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere non licet. c. duo sunt genera Christianorum.

2 Testamenta cõdentes clerici an possint quibus voluerint ea relinquere quæ de bonis ecclesiæ acquisiuerũt. Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniendos, qui res & prædia ecclesiastica inuadunt. De bonis ecclesiæ quatuor sunt portiones faciendę. c. quatuor. Et ipsarum rerum alienatio an permissa. c. fine exceptione. & c. terrulas. Liberti ecclesiæ an possint ab ea discedere. Res sacræ ex quibus causis alienari valeãt. c. aurum habet ecclesia. Pauperibus est prouidendum. c. gloria episcopi.

3 Testamentum an facere possint illi, qui prius nihil habentes tẽpore suæ administrationis aliqua acquisiuerunt, & quid iuris de talibus bonis.

4 Testamenta an facere possint clerici de bonis ex suis & rebus ecclesię quęsitis.

5 Testamenta facere de rebus ecclesię an sit permissum sacerdotibus. Et quis succedat eis ab intestato.

n FVNVS. Funera & exequias suas celebrare, & decimas
1 soluere vbi debent illi, qui se de vna dicœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.

2 Funerandi iura an possint præscribi. Funera, id est, corpora mortuorum vbi debent sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigi. Funerum, id est, mortuorum animæ quatuor modis soluuntur. c. animę. Funera, id est, corpora mortuorũ defenda non sunt. c. quàm præposterum.

o FOENVS. Fœnus siue vsuram quodammodo commit
1 tit, & peccat qui vltra debitum exigit. c. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur an clerici possint sua repetere, & pro illis litigare.

2 Fœneraria causa siue criminali aut etiam ciuili an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.

3 Fœnus seu vsura committitur si præter sortem aliquid exigitur.

4 Fœnera seu vsuras nec clericis nec laicis licet exercere.

5 Fœnera seu vsuræ an sint aptę vt inde fiant eleemosynæ.

6 Fœneratores & vsurarij veram pœnitentiam agere non possunt, nisi restituant quæ rapuerunt.

p FVRIOSOS. Furiosos punire non decet ex his quæ fa-
1 ciunt, cum sint mente alienati. & ibi habetur de Loth & alijs ebriosis.

2 Furiosis clerici quodammodo comparandi essent si pro patrocinijs impensis munera exigere vellent.

3 Furioso iudex comparari posset, qui ex mulieris confessione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre non possunt.

4 Furiosi quodammo sunt ecclesiæ ministri, qui diebus dominicis & feriatis causas tractare volunt.

5 Furioso similis dici posset iudex qui neganti purgationẽ indiceret, nisi infamia laboraret.

6 Furoris quodãmodo plena res esset, si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quædam sunt irritanda, quędã relaxanda. c. auctoritate. & c. alius. in quo c. habetur quòd solus Romanus Pontifex regem Franciæ tanquam inutilem depositum. Excommunicatis fidelitas seruãda non est.

7 Furiosè procederetur si diaconus vel presbyter sine concilij examinatione deiiceretur.

8 Furore quodam plenus censetur qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus, & in iudicio confessus vel conuictus, postea præsumit offerre, & in ordine suscepto ministrare, quod verum est de crimine depositionem inducente.

q MONACHVS. Monachus an possit licitè officia popu-
1 lis celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimæ de consensu episcopi sacerdotib. dari debent. c. reuertimini.

2 Monachi an possint in suis capellis presbyteros instituere.

3 Monachorum & ecclesiarum iura an per prescriptionem tolli possint.

4 Monachi an possint præscribere contra ecclesias & prælatos seculares.

5 Monachi & prelati res ecclesię sua auctoritate repellere non valent.

6 Monachi episcopi, & alij prælati si sua auctoritate vsurpãt quæ ad se pertinere putant, an cadant à causa.

7 Monachi & abbates an possint retinere ecclesias, decimas, & iura patronatus de manib. laicorum sibi concessa sine episcopi consensu. Et ibi habetur quòd episcopus habet dispositionem omnium ecclesiarum, quæ in sua dicœcesi constitutæ sunt. c. omnes basilicę. Et etiam ibi plenè de iure patronatus. c. quicunque. c. filiis. c. decernimus.

r 1 OCCIDIT. Occidit seipsum spiritualiter qui à voto resilit.
2 Occidit quodãmodo temporaliter seipsum qui suũ resignat beneficium: sed si in infirmitate resignauit, an sit ei restituendũ postquam conualuerit. Et ibi habetur quòd ante probationẽ triennij nullus in monasterio debet suscipi.

3 Occidit animã suam monachus ad propria rediens, postquam se & sua monasterio tradidit.

4 Occidens vel percutiens clericos diabolo suadente est excommunicatus ipso iure. c. si quis suadente diabolo. & ibi habetur quòd ecclesię concessa non sunt reuocanda, & qui talia aufert, sacrilegium committit; & ecclesiæ immunitas non est violanda.

s ABBATES. Abbates aut monachos factos episcopos ius
1 obligat ad relinquendum quod ante habuerunt monasterio, quod post, ecclesię propriæ. c. statutum.

2 Abbates sunt à propriis fratrib. eligendi, & nõ ab episcopis. Abbates expellere non est permissum monachis, neque commatres facere, Abbates & monachos possunt episcopi visitare, & conditiones exigere tempore dedicationis constitutas. Abbates & monachi cũ sanctimonialib. habitare non debent, quia sexuum commistio est periculosa. c. diffinimus.

t CLAVSTRA. Claustra siue religionem intrare volentib.
1 clericis non est à suo episcopo denegandus ingressus.
2 Claustrũ ingredi clericis permittitur etiã episcopo inuito.
3 Claustrum vnum petere altero dereliçto an sit permissum monachis regularib. canonicis, sine permissione abbatum.

v Volentes.

Materia xxxvj. Causarum.

v VOLENTES. Volentes & spontaneos monasterium intrã
1 tes pueros an cogant iura religionis propositum tenere. Voluntariæ puellę virginitatis propositum suscipientes, nuptias eligere non possunt.
2 Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre reuocati possit.
3 Voluntariè habitum religionis suscipientes, illum deserere non possunt: sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.
4 Volentes religiosi ad arctius monasterium transire non sunt impediendi.
x COMMENDAT. Commendatam vnam ecclesiam po
1 test habere clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt clerici qui in vna & non in pluribus ecclesijs volunt conscribi. & ibi habetur, quod duobus episcopatibus potest quandoq; quis præfici. c. relatio.
2 Commendandi non sunt clerici qui sine litetris dimissorijs de vna ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatum & ecclesiam suam, quæ non debet esse seortum. c. sicut.
3 Commendatio nulla sed potius vituperium est clericis, qui sæcularium negotiorum procuratores esse volunt.
4 Commendandi sunt clerici, qui vestibus sibi congruentibus vtuntur, vnguenta & fulgida vestimenta fugientes.
5 Commendare non debemus clericum, qui à suo episcopo depositus Imperatorem aut iudicem sęcularem adit.
y IVRANS. Iurans verũ non peccat: sed secus si peierat,
1 & per creaturas iurare non licet.
2 Iurans falsum quod putat verum, an sit periurus. Quot comites habeat iuramentum, & quot sunt genera mendacij.
3 Periurum prælatum & criminosum ante sententiam diffinitiuam derelinquere an licet.
4 Iuramenta illicita non sint seruanda.
5 Peierare & contra iuramentum suum venire qui cogit aliquem, licet periurus non sit, tamen mortaliter peccat. In qua ætate quis cogatur iurare. Et ibi ponitur forma iuramenti fidelitatis. c. de forma.
z 1 PVGNAS. Pugnas committere seu militare an sit pec-
1 catum.
2 Pugna siue bellum quod dicatur iustum.
3 Pugna an debeat committi pro repellenda sociorum iniuria.
4 Pugna non semper est exercenda contra malos. Mali enim sunt quandoque à bonis tollerandi, & non abijciendi. Quædam tamen mala sunt repellenda, & punienda, quædam toleranda. Mali sunt medicinali seueritate ad bonum cogendi. vt Nabuchodono. Et hæretici etiam inuiti sunt ad salutem trahendi. Pugnis & bellis sunt coercendi ecclesiasticæ religionis inimici.
5 Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, præcepta non occidendi nomine trangressi sunt. Et ibi an mali sint occidẽdi. Habens gladij potestatem potest occidere, si hoc faciat amore iustitiæ.
6 Pugna & coactio est exercenda in malos vt teneant bonũ iam susceptum. Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptum cogendi.
7 Pugna si iusta sit, possunt hæretici & omnes hostes licitè suis rebus spoliari.
k ¶ *Hæc quæ.*] In hac 5. dist. incipit assignare differentiam iuris naturalis ad alia iura ‖. Notandũ ergo quòd ius naturale in iiij. differt ab aliis iuribus, in origine, dignitate, amplitudine, & sententiæ rigore. In origine differt: quia cœpit ab exordio rationalis creaturæ, vt Insti. de re. di. §. commodius. sed alia iura ortum habent ab inuentione hominum [b]. j. distin. 6. c. vlt. Dignitate differt: quia hoc ius nullam patitur immutationem. Insti. de iur. nat. §. pen. nam si quid est contrarium iuri naturali, illud iniquum est. 3. dist. 1. ius naturale. in fi. Item amplitudine: quia iure naturali omnia sunt communia, sed hoc non est alio iure. Item sententiæ rigore: quia contra ius naturale nulla fit dispensatio, sed aduersus alia iura sæpe.

b Vt in fi. præcedentis. & infra dist. proxim. §. his itaque.

Leuit. 12.

I ¶ *Cœpit.*] per intelligentiam, non per essentiam: immo verius posset dici, quòd cœpit quo ad vsum [c]: quia ius naturale. i. naturalis æquitas ab æterno fuit: nisi velis intelligere de iure diuino. illud enĩ prius fuit, quàm esset redactũ in scriptis.

Ibid. 15.

c Et exercitium: nam ut creaturæ coeperunt eo vti. Arch.

m ¶ *Sed immutabile.*] quo ad præcepta & prohibitiões, vt dist. 6. §. vlt.

n ¶ *Sed cũ naturale.*] Hæc est 2. pars distin. in qua obijcit contra id qđ dicit, quòd ius naturale non mutatur, & probat per tria seq. cap. quòd mutet. Sol. ponet j. dist. proxi. §. His itaq. Et est talis obiectio magistri. Puerpera & menstruata vsq; ad certum tempus prohibebatur intrare ecclesiam: sed modo neutra prohibetur, & hæc prohibitio est de iure naturali, ergo restat q̃ ius naturale sit variatum.

3 c. ro. ad interrogata Augu. Anglorũ episcopi.

o ¶ *Quadraginta.*] quatot diebus mortuus est partus ante infusionem animæ: sed fœtus femineus lxxx. diebus. secundum hoc videtur, q̃ tempore concipit, debet abstinere: sed rõne dubitationis secus est: quia nescitur quo tempore concipit: item quia nescit vtrum masculum vel femina pariat. Io.

comprehensum; quædam autem contraria his, quæ in lege statuta sunt, nunc inueniantur concessa; non videtur ius naturale immutabile permanere. In lege namque præcipiebatur, vt mulier, si masculum pareret, quadraginta o: si vero feminam, octuaginta diebus à templi cessaret ingressu: nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item mulier, quæ menstrua patitur, ex lege immunda esse reputabatur; nunc autem nec statim intrare ecclesiam, nec sacræ communionis mysteria percipere; sicut nec illa, quæ parit; vel illud, quod gignitur, statim post partum baptizari prohibetur. Vnde eidem Augustino Anglorum episcopo Gregorius scribit dicens.

α ¶ Nunc ad differentiam.] *In vulgatis legebatur*, Nunc autẽ ad doctrinam. *Emendatum est ex vetustis codicibus, & ex principio dist. 15. vbi hoc repetitur.*

PALEA. β C. I.

3 CVm enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiam debeat; testamenti veteris præceptione didicisti: quia pro masculo xxxiij. pro femina vero lxvj. diebus debet abstinere: quod tamen sciendum, quia in mysterio accipitur.

β ¶ Palea.] *De Paleis vniuerse in præfatione dictum est. Hæc vero, cui primum præponitur nomen Paleæ, habetur etiam in manuscriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis:) & in quatuor coniunctum est cum sequenti capite* Si mulier. *addita ad illius initium voce,* Nam; *quemadmodum est apud Gregorium.*

¶ Mulier enixa gratias actura ecclesiam intrare hora eadẽ non prohibetur. C. I.

4 SI mulier peadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat ecclesiã; nullo pondere peccati grauatur: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commistione voluptas est: in † prolis vero partu dolor & gemitus. Vnde & ipsi primæ matri omnium dicitur ‖ in doloribus paries.] Si itaq; enixã mulierẽ prohibemus intrare ecclesiam; ipsam ei pœnam r suam, in culpam deputamus.

Sī mulier.] CASVS. Mulier statim post partum potest ecclesiam ingredi: nam ex hoc, nullo peccato grauat: quia voluptas carnis in culpa est, nõ dolor: alioquin dolorem part[o] sibi verteremus in culpam. h. d.

p ¶ *Sī mulier.*] quidam libri habent, cum enixa: sed illud est palea vsque ad hunc locum.

q ¶ *Pondere peccati.*] Sed nõne in brochardo post partum masculi abstinebit xxxij. diebus ab ingressu ecclesiæ: sed post partum feminæ lxvj. & si ante intrabit, tot diebus pœnitebit in pane & aqua, quot diebus ante intrauit ecclesiam: & qui illis diebus commiscetur ei, x. diebus pœnitebit in pane & aqua? Item consuetudo est contraria illis c. Gre. Sed illud Theodori intelligas de ea, quæ non ex deuotione intrat: vel de illa quæ sine necessitate intrat. ‖ Sed verius credo quod potest intrare siue sit necessitas, siue non: vt extra de pur. post partum. volens. consuetudo tamen in contrarium se habet. Io.

4 Gregorius ibidem continenter. Beda lib. 1. de hist. Angl. c. 27. Nicolaus ad consulta Bulgarorum. c. 68

† *nam in prolis prolatione gemitus.* Gen. 3.

r ¶ *Pœnam.*] Afflictis enim non debet afflictio addi, vt 7. quæst. 1. cum percussio. istud tamen fallit: quia corrupta per violentiam non consecratur. j. 26. distin. Acutius. & 32. quæst. 5. ille autem. & mutilati membris non promouentur, vt 55. dist. per totum [d].

¶ Anima matris citius in funditur quã fœminis.

‖ Mulieres coitæ non tenentur ingredi ecclesiã nisi ingressu ecclesiæ abstinere.

§ Afflictis afflictis quãdoque datur.

d De hoc not. j. eod. ad cius. in gl. hoc est. Arend.

Baptizari.] CASVS. Mulier vel quod ex ipsa natum est, statim in periculo mortis baptizari potest: ne parua mora imminente inueniri non possit quod redimatur.

a ¶ *Mora.*] ar. q̃ mora est vitanda vbi timetur periculum, vt 28. dist. de Syracusanæ. de conse. dist. 4. ne quod absit. arg. contrà, ff. de iudi. si debitori. & ff. de sol. l. quod dicimus. Sol. illud in contractibus: istud in periculo animæ. Ioan.

Adeius.] CASVS. Tria dicit præsens cap. Primo q̃ vir nõ debet dormire cum vxore sua tempore purgationis antequam puer ablactetur: nec alij debet tradi ad nutriendum causa incontinentiæ. Secũdo ibi, *Quæ tamen.* dicit q̃ mulier tempore purgationis potest ecclesiam ingredi: quia superfluitas nõ debet culpæ adscribi. Tertio ibi, *Sanctæ quoq;.* dicit quòd mulier tempore partus non est arcẽda à corpore Christi: si tamen abstinet ex deuotione, laudanda est.

b ¶ *Ablactetur.*] tempus ablactationis hic appellatur tẽpus post partum, quando mulier nimis abundat lacte: & nisi extraheretur per pueri, oporteret ipsam infirmari. ideo autem prohibetur illis temporibus cõmisceri cũ eis, quia extali coitu nascũtur morbosi & leprosi. ‖ sed quid si mulier petat debitum à viro tempore mẽstrui, vel tempore purgationis? Dico q̃ non reddet debitum ei, nisi timeretur fornicatio eius. 13. dist. duo mala. Item si vir petit debitum tempore menstrui à muliere: mulier negabit, & exponet ei causam quare non potest. ff. de solu. l. quod dicimus.

c ¶ *Prohibeãtur.*] idest, sub forma prohibitionis dissuadeantur. sic exponunt quidam.

d ¶ *Inuita.*] hoc est regulare, vt quod quis initus patitur, non afferat ei præiudicium, vt hic, & 50. dist. presbyteros. & C. de insti. & sub. l. 1. & C. qui pe. tu. l. cum à matribus. C. de ap. præses. Arg. cõtra. ĵ. 55. dist. c. vlt. 49. dist. c. vlt. C. de condi. inser. legatum.

‖ Item arg. q̃ quæ fiũt ab inuitis & nolentibus, eis imputari non debent [a], vt de consec. dist. 5. discipulos 15. quæst. 1. aliquos. & quæst. 6. c. 1. & 31. quæst. 2. Lotharius. Io. Sol. si aliquis cogitur coactione absoluta aliquid facere contra Deum, non imputatur ei quo ad Deum: secus si conditionali coactione, vt extra quod me. cau. sacris. 50. dist. presbyteros. In contractibus si aliquis cogitur per metum qui debuerit cadere in constantem virum, non imputatur ei, vt ibi. & quod me. cau. ad audiẽtiam. nisi culpa sua incideret in talem metum, vt ff. quod me. cau. si mulier. Sed in ordinibus secus. nam si quis per vim mutiletur, promoueri nõ potest, vt extra de cor. vi. exposuisti. etiam corrupta per vim non consecrabitur inter virgines, vt 32. quæst. 5. ille. & hoc fit propter reuerentiam sacramentorum. & defectum mysterij. sic mihi Bar. vt breuiter distinguendum.

e ¶ *Quod vni personæ.*] Arg. q̃ vni conceditur, per consequens videtur aliis esse concessum. sic ĵ. dist. 4. deniq;. & hoc verum est si de iure communi aliquid conceditur. secus si ex priuilegio, vt 16. quæst. 1. hinc est. & 7. quæst. 1. petisti.

Idem ad eundem.

¶ Mulierem enixam, vel quod ab ea genitum fuerit, eadem hora nihil prohibet baptizari. C. III.

1 BAptizari autem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si periculo mortis vrgetur, vel ipsa hora eadẽ qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem qua natum est, nullo modo prohibetur: quia [a] sicut sancti mysterij gratia viuentibus, atque discernentibus cum magna discretione prouidẽda est; ita quibus mors imminet, sine vlla dilatione offerẽda est: ne, dum adhuc tẽpus ad præbendum redemptionis mysterium quæritur, interueniente paululum mora [2], inueniri non valeat qui redimatur.

a ¶ Quia sicut.] *Hinc vsque ad ver.* Nedum. *addita sunt ex. B. Gregorio.*

Item.

¶ Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur; ad eius concubitum vir non accedat. C. IIII.

2 AD eius vero concubitũ vir suus accedere non debet, quousque qui gignitur, ablactetur [b]. Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant: quod videlicet ex sola causa † incontinentiæ videtur inuentum; quia dum se continere nolunt; despiciunt lactare quos gignũt. Hæ itaque quæ filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradent, nisi purgationis tempus prius transierit [d], viris suis non debent admiscери: quippe cum & sine partus causa, cum in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur [e]: ita vt morte lex sacra feriat, si quis vir ad menstruatam mulierẽ accedat. Quæ tamen mulier, dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi ecclesiam intrare non debet; quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc quod inuita [d] patitur, iustum non est, vt ecclesiæ ingressu priuetur. Nouimus namque, quòd mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini veniens †, vestimẽti eius fimbriam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere; cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei nõ liceat Domini ecclesiam intrare? *& infra.*

¶ Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentũ Domini in lãguore posita, tetigit; quod vni personæ [e] infirmanti conceditur; cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur?

¶ Sanctæ autem cõmunionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est: sed si percipiat, non iudicãda. Bonarum quippe mẽtium est ibi etiam [aliquo † modo] culpas suas agnoscere [f], vbi culpa non est: quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus, sine culpa [g] comedimus; quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus.

f ¶ *Agnoscere.*] Argu. contra ĵ. 22. quæst. 2. cum humilitatis. Dic quòd quilibet potest dicere se peccatorem, dum tamen non credat contrarium. de pœn. dist. 3. ad hæc.

g ¶ *Sine culpa.*] Arg. quòd non semper imputatur factum, vbi culpa præcedit. 15. q. 1. sane.

DISTINCTIO VI.

3 *Via vero* [h] *de naturæ superfluitate sermo cæpit haberi; quæritur, an post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat; vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.*

4 *De his ita scribit B. Gregorius Augustf. Anglorum episcopo, resp.* 11.

Via vero.] CASVS. Grat. quærit an post nocturnã pollutionem vel illusionem valeat quis sumere corp' Christi: & an sacerdos Missam valeat celebrare? & de hoc quid iuris sit, in cap. seq. distinguitur.

h ¶ *Quia vero.*] Hic intitulatur. dist. 6. in qua, quia fecerat mentionem de superfluitate naturæ, digreditur à principali proposito agens de nocturna pollutione. ostendit ergo auctoritate Gre. quibus modis, & ex quibus causis contingit, & quando sit peccatum, & quãdo non: postea respõdet obiectioni factæ in præmissa dist. in illo §. his itaq;. Et not. secundum quosdã, q̃ nocturna pollutio, & illusio, quæ procedit ex infirmitate non est peccatum, etiam veniale, maxime cũ sit pœna, vt ĵ. c. proxi. ibi; omnino hæc pollutio, vel illusio nõ est timẽda, quia animus, &c. Illa vero quę procedit ex crapula, est veniale peccatum, vt ĵ. c. proxi. ibi; habet exinde animus aliquem reatũ. similiter illa quæ prouenit ex cogitatione præcedente, peccatũ est, sed distinguitur; quia si illa cogitatio non processit ad cõsensum, veniale peccatum est [b] pollutio ex ipsa proueniens. Si vero processit, tunc est mortale [c], secundum istorũ opin. accedit, q̃ aliquis nesciens peccat mortaliter & venialiter [d], & operatur bonum, & etiam meretur vitam æternam; quia si corpus dormit, anima vigilat. Vnde illud: Cor meum vigilat ad te Deus. Idẽ in furioso dicunt, si culpa sua deuenit ad furorem. arg. 15. q. 1. si quis. in fi. immo nesciens peccat. 32. q. 7. quem admodũ. Arg. contra. ff. de act. & ob. ex maleficio. §. si quis absens. vbi dicitur, quòd nesciens non peccat. Alij dicunt, quòd dormientes non peccant. 15. q. 1. si concupiscentia. & c. aliquos. dormiens. n. furioso cõparatur. ff. de acqui. pos. l. 1. §. adipiscimur. & ita non peccat. Si ergo in nocturna pollutione homo non venit ad consensum, nullo modo peccat: si vero pertenuit, peccat mortaliter secundum istos, nisi forte imaginetur cum vxore propria; quia tunc dirigit affectum in vxorem, & non peccat mortaliter. hanc opi. fouet H. & probatur. ĵ. ead. dist. non est. ibi; luxuriæ, &c. Sed hoc non est verum; quia nullo modo peccat, vt ĵ. c. proxi. & 15. quæst. 1. aliquos. ‖ Sed contra priorem opin. obiicitur; quid si cogitaui turpiter, sed antequam dormiui statim pœnitui, post polluor in somno, peccaui, vel non? & videtur quòd sic. Resp. licet contritus sim: tamen vestigia remanent, & reliquiæ, sicut in liberto vestigia seruitutis. vnde patronus ei succedit. Instit. de succ. lib. §. sed nostra. sic matrimonium in furiosis manet propter reliquias prioris voluntatis. ff. de his qui sui, vel alieniuris sunt. l. patre furioso. Imputetur ergo mihi saltem si initialiter turpiter cogitaui.

Testamentum.

¶ De multiplici genere illusionis. C. I.

Testamẽtum.] CASVS. Capitulum istud diuidit in tres partes. In prima parte dicitur, q̃ si quis pollutus fuerit pollutione nocturna, nisi aqua lotus fuerit, ei vsq; ad vesperã intrare ecclesiam non conceditur. In secunda parte quæ incipit tibi, *Quod tamẽ.* dicit Greg. q̃ hoc potest intelligi spiritualiter. s. de illo qui in mente prauis cogitationibus est pollutus, qui aqua penitentiæ lauandus est, & nisi prius ignis tentationis recesserit, se reum vsque ad vesperã cognoscat. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Sed est.* ‖ dicitur, q̃ pollutio tripliciter accidit. Aliquando enim accidit ex superfluitate naturę, vel infirmitate, aliquando ex crapula, aliquãdo ex præcedenti turpi cogitatione. Cum ex superfluitate vel infirmitate naturę procedit, pollutio non imputatur alicui: quia potius est pœna ¶ peccatum. Cum vero procedit ex crapula, talis pollutio habet aliquẽ reatum: verũtamen, si necessitas adest, ꝓpter hoc sacerdos nõ prohibetur à celebratione missarum; sed si alij sacerdotes adsint, celebrare nõ debet: sed à corpore Christi nõ prohibetur, maxime, si dormientem turpi imaginatione non cõcusserit pollutio. Cum aũt ex turpi cogitatione præcedenti procedit, abstinere debet ab vtroque: quia animo patet reatus suus: q̃ quod cogitauit sciens, pertulit nesciens.

a ¶ *Testamentum.*] In Leuitico legit Dominum dixisse, Si fuerit homo pollutus nocturno semine, egrediatur extra castra & non reuertatur vsque ad vesperam donec lauetur, & post solis occasum reuertat ad castra. hoc Grego. exponit hic, & retorquetur ad illos q̃ polluuntur mente.

b ¶ *Hunc.*] talem morem, de quo queris, adhuc Romani seruant [a], vt 33. qõ. 4. vir cum propria vxore.

c ¶ *Immunditia.*] idest immunda cogitatione.

d ¶ *Veris imaginibus.*] cum videt mulierem, & delectatur in ea.

e ¶ *Aqua.*] idest pœnitentia.

f ¶ *Ad vesperam.*] id est quousq; recesserit ignis tentationis.

ADDITIO. Idest, prauæ cogitationis. i. quousque cedat illa cogitatio reatu: licet enim peccatum transeat actu, remanet tamen reatu. 22. qõ. 7. non solum de consecr. dist. 4. nis: *in aliquibus vero B. Gregorij codicib. variis: sed ob glossam non est mutatum.*

β ¶ Si tamen.] *In codicibus B. Gregorij, & apud Bedam est*, si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit. *In collectione vero Isidori etiã manuscripta*, si tamen animum dormientis turpes imaginationes concusserunt: *quem sensum retinet etiam lectio Panormiæ: nam Burchardus, & Iuo parum ab originali discrepant.*

γ ¶ Non sit tunc: sed suo.] *Omnia fere Gratiani manuscripta exemplaria habent*, vel suo: *Ceterum magna hoc loco est inter ceteros collectores, & Bedam, & B. Gregorij codices varietas. In collectione Isidori etiã manuscripta est*, qua in re vnum ibi ostenditur, ipsa mens non rea, nec tamen suo iudicio libera. *Verum ob codicũ varietatem nihil est in contextu mutatum.*

δ ¶ Et propter.] *Hæc vsque ad finem, neq; in codicibus B. Gregorij, neque apud Bedã, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum, & Iuonem, & Pannormiam, & Polycarpum.*

¶ Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione solum, sed delectatione, & consensu. PAPEÆ. C. II.

2 SEd pensandum est, ipsa cogitatio vtrum in suggestione, an delectatione, vel (quod maius est) peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, consensu: suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum; quia & † primo culpam serpens suggessit, Eua velut caro delectata est, Adam velut spiritus consensit. Et necessaria est magna discretio, vt inter suggestionem β, delectationem, & cõsensum iudex sui animus præsideat. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente: si nulla peccati delectatio sequatur, peccatũ omnimodo perpetratum non est: cum vero caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci: si autem etiam ad cõsensionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati semen est; in delectatione fit nutrimentum; in consensu perfectio. Et sæpe cõtingit, vt hoc, quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat; nec tamen animus eidem delectationi consentiat. Et cum caro sine anima delectari nequeat; ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat, nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit; sed ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde, & ille cælestis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: [Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ; & captiuum me ducentem in lege † peccati, quæ est in membris meis.] Si autẽ γ captiuus erat, minime repugnabat: quapropter & captiuus erat, & repugnabat. Igitur legi mentis eius lex, quæ in membris est, repugnabat: si autem repugnabat, captiuus non erat. Ecce itaque homo est (vt ita dixerim) captiuus, & liber; liber ex iustitia, quam diligit; captiuus ex delectatione, quam portat inuitus.

Non

§ Greg. ibid. continenter. Burch. l. 4. c. 32. Iuo pa. 1. c. 62.

§ Menstrui tẽpore coniugale debitum an debeat reddi. 2 Greg. ibid. continenter. Nicolaus ad cõsulta Bulg. c. 68. Beda li. 1. hist. Angel. c. 27. Iuo par. 8. c. 88.

† *al carnis incontinentia.*

† *transierint.*) Grig. *Leuit. 15.*

‖ Facta ab inuitis an sint imputanda.

a Nec talia possunt, vt patet in eo quod legi. & not. infra 13. q. 2. quàm præpositum.

† *al. exhiberi*

† *al. abstinere*

† *al. quia*

§ Pollutio tripliciter accidit. 2 Iuo par. 9. c. 111.

a Sub. Iudæi à contactu mortui in polluti de consec. dist. 4. nec quemquam.

† *addite sunt ista duo verba ex B. Gregor. & Beda.*

b Sicut & ipsa cogitatio ex qua procedit. c Sub. sicut inuitur. ĵ. in fi. cap. seq. & in palea, sed pensandum. d Hoc respicit dictum antecedens, ibi, sed cogitatio, &c.

3 ex rr. interrogatione Augustini Anglorũ episcopi.

4 Beda lib. 1. hist. Ang. c. 27

‖ Pollutio nocturna turpem cogitationem sequens imputatur.

† *al. cum primum*

2 Beda ibidẽ. Burc. l. 5. c. 43. Iuo pa. 2. c. 52

† *al. vesperum*

† Paulo aliter in orig. & apud ceteros collectores.

† *al. quia*

§ Pollutio tripliciter accidit. 2 Iuo par. 9. c. 111.

Rom. 7.

† *al. legem.*

a ¶*Non concupiscendo.*] id est absq; libidine præcedentis ardoris.

HIS ITAQVE CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte soluit Gratianus quæstionẽ, quam fecit §. in illo. c. hęc quæ. de primlegiis. in 5. dist. de mutabilitate, & variatione iuris naturalis dicẽs, q; ius naturale in lege, & in Euangelio continetur, sed tamen nõ omnia q; sunt in lege & in Euangelio coherent iuri naturali quantũ ad superficiem. Sunt enim in lege quędam præcepta moralia, vt nõ occides, &c. ista non mutantur, nec ius naturale in eis: quædam mystica præcepta, vt de agno sacrificando, & his similia. ista mutãtur quãtum ad superficiẽ, & non quãtum ad moralem intelligentiam: & quantum ad hoc ius naturale immobile, perseuerat, & pmanet sicut fuit ab exordio rationalis creaturæ. In secunda parte, quę incipit ibi, *Ius vero consuetudinis.* dicitur, quòd ius cõsuetudinis cœpit post legem naturalem: ex quo homines cœperũt simul habitare, quod creditur factum eo tempore quo Cain legit ædificasse ciuitatem: quod ius cũ fere esset extinctum propter diluuium, fuit reparatũ à Nemroth, siue potius immutatum; quia cœpit opprimere homines. & hoc probat auctoritate Gen. ibi; *Cœpit Nemroth*, &c.

b ¶*His itaq;*. Hic ponit Magister sol. obiectionis quam fecerat in precedenti distin. Nos ergo cum ipso plenius distinguamus, q; eorum quæ continentur in lege, alia sunt moralia, alia mystica. moralia sunt quæ mores informant, & sic sunt intelligẽda, vt ipsa verba sonant, vt diliges Deum: non occides: honora patrem, de quibus notatur. 32. quæst. 7. quid in omnibus. mystica sunt figuralia, quæ aliud signficãt præter id quod littera sonat. horum alia sunt sacramentalia: alia sunt cæremonialia. Sacramentalia sunt de quibus ratio reddi potest: quare ad litteram sic fuerint præcepta, vt de circumcisione, & obseruatione sabbati, de quib⁹ habes extra de bapt. maiores, & extra de constit. translato. Cæremonialia sunt de quibus ratio reddi non potest, quare ad litteram sint mandata, vt non arabis in boue & asino, vt 16. quæst. 7. in noua. non seres vestem de lana, & lino conteztam. non seres agrum diuerso semine. Lex ergo quantum ad moralia non recipit immutationem: sed quantum ad sacramentalia, & cæremonialia mutatur quantum ad superficiem literæ: sed non ob hoc dicitur esse mutatũ ius naturale; quia in his non consistebat ius naturale, quo ad superficiem litteræ, secundum quam hæc sunt mutata: sed quo ad mysticam intelligentiam, secundum quam non sunt mutata: sed mysticus eorum intellectus non est mutatus. vnde lex non dicitur mutata. 1. q. 1. Marchion.

c ¶ *Ius.*] nunc ostendit à quo tempore cœpit ius cõsuetudinarium, & constitutionis, & dicit, quòd à tempore Cain cœpit ius consuetudinarium, qui primo ædificauit ciuitatem, quam ex nomine filij sui vocauit Enoch: sed ius constitutionis à Moyse [2]. Io.

d. ¶*Extinctum.*] ius ergo non terminatur, idest, non finitur in vij. sicut nec incipere potest à vij. quia ad minus x. debent facere plebem, vt j. 10. quæst. 3. vnio.

e ¶*Coram Domino.*] idest eorum qui sunt Domini, vel permittente Domino, quicquid enim fit, iudicio Dei fit, vt 26. q. 5. nec mirum.

tum ad moralem intelligentiam, inueniuntur sibi annexa; ac per hoc, etsi secundum superficiem videantur esse mutata; tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur. Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens, vt supra dictum est, manet immobile. Ius vero consuetudinis post naturalẽ legem exordium habuit; ex quo homines conuenientes in vnum cœperunt simul habitare, quod ex eo tempore factum creditur: ex quo Cain ciuitatem ædificasse legitur: quod cum diluuio propter hominum raritatem fere videatur extinctum d; *postea à tempore Nemroth reparatum, siue potius immutatum existimatur: cum ipse simul cũ aliis alios cœpit opprimere, alij sua imbecillitate eius ditioni cœperunt esse subiecti: vnde in Genesi legitur de eo* [*Cœpit Nemroth robustus venator esse coram Domino* e | *id est* a *hominum oppressor, & extinctor; quos etiam ad turrim ædificandam allexit.*

a ¶Id est. j *Glossa ordinaria ad istum locum ex Alcuino ita habet.* idest hominum oppressor, & extinctor: quos allexit, vt turrim contra Deum construerent.

DISTINCTIO VII.

VS autem f *constitutionis cœpit à iustificationibus* g,, *quas* h *Domin⁹ tradidit Moysi dicens:* [*Si emeris seruum Hebræum, &c.*] *Vnde Isidorus in lib. 5. Etymol. c. 1. ait.*

¶ De conditoribus legum. C. I.

MOyses gentis Hebrææ primus omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. Phoronæ⁹ Rex Græcis primus leges, iudiciáque constituit. Mercurius Trismegistus i primus leges Ægyptiis tradidit. Solon primus leges Athenensibus dedit. Lycurgus primus Lacedæmoniis iura ex Apollinis auctoritate confuxit. Numa Pompillius, qui Romulo successit in regno, primus k leges Romanis edidit. Deinde, cum populus seditiosos † magistratus ferre non posset; Decemuiros l legibus scribendis

Exod. 11.

b Et ita hic inducitur scriptione sẽptennij, vt not. 1. dist. ius gentium.

† *al. seditiosum*

de dicitur, q; populus Romanus ordinauit x. viros qui leges ex libris Solonis x. tab. transtulerunt in latinum sermonem; & eas postea exponentes duas tabulas addiderunt.

i ¶*Trismegistus.*] propter tres potentias. s. eloquentiam, scientiam, & virtutem. de quibus habes 37. dist. relatum. & 16. quæst. 1. fic viue. de profes. l. magistros.

k ¶*Primus.*] immo prius Romulus tradidit: sed paucas. ff. de origi. iur. l. 2. & quia paucas: ideo dicitur iste primus edidit c.

l ¶*Decemuiros.*] cum enim leges propter discordiam plebeiorum cum nobilibus fere per xxx. an. in desuetudinẽ abijssent, creati sunt x. viri, qui de Græcis ciuitatibus leges collectas transtulerunt in latinum, & eas in tabulis eburneis scripserunt. postea iidem x. viri accepta potestate

c Vt ff. de orig. iur. l. 2. Laur.

testate corrigendi, & interpretãdi leges, videntes multa deesse tabulis x. postea duas tabulas superaddiderunt: & appellatæ sunt illæ leges xij. tabularũ: qui aũt fuerunt illi x. viri, statim determinat Isid. dicens seq. c.

Verunt.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres patres. In prima parte ponuntur nomina x. virorum, qui leges primo transtulerũt: & dicitur etiam, q; Pompeius primus consul, & Cæsar leges condere voluerunt, sed non potuerunt perficere. In secũda parte dicitur, quòd leges propter vetustãte ab vsu ceciderunt, quarum notitia est necessaria, etsi in vsu nõ sint. In tertia parte dicitur, q; nouæ à Constantino & eius successoribus cœperunt: sed quia permistæ & confusæ erant, Theodosius minor ad similitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicis, composuit codicem ex constitutionibus Imperatorum, quem Theodosianum vocauit. secunda pars incipit ibi: *Paulatim.* tertia ibi: *Nouæ.*

1 Isidor. ibid. continenter. 2 Add. tex. simi. in l. 2. 3. iuris ciuilis. cũ 5. seq. ff. de orig. iuris.

† *al. libros*

† *exoleuerũt.*] orig.

3 Adde an lex abrogata sit abrogãda. no. C. de lati. lib. tol. l. 1. & cap. de nou. C. cõpen. l. 1.

4 Iuo p. 4. c. 270. Pan. l. 2. c. 144.

† *al. minor.*

a ¶ *Metu.*] Argu. quòd metus verborũ excusat. arg. j. 23. q. 8. conuenior. ibi, dic aliquod verbũ in Deum, & morere. & arg. ff. de acq. hær. l. 6. in fin. arg. contra, extra quod met. cau. sacris.

b ¶ *Necessaria.*] sed si nullus est earum vsus, vt quid membranas occupant. 19. dist. si Romanorum? sed ideo notitia est necessaria, vt sciatur causa quare tollantur, vt C. de cadu. tol. l. vna. quia & ipse Papa argumentatur ex abrogato iure, vt extra de iud. nouit. Vel est necessaria nõ vt probentur, sed vt reprobentur male dicta, vt 37. dist. legimus. & c. qui de mensa.

c ¶ *Vocauit.*] hunc tamen immutauit postea Iustinianus, & fecit vnũ codicem ex tribus. C. de no. cod. com. ver. princ. Ioan. Theutonicus.

Act. 4.

Ifert autẽ.] Hæc dist. diuidit in duas partes, i qua rum prima probat, quòd de iure naturali omnia sunt communia. Secunda, ibi: *Dignitate.*

CASVS. Supra in 5. distin. assignata fuit differentia iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate. nunc autem assignat differentiã iuris naturalis ad alia iura in amplitudine; quia hoc iure omnia sunt cõmunia: sed non alio iure. Repetit etiam de dignitate. Dicitur ergo in hoc. §. q; hoc ius naturale differt à consuetudine, & cõstitutione: nam iure naturali omnia sunt cõmunia. & hoc probatur auctoritate noui test. & auctoritate Platonis: sed iure consuetudinis dicitur hoc meũ, illud tuũ: & ad hoc inducitur seq. cap.

5 Ansel. l. 12. cap. 62. Iuo p. 3. c. 194. Pan. l. 2. c. 63.

d ¶ *Differt autem.*] in hac 8. dist. ostendit magister qualiter ius naturale excellat alia iura amplitudine; quia secundũ hoc ius oĩa sunt cõia.

e ¶ *Inter eos.*] id est, apostolos. 12. q. 1. dilectissimis.

f ¶ *Nestrit.*] quisque enim tantum diligit alium, vt se a: finxit enim Plato quãdam rempublicam, in qua omnia sunt communia. 12. q. 1. c. 2.

a Vt de pœn. dist. 1. charitas est. iuxta fi.

Vo iure.] CASVS. Quidam hæretici conquerebantur se iniuste expoliatos rebus quas nomine ecclesiæ possidebant, contra quos inuehit Aug. dicens eos nõ posse conqueri. nam aut possident creauit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem transtaras xij. tabulis exposuerunt.

¶ Nomina eorum, qui leges xij. tabularum exposuerunt. C. II.

FVerunt autẽ hi [2], Ap. Claudius, T. Genucius, P. Sestius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Postumius. Hi Decemuiri legum conscribẽdarum electi sunt. Leges autem redigere in libris† primus consul Pompeius in stituere voluit: sed non perseuerauit obtrectatorum metu [2]. Deinde Cæsar cœpit id facere: sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquæ leges vetustate, atque incuria obsoluerunt† ; quarum etsi nul lus iam vsus est; notitia tamen necessaria[b] videtur. ¶ 3 Nouæ leges à Constantino Cæsare cœperunt, & reliquis succedentibus: erantque permistæ, & inordinatæ. 4 Postea Theodosius minor† Augustus ad similitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicem factum cõstitutionum à Constantini tẽporibus sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit; quem à suo nomine Theodosianum vocauit [c].

DISTINCTIO VIII.

Ifert autem[d] *ius naturale*† *à consuetudine, & constitutione. Nam iure naturali omnia sunt cõmunia omnibus: quod non solum inter eos*[e] *seruatum creditur; de quibus legitur.* [*Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna, &c.*] *verum etiam præcedenti tempore à philosophis traditum inuenitur. Vnde apud Platonem illa ciuitas iustissime ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit*† *affectus. Iure vero consuetudinis, vel constitutionis hoc meum est, illud alterius. Vnde Augustinus ait tract. 6. ad c. 1. Ioannis.*

¶ Iure diuino omnia sunt communia omnibus: iure vero constitutionis hoc meum, illud alterius est. C. I.

5 QVo iure defendis[5] villas ecclesiæ a? diuino, an humano? Diuinum ius in scripturis habemus? humanum ius in legibus Regum. Vnde quisque possidet, quod possidet? nonne iure humano? Nam iure[b] diuino [Domini est terra, & plenitudo eius.] Pauperes, & diuites Deus de vno limo fecit: & pauperes, & diuites vna terra supportat. Iure tamen humano dicitur† ; hæc villa mea est; hæc domus mea; hic seruus meus est[1]. Iura† autem humana, iura Imperatorum sunt: quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores, & Reges sæculi Deus distribuit generi humano. *Item ibidem paulo inferius.* ¶ Tolle iura Imperatorum: & quis audet dicere, mea est illa villa; aut meus est ille seruus; aut domus hęc mea est [6]? si autem, vt teneantur ista ab hominibus; regum iura fecerunt; vultis, vt reticemus leges, vt gaudeatis[k]? *Item ibidem paucis interiectis.* ¶ 7 Legantur ß leges [1]; vbi manifeste præceperunt Imperatores, eos† -, qui præter ecclesiæ catholicæ communionem vsurpãt sibi nomen Christianum; nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesię audeant possidere[m]. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi: de iure humano agitur: & tamen Apostolus voluit seruiri Regibus: voluit honorari Reges; & dixit [Reges reueremini.] Nolite dicere[n], quid mihi, & Regi? Quid tibi ergo, & possessioni? Per iura Regum possidentur possessiones. Dixisti, quid mihi & Regi? Noli dicere possessiones tuas; quia ipsa† iura humana renuntiasti, quibus possidentur possessiones.

a ¶ Ecclesiæ.] *Hæc dictio non est apud B. Augustinum. Nam ibi agit contra Donatistas, qui legibus Imperatorum villas sibi ademptas, & Ecclesiæ catholicæ attributas esse querebantur. Quare, cum Donatista dicerent*, villas nostras tulerunt: fundos nostros tulerunt, *vt eos ipse conuincat nullum ius in illis habuisse, aut habere: quibusdam præpositis addit ista.* Quo iure defendis villas? diuino, &c. *Et infra 11. q. 1. c. si quæ causæ. vbi Gratianus citat initiũ huius capitis, ista dictio* Ecclesiæ *non habetur. Est tamen apud Anselmum, Iuonem, & in Pamormia locis indicatis.*

b Istud hinc elicitur secundum illam expositionẽ quæ fit. 5. c. in ver. defendis. i. petis. secundum Io. de Fan.

7 Cod. lib. 1. tit. 5. cap. 4. & Cod. Theod. lib. 16. tit. 5. c. 43. 52 54.

† *al. ita*

1 Tuo par. 9. c. 112.

† *dicit*] orig.

† *Iure ergo humano, iure Imperatorũ: quare?*] orig.

6 Cõcor. tex. in l. ex hoc iure. cum ibi no. ff. de iustit. & iu.

|| Possessio an sit de iure diuino an humano. *Psal. 23. Gen. 2.*

1. Pet. 2.

c Vbi de hoc & 2. q. 6. decreto.

† *ad ipsa*] orig. & Iuo.

|| Connexum est idem iuri.

DIGNITATE. CASVS. Ostendit, q̃ differt dignitate ab aliis iuris naturalis; quia si cõstitutio, vel cõsuetudo aliqua sit huic cõtraria, irrita: & hoc p̃bat seq. cap.

a ¶ *Dignitate.*] hic incipit ij. pars dist. in qua ostendit quare ius naturale sit dignius quàm alia iura: nam quæcumque constitutio, vel consuetudo est contra illud ius, est irrita, & ad hoc inducuntur oĩa c. seq.

Quæ contra.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd flagitia, quæ sunt cõtra mores hominum vitari debent: ita vt pactum hominum, vel consuetudo ciuitatis seruetur, nec ab aliquo violetur: sed perpetua gaudeat firmitate: si tamen Deus iubet aliquid fieri contra pactum, vel cõsuetudinẽ, ei est obtẽperãdum: nam si regi est obtemperandũ in regno, vel ciuitate sua, multo forti⁹ regi vniuersę creaturæ est obediendum.

b ¶ *Mores.*] bonos.

c ¶ *Flagitia.*] i. quasi flagitia. 32. q. 7. flagitia.

d ¶ *Diuersitate.*] id est aduersitate. Io.

e ¶ *Aut peregrini.*] nunquid ergo peregrini, & Scholares tenẽtur sequi consuetudinem illorum inter quos commorãtur? Arg. videtur hic q̃ sic [a], & 12. d. illa. & 41. di. c. 1. Arg. contra quia viatores non fortiuntur forum illius loci per quẽ transeũt, vt ff. de iudi. hęres. §. 2. Et est ar. q̃ soli perpetuo habitãtes obligãtur legi ciuitatis, vt ff. de pi. debitor.

f ¶ *Immo.*] q. d. nõ est cõtra pactũ humanæ societatis ei obtemperare: immo secundũ pactum; quia in omni pacto semper intelligitur excepta maioris auctoritas, vt extra de iureiu. veniẽtes.

g ¶ *Generale.*] id est generalis lex.

h ¶ *Sicut.*] in hoc facit ad propositũ: quia id q̃d Deus præcipit cũ sit de iure naturali pferẽ consuetudini, vel constõi.

i ¶ *Maior.*] ergo magis obedit monachus cpo q̃ Abbati [b]: q̃d falsum est, vt 58. dist. c. 1. & 2. sed de hoc dic, vt not. 11. quæst. 3. qui resistit.

Mala.] CASVS. Quædã prava cõsuetudo inoleuit in archiepatu Remeñ. quare Papa scripit Hinc maro Remeñ. archiepo, vt illã consuetudinẽ tollat: quia nisi illa cõsuetudo radicitus euellatur, ab impiis in ius assumetur: & præsumptiones incipiẽt pro legibus venerari.

a Et est hic arg. q̃ consuetudo loci attendẽda est in scacorum ludo secundũ Lau. sed arg. cõtra 41. dist. illud. in fi.

1 Iuo p. 4. c. 278.

2 Iuo p. 4. c. 203. Pann. l. 2. c. 28.

3 Cõcor. text. in Auth. habita. cum glo. in ver. pertinaciæ consuetudine. C. ne fil. pro pat. & in c. Massana. de elect.

7 *al. in qua*

¶ Tolle.] *Quoniam glossa obstitit, ne omnia emendarentur, aut adderentur, quæcumque addenda videbantur; placuit integrum apponere locum B. Augustini. Apud ipsum igitur post ver.* humano, *antecedentis paragraphi, hæc sequuntur:* Vultis legamus leges Iurisperitorum? & secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere; recitemus leges Imperatorum: videamus, si aliquid voluerint ab hæreticis possideri. Sed quid mihi est Imperator? secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorum; & quis audet dicere; mea est ille villa, aut meus est ille seruus, aut domus hæc mea est? Si autem vt teneantur ista ab hominibus, iura acceperunt Regum; vultis recitemus leges, vt gaudeatis, quia vel vnum hortum habeatis, & non imputetis nisi mansuetudini columbæ; quia vel ibi vobis permittitur permanere? leguntur enim leges manifestæ; vbi præceperunt Imperatores. &c.

2 *Dignitate vero ius naturale similiter præualet consuetudini, & constitutioni. Quæcumque enim vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa; si naturali iuri fuerint aduersa; vana & irrita habenda sunt. Vnde Augustinus ait lib. 3. cõfess. c. 8.*

¶ Aduersus naturale ius nulli quidquam agere licet. C. II.

1 QVæ contra mores [b] hominum sunt flagitia [c], pro morum diuersitate [d] vitanda sunt; vt pactum inter se ciuitatis, aut gẽtis consuetudine, vel lege firmatũ, nulla ciuis, aut peregrini [e] libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuersõ nõ congruẽs. Cum autem Deus aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet iubet; etsi nunquam ibi factum est, faciendum est; & si omissum, instaurandum est; & si institutum non erat, instituendum est. si enim Regi licet in ciuitate, cui† regnat, iubere aliquid; quod neque ante illum quisquã, nec ipse vmquam iusserat; & non contra societatem ciuitatis eius obtemperatur, immo [f] contra societatẽ non obtemperatur (Generalẽ [g] quippe pactũ est societatis humanæ obedire Regibus suis) quanto magis Deo regnatori vniuersæ creaturæ suæ, ad ea quæ iusserit, sine dubitatione seruiẽdum est? sicut [h] enim in potestatib⁹ societatis humanę maior [i] potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Remensi Archiepiscopo.

¶ *Caput hoc est ex epistola Nicolai, quæ incipit,* Epistolam Beatitudinis tuæ; *extat quæ vnà cum aliis eiusdem, & aliorũ Pontificum epistolis manuscriptis Romæ in Bibliotheca monasterij Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum est,*

¶ Radicitus est euellenda pernicioſa consuetudo. C. III.

2 MAlã cõsuetudo, quæ non minus [j] quàm pernicioſa corrupte[a] vitãda est; nisi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab improbis assumitur: & incipiunt præuaricationes, & variæ † præsumptiones celerrime non cõpressæ pro legibus venerari, & priuilegiorũ more ppetuo celebrari.

Item Augustinus lib. 3. de baptismo contra Donatistas. c. 6. 4.

¶ Veritati & rãtioni consuetudo est postponenda. C. IIII.

5 VEritate [m] mãifestata [n] cedat consuetudo veritati: plane respondeo, quis dubitet [o] veritati manifestatæ debere consuetudinẽ cedere? *Item.* [6] Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

Item Gregorius α VVimundo † Auersano Episcopo.

α ¶ Gregorius.] *In aliquot manuscriptis, & apud Iuonem est,* Gregorius vij. *Et in huius Pontificatu Guitmũdus Auersanus episcopus scripsit de corpore & sanguine Domini cotra Berengariũ, qui liber extat.*

¶ Qualibet consuetudo veritati est postponenda.. C. V.

7 SI consuetudinẽ fortassis opponas; aduertendũ est, quòd Dominus dicit P: [Ego sum veritas, & vita.] Non dixit, Ego sum consuetudo; sed, veritas [8]. Et certe (vt Beati Cypriani vtamur sententia) quælibet consuetudo, quantumuis vetusta [q], quantumuis vulgata, veritati omnino est postponenda: & vsus qui veritati est contrarius, abolendus.

Item Augustinus lib. 3. de baptismo contra Donatistas. cap. 5. 9

¶ Veritate reuelata, consuetudinem sibi cedere oportet. C. VI.

10 QVi contẽpta veritate præsumit consuetudinem sequi; aut circa fratres inuidus est & malignus, quibus veritas reuelatur; aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione ecclesia eius instruitur. *& infra.* In Euangẽlio Dominus, Ego sum, inquit, veritas: nõ dixit, ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat cõsuetudo veritati. *& infra.* ¶ [11] Reuelatione facta veritatis, cõcedat cõsuetudo β veritati: quia & Petrus, qui prius circũcidebat [r], cessit Paulo veritatem prædicanti. *& infra.* [12] Cum Christus veritas sit; magis veritatem, quàm consuetudinẽ sequi debemus [13] quia [r] consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

β ¶ Cedat consuetudo.] *Apud B. Augustinum, & Iuonem, & in Pannormia legitur,* cedat error. *Sed vere B. Augustinus ex ipsiusmet Zozimi verbis colligit, quod ille errorem appellabat, fuisse consuetudinem. Ita enim respondet.* Noluit quidem iste dicere, consuetudinem; sed errorem. Verumtamen, cum dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem Prædicanti, satis indicat, quòd aliud etiam de baptismo fieri solebat.

¶ Quia cõsuetudinem.] *verba hæc vsque ad finem, apud Iuonem, & Gratianum satis comode hic adnectũtur, repetita ex verbis Felicis, quæ referuntur 5. c. veritate.*

k ¶ *Mala autem consuetudo.*] ar. q̃d quod aliàs est illicitum, rõne consuetudinis nõ fit licitũ. Ar. cõtra 3. d. 4. deniq; arg. cõtra extra de cõsue. c. vlt. & t. minus rõnabilis consuetudo inducit ius, extra de in integ. rest. cõstitutus. Itẽ hic est ar. q̃ honesta consuetudo inducit priuilegium, vt 9. quæst. 3. conquestus. & 82. dist. plurimos.

l ¶ *Non minus.*] hæc vij. cap. de mala consuetudine loquuntur.

CASVS. autem sequẽtis cap. planus est, & per se patet.

m *Veritate.*] arg. q̃ Veritas præiudicat opinioni, vt hic. & 81. di. quicunque. & extra de biga. nuper. extra qui fi. sint legi. per tuas. & ex. de pur. vul. significãtibus. & extra de frig. & ma. fraternitatis. ar. cõtra 3. q. 7. infamis. §. tria. & ex. de iure pa. cõsultationibus. & C. de test. l. j.

n ¶ *Manifestata.*] per doctrinã, & reuelationẽ.

o ¶ *Dubitet.*] quãdoq; tñ consuetudo præualet legi. extra de cõsue. c. vlt.

Si consuetudinem.] CASVS. Quidã episcopus habebat quandam consuetudinem: scribit ei Greg. & mandat, vt illam aboleat, & q̃ hoc facere debeat, probat auctoritate Christi, q̃ dixit. Ego sum veritas: & non dixit: Ego sum consuetudo. & sentẽtia Cypriani, qui dixit, quòd quantũcumque sit vetusta consuetudo veritati cõtraria, est abolẽda.

p ¶ *Dicit.*] arg. q̃ verbis est inhærendũ extra de deci. ad audientiam.

q ¶ *Vetusta.*] 1. quæst. 3. si quis. præbendas. ar. contra. ff. de legi. de quibus. §. inueterata. cõmunia prædi. l. venditor. §. fi constat. & extra de consuetu. cum dilectus. & extra de iurepa. c. cura pastoralis. in his propter diuturnitatem temporis sustinetur, id q̃d est minus rationabile, dic quòd vetustas est seruanda, si potest sine scandalo seruari. cõtra di. 4. denique.

r ¶ *Circumcidebat.*] & cibos discernebat propter cunda parte, quæ incipit ibi, *Idem. Ignoscẽ,* dicitur quòd simpliciter erranti potest & debet ignosci: & hoc probatur exemplo Pauli dicentis: Misericordiam merui; quia ignorans feci: sed qui scienter facit, veniam non meretur.

b ¶ *Consuetudo.*] pone casum, vt j. de conse. distin. 3. c. 2. & 3.

c ¶ *Esdram* [3] quando prohibuit Iudæis ne alienigenas ducerẽt vxores, nisi essent de tribu sua: ipsi autem duxerunt alienigenas de filiis Chananæorum, vt 28. quæst. 1. §. 1. Vel tangit qualiter bibliotheca & psalteriũ à Babyloniis destructa, per Esdram reparata fit. Vel aliter quæstium est quæ virtus esset maior? Respondet quidam mulieris, alius regis, alius viri, alius vini, alius veritatis. hãc approbauit Esdras.

d ¶ *Quia ignorans.*] Arg. quod ignorãtia iuris excusat, vt hic, & 30. q. 1. de his. & 2. q. 3. fi quem. §. notandum [b] & 24. q. 1. si quis dederit. & 28. dist. presbyterum.

Si solus.] CASVS. Dicit Cyprianus in hoc cap. quòd non omnis consuetudo imitanda est, sed Christi veritas: & illud q̃d ipse fecerit, qui prior est ante omnes. Et hoc probatur auctoritate Esaiæ reprehendentis Iudæos, qui veritatem non sequebantur.

e ¶ *Si solus.*] id est, nullus ei contrarius. sic j. 8. q. 1. sciendum. in fi.

f ¶ *Hominum.*] ergo Iudæi regũtur humanis constitutionibus. & sic est contra. j. 12. distin. omnia. vbi dicitur quòd Iudæi tãtum diuinis cõstitutionibus reguntur: sed verum est quòd olim regebantur constitutionibus humanis, scilicet Scribarum & Pharisæorum, vt hic dicit. sed hodie non, vt ibi.

Quod autem.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima probatur q̃ non valet consuetudo contra Deum. In secunda ibi, *Noli* probatur per ix. cap. q̃ commenta Sanctorum non præiudicãt

pter quod Paulus ei restitit in faciem, vt 2. quæst. 7. c. Paulus Petrum. 27. quæst. 1. sicut enim. ver. ecce.

Frustra.] CASVS. Quidam contra sacramenta, & alia spiritualia consuetudinem veritati præponebant, quare quæsitum fuit ab Augustino, quid iuris esset? Et respondet Augustinus, quòd frustra obijciunt consuetudinẽ veritati. si tamen consuetudini veritas suffragaꝰ, nil oportet firmius retineri.

¶ Consuetudo rationi frustra opponitur. C. VII.

1 FRustra, inquit, quidam, qui ratione vincũtur, cõsuetudinem [a] nobis obijciunt: quasi consuetudo maior sit veritate; aut non id sit in spiritualibus sequendum; quod in melius fuerit à spiritu sancto reuelatum. ¶ 2 Hoc plane verũ est; quia ratio, & veritas consuetudini præponenda est. Sed cũ consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.

Item Cyprianus in epistola ad Põpeium contra epistolam Stephani.

¶ Rationem consuetudo impedire non debet. C. VIII.

COnsuetudo [b], quæ apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quominus veritas prævaleat, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes, quia & apud Esdram [c] veritas vicit, sicut scriptum est: [Veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum.]

Idem in epist. ad Iubaianũ, circa med.

Ignosci [α] potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus [Qui primo, *inquit,* fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus: sed misericordiam merui; quia ignorans [d] feci.] post inspirationem vero, & reuelationem factã, qui in eo quod errauerat, perseuerat; prudens & sciens sine venia ignorãtiæ peccat: præsumptione enim atq; obstinatione quadãnititur, cum ratione superetur.

α ¶ Ignosci.] *Apud. B. Cyprianum legitur,* Ignosci enim potest. *& his antecedunt ea, quæ leguntur 5. c. frustra. vsque ad ver.* reuelatum.

Idem lib. 2. epist. 3. ad Cæcilium.

¶ Dei veritatem, non hominum consuetudinem sequi oportet. C. IX.

3 SI solus [e] Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit. Neq; enim hominis consuetudinem sequi oportet; sed Dei veritatẽ, cum per Esaiam prophetã Deus loquatur, & dicat [Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum [f] docentes.]

Liquido igitur apparet, quòd consuetudo naturali iuri postponitur.

DISTINCTIO IX.

Vod autem [g] *& cõstitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate pbatur. Ait enim Augustinus ad Bonifaciũ comitem, epist. 50.*

¶ Leges principum naturali iuri præualere non debent. PALEA. CI.

IMperatores, quando pro falsitate contra veritatem cõstituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronãtur perseuerãtes: quando autem pro veritate cõtra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur fæuientes, & corriguntur intelligentes.

4 Quicũq; [h] ergo legibus Imperatorũ, quæ pro Dei veritate feruntur, obtẽperare nõ vult, acquirit grande supplicium. Quicũq; vero legibus Imperatorũ, quæ contra veritatẽ Dei feruntur, obtẽperare nõ vult, acquirit grãde præmium.

Nam & temporibus prophetarũ omnes reges, qui in populo Dei nõ phibuerũt, nec euerterũt, quę contra Dei præcepta fuerant instituta, culpãtur: & qui phibuerũt, & euerterũt, super aliorũ merita laudãtur. Et rex Nabuchodonosor, cũ seruꝰ esset idolorũ, cõstituit sacrilegã legẽ, vt simulacrũ adoraretur: sed eius impię constitutioni q̃ obedire nouo & veteri testa. Ioan. de Fan.

Vod autem.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima probatur q̃ non valet consuetudo contra Deum. In secunda ibi, *Noli* probatur per ix. cap. q̃ commenta Sanctorum non præiudicãt

CASVS. In superiori distin. ostensum est quòd ius naturale præponitur consuetudini, in hac 9. distin. ostendit quòd ius naturale præponitur constitutioni: & hoc probatur per sequentia cap. & intellige hoc de iure naturali quod consistit in præceptis & prohibitionibus.

g ¶ *Quòd autem.*] 5. in proxi. distin. 8. ostendit qualiter ius naturale præualet consuetudini. In hac 9. distin. ostendit qualiter ius naturale præiudicat & præualet constitutioni hominum. & sumitur per totam hanc distin. ius naturale pro iure diuino, quod continetur in lege & in Euangelio. Item per totam hanc distin. vocat canonicam scripturam nouum & vetus testamentum.

Mperatores.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd qui bonis legibus, & quæ pro veritate latæ sunt, non obtemperat, puniri debet: qui vero malis legibus, & quæ contra Dei voluntatem latæ sunt, non obtemperat, remunerari debet.

h ¶ *Quicunque.*] Hic incipit cap. aliud est palea. & habes idem 23. q. 4. non inuenitur.

i ¶ *Ergo legibus.*] Not. arg. à contrariis, vt 15. quæst. 3. de crimine. & 24. quæstione prim. 1. quodcunque ligaueris. & ead. causa. quæst. 2. sane. 35. distin. qualis: & fortissimum est arg. à contrariis [c]. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. 1. & 11. quæst. 3. Imperatores.

Noli

1 Hic refert. B. Augustin⁹ ver bali. Cypriani in epist. ad Iubaia. Iuo. p. 2. c. 94. & par. 4. c. 235.

‖ Consuetudo in multis præiudicat iuri.

2 Hic B. Augustinus respondet.

4 Sub persecu. Liboſi Vagenſis.

5 Iuo p. 4. c. 208. Pann. l. 2. c. 165. p. ead. qui cõtempta.

6 Ibid. c. 8. & persona Felicis a Buſſacensis.

† *al.* Guimãdo.

7 Iuo p. 4. c. 213. Pann. l. 2. c. 166. *Ioa. 14.*

8 Cyprianus in toto illo suo concilio.

9 Sub persecu Caſti Siccẽſis.

10 Iuo p. 4. c. 234. Ibid. c. 8. sub persona Liboſi Vagenſis. Io. 14.

11 7. ead. c. veritate Ibid. c. 7. sub persona Zozimi a Tha raſſe. Gal. 2.

12 Ibi. c. 9. sub persona Honorati a Tucca.

13 5. ea. c. veritate

1. Tim. 1.

‖ Consuetudinis multæ sunt conditiones.

2 Idem sentit Inno. quod dic vt plene not. extra de consue. in prin. ibi videtur. & eod. tit. c. vlt. in glo. argu. contra, cuia &c. quam glo. quidam habẽt signati addit. ex parte. De hoc est not. 3. di. c. in istis, & leges. ibi videas. Arc.

Esdra. 3. & 4.

3 Esdræ. 1. c. 7. *Matth. 15. Hic est sanguis meus, &c.*

Esa. 29. Matth. 15.

b Not. etiã 38. dist. in prin. de cõsec. dist. 2. cap. 3.

4 Iuo p. 4. c. 184. Pann. l. 2. c. 154. ‖ Iudæi vtrum constitutionibus reguntur.

Dan. 3.

‖ Argumentũ à cõtrario sensu in iure fortissimum.

c De hoc legi. & not. 8. q. 1. sciẽdum. iuxta finem.

Nolimeis] CASVS. Quærebant quidam ab Aug. vtrũ scriptis eius esset fides adhibẽda tamquã scripturis canonicis noui & vete. testa. & respondet q̃ non. In scripturis enim canonicis quod inuenitur. incunctanter credendum est. in scripturis autem Augustini quod reperitur, non est habendum pro firmo nisi cértum appareat.

a ¶ *Canonicis.*] quia de canonicis scripturis non possumus disputare an iustæ sint, vel non vt ſ. eo. quis nesciat.

b ¶ *In istis.*] Loquitur hic secũdum illa tempora, cũ adhuc scripta Aug. & aliorum scórũ Patrum non erant authentica: sed hodie iubentur * ista teneri vsq; ad vltimũ iota, vt ſ. 15, distin. c. vlt. Vel hoc ideo dicit; vt ostendat q̃ maior sit auctoritas véteris testamenti, q̃ sanctorum Patrum, vt 19. dist. in canonicis.

Ibid.

† *Deum verũ*] orig.

* *Hoc inc. illo vlt. subeatur de epistola B. Leonis ad Flauianum.*

NEgare.] CASVS. Vinc. reprehendebat opuscula Augu. dicens ibi esse multa mendacia. Et certe non est mirum, dicit Augu. si sua opuscula culpanda sunt, cum maiorum opuscula reprehendantur.

c ¶ *Negare.*] iusto iudicio. Vnde Augu. multa opera postea retractauit [a], vt 29. q. 6. vides. 12. q. 1. certe. & 26. quæst. 4. quodam loco.

[a] Burc. l. 15. c. 42. Iuo p. 16. c. 43.

[a] Ad idem. 26. q. 4. c. vltimo.

EGo solis.] CASVS. Quæsiuit Hiero. ab Augu. an credat scriptores vete. & noui testa. errasse in scribendo. Et respõdet Augu. quòd non: sed si aliquid in illis scriptis mendacij inuenitur, dicendũ est codicẽ esse mendosum, vel interpretem nõ bene de græco in latinum tranſtulisse, aut dicam me non intelligere quod scriptum est. Aliis autem scriptoribus non est credendum, & si sancti sint: nisi quod scripserint probauerint per canonicas auctoritates.

† *cõuenit frustrare*] orig.

d ¶ *Scriptorum.*] ideſt, scriptoribus.

[2] Iuo par. 4. c. 71. Pann. l. 2. c. 120.

c ¶ *Erraſſe.*] ‖ Nefas enim est dicere, q̃ scriptura mentiatur, vt 23. q. 5. quid ergo. immo quod in eis dicitur, defendere debemus vsque ad sanguinis effusionem, vt 25, q. 1. sunt quidam.

‖ Scriptura nõ mentitur. *al. cersum hã beba.*] exẽpp. *al. firmiter retinere*] orig.

f ¶ *Quantalibet.*] Arg. q̃ non est cõsiderandum quis dicatur, vt 19. dist. ſecundum. & est argu. pro dictis quorundã testium, q̃ non est credendum magis honorabiliori personæ q̃ alij; ‖ quia veritas à quocũq; prolata semper præferenda est, vt 2. q. 7. quæritur. & ſ. eod. neq; ff. de ſup. leg. l. Labeo. Eis enim magis creditur qui rei aptiora dicunt, vt 4. q. 3. ſ. item in criminali. verſi. ſi testes. Nec sanctitas personæ prodeſt, vt citius credatur. 50. dist. ſi quis præpostera. & arg. ad idem 1. q. 1. teneamus. 6. quæſt. 2. placuit. & 3. q. 9. cap. vlt. Arg. contra [b] 11. q. 1. quicumq;. 97. distin. nobiliſsimus. & 8. q. 3. c. 1. & 41. dist. cap. 1. & 11. q. 3. absit.

[3] Iuo par. 4. c. 73.

‖ Veritas à quocũque dicatur, omnib⁹ est præferẽda.

b Ista contraria omnia quæ ſequuntur, aut nullo modo contradicunt, aut vilia ſunt contraria. Vel dic, q̃ in hoc ſunt cõtraria: quia vni ſoli quãdoque creditur, vt illa iura probant propter dignitate personæ ſecundũ Ioan. de Fan.

g ¶ *Probabiles.*] Arg. quòd ratio æquiualet canoni, vt ſ. dist. 1. conſuetudo. & ſ. cap. ſane. Ioan.

VTveterum.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſicut recurrendum est ad volumina Hebræorum, ſi dubitatio aliqua oriatur de veteri teſtamento: ſic ſi dubitatur ſuper libris noui teſta. recurrendum est ad Græcorum ſcripta.

h ¶ *Veterum.*] ideſt, veteris teſtamenti.

i ¶ *Græci.*] Hierony. in ſecundo prologo Bibliæ contra ait dicens, q̃ emendatiora ſunt exemplaria latina quàm græca, & græca, quàm hebræa. Sed Aug. ad primitiuam eccleſiam reſpicit, quando exemplaria græca & hebræa non erant corrupta: ſed procedente tempore cum populus Chriſtianus multum eſſet auctus, & hæreſes multæ eſſent factæ inter Græcos, in inuidiam Chriſtianorum Iudæi & Græci ſua exemplaria corruperunt: & ſic factum eſt, quòd exemplaria eorum magis corrupta ſunt quam latinorum, ad quod tempus reſpicit Hieron. Vel reſpicit ad latina exemplaria à fidelibus interpretibus tranſlata. Augu. reſpicit ad exemplaria latina à nõ fidelibus & falſatoribus trãſlata: in quibus ſi quid falſitatis videatur, dicit eundum eſſe ad originalia. Vel dic quòd in hoc magis credendum eſt Hieronymo, quam Augu. quia inter iſtos tres Aug. Hiero. & Greg. ‖ Auguſtino magis credendũ eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtoriis, & tranſlationibus: Greg. in moralibus præponitur, quia nõ omnes in omnibus: ſed certi per certa, &c., C. de vete. iure enu. l. 1. ibi, quia non oẽs. Et eſt hic arg. quòd quantumcumque authenticum ſit aliquod inſtrumentum: ſi tamen de ipſo aliquid in dubium reuocetur, ſemper exhibendum ſit illud à quo originem ducit, vt 76. diſtin. cap. ieiunium. in prin. & ſ. 25. quæſt. 2. ſancimus. & optime extra de ſenten. & re iud. cum inter. Et hoc contra dominum Alberic. qui dicit, q̃ ſi vna publica charta originẽ ducit ab alia publica charta, non eſt neceſſe exhibere originale. argu. in Authen. vt fratrum filij. §. quia vero. coll. vlt. ſecus in priuata. Authen. vt ſpon. larg. §. & hoc inſuper coll. 8. argu. pro ipſo 19. diſtin. ſi Roma. Quid iuris ſit de hoc, dixi ſ. 100. dist. contra morẽ.

[4] Iuo par. 4. c. 74. Pann. l. 2. c. 119.

† *ſcripturarũ libros*] orig. & Pann.

† *corũ auctoritatem inſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credant*] orig. Iuo, & Pann.

† *prepolleant*] orig. ‖ Auguſtinum diſputationis: Hyeronymum tranſlationes, & Gregorium moralia commendant.

† *al. doctiorumque*

k ¶ *Sermonis.*] totum enim nouũ teſtamẽtum ſcriptũ eſt græce ꝓter euãgeliũ Matthæi & epiſtolam Pauli ad Roma. quæ eſt ſcripta latine. Ioan.

SIad.] CASVS. Dicit Aug. q̃ ſi in ſacris ſcripturis inueniatur mẽdacium etiam officioſum, nihil auctoritatis remanebit in eis: nec ex illis poteſt ſententia ferri.

† *Adde Iac. Eu.* & etiam aliquid q. Bar. in ſ. in tãm. g. ſi. cum l. ſeq. ff. de re. di. & Alexand. de Imol. in l. bene ad cogitationem. col. 9. ff. ſi cert. pet.

[5] Iuo p. 4. c. 215.

† *al. veluti officioſa*] orig. *al. fuerint officioſa.*

† *al. ſubtractum* ‖ Officioſa quę dicuntur. † Inofficioſa quæ dicuntur.

1 ¶ *Officioſa.*] ‖ Officioſa dicuntur quæ continent pietatem, quæ nulli obſunt, & alicui proſunt: ‖ ſicut inofficioſum dicitur teſtamentum, quod eſt contra officium pietatis, vt ff. de inofſi. teſta. l. 3.

m ¶ *Quid in eis.*] Arg. q̃ ſi inſtrumenta, vel atteſtationes pro parte inueniuntur falſæ, q̃ in totum reprobantur, vt ſ. 16. diſtin. canones. & 3. quæſt. 9. pura. & ſ. de conſec. diſtin. 3. non liceat. & ff. de ædil. edic. eiuſdem. Arg. contra. 37. diſt. qui de menſa. 12. q. 2. ſi quis. & de conſec. diſtin. 4. ſi non ſanctificatur. & 17. q. 4. queſti ſunt. & extra de arbit. cum tempore. & de præb. dilectus. & C. de tranſac. ſi ex falſis. Sol. ſi plura cap. ſibi connexa ſunt, vel vnum eſt acceſſorium alteri, vno caſſato connexa & acceſſoria caſſantur: ſecus ſi diuerſa & ſeparata ſunt. ff. de mi. etiam. §. fi. & ff. de neg. geſt. eum actum. & 2. q. 6. diſſinitiua. ver. eſt autem quandoq;. circa fi. Vel diſtingue, vt diſtinguitur extra de fide inſtr. ex litteris [c]. Ioan. ego dico quòd ſi aliquid falſitatis reperiatur in inſtrumento, quòd totum redditur ſuſpectum: nec ei creditur, vt ff. de fide inſtr. l. 2. in fi. & hoc notauit in quæſtionibus. Bart. Brixien.

[c] Scilicet ſuper diuerſis & ſeparatim, ſ. ſingulis articulis non eſt vis quæſtionis, in quo tota eſt vis quæſtionis, vt in hac decret. ex litteris, & ſic intelligitur C. de teſta. ſi tyrannus. & ff. de inſtru. l. 1. ſecundum ſo. de Fan.

n ¶ *Ponderc.*] ideſt, auctoritate.

Quis

QVis neſciat ſacram] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd quilibet debet ſcire ſcripturam veteris & noui teſta. præponi ſcripturis epiſcoporum: & nemo debet dubitare de ea vtrũ verum ſit vel rectum quod in ea continetur. ſcripta vero aliorum poſſunt reprehendi per homines peritiores & diligentiores, & qui ſunt maioris auctoritatis.

a ¶ *Terminis.*] libris.

b ¶ *Diſceptari.*] ita vt in dubium reuocentur q̃ ibi ſtatuta ſunt. Sed diſputare licet de eis ad maiorem intelligentiam, non reprobãdo. 96. diſt. ſatis.

[1] Iuo par. 4. c. 227. Polyca. lib. 3. tit. 21.

NOli.] CASVS. Vincen. Donat. iſta reprehẽdebat ſcripta noui & vete. teſtam. quia in ſcriptis quorundam epiſcoporũ quædam reprehendenda inueniebãtur. Sed eũ reprehendit Aug. quia illa reprehendenda non ſunt: hæc vero ſic: quia ab auctoritate canonum diſtinguũtur. vnde reprehendi poſſunt, ſi contra veritatem ſcripta ſunt. Et hoc probatur an ctoritate Pauli: Et ſi quid aliter ſapitis, &c.

c ¶ *Calumnias.*] verba enim iuris non ſunt calumnianda. ſ. 37. diſtin. relatum. & ff. ad exhib. l. penult.

d ¶ *Donati.*] Donatus primo fuit catholicus: ſed poſtea eſt in hęreſim lapſus: cuius hæreſi adhæſerunt Cyprianus, & Agrippinus.

[2] Deus dedit par. 2. Anſel. lib. 4. c. 58. Iuo p. 4. c. 236.

NEque.] CASVS. Aug. reprehendebat dicta quorundam peritorũ, de quo Fortunatus eum reprehendebat. Nunc autem ei reſcribit & dicit q̃ non vult adhibere tantam fidem illis ſcripturis quantam adhibet canonicis. & licet eis honor debeatur, tamen vult eas corrigere ſi quid inuenerit in eis corrigendum. Idem vult fieri de ſuis ſcripturis.

e ¶ *Diſputationes.*] id eſt, expoſitiones. non enim ex ipſo læditur fama alicuius per id quòd reprobatur teſtimonium ſuum, vt extra de excep. denique.

f ¶ *Eorum ſcriptis.*] Arg. quod quiſq; iuris in alterum ſtatuit, &c. ſic 2. q. 6. qui ſe ſcit. 22. q. 5. de forma. ff. quod quiſq; iur. l. j. extra de conſtit. cum omnes.

Phil. 3.

SAna.] CASVS. Quæritũ fuit ab Aug. vtrum ratio iuris naturalis ſit exemplis antepo nenda? Et reſpondet q̃ ſic, ſed non illis quę cum ratione concordant.

g ¶ *Sana.*] aliàs ſane.

h ¶ *Cui.*] rationi.

i ¶ *Concordant.*] quãdoque.

k ¶ *Sed illa exempla.*] Hoc ideo dicit, quia non ſemper imitanda ſunt exẽpla. C. de ſent. nemo. ſed exemplum Papæ eſt ſequendum, vt 16. q. 6. ſ.

[3] Iuo par. 4. c. 237.

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. c. 3.

¶ Litteris omnium epiſcoporum ſacra præponitur ſcriptura. C. VIII.

1 QVis neſciat ſanctam ſcripturam canonicam tam veteris, quàm noui teſtamenti certis ſuis terminis [a] contineri, eámque omnibus poſterioribus epiſcoporum litteris ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & diſceptari [b] non poſſit, vtrum verũ, vel vtrum rectũ ſit quidquid in ea ſcriptum eſſe conſtiterit? Epiſcoporum autem litteras, quæ poſt confirmatum canonem vel ſcriptę ſunt, vel ſcribuntur, & per ſermonem forte ſapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum epiſcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremq; [†] prudentiam, & per concilia licere reprehendi, ſi quid in eis forte à veritate deuiatum eſt?

Idem ad Vincentium epiſt. 48. contra Donatiſtas.

¶ Ex dictis quorumlibet epiſcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. C. IX.

[2] Deus dedit par. 2. Anſel. lib. 4. c. 58. Iuo p. 4. c. 236.

1 NOli frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata teſtimonia colligere velle calumnias [c] ex epiſcoporum ſcriptis, ſiue noſtrorum, ſicut Hilarij, ſiue [a] (antequam pars Donati [d] ſepararetur,) ipſius vnitatis, ſicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis diſtinguẽdum eſt: non enim ſic leguntur, tamquam ita ex eis teſtimonium proferatur, vt contra ſentire non liceat, ſicubi forte aliter ſapuerint, quàm veritas poſtulat. In eo quippe numero ſumus, vt non dedigemur etiam nobis dictum ab Apoſtolo accipere. [Et ſi quid aliter ſapitis, id quoque Deus vobis reuelauit *β*.]

Phil. 3.

α ¶ Siue antequam.] *Antea legebatur,* ſiue Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati ſeparetur. *Reſtituta eſt vera lectio ex B. Auguſtino, & aliquot exemplaribus Gratiani, & Iuone. Cyprianus enim, & Agrippinus multo ante Donati ſchiſma in eccleſiæ vnitate deceſſerant: qua in re erranit auctor gloſſæ.*

β ¶ Reuelauit.] *Ita etiã originale, & Iuo, & aliquot editiones noui teſtamenti. Sed idẽ B. Auguſtinus in Ioannẽ tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi fere ſemp legit*, reuelabit, *& explanat. Græce eſt* ἀποκαλύψει.

Item ad Fortunatianum, epiſt. III.

¶ Non debet par auctoritas canonicis ſcripturis, & expoſitionibus earum. C. X.

[3] Iuo par. 4. c. 237.

3 NEque quorumlibet diſputationes ς, quamuis catholicorum, & laudatorum hominum, velut ſcripturas canonicas habere debemus; vt nobis non liceat ſalua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis [f] improbare, atque reſpuere; ſi forte inuenerimus, quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Talis † ego ſum in ſcriptis aliorum, quales † volo eſſe intellectores meorum.

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei. lib. 1. c. 23.

¶ Exemplis ratio ſana præfertur. C. XI.

4 SAna [g] quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt: cui [h] quidem & exempla concordant [i]; ſed illa [k], quæ tanto digniora ſunt imitatione, quanto excellentiora [l] pietate [m].

Cum ergo [n] *in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri; nihilque vetetur, quàm quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica ſcriptura nihil aliud, quàm in diuinis legibus inueniatur; diuinæ vero leges natura conſiſtant; patet, quòd quæcumque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ contraria probantur; eadem & naturali iuri inueniuntur aduerſa. Vnde quæcunque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſentur; eiſdem naturale ius præferri oportet. Conſtitutiones ergo veleccleſiaſticæ, vel ſeculares, ſi naturali iuri contrariæ probantur, penitus ſunt excludendæ.*

DISTINCTIO X.

p. i. COnſtitutiones [o] vero principum eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed obſequuntur.

Vnde Nicolaus Papa ſcribit epiſcopis in concilio apud Conuicinum congregatis.

¶ Lex Imperatorum eccleſiaſtica iura diſſoluere non poteſt. C. I.

5 LEgę [α] Imperatorum non in omnibus eccleſiaſticis controuerſiis vtendum eſt, præſertim cum inueniantur euangelicæ, ac canonicæ ſanctioni aliquotiens obuiare *β*. *Item* †. ¶ 6 Lex Imperatorũ non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus. Imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. 7 Ad quod oſtendendum duorum horum †, ſcilicet Innocentij, & Gregorij. Dicit enim Innocentius, quòd in vna prouincia non debet eſſe niſi vnus metropolitan⁹: cum eccleſia hoc ſtatuat. Vnde

a Sed in ratione. q. d. vbi exemplum non concordat rationi, non eſt ſequendum: nam illud exẽplũ Lucretiæ non cõcordat rationi. Arch. b Et extra de ſecul. ca. 2. in parte decim.

[a] Canones præferuntur legibus.

c Cõcor. tex. in l. j. leges ſacratiſſimæ. cũ cõcor. vulga. C. de epiſcopis & cler.

[5] Iuo p. 4. c. 87 Pan. l. 2. c. 138. Anſel. l. 1. c. 97 Polyc. l. 1. tit. 27.

† *al. Idem.* 6 In cap. adiectis. c. 2.

7 Burch. l. 1. c. 10. Iuo p. 16. c. 11. Pan. l. 2. c. 139. *Theroũ.* orig.

Vnde si Imperator diuidat vnam prouinciam in duas, non propter hoc erunt ibi duo metropolitani. Item statutum est ab ecclesia, vt dicit Gregorius, vt post carnalem commissionem alter coniugum non possit ad religionem transire sine consensu alterius: sed lex sæcularis statuit contrarium.sed statutú ecclesiæ prævalet:quia etsi lex humana concesserit, lex tamen diuina prohibuit. In tertia parte quę incipit ibi,*Nō quòd.* circa fi. dicitur q̄ bene vti possumus legibus vbi canonibus non contradicunt.

a ¶ *Diuisis imperiali iudicio prouinciis.*] Imperator diuidit prouincias, vt ff. de offic. assess. si eadem.& Papa episcopatus diuidit: & vnit episcopus ecclesias, vt extra de excess. præla. sicut vnire. Quid autē iuris sit dum vniuntur vel diuiduntur, not. 16. q. 1. postquam. &c. & temporis. Licet ergo Imperator diuidat vnam prouinciam in duas,nō ideo erunt duæ metropoles, vt hic.& 101. dist. peruenit. ‖ Et est hic arg.quòd si princeps legitimat aliquem in tēporalibus,non ideo est legitimatus in spiritualibus, extra qui filij sint legi. per venerabilem. nisi vbi princeps restituat aliquē, qui fuit infamis ratione paterni criminis,vt 6.q.1.§.verū.

b ¶ *Ecclesiam.*] ‖ Ecclesia non adstringit mūdanis legibus. 33. quæst. 2. inter.nec etiam de rebus ecclesiasticis potest Imperator legē condere, vt 96.distin. bene ª. nisi hoc ecclesia petat, vt 17. dist.§. hinc. etiam & nisi in ecclesia priuilegium statuat aliquid, vt 16. q. 1. generaliter.& quæst.3. nemo. Ioan.

c ¶ *Diuisiones.*] Argu. q̄ episcopus inuito plebano non potest diuidere parochiam eius: nec Papa inuito episcopo diuidere episcopatum, vt 16.quæst. 1. multis.quod enim est vnū, diuidi non potest, vt 24. q. 1. loquitur.& cap.chisma. Ioan. Sed credo q̄ Papa hoc possit facere ex causa,& etiam episcopus ᵇ, vt in ea. decre. si. vnire. Bart. d ¶ *Lex humana.*] vt habes 27. q. 2. sunt qui dicunt.Sed mirū est cum Iustinianus fuerit valde catholicᵉ Imperator:qualiter illud statuerit cōtra legem Dominicum Dominus dixerit quòd ob solā causam fornicationis mulier possit seperari à viro, vt 33. quæst. 2. quos Deus. Sed dic (vt quidam dicunt) q̄ ignoranter fecit: & ideo veniā meruit,vt 8. dist. cōsuetudo. Vel errauit si.Hiero.vt 26.dist.c.1.Vel ideo permisit. ᶜ hoc, vt grauia vitarentur:sicut vsuras permisit vt vitarētur rapinæ:& cōiugia permisit dissolui,vt vitaretur vxoricidium,vt 33.q.2.si quod verius.

e ¶ *Contra hæreticos.*] Et sic vtor pro me quo non vtor contra me. ℣. 37.dist. si quid verius. & 2.q.7. si hæreticus.& sic est contra 19. dist. si Romanorum. in fi. 4. quæst. 3. c. si testes. §.item si quis testibus.

f ¶ *Non licet.*] Casum præsentis capituli pone per teipsum.

¶ *Non licet.*] argu.contra illas leges quæ permittunt vsuras exigere.arg.u.11.q.1.c. quicunq; litem. & 9.dist.c.1.ver. quicunq;.& 96. dist.bene. 11.q. 3. qui omnipotentem. 15. q.1. oē quod. & c.nulli. & c. generali.23. q. 8.conuenior.arg.contra dist.63.cap.Hadrianus 2. d ,

Certum.] Casvs.Imperator volebat præsse rebus ecclesiasticis; & prælatis ecclesiarum obedire nolebat: immo quod plus est,eis dominari volebat, & iura præfigere, quem Felix Papa docet ecclesiæ debere colla submittere, & nō velle eius sacerdotibus dominari:ne si cōtra fiat, eatur in contumeliam creatoris.

g ¶ *Certum est.*] Hoc cap. & c. suscipitis & c. quoniam.loquitur quasi de eadem materia.

h ¶ *Et sacrosancta.*] idest, præcepta.

i ¶ *Cuius.*] ſ. ecclesiæ.

k ¶ *Submittere.*] Imperator enim filius est ecclesiæ, non præsul, vt 96. dist. si Imperator. & ii inclinabit caput suū episcopis, vt 63. dist. Valentinianus. & excōmunicari potest ab episcopo,vt 18.distin. quoniam quidem.& 96.dist.duo.

l ¶ *Mensura.*] idest, Imperator excedit mensuram suam.

m *Constitutiones.*] ‖ Nunquid ergo legibus semper derogatur per canones ? Absit, nisi quo ad causas spirituales. & hoc est quod dicitur de consec. dist.3. celebritatem. ibi alia est ratio causarū sæculariū, alia diuinarum.arg.ſ.eo. ç. 1. vtrumq; enim suo modo rationabiliter cōstitutum est, sed diuerso modo.arg.ſ.ead.certum. Nec Papa potest leges tollere, nisi quo ad suum forum.‖Imperiū enim & sacerdotium ex eodem principio prodierunt,vt in Authentica quomodo oporteat epos. in princ. coll.1.arg.ſ.ead.dist. quoniam.Sed hoc nō credo, vt extra de præscriptio. quoniam omne.

n ¶ *Mores.*] ‖ Nec iuramentum obligat contra bonos mores,vt extra de iureiur.quemadmodum. & ff. de leg. j. si quis inquilinos.§.vlt.

o *Imperium.*] ¶ *Administrationibus.*] Distincta est enim potestas sua a potestate Pontificali, vt ℣.ea.quoniam. & 96. dist. cum ad verū. ‖Alioquin si vsurpat eorum officia,lepra percutitur, vt Ozias. 2.q.6.7.§. item Dauid. Tamen inuenitur, q̄ reges conferunt decanatus, vt extra de cōsue. cum inter.in parte decisa.Ioan.

Vscipitis.] Casvs. Imperatores Constantinopolitani volebant suas cōstitutiones præferri ecclesiasticis,cōtra quos inuehitur Gregorius Naziāzenus,& dicit q̄ maiorem principatū dedit Christus præsulibus ecclesiarum & perfectiorem,q̄ ipsis Imperatoribus.vnde si legem suscipiunt Iesu Christi, potestati ecclesiæ subiici debent : cum spiritus carni præferatur, & lex diuina præferatur humanæ.

p ¶ *Libertatem.*] idest, verbum prædicationis.

q ¶ *Accipitis.*] idest, accipere debetis.

r ¶ *Perfectiorem.*] vt 95. distin.duo sunt.

d Sed illud: permittit ecclesiæ.

5 Deus dicit par.1.&3. Burc.1.13.c.1. Iuo p.4.c.187 & par.16.c. Pān.1.2.c.1. Poly.1.6.c.

In exemplari Veronensi legit Felix iij.

6 Ansel.1.4.c.11. Poly.1.1.c.11.

‖ Imperator inferior ecclesiæ episcopo.

† *al. ecclesia*

‖ Casus decretorum iuxta capitulorum planus est.

† *al. dispositionis.*

† ante alios Batul.] *Idem* Habetur in Hadriana.

7 Deus dicit par.1.&3. Ansel.1.3.c.8. Burc.1.15.c. Iuo p.5.c.3. & par.16.c.11. Poly.1.1.c.6.

† *sint*] otig.

‖ Imperium & sacerdotium ex eodem prodeunt.

‖ Christus fuit Imperator & sacerdos.

c 2.q.7.accusator.

2 Iuo par. 4. c.188 ℣.dist.96 c.cum ad verbum. 1.Tim. 2.

‖ Iuramentum contra bonos mores,non obligat.

‖ Imperator lepra percutitur, si officia sacerdotale vsurpatur.

d Adhoc 23.q. 4.quicūque.

† *al. & militans.*

† *al. ue*

‖ Papa an habeat vtrūque gladium.

¶ Idest,in causis ecclesiasticis recipiēdæ.

† *al.assumi*

3 Iuo p.4.c.183 Pan.1.2.c.153. *Alc.22.*

b Ad horum intelligētiam scias quòd gl. 2.tit. 3. dicit sic:Penula vestis erat consularis, qua indueban cō sules ingredientes curiam.

¶ Legum Imperatorum in aduitorium ecclesiæ allegatarum. C. VII.

1 SI in adiutoriū c vestrū etiam terreni imperij leges assumēdas putatis, non reprehendimus.

¶ Fecit hoc Paulus, cum aduersus iniuriosos ciuem d Romanum se esse testatus est.

a ¶ Ecclesiæ.] *Auctor huius rubricæ caput hoc ita accepit;quasi hic agatur de legibus Imperatorum in fauorem ecclesiæ latis: cum ibi B. Augustinus Petiliano, & Donatistis hæreticis concedat,legibus Imperatorum ipsos in adiutorium suum vti posse:modo id fallaciter non facerēt; quod eos fecisse conuincit.*

Item Nicolaus Papa I. in epistola 7. ad Michaelem Imperatorem.

β ¶ *Huic capiti in codicibus impressis erat præpositus hic titulus*, Cyprianus Iuliano Imperatori:*quod est contra omnem temporum rationem.In manuscriptis omnibus, excepto vndecimo Vaticano, abest dictio*, Imperatori, *quemadmodum & apud Iuonem.Nonum autem habet*,Iuliano episcopo,*aliud peruetustum*, Iubiano. *Ceterum integrum hoc caput est in epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem,quæ incipit*, Proposueramus; *ex quo refertur infrà dist. 96. c.cum ad verum. vna cum aliis verbis eiusdem epistolæ, ex quibus hæc pendent. Et sumptum est ex Gelasio in tomo de Anathematis vinculo.*

¶ Reges Pontificibus pro æternis, & Pontifices regibus pro temporalibus indigent. C. VIII.

2 QVoniam e idem mediator Dei f,& hominū homo Christus Iesus sic actibus g propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit h propria γ, volēs medicinali humilitate hominum corda sursum efferri,non humana superbia rursus in inferna demergi:vt & Christiani Imperatores pro æterna vita pōtificibus indigerēt,& pōtifices pro cursu i temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterētur,quatenus spiritalis actio,à carnalibus distaret incursib;& † ideo militans Deo minime se negotiis sæcularibus implicaret, ; ac vicissim non † ille rebus diuinis præsidere videretur; qui esset negotiis sæcularibus implicatus.

γ ¶ In propria.] *In originali est* , propriam volens medicinali humilitate sursum efferri; *quemadmodum etiam infra dist. 96.c. cum ad verum..Apud Gelasium loco indicato legitur*, sic actionibus propriis, dignitatibusq; distinctis officia potestatis vtriusque discreuit , suos volens medicinali humilitate saluari , non humana superbia rursus intercipi,vt & Christiani,&c.

Item Leo iiij.Lothario Augusto.

¶ Leges Imperatorum custodiri oportet. C. IX.

3 DE capitulis,vel præceptis imperialibus vestris, vestrorum que d pontificum k prædecessorum irrefragabiliter custodiendis,& conseruandis; quantum valuimus,& valemus Christo propitio,& nunc & in æuum † nos cō seruaturos modis omnibus profitemur.Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mēdacem l.

d ¶ Vestrorumque.] *Epistola hæc non est inuenta : & in istis verbis videtur subesse mendum; ex quo auctor glossæ errandi occasionem sumpserit;qui Christianis Imperatoribus,cuiusmodi fuerant prædecessores Lotharij,attribuat illud,quod Isidorus de ethnicis dicit, nimirum Imperatores solitos fuisse appellari Pontifices. de qua re optime Gelasius in tomo de Anathematis vinculo,& infra distinc.21. c.cleros..Apud Iuonem legitur*, vestris, nostrorūque etiam Pontificum prædecessorum,*in Pannormia.* nostris nostrorūque Pōtificum,& prædecessorū. *Sed fortasse cetera quidē recte apud Gratianū habent: tantūmodo ante dictionē*, prædecessorū,*est addēda coniunctio*,&, *quemadmodum est in Pannormia.* Nā *hoc significabitur* , *Imperatores illos solitos fuisse edere capitula adhibitis in concilium Pontificibus regni,quod verissimū est. Omnino hæc,quæ à Leone scribuntur,spectare videtur ad capitula Caroli , & Lodouici, quæ Lotharius in vniuersa Italia seruari mādauerat. Nā in legibus Longobardicis, lib.3.tit.35. Lotharius ita cōstituisse traditur.* Placuit nobis, vt capitula, quæ excerpsimus de capitulari bon.mem.gloriosissimi Domini nostri Caroli,& genitoris nostri Lodouici Imper. inuictissimi,his omnibus, & fidelibus nostris,& sanctæ ecclesiæ in regno Italiæ cōsistentibus per legē teneantur, & seruētur: & quicūque horū capitulorum contēptor extiterit, fexaginta solidis cōponatur. *Id populo Romano,qui iure antiquo Romanorū vti prohiberetur, valde displicuit:sicut ex c.fi.infra ead.dist.colligi potest:disseminatusque etiam rumor fuit eadem esse Pontificis ac populi sentētiam.De quare Leo hac se epistola videtur purgare voluisse;& tamen postea pro conseruando iure ciuili Romanorum , cum eodem Lothario iterum diligentius egit:quod apparet ex dicto cap. finali.*

Item Ioānes viij.Ludouico Imperatori.

¶ Legis auctoritate dissoluitur , quod contra eam fit. C. X.

4 VIdes fili charissime ; quia quod contra leges accipitur,per leges dissoluī meretur.

Item Gelasius Rufino, & Aprili epis.

Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus a carni b; si à terrenis cælestia superentur; si diuinis præferantur humana?

2 *Ecce quòd constitutiones Principum ecclesiasticis legibus postponendæ sunt. Vbi autem euangelicis, atque canonicis decretis non obuiauerint;omni reuerentia dignæ habeantur. Vnde Augustinus ait in dialogo, id est lib.2. contra litteras Petiliani. c.58.*

a Spiritus.] id est,ecclesiastica constitutio.

b ¶ *Carni.*] id est,sæculari constitutioni.

ECCE. Hæc est ij.pars dist.in qua probatur per vij.c. quòd quando leges non contradicunt canonibus,amplectendæ sunt. Archid.

Casvs. §.per se patet,& ad probandum istud quod dicitur in §. inducit Grat.seq.cap.

S Iin adiutorium.] Casvs. Petilianus defendebat se legibus cōtra Augustinum, & alios catholicos. Aug. de hoc ipsum non reprehendit: quoniam & Paulus hoc fecit, cum testatur se esse ciuem Romanum.

c ¶ *Si in adiutorium.*] Hoc ideo dicit, quia non sunt allegādæ a leges nisi in defectum canonum,vt extra de no.ope.nunt.intelleximus.

d ¶ *Ciuem.*]ciuem Romanum appellat se : quia pater eius societatē contraxerat cum Romanis; & in signum fuit data ei penula b.

Q *Voniā.*] Casvs. Iulianꝰ Imperator vēdicabat sibi imperiū & pōtificatū: quod locū habuit in veteri testamento. Sed dicit Cyprianus, quod postquàm Christus venit, sic officia vtriusque potestatis discreuit, vt Imperator terrenis, Pōtifex cælestibus præsideret : ne propter duplicē potestatē homo superbiēs rursum ad inferna demergatur:sed cū opus est, altera potestas vicissim alterā subleuaret. Idem casus est 96. dist.cum ad verum.

e ¶ *Quoniam.*]Hoc ca. est pars illius 96. distin. cum ad verum.

f ¶ *Dei & hominum.*] id est, diuinæ & humanæ naturæ. de consec. dist.2. in Christo pater.

g ¶ *Sic actibus.*] scilicet ipsorum officiorum. ‖ Quædā enim fecit tanquam Imperator, cū vēdentes & emētes flagellādo de templo eiecit. 1. q.3.ex multis c.& c.vendētes.Quædam vt sacerdos, cum seipsum obtulit hostiā discipulis suis dicens : Hoc est corpus meū,&c.de cōsec. dist. 2. sacerdos. Sed cōtrarium probatur per auctoritatem istā : scilicet q̄ Deus noluit ea esse distincta, cum per seipsum vtriusq; potestatis actus exercuit. Respon.hoc ideo fecit,vt ostenderet, q̄ vtraq; potestas ab eo processit d, nō quòd vna persona illa duo officia exerceat, vel gerere debeat. hæc enim duo dona, imperium & sacerdotium, ab eodem principio sunt,vt in Authē. quomodo oporteat episcopos in prin. coll.1.

h ¶ *Discreuit.*] Cū ergo potestates istę sint distinctæ,est hic arg.‖quòd imperium non habetur à Papa, & quòd Papa non habet vtrūque gladium. nā exercitus facit Imperatorē,vt 93.dist. legimus. & imperiū à solo Deo habetur, vt 23.q.4.quæsitū.alioquin si ab ipso haberetur, licite appellaretur in tēporalibus ad ipsum quod ,phibet Alex. & dicit q̄ illa nō cōtingunt suā iurisdictionē. extra de app.si duobus. & extra qui filij sint legi.causam c. & c.lator. Itē ecclesiæ soluunt tributū Imperatori,vt 11.q.1.magnū.Sed cōtra,& cælestis & terreni imperij iura sunt ei cōcessa, vt 22.dist. c.1.Item Imperator iurat Papæ,vt 63.dist.tibi dño. & Papa deponit Imperatorē,vt 15.q.6.alius. Item ipse tranſtulit imperium de Oriēte in Occidētem. extra de elec.venerabilē. Ego credo potestates esse distinctas , licet Papa q̄ndoque vtrāque potestatē sibi assumat:sc.cū legitimat aliquē in spūalibus & tēporalibus,vt extra qui fil.sint legi.per venerabilē. sed illud fuit ad petitionē regis', qui hoc ipsum fecisse potuit, vt ibi dicitur. Nec ob. q̄ à sæculari iudice appellatur ad Papā: quia hoc fit propter defectū iudicis sæcularis , vt exprimitur extra de foro cōpe.licet. sed facit ad petitionē regis. Nam etiam vacante imperio supplet defectū imperij , vt extra de fo. compe. licet.

i ¶ *Pro cursu.*] Arg.‖ q̄ in matrimonio & ceteris causis spūalibus nō sit vtēdū legibus imperialibus.Sed contra 35.q.5.ad fedē.Dic ergo q̄ illud tāmodo determinat illud verbū, temporalium: sed non illud verbū, vterētur, vt sicut spirituales causæ ad iudicē sæculārem non pertinēt, sic nec causa sanguinis ad ecclesiasticum,vt infrà,23.q.8. sæpe principes. & c. his à quibus.

D *E capitulis.*] Casvs. Lotharius audiuerat, q̄ Leo Papa nolebat leges seruare imperiales.vnde interrogauit de hoc Papā, an esset verum. quare Leo.scribit ei,& dicit,quòd ipse vult leges obseruare irrefragabiliter,& qui aliter dicit , mendax est.

k ¶ *Pontificum.*] Imperatores.n. olim pontifices appellabantur , vt 21. dist. cleros.

l ¶ *Mendacem.*] ex magna humilitate hic loquitur,sicut alibi,infrà,2. q.7. nos fi incompetēter.

Vides.] Casvs. duorū sequentium. cap. planus est.

m ¶ *Dissolui.*] infrà,25. q.2.imperiali.hæc regula suppletur per aliā regulam,q̄ principali destructo destruīt accessoriū,& oē quod sequitur ex eo f. vt extra de fi. instr. inter dilectos.in fi.sed hæc regula multas recipit instītias. contra legem enim fit fi cōtrahitur post simplex votū, tñ contractus

e 2.vbi de hoc in glo. sic patet. & de iūd. nouit.in gl.2.

3 Iuo par. 4. c.176. Pān.1.2. c.149

† *al. eternum*

‖ Causæ matrimoniales , an sint legibus decidendæ.

f Ad hoc l.nō dubium. & ibi n.vt. C.de leg. & l.eius. C.de vsu. & inst. de pup.subst. §.si libertus.

4 Iuo 4. p.

1 Inno. 1.epist.o.18.c.2.

† *vererisum.*] orig.

2 Lib.9. reg. epist.39.

‖ Legitimatus quo ad temporalia non censetur quo ad spiritualia.

3 Iuo par. 4. c. 187. Pana. 1. 2. c. 140. ex capi. adiectis. c.17.

‖ Leges sæculares ecclesiā non adstringunt.

a Vide quod no.5.q.6. prefbyteri.2.&22. q.8.cōuenior. in gl. ecclesia enim, &c.

b Sub. & hoc est verum cum nulli sit præiudicium. aliàs secus. 2. q6.6. qui se scit.Io. de Fan.

4 & Calixtus epist.1.& Marcellinus in extrema epist.2. & in capitulis Hadriani. ca. 76. ex quo citant Burchar. & Iuo par. 16. c.9.

c De comparatiua permissione, de qua not.3.dist. ca. vlt.

¶ Facta tenent multa quæ fieri prohibentur.
a De hoc satis no. extra de spō. duo. tuas. vbi hæc solutio approbatur per Vin. Gof. & Ber. hoc lari vide per Arc. 1 distin. 5. c. quis aut. Iuo p. 4. c. 179. Pann. l. 2. c. 150.
b al. aut.
c al. moderna
‖ Legum contemptor an peccet.
a Iuo p. 4. c. 180. Pann. l. 2. 151.
b Ad huius declarationē vide quod not. 2. q. 7. metropolitanum. in gl. ea ex contemptu.

c al. propter

3 Iuo p. 4. c. 181. Pann. l. 2. c. 152.

tenet, vt 27. q. 1. nuptiarum. ‖ Item prohibetur ne sententia feratur sub conditione; tamen si lata fuerit tenet, vt 2. q. 6. §. biduū, circa princ. Item prohibetur ne episcopus consecret alterius ecclesiā; tamen si consecrauerit, tenet consecratio, vt 7. q. 1. episcopus in diœcesi. Sed dic, q hæc regula intelligitur de talibus vbi est perpetua causa prohibitionis [a], s. ne filius cōtrahat cū matre. Vel dic, q merentur dissolui, nisi vbi per constitutionē aliā tolerarētur. arg. contra. 45. dist. de Iudæis. sed hoc in fauorem fidei. ff. de relig. & sumpt. fu. sunt personæ.

¶ Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet. C. XI.

1 QVis autē † leges principū, aut regulas patrū, aut admonitiones paternas † dicat debere contēni [2], nisi qui impunitū sibi tantum estimet transire cōmissum?

Item Theodorico regi.

¶ Leges Romanorū principum seruandæ sunt ab omnibus. C. XII.

2 CErtum est magnificentiam vestrā leges Romanorum principum, quas [b] in negotiis [c] hominum custodiendas esse præcepit, multo magis circa † reuerētiam beati Petri apostoli pro suæ felicitatis augmento velle seruari.

Item Leo. iiij. Lothario Augusto.

¶ Romana lex nullius temeritate debet corrumpi. C. XIII.

3 VEstrā [α] flagitamus clemētiā, vt sicut hactenus Romana lex viguit absque vniuersis procellis, & pro nullius [d] persona hominis reminiscitur [e] esse corrupta; sita nunc suū robur, propriumque vigorem obtineat.

α ¶ Vestram.] *Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petiit, concessisse. Nam in legibus Longobardicis lib. 11. tit. 57. sic habetur*, vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult viuere, *& sequitur constitutio.*

Lotharius Imperator.

¶ Volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere; vt tali lege, quali lege viuere professi sunt, viuant: illisque denuntietur, vt hoc vnusquisque tam iudices, quam duces, vel reliquus populus sciat, q si offensionem contra eādem legem fecerint; eidem legi, qua profitentur viuere per dispensationem Pontificis, & nostram subiacebunt.

DISTINCTIO. XI.

Vōd vero † legibus cōsuetudo cedat, 4 Isidorus testatur dicens in synonimis, lib. 2.

¶ Prauus vsus ratione superat, & lege. C. I.

5 VSus [α] auctoritati [b] cedat; prauū vsū lex, & rōvicat [1].

Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori.

vt infra. 29. distinct. sciendum. vel nisi princeps consentiat. vel nisi sit super tali articulo, qui indifferens est, vt 3. dist. distinct. illa. Hu. Sed melius distingue, vt dixi supra 8. distinct. frustra. Io.

g *Vsus.*] malus.
h ¶ *Auctoritati.*] scriptæ.

¶ Non potest statutis Pontificum consuetudo cuiusquam refragari. C. II.

6 COnsequens est [k], vt quod ab huius sedis rectoribus plena [l] auctoritate sancitur, nullius consuetudinis [m] præpediente occasione, proprias tātum sequendo voluntates remoueatur: sed firmiter, atque inconcusse teneatur.

Item Iulius Papa ad episcopos Orientales, epist. 1.

¶ A consuetudine Romanæ ecclesiæ membris dissentire non licet. C. III.

7 NOlite errare fratres mei charissimi: Doctrinis variis, & extraneis nolite abduci. En, instituta Apostolorum, & Apostolicorum virorum, canonesque habetis: his fruimini, his circūdamini [α], his delectamini, his armamini; vt his freti, circūdati, delectati, armati, contra cūcta inimicorum iacula persistere valeatis. [8] Satis enim indignum est, quemquam vel Pontificū, vel ordinum subsequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri sedē & sequi videat, & docere [n]. Multum enim cōuenit, vt totum corpus ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, vbi Dominus ecclesiæ totius posuit principatum.

α ¶ His circumdamini.] *Locupletatus est hic locus ex originali. & Anselmo.*

Item Imperator Constantin. Aug. ad Proculum, lib. 8. Cod. tit. 9 Quæ sit longa consuetudo.

¶ Non potest vsus, & consuetudo legem, & rationem vincere. C. IIII.

10 COnsuetudinis, vsusq; lōgæui non vilis auctoritas est, verum non vsque adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat [o], aut legem.

Cum vero P nec sacris canonibus, nec humanis legibus q consuetudo obuiare mōstratur, incōcussa seruāda est.

Vnde ex dictis [p] Basilij. [11]

¶ Inuiolabilis est consuetudo, quæ nec humanis legibus, nec sacris canonibus obuiare mōstratur. C. V.

i ¶ *Et ratio vincat.*] vt 3. distin. 8. veritate. Io.

Consequens.] CASVS. Ignatius Patriarcha Constantinopo. iniuste fuit à suis suffraganeis depositus fauore Michaelis Imperatoris, & auctoritate: sed Nicolaus Papa eum reprehendit se propter consuetudinem excusantem. Dicit ergo Nicolaus in hoc c. q nulla consuetudo pōt impedire, quin illud, qđ statuitur à Papa, inconcusse seruetur.

k ¶ *Consequens est.*]id est, conueniens.

l ¶ *Plena.*] ‖ Papæ auctoritas plena est, aliorū episcoporum semiplena est: q a ipsi sunt in partem sollicitudinis vocati non in plenitudinē ptātis, vt 2. q. 6. decr. & c. q se scit.

m ¶ *Consuetudinis.*] nisi talis sit cōsuetudo, q posit prēiudicare iuri, vt not. supra. dist. frustra. Io.

n ¶ *Olite.*] CASVS. Quidam episcopi deferentes regulā Ro. ec. variis doctrinis, & cōsuetudinibus multū extraneis abducebantur, quos Iulianus Papa reprahendit, dicēs eos seruare dēre regulam, quā Sedem, beati Petri sequi videant & docere, vt inde auctoritatē habeant vbi Dominus posuit principatum.

n ¶ *Et docere.*] patet hic, ‖ q non semper consuetudinem Ro. eccl. tenemur seq; nisi ipsa præcipiat eā esse seruandam, vt infra eo. c. vl. multa. n. seruat Rom. ecc. quæ alię non seruant, vt 31. dist. alter. & de cōsec. dist. 4. de trina. & dist. de hymnis.

Consuetudinis.] CASVS. Dicitur hac lege, quòd magna est auctoritas cōsuetudinis: & non vilis. veruntū non est tantæ auctoritatis, vt generaliter vincat rōnē, aut legē, sed tātum in eo loco in quo obseruatur vincit. Quidā tñ intelligūt primā partē de bona cōsuetudine, & secūdam de mala, quod nō credo.

o ¶ *Vincat.*] arg. q cōsuetudo numquā tollit legem. vt sup. 1. dist. consuetudo. ‖ Sed obiicitur hæc lex, aut loquitur de bona cōsuetudine, aut de mala: si de bona, illam nulla ratio vincet: si de mala, de illa non potest dici, quòd non sit vilis eius auctoritas. Ad hoc dicunt quidam, quòd principium loquitur de bona: finis aūt de mala cōsuetudine; sed ille intellectus ineptus est qui separat caudam à capite, quod non licet. extra de bap. maiores. Alij fere omnes ita exponunt, q hic dicitur, non vincit [d]: legē, supple generalem, sed in eo municipio bene vincit vbi seruatur. Sed certe de hoc numquam aliquis dubitauit, quòd consuetudo particularis nō debet vincere legē in omnibus aliis locis: ideo exponas de consuetudine particulari, quæ licet bona sit, tamen non vincit legem etiam in illo loco, nisi adfint illa quæ dixi [e] supra dist. 8. frustra.

p ¶ *Cum vero.*] Hæc est secunda pars, in qua probat per 7. c. quòd consuetudo bona est amplectenda. Io. de Fan.

CASVS. Ab hoc loco tractat de bona consuetudine vsque in finem.

q ¶ *Legibus.*] 25. q. 1. ideo. Archid.

a ¶ *Ecclesia*

1 Burch. lib. 3. c. 127. Iuo p. 4. c. 69. Pān. l. 2. c. 139.

† al. consummandis accommodantia. } Burch.

7 Anſl. Lect. Polyl. Hebr. 13. ‖ Potest hæc pæ, & epistolarum dici est.

8 Anſl. Polil. l. 13.

‖ Crucis signaculum in quibus membris debet fieri.

a Istæ concor. non erant scriptæ tempore Augustini: & ideo ipse sic loquitur: nam hodie secus fecit Ioan. de Fan.
b Vel vt nor. in prædicto c. nunquid. Ezech. 8.

‖ Confessio Romana non semper obseruanda.

9 tit. 9. lib. 4.

10 Iuo par. 4. c. 101. Pān. l. 2. c. 83.

11 Basilius in l. de spiritu sancto. c. 25.

d Sub. intellige æquiparantur. vt supra dist. 8. in his.

e Idem fecit Ioan. de Fan.

1 ECclesiasticarū institutionū quasdā scripturis, quasdam vero Apostolica traditione per [a] successiones in ministerio [b] confirmatas accepimus; quasdam vero consuetudine [c] roboratas approbauit vsus; quibus par ritus, & idem vtrisque pietatis debetur affectus: vnde [d] quis vel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum hæsitauerit [e]? Si enim attentauerimus consuetudines ecclesiæ non per scripturas [a], à Patribus traditas nihil æstimare [b], quantum religio detrimenti sit latura [1], intentē [k] inspicientibus liquido cōstabit.

¶ Quæ enim (vt inde ordiamur) scriptura salutifera crucis signaculo fideles docuit insigniri? vel quæ trifariam [m] digesta super panem & calicem prolixæ orationis, vel consecrationis verba commendauit? Nam non modo, quod in Euangelio continetur, vel ab Apostolo insertum est, in secretis dicimus; sed & alia [n] plura adiicimus magnam quasi vim commendantia † mysteriis. Quæ orientem [o] versus nos orare litterarum forma docuit? Benedicimus fontē baptismatis oleo vnctionis. Huc accedit, quòd ter oleo [p] inungimus, quos baptisamus: verbis abrenuntiare Satanę, & Angelis eius informamus. Vnde hæc, & alia in hunc modum non pauca, nisi quia tacita, & mystica traditione à Patribus ecclesiastico more, reuerentiori diligentia sunt in mysteriis obseruata silentio, quàm publicata scripto?

α ¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur* ex Augustino in lib. ex dictis Basilij. *In codice Vercellensi est*: Vnde Augustinus ait, vel ex dictis Basilij, *& retenta est posterior pars huius disiunctī, quoniam ita citant Burchar. & auctor Pannormiæ. Iuo autem citat, ex lib. Basilij de spiritu sancto, 27. quomodo in margine est indicatum. Cetera, quoniam multis locis glossa obstitit, ne emendaretur, necessarium visum est integrum B. Basilij locum & Græc, & Latine afferre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων λογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἄπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τοῖς ἀδέξιος ἀντερεῖ, ὅστις γε καὶ μικρὸν γοῦν τεκμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. Εἰ γὰρ ἐπιχειρήσομεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς ἐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δυνάμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ξημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον ὲ εἰς ὄνομα ψι-

a ¶ *Traditione.*] sine scriptis. Io.

b ¶ *In ministerio.*] diuino.

c ¶ *Consuetudine.*]non ab Apostolis, sed nescitur à quo.

ADDITIO. scilicet, ritu, ideſt, obſeruantia. Hu.

d ¶ *Vnde.*] id est, de quo ritu, vel obseruātia.

e ¶ *Vel.*] id est, etiam.

f ¶ *Hæsitauerit.*] quasi dicat, nemo etiā inscius hic dubitat.

g ¶ *Non per scripturas.*] sed per consuetudinem.

h ¶ *Æstimare.*] ideſt, valere.

i ¶ *Latura.*] i. passūra.

k ¶ *Intente.*] i. mente.

l ¶ *Scriptura*] veteris vel no. testamenti. non enim scriptura veter. vel no. test. hoc docuit, ‖ sed docet canonica in fronte, & in aliis membris signaculū crucis debere fieri. de cōsecr. dist. 4. postea signatur. & dist. 5. nunquid [a]. verumtamen videtur signum crucis traxisse originem ex vet. test. [b] quia cū Angelus deberet occidere primogenita Aegypti; præceptum est filiis, Israel vtrumque postem linire de sanguine agni ad modum thau litteræ, quæ est ad modum crucis, & dicitur, quòd Iacob cancellatis manibus suis benedixit filiis Ioseph, scilicet Effrain, &

m ¶ *Trifariam.*] trifaria dicuntur verba: quia eadem tertio repetuntur in secretis. s. hostiam sanctam, hostiam puram, hostiam immaculatam. Hic ordo, nec in veteri testa. nec in nouo est præfixus: sed à sanctis Patribus vsualiter traditus: vel ideo dicūtur trifaria quasi sub triplici silentio fiant. primum est vsq; ad sanctus. secundum vsque ad dominicā orationem. tertiū vsque ad agnus Dei.

n ¶ *Alia plura.*] hæc habes extra de celebr. misc. cum Marthæ.

o ¶ *Quæ orientem ver sus.*]scilicet noui & vet. test. ‖ Sed tamen legitur, quòd Daniel in Babylonica captiuitate orabat versus templum, & Iudei similiter. tēplum autem erat versus orientem, & in Salomone legitur; manē ad solem orabis. sed dic, q ilia faciebant in venerationem templi.

ADDITIO. Potest tamen dici secundum Ioā. Damas. quòd octo sunt causæ quare ecclesiæ sic sunt ordinatæ, q fideles orent versus orientem, quæ habentur in Archidiac. hoc loco.

p ¶ *Oleo.*]oleo in scapulis, & pectore. vt de consecra. dist. 4. deinde. tertio in vertice fit vnctio: sed hoc fit crismate, vt de consec. dist. 4. postquam ascendit. sed larga acceptione hic appellatur oleum crisma. sicut econuerso. s. 95. dist. Illud superfluum. Ioan.

a ¶ *Consue*

Manasse. Item in Ezechiele legitur, q cum apparuissent ei sex viri vasa habentes in manibus, & quidā vir apparuisset in medio eorū habens atramentarium ad renes, Dās dixit ad eum; signa thau in frontibus dolentium, & gementium; sed illud fuit tantum in figura præceptum. 12. q. 2. gloria.

‖ Orandum est versus orientem.

‖ Oleo quæ membra sunt vngenda.

3 In Synonymis c. 16. quòd malis iudicibus nō sit obtemperandum.

g Iuo par. 4. c. 107. Pān. l. 2. c. 165.

‖ Consuetudo duplex est.

c Ad hoc cōtra. Placē. dicens consuetudinem legi

a ¶ *Consuetudinem.*] CASVS. huius cap. per se patet.
Consuetudinem.] ȝ. dist. 12. c. nos consuetudinem & ȝ. dist. prox. omnia. contra. ibi enim dicitur, quòd quamuis consuetudo non sit contra fidem, tamen est repellenda. Sol. hic de tolerabili, ibi de superstitiosa, & intolerabili consuetudine: & sic omnes auctoritates intelligendæ sunt, quæ contra illud c. reclamare videntur.

b ¶ *Contra fidem.*] id est, contra bonos mores, & q̃ ita sit exponendũ; hẽs de cons. dist. 4. si non sanctificatur. vbi ex necessitate oportet facere eandem expositionem.

¶ *Nisi.*] CASVS. Quærebat Casulanus ab Aug. vtrũ consuetudines essent seruandæ vbi nihil statuit diuina scriptura certum. Et respondet, q̃ sic: & tũc pro lege seruandæ sunt; & sicut trãsgressores legum puniuntur, ita & contẽptores ecclesiasticarũ cõsuetudinũ puniri debent.

c ¶ *Pro lege.*] semper diuturni mores pro lege seruãtur, vt ȝ. dist. proxi. diuturni. sic. ȝ. e. dist. consuetudinis.

d ¶ *Consuetudinum.*] not. ‖ q̃ æque punitur trãsgressor legis, vt 1. q. 7. si quis omnẽ. & ȝ. e. ecclesiasticarũ. vnde sicut canonice non licet obuiare legi sine licentia Papæ, sic ne consuetudini [a], vt dicitur in hoc e. c. & tamen de cõmuni cõsensu possunt venire cõtra cõsuetudinẽ ét iuramẽto firma tã, si eã subest. vt extra de his quæ fl. à ma. par. ca. eum in cunctis: sed contrarium est in statutis. 15. q. 6. auctoritatem. Io. [b]

¶ *Catholica ecclesia.*] CASVS. Tria sunt q̃bus ecclesia per orbẽ diffusa regitur, & subsistit. 1. scriptura ve. & no. te. & traditio patrum, & vniuersalis, & particularis institutio, vel cõsuetudo. Primis duob[s] modis vniuersaliter tota regitur ecclesia: particulari vero institutione, vel consuetudine non tota: sed pro locorum varietate regitur, & gubernatur, prout vnicuique visum est.

e ¶ *Particularis.*] sed cõtra ȝ. e. dist. 100. contra morẽ. vbi dicitur ‖ quod particularis consuetudo non excusat, sed tãtũ generalis. Sed hoc verũ est in illis, quæ tantum ex priuilegio possunt haberi, vbi non valet consuetudo, nisi vniuersalis sit,

f ¶ *Sed auctoritate.*] scilicet scripturæ.

g ¶ *Tota.*] ecclesia.

h ¶ *Regitur.*] q̃a quælibet prouincia abundat in suo sensu, vt 76. distin. vtinam. & extra de sepul. c. certificari.

a Antiquæ cõsuetudinis ordo sub decreto mandatur obseruari, vt 10. q. 3. decernimus, inprin.

b Ad idem extra de iure iuris nostrum, Archi.

¶ Cõsuetudo particularis an excusет,

¶ Auctoritate, & traditione generali, vel speciali, ecclesia regitur. C. VI.

1 COnsuetudinem [a] laudamus, quæ tamen contra fidem [b] catholicam nihil vsurpare dinoscitur.

¶ *Verba huius capitis, quod antea tribuebatur B. Augustino, leguntur in editione conciliorum Colonienſi tribus tomis inter decreta Pij I. decreto septimo, & in epistola eiusdẽ Pij ex codice sexdecim librorũ, lib. 3. c. 19. quã etiam citãt Burchardus, Iuo, & auctor Pãnormiæ: cuius tamen epistolæ omnia fere verba habentur 1. lib. regesti B. Gregorij (qui citatur in Polycarpo) epist. 75. & ea, quæ ad hoc cap. pertinent, referuntur infra dist. 12. c. nos consuetudinem.*

Item B. Augustinus ad Casulanum, epist. 86.

¶ Vbi auctoritas deficiat, ne populi, & maiorum in statu pro lege seruentur. C. VII.

2 IN his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & institutа maiorum pro lege [c] tenenda sunt. Et sicut [α] præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum [d] coercendi sunt.

α Et sicut,] *Hinc vsque ad finem nõ sunt in epistola indicata: sed à Burchardo etiam & Iuone, & in Pannormia referuntur.*

Idem in libro de fide Christiana.

¶ *Hodie inter opera B. Augustini nullum extat hoc titulo. In epistola vero ad Ianuarium, quæ est. 118. c. 1. & 2. hæc eadem sententia copiosè exponitur.*

¶ Auctoritate, & traditione generali, vel speciali, ecclesia regitur. C. VIII.

Et est hic arg. quod qui plures offendit, plus peccat, 94. dist. si quis autem legationem. & 11. q. 3. præcipue. Item est hic arg. quod pro illo potius est iudicandum pro quo plures rationes faciunt, vt extra de probatio. licet, in fi. & qui potiora iura ostenderit obtinebit. 21. dist. 1. & C. de edict. diui Adri. toll. l. vlt. Sic & deterior est causa illius contra quem plura faciunt, vt 28. distinct. de Syracusanæ. Item cõtrarium hic signatur. 22. q. 5. ille qui. vbi dicitur, quòd periurium sit maius homicidio. Sed ibi soluitur.

d ¶ *Hic.*] scilicet, in homicidio.

N *Erui testiculorũ.*] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima parte ostenditur, quòd perplexitas prouenit ex suggestione diaboli. In secunda parte, quæ incipit ibi: *Quid melius.* ponuntur tria exempla perplexitatis. Vnum est de illo, qui iurat se celare omnia secreta socij sui, quẽ scit velle interficere maritum adulteræ suæ; sed timet eum propter iuramentum, quod fecit, manifestare. Secundum de eo, qui malo prælato obedientiam fecit, timens si non obediat ei etiam in mãlo, propter obediẽtiam quã ei fecit. Tertium exemplum est de eo, qui per simoniam prælaturã acquisiuit, qui timet peccare si gregem sibi commissum derelinquat. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Est tamen.* datur consilium quid in huiusmodi perplexitatibus sit faciẽdum. Nam dicitur, quòd de duobus malis, minus malum est eligendum, & hoc probatur exemplo Pauli, qui concessit minimã, id est matrimonia, & coitum coniugalem causa incontinentiæ, vt maiora, & grauiora vitentur, scilicet fornicationes.

e ¶ *Nerui.*] id est suggestiones diaboli nerueæ, idest callidæ, & illaqueantes.

f ¶ *Testiculorum.*] testiculi dicuntur suggestiones eius: quia sicut testiculi sunt ministri, & instrumenta humanæ generationis, & in se continent omne incentiuum libidinis b, ita suggestiones diaboli generant in hominibus vitia, & ad omnia illicita accedũt. 3. 6. dist. sed pensandũ.

g ¶ *Leuiathan.*] id est diaboli.

h ¶ *Perplexi sunt.*] id est perplectentes, & sic omnia verba intelligas actiue.

ADDITIO. Perplectentes dicit, quòd reddunt hominem perplexum, in veritate tamen perplexio nihil est. Archid.

i ¶ *Implicatis.*] id est, implicantibus.

k ¶ *Inuentis.*] id est, inuentionibus.

ve sit grauius, puræ † rationis acumine inuestigemus. Etenim dum peierare a cõpellimur, creatorem quidem offendimus; sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, & Dei iussa superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic † b enim duplici c culparũ telo perimimur †, hic † o tripliciter iugulamur.

¶ *In ipso cõcilij capite multa antecedunt, & sequuntur, quæ perlegenda sunt.*

Item Gregorius in moralibus in c. 40. Iob, lib. 32. c. 18. & 19. & 20.

¶ De eodem. C. II.

N *Erui* e testiculorum f Leuiathan g perplexi sunt h; quia suggestionum † illius argumenta implicatis i inuentis † k illigantur, vt plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine aliquo peccati laqueo non euadant, & culpam faciant, dum vitant, ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia consentiant se ligari.

¶ Quod melius ostendimus, si qua ex conuersione hominum illigationis huius exẽplа proferamus † & *nonnullis interiectis.* ¶ Ecce quidam dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta illius omni silentio cõtegat, se iureciurãdo constringit. Sed is, cui iuratum est, adulteriũ perpetrare cognoscitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autẽ, qui iusiurandum præbuit, ad mentẽ reuertitur, & diuersis hinc inde cogitationibus impugnatur, atq; hoc silere formidat, ne silentio † adulterij simul & homicidij particeps l fiat, & prodere trepidat, ne reatu se periurij obstringat. Perplexis ergo testiculorum neruis ligatus est, quia in quamlibet partẽ declinet, metuit, ne à transgressionis contagione m liber non sit. ¶ Alius cuncta, quæ mundi sunt, deferens, atq; p omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno se subdere regimini appetit, sed eũ, qui sibi apud Deũ præ

1 ¶ *Particeps.*] secũdum opinionẽ eorum stultam semper intelligas. m ¶ *A transgressionis contagione.*] Iste admonebit illum ne faciat, vt 2. q. 1. si peccauerit. Si nolit cessare, faciat quod dicitur 22. q. 5. hoc vt. & sic liberabit se. ‖ quia sacramentum nõ fuit inuentum, vt esset vinculũ iniquitatis. 22. q. 4. inter cetera: vnde si q̃s iurauit aliũ nõ accusare, esse debeat, min⁹ cauta inquisitione discernit: cui fortasse is, qui sine iudicio eligitur, cum præsse iam cœperit, agere † quæ Dei sunt, prohibet; quę mũdi sunt, iubet. Pẽsans itaq; subditus, vel quæ sit culpa inobedientiæ, vel quod contagiũ sæcularis vitæ, & obedire trepidat, & nõ obedire formidat n, ne aut obediens, Deum in suis præceptis deserat; aut rursus non obediens, Deũ in electo priore contẽnat. *& infra.*

¶ Alius pẽsare pondus honoris ecclesiastici negligens, ad locũ regiminis præmiis ascendit. Sed quia omne qđ hic eminet, plus mœroribus afficitur, quã honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriã culpa reuocat, doletq; se ad laborem cum culpa puenisse, & quàm sit iniquũ quod admiserit, ex ipsa fractus † difficultate cognoscit. Reum igitur se cũ impensis præmiis agnoscens, vult adeptæ sublimitatis locũ deserere, sed timet, ne grauius delictũ sit suscepti gregis custodiam reliquisse: vult suscepti o gregis curã gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gratię † em pta posidere. Per honoris ergo ambitum, ligatũ culpa hinc inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrũ videt, si aut susceptus se mel grex relinquatur, aut rursum sacra actio sæculariter empta teneatur. Vndiq; metuit, & suspect⁹ latus omne ptimescit, ne aut stãs in empto regimine nõ digne, lugeat, q̃ non etiã deserens * emendat; aut certe regimen deserens, dum aliud flere nitit, rursus aliud de ipsa gregis destitutione cõmittat. *& infra.*

2 ¶ Est tamẽ q̃ ad destructũdas Beemoth versutias subtiliter † fiat, vt dum mens inter minora, & maxima peccata costringitur, si omnino nullus sine peccato euadẽdi aditus patet, minora semper eligantur: quia, & qui murorũ vndiq; ambitu, ne fugiat, claudit, ibi se in fugã præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Hinc Paulus, cum quosdã in ecclesia incõtinentes aspiceret, concessit q minima r, vt maiora

} iuramentum non est iniquitatis vinculũ.

} agi } orig.

} al gregis

d Ista etiã fuit sententia Iug. quæ sequitur Laur. Ad hoc 6. q. 3. denique. Arch.

Ibid. c. 10. r *} utiliter* } orig. vt infrà

1. Corin 7.

} fructus } orig.

c Ad hoc extra lib. 6. de iureiu. contingit.

‖ Subditus an semper teneatur obedire prælato.

‖ Præcipitans se, an mortaliter peccet. eHæc fuit dist. Hug.

f Sub. quæ dicuntur minima respectu cõtinentiæ. 27. q. 1. nuptiarum.

predictis perplexitatibus faciendum sit. Archid.

p ¶ *Præcipitat.*] ‖ quid si precipitet se in fugam, & moritur, vtrum peccet mortaliter, queritur? Et distinguendum est e, quod si non ita est set altus murus, quod bene presumebat se euadere, non peccat mortaliter aliter sic. Arg. pro primo. 23. q. 5. de occidendis. pro secundo arg. 23. q. 5. si non licet. & c. non est nostrum. & maxime si ex honesta causa se precipitasset, vt extra de sepult. ex parte 2.

q ¶ *Concesit.*] i. concessum ostendit: sicut alibi exponitur da, i. datum pronuntia, vt 23. q. 5. c. remittuntur. §. hinc notandum.

r ¶ *Minima.* idest, matrimonia f.

s ¶ *Maiora.*] idest, fornicationem. Vel minima appellat immoderatã

exactionem debiti cõiugalis.& illud potius permisit Apostolus, quam fornicationẽ,vt 22.q.2.quicquid.& secũdũ hoc proprie ponit cõcessit. secundũ priorẽ intellectũ ponitur concessit, idest concessum ostendit.

a ¶ *Et quia.*] Arg.contra H.qui dicit, q̃ vir nunquam potest cognoscere vxorem sine peccato,vt not.33. q.4. vir cum propria.

b ¶ *Sed pro suscipiẽda.*] Et causa reddẽdi debitũ, vt not.32. q.2. quidquid.

c ¶ *Minimis.*] quoties enim sine captione nihil fieri potest, id faciẽdum est quod minus captiosum est, vt ff. de reg.iur. quotiens. & l.semper.

d ¶ *Sine venia.*] simile dicitur alibi.Quod p̃mittimus,nolentes præcipimus,vt 31.q.1.hac ratiõe.

Ibidem 6.

Verum.] Hæc dist. diuidit in duas ptes, in quarũ prima probat, q̃ nullus debet peccare minus, vt maius siue grauius alius nõ peccet. Secũda ibi, *Cõsuetudinis.* CASVS. Hic dicit Grat. q̃ illud qđ dictum est in superiori dist.de minori malo eligẽdo,intelligendũ est cũ duo mala circa eãdẽ p̃sonã cõtingunt.sed si circa diuersas contingãt, vtrum minus malum sit eligendum & faciendum, vt alius vitet maius,q̃ritur in hac dist. & probatur q̃ non, per capitulum sequens.dicit etiam quod ius consuetudinis vel constitutionis relaxatur quãdoque.

‖ Minus malũ de duobus est faciendum.

e ¶ *Verum.*] In hac dist. 14. q̃ritur,an aliquis debeat minus malum committere vt alter euitet grauius malum ? Et dicendũ est quod non,vt j.c.proxi.& continuatur iste §.ad id quod dixerat in superiori dist. f. q̃ cũ duo mala nobis instant, minus est eligendum:sed hoc non est verum circa diuersas personas.

Quod ait Sodomitis. CASVS. Legit in Genesi, q̃ misit Dñs duos Angelos in specie iuuenum ad Sodomã subuertendã,& cũ hospitarentur in domo Loth, venerũt Sodomitæ ad domũ eius volẽtes eis abuti. Loth autem ne illi violarentur, obtulit eis duas suas filias,vt illi Sodomitæ potius cum illis fornicarentur, q̃ hospites aliquid paterentur,scilicet opus Sodomiticum.Modo q̃rit Aug. an talis compensatio sit admittenda, f. an Loth potius debuit consentire fornicationi filiarum, quam vt illi cum hospitibus opus Sodomiticum facerent.Et respondet quod talis compensatio periculosa est,& hoc est attribuendum perturbationi Loth.

1 Iuo par.9.c. 117. *Gene.19.*

f ¶ *Quod ait.*] verba sunt Aug. & incipit ibi, merito quæritur.

g ¶ *Periculosissime.*]Hic dicit Aug.quod nemo debet minus malum committere,vt alter euitet maius malum : & intelligunt hoc quidam, quod nemo debet minus mortale committere, vt alius euitet maius mortale, ‖ sed veniale debet committere vt alter euitet mortale. nam etiam animam quis debet ponere pro proximo [a], & sic mortẽ tpalẽ potest aliquis subire, ne alter incurrat pœnam æternam. de pœn. dist. 2.charitas.& §.proxi. sed pro veniali debetur tm̃ pœna temporalis [b], pro mortali æterna. 11. quæst. 3. nemo ergo aliquis potest peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Item quia Apostolus dicit : Orabam esse anathema pro fratribus meis.sed nemo anathematizatur nisi pro mortali,vt 11.q.3. nemo. Item cum virtus & vitium sint contraria, nec se compatiantur, vt 32. q. 1. cum renuntiatur. sed venialia simul cum virtutibus insunt homini. non ergo proprie dicuntur vitia, vt de pœn.dist.3.septies, Alij dicunt, quod nullum peccatum debet homo

‖ Veniale potest ne quis cõmittere vt alter cuitet mortale.

a De pœn.dist. 2. qui vult. & c.sequen.

b 25.distin. §. peccata.

Ad Rom. 9.

declinaret,dicens [Propter formi cationem autem vnusquisq; vxorem suam habeat.] Et quia [a] tunc solum coniuges in admistione sine culpa sunt, cum non pro explenda libidine,sed pro suscipienda [b] prole miscẽtur, vt hoc etiam,quod cõcesserat,sine culpa(quamuis minima).non esse monstraret,illico adiunxit [Hoc autem dico secundũ indulgentiam, non secundum imperium.] Non enim est sine vitio: quod ignoscitur, non præcipitur. Peccatũ profecto vidit,quod posse indulgeri p̃cuidit.Sed cũ in dubiis constringimur, vtiliter minimis [c] subdimur,ne in magnis sine venia [d] peccemus.¶ Itaque plerũque neruorum Beemoth istius perplexitas soluitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

[a] Emendat.] *Hoc loco ī originali videtur constructio verborum perturbata, & restituenda ex Gratiano.*

DISTINCTIO XIIII.

1 p̃s *Verum [c] hoc in vna eademque persona intelligitur. Ceterum an in diuersis eadem dispensatio locum habeat,videlicet,vt committamus minora,ne alij grauioribus implicentur,merito quæritur.*

De his ita scribit Augustinus lib. Quæst. super Gen. cap. 42.

¶Non sunt à nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant. C. I.

1 QVod aït [f] Sodomitis Loth [Sunt mihi duæ filiæ, quæ nõdum nouerunt viros:producam illas ad vos,vtimini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros istos ne faciatis iniquum:] quoniã prostituere volebat filias suas hac cõpensatione,vt viri hospites eius nihil à Sodomitis tale paterentur; vtrum admittenda sit compensatio flagitiorum,vel quorumcumq; peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid,ne alius grauius malum faciat;an potius perturbationi Loth, non consilio tribuendum sit, quia hoc dixerit,merito quæritur.Et nimirum periculosissime [g] admittitur hæc compensatio [h]. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda est.

2 Consuetudinis autem,vel constitutionis rigor nonnumquam relaxatur. Vnde Leo Papa ait ad Rusticũ Narbonensem episcopũ,epist.90.ante caput 1.

¶ Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non. C. II.

2 SIcut quædam sunt [i] quæ nulla possunt ratione conuelli; ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum [k], aut pro consideratione ætatum [l] oportet temperari:illa consideratione [m] semper seruata,vt ī iis,quæ vel dubia [n] fuerint,aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis cõtrarium, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum.

DISTINCTIO XV.

1 p̃s *Voniam de iure naturali [o] & constitutione,vel consuetudine hactenus disseruimus, differentiam, qua inuicem discernuntur, assignantes, nunc ad ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus,earum originem, & auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus,breuiter assignantes.*

CAnones.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte ostenditur, quòd à tempore Constantini [a] cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione feruente,docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est:quia non erat licentia episcopis in vnum cõueniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregandi;cum ecclesia antea fuisset passa persecutionem. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Inter cetera* dicitur q̃ sub quattuor Imperatoribus sunt quattuor concilia vniuersalia celebrata, f. sub Constantino Theodosio seniore,Theodosio iuniore, & Martiano:& ostenditur quod in eis fuerit reprobatum: & q̃ ista quattuor concilia & his similia debent inuiolata seruari. In tertia parte quæ incipit ibi, *Synodus.*ponit etymologias istorũ nominũ,f.synodus,concilium,& cœtus.

a ¶ *Constantini.*] infrà 16.dist.Isidorus. cõtra ibi dicitur à tempore Clementis fuerũt celebrata concilia.Resp.quòd ante fuerunt celebrata:sed nõ ita generaliter [a] : & ita hoc verbum,generaliter, soluit contrarium.

b ¶ *Apostolos.*] Apostoli enim fecerũt primũ symbolũ,f.Credo in Deũ patrem:sed Nicæna synodus fecit,Credo in vnum Deum [b]. & dr̃ à syn, qđ est cũ:& bolos, quod est morsellus : quia quilibet Apostolorũ de suo morsello aliquid apposuit.

c ¶ *Ccxviij.*] Alibi dicitur de ccc.episcopis,vt 10.q.1.hãc.Sed dic q̃ minor numerus non excludit maiorem. ff.de in lit. iuran.cum furti.

d ¶ *Quam de inæqualitate.*] Dicebat. n. p̃em maiorem filio, & filium maiorem spũ sancto. 24.q.3.quidam.ver.Ariani.Hug.

e ¶ *Constantinopoli.*] supra ea.sicut.

f ¶ *Macedonium.*] qui dixit spũm sanctum seruũ patris & filij.vt 1. q.1.eos qui.24.q.vlt.quidam.ver. Macedoniani.

g ¶ *Quam tota.*] Hoc non habemus : quia non habemus nisi Apostolorum,& Nicænũ,& Athanasii.Quicumque vult.

h ¶ *Ephesina.* hoc dicit ad differentiã scdæ, quæ fuit reprobata, vt j. 16. dist.quoniam sanctæ.

i ¶ *Personas.*] verbi & hominis.

k ¶ *Vnam.*]Vna est persona:sed hẽt duas naturas, f.diuinam & humanã.j. c. sicut.ver. qntum.

l ¶ *Eutychem.*] qui post resurrectionẽ Christum habere vnam naturam dixit, f.diuinam. 16. dist. c.sexta.ver.quarta.

¶ Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum. C. I.

1 CAnones generalium conciliorũ (vt Isidorus ait lib.6. etymol. c.16.) à temporibus Constantini [a] cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione feruente,docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est:quia non erat licentia episcopis in vnum cõueniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari.Sub hoc etiã sancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicã & Apostolicam, secundũ post Apostolos [b] symbolum tradiderunt. ¶ Inter cetera autem concilia, quattuor esse scimus venerabiles synodos,quę totã principaliter fidem cõplectuntur,quasi quattuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna synodus cccxviij. [c] episcoporũ Constantino Augusto imperante peracta est : in qua Arianæ perfidiæ condemnata blasphemia, quã de inæqualitate [d] sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat, consubstãtialem Deo patri Deũ filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit. ¶ Secunda synodus cl. Patrum sub Theodosio seniore Constantinopolie congregata est, quæ Macedonium [f] spiritum sanctum Deũ esse negantem condemnans, consubstantialẽ patri & filio spiritum sanctum demonstrauit, dans symboli formã, quam tota [g] Græcorũ, & Latinorum confessio in ecclesiis prædicat. ¶ Tertia synodus Ephesina [h] prima cc.episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita est, quæ Nestoriũ duas personas [i] in Christo asserentem, iusto anathemate condẽnauit,ostẽdens manere [α] in duabus naturis vnã [k] Domini nostri Iesu Christi personã. ¶ Quarta synodus Chalcedonẽsis DCXXX. sacerdotum sub Martiano principe habita est; in qua Eutychem [l] Constantinopoli tanum abbatẽ verbi Dei & carnis vnam naturã pronuntiantẽ,& eius defensorẽ [m] Dioscorum,quondam Alexandrinũ episcopum,& ipsum rursus Nestoriũ cum reliquis hęreticis vna Patrũ sententia dãnauit, prędicans cadẽ synodus Christum Dominũ de Virgine sic natum, vt in eo substantiam diuinæ,& humanæ cõfiteamur naturæ. ¶ Hæ sunt quattuor synodi prĩcipales, fidei [n] doctrinam plenissime prædicãtes. Sed,& si qua sunt concilia,quę sancti patres spiritu Dei pleni sanxerũt,post istorũ quattuor auctoritatem, omni manẽt stabilita vigore: quorũ gesta in hoc opere [o] cõdita continentur. ¶ Synodus autem ex græco interpretatur comitatus,vel cœtus. Concilij β vero nomen tractũ est ex more Romano. Tẽpore enim quo causæ agebantur,conueniebant oẽs in vnum, cõmunique intentione tractabant. Vnde concilium à communi intentione dictũ quasi consilium;consiliũ,quasi considium. d.in l. litteram transeunte: vel conciliũ dictum est à cõmuni intentione,eo quòd in vnũ dirigãt omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorũ sunt:vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non consentiunt in vnũ. Cœtus vero conuentus est,vel congregatio,à coeundo,id est à conueniẽdo in vnum. Hinc etiã conuentus est nuncupatus, eo quòd ibi homines conueniunt in vnum:sicut à cõuentu cœtus dicitur, sic & concilium à societate multorũ in vnum.

[α] Manere.] *In pleriſq; antiquis Gratiani exemplaribus, & Isidori codice impresso legitur vt est emendatum. Sed in aliis eorũdem manuscriptis,& impressis Gratiani legitur,* manere in Christo duas naturas,& vnam Domini nostri Iesu Christi personã.

β ¶ Concilij vero.] *Apud Isidorum in lib. Ethymol.locus hic mendose legitur. Verũ in præfatione eiusdem Isidori, editioni Parisiensi conciliorum præposita, quæ cum aliquot vetustis codicibus collata est,sic legit:* Concilij vero nomen tractum ex communi intentione, eo q̃ in vnum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorũ sunt. vnde & qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium,quia non sentiunt vnum. Cœtus vero conuentus est,vel cõgregatio à coeundo,id est conueniendo in vnũ: vnde & conuentus est nuncupatus, q̃ ibi homines conueniant.Sicut conuentus, cœtus,vel concilium à societate dicitur multorum in vnum.

In Gratiani codicibus sunt multæ varietates.ex quibus ea lectio retenta est,quæ visa est melior.quamuis adhuc aliquid fortasse desideretur.

De quattuor vero† cõciliis scribit B. Gregor.ita dicẽs,lib.1.Regesti,epis.24.

† *al.quoque*

¶ De auctoritate quattuor cõciliorũ. C. II.

SIcut sancti Euangelij quattuor libros,sic quattuor concilia suscipere, & venerari me fateor; Nicænũ scilicet, in quo peruersum Arij dogma destruitur, Constãtinopolitanũ quoq;,in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur, Ephesinũ etiam primũ,in quo Nestorij impietas iudicatur, Chalcedonense vero, in quo Eutychis, Dioscoriq; prauitas rẽ,pbatur,tota deuotione cõplector, & integerrima approbatione custodio:quia in his velut in quadrato lapide,sanctæ fidei structura cõsurgit, & cuiuslibet [α] vitæ atq; actionis norma consistit. ¶ Quintũ quoq; cõciliũ pariter veneror,in quo epistola,quæ Ibę dicitur [p], erroris plena reprobatur,in quo Theodorus p̃sonã mediatoris [q] Dei & hominũ in duab [r] substãtiis separãs,ad impietatis pfidiã cecidisse cõuincit; & in quo scripta quoq; Theodoriti, p quę beati Cyrilli fides reprehendit,ausu demẽtię prolata

ADDITIO. Habet enim vtranque. extra de hæreticis,cum Chrs, vbi notat Ala. q̃ ante illam definitionem, de qua loquitur ipsa decr.cõtrariũ dicere licebat, cũ prohibitũ non esset : sed post, nequaq̃.ergo quod prius non fuit fidei articulus, post consecrationẽ fact [o] est fidei articulus.Arch.

m ¶ *Defensorem.*] Peccabat ergo in fide, ex quo erat defensor hæreticorum,vt 24.q.1. c.1. & q.3.qui aliorum,& extra de hære. vergentis [c]. sicut dicit lex de latrone. C.de his qui la.oc.l.1.Sed cõtra. 21. dist.in tantum. & 24.q.2.sane profertur. versi.item Romanorum. ibi enim dicitur, q̃ Dioscorus non peccauit in fide,sed expone, non peccauit in fide,idest, nõ peccauit in fide tantum:quia in hoc peccauit, q̃ ausus fuit Papam Leonem excõicare. 21.dist.in tãtum.

c Parum aut nihil facit sed melius cod.ti. sicut. & c. excommunicamus. §. credentes,Per.

n ¶ *Fidei.*] articulos.

o ¶ *In hoc opere.*]Isidori : ne sit contra 19. dist.si Roman. versi. præsertim.

Sicut sancti Euãgelij.] CASVS. In j.parte huius ca.dicit Greg. qđ ita vult seruare quattuor cõcilia sicut quattuor Euangelij libros: & ostendit in vtroq; illorũ quid fuit reprobatũ. In ij.parte,quæ incipit ibi, *Quintum,* dicit Greg.q̃ quintum concilium vult venerari, in quo tria sunt reprobata, f. epistola erroris plena, q̃ Ibæ dicebat, & opinio Theodori, qui personã Christi mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separabat, idest, personis, dicens Christũ duas habere p̃sonas; & scripta Theodori,qui vitam B. Cyrilli, & fidem reprehendebat : & q̃ supradicta concilia nõ obseruat, seipsum destruit.

p ¶ *Ibæ dicitur.*] ab inuentore.

q ¶ *Mediatoris.*] idest,Christi.Ioan.

r ¶ *Substantiis.*] scilicet,personis.

d ¶ *Præsu*

prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector; quia, dum vniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit, quisquis præsumit a aut soluere, quos religant †, aut ligare †, quos soluunt.

a ¶ *Præsumit.*] Videtur ergo, q̃ Papa non possit destruere statuta concilij: quia orbis maior est vrbe. 93. dist. legimus. circa mediũ. vnde requirit Papa consensum concilij. 19. distin. Anastasius. Arg. cõtra 17. dist. §. hinc etiam. & extra de elect. significasti. vbi dicitur q̃ concilium non potest Papæ legem imponere. & 35. q. 9. veniam. Sed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei. 25. q. 1. sunt quidam.

† al. ligant
† al. religare

¶ *Sancta Romana Ecclesia.*] Casvs. In hoc cap. ponuntur fere eadem, quæ dicta sunt in illo cap. canones. & in e sicut. Dicit enim Gelasius, q̃ supradicta quatuor concilia vult venerari; & si qua alia fuerũt à sanctis Patribus instituta: & ostendit quæ opuscula sanctorum Patrum in Ecclesia recipiantur.

a ¶ *Cyrici* Cuiuslibet. *Apud B. Gregoriũ legitur:* Et cuiuslibet vitæ, atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem nõ tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum, &c. *& insequentibus signi ficantur tria illa capitula, quorum occasione nonnulli quintam synodum non recipiebant.*

De iisdem etiam Gelasius in concilio habito Romæ cum 70. Episcopis scribit dicens.

¶ Quæ † concilia sancta Romana Ecclesia suscipiat. C. III.

† al. Quas scripturas
1 Bure. lib. 3. c. 220. Iuo p. 4. c. 64. Pann. l. 2. c. 91. Puyl. l. 3. ti. 20.

1 Sancta Romana Ecclesia post Sillas veteris testamẽti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam synodum Nicænã cccxviij. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cælestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato: Sanctã synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatæ sunt: sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, post † istorum quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus. ¶ Iam nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasij Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorij Nazianzeni episcopi. ¶ Item opuscula beati Basilij Cappadociæ episcopi. ¶ Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. ¶ Itẽ opuscula Theophili Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarij Pictauiensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosij Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi. 2. ¶ Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema sit. ¶ Item opuscula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prædicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, vsque ad vltimum diem vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. 3 ¶ Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionũ triumphis irradiãt,

2 Ansel. lib. 6. c. 193.

fide, vel prædicatione } orig. & Bure.

3. Nicolaus in epistola ipressa ad episcopos Galliæ, cuius initium. { Quamuis }

¶ Quis † ita esse catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa toleraſſe? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur: quia & eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis † superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici †, & Iulitæ: sicut Georgij, aliorumque huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quàm hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur. ¶ Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore susc ipimus. ¶ Item Actus beati Siluestri Apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui conscripsit, nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ. ¶ Item scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptistæ, nouellę quidem † reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum hæc ad catholicorum manus peruenerint, beati Pauli Apostoli sentẽtia præcedat, [Omnia probate, quod bonum est, tenete.] ¶ Item Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiasticis operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus cum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Ruffino, sed etiam de vniuersis †, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus nõ repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. ¶ Item Chronicum † Eusebij Cæsarienſis, atq; eiusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atq; excusatione Origenis schismatici vnum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quę ad instructionem pertinent, vsquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus †. ¶ Item Iuuenci † nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Ceterum, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriã venerunt, & à catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

† al. illa

† al. dictis.

† al. Cyrici.

† quidã reuelationes } orig.

1. Thes. 5.

† al. diuinis } orig.
† al. religiosi

† al. Chronica } orig.

† al. præfer mus. } orig.

4 Burch. l. 3. c. 221. Iuo p. 4. c. 65. Pãn. l. 2. c. 91.

4 In primis Ariminensem synodum à Constantio Cæsare Constantini filio congregatã mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vsque in æternum confitemur esse damnatã. Item itinerariũ nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis lib. viij. † apocryphũ.

† deest } orig.

Actus nomine Andreæ Apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi Apostoli, apocryphi. Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ Apostoli, apocryphi. Euangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ Apostoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphum. Euangelium nomine Bartholomæi Apostoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ Apostoli, apocryphum. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euangelia quæ falsauit

Hyrcius

Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, & de obstetrice Saluatoris, apocryphus: Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur, fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ, vel † Geneseos, apocryphus. Centimetrum de Christo virgilianis compaginatum versibus, apocryphum. Liber, qui appellatur, Actus Teclæ, & Pauli apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & sancti Xysti † nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus † sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluuium pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia lamnis, & Mambræ, apocryphus. Liber, qui appellatur, sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Lusanæ †, apocryphus. Liber canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambrosij nomine præsignatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani †, siue Africani, apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocrypha †. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiensis †, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiensis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij †, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarum regem, apocrypha. Passio Georgij, apocrypha. Passio Cyrici, & Iulitæ, apocrypha. Scriptura quæ appellatur, contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi confingunt, sed dæmonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. ¶ Hæc, & omnia his similia, quę Simõ Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus & Bonosus, & qui simili errore defecerũt, Mõtanus quoq; cũ suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, siue Manichæus, Faust† , Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cælestius† , Donatus, Eustathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus, & † Latiensis, Cælestinus, Maximinus, Priscianus† ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus: e quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, nec non & omnes hæreses† , quas ipsi, eorúmque discipuli, siue schismatici docuerunt, vel conscripserunt: quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verumetiam ab omni Romana, & Apostolica ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorúmque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata. ¶ Ceterum, qui libri in ecclesiasticis officiis per anni circulum à nonnullis legantur (quòd ritum illum Apostolica non reprobat, sed sequitur ecclesia) pro fidelium ædificatione adnotandum censuimus.

† al. Estius, } al. Hesychius.

† al. Lentius } al. Lentius.

† abest ab orig.

† al. Sixti.

† transitus, id est, assumptio } orig.

† al. Iob } orig.

qui appellatur, laus Apostolorũ } orig.

Tertulliani apocrypha, Opuscula Latini ap apocrypha. Opuscula Africani apocrypha } orig.

Opuscula Commodiani apocrypha } orig.

Opuscula Tatij, Cypriani, apocrypha. Opuscula Arnobij apocrypha. Opuscula Tyconij apocrypha.] orig.

† al. Pitabienſis. al. Frumentij.] orig.

† Africanus } orig.

† al. Calistus.

† Iulianus Celanẽsis, Celestinus, &c. } orig.

orig. Priscillianus ab Hispanis, Nestorius Cõstantinopolitanus, Maximꝰ. Pius eius, Lãpetius.

hæretici, eorumque discipuli } orig.

1 Quidam, quòd in Septuagesima ponũt Pẽtecuchum † vsque in xv. diem ante Paschа, xv. die ponunt Hieremiam vsque in cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ [Quomodo sedet sola ciuitas, &c.] & tres de tractatu sancti Augustini in psalmum 54. [Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Corinthios [Cõuenientibus vobis in vnũ.] Secunda lectio sic incipit, [Similiter & calicem postquam cœnauit.] Tertia, [De spiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres.] In Parasceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu sancti Augustini in psalmum 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apostolo; vbi ait in epistola ad Hebræos, [Festinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia, [De quo grandis nobis sermo.] In sabbato Sancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu sancti Augustini in eumdem psalmum 63. [Exaudi Deus orationem meã, cum deprecor.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Hebræos, [Christus assistens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim testamentum est.] Tertia, [Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.] In Pascha Domini homilias ad ipsum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis † Paschæ ponunt actus Apostolorum, & epistolas canonicas, & Apocalypsim vsque in octauas † Pentecostes. In octauis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vsque in Kalendas Augusti. In Dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem vsque in Kalendas Septembris. In Dominica prima Septembris ponunt Iob, Tobiam † , Hester, Esdram vsque in Kalendas Octobris. In Dominica prima mensis Octobris ponunt librum † Machabæorum vsque in Kalendas Nouembris. In Dominica prima mensis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vsque in Kalendas Decembris. In Dominica prima mensis Decembris ponunt † Esaiam prophetam vsque ad † Natiuitatem Domini. In Natali † Domini legunt primum de Esaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c.] Secunda, [Consolamini, consolamini.] Tertia, [Consurge, consurge.] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani homilia de ipso die. In natali sancti Ioannis similiter. In natali Innocentium similiter. In natali sancti Siluestri similiter. In octaua natalis Domini homilia de ipso die. In Dominica prima post Natiuitatem Domini ponunt epistolas Pauli vsque in Septuagesimam. In Epiphania lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit, [Omnes sitientes.] Secunda, [Surge, illuminare Hierusalem.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes.

† al. Burch. l. 3. c. 222. Iuo p. 4. c. 63. Pãn. l. 2. c. 90.

Tren. 1.

1. Cor. 11.

1. Cor. 10.

Hebr. 4.

Hebr. 5.

Heb. 9.

Hebr. 10.

† al. octaua.

† al. octauam.

Iudith, Hester. } Iuo.

† libros } Iuo.

† al. in natale } al. i. vigilia natalis Dñi } Burc. & Iuo, & ordo Romanus.

Esai. 9.
Esa. 40.
Esai. 52.

Esa. 55.

Esa. 60.
Esa. 61.

a Cyrici.] al. Quirici. ADDITIO. Apocryphum dicitur occultum & secretũ, ab apo, quod est de; & cryfis, quod est secretum. inde liber dicitur apocryphus, id est, occultus & secretus: scilicet cuius auctor ignoratur: non tamen ab ecclesia recipitur, sed reprobatur. quasi dicat, nõ in ecclesia, sed remote & secrete ab ecclesia est legendus, secũdùm Hug. Vide dic apocrypha grę ce, latine secreta. Et quia in cameris solent virgines abscondi, & secrete morari, secundùm Ioan. de Fan. inde est, quòd virgo in Hebræo alma, in Greco apocrypha, Latine dicitur secreta.

a ¶ Mandamus.] *Post hoc verbum in Decreto Gelasii sequitur continenter:* Item opuscula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, vt satis certo statui non possit, quæ vera, & pura sit Gelasii lectio; nec magnopere sit mirandum, si nonnulla sint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emendari poterant, ea sunt emendata: ceteris locis partim indicatæ varietates; partim, quoniam omnes indicare infinitum fuisset, labor hic ad libros adeundi accurato lectori est relictus.*

Item

β ¶ Item gesta.] *Hinc vsque ad finem capitis omnia absunt à pleriſq; vetuſtis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiuſdem Gelaſij vſque ad verſ.* Ceterũ qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proxime poſt ſuperiora.*

γ ¶ Iuuenci.] *Antea legebatur*, Item Vincentij. *reſtituta eſt vera lectio ex Gelaſio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hieronymus in catalogo.*

δ ¶ De ſancta Maria.] *In collectione Iſidori legitur*, & de Maria & obſtetrice. *Apud Burchardum*, & de Maria vel obſtetrice. *Apud Iuonem vero*, & de ſancta Maria, vel de obſtetrice Saluatoris.

ε ¶ Ceterum.] *Hinc vsque ad finem neque in collectione Iſidori, neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, qui collata ſunt, inueniuntur. A verbo tamen*, in Septuageſima ponunt. *referuntur à Burchardo, & Iuone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum lxx. epiſcopis. Fere autem omnia habentur ſparſim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶ Pentateuchum.] *Apud Iuonem legitur*, Heptateuchum, *vt vltra quinque libros comprehendat librum Ioſue, & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione beatus Hieronymus ad Lucinium ſcribens vtitur. Alij vero Heptaticum appellant, vt ſanctus Gregorius lib. 7. ind. 2. epiſt. 48. & lib. 10. epiſt. 22. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, cap. de Septuageſima.*

η ¶ In Pſalmum 54.] *ſic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, cap. de officiis diuinis à cœna Domini vſq; in octauas Pentecoſtes, & apud Burchardum legitur*, in Pſalmum 63. *id eſt*, Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in cap. de ordine in nocte Paraſcenes.* Tres de tractatu ſancti Auguſtini de Pſalmo 63.

θ ¶ In octauis.] *Ipſam diem octauam ſolitam fuiſſe proferri nomine multitudinis, ideſt octauas, notabitur infra de conſecratione diſt. 3.* c. pronunciandum.

ι ¶ In natali Domini.] *Burchardus, & Iuo habent* in Vigilia natalis Domini, *& ita in ordine Romano. cap. quod inſcribitur*, In Chriſti nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in eccleſia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet vt Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.

Apoſtolorũ.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secũda ibi, *Et ſoluta.*

CASVS. In hac 6. diſt. oſtendit Gratianus canones Apoſtolorum eſſe recipiendos. primo tamen ponit quandã contrarietatẽ de canonib[a] apoſtolorum: primo de non recipiendis, & poſtea de recipiendis: & eam ſoluit.

a ¶ *Apoſtolorum.*] hic intitulatur 16. diſt. in qua probat, q̃ canones apoſtolorum ſunt recipiẽdi: poſtea oſtendit quo tempore & quo reſidente in Papatu vel Imperio qdlibet concilium eſt celebratum. Et nota q̃ Gratianus ponit quandam contrarietatem de canonibus Apoſtolorum, & eam non ſoluit. probat enim auctoritate Iſidori, quòd canones apoſtolorum non ſunt recipiẽdi, quia ſunt apocryphi: poſtea probat auctoritate Zepherini & Leonis, q̃ ſunt recipiendi, & non ſunt apocryphi. Sol. breuis eſt, quia illi canones ſunt recipiendi, qui à veris Apoſtolis ſunt editi: ſed illi non, qui à pſeudo apoſtolis ſunt editi. ſ. ꝑx. diſt. ver. item geſta.

Canones. CASVS. Quærebatur ab Iſidoro an canones qui dicuntur Apoſtolorum, ſint approbandi: & reſpõdet quoniã ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum ſunt compoſiti, nec Rom. eccleſ. nec ſancti Patres eos approbauerunt, quamuis in eis multa vtilia inueniantur, tãmen apocryphi reputantur.

b ¶ *Canones.*] Sic conſtrue quamuis in eis canonibus qui canones dicuntur Apoſtolorum.

c ¶ *Vtilia.*] Arg. quòd vtile vitiatur per inutile[a], vt not. ſuprà diſt. 9. ſi ad ſcripturas.

d ¶ *Atque inter apocrypha.*] ideſt, ſine certo auctore*, vt ſapientia Salomonis: liber Ieſu filij Sirach, qui dicitur eccleſiaſticus: & liber Iudicũ, & Thobiæ: & liber Machabæorum: hi apocryphi dicuntur, & tamen legũntur: ſed forte non generaliter.

Exaginta. CASVS. Tria ſequentia capitula plana ſunt.

e *Lementis.*] ideſt, qui ſub nomine Clementis cõpoſitus eſt ab hæreticis.

f ¶ *Itinerarium.*] qui actus Petri cõtinet, quos per orbem itinerando peregit[b].

g ¶ *Exceptis.*] impropria videtur hæc exceptio: quia hoc excipitur à veris canonibus, aut à falſis. Non de falſis: quia null[a] ex illis obſeruatur. Item non de veris: quia nullus eorum eſt apocryphus. Vel dic q̃ hoc nomen, canones, ſumitur large, tam pro veris, quã pro falſis canonibus, vt ponitur 32. diſt. §. verũ.

h ¶ *Orthodoxæ.*] ideſt, rectæ. orthos, rectum; doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, ideſt, catholica recta, ſcilicet in qua recte gloriamur. Ioã. de Fan.

i *Lacuit.*] Ex his tribus cap. ſurgit contrarietas, quam Gratianus non ſoluit nec ponit. ſexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonum Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidam[c] ita ſoluunt, quòd ſexta ſynodus fuit ante Zepherinũ, & Zepherinus ante Leonem, & obſeruabantur lxxxv. canones, prout dicit ſexta ſynodus. ſed poſtea in deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore decem, ex illis perierunt, & ſic remanſerunt tantum l. vt dicit Leo. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt: nam Zepherinus præceſſit vj. ſynodum. nam vj. ſynodus fuit celebrata tẽpore Agathonis, vt ſ. ead. diſt. c. ſexta. qui longo tempore fuit poſt Zepherinum, vt ex chronicis apparet. Omiſſis aliis ſolutionibus, dic q̃ non contradicunt ſibi: quia dicebat ſynodus lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat quinquaginta fuiſſe capitula: Zepherinus non dicit de capitulis, ſed de ſententiis: & poteſt eſſe, quòd in vno capitulo ſint ſententiæ plures.

ISIDORVS. CASVS. Probat Iſidorus in hoc c. canones Apoſtolorum eſſe recipiendos tribus rationibus. Primo, quia plures eos receperunt. Secundo, quia ſancti Patres eorum ſententias confirmauerũt, & eas inter canonicas conſtitutiones poſuerunt. Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in Breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit à Clemente vſque ad Silueſtrum. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt.

k ¶ *Præponimus.*] Arg. q̃ illi qui ſunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. diſt. in canonicis[d]. vnde licet Ancyra

[a] Adde quæſt. 9. poſt Archi.

[*] Quinque libri eſt in apocrypho, ſi canones ſui quamuis eis quidam eccleſiaſtici doctiores dubitauerint. Can. Iudeos. ſupr. 44. diſt. ſcript.

1 Iuo par. 1. c. 107. Pan. l. 1. c. 107. Poly. l. 3. c. 11. † al. præſumunt. } ordo

2 Iuo par. 4. c. 105. Pan. l. 1. ca. 9. b Vel dic q̃ ideo itinerum appellatur, quia ibi gitur doctrina, i. actus Petri, nobis in hoc mũdo remanentibus, qui facere debemus. Ioan. de Fan. & Hug. † al. regula orthodoxa. } al. regulæ orthodoxæ.

3 Iuo part. 1. c. 106. Pan. l. 1. c. 107.

4 Iuo part. 4. c. 107. Pan. l. 1. ca. 9. c Vt Gutidus.

[a] Tu dic, q̃ in e. ſexta ſynodũ facit mentionẽ de ſexta ſynodo cõgregata, quæ debet ſeptima dici: ſed propter eos patres, qui in vtraque fuerũt, non mutat nomẽ, & per hoc patet, q̃ illa littera ſeptimæ, &c. eſt falſa, & illa ſextæ eſt vera, ſecundum Ioan. de Fant. Arch. † al. fidelis.

† al. ſeptima ſynodo, ſiue cõcilio. } al. ſexta ſynodo ſiue in ſexto concilio.

1 Iuo p. 4. c. 122.

‖ Voluntates duæ fuerũt in Chriſto.

2 ex actione quarta ſeptimæ ſynodi.

3 Iuo p. 4. c. 121.

d Ad idem de pœn. Interrogẽ. Archid.

Ancyrana ſynodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt ſ. ead. diſt. c. 6. ibi, *Prima adnotatio*, & c. arg. extra de reſcrip. ab excommunicato.

Sextam.] ſed dubitatur. CASVS. Probat Gratianus, quòd ſexta ſynodus canones fecit & hoc probat per ſeq. c.

2 ¶ *Sextæ ſynodi.*] Falſa eſt littera, & debet ibi eſſe ſeptimæ [a] ſynodi. qualiter enim dubitaret ſexta ſynodus de eo qđ ipſa fecerat.

Habeo.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſexta ſynodus canones fecit, quæ congregata fuit ſub Cõſtantino Imperatore, reprobans perfidiã hæreticorũ quorundam dicẽtium, Chriſtum fuiſſe tantum operatum ſecundum opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia verò virtutis opera, vt reſuſcitare mortuos, & ambulare ſuper aquas, phantaſtica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte. In ſecũda parte quæ incipit ibi, *Et ſoluta.* dicitur, q̃ hæc ſexta ſynodus fuit poſtea cõgregata ſub Iuſtiniano filio Cõſtantini: in qua iidẽ plures patres eoſdem canones corroborauerunt, qui primo fuerãt conditi in eadem ſexta ſynodo. In tertia parte quæ incipit ibi, *Eadem ſancta.* repetit fere ea, quæ dicta erant in ſecunda parte.

¶ Caſus §. planus eſt.

b ¶ *Voluntatem.*] quidam dicebant tãtum vnã fuiſſe voluntatẽ in Chriſto. ‖ Sed dicendum eſt, q̃ duæ fuerunt volũtates in eo quòd homo fuit, vna ſenſualitatis, ſecũdũ quã ipſe dixit: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me, &c. alia rationis, ſecundum quam ipſe dixit: verumtamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu vis.

c ¶ *Conſtantini.*] non illius magni Cõſtantini, qui fuit tempore Silueſtri: ſub eo enim fuit Nicænum concilium tempore Silueſtri.

d ¶ *Conſtantini.*] contra Inſtit. de iu. §. eſt & aliud. Inſtit. qui. non eſt. per. fa. te. §. ſecus. vbi Iuſtinianus vocat patrẽ ſuũ Iuſtinum. Sed loquitur hic de alio Iuſtiniano, ſub quo ſexta ſynodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt infrà ea. c. ſexta. Sub Iuſtiniano autem, cuius leges legũtur, celebrata eſt quinta ſynodus, vt ſ. eod. c. ſexta.

e ¶ *Sub Iuſtiniano.*] Sed certe nec ſic ceſſat contrarietas: quia tam modum canonum Apoſtolorum, ac primorum apoſtolicorum (id eſt à ſancto Clemente vſque ad ſanctum Silueſtrum) decretorum, atque diuerſorum cõciliorum breuiarium interpolatur ſequens ordinem ſuum.

a ¶ Epiſtola.] *Hæc epiſtola ab Iuone voeatur præfatio in opus canonum, & eſt ea, quæ Iſidori nomine eſt præpoſita tomis conciliorum, licet in vetuſtiore editione, in qua purior eſt Iſidori collectio, nonnulla verba deſiderentur. Eſt autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam verba illa*, Propter eorum auctoritatem. & c. *vſque ad* uer. conſtitutiones. *non longe abſunt ab initio. Reliqua vero ſunt in extremo.*

¶ Iſidorus ſeruus.] *In Pannormia eſt eodem modo atque apud Gratianũ. Apud Iuonem, & in manuſcriptis collectionis illius codicibus eſt.* Iſidorus Mercator ſeruus Chriſti conſeruo ſuo, & parenti fidei in Domino ſalutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus*, Iſidorus peccator, ſeruus, &c.

Item cum Adrianus Papa ſextam ſynodum recipiat cum omnibus canonibus ſuis, cum etiam ſancta octo uniuerſalia concilia profeſſione Romani Pontificis ſint roborata; in ſexta autem ſynodo, ſiue in ſeptimo concilio, Apoſtolorum canones ſint recepti & approbati: patet, quòd non ſunt inter apocrypha deputandi: Vnde ſcribit Hadrianꝰ Papa Tharaſio Patriarchæ.

¶ Sexta ſynodus auctoritate Hadriani corroborat. C. V.

1 *Extam* * ſynodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis.

* ¶ Sextam.] *Hoc habetur in ſecũda actione ſeptimæ ſynodi in epiſtola Hadriani ad Tharaſium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba ſynodicæ epiſtolæ à Tharaſio ad ſe miſſæ. Et hic Gratianus non refert propria eius epiſtolæ verba. In verſione enim Anaſtaſij bibliothecarij ſic legitur*, Inuenimus autem in prædicta ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtræ, poſt plenitudinem fidei, & confeſsionem ſacri ſymboli, & omnium ſanctarum ſex ſynodorum, & de ſacris & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione digniſsimum contineri. Quare & eaſdem ſanctas ſex ſynodos ſuſcipio cum omnibus regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipſis promulgatæ ſunt. *Et hæc quidem poſtrema verba ſunt etiam in illa ipſa Tharaſij epiſtola: quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clare apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conſcripſerit: quod ex quarta actione ſextæ ſynodi a facile abſoluitur.

β ¶ Sextæ.] *In ſecundo & xij. Vaticanis eſt*, ſextæ, aliàs ſeptimæ, *& vere ſeptimæ eſt, ſed ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

Ait enim Petrus epiſcopus Nicomediæ.

¶ Sexta ſynodus canones conſcripſit C. VI.

2 Habeo γ librum continentem canones ſanctæ ſextæ ſynodi. Patriarcha dixit. ¶ 3 Quidam ſcandalizantur per ignorantiam pro canonibus iſtis, dicentes; nũquid ſexta ſynodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam ſancta ſynodus ſexta ſub Cõſtantino cõgregata eſt cõtra eos, qui dicebant vnam operationem, & vnam voluntatem, b eſſe in Chriſto: in qua ſancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerũt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 ¶ Et ſoluta ſynodus eſt Cõſtantini c xiiij. anno. Poſt quatuor vero, aut quinque annos iidem ſancti Patres cõgregati ſunt ſub Iuſtiniano d filio Conſtantini, & prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim ſub Constantino in ſynodo fuerunt, iidem ipſi epiſcopi ſub Iuſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt. Oportebat enim vt ſynodus vniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. *Item.* 4 ¶ Sancta ſexta ſynodus poſt promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Conſtantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo poſt defuncto, & Iuſtiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadem ſancta ſynodus diuinitus inſpirata, iterum Conſtantinopoli quarto, aut quinto anno congregata eſt, & canones numero cij. ad correctionem eccleſiæ promulgauit.

γ ¶ Habeo librum.] *Verba ſunt Petri epiſcopi Nicomediæ, ac Tharaſij patriarchæ Conſtantinopolitani actione quarta ſeptimæ ſynodi: quod quidem ipſi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iuſtiniani Rhinotmeti ſecundo anno ſuæ reuocationis ad Imperium, editi ſunt. Verum ex his ipſis verbis Tharaſij apparet, eos canones non eſſe proprios ſextæ ſynodi; quia fatetur poſt annos quattuor, aut quinque, quàm ea ſynodus fuerat abſoluta, canones illos fuiſſe editos: quo tempore certiſsimum eſt neque eumdem Romanum Pontificem, neque eoſdem epiſcopos fuiſſe. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum eſt diligentiſsimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco, quod in bibliotheca Vaticana extat, ſatis fideliter tralata leguntur apud Franciſcum Turrianum libro de vi. vij. & octaua ſynodo) & Anaſtaſio, & Georgio Cedreno, quàm Tharaſio. Illi enim non quattuor, aut quinque, vt Tharaſius, ſed viginti ſeptem annos à ſine ſextæ ſynodi tempore Agathonis habitæ, vſque ad hanc huiuſmodi Decretorum editionem aſſerunt interceſsiſſe. Epiſcopos vero, qui hos ediderunt, noluiſſe ipſos edere tanquam canones ſextæ ſynodi, ſed voluiſſe ſupplere, quod videbatur in quinta, ac ſexta ſynodo deeſſe, ipſamet illorum ad Imperatorem allocutio teſtatur. Itaque noua dicenda eſt hæc epiſcoporum coitio, ideoque Græci illam, vt ſcribit Balſamon τυφλικτικῶν, id eſt quintam ſextam ſynodum appellant. Ceterum non fuiſſe omnes illos canones à Romana eccleſia receptos, duo viri rerum eccleſiaſticarum peritiſsimi, Anaſtaſius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte teſtantur. Humbertus quidem his verbis.* Non autem miror, ſi Agathoni Papæ, & ſanctis Patribus ſextæ ſynodi veſtra imputetis deliramenta, & quæ aut corruptiſtis, aut finxiſtis capitula: cum & ipſi Domino Ieſu, & Apoſtolis eius imputetis figmenta. Vnde nos ſcientes ſextam ſynodum ad deſtruendam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas conſtitutiones congregatum, capitula, quæ nobis ſub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus. *Anaſtaſius vero in præfatione in ſeptimam ſynodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita ſcripſit:* Ergo regulas, quas Græci in ſexta ſynodo perhibent editas, ita in hac ſeptima ſynodo principalis ſedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis ſanctorum ſedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduerſæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in ceterarum Patriarchalium ſedium, licet Græca vtantur lingua, reperiuntur archiua: nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inuenta eſt. Quamquam eoſdem Patres illas Græci promulgaſſe perhibeant, qui in ſexta ſynodo ſunt inuenti: ſed nullis certe probare poſſunt indiciis.

Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus bis congregata eſt, primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit: ſecundo ſub Iuſtiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

4 *Vnde ſancti Patres in eadem ſynodo ſecundo congregati dixerunt.*

Conſtitu

b Idem Spec. & Io. An. in ti. de iura. calum. §. ſequitur. ver. qđ de cauſa. & plene per Cy. & Salyc. in l. iuuitus. C. de procu. & per Alex. de Imo. in l. ita demũ, col. 3. eod. tit.

4 Ex ſexta actione ſeptimæ ſynodi.

1 Tuo ſeptimã vocat

¶Constitutiones synodi sextæ. C. VI.

1 QVoniam * sanctæ, & vniuersales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo Augusto de mysterio 3 fidei plenissime disputantes, canones non fecerunt, sicut ceteræ quattuor vniuersales synodi; propterea nos conuenientes in hanc Imperialem vrbem sacros canones conscripsimus. *Item.*

¶ 2 Placuit huic sanctæ synodo, vt amodo cõfirmata, & rata sint canonũ Apostolorũ lxxxv. capit. *Item.*

¶ 3 Confirmamus, & ceteros sanctorum canones, & synodos, idest Nicænam, Ancyranam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, Sardicensem, & Carthaginensem *a*, & opuscula Theophili Alexandrini episcopi, & Dionisij [b] Alexandrini episcopi, & Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæsariensis episcopi, Athanasij episcopi Alexandrini, Basilij Cæsareæ Cappadociæ episcopi, Gregorij Nyseni episcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconiensis episcopi, Timothei Alexãdrini episcopi, Gennadij † Cõstantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi, & synodum *β* suam.

α ¶ Quoniam.] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sexta synodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in summam redacta.*

β ¶ De mysterio.] *Græce est, τὰ περὶ τῆς πίστεως παλαιῶς διαξανάσασαι μυστήριῳ* id est fidei mysterium paterne declarantes.

γ ¶ Confirmamus.] *Iuo habet*, confirmamus sanctorum patrum canones, & synodos, &c. *Græce est*, ἐπιτρέχαν ζωμὲν ὃ καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ἁγίων πατέρων τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων παλαιῶν ἡμῶν ἐκτεθεῖσας, κανόνας τῆς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθείσης, &c. ideſt, obſignando autem confirmamus & ceteros omnes ſacros canones, qui à ſanctis, & beatis Patribus noſtris ſunt editi, ideſt ab iis, qui Nicææ conuenerunt, &c.

δ ¶ Carthaginenſem.] *Apud Iuonem ſequitur*, Cõſtantinopolitanam ſub Nectario, & opuſcula Theodoſij, al. Theophili, &c. *Græce autem eſt*, καὶ τῶν ἁγίων τῶν θεορυλάκτων, καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως πρεσβέως, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου id eſt, & eorum, qui ruſus in hac à Deo cuſtodita, & imperiali vrbe conuenerunt ſub Nectario imperialis huius ciuitatis præſide, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepiſcopus.

ε ¶ Et Dionyſij.] *In canone Græco vulgato fere eſt, quemadmodum antea apud Gratianum*, Dionyſij Alexandrini epiſcopi, & martyris. *Sed apud Balſamonem, & Iuonẽ legitur, quemadmodum reſtitutum eſt*, Dionyſij archiepiſcopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiſcopi, & martyris. *Reliquas varietates per ſe accuratus lector notabit.*

ζ ¶ Et ſynodum.] *In iſto canonis loco eſt error; quia illa ſynodus Cypriani probatur, in qua ipſe cum multis aliis Africę epiſcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptiſma non recepiſſe: cum tamen B. Auguſtinus aſſerat aliam extitiſſe traditionem Apoſtolorũ, & ipſam Cypriani ſententiã plenario totius orbis cõcilio excluſam fuiſſe teſtet.*

*Item ex diurno * libro profeſſio Romani Pontificis.*

¶Auctoritate Romani pontificis ſancta octo concilia roborantur. C. VIII.

4 SAncta [b] octo vniuerſalia concilia, id eſt, primum Nicænum, ſecundũ Constantinopolitanũ, tertium Epheſinum, quartum Chalcedonenſe, item V. Constantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Constantinopolitanum vſque ad vnum apicem immutilata ſeruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & ſtatuerũt modis † omnibus ſequi, & prædicare, quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

2 QVoniã ſanctæ.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd quinta, & ſexta ſynodus non ita plene canones fecerunt, ſicut ceteræ ſynodi, & ideo ſancti patres eiuſdem ſextæ ſynodi cõuenerunt apud Cõſtantinopolim, vt canones conderent in eadẽ ſexta ſynodo ſub Iuſtiniano congregata ſuper quo iam primo fuerant congregati, & dicitur quinta primo cõgregata ſub Iuſtiniano, pter maiorem auctoritatẽ, quia in ea confirmati fuerunt canones facti ſub Conſtantino, quæ etiam ſexta fuit. Sequentia capitula plana ſunt vſque ad cap. quod dicitis.

SAncta.] viij. hæc concilia dicũtur octo; quia octies ſunt celebrata, vt hic dicuntur, quattuor, quia in quattuor locis celebrata, vt ſupra. diſt. proxi. ſicut.

¶ SExta ſynodus. &c.] *Prima*

Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, Gregorij Nyſeni epiſcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconienſis epiſcopi, Timothei Alexãdrini epiſcopi, Gennadij † Cõſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli Alexandrini epiſcopi, Cypriani Carthaginenſis epiſcopi, & ſynodum *β* ſuam.

a al. Germanus.

4 Iuo par. 4. c. 132. Pann. l. 2. c. 103.

† al. omnimodis. } Iuo.

¶ Item ex diurno.] *Integram profeſionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima, ſecunda, tertia, quarta, & quinta congregatæ ſint, Beda in libro de temporibus, c. 65. ſcripſit dicens.

¶De temporibus conciliorum. C. IX.

4 SExta ſynodus c. vniuerſalis Conſtantinopoli celebrata eſt, & græco ſermone conſcripta temporibus Papæ Agathonis, exequente, ac reſidente piiſſimo principe Conſtantino intra palatium ſuum, ſimúlque legatis Apoſtolicæ ſedis, & epiſcopis cl. reſidentibus. ¶ Prima enim vniuerſalis ſynodus in Nicæa cõgregata eſt contra Arium cccxviij. Patrũ, tẽporibus Iulij *δ*. Papæ ſub Conſtantino principe. ¶ Secunda in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damaſij Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus epiſcopus. ¶ Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Auguſtæ vrbis epiſcopũ ſub Theodoſio magno principe, & Papa Cælestino. ¶ Quarta in Chalcedone DCXXX. Patrum ſub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandiſſimorum præſulem monachorum. ¶ [6] Quinta item Conſtantinopoli temporibus Vigilij Papæ ſub Iuſtiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos.

5 Iuo par. 1. c. 129. Pann. l. 1. c. 113.

6 Pann. l. 1. c. 113.

δ ¶ Iulij.] *Certum eſt ſynodum Nicænam primam celebratam eſſe tempore Silueſtri. Sed in illa temporum obſcuritate mirandum non eſt Bedam & alios erraſſe.*

C. X.

7 PRima [a] autem ſynodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arium Alexandrinũ presbyterum, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, patrẽ ſcilicet maiorem, filium minorem, ſpiritum ſanctum creaturã temporibus Conſtantini principis, & Silueſtri Papæ Romani, Macharij Hieroſolymitani, Alexandri [κ] Alexandrini; qui cõdemnata eadem hæreſi ſtatuerũt canones viginti: quorum auctor maxime præfatus † Alexãder epiſcopus fuit. ¶ Secunda in Cõſtantinopoli contra Macedonium, Conſtantinopolitanum epiſcopũ, qui negabat ſpiritum ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, Nectarij [λ] † Conſtantinopolitani; qui condemnata præfata hæreſi ſtatuerunt canones tres: quorum maxime auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit.

7 Anſilm prolegom. In principia collectionis conciliorum

† Sãctus Alexander} orig.

¶ Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopũ, qui dicebat beatam Virginem Mariam nõ Dei, ſed hominis tantũmodo genitricem, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, tẽporibus Theodoſij principis † iunioris, Cælestini Papæ Romani, Iuuenalis Cõſtãtinopolitani epiſcopi, Cyrilli epiſcopi Alexãdrini: qui duodecim capitula contra Neſtorij blaſphemiarũ totidem capitula auctore eodem ſancto Cyrillo anathematizando conſcripſerunt.

† deeſt in orig.

¶ Quarta in Chalcedone ſexcẽtorum triginta Patrum, contra Eutychem Conſtantinopolitanum abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolij Conſtantinopolitani, qui condemnata præſcripta hæreſi ſtatuerunt canones viginti ſeptem: quorum auctor maxime idem ſanctus Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶ Quinta in Conſtãtinopoli contra Theodorum Mopſueſtenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacram virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe, temporibus Iuſtiniani principis, Vigilij Papæ

† magni principis} orig.

† al. alium Deum eſſe verbum, & alis Chriſtum.

† al. Domni

Papæ Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychij Conſtantinopolitani; qui quatuordecim capitula anathematizando ſcripſerunt contra Theodori, & ſociorum eius blaſphemias. ¶ Sexta in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macharium Antiochenum epiſcopum, & ſocios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebant, temporibus Conſtantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Conſtantinopolitani: qui condemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt nouem [μ] capitula inferius annexa.

ε ¶ Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in veſtutiore Colonienſi An. MDXXX. & in manuſcripta collectione, quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana: ſed non in collectione, quæ eſt in bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Iſidori, mercatoris quidem in manuſcriptis, peccatoris autem in impreſſis præfert. Et ſane in illa præfatione tantum quatuor generalium ſynodorum mentio fit; ſexta vero poſt Iſidori Hiſpalenſis ætatem eſt habita.*

κ ¶ Alexandri.] *Apud Anſelmum eſt vt apud Gratianum. In originali*, Alexandri Conſtantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, ſi vtraque coniungatur. Nam & epiſcopus Conſtantinopolis, & epiſcopus Alexandriæ, tempore illius ſynodi, Alexandri nomine vocabantur.*

λ ¶ Nectarij.] *Antea legebatur quemadmodũ etiã apud Anſelmum*, Nectarij Alexandrini. *Emendatum eſt ex originali. Sed fortaſſe & hoc loco integra lectio hæc eſt.* Nectarij Conſtantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

μ ¶ Nouem.] *In loco citato ex collectione Iſidori legitur*, ſcripſerunt octo capitula, *& verba illa*, inferius annexa, *ibi non habentur. In conciliis deinde Coloniæ impreſsis poſt actionem ſextæ ſynodi ex vetuſto codice monaſterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum ſunt hæc verba*, ſcripſerunt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anſelmum quoque habentur.*

C. XI.

1 Deusdedit Cardinalis Anſelmus in proleg. Ante eandem Iſidori collectionem.

† in græco vulgato, & apud Balſamonẽ ſunt xxv. † ibidem ſunt xv.

† al. zelamiſanus

1 PRima [α] adnotatio Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatem maiorem [a] poſtponitur; in quas Patres xviij. ſtatuerunt canones xxiiij. † quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus epiſcopus extitit. ¶ Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam [β] legitur fuiſſe, in qua patres ſexdecim ſtatuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres xvi. ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſsitates eccleſiaſticas: maxime contra Euſtathium; qui dicebat, quòd nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quæ poſsideret, ſpem apud Dominũ haberet; & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. ¶ Quarta Sardicenſis, in qua Patres ſexaginta [γ] ſtatuerunt canones xxi. quorum auctor maxime Oſius Cordubenſis epiſcopus, & Vincentius Capuanus epiſcopus, & Ianuarius [δ] Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus ſanctæ Romanæ eccleſię legati extiterũt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Euſebius Paleſtinenſis epiſcopus extitit. ¶ Sexta Laodicenſis, in qua Patres xxxij. ſtatuerunt canones lix. quorum auctor maxime Theodoſius epiſcopus extitit. ¶ Septima Carthagienẽſis, in qua Patres ccxvij. † ſtatuerunt canones xxxiij. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginenſis epiſcopus extitit. Etiam ſanctus Auguſtinus Hyponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporibus Honorij. Auguſti. ¶ Octaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto: in qua Patres ccxvij. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuerſa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelij Carthaginenſis epiſcopi leguntur eſſe conſcripti. ¶ Nona Arelatenſis, in qua Patres cc. † ſtatuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Siluester vrbis Romæ epiſcopus, & S. Marinus Arelatenſis epiſcopus extiterunt, temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶ Decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime S. Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Vndecima item Arelatenſis, in qua Patres xvi. ſtatuerũt canones. ¶ Duodecima item Arelatenſis in Vico Hortenſij †, in qua Patres xi. ſtatuerunt canones: quorum maxime auctor ſanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Quartadecima Arauſicenſis, in qua Patres xvi. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius epiſcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunenſis, in qua Patres xxvi. ſtatuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathenſis, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶ Septimadecima * Aurelianenſis, in qua Patres lxxij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Aurelius Arelatenſis epiſcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶ Octauadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedonenſis epiſcopus extitit.

† abeſt numerus à collectione etiam Vaticana

† al. Horteniſio

† al. Sapardus] al. Sapidius

† al. xxvi.

† al. xxxiiij.

¶ [2] Nonadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxx. ſtatuerunt canones, quorum auctor maxime S. Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſima Aruernenſis, in qua Patres xv. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breutenſis † epiſcopus extitit. ¶ 3 Vigeſima prima Maticenſis †, in qua Patres xxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

2 Hactenus in collectione Iſidori impreſſa.

† al Brimatenſis } al. Bituricenſis

} al. Maticenſis.

3 Hactenus in collectione Iſidori Vaticana

¶ Vigeſima ſecunda item Maticenſis, in qua Patres lxxxvi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

¶ Vigeſima tertia Lugdunenſis, in qua Patres xviij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Philippus Viennenſis epiſcopus extitit.

¶ Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua Patres xx. conſtituerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

2 De hoc etiã not. 74. diſt. epiſcoporum. & facit ad hoc quod dixi 5. e. quoniam in verſi. ſexta. ibi videas Ar.

† al. xxx.

† al ccxviij.

α ¶ Prima.] *Maior pars huius capitis, id eſt vſque ad finem verſ. cult*, Nonadecima, *habetur in collectione Iſidori impreſſa, ante præfationem ipſius Iſidori: In Vaticana autem vſque ad finem verſ.* Vigeſima prima. *Deusdedit, & Anſelmus integrum ante ſuas collectiones habent. Neque vero ſummula hæc eiuſdem Iſidori eſſe poteſt: nam neque præfationi ipſius, neque collectioni reſpondet; in qua, vt ceteræ mittantur varietates, multa referuntur concilia Hiſpaniæ, quorum hic nulla mentio.*

β ¶ Ante Nicænam.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Deusdedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur.* Antiochenam. *In collectione autem Iſidori impreſſa legitur quidem*, Nicænam, *ſed deeſt vox*, ante. *Sic autem legendum eſſe, quemadmodum eſt emendatum, oſtendunt verba, quæ ipſum Neocæſarienſe concilium antecedunt, εἰ τινες δεῦ τερον μὲν ἐστι τῶν ἐν ἀγκύρᾳ. τῶν δὲ ν Νικαίᾳ προγενέστερον, id eſt* qui canones poſteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis ſunt, *quo loco in collectione Iſidori impreſſa mendoſe eſt*, Et hi quidem canones ſecundi ſunt eorum, qui in Ancyra, & Cæſarea expoſiti ſunt, *redundat enim illud*, & Cæſarea. *quare in recentioribus editionibus conciliorum omiſſum eſt. Similis error eſt in codice canonum Moguntino.*

γ ¶ Sexaginta.] *Incodice canonum lx. epiſcopi reperiuntur ſubſcri-*

pſſe : ſed poſtea additur, & ceteri, & ſubſcripſerunt omnes epiſcopi diuerſarum prouinciarum,vel ciuitatum,nu.121. *Socrates lib.2.c.16. in eo concilio ex occidentis partibus epiſcopos circiter ccc. conueniſſe dicit, ex orientis vero lxxvi. qui etiam ſeceſſionem fecerunt. Idem Nicephorus lib.9.c.12.& Tripertita. Theodoritus autem lib.2.c.7. docet ex antiquis narrationibus, epiſcopos ccl. conueniſſe. Omnino & in his, & Patrum, & canonum numeris multa ſunt emendata. Sed in multis etiam ſatis viſum eſt indicare varietates:nonnulla autem lectoris diligentiæ ſunt reſeruata.*

a ¶ Et Ianuarius.] *Anſelmus habet vt Gratianus. In collectione indicata eſt,* & Vincentius Capuanus epiſcopus, & S.R.E.Legatus extiterunt. *In concilio ipſo c.18, nominatur Ianuarius epiſcopus. In ſubſcriptione vero in codice canonum, non nominatur, ſed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus,& Calipodius Depolitanus legatus S. R. E.*

b ¶ Septima.] *hic numeratur tantummodo vnica ſynodus Carthaginenſis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx.diſtin. c. de libellis. dicetur.*

c ¶ Epaunenſis.] *Ita emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis,& collectione Iſidori Vaticana. Nam antea legebatur,* Empanenſis. *Verumtamen in concilio Epaunenſi impreſſo nullus Cæſarius nominatur: ſed Auiti primum eſt mentio.*

d ¶ Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianenſia, quorum hæc in conciliis impreſsis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianenſi, ſubſcribit primo loco Aurelius Arelatenſis. In primo inter alios legitur nomẽ Melanij Rhedonenſis. In tertio ſubſcribit quarto loco Albinus epiſcopus Andegauenſis.*

Sed quòd Nicæna ſynodus xx. canones ſupra ſtatuiſſe dicitur, contrarium videtur ei, quod in epiſtola Athanaſij inuenitur. [1] *Scribit enim Athanaſius Alexandrinus epiſcopus Marco Papæ ita dicens.*

¶ Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Nicæni concilij. C. XII.

a *Septuaginta.*] Sed contra.21.diſtin.in nouo 68.diſt. corepiſcopi. ibi enim dicitur,quòd diſcipuli fuerunt lxxij. ſecundum Hug. Dic, quòd minor numerus non excludit maiorem. arg. 10. q.1.hanc. ſic no.ℨ.15. diſt. c.1.ver.harum.

2 Septuaginta[a] concilij capitula, quæ de præfata ſynodo, iubente domino meo Alexandro,decreto omnium epiſcoporum attuli,quæ ſunt igne cõbuſta,optamus, vt à veſtræ ſanctæ ſedis auctoritate percipere per præſentes legatos mereamur. *Item.*

¶ Præſentibus nobis octoginta capitula in memorata ſynodo tractata ſunt;quadraginta à Græcis, græca edita lingua,& quadraginta à Latinis ſimiliter latina edita lingua. Sed viſum eſt cccxviij. epiſcopis† ſpiritu ſancto repletis,& maxime iam dicto Alexandro,& Apoſtolicæ ſedis Apocryſariis, vt decem capitula adunarentur aliis,atque congruis locis inſererentur,& ad formam lxx.diſcipulorum,vel totius orbis terræ linguarum, ſeptuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula; quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem.

† *Patribus* orig.

a ¶ Septuaginta.] *Ex his Athanaſij verbis conſtat,non omnes Nicænæ ſynodi canones aut græce, aut latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant, qui non ſunt in his viginti, qui in manibus omnium verſantur. De qua re ſcribit Iſidorus in præfatione conciliorum tomis inſerta.Et ex epiſtola quadam Gregorij decimi ad Regem Armeniorum, cum concilium Lugdunenſe indixiſſet (quam manuſcriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitiſſe. Sic enim ſcribit:* Quia vero multipliciter expedit,vt in eiuſdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celſitudinem regiam rogamus,& hortamur attente; quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia,quæ habere diceris in Armenica littera, cum aliquibus pefitis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate tranſmittas. *Tuneti quoque, & Alexandria inuenti ſunt octoginta canones Arabice ſcripti ſub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica,& Armenia lingua ſcripti penes eundem Cardinalem Sirletum ſunt,& nuper etiam in latinam linguam conuerſi ſunt, & impreſſi.*

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna ſynodo ſtatuta dicuntur, cum ſeptuaginta capitula (vt Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? ¶ *His ita reſpondetur: Capitulorum Nicænæ ſynodi quædam in deſuetudinem abierunt:viginti tantum in Romana eccleſia habentur.*

Vnde Stephanus Papa ſcribit dicens Luythobio epiſcopo Moguntino.

b ¶ *Viginti.*] A Sardicenſi.

QVod dicitis,] CASVS. Clerici Conſtantinopolitani dicebant ſe non habere ſtatuta cõcilij Sardicenſis, vel ſanctorum Patrum, nec recipere, ſed Papa redarguit eos dicens,non eſſe facile credendum eos non habere ſtatuta illa, cum publice penes eos facta fuerunt, & cum tota eccleſia ea recipiat, Conſtantinopolitana ea recipere debet.

c ¶ *Regionibus.*] hic eſt duplex arg. vnum tale.ex quo omnes alij hoc faciunt,ergo & tu obſeruabis hoc,vt not.ℨ.12.diſ. illud.& c.quemadmodũ. Itẽ arg ‖ quod nulli licet ignorare ea, quæ publice facta ſunt. 12. q. 2. qui & humanis.8.q.1.licet.11. q.3.curę.20.diſt.ſi decreta.87. diſtin. c.vlt. 33.q.1. paratus.ff.de inſtitutoria ac. ſed & ſi.ℨ.præſcribere. C. de lib. cau. ſi filia. extra de poſtu.prælat. ad hanc a. argu. contra. 82. diſt. propoſuiſti. & 1.q.1. ſi qui à ſimoniacis.& 24. q.1. ſi quis dederit. primum regulare, ſecũdum caſuale propter caſum ignorantis. extra qui ma. ac. poſſ. cum in tua.

Eneralia.] Hæc diſt. dituidit in tres partes.In qua rum prima magiſter intendit probare, quod nullum robur habet concilium generale ſine licentia Papæ celebratum. Secunda ibi, *Quapropter.* Tertia ibi, *Hinc etiam.*

CASVS. Supra diſt. 15. c.1.& 16.c.ſexta. oſtẽſum eſt quo tempore generalia cõcilia celebrata fuerunt,& quorum auctoritas ceteris præeminebat eſt ſimiliter oſtenſum. In hac vero.17.diſt. oſtẽdit, quòd tantum auctoritate ſedis Apoſtolicæ poſſunt congregari, & hoc probat per cap. ſeq.

d ¶ *Generalia quoque concilia.*] In hac 17.diſt. oſtenditur qui poſſunt facere cõcilia. Sunt autem conciliorum quædam vniuerſalia, quædam particularia ſiue prouincialia, quædam epiſcopalia. Vniuerſale eſt quod à Papa, vel eius legato cum omnibus epiſcopis ſtatuitur b; particulare, ſiue prouinciale eſt,quod metropolitanus, vel primas facit cũ ſuffraganeis ſuis, vt 18.diſt.c.1.92.diſtin. ſi quis epiſcopus. Sed vniuerſale non debet fieri ſine auctoritate Papæ, vt hic,nec particulare ſine auctoritate metropolitani,vel primatis,nec epiſcopale ſine auctoritate epiſcopi,metropolitanus tamen poteſt facere conciliũ ſine auctoritate primatis,vt 92.diſt. ſi quis epiſcopus. ſimiliter epiſcopus ſine auctoritate metropolitani,vt 38.diſt.quando.& 12.q.2. placuit, Nec obſt. quod legitur.ℨ.diſt.proxi.c. propter.in fine.& c. pe. quia illud eſt intelligendum de prouincialibus conciliis,vel intellige illud de canonibus conſtituendis. Ioan.

SYnodum.] CASVS. Maxentius epiſcopus volebat generalem ſynodum ad condendum canones congregare:ſed Marcellus dicit, quòd non poteſt ſine licentia Papæ: quamuis poſſit particularem ſynodum facere.

e ¶ *Synodum.*] ſcilicet generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter ſtatuendum. Archid.

¶ Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. C. XIII.

3 VIginti[b] tantum capitula Nicænæ ſynodi in ſancta Romana eccleſia habẽtur, ſed quo neglectu alia defecerint, ambiguũ eſt. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio eſſe inſerta.

¶ *Apud Iuonem parte quarta c.232. habetur magis integrum hoc caput,* Capitula Nicæni cõcilij teſtimonio Athanaſij ſeptuaginta in figuram ſeptuaginta diſcipulorum ſcripta nõ dubitamus,è quibus viginti tantũ in eccleſia ſancta Romana,& quæ ſequũtur.

Sardicenſe quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur.

4 *Vnde idem ſcribit Clero* † *Conſtantinopolitano.*

¶ Auctoritate Apoſtolica Sardicenſe concilium recipitur. C. XIIII.

5 QVod dicitis neque Sardicenſe cõcilium, neque decreta† alia vos habere ſanctorum Pontificum,non facile nobis facultas credẽdi tribuitur,maxime cum Sardicenſe concilium,quod penes vos in veſtris regionibus[c] actum eſt, & omnis eccleſia recipit, qua ratione conuenerit† , vt hoc ſancta Conſtantinopolitana eccleſia abiiceret:& vt dignum eſt, non retineret?

† *al conuenerat*

DISTINCTIO XVII.

pars

Eneralia[d] *concilia quorũ tempore celebrata ſint, vel quorum auctoritas ceteris præmineat, ſanctorum auctoritatibus ſupra monſtratum eſt. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apoſtolicam ſedem eſt.*

Vnde Marcellus Papa ſcribit Maxentio ß.

ß ¶ Maxentio.] *Antea legebatur,* Maxentio epiſcopo. *In tomis autem conciliorum in epiſtolæ inſcriptione eſt,* ad Maxentium tyrannum, *ſed in principio epiſtolæ ipſius eſt,* Marcellus Maxentio, *quæ lectio viſa eſt retinenda.*

¶ Abſque Romani Pontificis auctoritate ſynodus congregari non debet. C. I.

6 SYnodum[e] epiſcoporũ abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate (quanquam quoſdã epiſcopos poſitis congregare ‡) non poteſtis regulariter facere. Neque[a] vllum epiſcopum, qui hanc appellauerit Apoſtolicã ſedem, damnare;antequam hinc ſententia definitiua procedat. Nam ſi ſæculares in publicis iudiciis libellis vtuntur appellatoriis, quanto magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet,qui ſuper illos ſunt? De quibus dictum eſt.[Ego dixi, Dij eſtis.]

Pſal. 81.

a ¶ Neque vllum epiſcopum.] *hinc vſque ad finem non habentur in aliquot manuſcriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in reſcripto contra orientales pro Athanaſio cap. xxix.

¶ Non eſt ratum concilium, quod auctoritate Romanæ eccleſiæ fultum non fuerit. C. II.

1 REgula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium actum eſt,nec Romanæ eccleſiæ Legatus † [b] interfuit; canonibus præcipientibus ſine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratũ eſt [c], aut erit vmquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

Item Damaſus Papa I. ad Stephanum, epiſt. 3.

¶ Nullus vſurpet conceſſa Romanæ eccleſiæ. C. III.

2 HVic ſoli † ſedi conceſſa[d] nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore eccleſiaſtico indignus, vt contemptor, iudicari.

Item Gregorius †ß.

¶ Abſque Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſynodum particularem contra vniuerſalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

3 NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem[e] ſynodum[f] congregare: ſed quoties aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam[f] de eo,quod non intelligunt,rationem,aut ſponte ij, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad Apoſtolicã † ſedem pro recipienda † ratione conueniant:aut ſi forte (ſicut de talibus † ſcriptum eſt [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ita obſtinati,& contumaces extiterint, vt docceri non velint;eos ab eiſdem Apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquomodo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſit) ſecundum canones per ſæculares ℨ comprimi † poteſtates.

ß ¶ Gregorius.] *Hoc proculdubio eſt Pelagij, ſicut ab Anſelmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apoſtolicas ſedes recurrendum eſſe, cum inferiores epiſcopi, aut quiuis alij cognoſcere deſideraverit quid in aliqua vniuerſali ſynodo eſſet conſtitutum, & valde illos condemnandos, qui Apoſtolicis ſedibus non communicant,vt 23.q.5.c. non vos,& c.de Liguribus.Ex hoc autem capite,nec licuit. & capite, iſtud. 11.q.1. habetur integra epiſtola Pelagij,quemadmodum ab Anſelmo reſertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine eſt additum,* ad epiſcopos Mauritaniæ. *Atque in ſummariis capitum dictatus ipſius Papæ, qui habetur lib.2. Regeſti Gregorij ſeptimi inter cetera hoc eſt,* quod nulla ſynodus abſque præcepto ſummi Pontificis debet generalis vocari.

x ¶ Synodum.] *Apud Anſelmum, Iuonem, & in Polycarpo additur hæc,* ad iudicandum vniuerſalem ſynodum. *Hoc enim eſt, quod prohibetur hic à Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi perueritate adducti nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re B. Gregorius, lib.7. epiſt.53. & alibi ſæpe) & particularem ſynodum vniuerſali, ac ſedium Apoſtolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, ſiue Gregorius,ne epiſcopi poſſint diœceſanas, & Metropolitæ prouinciales ſynodos conuocare, ſed ne ipſas ad iudicandum vniuerſalem ſynodum congregent, atque ita eſt in rubrica emendatum.*

Item Pelagius Papa II. epiſcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Conſtantinopolitani, epiſt. 1. cap. 1.

¶ Non eſt concilium, ſed conuenticulum, quod ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate celebratur. C. V

4 MVltis denuo Apoſtolicis, & canonicis,atque eccleſiaſticis inſtruimur regulis,non debere abſque ſententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum eſt, recte non concilium, ſed veſtrum conuenticulum, vel conciliabulũ caſſatur, & quidquid in eo actum eſt, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte,vt nullius hortatu[h] talia præſumatis,ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis. *& infra.* ¶ Si vero in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter ipſius prouinciæ epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat;ad maiorem[i] itunc ſedem referantur. Et ſi illic facile, & iuſte non diſcernuntur; vbi fuerit ſynodus regulariter cõgregata, hoc dicitur in cauſa criminali epiſcopi, vbi oportet omnes epiſcopos conſentire,vt 6.q.4.c.1. & 2. Sed poteſt intelligi in eo caſu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter epiſcopos:tunc recurritur ad ſedem ſuperiorem.Vel intelligas in eo caſu etiam quãdo diſſentiunt

g ¶ *Per ſæculares.*] ‖ Poſſunt ergo laici coercere[b] clericos etiam non depoſitos in cauſibus,vt not.23.q.5.principes.aliàs autem etiam depoſitum non poteſt laicus punire: niſi incorrigibilis ſit,vt extra de iudi. cum non ab homine. nunquam enim clericus quantumcunque ſit criminoſus tradendus eſt curiæ ſæculari, dum modo poſsit corrigi per eccleſiaſticã poteſtatem, vt 81. diſt. dictum. extra de iudi.at ſi clerici.niſi in crimine falſi litterarum Apoſtolicarum. vt extra de crimi. fal. ad falſarium. Item habes hic, q vbicunque deficit eccleſiaſtica poteſtas, ſemper recurritur ad brachium ſæculare, 11.q.1. petimus. & 23.q.5.de Liguribus.

ADDITIO. Ad idem ea.q.adminiſtratores.

MVltis. CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur,quòd Conſtantinopolitani epiſcopi celebrauerunt concilium ad vocationẽ Ioannis,qui tunc erat patriarcha:quod factum fuit abſque ſedis Apoſtolicæ licentia: quare Papa concilium illud euacuat & caſſat, & quidquid in eo fuit conſtitutum, & prohibet ne decetero talia fiant. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Si vero.* dicitur, quòd ſi epiſcopi cœperunt ſuper aliquo diſcrepare negotio,referatur quæſtio ad ſedem archiepiſcopi,vel patriarchæ; & ſi ibi non poteſt terminari, referuetur ad ſynodum epiſcoporum: difficiliores vero quæſtiones ad ſedem Apoſtolicam reſeruentur.

h ¶ *Hortatu.*] Argu. q auctoritas ſuperioris nõ excuſat,vt 12.q.2.quicunque militum.arg. contra. 12.q.2.de rebus.63.diſtin. Salonitanæ[c]. Tu dic, q in leuibus excuſat, aliàs non.

i ¶ *Ad maiorem.*] id eſt, ad metropolitanum: ‖ & ita cum appellatur ab omnibus epiſcopis prouinciæ ad metropolitanum, videtur, q metropolitanus ſolus maior ſit omnib⁹ epiſcopis prouinciæ; quia de pari ad parem non licet appellare.2.q.6.c. anteriorum. ver. illo videlicet. Item hic appellatur à metropolitano ad concilium metropolitanum. *de hoc dicam 1.q.1. ſi clericꝰ, ibi videcas. Archid. Cap. 3.*

‖ Laici vtrum poſſint aliquando clericos punire.

b Hic videas quod legitur & notatur 17. q. 4. de preſbyteroru. Archidia

† *al. opprimi*

c Vbi de hoc. & 86 diſt. an putabis. Arch. 4 Anſel. l. 2. cap.36. Polyca.p. l.1. cap.14. ‖ Appellatur de epiſcopis prouinciæ ad metropolitanum.

d Ex hoc dicto videtur, q concilij poſſet cognoſcere de cauſis delictorum metropolitani.

[1] In epiſtola Athanaſij, & vniuerſorum Aegypti epiſcoporum ad Marcum Papam : ſed copioſius, quàm hic.

[2] Iuo par.4.c. 108. Pann. l. 2. c. 106. Anſ. l. 1. c.59. Polycarp. l. 3. tit. 20. Ibidem paulo ſuperius.

[3] Iuo p.4.c. 231. Pan.l.2.c.107.

‖ Pacta publica debent ab omnibus ſeruari.

[a] Ibi de hoc, & extra de conſtit.cognoſcentes.in glo.ſi. Archid.

[b] Habetur in epiſto. 6. quæ prima ad Phatium eſt.

[c] *al. eleſta*

[5] Iuo p.4.c. 135. Pan.l.2.cap. ver. Quod decitis.]

† *decretalia vos*

† *al conuenerat*

‖ Papæ ſoli cõpetens, generali mandato non transfertur.

[a] Anſel. l. 2. c.47. Polycarp.l.1. cap.17.

† *al. legatio*

[b] Vniuerſum enim concilium ſine auctoritate Papæ vel eius legati celebrari nõ poteſt.ſ.c.1.& 2. ſup. diſtin.ſi porro. Archi. 6 Anſel. l.2. c. 60. Iuo p.4.c.240 Polycar.l.1. cap.17.

[2] Anſel. l. 1. cap. 55. Polycarp. l. 1. cap. 17.

† *ſancte*

† *al. Pelagius Papa Valeriano Patricio*

[3] Iuo p. 4. c. 229. Anſel.l.12.c.43. Polycarp.l.1. cap.14.

[a] Vel ſi. quòd particularem dixit propter illos, qui partem faciunt, ſcilicet hæreticos, quibus nullo modo licet concilium celebrare, ſecundum Laur.

‖ Statuta vniuerſalis concilij per quem poſſunt interpretari.

† *Apoſtolicas ſedes* } Iuo.

† *al. per. ſipien da*

† *al. quibuſdam*

Prou. 18.

episcopi in sententia, non quòd sententiam aliquam proferant, sed videtur quibusdam vno modo sententia, aliis alio modo.

2 ¶ *Maiores,*] vt de fide, vt 24.q.1. quoties.

Concilia.] CASVS. Quidam episcopi singulis annis sine sede Apostolica concilia faciebant, quare Symmachus Papa ea cassat, cum non inueniatur aliquid constitutum sine auctoritate sedis Apostolicæ, immo semper ei maiora negotia reseruãtur.

b ¶ *Sacerdotum,*] id est, episcoporum.

c ¶ *Perdiderunt.*] No. q̃ aliquis dicitur perdere quod nunquam habuit, sic 5.q.6. quia iuxta. 23.q. 4. Guilisarius. 23. dist. quorundam a. sic 33. q. 2. q̃ vero, &c. Moyses.

HINC ETIAM. Hęc est 2. pars dist. in qua ponitur quid iuris sit de synodis.

CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q̃ Symmachus Papa erat de quibusdam criminibus diffamatus: Vnde Theodoricus Rex veniens Romam, concilium congregauit, vt examinarentur ea quæ obiiciebãtur Papæ: Tunc surgentes episcopi Liguriæ & Aemiliæ & Venetiæ dixerunt Imperatori, quòd ad Papam spectabat cõuocare concilium: Imperator adhoc benigne respõdit omnia esse in potestate synodi: committens negotium auctoritati Pontificum, dummodo pax in ciuitate Romana seruetur. In secunda parte quæ incipit ibi, *Episcopi vero,* dicitur, quòd episcopi ibi congregati auctoritate eiusdem Symmachi interueniente absoluerunt ipsum ab humano iudicio, à solo Deo iudicandum, & restituendos clericos, qui recesserãt à Symmacho Papa, in suis officiis decreuerunt: dũmodo primo Symmacho satisfaciant: Cui statuto primo subscripsit Laurentius episcopus ecclesiæ Mediolanensis, secundo Rauennas, & postea lxxv. epi. Omnia quæ postea sequuntur, plana sunt vsque ad dist. 18.

d ¶ *Præcepisset.*] Isti episcopi venerunt ad citationem Regis, non q̃ venire tenerentur, sed vt reuocarent eum ab errore suo. Simile ad hoc extra de exceptionibus, olim.

e ¶ *Iussione Domini.*] Habet ergo Romana ecclesia auctoritatem à cõciliis, sed Imperator à populo, vt 93. dist. legimus. in fi. Contrarium huic signatur 21. dist. quamuis. & 22. dist. oẽs. vbi dr̃, q̃ Romana ecclesia habet primatũ à Dn̄o, & non à conciliis. Sed dic principaliter habuit à Dn̄o, secundario ✕ à conciliis.

f ¶ *Reuerentiam.*] Debet Imperator reuerentiam ecclesiæ: sed de rebus ecclesiæ nihil potest disponere, vt 96. dist. bene. vnde nec dignitates, nec præbendas dare potest b, vt 16.q.7. si quis deinceps. arg. contra, extra de consuet. cum inter. in parte decisa. vbi dicitur rex conferre decanatũ: sed hoc forte ex consuetudine, & ex priuilegio. 16.q.1. hinc etiã.

g ¶ *Immunis.*] 7.2.q.7.§. item cum Balaam. in fi. contra, ibi dicitur, quòd simoniacus post restitutionem tenetur respõdere accusatoribus. Sed dic, quòd primo fuit accusatus de hæresi, sed cum appareret calumnia accusantis, postea fuit absolutus, vt hic dicitur.

h ¶ *Ante tempus.*] q̃ fieri non debuit, vt 8.q. 4. nonne. §. illud.

i ¶ *Synodo.*] vt 96. distinct. bene.

k ¶ *Episcopos.*] *Tempus.*] ‖ Generale est, quòd qui prius digni tatem receperunt, præferendi sunt aliis c, vt 74. dist. episcoporum. & 75. dist. c. vlt. & extra de maior. & obed. c. 1. quoniam ille gradue ceteros antecedit, quem labor prolixior & stipendia longiora fecerunt anteire, vt C. de offic. ma. offi. l. nemo. nisi aliquis receperit dignitatem à principe: ille enim præponitur aliis, vt extra de maio. & obed. p tuas. & ff. de albo scrib. l. 2. & nisi sint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, qui licet sint posterius ordinati, tamen præponuntur aliis, vt hic in Palea, placuit. distin. proxi.

Episcoporũ.] Hæc distinctio diuidit in tres partes: In prima probat, q̃ concilia episcoporũ debent fieri bis in anno; & hoc probat per sex canones: quod tamen correctum est. Secunda ibi, *Quoniam quidem.* Tertia ibi, *Singuli.*

CASVS. Dictum est supra & ostensum, quòd episcopi non possunt celebrare concilia sine licentia Romanæ sedis, in quibus aliquid generaliter definiant, vel statuãt ad correctionem tamen concilia celebrare, & indicere quæ iam statuta sunt generaliter vel specialiter, possunt.

l ¶ *Episcoporum.*] Hic initiatur 18. distinct. In proxima distin. magister ostendit d, quod prouincialia concilia nihil generaliter possunt constituere: ideo consequenter ostendit ad quid sint vtilia; addit etiam quotiens in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate sint celebranda e, & q̃ metropolitanus nihil debet exigere ab episcopis conuenientibus ad concilium. addit de pœna episcopi, qui vocatus ad synodum nõ venit. In fine dicit, q̃ intra sex mẽses debet episcopus indicare suis subditis ea, quæ in concilio acta sunt.

m ¶ *Constituendum.*] Illud non est verum: quia episcopi bene possunt cõdere canones episcopales, & archiepiscopus prouinciales; quia quilibet populus, & ‖ quælibet ecclesia sibi potest statuere aliquod ius, vt 8. dist. 1. ius ciuile. & 8. dist. quæ contra. & 11. dist. catholica. & 12. dist. illa. & de consec. distin. 3. c. 1. & extra de fer. conquestus. sed de maioribus negotiis nõ possunt aliquid statuere, vt hic, & 12. dis. sceptis, vbi de hoc.

De conciliis.]

al. difficiles

1 In lib. Enno. pro defensione. 4. & 5. syn. sub Sym. Pap. 2 Iuo p. 4. c. 241. Ans. l. 2. c. 56. Polycarp. l. 1. tit. 7.

a Vbi de hoc. Archid.

al. Legite

collationem} or. g.

3 Verba omnia sumpta sũt ex quarta synodo Romana sub Symmac.

iussionem} Vatic. cod. & Nicolaus ad Michaëlem Imper. p. 501.

1 Burch. l. 1. c. 55. Iuo p. 5. c. 165. Pan. l. 4. c. 20. † *al. sedendo deferat*

Primas in eo cilio archiepiscopi nõ debet interesse.

2 Burch. l. 1. c. 43. Iuo p. 4. c. 241 Pan. l. 4. c. 15. Polycarp. l. 3. tit. 19.

3. Polycarp. l. tit. 15.

2 Sub. q̃ inter alia primatum obtinet. 15. distin. c. 1. & 2. 4 Polycarp. l. 3. tit. 19.

5 Ansel. l. 6. cap. 134.

Vt ens scilicet facientes ppe copo suo subscripsisse quatuor} orig. ‖ Ordo inter beneficiatos.

c Contra id. distin. 6. ipso. dus, ver. primo adnotato, vbi de hoc. Archidia.

d 5. dist. proc. ead. concilia secundum Ilerdonem.

† *al. constituendo*

e Vt § eo. ca. 2. & 3. c. peruenit, & cap. quoniam.

‖ Ecclesiæ non habet potestatem ius statuere

rati Papæ, qui ab episcopo suo ante tempus h *contra regulas discesserunt, & schisma fecerũt; hoc fieri decernimus, vt* † *illi satisfacientes episcopo suo misericordiam consequantur, & officijs ecclesiasticis se gaudeant restitui.*] *ibidem infra.* ¶ [*Laurentius ecclesiæ Mediolanensis episcopus huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsit. Petrus ecclesiæ Rauennatis episcopus sub eisdem verbis subscripsit, & post eum septuaginta quinque episcopi.*] *Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda misericorditer, & dispẽsatiue factum dinoscitur.*

¶ *Hoc quoque notandum est, quòd in hoc cõcilio, & in alia synodo* i *Symmachi Papæ, ante Rauennatem episcopum Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur: ex quo & sedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

Ait enim Gregorius primus lib. 7. reg. epist. 112. Syagrio episcopo Augustudunensi.

C. VII.

5 EPiscopos secundum ordinationis suæ tempus k, siue ad considendum in concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare.

Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur, sicut ex consuetudine Cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ, & episcoporum vniuscuiusque prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

Pscoporum igitur concilia, vt ex præmissis apparet, sũt inualida ad definiendum, & constituendum m, *non autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcoporũ concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etsi non habent vim constitutionis* † ; *habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod aliàs statutum est, & generaliter, seu specialiter obseruari præceptum.*

[*Ex Cabilonensi concilio, c. 6.*]

¶ *In peruetusto Gratiani codice palea hæc est in extremo præcedentis distinctionis, conuenitque cum vltimo illius capite, episcopos. Ex Cabilonensi autem citant etiam ceteri collectores. extat vero in Bracarensi primo, c. 24. & concordat cum c. 13. concilij Mileuitani, & c. 53. concilij Africani.*

k ¶ *Idibus.*] Hoc falsum videtur: quia idus semper est in xiij. die vel xv. secũdum quod nonæ præcedunt: si enim mensis habet quattuor nonas, sunt idus in xiij. die. si vero sex nonas, sunt in xv. die. Et ita idus nunquam sunt in x. die, verum est apud nos, sed apud Græcos bene est in x. die. Dicunt quidam c, quòd idus quandoque dicitur large, vt hic, scilicet totum illud tempus ex quo post nonas statim incipiunt computari, vt cum dicitur viij. idus. vij. idus. & sic deinceps, nam in principio mensis dicitur kalendæ, deinde iiij. vel vj. nonas, deinde terminatis nonis dicit viij. idus. vij. idus. quare ergo dicitur, quòd sit decim? Sed dicas quòd hic vocat hoc nomine idus quemlibet diem qui est inter illos dies qui dicuntur idus, non vltimum diem illorum, qui proprie & absolute dicitur idus. Alia expositio quæ fit hic, non valet.

c Vt Laurent.

l ¶ *Hyperberetæi mensis.*] id est, Octobris.

m ¶ *Et omnes.*] Et pro, id est: aliàs si omnes debent conuenire de prouincia, quare episcopus referaret eis omnia ea quæ fierent d in synodo, vt 3. c. dicemus.

d De hoc c... Laurent.

n ¶ *Concilia.*] Prouincialia, quia quilibet episcopus irrequisito metropolitano potest facere concilia episcopalia, vt 38. dist. quando.

ADDITIO. Sic legitur & not. 3. ea. dist. c. pen. in fin. Archid.

o ¶ *Causis constat.*] quæ ad statum prouinciæ spectant.

DE CONCILIIS.

De conciliis.] CASVS. In hoc cap. statuit Leo, vt concilia episcoporum fiant bis in anno, & ibi clericorum quæstiones diriman tur: & si ibi dirimi non possunt, referantur ad primatem; & si nec ibi poterunt terminari, ad sedem Apostolicam referantur.

2 ¶ *Bini.*] Hoc corrigitur. 3. eo. quoniam. & extra de accu. sicut olim.

b ¶ *De omnibus.*] ad eos spectantibus.

c ¶ *Ordines.*] id est, laicos vel clericos. loquitur Primati vel Patriarchæ.

d ¶ *Metropolitanus.*] Nota quòd in magnis negotiis semper consulet archiepiscopus suũ Primatem, vt hic, & 65. dist. de persona. & 6. q. 4. si inter episcopos. ‖ Item habes hic, quòd Primas nõ debet interesse concilio metropolitani. & 92. dist. cap. pen. & 11. q. 1. si clericus aduersus.

e ¶ *Instruere.*] Ergo iudex à quo appellatur, potest instruere iudicem ad quem appellatur, & eius causam quare non recipit eius appellationem, & exemplum sibi reddere debet, vt ff. de appella. recipi. l. sciendum. nõ tamen tanquam testis, vt 2. q. 6. statuendum.

Abeatur.] Casus trium sequentium capitulorum plani sunt.

f ¶ *Dies quadragesimæ.*] In seq. cap. dicitur, quòd post tertiam hebdomadam Paschæ, sed iste canon præiudicat illi: quia iste canón est Nicæni concilij a, vel loquitur secundum diuersas consuetudines. 16. distin. cap. sexta. ver. primo.

ADDITIO. argu. 76. distin. vtinam. Archidiaconus.

g ¶ *Simultatibus.*] Simultas est odium priuatum. 65. dist. cap. tertio.

h ¶ *Circa tempora.*] Idibus Octobris, vt 3. cap. seq.

i *Propter.*] ¶ *Admoneant.*] id est, conuocent, vel proprie, & sic est arg. quod mora potest purgari, licet certus dies sit appositus b, aliàs quare admonerentur? sic 3. ea. dist. quoniã. & extra de concess. præb. & eccle. non va. quia diuersitatem. & ff. de peri. & con. rei ven. l. 1. §. licet autem. Arg. contra extra de elect. cum in cunctis. arg. contra 7. q. 1. præsentium. & 20. q. 2. puella. & C. de contrah. stipu. magnam. & extra de dolo & contum. cum dilecti. Sol. vbi dies præfigitur à canone, mora potest purgari: secus si ab homine præfigitur dies. arg. ff. de arb. si cum dies. §. vlti. & l. Celsus. Io. Sed hoc non est verũ, vt extra de ... neg. præ. licet. ibi dici videtur, quòd mora purgari nõ possit. sed certe noua decr. dicit quòd in solutione pensionis mora intra breue tempus posset purgari, vt extra de loc. c. vlt. sed illa loquitur in alio casu quam decret. licet. Vel dic, quòd illa corrigit decre. licet. B.

1 Burch. l. 1. c. 55. Iuo p. 5. c. 165. Pan. l. 4. c. 20. † *al. sedendo deferat*

2 Primas in eo cilio archiepiscopi nõ debet interesse. 2 Burch. l. 1. c. 43. Iuo p. 4. c. 241 Pan. l. 4. c. 15. Polycarp. l. 3. tit. 19.

3. Polycarp. l. tit. 15.

2 Sub. q̃ inter alia primatum obtinet. 15. distin. c. 1. & 2. 4 Polycarp. l. 3. tit. 19.

b Id est, adiectio diei non facit aliquem esse in mora. Laur.

5 Burch. l. 1. cap. 44. Iuo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Polycarp. l. 3. tit. 19.

PAlea. C. I.

1 PLacuit, vt conseruato Metropolitani primatu ceteri episcopi secundum suæ ordinationis tẽpus alius alij deferat † locum.

Vnde Leo primus, epist. 82. cap. 7. Anastasio Thessalonicensi episcopo.

¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur. C. II.

2 DE conciliis autem episcopalibus non aliud iudicimus, quàm sancti Patres salubriter ordinarunt, vt scilicet bini a conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus b querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines c nasci assolent, iudicetur 3. At si forte inter ipsos, qui præsunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur; quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuã de totius negotij qualitate Metropolitanus ducabit instruere e, & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionẽ quidquid illud est, transferatur.

Item ex Nicæno concilio, c. 5.

¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda. C. III.

4 HAbeatur semel concilium ante dies quadragesimæ f, vt omnibus, si quæ sunt, simultatibus g amputatis, mundum α iciunium, & solenne Deo possit offerri: secundum vero agatur circa tempora h autumni.

α ¶ Mundum.] *Caput hoc est ex versione, qua vsus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est*, mundum solenne Deo munus; *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est*, mundum, & solenne Deo munus. *Græce est*, ὅπως πάσης μιαρολυχίας ἀναιρεμένης τὸ ἅγιον πασχάλιον προσφερθῇ τῷ θεῷ, id est, vt omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c. 20.

¶ Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat. C. IIII.

5 PRopter ecclesiasticas causas, & quæ existunt, controuersias dissoluẽdas, sufficere visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam Paschalis festiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ consequitur, id est α media Pentecoste, concilium compleatur β. Admoneant i autem comprouinciales episcopos ij, qui in amplioribus, id est in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum vero concilium Idibus k Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi γ mensis l, decimus γ inuenitur. In ipsis autem conciliis, & presbyteros, & diaconos præsentes esse oportet, & omnes m quotquot se læsos existimant, & synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia n sine Metropolitanorum episcoporum conscientia facere, quibus de omnibus causis constat o permissum esse iudicium.

α ¶ Id est media.] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Pascha & Pentecosten, *nec multo aliter apud Iuonem*, id est medio temporis, &c. *Sed reposita est hæc lectio, ex pleriſque Gratiani exemplaribus, & collectione Isidori, in qua est hæc eadem versio. Nã ceteri collectores secuti potius videntur versionem Dionysij, quæ est in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Panormia hoc loco habeant*, id est medio Pentecostes, *vel* in medio Pentecoste. *vbi in versione Dionysij est*, ita vt quarta septimana Pentecostes, *verbum plane è verbo. Græce enim est*: ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς.

β ¶ Compleatur.] *vocem*, ἀπολαύσθω, *Dionysius vertit*, conueniat.

γ ¶ Decimus.] *prorsus ex Græco. Dionysius autem, quem Burchardus, & Iuo sequuntur, habet*, Idibus Octobris, id est, quintodecimo die mensis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apostolorum 37. legitur secundum anni synodum celebrandam esse*, κατὰ ἐνιαύσιον ἀνάκλησιν *id est*, duodecimo die hyperberetæi, *Non conuenire autem omnino Latinorum menses cum Græcorum satis constat. Suidas quidem scribit apud Macedonas hyperberetæum eumdem esse qui Octobrem, Galenus autem Pergami eumdem qui Septembrem.*

Item ex concilio Laodicen. c. 40.

¶ Semetipsos accusent, qui vocati ad synodum venire contemnunt. C. V.

7 NOn oportet vocatos episcopos ad synodum, contemnere: sed adire † debere, & aut docere, aut doceri p quæ sunt ad ecclesiæ ceterorumque correctionem vtilia: quòd si contempserint, seipsos videntur accusare q, nisi forte pro infirmitate ire nõ possint.

Item ex cõcilio Chalcedonensi, c. 19.

¶ Corripiantur episcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. C. VI.

8 PEruenit ad nostras aures, q̃ in prouinciis constituta episcoporum concilia minime celebrentur. Hoc d ex eo probatur, q̃ multæ r, quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta synodus, secundum regulas Patrum bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula s, quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint cõuenire episcopi, aut ipsi grauiter ferant, aut a cæteris grauiter ferantur.

c Ad ... dist. 4. ...

6 Vide in hoc locum ... Bapt. Pis... notati ... Hieronym. ... Kalendæ, ... næ, & idus.

7 Burch. l. 1. cap. 47. Iuo p. 5. c. 157. i *al. adire*

8 Ansel. l. 6. cap. 199. Iuo p. 4. c. 243

p ¶ *Non oportet.*] ¶ *Docere.*] Licet enim nõ debeant indigere doctrina, vt 1. q. 7. conuenientibus c. tamẽ discere debent. 24. q. 3. si habes. Laur.

q ¶ *Accusare.*] id est, debent excommunicari, vt 2. q. 6. quisquis, ibatus.

r ¶ *Multæ.*] Arg. ‖ quòd per sequentia intelligũtur, & præsumuntur præcedentia: nam si quis ab hæreticis per violentiam tractus fuerit, & per mensem steterit cum eis, præsumitur non tractus: vt 1. q. 1. constat. Item argu. contra prælatos ex vitiis subditorum, & contra magistros ex vitiis discipulorum, vt 28. distinct. priusquam. & 22. q. 2. quod autem ait. 53. dist. legem. 12. q. 2. quattuor. 44. dist. multis. 34. q. 1. cum per bellicam. & C. de adul. si qui.

‖ Præcedentia per sequentia præsumuntur.

[Citati multis cauſis excuſantur.
a Et 23.diſtin. cum omnis filij. vbi de hoc in gl.no.quod Archid.

a ¶ *Neceſſitatibus.*] Quæ neceſsitas excuſet, habes de conſecr. diſt. 4. hi qui a. ‖ Item ſi quis propter tempeſtatem vel flumen, vel quia vocatus eſt ad teſtimonium vel ad dignitatem, vel ſi incipit abeſſe cauſſa reipublicæ, vel ſi domeſtico funere impeditur, vel ſi maius negotium ipſum trahit, excuſatur, vt ff. ſi quis cau. l. 2. §. 1. & 2. & l. 4. & ff. ex quibus cau. maiores. item hi. vel ſi ad maius tribunal vocat' eſt, vt ff. de re iud. cõtra pupillum. §. is qui. Item timor hoſtium. extra de app. ex parte.

F abeſt à collectione Iſidori, & Iuone

Q *Voniam quidem.*] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua probat, quòd ſufficit ꝙ ſemel in anno fiat prouinciale concilium. Ioan. de Fan. & quòd ſingulis annis concilium prouinciale debeat celebrari, ponit ſub præcepto. Archi.

CASVS. Hoc capituli diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, ꝙ antiqua regula præcipiebat ſynodum bis in anno celebrari: Sed quia hoc difficile erat, ideo ſexta ſynodus ſtatuit ſemel in anno fieri. Princeps vero qui hoc prohibuerit, excommunicetur, & metro politanus qui concilium neglexerit celebrare, canonice punietur. In ſecunda parte, quæ incipit ibi *Dum autem*; dicitur, quòd donec ſynodus agitur, epiſcopi debent eſſe intenti diuinis mandatis: & quòd metropolitanus non habeat licẽtiam petendi aliquid ab epiſcopis venientibus ad ſynodum: & ſi conuictus fuerit aliquid exegiſſe, in quadruplum reſtituet.

b ¶ *Quoniam quidem regula.*] Illud not. quòd cum hæc ſynodus b velit corrigere antiquam conſtitutionẽ, facit mentionem de ipſa: & ſic eſt arg. ‖ quòd vna conſtitutio non reuocetur per aliam, niſi faciat mentionem illius: ſic eſt in reſcriptis: quia aliter nõ videtur Papa ex certa ſcientia contrarium conſtituere. Sed hoc nõ dico verum: & licet in reſcriptis & priuilegiis requiratur ꝙ fiat mentio priorum, ad hoc vt priora reuocentur c, non tamen eſt ita in cõſtitutionibus: & hoc ideo quia conſtitutio procedit ex libero motu domini Papæ: & quia omnia iura habet in ſcrinio ſui pectoris, vt C. de teſta. omnium. Item & eſt argu. ad hoc extra de cog. ſpi. c. 1. ſimiliter in teſtamentis non requiritur quòd fiat mentio prioris: quia teſtamentum pro lege ſeruatur. 13.q.2.c.vlt. niſi in duobus caſibus, vt ſi ſit teſtamentum factum inter liberos d, vt C. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & Authent. hoc inter liberos. & niſi ipſe teſtator legem ſibi teſtandi dixerit; cum dixerit: ſi fecero aliud teſtamentum, non valeat: quia tunc faciendo ſecundum, oportet quòd faciat mentionẽ de primo: vt ff. de leg. 3. ſi quis. in prin. in conciliis autem antiquius obtinet, ſi eſt potioris auctoritatis, vt 50. diſt. domino ſancto. in fi. Ioan. Verum eſt quòd in reſcriptis continetur: ſed omnium factorũ habere memoriam, potius eſt diuinitatis quam humanitatis. C. de vete. iur. enu. l. 2. §. ſi quis. nec præſumitur Papa ex certa ſcientia indulgere per ſecundum reſcriptum poſt primum ſuper eodem: ſed præſumitur quòd hoc faciat immemor prioris. extra de offic. deleg. ex parte 1. Ipſum enim fallit obliuio. 23. diſt. præterea. ſed vt tangitur in gloſ. Ioan. ipſe habet vel præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui. In legibus & conſtitutionibus continentur iura: & poſterior tollit priorem, licet non faciat mentionem de ipſa. ff. de legibus. non eſt nouum. ‖ In teſtamentis autem alia eſt ratio, ne libertas ſuprema iudicij infringatur: quod eſſe non debet. ff. pro ſocio. cum duobus. §. idem reſpondit. quia nihil eſt quod magis hominibus debeatur, quàm quod ſupremę voluntatis liber ſit ſtylus: & liberum quod iterum non redit arbitrium. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 1. in fin. ſed in duobus

[Ex verſione Anaſtaſij.

[In concilio Nicæno. c. 5. & Antiocheno. c. 20. Iuo p. 5. c. 171. 8. cad. c. habeatur. & cap. propter.
Cap. 9.

[Scilicet, ſeptima, ſecundum Hug. Io. de Fant.

[‖ Conſtitutio ſecũda an reuocet priorẽ de illa mentione nõ facta.

[c Extra de præſcr. veniens. & de reſcri. cum ordinem. Archidia.

[d Itẽ & ſi primum derogatorium eſt ſecundo. ff. de lega. 1. ſi mihi & tibi. §. vlt. Archid.

[‖ Teſtamentũ ſecundum an reuocet primum.

casibus. §. not. in gloſ. Ioan. eſt ſpeciale Bart.

ADDITIO. Et 33.q.2. hoc ipſum in fin. Archidiaconus.

c ¶ *Excuſatione.*] friuolæ nam rationabiles exceptiones ſemper admittuntur e, vt extra de offic. deleg. ex parte.

d ¶ *Communione.*] Not. principes poſſe excõmunicari: quod verum eſt etiam à ſacerdotibus, vt 7. diſt. 96. duo ſunt. 11. q. 3. ſi autem vobis. & C. vbi de crimi. agi oport. Auth. qua in prouincia.

e ¶ *Vel vi.*] ‖ Videtur ergo quòd ſi aliquis per vim detineat ab aliquo, & aliquid interim fiat cõtra ipſum, quòd retractari poſſit illud. Idem eſt ſi per dolum alterius non veniat: vt extra de in integr. reſti. ex litteris. Sed contrarium legitur ff. ſi quis cau. l. 2. §. vlt. & ff. de eo per quem factum erit. l. vlt. vbi dicitur, quòd ſi per dolum aut per vim alicuius aliquis non venerit ad iudicium, non reuocatur id quod factũ eſt, ſed datur actio cõtra ipſum impedientem. Sed dic quòd non reuocatur ipſo iure: ſed per in integrum reſtitutionem f: vel in eo caſu reuocatur quã do detentor non eſt ſoluendo. extra de reſtitu. ſpo. olim.

f ¶ *Quadruplum.*] Argum. ‖ quòd clerici poſſunt pecuniariter puniri & punire, vt 23. diſtinct. quamquam. in fine. & 17. q. 4. definiuit. & c. ſi quis deinceps. & 23. q. 5. de Liguribus. Arg. cõtra, extra de pœn. licet 8. Sed dic ꝙ vbi pœna ſpiritualis eſt in iure ſtatuta, non debet infligi pecuniaria: aliàs ſecus. extra vt lit. non contẽſta. quoniam. in fi. ideo autem punitur in quadruplum: quia crimen concuſsionis h commiſit: qđ punit̃ pœna quadrupli. 1. q. 1. quidam. & q. 7. ſancimus. in fine. & tam laicus, quàm clericus punitur pœna concuſsionis, vt 23. q. 1. militare. hic ſignatur contrarium. 12. q. 2. fraternitas. vbi dicitur, quòd eccleſia non debet ſuum cum augmento recipere. Sed dic ꝙ hic non recipit nomine eccleſiæ, ſed proprio nomine. 16. q. 6. ſi epiſcopum.

E euloǧijs.] CASVS. Quærebat quidam epiſcopus à Papa, vtrum presbyteri tempore ſynodi deberent afferre eulogias, id eſt, munuſcula epiſcopis? Et reſpõdet Papa nil ſe inueniſſe à maioribus definitum: ſed eſt in arbitrio cuiuſlibet presbyteri, qui voluerit exhibere. Nam ſi definitum eſſet aliquid tempore ſynodi à presbyteris dandum, minus libenter venirent ad ſynodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent: nec delatæ reſpui.

g ¶ *Eulogijs.*] Eulogiæ dicuntur munera, quæ deferunt ſubditi ſuis prælatis.

h ¶ *Minus.*] Argu. ‖ quòd magiſtri non petant collectam à ſcholaribus vt libentius veniant ad ſcholas. ſic 1. q. 1. baptizandis. & cap. placuit, vt vnuſquiſque. 1. q. 2. vendentes.

i ¶ *Reſpuendæ.*] Arg. ꝙ quædam licite poſſumus recipere, quæ tamen petere prohibemur, vt 1. q. 2. placuit. ea. q. quàm pio. 13. q. 2. queſta.

ADDITIO. Ad idem ff. de orig. iur. l. 2. iuxta finem §. diuus. vbi de hoc Archidiaconus.

Epiſcopus.] CASVS. Dicitur hic quòd epiſcopus vocatus debet ire ad ſynodum: niſi graui neceſsitate fuerit impeditus: & tunc mittat pro ſe legatum, qui ſuſcipiat quæ in ſynodo ſtatuentur.

k ¶ *Legatum.*] Argum. ‖ quòd licet citatus ad iudicium venire non poſsit: nihilominus tenetur mittere procuratorem. 5. quæſt. 3. ſi ægrotans. & extra de appel. conſtitutus. Argu. contra, extra de procurato. querelam. De hac materia quæras. 5. quæſt. 3. ſi ægrotans. ſed illud cap. querelam. loquitur in ardua cauſa.

Placuit.]

[Citatus impedit̃ an mittere teneatur.

[Ex conſuetudine.

[Vbi de hoc. & extra de teſti. veniens 1. ibi videas.

[‖ Excommunicatus vtrum quis poſsit eſſe in vna eccleſia, & non in alia.

[Hanc gl. qui dam non habent, ſed iſta eſt in antiquo apparatu. loã.

[‖ Abbates tenentur ad concilium epiſcopi venire.

[d Cum tribus cap. ſeq. ibid.

[‖ Magiſtri debent gratis docere.

[e Supra eo. c. propoſ. cod. epiſcopus. Archidia.

[‖ Reuocatur facta cõtraria lenter detentum.

[f ff. de eo per quem factum eſt. l. vlt. §. 1. Archidia.

[‖ Clerici poſſunt pecuniariter puniri.

[g Dic vt not. 23. q. 5. ſtrues. Archid.

[3 Anſel. l. 9. c. 191.

[h Aget iſte i quo accepit contra eum ſi periorem. 11. q. 1. ſi clericus. Archid.

[1 Anſel. l. 7. cap. 188.

P Lacuit.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ epi niſi fuerint impediti, ſemper debent ad ſynodum ire: & ſi ire non potuerit, ſuas excuſationes in litteris mittant: ꝙ ſi ne glexerint, ad Primatem mittere, à cõione fratrũ priuentur, & eccleſia ſua tm̃ ſint contenti. Idẽ fere eſt caſus triũ c. ſequentiũ: & per te videbis. Additur tm̃ ibi, ꝙ priuãtur cõione fratrum vſque ad ſequentem ſynodum.

a ¶ *Negligentia.*] graui, vt 7. ea. ſi quis epiſcoporum: non enim excuſat leuis febricula, vel vetus quartana, vt ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſed ſciẽdũ.

ADDITIO. Arg. cõtra 7. q. 1. præſentium. & extra de procur. quædam. vbi de hoc. Archid.

b ¶ *Litteratorie.*] vel ẽt per certũ nuntium a, cui credi poſsit, vt 97. di. nobiliſsimus. ext. de offi. deleg. prudentiã. extra de reſc. ex pte. & c. ſciſcitat[9]

c ¶ *Rationem.*] Not. nõ ſufficit dicere ſe nõ poſſe venire, niſi rationẽ impedimenti aſsignet. ſic ext. de offic. & po. iu. deleg. prudentiã. & de reſcrip. ſciſcitatus. & illã cauſam probabit, vt 4. q. 5. quiſquis. in fi. & p vnũ reſtem eam poteſt ꝓbare, vt extra de procur. ex inſinuatione. licet ſit arg. cõtra, extra de in integ. reſti. ex litteris b. Ioan. Sed certe credo hoc eſſe ſpeciale, vt vni teſti credatur cum ſuo iuramento.

d ¶ *Cõmunione.*] ‖ Videt ꝙ aliquis poteſt eſſe excõicatus in vna eccleſia, & nõ in altera, vt hic, & 58. diſt. ſi quis de alterius. & ſic eſt contra 4. q. 5. quiſquis. Sed dic ꝙ iſte non eſt excõicatus: ſed cum aliis epis non communicabit: quia nõ venit ad negotia ipſorũ, vel ad cõſecrandũ epm cũ aliis.

E *Piſcopus.*] ¶ *Abbatem.*] Hoc e intelligi poteſt de abbatibus Ciſtercien. ordinis, vt ex tra de ſtatu mona. cap. 1. niſi pro crimine enormi. 11. q. 3. priuilegium. Argu. extra de priuil. tutorum. ‖ ſed alij abbates debent venire ad concilium, vt 18. q. 2. abbates. & 7. eod. decernimus. & hanc paleam habes 18. q. 2. §. vlti.

Si quis autẽ.] ¶ *Antequam.*] ſic 7. de conſecr. diſt. 1. omnis d. 11. q. 3. certum.

e ¶ *Niſi in ſequenti ſynodo.*] ſic ergo qñque differtur abſolutio vt ma ior rubor ſit ei abſolui coram multitudine. ſimi liter in ſacrilego differt, vt diutius confundatur. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ſic differtur abſolutio illius

¶ Excuſatorias litteras dirigant, qui grauati ad ſynodum ire non poſſunt. C. X.

1 PLacuit, vt quotieſcumque congregandum eſt concilium; epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine a, neque alia grauiori neceſsitate impediuntur, competenter occurrãt. *&infra.* ¶ Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas litteratorie α b conſcribant: niſi autem β rationem c impedimenti ſui apud Primatem ſuum reddiderint, eccleſiæ ſuæ cõmunione d debent eſſe contenti.

α ¶ Litteratorie.] *In concilijs impreſsis legitur*, in tractatoria. *Dubitatum fuit, an legendum eſſet*, in tractoria. *Nam epiſtolæ, quibus Imperatores, vel Reges ſuos præſides vocabant, vel euectionem aliquam concedebant, tractoriæ dicebantur. Sic in codice Theodoſiano lib. 8. titulus ſextus eſt*, de tractoriis, & ſtatiuis. *& ſic videtur emendandum in lib. Cod. 12. quamuis in impreſsis legatur*, de tractatoriis. *quam vocem tractoriam, eadem ſignificatione Carolus Magnus in ſuis capitularibus vſurpauit lib. 4. c. 30. & 69. & eadem notione eſt in concilio Meldenſi, c. 71. Sanctus quoque Auguſtinus in lib. poſt collationem cõtra Donatiſtas, c. 24. tractoriam pro epiſtola vocatoria vſurpat, his verbis:* Sic autem à Primate ſuo per tractoriam fuerũt euocati. *Atque in hoc canone, vbi de vocandis epiſcopis ad concilium agitur, vox iſta eſſet aptiſsima. Nam in concilio Africano inſerto in codice canonum c. 43. vbi hoc idem reperitur, & c. 57. §. Lucianus. & §. Alypius. in vetuſtis codicibus ſemper legitur*, tractoria. *vbi in impreſsis eſt*, tractatoria. *& in Carthaginẽſi Græco, c. 91. eſt ἀ συνοδικὴ. Verum idem B. Auguſt. vtitur dictione*, tractatoria *in eam, quæ nunc ſubijcietur ſententiam. Loquens enim de epiſcopis, ſi vocati noluiſſent venire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epiſtol. 162. ait:* Quod ſi non fecerint, ibi etiam eorum prauitas, & peruerſitas innoteſceret: miſſaque tractatoria ſuper eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumque iam Chriſti eccleſia dilatata eſt, ab omnibus eccleſiis, eorum cõmunio præciditur. *In concione quoque ſecunda in Pſal. 36. eadem vox quater inuenitur: & epiſtola Syricij, quæ recitatur in concilio Teleptenſi, ibi vocatur tractatoria. Cuius mẽtionem faciens Innocentius in epiſtola ad Exuperium Toloſanum. c. 1. ait:* De his, & beatæ recordationis viri Syricij epiſcopi monita etiidentia commearunt: *quibus verbis videtur indicare non ad ſolos Africæ epiſcopos, ſed ad omnes prouincias miſſam fuiſſe illam Syricij tractatoriam. Ita Leo Papa ſecundus, poſtquam ſextum vniuerſale concilium finem habuerat, breuem eius concilij ſummam ad Hiſpaniæ epiſcopos, vt ei ſubſcriberent, miſit; quam tractatoriam vocat, quæ Leonis II. epiſtolæ manuſcriptæ ex Hiſpania Romam ſunt miſſæ.*

β ¶ Niſi autem.] *In originali eſt*, vel ſi poſt aduentum tractatoriæ aliquæ neceſsitates repente forſitan ortæ fuerint, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum Primatem reddiderint, ab eccleſiæ communione debere eſſe contemptos. *In Africano. c. 43. reliqua eodem modo. Sed in extremo eſt fere vt apud Gratianum*: eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos. *Itemque in Carthaginenſi Græco: ὀφείλειν τὸν τοιοῦτον τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας ἀφωρισθαι κοινωνίας. Similis quædam pœna imponitur in eodem concilio, infra diſt. 58. cap. finali.*

Item ex concilio Turonenſi, c. 2.

PALEA. C. XI.

2 EPiſcopus nõ debet abbatem ecogere ad ſynodum ire, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat.

¶ *Hæc Palea abeſt ab illis tantum exemplaribus, in quibus pauciſſimæ reperiũtur, & refertur infra 18. q. 2. poſt c. fin. à Gratiano ex eodem Turonico: quemadmodum & à Burchardo, & Iuone.*

Item ex concilio Arelatenſi, 2. c. 19.

¶ A communione ſit alienus, qui ſynodo adeſſe contempſerit. C. XII.

3 SI quis autem ſynodo adeſſe neglexerit, vel cœtum fratrum, antequam diſſoluatur concilium, crediderit deſerendum; alienum ſe à fratrum communione cognoſcat: nec eũ recipi liceat, niſi in ſequenti ſynodo e fuerit abſolutus.

Item ex concilio Agathenſi, c. 35.

¶ Vſque ad proximam ſynodum a communione abſtineat, qui à metropolitano vocatus abſque graui neceſsitate ſynodo adeſſe neglexerit. C. XIII.

4 SI epiſcopus metropolitanus ad comprouinciales epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem ſummi Pontificis f, aut ad ſynodum inuitet; poſtpoſitis omnibus (excepta graui infirmitate corporis aut præceptione g regia h) ad cõſtitutum diem adeſſe non differant. Quòd ſi defuerint (ſicut priſca canonũ præcepit auctoritas) vſque ad proximam ſynodum à charitate fratrũ, & eccleſiæ communione priuẽtur.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 6.

¶ A communione priuetur epiſcopus, qui à metropolitano vocatus ad ſynodum venire contemnit. C. XIIII.

5 SI quis epiſcoporum commonitus à metropolitano ad ſynodũ nulla graui intercedente neceſsitate corporali venire contempſerit; ſicut ſtatuta Patrum ſanxerunt + 3 vſque ad futurum concilium cunctorum epiſcoporum charitatis communione priuetur.

Item ex concilio Martini α Papæ. 6

¶ Presbyteri, & diaconi, & cuncti, qui ſe læſos exiſtimant, ad metropolitanam ſynodum conueniant. C. XV.

7 PRopter eccleſiaſticas i, & altercationum ſolutiones, benẽ placuit per ſingulas prouincias bis in anno conciliũ fieri, conuocante metropolitano epiſcopo omnes prouinciales epiſcopos; ita vt ad concilium veniant ꝛ omnes presbyteri, & diaconi, vel β hi k, qui ſe læſos exiſtimant; vt in concilio cauſæ examinatæ ad iuſtum iudicium perducãtur. Et ſi qui manifeſte epiſcopi, vel presbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offenſa; ſecundum rationem excõmunicentur: quamdiu cõmuni conſenſu l de his placuerit dare ſententiam m. Nulli autem epiſcopo liceat propria apud ſemetipſum concilia n facere, præter eos, quibus metropoles ſunt creditæ.

α ¶ Martini.] *Gratianus hoc primum citat nomine Martini Papæ, deinceps eodem nomine multa citaturus: quæ omnia ſumpta ſunt ex libro capitulorũ Græcarum ſynodorum Martini epiſcopi Bracarenſis.*

[2 Burch. l. 8. cap. 73. Iuo p. 7. c. 91.

[3 Burch. l. 1. cap. 50. Polycarp. l. 2. tit. 15. Iuo p. 5. c. 160. ex cõcilio Spa lenſi, vt Burc.

[e Arg. contra 36. q. 2. nullus. vbi de hoc. Archidia.

[4 Burch. l. 1. cap. 49. Iuo p. 5. c. 159. Pann. l. 4. c. 17.
f Et videas qđ leg. & not. extra de appell, cum parati. in glo. arg. quòd. &c. Archid.

[5 Simile in Pãnormia l. 4. c. 18. ex Auernenſi.

[+ *al. cenſuerunt*

[6 Apud Martinum Bracaren ſem epiſcopũ in cap. ſynod. græc. c. 18.

[7 Polycar. l. 3. tit. 17.

[g Vt ſupra. ea cap. proptervbi de hoc.

[‖ *procedant* } orig.

[h Vel dic vt ſup. eo. in ſumma, in fine.

SINGVLI VERO. Hæc est 3. pars dist. in qua dicitur, ꝙ singuli episcopi ecclesiis suis notificare debeant quæ in conciliis statuuntur.

D*Ecernimus, vt dum.*] CASVS. In hoc capitulo dicitur, ꝙ eps postquã redierit à concilio archiepi, intra sex menses debet oes suos subditos conuocare, & eis indicare quæ sunt in synodo acta: quod si nõ fecerit, duobus mensibus excommunicetur.

a ¶ *Vt dum.*] i. postq̃.

b ¶ *Abbates.*] immo abbates non vocabit ad synodum, vt ℣. eo. in illa palea, episcopus.

c ¶ *Excommunicationis.*] id est, suspensionis ab officio duorum mensium. sic 86. dist. tanta. & 10. q. 3. vnio. in fin.

D*E epistolis.*] Hæc dist. diuiditur in duas partes. In prima dr quod dictũ est, scilicet ꝙ decretales vim habent canonum. P. Secunda ibi, *Sit ergo.*

CASVS. Supra tractauit Gratianus de auctoritate canonũ, & constitutionibus sanctorũ in dist. 18. In hac vero 19. dist. tractat de epistolis, quæ emanant à Papa: ‖ & ostendit ꝙ decretales epistolæ eãdem vim habẽt & auctoritatem q̃ canones: & hoc ꝑ sequentia c. patet.

d ¶ *De epistolis.*] ℣. in proxi. dist. tractauit magister de auctoritate canonũ [2]. Hic agit de auctoritate decretaliũ: & ostendit hic ꝙ eiusdẽ sint auctoritatis decretales & canones. ‖ Sciendũ itaq; ꝙ quædam decretalis epistola est generalis, quædã specialis. Generalis [b] est, quæ ad oẽs dirigitur, vt 35. q. 3. ꝙ scripsit. 7. q. 1. petisti. siue sit generalis, siue sit specialis: dummodo aliquid definiatur ꝑ eam, ꝑ iure generali habẽda est: vt 16. q. 3. licet. extra de sent. & rei iudi. in causis. nisi sit tradita ex tẽpore, ex loco, & ex causa: vt 29. dist. sciendũ. Sed si dubiũ est an sit decretalis, recurrendum est ad registrum, vt ℣. dist. 9. vt veterũ. Præsumitur tñ ꝙ sit decretalis, si reperitur inter alias decretales: ad instar illius quæ reperitur inter alias moniales, quæ præsumit ex hoc monialis. arg. 20. q. 1. quem progenitores. Vel si plures eam tenent, tenenda est, vt 16. distin. Isidorus. distingue prout dicitur extra de fide instrum. pastoralis.

SI *Romanorum.*] CASVS. Hoc cap. diuidit in tres partes. In prima parte Nicolaus reprehẽdit quosdã, qui nõlebant recipere decretales epistolas, quia in corpore canonũ, quod Isidorus fecit, non habẽtur insertæ: & facit hoc Nicolaus tribus rationibus. Prima est: quia cum Papa præstet auctoritatem (*antiquitus enim episcopi Papæ dicebantur.*) *Hic enim, cum esset Græcus, ad vtilitatem ecclesiarum Hispaniæ, vbi episcopatum obtinebat, ea capitula latina fecit: & in nonnullis quædam addidit: in aliis vero aliqua detraxit: quemadmodum in hoc capite, quod sumpsit ex concilio Antiocheno, cap. 20. ℣. ead. c. propter. Aliqua etiam ex Toletanis conciliis in eum libellum retulit.*

ß¶ Vel hi.) *In aliquot conciliorum editionibus legitur*, vt eorum, qui se laxos existimant, in concilio causæ, &c.

[*Item ex concilio Bylon.*]

PALEA. C. XVI.

ANnis singulis episcopus in sua diœcesi synodum faciat de suis clericis, necnon abbatibus: & discutiat alteros clericos, & monachos.

Singuli vero episcoporum suis ecclesiis notificare studeant, quæ in conciliis statuuntur.

γ¶ Palea.] *In nullo collatorum exemplarium habetur. sed versiculus*, singuli. *coniunctus est præcedenti capiti:* Propter ecclesiasticas. *sunt que verba Gratiani.*

Vnde in concilio Toletano, 16. c. 6.

¶ Quæ in conciliis statuuntur, singuli episcoporum suis ecclesiis notificent.

C. XVII.

DEcernimus, vt dum [2] in qualibet prouincia concilium agitatur, vnusquisque episcoporum admonitionibus suis intra sex mensium spatia omnes abbates [b], presbyteros, diaconos, atque clericos, seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius, vbi præesse dinoscitur, necnon & cunctam diœceesis suæ plebem aggregare nequaquã moretur: quatenus [d] coram eis plenissime omnia referet, quę eodem anno in cõcilio acta, vel definita esse noscũtur. *& infra.*¶ Quòd si quispiam hæc parui pendenda crediderit, sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistat vsquequaque multatus.

d¶ Quatenus.] *In duobus exemplaribus huius decimisexti concilij Toletani, locus hic ita legitur:* quatenus coram eis publice omnia referata, de his, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, plenissime notiores efficiantur.

DISTINCTIO XIX.

DE *epistolis* [d] *vero decretalibus quæritur, an vim auctoritatis obtineãt, cum in corpore canonum non inueniãtur. De his ita scribit Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis.*

¶ Decretales epistolæ vim auctoritatis habent. C. I.

SI Romanorum Pontificum decreto, ceterorum opuscula tractatorum approbantur [e], vel reprobantur; ita vt, quod sedes Apostolica probauit, hodie teneatur acceptum; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur; quanto [f] potius, quæ ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro variis, & multifariis ecclesiæ necessitatibus, & fidelium moribus diuerso tempore scripsit; omni debent honore præferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus, discretione, vel dispẽsatione magistra reuerenter assumi? Quamquã quidam vestrum scripserint, haud illa decretalia priscorũ Pontificum in toto canonum codicis corpore cõtineri descripta; cum [a] ipsi, vbi hæc suæ intentioni suffragari ‖ conspiciunt, illis indifferenter vtantur; & solum nunc ad imminutionẽ ℣ sedis Apostolicæ potestatis, & ad suorũ augmentum priuilegiorum minus accepta esse perhibeant, *Item infra.*

¶ [2] Si ideo non esse decretales epistolas priscorum † Pontificũ Romanorum admittẽdas dicunt, quia in codice canonum non habentur adscriptę, ergo nec sancti Gregorij, nec vllius alterius, qui ante vel post ipsum fuit, est aliquod institutũ, vel scriptum recipiendum, eo quòd in codice canonum non habeatur adscriptum. Ergo doctrinam eorũ, & sanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, quia in codice canonum non habentur adscriptę, de codicibus suis eradant. Vt quid vel membranas [h] occupant, postquam non habentur acceptæ? Sed quare multum immoramur, cum nec ipsas diuinas scripturas veteris, & noui testamẽti iam recipiemus, si istos duxerimus audiendos? Etenim † neutrum horum in codice canonũ ecclesiasticorum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui non ad obediendum potius, quàm ad resistendum semper sunt parati, dicentes †, quòd inter canones inueniatur capitulum sancti [3] Papæ Innocentij, cuius auctoritate docceatur à nobis vtrumque testamentum esse recipiendum, quãquam in ipsis paternis canonibus nullum eorum ex toto cõtineatur insertum. Quibus ad hæc asserendum † est; quoniam si vetus, nouumq; testamentum recipienda sunt, non ꝙ codici canonũ ex toto habeãtur annexa, sed quòd de his recipiendis sancti Papæ Innocentij prolata videatur esse sententia; restat [i] nimirum, ꝙ decretales epistolæ Romanorum Pontificum sunt recipiẽdæ; etiam si non sint codici canonum compaginatæ: quoniam inter ipsos canones vnum [1] B. Leonis capitulum [a] constat esse permistum; quo ita omnia decretalia constituta sedis Apostolicæ custodiri mãdantur, vt si quis in illa commiserit; nouerit sibi veniã denegari. Ait enim cap. decimo † suarũ decretalium: [Ne quid vero sit quod prætermissum à nobis forte credatur, omnia decretalia cõstituta tam beatæ recordationis Innocẽtij, quàm omniũ decessorũ nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonũ promulgata † sunt disciplinis, ita à vestra dilectione custodiri mandamus; vt si quis in illa cõmiserit, veniã sibi deinceps nouerit denegari.] Dicendo vero [oĩa decretalia cõstituta] nullum de decretalibus constitutis prætermisit, quòd non mãdauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo [omnium decessorum nostrorum] nullum Pontificũ Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit: cuius ita non præceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri; vt si quis in illa cõmiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Itaque nihil refert, vtrum sint omnia necne decretalia sedis Apostolicæ constituta inter canones conciliorum immista; cum omnia in vno corpore compaginari non possint; & illa eis inter sint, quæ firmitatem his, quæ desunt [c], & vigorem suum assignent; præsertim cũ synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti sunt, in codice canonũ non habeantur; sed à nobis omni cultu debito venerẽtur. Consonat autem huic beatissimo Papæ Leoni sanctus & facũdissimus in decretis suis Papa Gelasius, ita inquiẽs: [2] Decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis tẽporib⁹ ab vrbe Roma pro diuersorũ Patrũ consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus.] In quo notandũ est: quia non dixit [decretales epistolas, quæ inter canones habentur;] nec tantũ [quas moderni Pontifices ediderunt;] sed [quas beatissimi Papæ diuersis tẽporib⁹ ab vrbe Roma dederũt.] Dictis autem [diuersis temporibus] etiã illa tempora vir sanctus cõprehendit; quæ crebrescentibus paganorum persecutionibus, ad sedẽ Apostolicam deferri causas episcoporum difficillime permittebant. His ita diuina fauente gratia prælibatis, ostendimus nullam differentiã esse inter illa decreta, quæ in codice † canonũ habẽtur, sedis Apostolicæ præsulũ, & ea, quæ præ multitudine vix per singula voluminũ corpora reperiuntur: cũ oĩa, & omniũ decessorum suorum decretalia cõstituta, atq; decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis tẽporibus ab vrbe Roma dederunt, venerabiliter fore suscipiendas, & custodiendas, eximios præsules, Leonem scilicet & Gelasium mandasse probauimus.

α¶ Cum ipsi.] *Locus fuit emendatus ex ipsa epistola Nicolai, quæ Romæ manuscripta habetur: & nuper impressa est in appẽdice bibliothecæ sanctorum Patrum, vt dictum est, ℣. dist. 10. c. leges. in qua epistola multa alia habentur ad epistolas decretales etiam antiquissimas pertinentia.*

Itẽ Agatho Papa omnibus Episcopis.

¶ Omnes sanctiones Apostolicę sedis irrefragabiliter sunt obseruandæ. C. II.

SIc omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuini Petri e voce firmatæ sint.

Itẽ ex capitulis Caroli Imperatoris,

¶ Tolerandum est iugum, quod à sancta sede imponitur licet importabile videatur. C. III.

[4] IN memoriã Beati Petri Apostoli honoremus sanctã Romanam, & Apostolicã sedem; vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticæ magistra rationis. [5] Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas: vt licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum [f], tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet, siue sit presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam [g] ab apostolica † sede detulisse epistolam, vel aliud quid, quod inde non venerit †; salua fide [a], & integra circa Apostolicũ humilitate, penes episcopum sit potestas, vtrũ cum in carcerem [h], aut aliam detrudat custodiam, vsquequo per epistolam, aut per idoneos suæ partis legatos Apostolicam interpellet subhimitatem, vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine ℣ Romana statuat definire, vt & is corrigatur, & ceteris modus imponatur.

ß¶ Capitulis.] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Iuone. Ac Nauclerus vol. 2. gen. 28. narrat hoc esse vnum ex vigintitribus legũ capitulis, quæ Carolus Magnus ad omnes suas prouincias misit. Burchardus autem citat ex concilio Triburiensi, cap. 30. vbi etiam extat.*

a¶ Salua fide.] *Apud Burchardum est*, falsa fide, & non integra.

Item Stephanus † Papa.

¶ Quidquid Romana ecclesia statuit, vel ordinat, ab omnibus obseruandũ est. C. III.

ENimuero, quia in speculũ [i], & exemplum sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui nos Christus præesse

1 Leo PP. 1. epi. 1. in fine.

‖ Verbum generale omnia debet cõprehendere.

† *al. quinto suorũ decr.*

† *al. ordinata*

2 Cũ ista glos. cõcor. not. per Bal. Aug. & Ioan. de Imo. l. seiendum in princip. ff. de ver. oblig. & quæ notantur per Bal. in authen. si quis in aliquo. in 2. col. C. de edẽ. & per Ange. in ℣. & hoc insuper. in 3. col. in authen. vt sponsal. lar. & per Ale. de Imo. in l. admonẽdi. ff. de iureiuran.

2 Concord. l. ab hostibus. 5. sed & simplici ter. ff. ex quibus cau. ma. & ff. de offi. præfid. l. 3.

† *al. sanctini*

‖ Papam imitari debemus.

a ¶ *Capitulum.*] Illud cap. est 26. q. 1. omnia. vbi tamẽ attribuitur Damaso Papæ: & potest esse ꝙ vterque fecerit illud. & & est simile 1. q. 1. de cætero. & de consec. dist. 1. consulto.

b ¶ *Dicendo.*] Arg. ‖ ꝙ verbo generali oia debent cõprehendi, vt hic, & 1. q. 1. sunt nonnulli. & 14. q. 3. putant. & 12. q. 1. dilectissimis. & 13. q. 2. non æstimemus. Contra de cõs. dist. 2. reuera. & ℣. 75. dist. quòd die.

c ¶ *Desunt.*] Est hic argu. ꝙ si Papa in aliquo priuilegio vel rescripto confirmat alicui ecclesiæ priuilegia exemptionis, vel alterius rei, quam habet in priuilegiis suis, ꝙ eo ipso robur habeãt illa priuilegia [a]. licet non possint exhiberi: dicitur enim hic, ꝙ decretales sint recipiendæ, cũ capitulum Leonis quod est in corpore canonum, de hoc dicat: quamuis illæ non sint in corpore canonum. De hoc dixi ℣. dist. 9. vt veterum.

d ¶ *Diuersis.*] Not. ꝙ verbum indefinite prolatum generaliter est intelligendum: vt 1. q. 3. falsuator. & 15. q. 1. nec his. 28. q. 1. idololatria. 31. q. 1. ꝙ si dormierit. Arg. contra. 1. q. 1. sunt nonnulli

ADDITIO. Pro prima parte habetur extra de priui. quia circa. & extra de testa. relatum. 2. in princi. vbi de hoc. Archidiaconus.

SIc *omnes.*] Casus huius cap. planus est.

e ¶ *Petri.*] Nam Papa scitatem recipit à cathedra, vt 40. dist. nõ nos. Io.

INmemoriam.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur ꝙ Romana ecclesia ob reuerẽtiam B. Petri intantũ debet honorari, vt si etiam vix ferendum præcipiat, tamen tolerari debet. In ſda parte, quæ incipit ibi *Si vero.* dicitur, ꝙ si ꝙs presbyter vel diacon⁹ arguatur ab Apostolica sede, falsam epistolã detulisse: licentia sit episcopo tenere ũ e in carcere vel alia custodia, donec consulat Papam per litteras vel legatos, quid de hoc voluerit definire: vt is corrigatur, & certus modus imponatur.

f ¶ *Iugum.*] vt 100. dist. contra morem. 11. q. 3. quid ergo. idem est in aliis prælatis, vt 2. q. 7. sacerdotes.

g ¶ *Falsam.*] ‖ Dicitur charta falsa ex dicto vel tacito: & in tali falso distinguitur, vt extra de rescrip. super litteris. & talis dicitur bene falsarius, vt ff. de fal. si quis obrepserit. Item dicitur falsa scriptura, vt cum scribitur, omnes vel maiorem partem fratrũ fuisse præsentem, quæ non fuit vere præsens: vt extra de his quæ fiunt à præla. fine. cõ. cap. quanto. & talis falsarius suspenditur ab officio & beneficio, vt extra de testi. tam litteris. in fine. Item ipso facto dicitur falsarius, vt si charta apparet rasa vel immutata [b]. & talis falsari⁹ deponitur, vt extra de crimi. fal. ad audientiam. Qui autem falsam chartam fabricat de nouo, nõ solum deponitur, sed & curiæ traditur [c]. vt extra de fal. ad falsariorum. Pœna falsitatis secundum leges est depositio, & omniũ bonorum confiscatio in libero: in seruo mors. ff. de fal. l. 1. Dicitur etiam falsa charta quæ non habet testes inscriptos, vt extra de procur. c. 1. Item dicitur falsa quæ habet subscriptiones variis manibus notatas: & quę nõ est perfecta eadem manu, vt extra de priuilegiis, c. cum olim. in fi. nisi ex hoc sit ibi diuersitas, quòd sit ibi calami vel atramenti mutatio, vt in auth. de fide instr. & cau. in prin. coll. 6. Item dicitur falsa si est contraria alteri ex eadem parte prolatæ, vt extra de fide instr. imputari. & C. de fide instr. scriptura. Item dicuntur falsæ litteræ Papæ propter falsam grãmaticam. extra de rescriptis, ad audientiam. Item dicuntur falsæ, si sint suspectæ, & eis non imponitur fides, vt C. de proba. iubemus. Item dicitur falsa charta, si sigillum est fractum: vel si non est annus indictionis appositus, vt extra de fide instr. inter. Item si filum est ruptum, vt extra de crimine fal. licet. Item si sunt Impetratæ litteræ pendente appellatione, vt extra de testi. causam. Item si sunt impetratæ sine mandato domini, vt extra de rescri. nonnulli.

h ¶ *In carcerem.*] Si certum est eum esse falsatorem [d]. 50. dist. si epis. & extra de crim. fal. ad falsariorum. sed vbi est dubiũ, si fit quod hic dicitur.

ENimuero.] Casus iſti⁹ capituli plan⁹ est.

i ¶ *In speculũ.*] Speculo per doctrinam: exẽplum per bonã operationem.

b Extra de fid. instr. cap. extra. extra de fal. c. fi. extra de priuile. cũ olim. Archid.

c Sed quid si ille qui vtitur falso instrumento vult se purgare, quòd ignorauit, cũ ne audiendus? Respõdeo sic, si & se purget, & deceptorẽ exhibeat. C. ad legem Cornel. de fal. l. maiorẽ. ff. eo. tit. l. diuus. Sed contra extra de crimi. fal. ad falsariorum. Sed ibi cũ ignorantia est supina, vel cum non exhibet deceptorem, secundum Laurent.

3 De⁹ dedit. p. 3 Poly. l. 1. tit. 17 Iuo. p. 4. c. 18.

4 Extat in cõcilio Triburiensi, c. 30.

5 Burc. l. 1. c. 220. Iuo par. 5. c. 50.

† *al. Apostolico detulisse.*

† *al. conuenerit*

d Forsam ipeciale est in falsario litterarũ domini Papæ. Archid.

† *al. Stephanus 2.*

[Decretales canonibus æquiparant.

‖ Subaudi & constitutionibus sanctorũ, vt 25. dist.

‖ Decretales sunt duplices.

b Hanc sententiam hic sequitur Hugo & Ioan.

c Iuo p. 4. c. 18.

16.q.1.prædicator.& cap.nulli.7.q.1.suggestum.8.q.1.si ergo.25.quæst.2. institutionis.& 1.q.1.nulli.&c.omnia.Lau.12. distin. scit sancta. Archid.

Vlli.] CASVS. Quidam erant episcopi erigentes calcaneum contra Romanam ecclesiam. & nolentes sedis Apostolicæ præcepta obseruare,sed Græcos reprehendit, & hortatur eosdē ne ab Ec. Romana recedāt:alioqn deponentur,& eorū sententiæ inutiles erunt:q; quanto maiora els committuntur, tanto magis puniri debent.

a ¶ *Prostratus.*] ‖ Hic videtur q; omnis qui nō obedit statutis Romanæ sedis sit hæreticus:& varios modos hæresis notaui 24. q.3.§. quia vero. &c. quidam. Sed intelligas, q; hic dicitur,quòd qui dicit Romanam ecclesiam non esse caput, nec posse condere canones , iste est hæreticus, vt 22.distin. c. 1. & 25. q. 1. violatores. & quæst. 2. si quis dogmata. Sed si quis alias transgrediturcius mandata , non propterea est hæreticus , licet peccet. extra de rescri. si quando. Io. a

b ¶ *Iudicio.* Sed contra 24.q. 1. subdiaconus.Sed ibi non admittit damnatum ab hæreticis : sed si vult pœnitere , admittit eum : sed hoc non est iō q; hæreticus eum dānauit, sed quia aliàs malus est.

c ¶ *Maioris.*] Argu. q; quāto aliquis delinquēs est maior, tanto magis ē puniendus, vt 40.dist.hō Christianus.11. q. 3. præcipue 25.q.1. nulli fas.

d ¶ *Sed etiam aliis.*] Argu. q; qui tenetur aliquem defendere contra alios , multo fortius contra se , vt 16. q. 1. in canonibus. & ff. si ser. ven. altius. b

N canonicis.] CASVS. Hoc. cap. diuiditur in duas partes : In prima parte dicitur quòd bonus indagator diuinarū scripturarum debet sequi auctoritatē in catholica rū ecclesiarū i scripturis recipiendis & præponēdis:inter quas scripturas præponendæ erunt scripturæ sedis Apostolicæ. In secunda parte quæ incipit ibi, *Tenebit igitur.* dicitur , q; illæ scripturæ quæ recipiuntur ab omnibus , sunt præponendæ illis , quas non recipiunt quidam : inter illas vero quæ non recipiuntur ab omnibus , præponendas eas , quas plures & grauiores recipiunt eis,quas pauciores & minoris auctoritatis recipiunt. Sed si aliæ à grauioribus,aliæ à pluribus recipiantur, æqualis erunt auctoritatis, licet hoc de facili inueniri non posit,

e ¶ *Inter quas.*] canonicæ scripturæ sunt epistolæ.

f ¶ *Habere.*] meruit ab alia ecclesia.

g ¶ *Præponat.*] Argu. q; semper præsumitur pro multitudine , vt 61. distin.nullus inuitis.Item arg.q; à pluribus recipitur maioris est auctoritatis quàm quod à pauciores . vt ℨ.16.dist.Isidorus.& 2.q.7.puto. 63.dist.c.vlti.Sed qualiter stare potest quod hic dicitur?Nonne omnes canonicæ scripturæ æqualiter sunt recipiēdæ,arg.15.dist.sancta Romana?Quomodo ergo vna præponitur aliis?Respōdeo‖potest esse q; omnes recipiātur,nō tū q;omnes in eadē veneratione habeātur.Vel intelligas istud de localibus canonib⁹,vt ille præponat aliis,qui à plurib⁹ tenetur:& sic pōt intelligi 50.di.Dño sancto in fi.vbi de hoc in glo.nōne. h ¶ *Plures.*] ‖ Nota q; hic dignitas personarum cōpensatur cum numero;similiter in testib⁹, vt extra de testi. in nostra. similiter in creditoribus,vt ff. de pactis,maiorem. Sed in electione semper par numer⁹ præiudicat, licet maior sit dignitas ex parte altera,& maius meritum personę, vt extra de elect.dudum. 1. licet si arg. contra. 63. dist. c. vlt.& 76. dist. ieiunium.§.non autem. d

ADDITIO. Non est contra : ibi enim erant æquales in numero , non in meritis. Cy.

i ¶ *Inueniri.*] Argu. q; iura aptantur ad ea, quæ raro accidunt. de consc. dist.4.sanctum est.& ff.si pars hæred. pe. antiqui. Argu. contra 28. dist. de Syracusanæ.14.q.5. denique.ff. de leg.nam ad ea.

ADDITIO. Ad idem in Auth. de consul. coll. 4. in authen. vt sine prohib. ma. & c.circa med. coll.7. Archidiaconus.

Ta Dominus.] CASVS. Quidam episcopi contra ecclesiam Romanam erigebant cerui cem, ei obedire nolētes: nec volebant sequi doctrinam, quam à veteribus receperunt : contra quos inuehitur Leo, pro bās,q; ab ecclesia Romana non debent recedere: quæ ita est confirmata à Domino & corroborata in Petri soliditate, q; nec temeritas hominum,nec portæ inferi aduersus eā prævalebūt:ostendit etiā q; à principio sic voluit Dominus Euāgelicā prædicationem ab Apostolis & aliis prædicatoribus per vniuersum orbē diffundi,vt Petrus cuius vice Papa fungitur , esset quasi quoddā caput illius prædicatiōis : & quicūq; à Petri soliditate recedere voluerit , deponatur.

k ¶ *Sacramentum.*] id est , hoc sanctum munus e.

l ¶ *Hunc.*]i. Petrum.

m ¶ *Indiuiduæ.*] scilicet Ecclesiæ.

n ¶ *Erat.*] i. ab eo qđ ipse Dominus erat, scilicet petra : voluit : eum vocari dominus Petrū. de consec.distinctione 2. reuera.

o ¶ *Et super hanc Petram.*] Per hanc dictionem non credo Dominum aliud demonstrasse, quàm hæc verba quæ Petrus respondit Domino cum dixit : Tu es Christus filius Dei viui : quia super illo articulo fidei fundata est Ecclesia [ergo super seipso fundauit Deus ecclesiam].

p ¶ *Appetere.*] id est , lacessere & calumniari.

q ¶ *Nec portæ.*] id est, vitia vel etiam hæreses:quia ecclesia non potest errare,vt 24.q. 1. à recta. Nec ecclesia potest esse nulla,vt 24.quæst. 1. pudenda. quia ipse Dominus rogauit pro ea vt non deficeret , vt 21. dist. c. 1. in fin.

a ¶ *Cupi*

a *al.posita est omnibus, quid quid.*

‖ Papę statutis non obediens, an sit hæreticus.

1 Poly.l.1.tit. 17. Ansel. l. 2. c. 21. Iuo par. 5.c. 11. & 349.

a Intellige cū determinatiōe eius quod legitur & not. extra de rescr. si quando. & dicit Hu.quòd canon iste potest intelligi esse datæ sententiæ. & pro hoc faciunt illa verba , prostratus & ibi iam dānatus. Archid.

al.exigendus

al.obedire.

b Argu. extra de natis ex lib. ven. c.1.l. altius. in glo. alle. ff. de cōd. indeb. frater à fratre. ff. de pact. cū in eo. 2 Poly.l. 1.tit. 25.Ansel.l.3.c. vlt. & l. 6.c. 212.

c ℨ.dist. prox. de quibus extra de offi.leg. prudentiā. 65. dist. c. 2. & 3. Archid.

voluit,proposita† est:ab omnibus quidquid statuit, quidquid ordinat , perpetuo, & irrefragabiliter obseruandum est.

Item Gregorius iiij.

¶ A Pontificibus sit alienus officiis, qui Apostolicis non vult obedire præceptis. C. V.

1 NVlli fas est vel velle , vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium; quod vestram sequi oportet charitatem.

2 ¶ Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus a , quisquis Apostolicis voluerit cōtraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris à sācto ministerio fiat; nec de cius iudicio b quisquā postea curam habeat,quoniā iam dānatus à sancta & Apostolica ecclesia,ac auctoritate,sua de inobediētia , atq; præsumptione à quoquā esse non dubitatur : quia maioris c excōmunicationis deiectione est abijciendus † ,cui sanctæ Ecclesiæ cōmissa fuerit disciplina , qui non solum præfatæ sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit , sed etiā aliis d , ne præterirent , insinuare. Sitq; alienus à diuinis , & Pontificalibus officiis , qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare † :

¶ *Caput hoc est in eadem epistola Gregorii iiij. ex qua sumptum est c. Decreto nostro.ℨ.2. q. 6. Extat autem in codice sæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ.*

Itē Augustinus de doctrina Christiana , lib. 2. c. 8.

¶ Inter canonicas scripturas Decretales epistolæ connumerantur. C. VI.

2 IN canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quāplurimum diuinarum scripturarū solertissimus indagator auctoritatē sequatur,inter quas sane illæ sint, quas Apostolica sedes habere f,& ab ea alij meruerunt accipere epistolas. Tenebit igitur hūc modum in scripturis canonicis, vt eas,quæ ab omnibus recipiuntur ecclesiis, præponat g eis,quas quædā nō accipiūt.In eis vero quæ nō accipiūtur ab omnib⁹,præponat eas,quas plures h,grauioresq; accipiunt eis, quas pauciores,minorisq; auctoritatis ecclesiæ tenent.Si autem alias inuenerit à pluribus,alias à grauioribus haberi (quāquam hoc inueniri i vix possit)æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶ *Caput hoc apud B. Augustinum loco indicato sic habet :* In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quāplurium auctoritatē sequatur:inter quas sane illæ sunt , quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis,vt eas,quæ ab omnibus accipiuntur ecclesiis, præponat eis,quas quædam non accipiunt. In eis vero , quæ non accipiuntur ab omnibus,præponat eas,quas plures, grauioresq; accipiūt,eis,quas pauciores, minorisq; auctoritatis ecclesiæ tenent.Si autem alias inuenerit à pluribus , alias à grauioribus haberi,(quamquam † hoc inueniri nō possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. *Quæ quidem B. Augustini sententia non ad decretales Romanorū Pontificum, sed ad canonicas,& sacras scripturas referenda est.*

Item Leo Papa I. ad episcopos Viennenses , epist. 87.

¶ Ministerij iudium se exortō intelligat , qui à soliditate Petri recedit. C. VII.

1 Burch. l.8.c. 62. Ino par. 7. c. 80. & par.8.c. 50.

2 Hunc textũ divit Brixien. in suo dictiona. in versi. mulier esse fin. ad hoc quòd nar rat.

3 Ino par.8.ca. 229. & 317.

4 al. contemnendo.

4 Repetitur §. dist.31. c. quicũque ex versione Diony. Burch. l. 8. c. 69. Ino par. 7. c. 82. & par 8.c. 310. & hoc secũdo loco ex hac eadem versione.

5 Burc. l. 8. c. 61. Ino par.7.cap. 78.

6 Burch. l. 8. cap. 60. Ino par. 7. c. 78.

7 Burch. l. 13. c. 219. Ino par. 4. c. 31.

8 Burc. l. 13. c. 5. Ino par. 4. c. 38.

9 Pann. l. 1. cap. 8.

10 Burch. l. 3. cap. 94. Ino par. 3. c. 84.

11 Burc. l. 3. c. 95.

12 Infra 31. q. c. si quis nuptias. ex versiõe Dionysij. Burc. l. 8. c. 61. Ino par. 7. cap. 79.

13 Ino par. 4. cap. 30.

14 Ino p. 8. cap. 318.

---

b Ad idem 93. dist. iuxta.

1 Ansel. l. 4. cap. 53.

c Dicit Ioan. de Fant. Quod dicit Ioan. non est verum: imo de iure communi est vt domestici admittantur. C. de rep. l. ex consensu. extra de test. insuper. nam edictum de testibus est prohibitorium: vt quilibet admittatur qui non prohibetur. ff. de test. l. 1. & de hac materia no. 3. q 5. in sum & c. 1. Archid.

d Dicit beatus Bernar. in lib. de diligendo Deum. causa diligendi Deũ Deus est: modus, sine modo diligere. ob duplicem causam Deum propter se diligendum dixerunt: siue quia iustius, siue quia nil diligi fructuosius potest. Archidia.

e Dicit Ioan. non est verum: imo de iure communi est vt domestici admittantur. C. de rep. l. ex consensu. extra de test. insuper. nam edictum de testibus est prohibitorium: vt quilibet admittatur qui non prohibetur. ff. de test. l. 1. & de hac materia no. 3. q 5. in sum & c. 1. Archid.

f Pater malus an sit extraneo bono præferendus.

Item ex eodem, cap. 17.

¶ De eodem. C. II.

1 Quæcumque a mulier, religioni α iudicans conuenire, comam sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius β, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tãquam resoluens ius subiectionis, anathema sit 2.

α ¶ Religioni.] græce est. Διὰ νομιζομένην ἁγνισμὸν: *id est*: Ob eam, quæ existimatur pietatis exercitatio: *quod Dionysius vertit*; propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam proprie ἁγνισμὸν nominabant. Burchardus, & Iuo in par. 7. secuti sunt versionem Dionysij, in octaua autẽ Iuo priscã.*

β ¶ Ad velamen eius.] *hæc non sunt in græco originali, neque in versione Dionysij. Videntur autem sumpta ex epist. prima ad Corinthios, c. ij.*

Item ex eodem, c. 14.

¶ De eodem. C. III.

3 Si qua mulier derelicto viro discedere b voluerit soluto vinculo coniugali, nuptias condemnando †, anathema sit.

Item ex eodem, c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

4 Si quis propter Deum virginitatem professus, in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema sit.

Item ex eodem, c. 9.

¶ De eodem. C. V.

5 Si quis vel virginitatem, vel cõtinentiam professus, tamquam abominabiles nuptias iudicat; & nõ propter hoc solum, quòd continentiæ, & virginitatis bonũ, sanctũ propositũ est, anathema sit.

γ ¶ Professus.] *Hic erat additum*, in coniugio: *quod neque est in canone græco, neque etiam in latino, qui citatur infra dist. 31. c. quicunque. neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.*

Item ex eodem, c. 13.

¶ De eodem. C. VI.

6 Si qua mulier suo proposito c vtile iudicans, vt virile veste vtatur; propter hoc virilem habitum imitetur d, anathema sit.

d ¶ Imitetur.] *Græce legitur.* Καὶ ἀντὶ τοῦ ἑαυτὸν γυναικεῖον ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβῃ. *quæ Dionysius exiguus apte vertit*, & pro solito muliebri amictu virilem sumit; *sicque habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

Item ex eodem, c. 18.

¶ De eodem. C. VII.

7 Si quis tanquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiusdem e diei contemptum f, anathema sit.

e ¶ In eiusdem.] *In originali huius prisca versionis est*, aut in eiusdem diei contemptum: *quod in versione Dionysij, quam attulerunt Burchardus, & Iuo, istis vocibus videtur exprimi*, aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in græco vulgato nihil est, quod istis respondeat.*

Item ex eodem, c. 19.

¶ De eodem. C. VIII.

8 Si quis eorũ, qui in proposito sunt continentiæ, propter necessitatem g corporalem superbiat, & ieiunia cõmunia putauerit contemnenda, totius ecclesiæ perfectam in sua conscientia iudicans rationem, anathema sit.

g ¶ Propter necessitatem.] *Nihil mutatum est ob glossas: ceterum multis modis discrepat à prisca versione, & à Dionysiana, quam secuti sunt Burchardus & Iuo. Prisca sic habet:* Si quis eorum, qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem, & superbiens ieiunia communia totius ecclesię putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. *Dionysiana autem hoc modo:* Si quis eorum, qui continentię studentes, absque necessitate corporea, tradita in cõmune ieiunia, & ab ecclesia custodita, superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. *Quæ versio in ceteris quidem partibus originali græco, etiam vulgato, satis respondet: sed in postrema insignis est varietas. Nam vbi Dionysius habet*; stimulo suæ cogitationis impulsus; *in græco vulgato est*, ἀποκυροῦν᾽ ἐν αὐτῷ τελέσαι λογισμοῦ, i. nimirum perfecta, quæ in ipso est, ratiocinatione, illa abrogante. *In manuscriptis autem huius canonis exẽplaribus partim est*, ὑποκυροῦντα. i. perfecta in eo residẽte ratione, *partim*, ὑποκυροῦντα. *id est*: perfecta, quæ in ipso est, ratione sibi auxilium ferente. *Notantur vero Eustachiani (quos postea Bogomilici sectati sunt) qui ita statuebant, peracto certo quodam ieiunio, ad eam se perfectæ vitæ rationem peruenisse; vt postea omnia sibi essent indifferentia, nullisque præceptis obligarẽtur; sed soluti omnino essent, ac ne peccare quidem possent: qua de re Balsamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem, c. 20.

¶ De eodem. C. IX.

9 Si quis per superbiam tanquam perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas h sanctorum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrãtur, spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorũ contemnendas, anathema sit.

Item ex eodem, c. 5.

¶ De eodem. C. X.

10 Si quis docet domum Dei cotemptibilem esse debere, & cõgregationes, quę in ea fiũt, anathema sit.

Item ex eodem, c. 6.

¶ De eodem. C. XI.

11 Si quis extra i ecclesiam priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones k, ipsamque ecclesiam apud se sine concilio † episcopi cum presbytero agat, anathema sit.

k ¶ Sanctiones.] *Post hoc verbum in prisca versione ista sunt interiecta*, aliterque ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum episcopi, ipsamque, *& cetera, quæ hic sequuntur. Dionysij autem versio, quæ optime respondet verbis græcis, & refertur à Burchardo, hæc est*: Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi; anathema sit.

Item ex eodem, c. 1.

¶ De eodem. C. XII.

12 Si quis nuptias in accusatione duxerit, & mulierem fidelem, ac religiosam cũ viro suo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquàm non posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

Item ex eodem, c. 2.

¶ De eodem. C. XIII.

13 Si quis carnem manducãtem ex fide l cum religione, præter sanguinem, & idolo immolatum m, & suffocatum, crediderit condemnãdum, tamquam spem non habentem, qui eam manducat, anathema sit.

Item ex eodem, c. 15.

¶ De eodem. C. XIIII.

14 Si quis dereliquerit proprios filios n suos, & non eos aluerit, & (quod pietatis o est) necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit.

o ¶ Quod pietatis est.] *Longe fidelius Dionysius:* & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat. *Græce enim est*: καὶ τὸ ὅσον ἐπ᾽ ἀυ τῷ, πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγη. *Subintelligitur autem particula negans, id est, μὴ, ex superiore membro.*

Si quis virorum.] CASVS. Quidam in quadam pretiosa veste iustitiam ponebat, quasi proposito cõtinentię cõueniret, reprehendens eos, qui alia veste vtebãtur. dicitur ꝙ talis anathema sit.

a ¶ *Veste.*] Sufficit ergo ꝙ quis veste vtatur secundum consuetudinẽ regionis. & sic transmõtani nõ coguntur vti affibulatis vestibus, vt Itali ci, non obstante noua constitutione, extra de vi. & honesta. cle. clerici. quia lex debet conuenire consuetudini, vt 8. distin. 4. erit.

Hæc autem scripsimus.] Hęc est secunda pars distin. in qua conci. interpretatur prędicta. Archid.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ea quæ statuta sunt in superioribus cap. non sunt statuta, nisi cõtra eos qui religionis habitum & propositũ continentiæ assumentes in superbiam efferũtur cõtra eos qui simpliciter viuunt; facientes noua statuta contra diuinas scripturas, & ecclesiasticos canones: illi vero cõmendantur, qui continentiam seruant, & propriis abrenuntiant cum humilitate: & qui diuitias possident cum iustitia, & bonis operibus.

b ¶ *Et noua.*] ff. de cõstitu. princ. in rebus.

c ¶ *Diuites.*] Hoc verum est de talibus, qui faciunt misericordiam non habentibus, vt 33. q. 5. secundum. nam & Dominus habuit pecuniam, vt 12. q. 1. exemplum. aliàs abiicienda est pecunia exemplo Cratis, vt 12. q. 2. gloria episcopi. §. Crates. ‖ nam aliena rapere conuincitur qui vltra necessaria sibi retinet, vt 42. dist. §. 1. Io.

c ¶ *Diuites.*]‖ Non est contra illud, facilius est camelum per foramẽ acus transire: quia illud de talibus intelligitur ꝙ in diuitiis spem ponentes, gratius intuentur aurum quàm solẽde quibus habetur 47. dist. sicut hi [a].

Si quis presbyter.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. in prima parte dicitur ꝙ si quis presbyter accepta publica pœnitentia in Die Dominica ieiunauerit ea intẽctione qua Manichæi ieiunabant, anathema sit. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Similiter.* dicitur quòd in diebus Dominicis & inter Pascha & Pentecosten non debemus flectere genua; sed vultu erecto orare ad Dominum. In tertia parte quæ incipit ibi, *Si quis etiam* dicitur: *Si quis non comedit carnes vel olera, in quibus carnes coquuntur, propter execrationem escarum, cõpelli debet degustare: & si no luerit, tamquam hæreticus deponatur.*

‖ Consuetudinem in vsu vestitũ debemus obseruare. † *al. berin*

2 Iuo p. 8. cap. 321.

[a] ¶ Presbyter.] *Sequebatur*, vel diaconus. *Quæ sublata sunt, quoniam absunt a pleriſque manuscriptis, & originali. Ceterum Burchardus, & Iuo similem canonem citant ex concilio Turon. atque ita habent:* Si quis propter publicam pœnitentiam à sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate. *In aliquot Gratiani manuscriptis est:* si quis præter publicam pœnitentiam, à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate, &c. *quæ optima videtur lectio. Nam in capite 18. cõcilij Gangrensis, vnde hoc videtur Martin⁹ sumpsisse, nulla presbyteri fit mentio, sed vniuerse pronuntiatur, vt supra ead. c. si quis tamquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, exercitationẽ, die Dominico ieiunet, anathema sit, *& verba illa:* absque aliqua necessitate, *videntur huc importata ex cap. 19. eiusdem concilij. Neque vero presbyteris huiusmodi pœnitentiæ more laicorum imponebantur. c. illud. cum sequentibus dist. 50. & c. fin. vers. nec enim. 82. dist. Sed quando in grauissima crimina publice incurrebant; depositi peregrinari iubebantur. c si quis sacerdos. 30. q. 1. c. sacerdos. de pœnit. dist. 6.*

[e] ¶ Similiter, quia.] *Hoc sumptum est ex c anone vltimo concilij Nicæni.*

[ſ] Non prosternant. *In codice Lucensi regio legitur:* non prostrati, sed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

[u] ¶ Si quis etiam.] *Hoc sumptum est ex concilio Ancyrano, c. 13. al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

Item ex eodem, c. 12.

¶ De eodem. C. XV.

1 SI quis virorum putauerit sancto proposito (id est continentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tamquam ex eo iustitiam habiturus; & reprehendat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris † vtuntur & alia, veste [a] communi, quæ in vsu est, anathema sit.

Item ex eodem c, vltimo.

¶ De eodem. C. XVI.

2 HÆc autem scripsimus non abscindentes eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt, sed eos [α], qui suscipiunt habitum eius, & in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simplicius viuunt. Sed & hos condemnamus, qui se extollũt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & nouab introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus; & renuntiationem sæculariũ negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum [β] vinculum, quod secundum castitatem † perdurat, honoramus; & diuites [c] cum iustitia, & operibus bonis non abiicimus. [γ].

[α] Eos, qui suscipiunt habitum] *Græce est:* τοὺς λαμβανοῦσι τὸν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν καὶ τῶν ἀφειλέτερον βιούντων ἐπαιρομένους ἢ καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας: id est, qui ex instituto exercitationis huiusmodi, capiunt occasionem sese efferendi, seque extollunt aduersus eos, qui simplicius viuũt, & aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones introducũt nouitates.

[β] Et nuptiarum vinculum.] *Græce:* καὶ γάμου σωφρόνων σεμνὸν, quæ Dionysius vertit: & nuptiarum castum vinculum.

[γ] ¶ Non abiicimus.] *Post hæc verba in concilio ipso proxime sequuntur, quæ habentur infra 6. parsimoniam. dist. 41.*

3 Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Anathematizatur, qui Manichæorum superstitiones sequitur. C. XVII.

3 SI quis presbyter propter publicam [d] pœnitentiam à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die Dominica pro qua dam religione ieiunauerit, sicut Manichæi, anathema sit. Similiter [e] quia quod ab Apostolis traditum est, canon tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paschæ vsque ad Pentecosten † non [ſ] prosternant [u] se in oratione causa † humilitatis: sed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus. Si quis [x] etiã non pro abstinentia, sed pro execratione escarũ à carne abstineat; placuit sancto concilio vt prægustet, & sic, si vult abstinere, abstineat. Si autem spernit, ita vt olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens, nec suspicionem hæresis à se remouens, deponatur de ordine clericatus.

[d] ¶ Presbyter.] *Sequebatur*, vel diaconus. *Quæ sublata sunt, quoniam absunt a pleriſque manuscriptis, & originali. Ceterum Burchardus, & Iuo similem canonem citant ex concilio Turon. atque ita habent:* Si quis propter publicam pœnitentiam à sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate. *In aliquot Gratiani manuscriptis est:* si quis præter publicam pœnitentiam, à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate, &c. *quæ optima videtur lectio. Nam in capite 18. cõcilij Gangrensis, vnde hoc videtur Martin⁹ sumpsisse, nulla presbyteri fit mentio, sed vniuerse pronuntiatur, vt supra ead. c. si quis tamquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, exercitationẽ, die Dominico ieiunet, anathema sit, *& verba illa:* absque aliqua necessitate, *videntur huc importata ex cap. 19. eiusdem concilij. Neque vero presbyteris huiusmodi pœnitentiæ more laicorum imponebantur. c. illud. cum sequentibus dist. 50. & c. fin. vers. nec enim. 82. dist. Sed quando in grauissima crimina publice incurrebant; depositi peregrinari iubebantur. c si quis sacerdos. 30. q. 1. c. sacerdos. de pœnit. dist. 6.*

[e] ¶ Similiter, quia.] *Hoc sumptum est ex c anone vltimo concilij Nicæni.*

[ſ] Non prosternant. *In codice Lucensi regio legitur:* non prostrati, sed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

[u] ¶ Si quis etiam.] *Hoc sumptum est ex concilio Ancyrano, c. 13. al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

DISTINCTIO XXXI.

Empus quoque, quia nondum erat institutum, vt sacerdotes continentiam seruarent.

[θ] Nondum.] *Quod ait hic Gratianus, fuisse tempus, quo nondum erat institutum, vt sacerdotes continentiam seruarẽt, in subdiaconis (Nam & hi sacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valetque idem sacerdotis nomen atque in sacris constitutus, vt infra ad initium distinctionis 33. notatur que in glossa. 1. q. 1. Qui per pecuniam (locum habere potest. Fuit enim tempus, cum subdiaconi in aliquibus prouinciis, vt in Sicilia, continentiæ legibus non adstringebantur: quod Gregorij locus, qui solus ad hanc rem confirmandam proxime à Gratiano citabitur, manifeste probat. Diaconis autem & presbyteris in Latina ecclesia nunquam licuisse vxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, vti, ex canonibus, qui post primum in hac eadem distinctione citantur, & aliis multis, præsertim epistola secunda Syricij ad Himerium Tarraconensem clare demonstratur.*

Vnde Gregorius scribit Petro subdiacono Siciliæ, lib. 1. epistola 42.

¶ Qui castitatem non promisit, ab vxore sua separari non cogatur. C. I.

4 ANte trienniũ subdiaconi omnium ecclesiarũ Sicilię prohibiti fuerãt, vt more Romanæ ecclesiæ nullatenus suis vxoribus

b Vt de conſt. diſt. 2. ſecundum. cum duobus cap. ſeq. ſecundum Hu. & c. ſi non.

c Vel ſ. ea. c. 1.

d Vel ſ. ea. ſecunda. vſque ad ſ. quem autem.

e Hoc facit ad prædictum 1. quod autem, vſque ad cap. Nicæna. Arc.

a Pan. l. 3. c. 89. Polyc. l. 4. tit. 31.

poſtea à Siricio repetitum in 82. dist. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quæ habetur 27. q. 2. multorum. de qua fit hic mentio. Est ergo casus huius cap. Pelagius fecit quandam constitutionem per quemdam diaconem nomine Seruumdei, vt omnes subdiaconi Siciliæ à suis vxoribus abstinerent, quas in minoribus ordinibus duxerant, aut ab officio cessarent: quam constitutionem, quia dura fuit & iniqua vt subdiaconi compellerentur ad continentiam, Greg. primus qui succeſſit Pelagio, retractauit, & statuit, vt nullus decetero fiat diaconus, nisi cõtinentiã promittat: ita tamen, vt mala præterita, id est, continentia, quæ solet esse iuuenibus mala, id est, pœnalis: vel mala si non seruetur, per violentiam non exigatur: & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Qui vero.* commendat illos qui constitutionẽ illam, quæ facta fuit ante triennium seruauerunt: & hortatur: eos vt debeant in suo proposito permanere. illi vero qui noluerint à suis vxoribus abstinere, promoueri non debent: quia nullus debet promoueri, nisi eius castitas fuerit approbata. Vel sic: Olim promouebantur subdiaconi non promissa continentia: & licite vtebantur vxoribus & beneficiis: Postea Pelagius prædecessor Gregorij statuit, vt vel contenti essent vxoribus tantũ, vel beneficiis tantum: de qua constitutione Greg. facit mentionem 27. q. 2. multorum. Postea idem Pela. aliam edidit constitutionem, in qua præcise prohibuit, vt subdiaconi nullo modo commiscẽri debeant amodo vxoribus suis: & illam constitutionem quidam subdiaconi seruabant: quidam non. sed quia illa constitutio fuit iniqua, scilicet quòd aliquis qui nõ promisit continentiam, cogeretur continere: ideo retractatur à Gre. & statuitur, ꝙ si qui subdiaconi non cognantur continere, nisi velint. si qui autem in futurum sunt ordinandi, non admittantur nisi promittant continentiam.

1 Sup. diſt. 28. c. Nullum.

[a] ¶ *Durum.*] Statutum Pelagij fuit contra Euangelium, in quo excipitur sola fornicatio [a]. 33. q. 2. quos Deus. & ideo reprobatum fuit. Sed quare reprobatur illa constitutio Pelagij, in qua statuit, vt aut beneficia, aut vxores dimittant: cum idem statuerit Alexander extra de cle. coniug. cap. 1. Sed dic, cum aliquis in minoribus ordinibus existens postea contrahit, potest priuari beneficio prius habito. & de illis loquitur Alexan. cum vero aliquis primo contrahit, & postea ecclesia scienter ei confert beneficium, potest non illud ei auferre: & de illis loquitur Pelagius. & ideo

[b] ¶ *Non inuenit.*] id est, non suscepit.

[c] ¶ *Promiserit.*] Hoc intelligo si habeat licentiam vxoris.

[d] ¶ *Mala.*] id est, continentia, quæ iuuenibus est mala. 33. q. 2. in adolescentia [b].

1 Afra diſt. 84. c. cũm præterito. Pann. l. 3. c. 95. Raba. pæn. c. 29.

2 Vt 3. q. 1. diuit.

b Sub. & ad quem, & ad oppo. 28. diſt. de his & accipitur hoc nomẽ, mala, pro pœna: & eſt ſenſus: à ſubdiaconis vxo-

CAVSA VERO. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, quòd causa huius constitutionis fuit munditia sacerdotalis. & hoc probat per vj. c. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, quòd propter munditiam sacerdotalem inducta fuit continentia in ecclesia: quia cum sacerdotes semper debeant orare, semper debent ab vxoribus abstinere. Et hoc probatur auctoritate Apostoli per seq. cap. quorum prima duo patent.

e *Acerdotibus.*] idẽ est de aliis clericis. Lauren.

f ¶ *Semper.*] id est, horis debitis. sic 3. eo. si laicus. 22. dist. sacrosan. & 3. 37. dist. de quibusdam. 36. dist. c. vlt. Arch.

g *Piscopos.*] Hoc c. habetur 84. dist. cũ in præterito.

h ¶ *Vel qui.*] id est subdiaconi. nam & subdiaconi sacramentis inseruiũt. 84. dist. cum in præterito. Et expone istud, vel, pro &, secundũ Hug. & ita p hoc, & per illud 3. 32. dist. placuit. supplet ur illud 84. dist. cum de quorũdam. quia hæc tria cap. sunt Carthaginensis concilij, & faciũt pro epi. Hug. secundũ Lau.

Item Innocentius I. Victricio Rothom. episcopo epist. 2. c. 9.

¶ Sacerdotes & Leuitæ non vxoribus suis misceri non debere. C. IIII.

4 TEnere debet omnino ecclesia, vt sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis non misceãtur; quia ministerij quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim [Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum [f] Dominus Deus vester.] Nam si priscis temporibus anno [g] vicis suæ de templo Dei sacerdotes non discedebant (sicut de Zacharia legimus) nec domum suam omnino tangebant, quibus vtique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere præcipiebatur [h]; quanto magis hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent; quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit [i] dies, qua vel à sacrificiis diuinis, vel à baptismatis [m] officio vacent?

PALEA. C. V.

5 NAm [β] sicut Paulus ad Corinthios scribit dicẽs [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi:] & hoc vtique laicis præcepit; multo magis sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi iuge sacrificium [k] est, semper debebũt ab huiusmodi consortio abstinere.

[β] Nam sicut.] *Hæc palea in duobus vaticanis (in quibus solis reperitur) est coniuncta cum superiori capite, quemadmodũ etiam in epistola Innocentij: & legitur.* Nam si Paulus. *Sed non est mutatum, quoniam est initium capitis.*

Item Exuperio Tholosano episcopo, epist. 3. c. 1.

¶ Qui ab vxoribus suis abstinent, ad sacrificia admittantur. C. VI.

6 FOs, ad' sacrificia fas sit admitti, qui vel cum vxore [n] non exerent carnale officium [o]

[γ] Eos.] *Apud Innocentium, & infra dist. 82. c. Proposuisti, vbi hoc idem est repetitum, legitur*, neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

rem habentibus sine voto per violentiã non exigatur continentia, sed ab ordinãdis decetero: quam si promittere noluerint, repellantur. Io. de Fã.

4 Burch. l. 2. cap. 118. Anſel. l. 7. c. 114. Iuo p. 6. c. 94. & 194. Pãn. l. 3. c. 94.

Leuit. 11. Luc. 1.

Num. 18.

† *al. præceptus fuerat*

5 Ibidem continenter Anſel. l. 7. c. 152. 1. *Cor. 7.*

al. officium

6 Infra diſtin. 82. c. proposuisti. Pãn. l. 3. c. 95.

‖ Cõmẽdare poteſt aliquis ſeipſum.

c Ad idem ꝙ dicit Bal. Custodi animam meam quoniã ſanctus ſum, &c. & in pſal. Inclina. Domine.

d Ideo autem ſit hoc, quia annus dicitur, ab an, quod eſt circũ, quia circumuoluitur ſic & qdlibet tẽpus. Lauren.

‖ Rapere aliena dicitur qui vltra necessitatem sibi retinet.

‖ Diuites aliqui boni sunt. 3 Apud Martinum Bracarensem, c. 57.

3 Burch. l. 13. cap. 20. Iuo par. 4. cap. 52.

a Et dicit Hierony. diuitias habuisti, requiem perdidisti. Dum vigilas augmentum diuitiarũ cogitas. Dum dormis latronem somnias. In die solicitus: in nocte pauidus, & sic semper mendicus. Archidia.

† *al. quinquagesimam*

‖ abest vox ista ab orig. *Ibid. c. 5.*

a Si

a *Laicus.*] ¶ *Orare.*] Quid de hac materia iuris sit, habes 33. quæst. 4. cap. 1. & 2.

b *Matrimonio carẽdum.*] ar. ‖ q; si aliqua sibi cohærẽt, vel si aliquid sequitur, ex alio, vno probato & reliquum est probatum [a], vt 33. dist. si quis viduam. 26. distin. deinde. 3. q. 6. hæc quippe. arg. contra ee pæ. dist. 1. sicut primi. in fin.

‖ Probato vno coniunctorum probatur reliquum.

a Sic de talibus vno concesso & aliud cõcessũ est 1. q. sicut Christus. vbi de hoc Arch.

QVOD AVTEM. CASVS Dicitur in hoc §. q; illud quod dictum fuit in Gangrensi conci. ſ. 28. dist. in c. si quis docuerit. & c. si quis discernit ex causa fuit statutũ, scilicet propter Manichæos, qui nuptias condemnabant exemplo sacerdotum. Et hoc probat duobus seq. cap. quæ plana sunt, & per se patent.

c ¶ *Quod autem.*] Respicit tria pen. cap. 28. dist. dicens q; illud statutum fuit propter hæresim Manichæorum, qui nuptias contemnunt.

Quicumque.] POTEST ET ALITER. Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, q; illud quòd supra dictũ est in ca. si quis docuerit. distin. 28. ex causa vel ex tẽpore intelligitur. Nunc autem aliter exponit, dicens q; illud cap. potest intelligi de sacerdotibus nostri tẽporis, vt si quis docuerit sacerdotẽ contemnere vxorem, quã in minoribus ordinibus duxit, vel cum erat laicus, vt eam à sua cura abijciat, cum qua postea cũ promoueretur cõtinentiam est professus, anathema sit. & hoc probatur per duo cap. seq.

d ¶ *In canone.*] ſ. 28. dist. si quis docuerit. Io. Ex.] CASVS. Rusticus Narbon. episcopus quæsiuit à Leone, vtrũ diaconi possint, vel debeant cognoscere vxores suas? Qui respondet, q; non, sed debent continere sicut episcopi & presbyteri. nam cum erant laici vel lectores, hoc eis licebat, sed postquam promoti sunt ad sacros ordines, cœpit eis non licere quod ante licebat; eas tamen à sua cura abijcere non debẽt, quin eis necessaria subministrent.

e ¶ *Eis non licere.*] Notã q; propter commutationem status incipit aliquid non licere quod prius licuit [b]. 12. q. 1. nolo. & 22. q. 2. ne quis arb.

Mnino.] CASVS. Abbas Niceta dicebat licere epõ, presbytero & diacono amplecti vxorem suam, & cognoscere. & hoc probabat auctoritate Apostoli dicentis se habere potestatem circunducendi mulierem sicut frater Domini, & Cephas. Leo autem Papa eum reprehendit, & scribens contra eum dicit non esse verum vt possint cũ ea dormire more solito; tamen debent eis largiri

¶ Sacerdoti ei esse semper oriendum, matrimonio semper est carendum. C. VII.

1 SI laicus, & quicumque fidelis orare [c] non potest, nisi carent officio coniugali; sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orãdum est: si semper orandũ est; ergo semper matrimonio carendum [b].

Quòd autẽ [c] Manichæorum causa de coniugio [α] sacerdotũ illud supradictum sit, ex Gangrensi concilio apparet, in quo c. 1. sic statutum legitur.

α ¶ De coniugio.] *Sequentem canonem Gratianus restringit ad coniugia sacerdotum, cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant aliquem Christianum etiam laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichæos, sed contra quemdam Eustathium, qui hunc errorẽ cum aliis multis in Armenia disseminauerat. Est autem caput hoc idem cum capite, si quis nuptias, supra dist. 30. sed ex alia versione.*

¶ Matrimonio uituperat. C. VIII.

2 SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut, quæ regnum Dei introire non possit, anathema sit.

Item ex eodem, c. 8. & 9.

¶ De eodem. C. IX.

3 QVicumque virginitatẽ custodiens, aut continentiæ studens, velut horrescens nuptias, nec propter hoc, quòd bonum, & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

Potest & aliter intelligi illud, quod in canone [d] Apostolorum legitur, vt iste sit sensus capituli: [si quis docet sacerdotem vxorem suam contemnere,] non quam vxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulauit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est ab animo, & cura sua abijcere, quin ei necessaria prouideat. Probatur autem hæc interpretatio auctoritate Leonis Papæ, qui epist. 90. c. 3. scribens Rustico Narbonensi episcopo ait.

¶ Maneries ab aris cum episcopis, & presbyteris eadem est lex continentiæ. C. X.

4 EX continentiæ eadem est altaris ministris, quę episcopis, atque presbyteris: qui cum essent laici, siue lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt, sed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere [e], quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat spiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant, sic habere, quo & salua sit charitas, & cessent † opera nuptiarum.

Itẽ Leo ßix. contra epist. Nicetæ Abb.

ß ¶ Leo.] *Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & monachi aduersus Latinos editum: quam responsionem, cum nomine Leonis ix. cuius erat legatus, scripserit, potest recte nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodij libro, nomine Symmachi citata inueniuntur, supra dist. 12. c. cõcilia. & infra 40. dist. c. nonos. & 81. dist. c. nemo recte. 8. q. 4. c. nõne. & 9. q. 3. c. aliorum. Ac supra dist. 22. nomine Nicolai ij. citatur caput,* Omnes. *quod habetur in oratione Petri Damiani.*

¶ Episcopus, vel presbyter vxorem propriam à cura sua non abiiciat. C. XI.

5 OMnino confitemur non licere episcopo, presbytero, diacono, subdiacono propriam vxorem causa religionis abijcere à cura sua, scilicet, vt ei victũ, & vestitũ [f] largiatur [g]; nõ vt cum illa ex more carnaliter iaceat. Sic & sanctos Apostolos legimus egisse, beato Paulo Apostolo dicẽte [h] [Nunquid [γ] non habemus potestatẽ mulierẽ sororem [i] circũducendi [k], sicut fratres Dñi, & Cephas?] Vide insipiens, quia nõ dixit [nũquid nõ habemus potestatem sororẽ mulierem amplectendi?] sed [circumducendi,] scilicet vt de mercede [l] prædicationis subsistẽtaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

γ ¶ Nunquid non habemus.] *variæ sunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in primo libro contra Iouinianum ostendit.*

Hinc & illud [m] Gregorij [Presbyter quidam.] quod require infra dist. sequenti. c. penultimo. ¶ *Vt igitur ex his auctoritatibus apparet, sacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria ministrare, debita vero reddere nõ valent.*

4 ¶ *Sed obijcitur illud tripertitæ historiæ, lib. 2. c. 14.*

¶ Eustasius Paphutij synodus non confirmit, quod presbyteri cum suis vxoribus non dormireãt. C. XII.

6 NIcæna synodus corrigere volens hominũ vitam in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliqui bus introducere [n] legẽ, vt episcopi, presbyteri, diaconi, & [α] subdiaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non

f ¶ *Et vestitum.*] ‖ Ex quo dicit victum & vestitum, videtur q; nomine victus non comprehendatur vestitus, vt ff. de transf. cum hi. §. qui transigit [c]. quod non est verum. ff. de ver. sig. verbo, victus.

‖ Victus nomine cõprehenditur vestitus. c Vbi non est hoc verum ff. quoad transactionẽ, alias bene contingetur. Aschid.

g ¶ *Largiatur.*] sequestrato tamen habitaculo, vt 77. dist. episcopus. & hoc cum persona est suspecta.

h ¶ *Paulo apostolo dicente.*] Ducebant enim vxores secum, vt seruirẽt eis in cibis parandis, & ab eis pascerentur (cum essent pauperes) de mercede prædicationis.

i ¶ *Sororem.*] id est, quasi sororem.

k ¶ *Circumducendi.*] nobiscum.

l ¶ *Vt de mercede.*] arg. ‖ q; si quis habet vxorem & filios, de bonis ecclesiæ ipsos potest pascere, si non habet propria. vt 86. dist. non satis. ſ. dist. proxi. si quis vero. & 50. dist. studeat. in fi. & 37. distin. legant. quia nemo carnem suam vmquã odio habuit, vt 13. q. 2. nõ æstimemus. & hæc vera sunt si indigent [d]. alias secus, vt 28. distin. de Syracusanæ. vnde & si viro relictus est vsus alicuius rei, mulier eadem re potest vti, vt ff. de vsu & habi. l. cererum. §. mulier.

‖ Clericus non debet esse mercenarius.

d Ad hoc n. q. 1. habetur. in pri.

m ¶ *Hinc & illud.*] ſ. in illo c. presbyter quidam. quod. est ſ. distin. proxi. Ioan.

1. Cor. 9.

VT IGITVR. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, q; sacerdotes debent suis vxoribus cum quibus in minoribus ordinibus vel in laicali habitu contraxerunt, necessaria ministrare, sed debitũ reddere non valent. Sed contra hoc duo sequentia cap. inducuntur, scilicet quòd sacerdotes debent reddere debitum vxoribus suis.

SED OBIICIVR. Hæc est 4. pars distin. in qua ponit duos canones orientales, in quibus cõceditur clericis habere vxores. Ioan. de Fan.

NIcæna synodus.] CASVS. Nicæna synodus volebat legẽ imponere & necessitatem episcopis, presbyteris, diaconibus & subdiaconibus vt seruarent castitatem cum vxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerunt. Sed quia hæc lex erat occasio fornicandi, furrexit Paphnutius cõfessor inexpertus nuptiarum, & synodo contradixit ne talem poneret legem, cũ castitas sit cognoscere vxorem propriam. synodus autem sententiam eius laudauit, & approbauit.

n ¶ *Introducere.*] de consensu vxoris, aliter esset iniqua.

a ¶ *Casti*

a ¶ *Castitatẽ.*] sic qui bene comedit, abstinẽs est. 44. dist. cõuiuia. in fi.

b ¶ *Sententiam.*] ‖ Vnus ergo potest contradicere toti vniuersitati [a]

‖ Contradicere potest vnus multis. a Et est hic arg. q; vnus canonicus potest se opponere pro detentione ecclesiæ sua. Ad idem extra de concess. præbẽd. ex parte. vbi dicit Ioan. de Fan. hoc esse verum etiam si capitulum illius ecclesiæ noller defendere. & hoc fauore ecclesiæ. arg. ff. de libe. ra. caul. l. 1. 2. & ſ.

‖ Adde glo. concor. in eo. proposuistis. in ver. effore ſ. 60. distin.

eo quì mit. in pos. cap. cum sicut. ff. de arbi. Item si vnus. §. vltim. C. de vete. iu. enu. l. 1. §. sedis, &c.

Quoniam.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur q; in canone Romano statutũ erat quòd diacones & presbyteri orientalis ecclesiæ deberent cõtinentiam profiteri: quod male seruabant, quod sexta synodus, cognouit: ideo statuit iuxta antiquum canonem Apostolorum, vt vnusquisque clericus suam possit habere vxorem: nec propter hoc repellatur à promotione si dignus fuerit: nec tempore sux ordinationis cogatur continentiam profiteri: eo tamen tempore quo ministrat altario, debet abstinere. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Si quis*, dicitur quòd si quis presbyteros vel diacones à cõtactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet: & quicumque clericus causa religionis suam vxorem adiecerit, deponi debet si in contumacia perseueret.

‖ Vir debitum vxori non semper nec vbique reddere tenetur. a Pãl. l. 1. c. 86. ‖ *Ege dignus.* sed ob glossam non est mutatum.

c ¶ *Quoniam.*] id est, quamuis.

d ¶ *Romani.*] Hic assignatur differentia inter orientales & occidẽtales.

e ¶ *Qui ordinati sunt.*] id est, ordinantur.

f ¶ *Apostolicæ.*] quia Apostolus præcepit, vt vir reddat debitum vxori. 33. quæst. 1. c. 1.

g ¶ *Opportuno.*] ‖ istud est contra Gandulphum & alios, qui dicunt quòd vir quolibet loco etiam in ecclesia, & quolibet tempore tenetur reddere debitum vxori petenti. Sed hoc nõ est verum: quia sicut debitor non debet semper venire cũ sacco paratus, vt ff. de fo. quod dicimus. sic nec vir semper debet esse paratus. 33. quæst. 4. Christiano [b].

b Melius ea causa &c. q. c. a. pothelus. in gl. vlt.

h ¶ *Diligens.*] dignus.

i ¶ *Continentes.*] Sed nunquid in orientali ecclesia vir potest promoueri sine licentia vxoris? Dicit H. q; sic [c]: quia nec sit ei præiudiciũ aliquod. Sed certe præiudiciũ fit ei: quia post mortem viri non potest contrahere [d]. Item & in alio fit ei præiudiciũ: quia tempore vicis suæ non debet ei cõmiscere: cum etiam ad tẽpus vir inuita vxore non possit orare, vt 33. q. 4. Apostolus. sed ibi expone orare, i. peregrinari Ioan. HOC AVTEM. CASVS Modo Gratianus soluit supra dictam obiectionẽ: & dicit q; hæc duo cap. intelliguntur de clericis orientalis ecclesiæ, qui nõ suscepe runt votũ castitatis, cui sexta synodus præfuit: licet occidentalis sic: & hoc probatur per sequẽs cap.

c scilicet Lau. contra.

d Ordinandi ſ sed ob glossã non est mutatum.

Liter.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q; alia est traditio orientalis ecclesiæ, & alia occidentalis. Nam in orientali ecclesia omnes clerici indistincte possunt vti matrimonio contracto. In occidentali vero ecclesia aliter seruatur.

k ¶ *Copulantur.*] id est, copulato veniunt [e]. Multi ex hac littera dixerũt, quòd orientales possunt contrahere in sacris ordinibus. sed eis obstat ſ. distin. proxi. si quis eorũ. sed ipsi dicunt quòd ibi sexta synodus nobis præfixit regulam.

e Id est, carnaliter communicant. sæpe enim inuenitur copulari pro carnaliter cõmiscere: & copulatio pro carnali cõmistione vxoris. proxi. 29. q. 1. 6. nosse. 27. q. 2. Agatho. 32. & c. primo. quam. secundum Hu.

SIMILITER. CASVS. In hoc §. ostendit Gratianus qualiter intelligantur tria cap. in 28. dist. scilicet, consulendũ. & presbyterũ. & si quis discernit. & vnum cap. in 34. dist. si subdiaconus. Dicit enim q; illud cap. consulẽdum. locale fuit: quia Bulgari nõdum susceperant votum continentiæ. In cap. presbyterum. nõ legitimæ nuptiæ intelliguntur secundæ, scilicet, si quis discernit. locale fuit: vel intelligitur de vxore quæ ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter ca. illud, si subdiaconus. de secunda vxore intelligitur.

1 ¶ *Nicolai.*] 28. dist. consulendum.

m ¶ *Synodi.*] 25. distin. presbyterum.

n ¶ *Si quis.*] ſ. 28. dist. si quis.

o ¶ *Si subdiaconus.*] ſ. 24. dist. si subdiaconus.

3 Pann. l. 1. c. 84.

4 Supra 18. dist. c. vlt.

5 Sup. 28. dist. c. presbyterũ.

6 Sup. 28. dist. cap. si quis.

7 Infra 24. dist. c. si subdiaconus ex Martino Bracarẽsi.

‖ Clerici in quattuor sacris ordinibus constituti cõtinere tenentur.

SErũanda.] Hæc distinct. diuiditur in ſes partes In prima parte probat q; in sacris nullus potest habere vxorem: in minoribus autem potest: & etiã habere beneficiũ. hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, *Nullus*, Tertia ibi, *Verum*. Quarta ibi, *Prohibentur*. Quinta ibi, *Interdixit*. Sexta ibi, *Presbyteram*. Ioannes de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 32. dist. in qua dicitur, q; in occidentali ecclesia clerici in sacris ordinib [o] constituti debent continentiam seruare, vt probatur per sequens cap. Sed in minoribus ordinibus nõ coguntur: & hoc per cap. ſ. ea. seriatim.

p ¶ *Seruanda est.*] In hac 32. dist. adhuc prosequitur de cõtinentia clericorum. ‖ Dicit ergo q; cõstituti in quattuor sacris ordinibus tenentur continere: & qui non fuerint continentes, priuantur officio: & beneficio: & si habent publicas cõcubinas, nullus

Missam

3 Sup. dist. 30. c. si quis vel virginitatem. ex alia versiõe Burch. l. 8. c. 6. Iuo p. 7. c. 79. Sup. distin. 28. c. si quis.

b Ad hoc ſ. 27. q. 1. nuptiarũ. 32. q. vlt. c. vlt. 17. q. 1. sunt quidam. & habes etiam ad hoc 88. distin. fornicari. ff. de solu. cũ quis. 1. respon. arg. contra extra de diuort. gaudemus. Arch. 4 Burc l. 2. c. 114. Anſ. l. 7. c. 125. & 6. c. 204. Polyc. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 68. Pan. l. 3. c. 106. 1. Cor. 7.

Missam eorum audiat a. & vt facilius possint seruare continentiã, præcipitur eis vt extranearum feminarum familiaritatem vitent b. Ioã. Sed numquid quilibet ordo est sacer? Et certe videtur q̃ sic. nam dicitur in lib. 4. sententiarum, 22. dist. cap. 1. in princ. quòd ordo est sacrum signaculum, in quo traditur spiritualis potestas ordinato, & officium: & in quolibet ordine confertur gratia si digne sumat, vt ibi dicitur. Solut. reuera quilibet ordo c sacer est: sed quattuor præcipue dicuntur sacri à sanctimonia, id est, castitate & continentia, quam indicunt ℨ. 28. dist. nullum. & cap. decernimus.

¶ Neque etiam subdiaconis connubium conceditur. C. I.

1 OMnium sacerdotum tam excellens est electio, vt hęc, quæ in aliis a membris ecclesiæ vacant †, à culpa; in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum b ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconis quidem connubiũ carnale conceditur; vt & qui habent, sint tamquam non habentes; & qui non habent, p maneant singulares d. Quod si in hoc ordine e, qui quartus est à capitee, dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secundo, tertiove seruandum est; ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se à volupte vxoria α nec dum frenasse deteatur.

α ¶ Vxoria.] *Sic emendatum est ex epistola Leonis, & ceteris collectoribus, præterquam Iuone in parte 6. c. 98. nam ibi est, vt antea apud Gratianum*, luxuriæ. *Ex isto autem epistolæ loco ostenditur eo quoque tempore in multis ecclesiis eam fuisse consuetudinem, vt subdiaconi à proprijs vxoribus abstinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatim omnibus ecclesiis præceptum, quippe tum in Sicilia aliter obseruaretur. cap. nullum. supra distin. 28. & cap. ante triennium. dist. 31.*

[*Item* f *Gregorius Leoni Episcopo Catin. lib. 3. epist. 34.*]

PALEA. C. II.

2 MVltorum relatione comperimus hanc apud vos olim consuetudinẽ tenuisse, vt subdiaconi suis licite miscerentur vxoribus. Quod ne denuo quisquam præsumeret, à Seruodei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitũ, vt eodem tempore ij, qui iam vxoribus fuerãt copulati, vnum è duobus eligerent, id est, aut à suis vxoribus abstinerẽt, aut certe ministrare nulla ratione præsumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarij quidem gessit officium, & à ministerio quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. *& post aliqua.* ¶ De cetero vero fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc iã officium cõtigerit promoueri, hoc quàm maxime diligẽter inspiciat, ne si vxores habẽt, miscendi se cum eis licentia potiantur; sed ad similitudinẽ Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Item Gregorius Augustino Anglorum Episcopo, cap. 2. ad secundam interrogationem.

¶ Extra sacros ordines constituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia ℨ accipiant. C. III.

3 SI qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius ℨ accipere; quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quòd diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus viuant; & canẽdis psalmis inuigilent h, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent.

Item Nicolaus Papa Odonis † Viennensi Archiepiscopo.

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet. C. IIII.

4 DE illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatum caste vixisse dicitis, cur vestra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quòd nulli vmquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem ducendi † licentiam damus i.

5 Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis. C. V.

2 6 NVllus Missam audiat k presbyteri, quem scit l concubinam indubitanter habere, aut subintroductã mulierem. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens [Quicumque sacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in β subsequenti capitulo Alexandri secundi continetur.*]

β ¶ Sicut in subsequenti.] *Hæc clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quæ proxime ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus secundus in epistola, quæ extat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander secundus (vt ipse etiam testatur in epistola manuscripta) in concilio à se habito ijsdem verbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.*

Item Alexander secundus 7.

i ¶ *Damus.*] ¶ Sed numquid Papa dare potest subdiacono licentiam contrahendi? Videtur quòd sic. Nam dispensat ecclesia cum consanguineis d, & dispensat in aliis votis, vt extra de vot. & voti redempt. ex multa. & in iuramentis, vt 15. q. 6. auctoritatem. vbi dicitur; dissolue obligationes impietatis. Econtra videtur, vt extra de statu mona. cum ad monasterium. in fin. Solut. si votum ipsum obliget ordinatum, Papa non potest dispẽsare. sed si constitutio obliget, & non votum, tunc potest Papa dispensare: quia cõtra constitutiones ecclesiæ bene dispensat. 25. q. 1. sunt quidam. Ioan. Ego credo quòd Papa possit * dispensare, cum hoc non sit contra articulos fidei e, & ipse habeat plenitudinem potestatis, vt 2. quæst. 6. decreto. & ca. sequent. Bart.

NVllus. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur quod in duobus cap. sequen. continetur. Ioan. de Fant.

CASVS. Præcepit Nicolaus Papa in hoc cap. vt nullus audiat Missam facerdotis, quem scit indubitanter habere concubinam, aut subintroductam mulierem. Synodus etiam hoc sub excommunicatione præcipit. quod sequitur, est §. Gratiani.

k ¶ *Audiat.*] Contrarium legitur 28. distinct. consulendum. 15. quæst. vlti. cap. vlt. Sed hic loquitur de illo cuius crimen notorium est vel per sententiam, vel per propriam confessionem, vt extra de cohabi. cleri. & muli. vestra. Immo si adhuc post sententiam corrigi voluerit, non dicam eum suspensum ipso iure, vt 81. distinct. si qui sunt presbyteri. extra de cohabit. clerico. & mulie. cap. sicut. Bart. tamen dicit hunc canonem fuisse quandoque latæ sententiæ; sed hodie non esse: & hoc quod dixi spirituale est in hoc crimine fornicationis, vt notorius fornicator sit suspensus ipso iure, & etiam simoniacus, vt §. verum. sed in aliis criminibus non est expressum. ‖ & ideo licet notoria sint, non est propter illa abstinendum ab officiis ipsorum. vel dic quòd licet notorius fornicator ipso actu sit suspensus, tamen propter contrarium actum ipso iure restituitur ei officiũ. 81. distin. si qui sunt. vnde quàm cito pœnitet, licite celebrat. Ioan. Sed certe quidquid dicat Ioan. hoc tene pro certo, siue sit notorium per sententiam, siue per confessionem, vel per rei euidentiam de fornicatione ipsius, quòd vitari debet, vt extra de cohabita. clericor. cap. vltim. Bart.

l ¶ *Quem scit.*] scientia iuris, non facti. Ioan. f

Præter.

a Vtj. c. null⁹. & cap. præter hoc. Archid.
b Inf. a ea. interdixie. & c sequen.
c Hic quæro an ordo sit vnum sacramentum? Die secũdum Pe. quòd vnum dicitur perfectione vnius finis: quia cõstituitur ex diuersis ordinibus specialibus, quorum ordinantur ad vnum actũ cõsecrationis, sicut etiam domus vna dicitur. Archid.
1 Burch. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 148. Ansel. l. 7. cap. 137. & l. 6. c. 18. in fin. Iuo p. 5. c. 59. & p. 6. c. 98. & 221. Pan. l. 3. c. 100.
† *al. non vocantur ad culpam.*
‖ Episcopatus est ordo.
d ¶ *In hoc ordine.*] id est, subdiaconali.
e ¶ *A capite.*] id est, ab episcopatu. ‖ & sic videtur quòd episcopatus sit ordo. 5 4. dist. si seruus. & 93. distin. diacones. & dist. 21. cleros. sic 28. dist. nullum.
f ¶ *Item.*] Hic habent quidam cap. quod est 27. q. 2. multorum, &c.
2 Infra 27. q. 2. Anſ. l. 7. c. 138. Polycarp. l. 4. tit. 31.
g ¶ *Exterius.*] Signatur cõtrarium. 12. q. 1. necessaria. & de consc. dist. 5. in omnib⁹. vbi dicitur, quòd omnes clerici simul dormient. Sed dic, vt no. 12. q. 1. quia tua.
h ¶ *Inuigilent.*] Licet enim sint vxorati, tamen abstinebũt à negotiatione & armis, vt 88. distin. fornicari. 20. q. 3. eos. sic extra de elect. transmissam. & 81. dist. dictum.

De illo.] CASVS. Quidam episcop⁹ permisit alicui subdiacono ducere vxorem, de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cum tantum clericis infra subdiaconatum liceat contrahere matrimonium.

‖ Subdiaconus an de licentia Papæ possit cõtrahere.
d Scilicet vt contrahãt. g. q. 3. quidam. & c. quòd scripsi.
† *al. Aluis*
4 Iuo p. 6. c. 219.
† *al. Aluis*
† *al. habenti*
5 In synodo Romana cxiij. episcoporũ in basilica Constantiniana.
6 Pann. l. 3. c. 135.
‖ Concubinarij an sciendi sicio fugiãt.
7 In epistola nonagesima nona ut dicata.
f Et ego sic debeat intelligi, probatur 50. q. 1. c. 2. ibi de hoc in gl. arg. quòd, & extra not. Arch.

PRæter.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd nullus debet audire Missam presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, vel subintroductã mulierem. Vnde etiam sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens. ¶ Quicumque sacerdos, diaconus, subdiaconus post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis 2, ac Nicolai de castitate clericorum, cõcubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorum Apostolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt Missas non cantet, nec Euangelium, aut Epistolam ad Missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cum his qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia a suscipiat. ¶ Præcipientes etiam statuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eisdem prædecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint, iuxta ecclesias, quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosos clericos) simul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab ecclesiis competit, communiter habeant. Et rogantes a monemus, vt ad Apostolicam, communem scilicet vitã, summopere peruenire studeant; quatenus perfectionem cum his cõsecuti, qui centesimo fructu ditantur, in cœlesti patria mereantur adscribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes viuorum, & mortuorum ecclesiis Dei, fideliter reddantur à laicis; & vt in dispositione b episcoporum sint, quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione seperentur c.

γ ¶ A communione.] *In decretalibus legitur* à communione, si presbyter, duobus: si diaconus, ab omni officio suspendatur. *Apud Burchardum est,* se à cõmunione suspendat, presbyter duobus: diaconus vno ab omni officio, & cõmunione suspẽdatur: *neque multo aliter apud Iuonem par. 6. & in cõcilio Epaunensi. In Agathensi autem, & apud Iuonem par. 5.* Se à cõmunione suspendat; presbyter duobus mensibus se abstineat: diaconus vero ab omni officio, & l communione cessabit. *Verũ apud eundem Iuonem par. 13. ex concilio item Agathensi hoc modo legitur:* se à communione abstineat; presbyter duobus mensibus se abstineat; diaconus vno ab omni officio, vel communione cesset.

PALEA. C. III.

4 OMnibus seruis Dei venationes, & siluaticas vagationes † cum canibus: & vt accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

¶ *Hæc etiam Palea habetur eod. tit. de cleric. ven. c. 2. vbi ex eodem concilio Aurelianensi citatur, quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. Sententia iisdem pene verbis est in synodo Francica sub Zacharia Papa, quæ & conciliorum tomis est inserta, & habetur lib. 5. capitular. cap. 2. & manuscriptis etiam inter epistolas Zachariæ in coniice sæpe memorato monasterij Dominicanorum.*

Concubina l *autem hic ea intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur* m *hanc coniugem facit affectus: concubinam vero lex* n *nominat. De hac dicitur in concilio Toletano* 1. *cap.* 17.

q clerici non debent interesse conuiuiis nuptiarum. In fine ostendit propter cuius viduæ copulã quis impeditur à promotione.

Vorũdam.] SVS. Lanfredus episcopus in duobus peccabat: scilicet in venatione more Germanorũ & Gallorum, & in immoderata filiæ suæ familiaritate: propter quæ mala fama erat orta de ipso: & ideo sæpe correptus ab Aluino & eius suffragancis fuit: nullatenus tamen emẽdatus fuit: quare Nicolaus præcepit vt cõcilio episcoporũ conuocato moneant illum, vt à supradictis se abstineat: quòd si non fecerit, excommunicetur: tandem si contumax fuerit, deponatur.

c ¶ *Germanos.*] id est, Theutonicos, qui sunt vere rum germen, vel vere nobiles. Arg. extra de elect. venerabilem. & de præben. venerabilis.

f ¶ *Venatorem.*] existentem venatorem: ne obiiciatur de Eustachio. S6. distinct. Efau.

ADDITIO. Sub. qui prius fuit venator, postea fuit sanctus: potest tamen aliquis simul esse venator & sanctus. Archidiacon.

g ¶ *Fama.*] non quòd aliquid ibi fœui criminis existimaretur propter fœdus naturæ c. scilicet ga coram omnibus eam minis osculabatur, & ponebat manus in gremiũ eius: & ideo fuit ei indicta purgatio. sic extra de pur. cano. cap. cum in iuuentute.

h ¶ *Episcopis.*] Argu. ‖ quòd solus metropolitanus ‖ non potest audire causam d episcopi, etiã ciuilem, vt 11. quæst. 1. si clericus. & 6. q. 4. si inter.

i ¶ *Bestiarum.*] infra 86. dist. qui venatoribus.

k ¶ *Excommunicatus abscedat.*] vt non interfit cum eis negotiis communibus.

CONCVBINA.

CASVS. Dicitur hic q in præcẽdenti distinc. accipitur concubina, quæ cognoscitur vxoris affectu: sed non fuit ducta cum solennitate e: & talem lex concubinam vocat. Duo sequentia capitula plana sunt.

l ¶ *Concubina.*] hic respicit id quod dixi suprà proxi. distinct. cap. 1.

m ¶ *Asciscitur.*] idest amplectitur.

n ¶ *Lex.* e] Canonica, vt infra cap. proxi. vel etiam lex ciuilis: quia concubinatus à lege nomen accepit, vt ff. de concub. in concubinatu.

c Id est, propter sanguinis propinquitatem. extra de praesump. cum in iuuentute. Cuicap. ibi eũ qui. Archi.

† al. vel

† al. si fuerit

‖ Archiepiscopus solus excommunicam episcopi audiremet potest. d Scilicet ni statum et interrat. nam ex retio hic agitur. Archid. e Extra de clandestina despon. c. 1. Bur. lo. c. 180. Iuo p. 6. c. 181.

† al. fuerint

a *Is qui,*]

¶ Qui non habet vxorem, sed loco illius concubinam, à communione non repellitur. C. IIII.

1 IS, a qui non habet vxorem, & pro vxore cõcubinam habet; à communione non repellatur: tamen † vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ sit coniunctione b contentus.

Ioo p. 8. c. 64. Pan. l. 6. c. 49.

† al. tantum

† al. fidelium

a ¶ Is qui non.] *Integer concilij canon, qui apud Iuonem quoque, & in Panormia refertur, est hic:* Si quis habens vxorem fidelis † 3 concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à cõmunione non repellatur: tamen †, vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) sit cõiunctione cõtentus. Aliàs viuens abiiciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam reuertatur. *Neque vero omne concubinarum genus eo etiam tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentilium Imperatorũ legatur, nihil opus est referre. Certe Iustinianus nouella. 18. c. 5. (vt est apud Iulianum antecessorem) quasdam cõcubinas comparat quodammodo vxoribus: quæ sine dotalium tabularũ solennitate ductæ fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum est, quod scripsit B. Augustinus in libro de bono coniugali, & refertur infra 32. q. 2. c. solet. In quibus hæc tria erãt necessaria: primum vt vterque esset solutus: deinde fides mutua, quòd alteri non iungerentur, neque à procreatione filiorum abhorrerent: tertium, vt vsque ad mortem in ea vitæ coniunctione manendum sibi proponerent. Et in his quidem scribit B. Augustinus posse aliquo modo dici, nuptias esse, & connubium; quamuis sic habitam non audeat appellare vxorem: quia non interuenerant instrumenta dotalia, & alia, quæ iure ciuili, & canonico requirebantur, vt esset legitima vxor: quod habetur in prædicta nouella 18. & infra 30. q. 5. c. aliter. Itaque huiusmodi mulieres, cum non essent vxores, vocabantur concubinæ: sed ob illa tria, ac præcipue, quòd in affectu maritali permanere statuerant, permittebatur ipsis communicare: habebantúrque tamquam vxores minus solenniter ductæ. Et hoc est: quod hic, & in sequenti capite dicitur, pro vxore, & loco vxoris habere concubinam: Idque Gratianus ipse ad finem capitis antecedentis §. cõcubina. indicauit. Nam concubinarum ad tempus adhibitarum, etiam si filiorum procreandorum causa haberentur, plane illicitus erat cõcubinatus: quod asserit idem B. Augustinus. c. audite. infra ead. & in codẽ libro de bono cõiugali. c. concubinæ. 3. 32. q. 2.*

Idem Isidorus de distantia † noui, & veteris testamenti.

¶ De eodem. C. V.

2 CHristiano non dicam plurimas 3, sed nec duas simul habere licitum est, nisi vnam tantum, aut vxorẽ, aut certe loco vxoris, (si coniunx deest) concubinã c.

[*Ex dictis Augustini in lib. 5. homiliarum, homilia* 49.]

¶ PALEA. C. VI.

3 AVdite chariſſimi membra Christi, & matris catholicæ ecclesiæ filij. Quod dico competentibus ß, & fidelibus, audiãt pœnitẽtes. Quod dico fidelibus, dico & competentibus, & pœnitẽtibus. Audiãt catechumeni; audiãt omnes, omnes timeant; nemo cõtemnat: sit mihi in consolationẽ vester auditus; ne vobis sit in testimoniũ dolor meus: Competentibus dico; fornicari vobis non licet: sufficiant vobis vxores γ; audiat Deus, si vos surdi estis; audiant Angeli, si vos contemnitis. Cõcubinas vobis habere non licet: & si non habetis vxores; tamen non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittatis, & ducatis vxores: tanto magis dãnatio vobis erit, si volueritis habere vxores & concubinas.

ß ¶ Competentibus.] *Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinẽ restituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Augustinus in sermone ad competentes: atque intelligi etiam potest ex eodem B. Augustino alibi, & ex aliis.*

γ ¶ Vxores.] *In hac præcipua parte non sunt relata propria verba B. Augustini: sed nonnulla omissa, ac mutata. Nam ipse ita scribit:* sufficiãt vobis vxores, aut nec vxores: cõcubinas vobis habere non licet; Audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli eius, si vos contemnitis: concubinas vobis habere nõ licet: si audiant cõpetentes, quod dico fidelibus, non habetis vxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea ducatis vxores; quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & vxores dimittatis?

Ceterũ, si non talis concubina fuerit, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dinoscitur: apostolica concessione ad ordinem diaconatus prouehi potest.

Vnde Pelagius Papa scribit Florentino † episcopo.

¶ Quo † mortem vxoris habuerit de ancilla filio, diaconus fieri permittitur. C. VII.

5 FRaternitatis tuæ relatione suscepta, eius latorem secũdas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus, castitatem tamen eum † priori non seruasse cõiugio designasti. Et quamuis multa sint, quæ in huiusmodi casibus obseruari canonice iubeat sublimitatis † auctoritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur d in omnibus manere censuram, & ætas istius de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dinoscitur: vt ad diaconatum possit prouehi, temporum, vt dictum est, conscendentes defectui concessisse nos noueris. *& infra* ¶. Micenam † vero ancillam eius, de qua se post trãsitum vxoris filios, habere confessus est, iubemus, vt tua dispositione cuiquam monasterio continentiam professura e tradatur f.

5 Ansel. l. 7. cã. 68. al. 71. Poly. l. 2. tit. 1.

† al. cum

† al. Micin ã

f ¶ Tradatur.] *Apud Anselmum sequitur:* vt meliori forte ad quod promouetur officium, sub bonæ possit famæ merito ministrare; nec aliqua opinionis eius maculandæ relinquatur occasio: *neque multo aliter in Polycarpo.*

Hoc ex dispensatione misericordiæ: ceterum ex rigore disciplinæ intelligitur illud Aurelianensis g *concilij.*

g ¶ Aurelianensis.] *hæc ad verbum habentur in conc. Gerundensi, c. 8.*

¶ Non admittatur ad clerum, qui præter vxorem aliam cognouerit. C. VIII.

6 SI quis de laicis post vxorem, aliam cuiuscumque conditionis cognouerit mulierem, in clericum nullatenus † admittatur.

6 Rure c. 8. Iuo p. 6

4 *Quod ergo de pellice, & meretrice apud Gregorium, & Innocentium scribitur: propter spem futuræ incõtinentiæ constitutum creditur: quia difficile continentiam seruat, qui se illicito concubitu maculare non metuit. Vel* † *prohibetur ordi-*

† al.

a ¶ *Meretricari.*] hæc ratio non valet: quia numquam maritus corruptæ promouetur.

Crandum.] CASVS. In hoc c. dicitur ꝙ ad sacros ordines, promoueri non potest qui vxorem virginem fortitus non fuerit.

b ¶ *Virginem duxit.*] 30. q. 5. qualis.

PRæcipimus.] CASVS. Septē genera hominum in hoc c. enumerantur, qui à promotione repelluntur, vt bigamus, &c.

c ¶ *Ignorantem litteras.*] scilicet prorsus: vt 36. distinct. illiteratos [a].

d ¶ *Vitiatū.*] enormiter.

e ¶ *Sed si quos.*] iam ordinatos supple. aliter idem repeteret.

¶ *Cuius.*] CASVS. Aliquis accepit virginem in vxorē; ipsa postea adulterium cōmisit, quęrebatur vtrū talis deberet promoueri, vel remanere in ordine iam suscepto. Et rūdet ꝙ si laicus est, nō potest postea ad ecclesiasticū ordinem promoueri: si clericus est, dimittat eam: alioquin sit à ministerio alienus. Item est ex toto casu sequentis capituli.

f ¶ *Admitti.*] Sed nōne hic videtur nimius rigor, ꝙ aliquis sine culpa sua puniatur [b]? Propter hoc intelligunt quidam quod hic dicitur, quādo maritus patronus est turpitudinis, & lenocinij certe tūc repelleretur, ppter proprium delictū: vt 32. q. 1. ca. 1. & 2. Dic ergo, ꝙ ideo prohibetur, quia est maritus corruptæ: tamen si nō cognouit eam post adulteriū perpetratū, promouetur: vt 7. ead. ca. vlt.

¶ Sed pone ꝙ vir accuset vxorē de adulterio: nunquid pēdēte accusatione tenet ei reddere debitū, si talis est qui vult promoueri? Dicūt quidā ꝙ non: quia si reddit, fit ei præiudiciū: sicut nec cogitur reddere debitū ei quam audiuit esse ancillam, vt extra de coniugio seruorū, proposuit [c]. Sed tamē ibi alia ratio est: quia cūsensa nō est matrimoniū, sed hic est matrimoniū: vnde melius videtur ꝙ sibi præiudicet cognoscendo eā, quā ꝙ illi iniuriam faciat, s. denegādo ei debitū. & secūdū hoc sequitur ꝙ aliquis punitur ex eo quod tenetur facere ex necessitate, & est contra id 23. q. 4. Nabuchodonosor [d], vbi dicitur ꝙ nemo puniendus est ex eo, quod necesse habet facere. Itē ex hoc sequeretur ꝙ aliquis pro vno facto mereretur pœnā & præmiū: quod est contra id 8. q. 1. sciendum. Item ex hoc sequitur, ꝙ aliquis pro vno facto & meretur & demeretur: quod est contra id ff. de neg. gest. siue. meretur enim dum cognoscit vxorē: vt 33. q. 5. cap. 1. Et ꝙ vna res habet contrarios effectus: quod est contra id ff. de sol. qui hominē. §. vlt. Ioan. Posset tamen dici ꝙ si maritus reddat debitum vxori corruptæ, non præiudicet sibi quin possit promouere: quia tunc potius dicitur cognosci ab vxore, quàm cognoscere ipsam: vt 32. q. 5. ita ne. sicut nec facit sibi præiudicium quin possit eam accusare de adulterio: licet

nari, qui pellicem, vel meretricem cognouerit maritali affectu: vel quia corrupta florem virginitatis amiserit: vel quia meretricari [a] non desinit, licet in vxorem ducatur. Vtrumque enim, impedimētum cuilibet præstat, quominus ad sacros ordines pertingere valeat.

Vnde Hilarius Papa in synodo Romana, c. 2. scribit dicens.

¶ Qui virginem non duxit vxorem, ad sacros ordines non accedat. C. IX.

1 CVrādum † ergo in primis est, ne ad sacros ordines † (sicut gestis prioribus ante prescriptum est) quisquam, qui vxorem non virginem duxit [b], aspiret.

Item Gregorius vrbis Romanæ præsul Squilatino † Episc. lib. 2. epi. 25.

¶ Bigamus, vel pœnitens, corpore vitiatus, litteras ignorans, curiæ vel conditioni obnoxius, clericus non fiat. C. X.

2 PRæcipimus, ne vmquam illicitas ordinationes facias: nec bigamum, aut qui virginē non est fortitus vxorem, aut ignorātem litteras [c], vel in qualibet parte corporis vitiatū [d] vel pœnitentię † vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxiū ad sacros ordines pmittas accedere: sed si quos [e] huiusmodi repereris, non audeas promouere.

Item in Neocæsarienſi concilio, c. 8.

¶ Non fiat sacerdos, cuius vxorem euidenter constat adulterium admisisse. C. XI.

3 SI cuius vxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, euidēter fuerit comprobatum: hic ad ministerium ecclesiasticum admitti [f] non potest. Quòd si in clericatu iam eo constituto, adulterauit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

Item ex concilio Martini Papæ 4.

¶ De eodem. C. XII.

SI laici † vxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticū nullo modo adducatur. Si autem post ordinationē alicuius clerici vxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit permanere, à ministerio alienus sit.

Præmissis auctoritatibus bigami, & qui virgines non sunt fortiti vxores, à sacris ordinibus prohibētur. Sed quæritur, si quis ante baptisma viduam duxerit vxorem, an propterea sit prohibendus à sacris ordinibus.

De his ita scribit Innocentius Papa Victricio Rothomagen. episcopo. epistol. 2. cap. 5.

¶ Qui ante baptisma, seu post baptisma viduam duxit vxorem, non admittatur ad clerum. C. XIII.

5 SI quis [g] viduā (licet laicus [h]) duxerit vxorē, siue ante baptismū, siue post baptismū, non admittatur ad clerum: quia eodē vitio [i] videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris cōsortium relaxatur. *& infra.* ¶ 6 Quòd si non putatur vxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filij, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

Prohibētur etiam bigami à quolibet ordine clericatus, iuxta illud Ambrosij epist. 82. ad Vercellensem ecclesiam.

¶ Qui secundā coniugia sortitur, clericus non fiat. C. XIIII.

7 COgnoscamus non solum hoc de episcopo, & presbytero [k]. Apostolum statuisse, sed etiam Patres in concilij † Nicæni tractatu addidisse [l], neque clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit.

5 *Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non possunt.*

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 18. legitur.

¶ Spectaculis publicis mancipatam vel ejectam, vel ancillam ducens vxorē, diaconus non fiat. C. XV.

SI quis viduam, aut ejectam acceperit, aut meretricē, aut ancillam [m], vel aliquam de iis, quæ publicis spectaculis mancipantur: non potest esse episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro' deseruiunt.

Quæ autem sit vidua, quæ ejecta, vel meretrix, Hieronymus epist. 128. ad Fabiolam de veste sacerdotali ostendit dicens.

m *Si quis.*] ¶ *Ancillam.*] ‖ Sed quare hic prohibetur, cum tamen eo ipso ꝙ aliquis ducit ancillam suā in vxorē, ipsa libera efficiatur? vt c. de la. li. tol. Authen. ad hoc. & c. de oper. lib. liberti. similiter tenet matrimonium cū aliena ancilla: vt 29. q. 2. cap. 1. & 2. Respondeo propter prærogatiuam sacerdotij. Vel ideo quia non videtur ibi esse plenum matrimonium: vt 32. quæst. 2. sicut non omnis. & ideo non videtur ibi esse plenum sacramentum [h]. Vel hoc ideo contingit: quia vilis persona præsumitur qui contrahit cum ancilla.

Vidua

a Ber 1. q. 1. 6. excepti clericus, ver. hoc. fol. extra lib. 6. de tempo. ordi. nul Jus ver. pœna imponitur talē ordinanti.

1 An. l. 7. c. 12. q. 15. Pan. li. 3. c. 50. † *cauendum* } otig. ‖ *gradus* } or.

† forte } *Sy l Lacino*

2 An. l. 7. c. 35. q. 1. 43. Pol. l. 2. tit 11. Iuo p. 8. c. 268. b sub. ꝙ fieri non debet vt videtur 16. q. 7. inuenti 56. distī. satis 74. dist. gesta. Archi i.

Tal. pœnitentem.

† *al. publice pœnitentiē. al. solēniter pœnitentem*

‖ Maritus sine meritubigamię an vxori debitum reddere possit pendēte accusatiōe adulterij.

3 Anſ. lib. 7. c. 29.

c Vbi de hoc. & extra de adult. c. vlt. ibi videas.

4 Apud Martinum Bracarensem c. 28.

† *alicuius laici* } orig.

d Aliàs incipit vasis iræ.

fit arg. cōtra 33. q. 1. si quis e. ff. sol. mat. cum mulier. ff. de adult. si vxor. §. vlt. quid iuris sit de hoc, in quæstione notaui, ibi videas, &c. Posset tamen probabiliter dici, quòd sibi præiudicat quo ad legem promotionis. quæ factum solum requirit, non quo ad legem Mosaicam; vt 15. q. 1. §. fi. non obstat, quòd inuitus hoc fecit, vel passus fuit: arg. 26. dist. acutius. hoc totum determinat decre. extra vt lite pen. cap. 2. Bart.

¶ *Laici.*] ‖ PRÆMISSIS. CASVS. Ex supradictis infert Gratianus, quòd bigami, & qui virgines non habuerunt vxores: promoueri non possunt. Nunc incidenter quærit an ille, qui ante baptisma viduā duxerit vxorem, possit promoueri [i]: & probatur ꝙ non, per seq. c.

I quis viduā.] CASVS. Quidam dicebat, ꝙ si quis ante baptisma viduā duxerit in vxorem, ꝙ propter hoc non debet repelli à promotione: quia illa vxor non reputatur. quare Victrici [j] Rothomagen. episcopus quæsuit an hoc esset verum? Et respōdet Inno. siue ante baptisma, siue post, viduā duxit vxorē, repelli debet à promotione: quia eadē causa videtur exclusus qui ante baptisma duxit eam, qua is qui post baptisma. Nā in baptismo vitia dimittūtur, & non consortium vxoris: alioquin qui ante baptisma nati sunt, non debēt filij reputari. Omnia quæ sequuntur vsque ad ca. si subdiaconus. per te videre potes.

g ¶ *Si quis.*] hoc bene habes in Authen. de san. episc. §. clericos autem nō aliter ordinari. coll. 9. h ¶ *Laicus.*] Ideo dicit de laico, quia minus videretur de eo: vel dico quia si clericus hoc faceret, non solum non promoueretur, sed omni priuilegio ecclesiasticæ dignitatis priuaretur: vt 84. distinct. quisquis.

i ¶ *Vitio.*] id est, defectu [k]. si. 56. distinct. quia simpliciter. & 26. distinctione acutius.

k *Cognoscamus.*] ¶ *Et presbytero.*] supple & diacono. 81. distinct. cap. 1.

l ¶ *Addidisse.*] Aug. tamen dicit, quòd secundū interpretationē apostolus intellexit g de quolibet ordine: vt 81.

SIMILITER. Hæc est 5. pars distin. in qua dicit, quòd. qui contrahit cum ancilla, vel cum ioculatrice, nō potest fieri episcopus vel presbyter. Io. de Fan.

m *Si quis.*] ¶ *Ancillam.*] ‖ Sed quare hic prohibetur, cum tamen eo ipso ꝙ aliquis ducit ancillam suā in vxorē, ipsa libera efficiatur? vt c. de la. li. tol. Authen. ad hoc. & c. de oper. lib. liberti. similiter tenet matrimonium cū aliena ancilla: vt 29. q. 2. cap. 1. & 2. Respondeo propter prærogatiuam sacerdotij. Vel ideo quia non videtur ibi esse plenum matrimonium: vt 32. quæst. 2. sicut non omnis. & ideo non videtur ibi esse plenum sacramentum [h]. Vel hoc ideo contingit: quia vilis persona præsumitur qui contrahit cum ancilla.

Vidua

c Debet cæt. q. c. 1. & ibi 2. placuit.

1 Iuo p. 8. cap. 257. Pan. l. 6. c. 68.

2 Adde gl. de ſpon. inter opera gl. & Cy. in leg. mercatum. C. de cōmerc. & mercat. Bal in l. neque natales. C. de prob.

3 Apud Martinū Braca. cap. 44. Ex conci. Toletano. c. 4. Hæc verba, *non regulam præfigendo*, absunt ab aliquot exemplar. b.

4 C. 6. eiuſd epiſt.

5 Anſel. p. dict. Iuo p. 6. c. 93.

7 Ibidem. ca. 41. Excōcil. Tolet. 1. q. 3.

7 Iuo p. 8. c. 290. Pan. l. 6 c. 69.

g Et lex ſic: quod ex mēte legis eſt petita de accipiendo ac ſi ex verbis legis eſſet. ſi de verbo. ſig. nominā. ſyl. bium.

‖ Ancilla cum domino ſuo habens libertatē ſicitur. h Id eſt, ſate matrimonium non videtur plene deſigna re Chriſti & eccleſiæ ſicramentum, ſic dem Lan. & Hug.

1 *VIdua est.*] Vt hoc melius intelligas, dic quòd vidua dicitur quæ à viro idua, id est, diuisa vel separata est. Nam iduo, as, dicitur separare vel diuidere. & dicitur sic ab idus quod est diuisio vel separatio, secundum Pol. & dic vidua, scilicet ex cuius copula quis impeditur. Hug. Ioan. de Fan.

b ¶ *Maritus.*] qui in eam gessit maris ritus, eam carnaliter cognoscendo. Lau.

c ¶ *Meretrix.*] alibi dicitur meretrix cuius turpitudo publice venalis est. 32. q. 4. meretrices [a].

d ¶ *Quę multorum.*] quæ admiserit plures quā 23. millia hominū: vt 45. distin. disciplina. vel quæ admisit 60. vt extra de cleric. excom. c. latores.

SED POSTEA.

Hæc est vij. pars huius distin. in qua ponit quomodo olim cum bigamis dispensatum fuit, vt subdiaconi essent. Io. de Fan.

SI subdiaconus.] CASVS. Quidam promotus ad subdiaconatum secundam duxit vxorē, quærebatur quam pœnam pati deberet? Et respōdet Martinus Papa, ꝙ debet redigi inter minores ordines: epistolam vero postea legere non debet. Seqns aūt. §. patet.

e ¶ *Si subdiaconus.*] collige casum ex eo ꝙ habetur 5. 31. distin. §. similiter. in fine.

f ¶ *Inter lectores.*] hoc ex dispensatione; sed de iure cōmuni perdit priuilegiū clericale, vt 84. di. q. quis. ideo fit hoc ex dispēsatiōe, ꝙ remanēt in sacris minorib' ordinib'.

1 Iuo p. 8. c. 297. Pan. l. 6. c. 68.

2 Adde gl. de ſpon. inter opera gl. & Cy. in leg. mercatum. C. de cōmerc. & mercat. Bal in l. neque natales. C. de prob.

3 Apud Martinū Braca. cap. 44. Ex conci. Toletano. c. 4. Hæc verba, *non regulam præfigendo*, absunt ab aliquot exemplar. b.

4 C. 6. eiuſd epiſt.

5 Anſel. p. dict. Iuo p. 6. c. 93.

7 Ibidem. ca. 41. Excōcil. Tolet. 1. q. 3.

7 Iuo p. 8. c. 290. Pan. l. 6 c. 69.

g Et lex ſic: quod ex mēte legis eſt petita de accipiendo ac ſi ex verbis legis eſſet. ſi de verbo. ſig. nominā. ſyl. bium.

‖ Ancilla cum domino ſuo habens libertatē ſicitur. h Id eſt, ſate matrimonium non videtur plene deſigna re Chriſti & eccleſiæ ſicramentum, ſic dem Lan. & Hug.

¶ Quæ sit vidua, vel ejecta, vel meretrix. C. XVI.

1 VIdua est [a], cuius maritus [b] est mortuus: Ejecta est, quæ à marito viuente proiicitur; Meretrix [c], quę multorū [d] libidini patet.

2 *Sed postea tēporum defectui condescendens Papa Martinus in minoribus ordinibus eos constituti permisit, non regulam præfigendo, dicens.*

¶ Inter lectores, vel ostiarios deputetur subdiaconus secundam ducens vxorem. C. XVII.

SI subdiaconus [e] secūdam vxorem duxerit, inter lectores [f] vel ostiarios habeatur, ita vt Apostolum non legat.

Necesitate tamen exigente bigamus vsque ad subdiaconatum potest promoueri.

3 *Vnde Martinus Papa ait.*

¶ Viduam ducens vxorem, subdiaconus, si necessitas exigit, fieri potest. C. XVIII.

LEctor, si viduā alterius, vxorē acceperit, in lectoratu permaneat; aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat [g]; nihil autem supra. Similiter, & si bigamus fuerit.

8 *Quibus autē propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuiis interesse.*

Vnde in Agathensi concilio, cap. 39. legitur.

¶ Nuptiarum conuiuiis presbyteri interesse non debent. C. XIX.

4 PResbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores licentia [α] non est, etiā alienarū [h] nuptiarū euitēt coniuia; nec his cœtibus misceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia; aut obscœni motus corporū choreis, & saltationibus efferuntur; ne auditus, aut obtutus sacris mysteriis † deputati turpiū spectaculorū, atq; verborū cōtagione polluātur.

α ¶ Licentia non est.] *In codicibus impressis legebatur*, licētia modo non est. *Expuncta est dictio*, modo, *quæ neq in originali, neque in vetustis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Iuone-concilio Venetico. cap. xi. (vbi hoc idē repetitur) habetur. Ac presbyteris quidem numquam, ne apud Græcos quidem licuit ducere vxores.*

Vidua vero intelligenda est, si post solenne fœdus nuptiarum, morte interueniente, à viro suo diuisa fuerit.

1 Dispensatio vnō possit cū bigamo fieri.

4 Burc. li. 2. c. 11. Iuop 6. c. 208. Pol. l. 4. tit. 31.

* *Non est alfordū quòd ad impossibilium. Vide B. Tho. 4. dist. 2. q. 3. 3.*

† *al. ministerijs*

5 Ne ſit arg. quòd ſi ſit ſpōſata, & cum illo velata: ſed non fuit ab eo cognita, qa fuit morte præuentus, & ſic virgo permanſit. Dicitur hic, ꝙ propter hoc Valentino nullū impedimētum generatur quin valeat promoueri post mortē vxoris, vel ea viuente de consensu ipsius.

i ¶ *Valentino.*] hūc casum habes extra de bigam. debitum.

Quibus.] CASVS. Dictū est supra à quibus ordinibus bigami prohibeātur, & vtrum bigami reputentur, qui ante baptismum vnā, & post baptismū alterā vxores habuerunt, & an liceat fortiri vxores in sacris ordinibus constitutis. In hac vero 35. dist. prosequitur Gratianus tertiū c. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet ordinandum non esse vinolentum, sed sobrium: quia in vete. testa. ministris tēpli prohibebatur vinum & siceram bibere, ne propter ebrietatem corda eorum grauarentur: & quia venter mero æstuās facile despumat in libidinem. & hoc probatur exemplo Noe, & exēplo Loth: & dicit quòd vinolentus est qui frequenter vino repletur. Sequens cap. patet.

5 Simile 27. q. 2. c. qđ autem. §. item si ſponſa. Iuo p. 6. c. 113.

† *al. ſponſo*

† *al. inter. m*

6 Prima Tim. 3. & in glosa ad eū locum habentur hæc omnia ex Hie. epist. 83.

1. *Tim.* 3. *Leuit.* 10.

Gen. 9. & 19.

b Et qui nec ſic reſpōderint deponātur, vt. 3. ea. c. epiſcopi. Hug. 3. ea. c. vnetur 7. Gl. intelligneris.

1. *Tim.* 3.

* *al. autem*

‖ Clerici ludere aut luſoreſpectare non debent.

¶ *cōmunione priuentur.*

8 Bur. l. 14. c. 5. Pol. l. 6. tit 17. Iuo p. 13 c. 73. Pān. l. 3 c 730. Rab. cæ. 28.

‖ Ludo perditum an repeti poſſit.

b Secūdū Lau ren.

d ff. de cond. ob tur. cau. l. vbi autē. hæc fuit opi. & Bi. & Bar.

à viro suo, mortuus fuerit vir eius, non debet propter hoc vidua appellari, licet traducta fuerit & velata. Et si quis cum tali contraxerit, non repellitur à promotione. quod probatur seq. cap.

VAlentino.] CASVS. Valentinum duxit quandam in vxorem quæ antea fuit alteri desponsata, & cum illo velata: sed non fuit ab eo cognita, qa fuit morte præuentus, & sic virgo permansit. Dicitur hic, ꝙ propter hoc Valentino nullū impedimētum generatur quin valeat promoueri post mortē vxoris, vel ea viuente de consensu ipsius.

i ¶ *Valentino.*] hūc casum habes extra de bigam. debitum.

Ceterum, si antequā conueniant, fatali necessitate ab alterutro diuisi fuerint; licet ex sponsalibus vxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, etiam si in propria sit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur; nec ex eius copula à sacris ordinibus aliquis prohibetur.

Vnde Pelagius Papa scribit.

¶ Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptam vxorem duxit, sacerdos fieri non prohibetur. C. XX.

5 VAlētino [i] clerico, cui mulier cū alio ante velata, nō tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem eius, cum quo velata erat sponsa †, coniugali est copula sociata, quia iterum † velamen accepit, nullum in promouendo generetur obstaculum: quia nihil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet institutis.

DISTINCT. XXXV.

Quibus [k] *ordinibus bigami prohibeantur, & vtrū reputentur bigami, qui ante baptismum habuerūt vnam, & post baptismum alteram, & an liceat sortiri vxores in sacris ordinibus cōstitutis, multorū auctoritatibus breuiter monstratum est.* ¶ 6 *Sequitur autē in descriptione illa Apostolica, vt sit sobrius* [l], *qui ordinandus est, non vinolentus: quod ex auctoritate veteris testamēti introductum est. Ministri enim tēpli prohibentur vinum, & siceram bibere, ne ebrietate grauētur corda eorum, & vt sensus eorum vigeat semper, & tenuis sit, vel quia venter* [m] *mero æstuans facile despumat in libidinem. Vnde Noe in ebrietate nudauit fœmora: Loth, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.* ¶ 7 *Quod tamen* † *vinolētus esse prohibetur, non semel, sed frequēter vino replet* [n] *debet intelligi.*

Hinc etiam in canonibus Apostolorum can. 43. & 42. legitur.

¶ Diaconus, presbyter, & episcopus ebrietati, & alea deseruientes, nisi desierint, deponantur †. C. I.

8 EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ, [m] atq; test repeti id, quod in alea perditur? Dicunt quidam [c] ꝙ non, sed pauperibus est eroganda pecunia illa arg. 14. q. 5. non sane. cum enim turpitudo vertitur ex parte vtriusque, melior est conditio possidentis. ff. de cōd. ob tur. cau. l. si ob turpem [d]. melius credo quòd possit repeti: vt ff. de aleatoribus. l. vlt. in fin. etiam vsque ad quinquaginta annos, vt dicit græca constitutio. C. de religio. & sump. fun. & de alea. Et ſi quis existens in alea rem suam vendiderit, tenetur de euictione: vt ff. qua rerum actio non da. si filio. §. 1. licet autem hic prohibeatur ludus, tamen pro conuiuio habendo potest ludi. ff. eod. l. vlt.

2 ¶ *Desiniens.*] id est,valde seruiens, vt illa præpositio,de, augmentet.ff.depositi.l.1.in princ. quandoque priuat:vt ibi:

Sæpe precor mortem,mortem quoque deprecor idem.

b ¶ *Aut desinat.*]Non ergo pro quolibet delicto statim episcopi debent fulminare, vt vel excommunicent, vel deponant [a]. ad idem facit 67. dist. episcopus. & 92.distin. c.vlt.Si quoties peccât homines, sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tẽpore inermis erit.

c ¶ *Priuetur.*] aut verbereturvt j.eod. cap.vlt.

A exordio. CAP. I. In hoc cap. triplex status humani generis denotatur. Nam à principio mundi carnes non comedebamus, nec dabamus libellum repudij,nec circũcidebamur. post diluuium vero data lege vinum cũ carnibus est assumptum & repudij duritia est cõcessa,& cultellus circumcisionis est dat[a]. Postquã vero Christus venit, reuoluit ad [c], id est, finis ad principium:quia hodie nõ circumcidimur, nec damus repudij libellũ, nec carnes omni die comedim[a], dicẽte Apostolo, Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere.

d ¶ *Nec carnibus.*] ‖ tamen Lamech fuit venator, sed illud fuit propter pelles, non propter carnes.31.q.1. quomodo.

e ¶ *In signum.*] ‖vt per eam fideles discernerentur ab aliis. vel fuit signũ interioris circũcisionis, vel fuit signum futuri baptismi:quia tunc per circumcisionem tollebãtur peccata, sicut nunc per baptismum:vt j.d. de consecr.di.4.q. aũt apud nos.

f ¶ *Implere.*] 3.dist.4.

ebrietati deseruiẽs [a] aut desinat [b], aut certe dãnetur [†], Subdiaconus, aut lector, aut cãtor similia faciens, aut desinat, aut communione priuetur [c]. Similiter etiam laicus.

Item Hieronymus libro primo contra Iouinianum.

Esus carnium, & vini potus, post diluuium concessus legitur,post Christi aduentum inhibitus. C. II.

A B exordio conditionis humanæ nec carnibus [d] vescebãmur, nec dabamus repudiũ, nec præputia nobis eripiebantur in signum [e]. Hoc cursu ad diluuium vsque peruenimus. Post diluuium autem cum datione legis, quã implere [f] nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum & repudia concessa duritiæ [g], & cultellus circũcisionis appositus,quasi Dei manus plus in nobis creauerit, quàm necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & [h] reuoluit ad [i], & extremitatẽ retraxit ad principiũ, nec repudium nobis dare permittitur, nec circũcidimur,nec comedimus [k] carnes, dicente Apostolo[Bonũ est vinum non bibere, & carnes non comedere.] Etvinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est [l].

Idem lib.2.contra Iouinianum.

¶Alienum est à sapiente potationibus & ebrietatibus vacare. C. III.

Vxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas;omnis, qui cum his miscetur,non erit sapiens.

Idem in Micheam ad c.2.

¶Ignominiosum est sacerdoti adhuc debilis,epulonibus insidiis. C. IIII.

Ecclesiæ principes [m],qui deliciis affluunt, & inter epulas, atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus [n] sermo describit,quòd eiiciẽdi sint de spatiosis domibus, lautisque [o] conuiuiis,& multo labore epulis cõquisitis [p], & eiiciendi propter malas cogitationes,& opera sua. Et,si vis scire, quo eiiciendi sunt; Euangelium lege: in tenebras scilicet extebris buccis prædicabant: contra quos inuehitur Hiero.& auctoritate Micheæ prophetæ probat eos deiiciendos à prælaturis suis in tenebras exteriores:quas vitare possunt,si imitentur apostolos non solum sermone, sed etiam vitæ conuersatione. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ad cap. sexto die.

teriores [q], vbi erit fletus,& stridor dentium. An non cõfusio,& ignominia est,Iesum crucifixum,magistrum pauperem, atque esuriẽtem fartis prædicare corporibus? ieiuniorũque doctrinã rubentes buccas [r],tumentiaque ora proferre?Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem corũ imitemur, sed conuersationem quoque, & abstinentiam amplectamur.

Idem ad Oceanum, epist.83.

¶De eodem. PALEA. C. V.

1 VEnter mero æstuans cito despumat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

[*Idem ad Nepotianum de vita clericorum.*

¶De eodem. PALEA. C. VI.

2 VInolentum sacerdotem & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant [†] in templo Dei, prohibentur vinum & siceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggrauentur cordaeorum.Sicera hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest. *& infra.*

3 ¶ Quidquid inebriat, & statum mentis euertit,fuge similiter vt vinũ.[Nolite,ait Apostolus,inebriari vino, in quo est luxuria.] *& supra.*

4 ¶ Qui altario deseruiũt,vinum, & siceră non bibant.Spõsa [a] Christi vinum fugiat vt venenum: vinum, & ebrietas incendium est.

[a] ¶ Sponsa Christi.] *In epistola ad Eustochium sic habetur:* Hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. *& paulo post:* vinum,& adolescẽtia duplex est incendiũ voluptatis.

Item Prosper de vita contemplatiua, lib. 2. c.22.

¶ De eodem. C. VII.

Lvxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

Item Ambrosius in libro de Elia, & ieiunio, c. 4. & 5.

¶In paradiso abstinentia,post paradisum edendi lasciuia incepit. C. VIII.

Sexto [s] die[t] bestiæ [v] sunt creatæ,& cum bestiis orta edendi

[a] ¶ *Cæpit.*] mundus.
[b] ¶ *Feriari.*] id est,cessare.
[c] ¶ *Defuit.*] tunc fuit homo spoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus.de pœnit.dist.1. Adam.
[d] ¶ *Ieiunium.*] ideſt,abstinentia.
[e] ¶ *Præuaricatio.*] scilicet fuit.
[f] ¶ *Latebra.*]quia abf condit se Adam à facie Domini.de pœnit. dist. 1. & venit.
[g] ¶ *Reuocauit.*] arg. ꝙ primi parentes saluati sunt,vt de pœni.dist.1. sicut primi. & de consecratio.dist.1.hic duo.
[h] ¶ *Iumentum.*]i.carnẽ suam quam pascit homo quasi iumentum.‖Vel dicitur corpus iumentum, quasi iuuamentum.
[i] ¶ *Non esset.*]5.dist.1. ius gentium. contra. sed ibi soluitur.
[k] ¶ *Prælationis inuidia.*] ꝙ Cain interfecit fratrem suum.
[l] ¶ *Pietas.*] paterna.
[m] ¶ *Ebrietas.*]i.ebrius.
[n] ¶ *Tentant.*]ideſt,inebriant.
[o] ¶ *Partus.*]id est,effectus: ‖ istud vult dicere, ꝙ vinum ex se duos producit effectꝰ:primo ebrietatẽ:deinde incestum. & ebrietas fuit deterior effectus vini [a].Vel aliter;ex ebrietate processit seruitus. Item ex ea processit incestus,qui deterior est. Vel illud vult dicere, ꝙ filia est dẽteriorꝰ, quam mater: quia Moabitæ & Amonitæ,quæ ab illis ꝓcesserunt, fuerunt deteriores,quàm matres.
[p] ¶ *Materia peccati.*] scilicet vinum.
[q] ¶ *Remissio.*]ideſt,De' remittens peccata.

Ante omnia. CASVS. Dictũ fuit in concil. Agatheñ. vt prius à clericis vitetur ebrietas,quàm alea, quæ cunctorum nutrix est vitiorum, si quis clericus fuerit inebriatus, si est in sacro ordine, xxx. diebus à communione remoueatur:si est in minoribus ordinibus, verberibus subiiciatur.

[r] ¶ *Aut corporali.*] recipiat 40. ictus.‖ sed epſs non verberabit clericum per laicum, vt extra de sentẽ. excom. vniuersitatis. nisi sit incorrigibilis, vt extra de sen.excõ. vt famæ [b].

Portet igitur. CASVS. Hic intitulatur 36. dist. in qua ꝓsequitur quartũ c.f.oportet eſm esse prudentẽ ꝙ verũ est non solum in literatura,sed etiam in sæcularib[a] negotiis. Et hoc dictum est propter eos qui sub nomine simplicitatis stultitiam sacerdotũ excusant. De littera tura tractatur in his tribus distin.continuis. De

potestas est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit [a], ibi finis factus est mundi: ibi † cœpit sua incrementa nescire, vbi † cœperunt diuina opera circa eum feriari [b]. Quo indicio declaratum est, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos desiit [c] augeri. *& infra.* ¶ Et vt sciamus non esse nouum ieiunium [d], primam illic legem constituit de ieiunio. *& infra* ¶ Eouque nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta non esset, quæ prima est præuaricatio.Indictum ieiuniũ, abstinentiæ lex à Domino Deo: præuaricatio [e] legis à diabolo;culpa per cibum,latebra [f] post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. *& infra.*

¶ Serpens gulæ persuadet,Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit; abstinentia ad paradisum reuocauit [g] errantem, *& infra.* ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas:primus Noe vineam plãtauit:dedit naturam,sed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. *& infra.* ¶ Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum † [h] suum ad remedium temperauit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas:nemo sciebat à consorte naturæ suæ obsequia seruitutis exigere.Non esset [i] hodie seruitus;si ebrietas non fuisset.Obrepserat quidem iam fraternæ prælationis inuidia [k],manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia.Læsa pietas [l] est, dum ridetur ebrietas [m]. Non illis itaque solis nocent vina,quos tentãt [n],sed & illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum membra nudãtur. ¶ Legimus etiam, quòd patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quem timẽtes incendiũ sodomitarum confugerant, & habitabãt in spelunca. *& infra.* ¶ Fuit itaque ebrietas origo incesti,pessimæ regenerationis partꝰ deterior.

¶ At non Abrahã vina in suo cõuiuio ministrabat: sed immolabat vitulum,butyrum,& lac,etiam angelis hospitibus exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere nõ poterat.Sed recte illic deerat materia peccati [o], vbi erat remissio [q] peccatorum.Denique annuntiauit eum Ioannes non manducans panem neque bibens vinum. Qui enim Christum annuntiat,ab omni vitiorum incentiuo præstare se debet alienum.

¶ *Item ex concilio Agathensi,c.41.*

¶ Triginta diebus à communione abstinere clericus,quem ebrium fuisse constiterit. C. IX.

ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes,ac nutrix est.Itaque eum,quem ebrium fuisse constiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communione statuimus submouendum,aut corporali [r] subdendum supplicio.

DISTINCTIO XXXVI.



Portet [s] etiam ordinandum esse prudentẽ. Quod contra eos notandum,qui sub nomine simplicitatis [t] excusant stultitiã sacerdotum.Prudentem autem episcopum oportet intelligi non solum litterarum peritia, verumetiam sæcularium [v] negotiorum dispositione [†].

Vnde in epistola Gelasii Papæ ad episcopos per Lucaniam,c.18.& 19.

¶ Illiterati,& corpore vitiati non promoueantur ad clerum. C. I.

3 ILliteratos [x], aut aliqua parte corporis vitiatos [a],vel imminutos [y] nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere; quia litteris carens sacris non potest esse aptus officiis : & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. ¶ Similiter qui seipsos [z] abscindunt.

[a] ¶ Vitiatos,vel.] *Istæ duæ voces absunt à pleriſque vetustis exemplaribus Gratiani, & originali,cuius expressa est potius sententia,quàm verba relata.*

Item Zozimus Papa epist. ad Isichium episcopum Salonitanum.

¶ Ad summum sacerdotium non aspiret, qui diuinis stipendiis,vel disciplinis non est eruditus.
C. II.

4 QVi ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus,& temporum approbatione diuinis stipendiis [a] eruditus,nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiã ordinatores eiꝰ careãt eo ordine[b], quẽ sine ordine

a Ad hoc extra de cler.pegregri. c.1. vbi de hoc.sed cõtra 46. distin. quoniã. & no. 27.q.1.nec aliqua.in gl. no. quòd.

† *καθαιρεθῆναι, i.deponatur.*

Prouer.20.

¶ Circuncisio & baptismus differunt.

Micheæ.2. b Vt Exo.20.c.

c Gen.18.

Matt.22.

d Hoc sententia liter põt sumi de primo lib. regum. cap.8.

e Vbi de hoc. & facit quod nu.1.q.7.donatum.

Matt.19.

‖ Lamech fuit venator.

Act.15.

‖ Circuncisio quare fiebat.

Gal.5.

Rom.14.

f *Oportet.*] Ab hoc loco vsque ad 40.dist. ostendit quam peritiam debent habere clerici:& in hac ostendit qꝑ habebunt peritiam litterarum sacrarũ.in proxi.dist.ostendit, qꝑ etiam habebunt peritiam sæcularium scientiarum.& inde sumpta occasione ostendit in 38. dist.quod ignorantia est periculosa clericis. in 39. dist. dicit quod habebunt peritiã sæcularium negotiorum. Et agit hic de quarto ca. apostolicæ regulæ.

t ¶ *Simplicitatis.*] ‖ Nec simplicitas,nec aliud potest excusare sacerdotis imperitiam, vt 38. dist. si in laicis.

‖ Sacerdotis ſperitia est inexcusabilis.

v ¶ *Sæcularium.*] cum enim epſs sit iudex & corporum,vt 11. q.1. de persona. & 12. q. 1. præcipimus.& animarum. 10. q. 1. quæcumque. oportet ipsum tam spirituali,quã sæculari scientia ornari. 39.dist.circa prin.

‖ Episcopꝰ est iudex corporum & animarum.

1 Bur.l.14.c.11 Iuo p.13.c.79.

¶ *Literatos.* CASVS. ‖ Quæstium fuit à Gelasio, vtrum illiterati & corpore vitiati, qui seipsos sponte abscinderunt,possint promoueri. Et respondet quod non: quia secundum legem Moysi nihil vitiosumDeo debeat offerri.

x ¶ *Illiteratos.*] 5.penitus. ‖Sufficit tamẽ mediocris scientia :vt extra de elec.cum nobis olim. non enim requiritur in clerico summa perfectio. sic ff. de ædil. edict. sciendum. §. illud. & l.si quis venditor. licet sit arg.contra,extra de purg. ca. constitutus. Sed quid si penitus laicus ordinaretur, numquid reciperet characterem ?, Sic, argum. c 1. q. 1. ventum. ibi, sed dicitur. De hoc not. 40. distinct. sicut.& extra de cle.per sal.promot.cap.vno.

‖ Glo. ordinaria. 1.*Tim.*3.

‖ Scientia mediocris sufficit.

y ¶ *Imminutos.*]enormiter.

z ¶ *Seipsos.*]ex indignatione.Ioan.

Qui ecclesiastici. CASVS. Quidã archiepiscopus promouit quemdam ad episcopatum, qui non erat litteris eruditus, nec disciplinis ecclesiasticis imbutus. quæsitum est de eo & de ordinatoribus quã pœnam debeant pati. Et respondet Zozimus,ꝙ ordinatus debet remoueri ab ordine quem suscepit,ordinatores vero careant potestate ferendi eumdem ordinem,quem illicite tradiderunt.

a ¶ *Stipendijs.*] id est, officiis.

b ¶ *Ordine.*] ‖ Hic habes quod qui iniuste cõfert aliquem ordinem, priuatur potestate conferendi illum. 1.q.1.si qui episcopi. alibi suspenditur à celebratione Missæ per annum, vt 55. distinct. nullus. alibi deponitur, vt 51.dist. c.1.&

+ *al. dispensatione.*

4 Infra di. 59. ca.1.

Anſ. l.6.c.18. Iuo p.5.c.102.

‖ Ordinatis in iuste punitio.

Ephs.5.

4 Ad Eustochium. epist. 22.

‖ Ebrietatis mala.

Matt.ix.c.

‖ Die Dominico incœpit Dominus mundum facere. f Ecclesiastici 18.cap.

62.dist.c.vl.& 81.dist.tãtis, cũ in hoc sit pœnarũ varietas,forteminor amplectitur.50.dist.eos. vel dic vt not.21.q.2.in summa.in fin. Consueuit. distingui, ꝙ si ex negligentia ordinat quis indignũ, tunc suspenditur : si ex certa scientia, deponitur. Vel aliter,aut ordinat illum cum quo de facili dispensare potest,vel cura quo dispensare non potest, vt secundum hoc magis vel minus puniatur. hodie tamen mitius agitur cum talibus , vt extra de prębend.graue.

Exo. 28.] ex interpte lxx. Exo.25.

ECCL. CASVS.

Beneue. sic ponit casum huius §.in hoc §.probat Gratianus xiiij. rationibus vel auctoritatibus, quòd episcopus debet esse perit[a] in litteris.Prima est in principio. Secunda incipit ibi, *Hinc etiam vestes*. Tertia, *Hinc etiam Dauid*.Quarta, *Salomõ quoque*.Quinta,*Hinc etiam Dominus*. Sexta *Hinc etiam Malachias*. Septima, *Hinc etiam idem saluator*.Octaua , *Hinc etiam Salomon*. Nona , *Hinc idem Dominus*. Decima, *Hinc etiam prius*. Vndecima, *Hinc Petrus*. Duodecima, *Hinc etiam Paulus*. Decimatertia, *Vnde sacerdotes*.Decimaquarta, *Hinc etiam in canticis*.

2.Reg.5. 3.Reg.3. 2.Paral.1. Hier.1. Mal.2.

a ¶ *Quærant.*] nec enim episcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere,vt 1. q. 7. conuenientibus. fit. 16. q. 1. fic viue.Ioan. in Authen. de sanc.episc.circa princ.

Luc.2.

ADDITIO. ‖Si tamen episcopus minus sit eruditus, ab alio doceri non contemnat , vt patet 18. distin.non oportet,& 22. dist. de Constãtinopolitana.& 20.q.3.si habes.

3.Eccle. 3. Eccle.

‖ Episcopus aliorum doctrina nõ debet egere.

b ¶ *Constituit.*] No. ex ordine loquendi probari ordinem factorũ. fic 43. dist.sit rector.& 20.di.§. 1.Ioan.Ar.1.q.1.vteudenter.

Apocal.22. Matt.10.

c ¶ *Custodiunt.*] quia videre debet quibus præiudicet.& quibus non,vt 43.distin.in mandatis. & 32.quæst.vlti.c.penul.

Marc.16. Matth.14.

d ¶ *Qui audit.*]discẽdo.

e ¶ *Veni.*] docendo.

f ¶ *Serpentes.*] ne eorũ. dolis supplantemini.

g ¶ *Et simplices.*] ne aliis[a] dolos machinemini. Ioan.vt 16.quæ.1.si cupis.

a 16.q 1. ficupis.

h ¶ *Satisfactionem.*]scilicet respondendo eis satisfaciatis. Et est arg. qđ prælati tenentur respondere ad omnes quæstiones:nam tantum debent differre prælati à subditis, quantum granum à palea,vt 25. distin.§. nomine autem criminis. 1.

1.Pet.3.

contra præcepta patrum crediderant præsumendum.

Ecce quòd sacrarum litterarum oportet episcopum habere peritiam:vnde in veteri testamento inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore , in quo scribebatur manifestatio.& veritas:quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. ¶ Hinc etiam vestes , quibus arca portabatur , iugiter annulis erant inserti , vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus : quia prædicatores, per quos Ecclesia circumfertur , sacris litteris semper debent insistere ; ne tunc quærant[2] *discere , cum ex officio alios debeant docere. ¶ Hinc etiam Dauid prius ex gratia spiritus sancti donum scientiæ percepit , & postea administrationem regni assecutus est. ¶ Salomon quoque non diuitias , non longa tempora huius vitæ , sed sapientiam à Deo petijt , & impetrauit. ¶ Hinc etiam Dominus prius ponit verba sua in ore prophetæ , & postea constituit*[b] *eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiam*[Ecce dedi verba mea in ore tuo ; ecce constitui te hodie super gentes , & super regna.] *¶ Hinc etiam Malachias ait* [*Labia sacerdotis custodient*[c] *scientiam , & legem requirent de ore eius; quia Angelus Dominus exercituum est.*]

3.Reg.3. 2.Paral.1. Hier.1. Mal.2.

¶ Hinc etiam Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens illos, & interrogans , & postea prædicare cæpit : quia prius quisque discere , & postea prædicandi officium usurpare debet. ¶ Hinc etiam Salomon prius ait [*tempus tacendi*] *& postea* [*tempus loquendi*] *; quia veritas prius tacendo discitur,& postea loquendo prædicatur. ¶ Hinc idem Dominus ait.* [*Qui audit*[d] *,dicat, veni*[e] *.*] *¶ Hinc etiam prius Apostolos docuit , deinde eos ad prædicandum misit,dicens* [*Estote ergo prudentes ,sicut serpentes*[f] *, & simplices*[g] *sicut columbæ.*] *Sic etiã post resurrectionem prius illis sensum aperuit, & scripturas explanauit; & postea dixit eis* [*Euntes in mundum vniuersum,&c.*] *Vnde, cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere , prius panes accipiens fregit , & postea discipulis dedit , & per eos demum turbis apposuit : quia sacramenta legis , & prophetarum prius differendo exposuit , & postea eorum scientiam discipulis dedit , & per eos tandem illam fidelibus dispensauit. ¶ Hinc & Petrus,cum rectoribus ecclesiæ scriberet, ait* [*Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem*[h] *de ea fide*[i] *& spe*[k] *, quæ in vobis est.*] *¶ Hinc etiam Paulus scribens ad Timotheum ait.*[*Attende lectioni , exhortationi, & doctrinæ.*] *¶ Ex quibus omnibus liquido colligitur , quòd non sufficit prælatis bona conuersatio , & morum honestas , nisi addatur scientia doctrinæ. ¶ Vnde sacerdotes ingressuri tabernaculum , prius lauabantur in labro æneo , quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. ¶ Hinc etiam in canticis canticorum oculi*[l] *, per quos prælati ecclesiæ intelliguntur , assimilantur columbis , quæ residentiuxta fluenta plenissima*[m] *.*

Exo.38. Cant.5. ‖ Prælatus columbam imitetur.

Hinc etiam Hieronymus [α] *in Leuit.*

¶ Sacerdotis est legis scientiam habere; non bellis, sed orationibus vacare. C. III.

Si quis.] CASVS. Dicitur hic, quòd neque adscriptitius, neque originarius, neque libertus ordinari debet: nisi probatæ vitæ fuerit, & consensus patroni accesserit.

De re

Derebus.] CETERVM. CASVS. Dicitur hic quòd si serui sine libertate ad ecclesiasticos honores irrepserint, presbyter amissione peculij mulctetur, diaconus det vicarium, vel in seruitutem reuocetur. Ceteri vero ab istis in seruitutem reuocentur: quod probatur seq. capitul. Et est ista secundus articulus huius distinctionis.

[a] Serui sine libertate ordinati, an sint in seruitutem reuocandi

1 Bur. l. 1. c. 23. Iuo p. 6. c. 38.

† *al. peculio*

2 Infra c. prouti. de hoc extra de ser. non ord. ca. 2.

† *vendicare] capi.*

[Ex concilio Toletano a capitulo secundo.] PALEA. C. VIII.

1 DE rebus vero illorum, vel peculiari† [a], qui à propriis dominis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur, statutũ est, vt in potestate dominorũ consistat quidquid ante libertatẽ habuerunt, vtrũ illis concedere, an sibi retinere† voluerint. a ¶ Toletano.] *Hæc palea in capitularibus habetur cõiunctè cum palea antecedente. De seruorum, sed apud Burchardũ, & Iuonem ex eodem Toletano separatim referuntur.*

Ceterum[a] *si à Dominis suis libertatem consecuti non fuerint, & ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint; presbyter peculij amissione mulctetur; diaconus vero, aut vicarium pro se præstabit, aut in seruitutem reuocabitur: ceteri vero gradus non possunt quemquam à nexu seruitutis absoluere.*

Vnde Gelasius scribit Martino †, *& Iusto episcopis.*

† *al. Martyrio*

¶ Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium, peculij amissione mulctetur. C. IX.

2 EX antiquis regulis, & nouella synodali explanatione cõprehensum est personas obnoxias seruituti, cingulo cælestis militiæ non præcingi[3]. Sed nescio vtrum ignorantia: an voluntate rapiamini, ita vt ex hac causa† nullus pene episcoporũ videatur extorris. Ita enim nos frequẽs, & plurimorum querela circumstrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur cõstitutũ. ¶ 4 Actores siquidẽ illustris viri filij nostri Amãdi grauiter cõqueruntur homines suo iuri debitos, alios iam clericos, alios iã diaconos ordinatos, cũ solũ posit modernũ conciliũ (quod tantorũ collectione† Pontificũ sub omnium saluberrime prouisionis assensu constat esse perfectum) huiuscemodi personæ suscipi non deberent: verum etiam si qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint[b] ignorantia faciente, suscepti: eliminati prorsus, & exuti religioso priuilegio[c] ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres charissimi, eos, quos supradicti viri actores in clericatus officio mon-

2 Sensus in epist. ad episcopos per Lucaniam, &c. cap. 16. Pol. l. 1. tit. 31. Ansl. 7. c. 29.

3 Adde an omisso dominii seruitio possit religionem ingredi. not. in Auth. de mo. §. cum autem. coll. 1. in gl. in versi. nec seruus. in fam. 29. q. 2.

† *al. culpa.* 4 Iuo p. 6. cap. 351. Pan. l. 3 c. 164.

† *al. collatione*

b Adde an & quãdo id fiat. not. in l. iubemus. C. de cõst. vbi vide not. in addi. c. fin. de consti. rex. & Bar. in l. leges. C. de legibus.

c De hoc no. ℣. eod. c. 2. Ad hoc facit. 5. 21. dist. vt cõsisteretur. in prin. & c. accedens. Arch.

d ¶ *Peculij.*] sed nonne peculium domini est? 13. quæst. 2. illud. quæ ergo est hæc pœna? Dic, peculij, id est, rerum quas post sacerdotium est lucratus, vel forte habuit vsum peculij, & ille auferetur ei.

e ¶ *Aut vicarium.*] sed vnde dabit, cũ nihil habeat? Sed dic ꝙ suum videtur esse quod inuenitur apud ipsum, & lucratur cõiuentibus oculis domini. ff. de ma. l. 3. Dominus enim recipiendo rem à seruo, ipsius videtur approbare dationem, vt C. de condictioni. ob turpem causam. l. vltima. similiter seruus reipublicæ cum manumittitur, dabit vicarium pro se, vt C. de serui. reipub. ma. l. 1.

¶ *Vicarium.*] argum. ꝙ quis dando vicarium liberat se. sic 36. q. 1. c. de raptoribus. Sed quid si ad præsens non potest habere vicarium, numquid postea dando pretium liberat se? Satis credo, ꝙ sic. ar. C. de patri. qui fil. distra. l. secunda.

Frequens.] CASVS. Sabinus Marcellianem sis vrbis episcopus ordinauit duos seruos Placidæ, ſ. Antiochum in presbyterum, & Leontiũ in clericum. Conquesta est Placida Papę per suos procuratores. Papa vero reprehendendo eos qui talia faciunt, committit causam tribus episcopis, scilicet Herculentio Stephano, & Iusto, sub hac forma, vt Leontium omnino dominæ suæ reddant, si iuste non poterãt refragari: Antiochum vero, qui iam gaudet sacerdotij prærogatiua, si domina vult eum in sua ecclesia collocare, habeat illum non velut seruum, sed pro ministeriorũ celebratione susceptũ. f ¶ *Actores.*] id est, procuratores, ‖ & sic in causa liberali interuenit procurator, contra id 2. quæst. 6. si quando. Sed ibi loquitur de eo qui impetitur: hic de eo qui impetit. hic habes, quòd ciuiliter agitur, & tamen ad depositionem, sic 47. distin. quoniam. contra regulam illã ff. de mun. & hon. rescripto. & extra de accusatio. qualiter. Sed hoc ideo est: quia aliter non posset restitui dũo nisi deponeretur.

† *al. fus sola*

5 Pol. ibidem Anſ. l. 7. c. 30.

‖ Procurator in causa liberali interuenit.

† *al. poſſ ſoribus* 6 Iuo p. 6. cap. 354. Pan. l. 3. c. 165.

† *al. Cuſſilinatis*

g ¶ *Diluere.*] ‖ Hic habes, quòd incumbit onus probationis[d] reo, contra id. 6. q. vlt. cap. vlt. Præterea ei qui est in possessione libertatis, probatio incumbit. Sed dic, ꝙ non habet ideo commoda possessoris, quia vitio se fuit in possessione, vt C. de probatio. l. vlt. eius. Vel dic, quòd ideo probat, quia seruus non potest interuertere possessionem suam, licet sit fugitiuus. ff. de acqui. poss. rem quæ nobis. Sed quare non conuenit istos coram sæculari iudice, cum seruus fugitiuus, & gerens se pro libero, remittendus sit ad forum dominii: licet alibi inueniãt vt C. vbi & apud quẽ causa sta. l. 1. Sed hoc facit priuilegium ordinis.

‖ Probatio quandoque reo incumbit.

d Potest dici quòd non fuit diu in possessione libertatis, aliàs contradiceret ℣. eo. si seruus scientes. & intelligitur de clerico sæculari, secus de monacho, vt ibi no. secundum Per.

† *ei ſi cilli*

ADDITIO. Dicas, ꝙ in spiritualibus, nec incidenter, nec principaliter potest laicus iudex cognoscere. extra de ordin. cog. tuã. qui fil. sint leg. lator. cognoscet tamen summatenus an sit vxor, an non: & huiusmodi: quod dic vt extra de senten. excõmu. si iudex. lib. 6. ibi videas Archid. h ¶ *Reddi.*] Quæri consueuit quare seruus alienus confectatus domino reddatur, & non res aliena confecrata, vt 14. q. vltim. comperimus? Respondeo; quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus. sic. 7. quæst. 1. episcopus. ‖ Item quia ibi est consecratio in superficie, sed in homine est in anima, & lex dicit. quòd alia est ratio in homine, quàm

‖ Consecratio rei animatæ & inanimatæ est diuersa.

quàm in alia re. ff. de leg. 1. si domus. §. cum alicui.

Vis.] CASVS. Maxima illustris femina conquesta est domino Papæ per procuratores suos, ꝙ Lucernius episcopus duos seruos originarios, Siluestrum. f. & Candidum contra canones, & ea contradicente, in diacones ordinauit. de quo Papa eum reprehendit, & præcipit Rufino & Aprili episcopis, vt si vera sint, a sacris officiis repellantur, cum non sint legitime ordinati.

a ¶ *Repellãtur.*] id est, restituantur ei. Et sic habes hic, ꝙ plus valet con tradictio, quàm absentia. contra regulam extra de elect. ꝙ ficut [a]. Item habes hic, quod id qđ post probabilẽ contradictionem factum est, cassatur, numquid eodem modo eo ipso quod aliquid post probabilem appellationem factum est, cassandum est statim? quod videtur, vt 2. quæst. 6. quoties, in fine. Dico ꝙ non, nisi probetur causa appellationis, vt extra de testi. ex parte Adæ. extra de resti. spol. audita. cum distinctione extra de appel. interposita, vel dic vt ibi, vel hoc est in optione petentis quod maluerit. 2. quæst. 1. in primis. Sed nonne est contrarium? ĵ. ead. si seruus. ibi enim episcopus sciens condẽnatur in duplum. Sed potest esse, quòd episcopus condemnetur, & seruus restituatur.

1 Sup. dist. 10. cap. 31. Iustin. nouell. consti. 123. cir. fin. Deusdedit par. 4. Iuo p. 6. cap. 104. & p. 4. c. 179. Pann. l. 2. cap. 150.

a Et c. bonæ me. 2. dicunt quidam istam regulam locũ habere in his quorum præsentia, vel cõtradictio non potest per totum, quod agitur confirmare, vel infirmare, seu in fringere, aliàs secus: vt hic Archidia.

Generalis querelæ.] CASVS. Multi conquesti sunt Papæ Gelasio de episcopis & abbatibus, qui ordinauerãt, vel receperãt seruos suos originarios in monasteriis suis: & eos indifferenter ad clericatũ admittebant, quos & reddere contra dicebant: propter quæ clericalis dignitas obfuscatur: & ideo præcipit Papa episcopis, vt tales decetero nõ ordinent; & abbatibus ne eos in monasteriis suis recipiant, nisi de voluntate dominorũ suorum: & si quos habent ordinatos vel in monasteriis receptos, restituant, vel legitime cum dominis transigant. Nam nihil ecclesiæ deperit si ea quæ sunt aliena reddantur. Si vero contra fecerint, pœnam depositionis & excommunicationis subibunt.

2 Poly. l. 4. ti. 34. Ansl. l. 7. cap. 176. Iuo p. 6. cap. 100.

b ¶ *Et originarios.*] ‖ Originarij sunt qui ex adscriptitiis nati sunt in ipso solo, vt C. de agri. & censi. l. colonus. lib. 11. & tales sine gleba non possunt vendi, vt C. de agri. quemadmodum. nec videtur esse differentia inter eos & seruos, vt C. eo. ne diutius. Adscriptitij autem sunt qui per 30. annos fuerunt in solo. C. eodem. cum satis. Ioan. ‖ Adscriptitij enim duobus modis fiunt: aut præscriptione, aut duplici confessione per scripturam bis factam, vt C. de agri. & censi. cum scimus. Ber.

‖ Originarij qui sunt.

‖ Adscriptitij dupliciter fiunt.

c ¶ *Institutum.*] id est, ne fauore ecclesiæ aliquid iniuste statuatur b: quia prætextu pietatis non est facienda impietas, vt 14. quæst. 5. forte. & 1. quæst. 1. non est putanda.

b Facit ad hoc tex. in l. 2. C. de ind. vidui. in leg. meminerint.

d ¶ *Iurgari.*] id est, litigari.

e ¶ *Seruituti.*] id est, clericatui.

f ¶ *Transactione.*] ‖ Et none hoc est simonia, vt quis se emat vt promoueatur, immo vt promotus maneat in ordine, vt ſ. eod. ex antiquis. Sed dic quòd hic non fit transactio super ordine, sed super libertate, vel super ipso seruo: & super seruitio potest fieri transactio. 36. quæst. 1. de rap. nec est magis simonia, quàm si quis emeret terram vt ibi ædificaret ecclesiam: sed tamen ipse seruus non potest transigere cum domino, vt C. de transa. interpositas.

‖ Simonia vtrum cõmittatur, si quis emat seipsum vt promoueatur.

g ¶ *Aliena.*] infra 12. quæst. 2. fraternitas. ĵ. 14. quæst. 6. si res aliena propter quam.

h ¶ *Reddantur.*] Postquam scit ecclesia ea esse alterius. ‖ Sed pone quòd prælatus sciat rem non esse ecclesiæ, numquid statim tenetur restituere? videtur hic quòd sic, & extra de simo. per tuas. in fin. & extra de postula. bonæ 2. quia bonam fidem debet agnoscere, vt ff. manda. quintus. Dico quòd si diffidit de iure ecclesiæ, denuntiabit illi, quẽ credit dominum, vt rem petat: nec in hoc facit fraudem, vt ff. de neg. gest. at qui natura. §. cum me absente. & de hoc inuenies 34. quæst. 2. si vero.

‖ Prælatus quid debeat facere de re, quam scit esse ecclesiæ.

HOC TVNC, CASVS. Tangitur hic tertius articulus huius dist. dictum est ſ. q. seruii non debent ordinari inuitis vel ignorantibus dominis. & si ordinati fuerint, sunt eis restituendi quod verum est cum dominus & seruus sunt Christiani. Sed si Iudæus mancipiũ Christianum emerit: iudicis vel episcopi auctoritate debet eo inuito ad libertatẽ perduci. Et hoc probat per sequentia capitula.

i ¶ *Iudæus.*] Distingue, aut seruus Iudæi est vernaculus, id est ex propria ancilla natus: aut emptitius. Si est emptitius: aut emit eum antequam fuit Christian⁹, aut post. Item si emit eũ ante: aut emit eum causa seruiendi, aut causa mercimonij. ‖ Vernaculus si vult fieri Christianus, statim eripitur in libertatem nullo pretio dato, vt C. de episc. & cleri. Deo nobis. §. vlt. Si eũ emptus ad seruiendũ, sine pretio liberatur, si vult fieri Christianus: multo magis qui natus est ex ancilla propria, sine pretio liberatur, si vult fieri Christianus. Dicit enim Gregorius pro illo solo dãdum pretiũ, qui causa mercimonij est emptus, vt ĵ. eod. fraternitatem. Si autẽ est emptus postquam fuerit Christianus, liber efficitur nullo pretio dato: quia cõmerciũ Christiani penitus est ei interdictum, vt ĵ. eo. mãcipia. Si autem esset emptus dum esset paganus: si causa seruitij est emptus, & vult fieri Christianus, liber efficitur sine pretio, vt ĵ. eod. fraternitatem. Si autem causa mercimonij est emptus: si eum venalem nõ exponit intra tres mẽses, postea sine omni pretio liberatur: quia præsumitur ꝙ ad seruiendum eum emerit, vt eo. c. fraternitatem. Si autem intra tres menses eum exponit venalem, & forte eũ vendere nõ potest: si vult fieri Christianus, liberatur relicto pretio duodecim solidorũ, extra de Iudæ. c. 1. Idem per omnia in seruis Paganorũ: licet Hugo dicat ꝙ vernaculus Pagani fiat Christianus, tenetur seruire Domino suo c secundũ illud Apost. Quicũq; serui sunt sub iugo infidelitũ, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Et alibi, Serui subditi estote dñis, &c. Et secundum hoc potest Paganus esse dominus Christiani: sed non fieri.

‖ Seruitium rei vltus baptismi eripitur in libertatem.

4 C. ne Iudæus Christianum mancipium, l. nulla.

c Vnde dicit illud esse in vernaculis legorũ propter eorum pietatem: diam: & magis suspectum eorum cohabitationem. sed ex prædictis ea, idem dicen dum est in vernaque. C. de epis. & cleric. Deo nobis. quia hodieque gani fere omnes iudaizant: differendo baptismum, & aliis ritus exteros: secundum Laur. d Ad idem ex tex. in l. fin. ibi Bar. & ptorum. C. de iud.

Mancipia Christiana.] CASVS. Quidam Iudæi quosdam seruos Christianos emerunt: quæsiuit Libertinus episcopus, quid inde esset faciendum: & mandat ei Papa Gregorius vt eos ad libertatem perducat, ne Christiana religio subiecta Iudæis polluatur.

k ¶ *Mancipia Christiana.*] ante emptionem.

l ¶ *Ad libertatem.*] ĵ. 17. q. 4. Iudas qui contra d. Sed hic de eo agitur quem constat esse Christianum; ibi de eo qui mentitur esse Christianum, vt euadat iugum seruitutis.

m ¶ *Perducite.*] id est, perductos ostendite: quia statim liber est extra de Iudæ.

De eodem. C. XI.

1 QVis aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni; nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum? Actores siquidem filiæ nostræ illustris, & magnificæ feminæ Maximæ, petitorij nobis insinuatione conquesti sunt, Siluestrũ, atque Candidum originarios suos contra constitutiones, quæ suprадictæ sunt, & contradictione præeunte à Lucerino pontifice diacones ordinatos. Ideo, fratres charissimi, tantæ præuaricationis excessus noueritis sagacius inquirendos; & si cõstiterit querelam veritate fulciri; continuo, qui contradictione præeunte non legitime sunt creati, à sacris officiis repellantur [2].

Item episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1. c. 16.

¶ Nec ad religiosæ vitæ propositum, nec ad clericatus officium serui sine dominorum consensu admittantur. C. XII.

2 GEneralis etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur vniuersi passim seruos, & [b] originarios dominorum iura, possessionumque [α] fugientes sub religiosæ conuersationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conniuentibus quoque præsulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amouenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum [c], aut aliena peruadi, aut publica videatur disciplina subuerti: præcipue cum nec ipsam ministerij clericalis hac obligatione fuscari conueniat dignitatẽ; cogaturque pro statu militantium sibi, cõditioneque iurgari [d]; aut videri (quod absit) obnoxia. 3 Quibus solicita competenter interdictione, phibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasteriis præesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenẽtes non restituẽdas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ seruituti [e], vel religiosis congregationibus putauerint applicandas, nisi volũtate forsitan domino minorũ sub scripturæ † testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione [f] cõcessas; periculum se proprij honoris non ambigant, communionisque subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsauerit. ¶ Magnis quippe studiis, secundum beatum Apostolum præcauendum est, ne fides, & disciplina Domini blasphemetur. *Idem.* ¶ Nihil perire credimus ecclesiasticis vtilitatibus [3]; si, quæ sunt aliena [g], reddantur [h].

α ¶ Possessionumque.] *Emendatum sic est ex decreto Gelasij; cum antea legeretur,* possessionemque. *Nam originarij non solum dominis, sed fundis, ac possessionibus addicti erant. l. quemadmodum. & l. originarios. lib. 11. eod. tit. de agricol. Ac propterea supra in c. frequens. nõ est mutata vox,* possessionibus; *quãuis in plerisque vetustis codicibus legatur,* possessoribus.

β ¶ Idem.] *Hæc non sunt inuẽta apud Gelasiũ, neq; apud ceteros collectores habẽtur.*

3 *Hoc tunc obseruandum est, cum dominus & seruus eiusdem professionis inueniuntur. Ceterũ si Iudæus [i] mancipium Christianum emerit; iudicis, vel episcopi auctoritate, etiam eo inuito, ad libertatem debet perduci.*

Vnde Gregorius Libertino præfecto Siciliæ, lib. 2. epist. 37. seu c. 76.

¶ Ad libertatem perducantur mancipia Christiana à Iudæis comparata. C. XIII.

4 MAncipia [k] Christiana, quæcumque Iudæum comparasse patuerit, ad libertatem [l] iuxta legum præcepta sine omni ambiguitate perducite [m]; ne, quod absit, Christiana mancipia. Si autem esset emptus dum esset paganus: si causa seruitij est emptus, & vult fieri Christianus, liber efficitur sine pretio, vt ĵ. eod. fraternitatem. Si autem causa mercimonij est emptus: si eum venalem nõ exponit intra tres mẽses, postea sine omni pretio liberatur: quia præsumitur ꝙ ad seruiendum eum emerit, vt eo. c. fraternitatem. Si autem intra tres menses eum exponit venalem, & forte eũ vendere nõ potest: si vult fieri Christianus, liberatur relicto pretio duodecim solidorũ, extra de Iudæ. c. 1. Idem per omnia in seruis Paganorũ: licet Hugo dicat ꝙ vernaculus Pagani fiat Christianus, tenetur seruire Domino suo c secundũ illud Apost. Quicũq; serui sunt sub iugo infidelitũ, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Et alibi, Serui subditi estote dñis, &c. Et secundum hoc potest Paganus esse dominus Christiani: sed non fieri.

Mancipia Christiana. CASVS. Quidam Iudæi quosdam seruos Christianos emerunt: quæsiuit Libertinus episcopus, quid inde esset faciendum: & mandat ei Papa Gregorius vt eos ad libertatem perducat, ne Christiana religio subiecta Iudæis polluatur.

k ¶ *Mancipia Christiana.*] ante emptionem.

l ¶ *Ad libertatem.*] ĵ. 17. q. 4. Iudas qui contra d. Sed hic de eo agitur quem constat esse Christianum; ibi de eo qui mentitur esse Christianum, vt euadat iugum seruitutis.

m ¶ *Perducite.*] id est, perductos ostẽdite: quia statim liber est extra de Iudæ.

de Iudæ. c. 2. tamen coloni possunt esse Iudæorum, vt ibi dicitur. Sed numquid Christianus potest emere Iudæum mancipium? Sic tamen vt cum illo non moretur, vt 28. quæst. 1. sæpe. & cap. nullus Ioan.

Nulla officia.] CASVS. In hoc capitulo duo dicuntur. Primum est, quod publica officia non sunt committenda Iudæis; occasione quorum possint offendere Christianos. Secundum est, quòd serui Christiani ab eis circumcisi, vel Iudaico ritu maculati, pretio nullo redditio ad libertatem perducantur.

a ¶ *Nulla officia.*] ĵ. 17. quæst. 4. constituit.

b ¶ *Occasio.*] Argum. quòd nemo cogitur sibi eligere exosum, vt 63. distinct. cap. vlti. Ioan. argu. 54. dist. cap. 1.

c ¶ *Non reddito.*] secundum legem decapitatur. C. ne Iudæus Christianum man. l. vnica.

DE HIS AVTEM. Supra ostensum est quid fieri debeat de seruis Christianis, quos Iudæi emerunt. Nunc ostendit quid iuris sit de seruis in fidelib⁹, & emptis ab eis. Et de hoc scribit Gregorius Fortunato Neapolitano episcopo.

Fraternitatem.] CASVS. Iudæi Neapolim habitantes emerunt seruos paganos vel Iudæos causa mercimonij de extraneis finibus: quos Neapoli habebant, qui volebant fieri Christiani: sed eorum domini non permittebant, imo eos vendebant. Quæsiuit Fortunatus eps Neapolitanus quid de hoc esset faciendũ. Et respon. Gregor. vt sua solicitudine in libertatem vendicentur, nec aliis vendi patiatur: hac tamen consideratione seruata circa Paganos, vt intra tres menses ab eo tempore quo Neapolim ducti sunt, venales eos exponant emptores Iudæi: intra quos si dum emptor cui vendantur non inuenitur; ad ecclesiam confugerint, Christiani fiant, & pretium recipiant à Christiano emptore: vel alius recipiat pro eis si absentes sunt: idem est, & si extra ecclesiam dixerint se velle fieri Christianos. Si vero intra tres menses eos venales nõ exposuerint, & nolunt fieri Christiani: nullus de cetero emat eos ad seruiẽdum: & nullo reddito pretio ad libertatem perducãtur: quia præsumitur ꝙ tantum ad seruiendum sibi emerunt, & non ad vendendum: ita posuit Beneuen. casum, & ita etiam sentit Hu. in summa sua. Probabiliter tamen potest dici, quòd principium cap. vsque ad locum, illum *Hi vero.* intelligitur de Iudæis vel Paganis seruis, qui causa mercimonij non habebantur: qui indistincte perueniunt ad libertatem si volunt fieri Christiani. Reliqua vero pars loquitur de illis qui causa mercimonij emuntur. Tu tamen prudens sector deliberabis casum in melius commutando, sicut tibi videbitur.

1 Iuo. dict. l. 4. tit.

2 Iuo p. 13. ca. 106. Pol. l. 7. tit. 14.

3 Lo. dic. l. 4. cap. 46.

d ¶ *Venditi fuerint.*] id est, debent vendi: & tunc cum emptor non inuenitur, non perdit serui pretium. argum. 16. q. 3. placuit. vel forte venditi fuerant: sed emptor absentauit se aliqua de causa.

ALIVD. Et tunc dic emptor, scilicet Iudæus, qui eos emerat.

e *Percipiant.*] datis duodecim solidis pro meliori mancipio, vt extra de Iudæis. ca. 1. Sed quid si nemo ipsum vult redimere? quærat pretiũ ostiatim, vt ff. de manu. l. 3. aut seruiat quinque annis. C. de cap. l. vltim. & 36. quæst. 1. de raptoribus.

4 Iuo par. 1. cap. 102.

e ¶ *Percipiant.*] ‖ Sic ergo aliquis cogitur vẽdere suam, vt 14. quæst. 6. comperimus.

‖ Vendere quandoque quis cogitur rem suam.

f ¶ *Emerit.*] id est, emet. ‖ siquandoque ponitur futurum pro præterito, vt 63. distin. nosse. ibi ponitur forte peruentum pro peruenisse. sic ff. de verb. sig. verbum erit. & ff. de leg. 3. etiam. & ſ. distinct. 50. ponderet.

‖ Futurum pro præterito ponitur.

g *Dicitur.*] id est, præsumitur. & hæc est præsumptio iuris. ‖ & dicunt quidam, ꝙ contra hanc præsumptionem nõ admittitur probatio [a], cum hic non tantum præsumat, sed etiam statuat ius, vt extra de reg. vidua. extra de condit. app. per tuas. Et istud concedo quòd vbicumque non tantum præsumit ius, sed etiam aliquid certi statuit: quòd non admittatur probatio in contrarium, licet H. contrarium dicat, vt 27. q. 1. nec aliqua. & 35. q. 3. extraordinaria. ĵ. 17. q. 4. in venditionibus. Ioan. Ego credo quòd semper admittitur probatio in contrarium, nisi ius statuat ꝙ non admittatur, vt ĵ. 17. quæst. 4. in vẽditionibus. De hoc habes 50. dist. ferrum. B.

‖ Probatio an admittatur contra præsumptionem iuris & de iure. Vide Burch. l. 4. cap. 86. Iuo p. 1. cap. 280.

Vt sjorig. a Adde an & quando cõtra præsumptionẽ iuris & de iure admittatur probatio vel non, nec in authen. sed iam necesse. C. de donatio. ante nup. glo. in l. iure gentium. C. quo & fore. ff. de pa. 6 Bur l. cap. 88. in pa. 282.

Seruus.] CASVS. Quæsitum fuit in cõcilio Aurelianensi quam pœnam deberet pati episcopus qui ordinauit quemdam seruum domino absente, siue ignorante. Et respondetur, si episcopus ordinauit eũ sciẽter in presbyterum vel diaconum, ipso in ordine permanente duos domino reddat. Si autem ignoranter ordinauit: illi qui eum repræsentauerunt episcopo, simili pœna teneantur.

‖ Seruum si ordinauit ignorans dominum, non tenetur ad duos.

al. mancipio ipsi

7 Polyc. l. 2. ti. 31. Burc. l. 2. c. 24. Iuo p. 6. c. 125.

h ¶ *Absente.*] Videtur enim episcopus tunc cũ eo dispensasse. si 28. dist. diaconi. Et est argu. ad hoc, quòd episcopus dispensat ipso facto circa notum, vt dixi 51. dist. qui in aliquo.

i ¶ *Officio.*] de dispensatione fauore libertatis deberet enim deponi: ‖ quia furtum commisit corporis, sui, vt C. de ser. fu. l. 1. Sed quid si isti non habent vnde soluant? tunc dico istum reddendum domino, vr supra eod. ex antiquis. argum. ff. de eo per quem factum est. l. v lt.

‖ Furtum sui ipsius quis committit.

k ¶ *Compensẽt.*] si habet proprium, alioquin non: quia delictum personæ, &c. vt 16. q. 6. si episcopum. extra de appe. reprehensibilis.

a ¶ *Supplicauerint.*] Et sic patet quòd non semper deponitur ordinatus qui occultat crimen suum [a] : quod est contra H. vt dixi distinct. 50. ex pœnitentibus.

b ¶. *Teneantur obnoxij.*] Item patet hic, ꝙ episcopus nō tenetur prouidere ordinato cum alter eum examinat, vt supra 24. dist. quando.

a Scilicet detectum: quia seruitus non est crimen, sed est defectus: sed ordinandus peccat nō manifestando defectum: vnde si bene inspicias, nō est contra Hug. 1 Iustinian. de sanctiss. episcopis. 6. si seruus. & in Authentica, si seruus. de episcopis, & clericis.
‖ Ordinato quando non tenetur episcopus prouidere.
2 Auth. de monachis. §. Hinc autem.

Iseruus.] CASVS. Hoc cap. habetur ex authen. de sanctiss. episc. §. si seruus. & diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicit quòd si dominus sciat seruum ordinari, & non contradicat, statim eripitur in libertatem. ‖ Si vero ignorat, intra annum recuperabit illum, si probauerit seruilem fortunam. In secunda parte dicitur, ꝙ per triennium probatus monachus efficitur, euadit iugum seruitutis. In tertia dicitur, quòd ordo episcopalis liberat à patria potestate, & à seruili fortuna, vel adscriptitia; sed non à curiali. In quarta dicitur, ꝙ adscriptitij possunt clerici fieri inuitis dominis, ita vt agriculturam adimpleant. c ¶ *Sciente.*] Argumentum de taciturnitate [b] extra de his, quæ fiunt à præla. cap. 2. & dixi 27. distinct. diaconus. & 28. distin. diaconi.

d ¶ *Vnius.*] Sed qualiter hoc stare potest in presbytero, vel diacono? nam episcopus debet seruare interstitia temporū, quæ sunt j. 77. dist. in singulis. sed si obseruauit, constat quòd plus stetit. quàm per annum. Resp. dicunt quidam, quòd iste fuit ordinatus sine examinatione, & non obseruatis interstitiis. vel dic quòd erat grādæuus: vnde vsque ad annum potuit promoueri in diaconem, vt 77. dist. monachus. Vel dic quòd annus iste incipiat non à tempore ordinationis, sed à tempore scientiæ. argumen. 17. quæst. 2. si quis incognitus.

e ¶ *Seruilem.*] ‖ plus enim valet ordo, quàm scientia & militia, vt ff. de libe. cau. qui de libertate. in fin.

f ¶ *Seruum suum.*] cū dist. 3. eo. ex antiquis.

g ¶ *Per triennium.*] Ad monachatum datur triēnium: ad clericatum annus: quia clerici sunt in publico, ‖ & monachi latent.

h ¶ *Episcopalis.*] & etiā sacerdotalis, vt 3. eod. ex antiquis.

i ¶ *Sed non à curiali.*] Quidam dicunt, ista verba non esse in ipsa lege: & verum est quòd in illa non ponuntur, sed alibi: vt in authen. de sanct. epis. §. sed hoc quidem. coll. 9. sed secundum hæc iura canonica hoc non tenet: quia cum ordo liberat à seruili fortuna, multo fortius à curiali soluit episcopalis dignitas, quæ autem dignitas liberat à potestate patria, habes in authen. constitutio. quæ de dig. coll. 6. & C. de decu. l. vlt. libro 10. & in authen. vt ordinariæ præfec. coll. 5.

k ¶ *Adimpleant.*] Hoc non tenet, vt 3. eo. quicumque [c],

3 Tit. de sanctiss. episcopis 5. sed & quidem.
b Aliàs tacens habetur pro contumace j. 65. dist. c. vlt. in gl. vlt. epist. copus inter ordinandum debet obseruare interstitia tēporum.
4 Auth. epistolis, de episcopis, & cler. co. Auth. sed epistolis eod.
5 Auth. adscriptitios eod.]

6 Anſ. l. 7. cap. 25. Burc. l. 2. c. 22. Iuo p. 6. c. 64.

‖ Ordo præfertur scientiæ & militiæ.

† *& ab aliis, qua aut originalis, aut alicui* orig.
‖ Monachi latent.

c Et ideo subiecit c. sequēs, ꝙ hoc corrigit. Io. de Fan.

supplicauerint [2] ordinari, simili redhibitioni teneantur [b] obnoxij.

Item constitutio noua.

¶ De eodem. C. XX.

1 SI seruus sciente [c], & non cōtradicente domino, in clero fuerit ordinatus; ex hoc ipso, quòd constitutus est, liber, & ingenuus erit. Sed si ignorante domino; licet ei intra spatiū vnius anni & seruilem [e] fortunā probare, & seruum suum [f] accipere. 2 Verū etiā si legitimo probato experimento monachus efficiatur, euadit iugū seruitutis. Debent em̄ per triēnium [g], antequam monachi efficiantur, in monasterio permanere: postea vero si monachi effecti fuerint, liberi efficiūtur. 3 Episcopalis [h] enim ordo liberat à fortuna seruili, vel adscriptitia, sed nō à curiali [i], siue officiali: nam & post ordinationē durat. 4 Sed & ius patrię potestatis soluit episcopalis dignitas. 5 Adscriptitios vero in ipsis possessionibus clericos etiā præter voluntatē dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant [k].

Extat hoc caput ad verbum in epitomis nouellarum constitutionum ab Irnerio descriptis; quæ post codicem poni solent; itemque in nouella 123. c. 26. per Iulianum antecessorem. Verba autem quæ addita erant in titulo, Leo Imperator omnibus episcopis, *videntur illuc irrepsisse ex sequenti titulo.*

Item Leo Papa omnibus episcopis, epist. 1. cap. 1.

¶ De eodem. C. XXI.

6 ADmittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à dominis suis libertatē consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotij (tamquam seruilis vilitas hunc honorē iure capiat) prouehuntur. 1 *& infra.* Ab his itaque fratres charissimi, omnes vestræ prouinciæ abstineāt sacerdotes: & non tantū ab his, sed etiā † ab aliis originariis [l], vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus tēperari; nisi forte eorū petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vēdicāt potestatis.

4 *De seruis monasterij quæritur, an ecclesiasticis officiis possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non*

ADmittuntur.] CASVS. Quidam episcopi admittebant indistincte ad sacros ordines seruos & originarios, & aliis conditionibus obligatos: quos Leo Papa reprehendit, & mandat eis, quòd de cetero hoc non faciunt, nisi voluntates eorum, qui in eis habent aliquid potestatis, accesserint.

sunt ordinandi, sicut supra dictum est; nisi à propriis episcopis libertatem consequantur. Porro seruus monasterij libertatem consequi non [a] valet: non ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quòd autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octauæ synodi, in qua sic statutum legitur.

a ¶ Non valet.] *In primo Vaticano post hæc verba sequitur:* qui enim sunt monasterij, in nullius ius transire possunt. Vnde nec abbas potest dicere, hoc meum est: non ergo, &c. *Caput autem, quod nunc à Gratiano citatur, alibi repertum nō est, quàm apud Isidorum Hispalensem in reg. monach. c. de famili vita.*

¶ Monasterij seruum abbati, vel monacho non licet liberum facere. C. XXII.

7 ABbati, vel monacho monasterij seruum non licebit facere liberum [m]. Qui enim nihil proprium [n] habet; libertatem rei alienæ dare non potest. Nam sicut etiam sæculi leges sanxerunt; non potest possessio alienari [o], nisi à proprio [p] domino.

Hac auctoritate prohibentur serui adipisci libertatem recedendi ab obsequiis monasterij: sed non prohibentur nancisci libertatem promouendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus, monasterij obsequiis perpetuo deseruire: ac sic seruus monasterij & libertatē adipisci, & sacris officiis associari valet. Vnde in alio ¶ capitulo præfatæ constitutionis hæc causa redditur [*Iniustum* β *est enim, vt monachis rurale opus facientibus, serui eorum otio torpeant, ac delitiis affluant.*]

β ¶ Iniustum.] *Infra 17. q. 4. c. in venditionibus. vers. iniustum. hoc ipsum citatur ex concilio Agathen. si, vbi etiam extat, c. 56.*

Quod autem serui ecclesiarum (quo nomine etiā monasterij seruos significari intelligimus) ad sacræ religionis propositum debeant assumi; auctoritate Gregorij probatur, qui in generali synodo residens † *dixit.*

¶ Si conuersationis probatæ fuerit famulus ecclesiæ, potest ordinari. C. XXIII.

8 MVltos de † ecclesiastica familia, seu sæculari militia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi in diuino seruitio valeāt familiarius in monasteriis conuersari. Quos si passim dimittim [q], omnibus fugiēdi ecclesiastici iuris

1 ¶ *Originariis.*] Tales enim liberi sunt, vt C. de agri. l. diffinimus. lib. 11. & l. ne diutius. & extra de Iudæ. cap. 2. [d] Ioan.

DE SERVIS. CASVS. Hic mouet Gratianus quādam quæstionem, an serui monasterij possint ordinari: & probat sophistice quòd non possunt: quia seruis ecclesiarum promoueri non possunt, nisi ab episcopis suis libertatē consequantur. sed serui monasterij libertatem consequi non possunt: ergo ad clericatū promoueri non possunt: & quòd non possunt consequi libertatem, probatur sequenti cap. cuius casus patet, & per te videbis.

Bbati.] ¶ *Liberum.*] quia si manumittitur seruus ecclesiæ, duo dabuntur loco illius, vt 12. quæst. 2. episcopus. ‖ sed abbas nihil habet proprij, vt 12. q. 1. non dicatis. Vnde nō potest facere hanc recōpensationem.

n ¶ *Proprium.*] quia nemo potest plus iuris in alium, &c. vt extra de donatio. inter virum & vxo. nuper. & ff. de regu. iuris. nemo. 1. q. 7. Daiber tum. sed fallit extra de electi. suffraganeis. ff. de acquiren. rerum domi. non est nouum [e].

o ¶ *Alienari.*] 11. q. 3. si quis à ꝓprio. nisi in casibus, vt ff. de pign. act. si cōuenerit. & institu. ꝙb. ali. non licet. §. 1. & ff. de vsufruct. l. quod nostrum.

p ¶ *Proprio.*] ſim. extra de iure patr. ꝙ autem.

HACAVCTO. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. in quo casu intelligitur supra dictum cap. Et dicit quòd serui monasteriorum nō prohibentur fieri liberi, & ordines recipere, dūmodo non recedant ab obsequio monasteriorū: sed prohibentur libertatem nācisci, si ab eorum seruitio recedere velint: quia turpe est, vt monachi laborent, & serui sui otio torpeant: sicut habetur in quadā cōstitutione 17. q. 4. in venditionibus. & quod serui monasteriorum possint promoueri probatur seq. cap.

q ¶ *In alio capitulo.*] j. 17. q. 4. i. in venditionibus.

MVltos.] CASVS. Quæritur fuit ab Augustino, an serui ecclesiarum vel sæcularium virorum si velint fieri monachi, sint indifferenter admittendi? Et respondet quòd non: quia si indifferenter eos admittimus, damus eis occasionem fugiēdi dominos suos se ad ecclesiam transferendo. Si autē indifferēter repellātur, Deo negamus quēdā. si est, eos ꝙ hoc petūt propter Deū, qui dedit eis: & ideo prius in laica id est, eos ꝙ hoc petūt propter Deū, qui dedit oīa: & ideo prius in laica li habitu diligēter cōgruo tēpore probati, si eorum vita inueniatur honesta

d Ad ordines tamen nō admittitur sine licentia dominorum vltr. Nec tenet quod leg. & not. supra c. prox. in fin. Nam illud hic corrigitur. Ioan. de Fan.

‖ Seruos manumittere est operis misericordiæ.

a Aliàs tacēs habetur.

‖ Ecclesia nūquā moritur.

1 Hoc par. 3. c. 141. & 142. Polyc. l. 2. tit. 3. Anſel. 7. c. 46.

‖ Media via est tenenda.

‖ Abbas nihil proprij habet.

c De furto pro bator de consfedif. 4. discipulos. & extra de furtis. si quis. Hodie ista propriè fumēdo recipiuntur à promotione. h. dist. cap. 1.

† *al. professus*

† *al. ex*

8 Ex decretis D. Gregorij in extremo 11. lib. regestr. & aliqua carpe l. 4. epist. 44. Ioan. dicit 3. c. 16. In conc. Tribur. c. 63. Anſel 7. c. 62. Pol. l. 6. tit. 16.

† *al. celebrare*

e Et hæc ista fuit sententia Tā. & Goff. Dicunt enim ꝙ in ista decre. monachi cōmictur ius cō mune. ex dispensatione tamen episcopi, cum consensu abbatis potest monachus præfici ecclesiæ parochialis. 16. q. 1. in parochia. ca. dicēs. cū pro vtilitate. cap. si monachus. Et hoc de pauperibus dicunt intell Archid.

† *al. charitate*

‖ Legitimis deficientibus assumūtur minus legitimi.

2 Concor. rex. in l. gener. liter. & ibi Cy. C. de epi. & cle. gl. & Par. in l. 2. t. fin. ff. de don.

d Et cap. vlt. Vbi de hoc. & in præce. ea. presbyterorū. Archidia.

3 Ibidem c. 3. j. distin. 77. si quis.

nesta monachi fiāt: & postea irreprehensibiliter vixerint, poterūt ad sacros ordines promoueri per temporum interualla: dummodo non sint illis criminibus maculati, quæ lege veteri morte puniebantur. Quod postea sequitur, planum est vsque ad distinctionem.

a ¶ *Negare.*] Ex hoc videtur, ꝙ serui ecclesiarum secundum præscriptum modum probati, impediri non possunt, si velint promoueri: ‖ cum opus sit pietatis ma numittere seruos. 12. q. 2. cum redemptor. Sed dic quòd Gregorius non dat potestatem hic seruis conuertendi [a], & se subtrahendi: sed prælatos instruit, vt non aliter manumittant quàm probatione adhibita. Vel dic quòd loquitur de iam manumissis [b], vt etiā tales indistincte non sint recipiendi, nisi probentur per triennium in laicali habitu.

b ¶ *Omnia.*] & ita non debemus omnes restutare: nec etiam omnes admittere: ‖ & sic media via tenenda est, vt 45. distin. disciplina. ff. de offic. proc. l. solent.

c ¶ *Militiæ.*] non obst. 19. quæst. 3. monasteriis. & dixi 53. distin. legem.

d ¶ *Morte.*] nō tamen omnia nec sola quæ tūc puniebantur morte [c], hodie repellunt à promotione, quia furtum, & simplex fornicatio non puniebantur morte, vt 36. quæst. 2. denique. & in aliis multis, vt 22. quæst. 2. si quis per vetus. hæc tamen hic repellunt à promotione. 49. dist. hinc etenim.

e ¶ *Rohibendum est.*] ¶ *Fuerint.*] id est vixerint: vel etiam eorum heredes, vt C. de liber. & eorum lib. libertinę. filius tamen liberti potest, vt ff. de obsequiis liber. heredes. C. de operis libertorum. quod ex liberta. secus tamen est in libertis ecclesiarum, vt 3. eod. qui ex famulis. ‖ quia eorū domina, scilicet ecclesia, numquam moritur, vt 12. quæst. 2. liberti.

Orpore.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Et principaliter in hac distinctio. tractat quòd corpore vitiati, scilicet impotentes vel magnis membris & apparentibus vnde deformarentur, vel minoribus per culpam suam, promouendi non sunt. Si autem à barbaris, vel à dominis, vel ab inimicis sancti fuissent vel à medicis, vel casu, possent promoueri: & hoc probat in prima parte per xij. auctoritates sanctorum. Secunda ibi. *Hoc autem.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 55. distinct. in qua ostenditur, quòd corpore vitiati promoueri non possunt: & quæ pœna ordinatoribus talium sit imponenda.

f ¶ *Corpore vero vitiati.*] Hic agitur de corpore vitiatis: & quæ pœna debeatur ordinatoribus talium. ‖ Notandum quòd sponte vitiati in quocumque membro, reperiuntur à promotione, & deiiciuntur iam promoti, vt j. eadē, pœnitentes. sunt enim sui homicidæ. j. eadem, si quis. & cap. qui partem. si autem casu vitiati sunt corpore, scilicet, ab hostibus inuiti, vel propter ægritudinem voluntari j: siue à se, siue à medicis, non obstet eis. j. ea. si quis à medicis. Si autem aliàs sunt vitiati: aut ipsi insistebant operi licito, aut operi illicito. Si illicito, repellunturi si licito, & sunt vitiati in minimis membris, siue occultis, non repelluntur à promotione, vt j. ead. qui partem. & ca. eunuchus. Sed si in magnis, & manifestis, non promouentur, vt j. ea. si Euāgelica. Si ergo aliquis in principalibus membris, scilicet in oculo vel manu habet enorme vitium, non promouetur: secus si modicum: & quod non generet scandulum, vt extra de cler. ægro. vel debili. cap. presbyterum. extra de corpo. vitia. cap. 11. & 3.

‖ Corpore vitiati sunt à promotione, &c. dicti.

[d] Ioan.

DE SERVIS. CASVS. Hic mouet Gratianus quādam quæstionem, an serui monasterij possint ordinari: & probat sophistice quòd non possunt: quia seruis ecclesiarum promoueri non possunt, nisi ab episcopis suis libertatē consequantur. sed serui monasterij libertatem consequi non possunt: ergo ad clericatū promoueri non possunt: & quòd non possunt consequi libertatem, probatur sequenti cap. cuius casus patet, & per te videbis.

Bbati.] ¶ *Liberum.*] quia si manumittitur seruus ecclesiæ, duo dabuntur loco illius, vt 12. quæst. 2. episcopus. ‖ sed abbas nihil habet proprij, vt 12. q. 1. non dicatis. Vnde nō potest facere hanc recōpensationem.

n ¶ *Proprium.*] quia nemo potest plus iuris in alium, &c. vt extra de donatio. inter virum & vxo. nuper. & ff. de regu. iuris. nemo. 1. q. 7. Daiber tum. sed fallit extra de electi. suffraganeis. ff. de acquiren. rerum domi. non est nouum [e].

o ¶ *Alienari.*] 11. q. 3. si quis à ꝓprio. nisi in casibus, vt ff. de pign. act. si cōuenerit. & institu. ꝙb. ali. non licet. §. 1. & ff. de vsufruct. l. quod nostrum.

p ¶ *Proprio.*] ſim. extra de iure patr. ꝙ autem.

HACAVCTO. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. in quo casu intelligitur supra dictum cap. Et dicit quòd serui monasteriorum nō prohibentur fieri liberi, & ordines recipere, dūmodo non recedant ab obsequio monasteriorū: sed prohibentur libertatem nācisci, si ab eorum seruitio recedere velint: quia turpe est, vt monachi laborent, & serui sui otio torpeant: sicut habetur in quadā cōstitutione 17. q. 4. in venditionibus. & quod serui monasteriorum possint promoueri probatur seq. cap.

q ¶ *In alio capitulo.*] j. 17. q. 4. i. in venditionibus.

MVltos.] CASVS. Quæritur fuit ab Augustino, an serui ecclesiarum vel sæcularium virorum si velint fieri monachi, sint indifferenter admittendi? Et respondet quòd non: quia si indifferenter eos admittimus, damus eis occasionem fugiēdi dominos suos se ad ecclesiam transferendo. Si autē indifferēter repellātur, Deo negamus quēdā. si est, eos ꝙ hoc petūt propter Deū, qui dedit eis: & ideo prius in laica id est, eos ꝙ hoc petūt propter Deū, qui dedit oīa: & ideo prius in laica li habitu diligēter cōgruo tēpore probati, si eorum vita inueniatur honesta

e De hoc extra de iure patr. cum si bividens.

‖ Seruos manumittere est operis misericordiæ.

a Aliàs tacēs habetur.

‖ Ecclesia nūquā moritur.

1 Hoc par. 3. c. 141. & 142. Polyc. l. 2. tit. 3. Anſel. 7. c. 46.

‖ Media via est tenenda.

‖ Abbas nihil proprij habet.

c De furto pro bator de consfedif. 4. discipulos. & extra de furtis. si quis. Hodie ista propriè fumēdo recipiuntur à promotione. h. dist. cap. 1.

† *al. professus*

† *al. ex*

8 Ex decretis D. Gregorij in extremo 11. lib. regestr. & aliqua carpe l. 4. epist. 44. Ioan. dicit 3. c. 16. In conc. Tribur. c. 63. Anſel 7. c. 62. Pol. l. 6. tit. 16.

† *al. celebrare*

e Et hæc ista fuit sententia Tā. & Goff. Dicunt enim ꝙ in ista decre. monachi cōmictur ius cō mune. ex dispensatione tamen episcopi, cum consensu abbatis potest monachus præfici ecclesiæ parochialis. 16. q. 1. in parochia. ca. dicēs. cū pro vtilitate. cap. si monachus. Et hoc de pauperibus dicunt intell Archid.

‖ Legitimis deficientibus assumūtur minus legitimi.

2 Concor. rex. in l. gener. liter. & ibi Cy. C. de epi. & cle. gl. & Par. in l. 2. t. fin. ff. de don.

d Et cap. vlt. Vbi de hoc. & in præce. ea. presbyterorū. Archidia.

3 Ibidem c. 3. j. distin. 77. si quis.

uatæ [2] ministris, vel sufficiētibus [g] vsque adeo despoliatæ seruitiis, vt plebibus ad se pertinentibus diuina munera supplere non valeant, tam instituendi, quàm promouendi clericalis obsequij sic spatia dispensanda concedimus: Vt si quis monasterialibus [h] disciplinis eruditus ad clericale munus accedit; etiam de laicis anteacta eius vita requiratur 3. ¶ Ne sit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescētia sordidatus, vel corpore vitiatus, vel seruilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica pœnitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione discussus.

α ¶ Eatenus ecclesiis.] *Restitutus est hic locus ex epistola Gelasij, & Iuone.*

β ¶ Monasterialibus.] *Hic de industria videntur Gelasij verba mutata, & in compendiū redacta: integra autem referuntur infra dist. 77. c. si quis. & ibi legenda.*

Item ex concilio Arelatensi 3. c. 3.

¶ Annis suspensionis subiacere debent qui præter canonum formam aliquem ordinant. C. II.

NVllus pœnitētem, nullus bigamum, nullus viduarū maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam propē omnium canonū instituta contineant; tamen ne cuiquā sacerdotum supplicantium (sicut iam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat; necesse fuit, vt nūc seueriorem [i] regulā sibi velint Domini sacerdotes imponere. Et ideo, quicumque ab hac die contra ea, quæ superius sunt comprehēsa, clericum ordinare præsumpserit; ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno [k] integro Missas facere † non præsumat. Quam rem si quis obseruare noluerit, & contra constitutum fratrū faciens Missas celebrare præsumpserit; ecclesiæ [γ] cōmunione priuetur, & ab omniū fratrum communione † noueric se alienum: quia dignū est, vt seuerita tē ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter à sanctis patribus instituta obseruare contēnit.

2 Concor. rex. in l. gener. liter. & ibi Cy. C. de epi. & cle. gl. & Par. in l. 2. t. fin. ff. de don.

‖ Legitimis deficientibus assumūtur minus legitimi.

d Et cap. vlt. Vbi de hoc. & in præce. ea. presbyterorū. Archidia.

† *al. celebrare*

3 Ibidem c. 3. j. distin. 77. si quis.

† *al. charitate*

DISTINCTIO LV.

Corpore vero vitiati [f] similiter à sacrificiis prohibentur. Vnde Gelasius Papa episcopis per Lucaniam, & Brutios constitutis, epist. 1. c. 2. & 3. scribit dicens.

¶ Qui de monasterialibus disciplinis ad clericale munus accedit & de laicis; ante acta eius vita examinetur. C. I.

1 PRisciis igitur pro sui reuerētia manentibus constitutis (quæ, vbi nulla vel rerum, vel temporum perurget angustia, regulariter conuenit custodiri) catenus [α] ecclesiis, quæ vel cunctis sunt pri-

cum habere socium sui ordinis, vt extra eod. tit. monachi. [e]. Bart. De hoc ad plenum 16. quæst. 1. in summa.

Nvllus.] CASVS. Antiquitus facta fuit cōstitutio, vt nullus episcopus ordinaret pœnitentiam, vel bigamū, vel viduæ maritum, vel corpore vitiatum, quam episcopi male seruabant; & ideo Arelaten. concilium nunc statuit regulam seueriorem, vt quicūque amodo tales ordinauerit, anno integro cesset à celebratione Missarū: & si celebrauerit post excommunicationem deponetur. Sequens capitulum patet.

i ¶ *Seueriorem.*] Et nonne seuerior fuit illa constitutio, quæ priuat tales potestate ordinandi, & 36. distinct. qui ecclesiasticis. & sic hic adiicitur alia pœna.

¶ *Anno.*] Not. hic annum computari à tempore scientiæ, vt 17. q. 2 si quis.

si quis incognitus.2.q.6.c.biduum.] Quid si annus sit bissextilis,in quo aliquis suspensus est, numquid sufficit abstinere cclxv. diebus? non videtur:quia illi duo dies habentur pro vno [a], vt extra de verb. sign. quæsiuit.sed non est ita, vt ff.de statu li.cum hæres.§.Stichus.quia hoc cap. loquitur de vitiatis in anima [b]: & quantum ad hoc facit ad propositum magistri.

a *Pœnitentes.*] ¶ *Dissoluet.*]Arg. aliquem venire contra factum proprium. si. 35. q.9.quod quis 12.q.1. certe [c]. extra de ele. nosti. Argu.contra de cle.coniu.diuersis fallaciis. extra de concef. præb.cum super quæstione. extra de fil.presbyt. veniens. Vel dic quòd ipse dicitur dissoluere,quia ob ignominiã sui dissoluitur.fic. 70. dist.neminem.& 21.q. 2. c.1. cũ enim ipse ob hoc sit dignus depositione, ipsemet non dissoluet. Ioan.Sol.de iure commũni nõ potest aliquis venire cõtra factõ suum, nisi in casibus expressis in iure [d]. Bar.

CORPORE. CASVS. Dicit Gratianus hic, quòd illi corpore vitiati ordinari prohibentur, qui non casu sed voluntate, propria se abscinderunt: quod probat sequentibus capitulis.

SI quis.] CASVS. In hoc cap. dicitur, q̃ si quis laicus sibi virilia abscinderit,ad clericatum promoueri non potest:cum sit sui ipsius homicida. Si vero abscinderet,debet deponi,quia sui est homicida. Sequẽs cap.patet.

b ¶ *Abscidit.*] ex indignatione, vel etiã causa continentiæ.

c ¶ *Clericus.*]Sed quid dices de Origene ‖, qui se eunuchum fecit, vt liberius in occulto posset prædicare tempore persecutionis ecclesiæ mulieribus:tamen postea apud Cæsaream factus est sacerdos? ‖Itẽ Marcus præscidit sibi pollicem, vt sic fieret indignus sacerdotio: & tamen postea factus est sacerdos:vt legitur in historia ecclesiastica.Sed hæc non sunt trahenda ad consequentiam. 4. quæst.1. cap. vlt. 7.quæst. 1. petisti [e].

d ¶ *Homicida.*] non quòd homicida tunc sit factus : sed propter homicidij periculum quod sequi poterat sectionem, dicitur homicida: sicut qui infantem exponit,homicida dicitur.87. distin. cap. vlti. Et est argum. quòd non est considerandum quid eueniat,sed quid euenire possit,vt 22. quæst.1.in nouo. 21. distin. denique. 23. quæst. 5. relegentes. ff. de his qui deiec. vel effu. l. si vero. §. penul. & C. de vsufru. ambiguitatem. Argum.contra. 23.quæst. 5.de occidendis.

e *Hi qui vitio.*] §. 33. distinct. maritum, &c.

*QVi partem.*CASVS. Duo fuerunt homines, qui semetipsos abscideruntvnus sponte,alius casu,cum rusticano operi curam impenderet. quæsiuit Nucerianus episcopus an valeant promoueri? Et respondet Felix Papa, quòd ille qui se abscidit sponte, non potest:ille vero qui casu se abscidit,potest promoueri : & si clericus est, non deponetur : quia casus veniam meretur : sed voluntas propria vindicanda est.

‖ Membapotest quis quandoque diminuere, vt Hierony. & Esa.

mus fecit sibi secari dentes:& Esaias suam linguam amputauit, vt 8. q. 1. in scripturis. Argum.contra 35. distin. ab exordio.vbi dicitur, quòd Deus nihil superfluum creauit in nobis: & est argum. ad hoc 8. ead. quis. vbi dicitur quòd Dei conditioni est inimicus.

g ¶ *Præcipiunt.*] id est, permittunt. sic 31. quæst. 1. hac ratione.

scilicet & alij id facere dubtiari non posit; in istis, &c.

Similiter[i] *vero intelligendum est de iis, qui per languorem à medicis secantur, aut à barbaris abscinditur, aut à dominis castrantur.*

Vnde in Nicæno cõcilio, c.1.legitur.

¶ Qui per languorem à medicis desecatur,ad clerum valet admitti. C. VII.

3 LEctis ſagacitatis veſtræ apicibus, qui defuncto eccleſiæ Reatinæ antiſtite, clerum & plebẽ eiuſdem eccleſiæ elegiſſe ſibi futurum antiſtitẽ, nobiſque conſecrandum veſtro ſtudio directum eſſe, ne ipſa eccleſia diu [m] ſine proprio conſtet paſtore, fatebantur; nos de obitu prioris dolentes, nunc ipſum electum vnanimitate †, & canonica ipſius eccleſiæ electione, vt mandaſtis, tam citiſsime ordinare omiſimus, quòd imperialem notarium, & Ludouicum, vt eccleſiam Reatinam dudum deſtitutam paſtore concederet gubernandam Colono diacono; quod ſi nollet facere, concederet ei Tuſculanam eccleſiam, quæ diu vacauit: vt conſecratus Deo, & ſibi gratias agere poſſit.

g ¶ *Reatina.*] hoc ca. & duo ſeq. loquuntur in eadem materia.

h ¶ *Licentia.*] conſenſus principis eſt requirendus electione celebrata, vt extra de elec. quod ſicut. niſi aliud ſuadeat ſcandalum. extra eo. q. 4. vel præſcripta conſuetudo [e], vt extra de iure patro. nobis.

i ¶ *Accepta.*] 26. q. 7. decernimus.

k ¶ *Grates.* ſpirituales, non carnales. 1. q. 1. filium. hoc enim eſſet ſimonia, vt 1. q. 1. ſunt nonnulli. & q. 2. ſicut. Immo videtur, quod non ſit ſimonia, dummodo ex poſt facto mere ſine aliqua ambitione petentis. 3. q. 2. ſicut epiſcopum.

Nobis.] CASVS. In hoc cap. dicitur qualiter Imperator miſit litteras ſuas Papæ, in quibus dedit ei licentiam conſecrandi dictum Colonum in eccleſia Reatina, quod & Papa fecit.

l ¶ *Dominus Imperator.*] ex humilitate hoc fecit, cum ipſe ſit filius eccleſiæ, vt 96. diſt. ſi Imperator.

m *Ecclis.*] ¶ *Diu.*] id eſt, vltra tres menſes, vt 50. diſtin. poſtquam. niſi cauſa neceſſitatis [f], vt 75. diſt. quoniam. & 7. q. 1. conſtitutum. Et ita reſtringitur quandoque vaga ſignificatio alicuius verbi, vt 65. diſt. de perſona.

Metropolitano.] CASVS. Dicitur hic, quòd defuncto metropolitano omnes ſuffraganei debent ad ſedem archiepiſcopalem conuenire, vt omnium ciuium & clericorum volũtate diſcuſſa, ex preſbyteris vel diaconibus eiuſdem eccleſiæ optimus ordinetur.

2 ¶ *Ad ciuitatem metropolim.*] ibi enim conſecrandus eſt metropolitanus, vt 51. diſt. qui in aliquo. Et eſt argu. hic quòd prouinciales epiſcopi intererunt electioni metropolitani [a], vt 3. eo. Valentinianus.

b ¶ *Ex presbyteris.*] presbyterum præmittit. qui enim prior eſt in ordine, erit prior in electione [b], 75. diſt. cap. vlti. & 61. diſtin. ſtatuimus. vnde hæc dictio, vel, non dat illis optionem ſic vel ſic eligendi, ſed ordo verborum oſtendit quo ordine debeant eligere. ſic 7. de conſecr. diſt. 2. in Chriſto 2. & optime hoc dicitur. ff. ad Treb. l. heredes. in fi.

c ¶ *Vel diaconis.*] hodie ex ſubdiaconis poteſt eligi, extra de ætate & qualit. à multis.

d ¶ *Optimus.*] ſi. in authen. de monachis. §. ordinationem. colla. 1. Sed quis diceſ optimus? qui & principalem locum tenet. ‖ quod enim per ſuperabundantiam dicitur, vni ſoli conuenit, vt ff. de verb. oblig. vbi autem nõ apparet. 1. reſpon. ff. de ædil. edic. ſi venditor. §. vlt. Qualiter iſtud intelligaſ, inuenies 8. q. 1. licet.

Sit in plebibus.] CASVS. Iſidorus docet hic, quòd ad officium archidiaconi pertinet, vt defuncto vel depoſito archipresbytero alicui [a] loci archidiaconus illuc vadat, & à clero, & à populo faciat electionem fieri, & ipſam plebem regat donec archipresbyter ibi ordinetur.

e ¶ *Proficiſcatur.*] ſpeciali auctoritate epiſcopi, aliàs non liceret [c], vt extra de offic. archidiac. cum ſatis. niſi hoc habeat de conſuetudine præſcripta. & ſic intelligo extra de excel. prælat. ad hoc. & extra de appel. bonæ. & extra de inſtitut. cum veniſſent. Quid tamen de hoc iuris ſit, dixit 25. diſtinct. perlectis.

Gatho.] CASVS. Conſuetudo erat, quòd electio Papæ ſubſcripta repræſentaretur Imperatori Conſtantinopoli. & tunc temporis electus dabat quamdam ſummam pecuniæ Imperatori, ad quam ſummam releuãdam miſit Agatho Ioannem epũm Portuen. Conſtantinopolim, qui in octaua Paſchæ in eccleſia ſanctæ Sophiæ latine Miſſam coram Patriarcha & principe celebrauit, & ad ſuam poſtulationem accepit imperiale reſcriptum, per quod ſolita quantitas eſt ei relaxata: ita tamen vt electio Pontificis Imperatori ſemper repræſentaretur, vt cum Imperatoris conſcientia, & iuſſione pontificis ordinatio deberet proſpere fieri; ſicut factum fuit de Vitaliano, cuius electio fuit præſentata ipſis principibus, ſicut conſuetudo erat.

f ¶ *Quæ ſolita.*] Quilibet enim epiſcopus dare conſueuit aliquid Imperatori in electione ſua, vt 7. ead. qua. dummodo reditus epiſcopales excederent duas libras auri, vt in Authen. de ſanct. epiſc. §. 4. & forte tunc cum mos erat, crimen non erat [d], vt 32. quæſt. 4. objiciuntur. Sed nonne Imperator commiſit ſimoniam relaxando illud ius ſub hac conditione, vt conſenſus eius requiratur in electione? Sed dic, quod non, quia prius vtrumque ius habuit, vnde modo alterum potuit [e] remittere. ideo autem petiit à Papa hanc conſuetudinem tolli, quia continebat ſpeciem mali, vt 1. q. 1. emendari.

HAdrianus.] CASVS. Deſiderius [g] rex morabatur Papię, qui totam Italiam ſtimulauit: propter quem repellendum Hadrianus Papa fecit Carolum venire: qui Papiæ dimiſſo exercitu, Romam iuit: ibique honorifice receptus, Papiã rediit: & tamdiu eam obſedit, donec Deſiderium regem cepit. Deinde Romam reuerſus, ſynodum congregauit: vbi Hadrianus cum centum quinquagintatribus epiſcopis dedit Carolo poteſtatem eligendi Papam, & ordinandi ſedem Apoſtolicã, & confirmandi omnes epiſcopos & archiepiſcopos per prouincias: & quicumque contra hoc priuilegium veniret, anathema eſſet: & niſi reſipiſceret, bona eius publicari præcepit.

g ¶ *Defendendas.*] ad hõc tenentur omnes principes, vt 23. q. 5. principes. & ſi nollent eam defendere, poſſunt excommunicari. 23. q. 5. adminiſtratores. Ioan.

h ¶ *Patriciatus.*] vt puniret crimina, & ſecundum hoc poteſt intelligi. 2. q. 6. omnis oppreſſus.

‖ Et ita index eccleſiaſticus alij poteſt committere cauſam ſanguinis. Vel intellige quòd eſt adnocatus Romæ, vt extra de elect. venerabilem.

i ¶ *Per ſingulas.*] ergo in Francia & in Hiſpania. vnus eſt enim [f] Imperator, vt 7. q. 1. in apibus. quod concedo niſi probant ſe exemptos ab Imperatore, vt 23. q. 8. §. ecce. vnde adhuc de capite ſuo dabant tributum Imperatori omnes, cum nõ probent ſe exemptos ab Imperatore, vt ff. de cenſ. l. vlt. ſi enim dicunt ſe nõ ſubeſſe Romano Imperio, per conſequens dicunt ſe non habere aliquid proprij, vt 3. diſtin. 1. ius Quiritum. fateamur ergo Imperatorem eſſe dominum mundi, vt ff. ad legem Rhod. deprecatio. Obſtat [h] quòd Reges Hiſpaniæ cum nõ ſubeſſent Imperio, regnum ab hoſtium faucibus eruerunt.

k ¶ *Publicari.*] Hic eccleſia publicat bona laicorum, & quandoque deponit laicos à dignitatibus. 32. quæſt. 5. præceptorum. in fin. Vel dic quòd hic docet eccleſia quid fieri debeat. ſic 24. quæſt. 3. de illicita. & 5. quæſt. vlti. delatori.

In ſynodo.] CASVS. In hoc cap. continetur quòd ſicut Hadrianus conceſſit priuilegium Carolo: ita Leo Papa in ſynodo Romæ congregata conceſſit idem priuilegium Othoni primo Regi Teutonicorum, & eius ſucceſſoribus, vt ipſe eligat ſibi ſucceſſorem, & ordinet

1 7. diſt. 76. ca vlt. Pol. l. 2. tit. 19. Anſ l. 6. c. 60. Iuo p. 6. c. 112.

2 Anſ. lib. 7. c. 94. ‖ Electio vel poſtulatio de clerico alteri ſubdito facta an valeat.

a Facit ad hoc 61. diſt. cap. 1.

b Deeſt, vt priꝰ eligatur. argu. ad hoc 64. diſt. epiſcoporũ ſecundum Laur.

† *al.* vt à re-ſtra

‖ Quod per ſuperabundantiã dicitur, vni ſoli conuenit.

1 Anſel. l. 6. c. 19. al. 15. Iuo p. 5. c. 348. Deuſdedit p. 1

† *al.* metropolitanum

c Arg. opt. 94. diſt. cap. vlti. in fi. decre. hic alleg. cum ſatis. nõ probat, quoniã loquitur in commiſſione curæ animarũ. hoc autem c. ſi in plebibus, loquit de cuſtodia vaſis eccleſiaſt. qđ dic vt not. 16. q. 7. c. nullo. Archid.

† *al.* presbyteros

a In Pontificali Vaticano. in decretis Agathonis, & Nono. 1. conc. in decretis ejuſdem.

d Ad hoc facit, quod not. Io. & H. extra de ſimon. ſuam, & 3. ca. quia.

e Ad hoc adde quod leg. & no. extra de rerum dom. con ſtituens.

† *uſſionem* } orig.

† *al. faciendi*

‖ Iudex eccleſiaſtic' cauſam ſanguinis alij cõmittere poteſt.

f Vnus eſt Sol. intelligitur g ſingulas prouincias ſui imperij.

g Iſtam gloſ. ſequuntur Cy. Bart. & Bald. Sali. & Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de ſumma trĩ.

5 Pannor. l. 8. cap. 136.

h Adde hic an Reges Fräciæ ſubijcianꝫ imperio. gl. in c. 1. in princ. de pa. iuram. fir. tenetq̃ ſic. Cõmuniter tamen tenẽt contrarium p. tex. in c. per venerabilem. extra qui ſi. ſint leg. Spec. in tit. de app. 6. nũc tractem⁹. in prin. Bar. ſi. hoſtes. in 2. col. ff. de cap. & Bal. ſi d. c. 1. de pa. iur. fir. reprobata. ibi glo. & etiã ibi ponit And. de Yſer. Item pro hoc adde concor. in apoſtil. ad Iaſ. in l. 1. C. de ſũma trini. Idem de rege Hiſpaniæ, gl. magna ad fi. in cap. & neceſſe. de dõ. int. vi & vxo. Pan. c. venerabilem. coll. 9. de elect. Iaſ. l. id quod apud hoſtes. dele. 1.

Romanum Pontificem, & episcopos & archiepiscopos, vt ab eo inuestituram accipiant: nisi aliquorum inuestituram concesserit Romanis Pontificibus, vel archiepiscopis: & qui contra venerit: decreuit excommunicationi subiacere: & nisi resipisceret, irreuocabiliter exulare: vel si laicus est, vltimo supplicio affici.

a ¶ *Confirmamus.*] Argum. quòd idem potest dare & confirmare. 23. dist. in nomine. extra de elect. cum inter. Argum. contra extra de fi. instru. cap. inter dilectos [a]. dic quòd non potest eodem respectu: sed diuersis, vt in d.c. cum inter. & ff. de iurisd. omn. iudic. & quia quãdoque etiam dicitur dare, id est, datum ostendere, vt 23. q. 5. §. hinc notandum. ff. de testa. heredes. §. si quid.

b ¶ *Primo.*] non dicas primo regi, sed primo Othoni, id est, ante quem nullus alius fuit. sic extra de verbor. signifi. Ioseph. & ff. de verbor. signific. proximus.

c ¶ *Successorem.*] Hoc speciale fuit contra id. 8. q. 1. Moyses. sic 7. q. 1. petisti. hic patet quòd maximam habet potestatẽ Papa circa imperiũ. Sed dic quòd tantum in Italia permittit ei facere successorem.

d ¶ *Ac per hoc.*] quasi dicat: ex quo in Romana ecclesia hoc permittitur: ergo & in minoribus. Et est argu. quòd idem iuris est in membris, quod in capite, vt 16. q. 2. c. 1. 12. q. 2. cognouim'. & q. 1. præcipimus. & 1. q. 3. si quis eps. 24. q. 1. rogamus.

e ¶ *Concessit.*] videtur ergo q Imperator possit dare priuilegium libertatis, vt extra de restitu. in integr. auditis.

‖ Papa dat gladij potestatẽ. f ¶ *Sit Patricius.*] ‖ & sic Papa dat hic gladij potestatẽ: cuius tamen exercitium ipse non habet. Ioann. extra de electio. suffraganeis. B.

g ¶ *Apostolicam.*] Sed numquid Papa posset ei potestatem dare, vt deponeret ipsum? sic in hæresi. & de consensu Cardinalium: immo in omnibus se potest subijcere ei, vt 2. p. 7. nos si.

h ¶ *Exilio.*] not. ecclesiam posse aliquem mittere in exilium, vt 3. q. 4. hi qui.

‖ Imperatores multa perdiderunt priuilegia. i ¶ *Affici.*] Cum hæc priuilegia fuerint omnibus successoribus data, quare non vtuntur eis? Respon. ‖ quia Imperatores eis renuntiauerũt, vt 7. ead. tibi. Item quia per abusum ea perdiderunt, vt 7. ead. §. verum. Item quia ex causa fuerunt eis concessa, vnde cessante causa, ipsa cessauerunt, vt 1. q. 7. quod pro remedio. Nec obstat quod hic dicitur de successoribus: quia hoc intelligendum est de illis successoribus, qui hoc impetrare possunt, vt 23. distin. in nomine.

Salonitanæ.] CASVS. Maximus dicebatur in quattuor deliquisse. Primo, quia per simoniam archiepiscopatum Salonitanæ ciuitatis acquisierat. Secundo, quia ordinatus fuerat Papa irrequisito, vel eius responsali. Tertio, quia contra excommunicationem à Papa latam sub conditione si diuina celebraret, eo quòd sic fuerat ordinatus, Missas cantare præsumpsit audacia quorumdam sæculariũ, quibus multa præmia, sua ecclesia spoliata, dare dicebatur. Quarto, quòd fornicationis vitio laborabat. Sed ad preces principum Constantinopolitanæ ciuitatis ratam habuit eius ordinationem. Alia vero mala illius indiscussa relinquere noluit: ideoque præcepit sibi, vt Romam venire non differret: & si non venerit, districtione canonica ferietur.

k ¶ *Iussissent.*] Argu. quòd auctoritas maioris excusat [b], vt 14. q. 5. dixit. 28. dist. diaconi. 23. q. 5. miles. Argu. contra 12. q. 2. quicumque. & 16. q. 1. in canonibus. Ioan. Sol. ‖ in malo nulli est obediendum: nec aliquis excusatur, vt 11. q. 3. si dominus. B.

Item Gregorius lib. 4. reg. epist. 34. seu cap. 78. ad Constantiam Augustam.

¶ Præcepto principum, Maximo remittitur, quòd absque auctoritate Apostolica ordinatur. C. XXIIII.

1 SAlonitanæ ciuitatis episcopus me, ac responsali meo nesciente, ordinatus est: & facta res est, quæ sub nullis anteriorib⁹ principibus euenit. Quod ego audiens, ad eumdem præuaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, vt omnino Missarum solennia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius à serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent [k]. Quod ei sub excommunicationis ‖ interpositione mandaui. Qui †contempto me, atque despecto, in audaciam quorumdam sæcularium hominum, quibus, denudata sua ecclesia, præmia multa præbere dicitur, nunc vsque Missas facere præsumit, atque ad me venire secundum iussionem dominorũ noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens [m] eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quòd in ordinatione sua me, vel responsalem meum præter mittere præsumpsit, ita ex corde laxaui [n], ac si me [o] auctore fuisset ordinatus. Alia vero peruersa illius, scilicet mala corporalia, quæ cognoui [p], vel quia cum pecuniis est electus, vel quia excommunicatus Missas facere præsumpsit, propter Deum irrequisita relinquere non possum. *& infra.* ¶ Et si ad me diu venire distulerit, in eo exercere districtionem canonicam nullo modo cessabo.

Item ex concilio Toletano, 12. c. 6.

¶ In electione episcoporum, principis desideratur assensus. [q] C. XXV.

CVm †longe lateque diffuso tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auribus decedentis præsulis transitus

[l] ¶ *Sub excommunicationis.*] ‖ Ex hoc videtur quòd per talia verba fiat excommunicatio: cũ sic dicitur; præcipio tibi hoc sub pœna excommunicationis. Et est argu. ad idem extra de eo qui or. fur. rece. c. 1. Argu. contra extra de iure patro. relatum. in fi. & de sagittariis. cap. vno. vbi de hoc. Hu. dicit quòd si talis prohibitio fiat à canone, non fit excommunicatio per illa verba, vt 30. dist. per totum. secus si ab homine [c]: quia canon mitius agit quàm homo, vt 16. q. 7. alligant. & ff. de arb. Celsus. Alij dicunt, quòd refert an diffiniendo illa verba proferantur, vt tũc per ea fiat excommunicatio, an cõstituendo ius & tunc non fiat excommunicatio per illa verba. Sed hæc veritas est, quòd illa verba non habẽt vim sententiæ, sed tantũ comminationis, vt C. cõmina. epistolas, per totum. Hoc autem scias, q̃ sub conditione potest quis excommunicari: & taliter hic intelligo latã sententiam: vnde existente conditione ligat excommunicatio, & non prius: & tamen à tali excommunicatione potest appellari: licet H. contrarium scripserit, vt extra de appel. præterea 2. & hoc ideo, quia excõmunicatio tũc non trahit secum suam executionem; quia non cedit, nec venit dies ante existentem cõditionem, vt ff. de verb. signific. cedere. Sed quid si excommunicans moritur priusquam existat conditio? tunc dico excommunicatum quando extat conditio; ‖ & ita aliquis excommunicatur à mortuo [d]. Vtrum autem conditione existente intelligatur retro fuisse excommunicatus, per id quod legitur. ff. qui pot. in pigno. hab. l. potior. & ff. de manumiss. test. Neratius. Vel tantum à tempore conditionis extantis, per id quod est. ff. de ædil. edi. bouem. §. si sub conditione. disputationi relinquo. Ioan. Ego credo quòd à die existentis conditionis per decret. illam, præterea. extra de appel. B.

m ¶ *Obedient.*] hoc dicit ex humilitate, quia ei præcipere non poterant. Hug.

n ¶ *Laxaui.*] Not. ‖ episcopum remittere posse quæ ad ipsum spectant, non quæ ad Deum [e]: argu. 23. q. 4. si is qui prælatus. Sed nonne quæ fiunt in personam episcopi, vel alterius prælati, fiunt in contemptum ecclesiæ, & ideo in Deum? vtique: sed principaliter in prælatum. §. distin. 45. & qui emendat. & 23. q. 4. inter.

o ¶ *Ac si me.*] Argu. quòd ratihabitio sequens facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit illegitime. extra de iure patro. curã. 18. q. 2. de monachis. 9. q. 2. Lugdunen.

p ¶ *Cognoui.*] per auditum. 2. q. 5. quanto. 22. q. 5. hoc videtur. non tamquam iudex. 2. q. 1. §. quando.

Vm longe.] CASVS. Consuetudo erat in Hispania, quòd quoties moriebatur episcopus, omnes episcopi cõprouinciales congregabantur,

gregabantur, vt Regi de obitu præsulis significarent. Sed quia quandoque nuntiorum impediebatur celeritas, ita quòd sine magno incommodo electio principis non valebat expectari: & si recederent, oportebat eos iterum conuenire ad consecrationem electi: & sic eis difficultas maxima incumbebat: similiter & Regi imminebat difficultas, cum aliis negotiis impeditus non

a Et sic nota, quòd consentiri aliquid faluo iure suo. i. §. cad. cap. nosse.

posset tam cito consulto episcoporum respondere: quod consultum numerosa necessitas expectabat: ideo placuit omnib⁹ episcopis Hispaniæ, vt archiepiscopus Toletanus haberet potestatem confirmandi & ordinandi in quibuslibet prouinciis episcoposque regalis potestas eligat saluo priuilegio cuiuslibet prouinciæ: ita tamen vt quicumque fuerit ordinat⁹, post suam ordinationem intra spatium trium mensium ꝓprio archiepiscopo se præsentet.

a ¶ *Potestati.*] nihil tamen hic Regi subtrahitur: quia sicut prius eligebat, ita & modo post priuilegium Toletano episcopo concessum. B.

b ¶ *Atque Galliciæ.*] connumerat hic Galliciã Hispaniæ, cum tamen sit pars eius: & ita pars connumeratur suo toti. sic ff. eod. ego. & C. de excusatio. tut. exactores. vbi dicitur, oneribus & tutelis.

ADDITIO. Cum tamen omnis tutela sit onus: & ita ius non respicit talem connumerationem. Vel locus est sicut loquuntur peregrini. vel non est pars eius, secundum Laur.

c ¶ *Priuilegio.*] id est, iure. sic 9. q. 3. saluo [a]. ff. quib. mod. pig. vel hypo. fol. si debitor. §. 1. potius ergo onus quàm ius primatię cõcessum fuit huic Toletano episcopo. cum enim Rex eligeret olim de consilio omnium episcoporum, hoc consilium conceditur ei hic.

d ¶ *Maneat.*] Arg. propter loci & temporis difficultatem electionẽ fieri à quo non debeat: sic extra de iure patro. si vero. & 24. q. 1. pudenda. 93. distin. iuxta.

e ¶ *Episcopis eligere.*] id est, à Rege electos cõsecrare & confirmare.

f ¶ *Infra.*] infra distin. 93. iuxta. extra de iure patro. si vero. ſ. 65. dist. si quis contra. sed non est contra [b].

ELECTIONES. CASVS. Ite §. respicit proximum cap. cum longe. Non solum in Hispania eligebantur episcopi per Reges, sed etiam electiones summorum Pontificum & episcoporum quondam Imperatoribus repræsentabantur: sicut factum est de Ambrosio & Gregor. Vnde apparet laicos ab electione non esse excludendos. Hanc vero contrarietatem soluit Gratianus, dicens quòd laici non debent vocari ad electionem faciendam, sed ad præbendum electioni consensum. Nam clericorum est eligere, & populi consentire: vt supra in cap. nosse. in fin. Et quòd laici vocentur ad electionem patet ex hoc quòd dicitur, ad electionem capitula, quorum primum patet.

Electiones quoque summorum Pontificum, atque aliorum infra præsulum quondam Imperatoribus repræsentabantur: sicut de electione beati Ambrosij, & beati Gregorij [g] legitur. Quibus exemplis, & præmissis auctoritatibus liquido colligitur, laicos non esse excludendos ab electione, neque principes reijciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quòd populus iubetur electioni interesse; non præcipitur aduocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum [1]. Sacerdotũ enim (vt in fine superioris capituli Stephani [h] Papæ legitur) est electio: & fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur, vt clericorũ electioni concordet. Tunc enim in ecclesia Dei rite præficietur antistes; cum populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.

Vnde Cœlestinus Papa ait ad episcopos Galliæ, epist. 2. cap. 5.

¶ Plebis non est eligere, sed electioni consentire. C. XXVI.

2 CLeri, plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur.

Item Leo primus ad episcopos Vienensis prouinciæ, epist. 87. al. 89. [sed paulo aliter, & copiosius.]

¶ De eodem. C. XXVII.

g ¶ *Et beati Gregorij.*] non in hoc volumine, nisi arg. §. ea. Agatho.

h ¶ *Stephani.*] §. ead. distin. nosse.

Ota.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quæ debeant in electione concurrere, scilicet conniuentia & consensus ciuium, bona fama populi, maiorum laicorum arbitrium & voluntas, & electio clericorum, & subscriptio.

VOta [i] ciuium [k], testimonia populorum, honoratorum [l] arbitrium [m], electio clericorum in ordinationibus [n] sacerdotum expectantur. *& infra.* ¶ Per pacem, & quietem sacerdotes, qui præfuturi sunt, postulentur: teneatur subscriptio clericorum; honoratorum testimonium, ordinis consensus [o] & plebis [p].

3 *Principibus vero, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum episcoporum referendas vsus, & cõstitutio tradidit pro schismaticorum, atque hæreticorũ dissensionibus; quibus nonnumquam ecclesia Dei concussa periclitabatur: Contra quos legibus [q] fidelissimorum Imperatorum frequenter ecclesia munita legitur.* ¶ *Repræsentabatur ergo electio Pontificum catholicorum principibus, vt eorum auctoritate roborata nullus hæreticorum, vel schismaticorum auderet contraire, & vt ipsi principes tamquam deuotissimi filij in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, vt ei in omnibus suffragatores existerent; sicut Valentinianus beato Ambrosio supra legitur dixisse [3] Noli timere; quia & Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus, vt meũ ordinem decet, semper existam.]*

Vnde Stephanus Papa statuit, dicẽs.

¶ Præsentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus. C. XXVIII.

4 QVia sancta Romana Ecclesia, cui, auctore Deo, præsidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte; quæ ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia Pontificis fit consecratio; nec canonico ritu, & consuetudine ab Imperatore directi intersunt nuntij, qui scãdala fieri vetent: volumus, vt cum instituendus est Pontifex, conuenientibus episcopis, & vniuerso clero eligat præsente [r] senatu, & populo, qui ordinandus est; & sic ab omnibus electus præsentibus legatis imperialibus cõsecretur; nulluſque sine periculo fui iuramenta [s], vel promissiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere; nisi quæ antiqua exigit consuetudo [t]; ne vel ecclesiarum ordinationes, vel alia quælibet negotia, quæ ad vtilitatem ecclesiæ pertinent, ab aliquibus ambitiosis, & sæcularibus personis, quæ ad hoc non pertinent, impediantur.

i ¶ *Vota.*] id est, conniuentia & consensus, vt §. dist. 24. episcopus.

k ¶ *Ciuium.*] non rusticorum extra ciuitatem consistentium.

l ¶ *Honoratorum.*] scilicet maiorum de populo, & clero. §. ea. Hadrianus, in fin.

m ¶ *Arbitrium.*] §. distinct. 23. cap. 1. 24. distin. cap. nullus.

n ¶ *In ordinationib⁹.*] id est, electionibus.

o ¶ *Ordinis cõsensus.*] quia dicitur ordo cerdonum, pelliparionum, vel alterius corporis.

p ¶ *Et plebis.*] ‖ nomine plebis censentur illi, qui nõ sunt collecti ad aliquod corpus [c] faciendum: de quo corpore habes ff. quod cuiusque vniuer. l. 1. & est ad hoc bonum simile. C. de episco. aud. l. iubemus.

‖ Plebis nomine qui censentur.

c De hoc leg. & no. extra de excess. prælat. delicta. & per Inno. extra de offic. ord. cum ab ecclesiarũ. Archid.

PRINCIPIBVS. Hæc est tertia pars huius dist. in qua reddit rationem, quare vocabantur principes ad electiones. Archidiacon.

CASVS. Hic duplex ratio redditur, quare quondam Regibus & Imperatoribus electiones repræsentabantur: scilicet vt nullus hæreticorum & schismaticorum electioni contraueniret, pro quibus fæpe ecclesia periclitabatur: & vt ipsi principes tamquam filij deuotissimi consentirent in electum, quem sibi viderent in patrem eligi: sicut de Ambros. fecit Valentinianus. Et quòd principes interessent propter hæreticos & schismaticos, probat per sequens capitulum.

3 §. cap. Valentinianus.

q ¶ *Legibus.*] 23. q. 7. cap. 1. & 2. & distinct. 8. quo iure.

4 Pannor. l. 3. cap. 1. §. Stephanus Papa.

Via.] CASVS. Romana Ecclesia fæpe patiebat molestias in obitu Papæ, & in electione successoris: quia nuntij Imperatoris defuerant: ideo statuit Stephanus, quòd electio Papæ non fieret nisi præsente populo, & senatu, & Imperatore, vel eius legatis: vt scandala removeantur, & eis præsentibus consecretur: & nullus audeat extorquere iuramenta vel promissiones, nisi quæ fuerint de antiqua consuetudine.

r ¶ *Præsente.*] infra 79. distin. nullus.

s ¶ *Iuramenta.*] ‖ videtur ergo, quòd ante electionem non sit præstandum iuramentum de indemnitate ecclesiæ, vt 8. q. 3. Artaldus. & §. 28. distin. de Syracusanæ. præsumetur enim hæc ideo facere vt eligeretur. Dicunt tamen quidam, quòd si est consuetudo, quòd præstetur, præstari potest: & sic intelligunt quod dicitur hic in fin. Quid tamen iuris sit de hoc, habes 8. q. 3. in summa.

‖ Iurandum non est de indemnitate ecclesiæ ante electionem.

t ¶ *Consuetudo.*] ‖ Per hoc videtur, quòd in spiritualibus seruanda

‖ Consuetudo ea potest induci, vt recipiatur in spiritualibus.

fit consuetudo in recipiendis muneribus [2]:vt ℨ.eod.Agatho.& in auth. de sanct.episco.§.4.collat.9. & 1.q.3.quæsitum.& 9.q.3.conquestus. & extra de simo.ad Apostolicam. Argu.contra extra de simon.cum in ecclesiæ.& cap.sicut. Ad hoc dicunt quidam,quòd licitum est aliquid petere in spiritualibus, sed non pro spiritualibus, vt non petatur pro consecratione, sed pro consuetudine. Vel dic quòd si consuetudo illa pietatem continet, non potest peti; tamen superior cogere potest, vt seruetur talis consuetudo,vt dicit illa constitutio, ad Apostolicam. H. tamen dicit, quòd istud referatur ad legatos Imperatoris, vt non aliud Romana ecclesia petat ab eis,quàm ipsi soliti sunt facere, scilicet vt Papa non cogat eos aliud iuramentum facere Papæ,quam iuramentum fidelitatis,quod Imperator consueuit præstare,vt ℨ.ead.tibi. & hoc indicat illud verbum, minuatur.

a Quia hoc affectiue ponit. Ioan.B.Hosti. extra de simo. & facit ad hoc quòd consuetudo facit non delictu, quod aliàs esset delictũ.32. q.4.objiciuntur. Ad idem habes.ar.opt. extra de tẽp. ordi.cap.2.ibi videas. Arch.

4. Reg. 18.

VERVM. Hæc est quarta pars huius dist. in qua dicitur, quare principes postea fuerunt prohibiti,scilicet quia impedimentum præstabant:& quia ipsi renuntiauerunt. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est ℨ. in cap.quia.quòd constitutio facta fuit quòdam, quòd Imperatores deberent interesse electioni Papæ & episcoporum,vt ℨ.patet in multis c. Nunc vero dicit Gratianus in hoc §. quòd postea statutum fuit contrariũ propter tres rationes. Prima ratio est,quia Imperatores abutebantur priuilegio suo: quia non solum consentire volebant, sed etiam electionibus se ingerebant. Secunda ratio fuit, quia in hæresim labebantur, & sæpe ecclesiam impugnabant. Et q Apostolici potuerunt in contrarium statuere, & destruere constitutiones quas antecessores fecerunt pro bono, probat exemplo Ezechiæ, q serpentem æneum, quem fecerat Moyses pro liberatione populi, destruxit: cum populus illum coleret sicut Deum. Tertia ratio est, quia Imperatores suis priuilegiis renuntiauerunt:& postea electiones Apostolicorum celebratæ sunt præsentibus & inconsultis legatis Imperatoris : quod probat sequens capit.

2 ¶ *Excelsa.*] id est, templa idolorum in excelsis posita.

b ¶ *Ideo.*] quia iussu domini factus erat : & quia cum respicientes liberabantur.

§ Exechiæ cõmendatio.

c ¶ *Destruxit.*] ‖ Hic Ezechias commendatur ex destructione imaginis,quę erat occasio superstitionis. quare ergo Massilienfis episcopus condemnatur, qui destruxit imagines , in quibus populus idolatriam committebat,vt de consecrat. distin.3. perlatum ? Dic quòd serpens ille fuit temporalis ad sanandum vulnera. vnde cessante causa cessare debuit effectus : sed causa imaginum perpetua est, vt habeatur in eis memoria Dei.

‖ Successores, prædecessorũ statuta mutare possunt.

d ¶ *Destruantur.*] Argu. ‖ successores debere mutare facta & institutà prædecessorum etiam bona,si viderint esse ea pernicioſa exemplo. 7.quæst.1.videntes.35.quæst.1.cap.1. & 96.distin.bene. in fin. distin.68. chorepiscopi. & extra de deci. suggestum. vbi est argumen.quòd priuilegium quod est exemplum mali, remouendum est. instit. vi bon.rap. §. sed ne dum talia.

Cvm Hadrianus.] CASVS. Hadrianus secundus ab ecclesia sanctæ Mariæ maioris deportatus est à clero & populo & proceribus certatim ad patriarchium Lateranense. quod audientes nuntij Ludouici Imperatoris molestè tulerunt, quòd cum præsentes essent, vocati non fuerunt ; qui audientes quòd non fuit factum in contemptum leste tulerunt, indignati scilicet, q dum præsentes essent, non fuerunt inuitati, nec optatæ à se futuri præsulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quòd nõ causa contemptus Augusti , sed futuri temporis [f] prospectu omissum hoc fuerit [2] (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præsulum expectandi,mos per huiusmodi fomitem inoleſceret)omnem indignationem medullitus sedauerunt, & ad salutandum [g] electum etiam ipsi humiliter accesserunt *ß*.

« ¶ Gregorius.] *Hoc antea citabatur ex Gregorio quarto, cuius esse non potest,cum Hadrianus secundus,de quo hic mentio fit, posterior sit Gregorio quarto. In Pontificalibus vero manuscriptis inter gesta Hadriani secundi , itemque in collectione manuscripta decretorum Romanorũ Pontificum in decretis eiusdẽ Hadriani secũdi habetur.*

ß ¶ Accesserunt.] *In ipsdem Pontificalibus hæc continenter sequuntur :* Audiens hoc Ludouicus Imperator Christianissimus,mox Imperialem scribens epistolam,cunctos Romanos,qui dignum tanto peregissent officio præsulem, collaudauit : per quam epistolam videlicet innotuit , nulli quidpiam præmij fore pro consecratione Romani Pontificis quoquomodo pollicendum : cum ipse hanc non fuorum suggestione , sed Romanorum potius vnanimitate ardentissime cuperet prouenire ; maxime, cum reddi, quæ ablata fuerant , non auferri à Romana ecclesia, vel deperire quidquam se diceret anhelare.

Item pactum constitutionis Imperatoris primi Ludouici cum Romanis Pontificibus.

¶ Electio Romanorum Pontificum à Ludouico conceditur Romanis. C. XXX.

3 EGo Ludouicus Imperator Augustus statuo, & concedo per hoc pactum cõfirmationis [h] notitæ tibi beato Petro principi Apostolorum, & per te vicario tuo domino Paschali summo Pontifici,& vniuersali Papæ,& successoribus eius in perpetuum ; sicut à præ decessoribus nostris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis,& disposuistis Romanam ciuitatem cum ducatu suo , & suburbanis, atque viculis † [i] omnibus,

† al. vilis

pediat,vel electoribus contradicat : scilicet Cardinalibus, sed eo electo & consecrato nuntij dirigantur ad regem Francorum ad pacem & amicitiam inter eos sociandam. Secunda pars incipit ibi , *Idem quando diuina.* Sequens cap. patet.

h ¶ *Confirmationis.*] Argum. quòd aliquid simul datur & confirmatur, vt not.ℨ. ead. in synodo.

i ¶ *Viculis.*] id est, villulis. ff. ad muni. qui ex vico. nec posset Imperator illam donationem reuocare. nam dicit lex , quòd sola immensitas est mensura rerum donatarum in ecclesia. C. de sacrosanct.eccles. authent. sed hodie. immo nec concedit hic : sed concessa confirmat. nam omnia hæc & alia plura iam prius fuerant ecclesiæ concessa. 7.96. distinct. Constantinus ‖ præterea quia Imperator potest alienare [c] res imperij, vt ff. de legat. 1. apud Iulianum. §. vltim. Item quia per hanc concessionem non lædit imperium, ex quo res redit ad primum statum, vt ff. de pact. si vnus. §. pactus. & 35.distin.ab exordio. non ob. 12.quæst.2. non liceat. quia ille non poterat legem imponere suo successori. extra de elect. innotuit.

a ¶ *Et*

a ¶ *Et territoriis.*] Quid sit territoriũ, quid sit oppidum, quid vrbs, habes ff.de verb.signific.pupillus.§.territorium. ‖ Et sic est argu. quòd nomine ciuitatis non comprehenduntur eius territoria, vt 12.q.2.cap. vlti.& ff.de verb.signific.l.2.& ff.de arbit. si cum dies.§.fi arbiter. Argu. contra. ff.de verb.signific.qui in continentibus. & l.ædificia.ff.de iudic. insulæ.ff.de offi.præ. vrb. l.1. ibi, *Cum vrbem.*

f Ciuitatis appellatione ei territoria non comprehenduntur.

b ¶ *Seu.*] Hæc dictio, seu , potius auget donationem,q disiungat inter res donatas, vt ff. de aur. & argen. leg.l.fi quis ita.

c ¶ *Migrauerit.*] ‖ olim enim nullus audebat tra ctare de electione Papæ ante tertiũ diem post sepulturam præmortui , vt ℨ.dist.79.nullus.sed p consuetudinẽ hoc hodie abrogatum est.

ADDITIO. Idem sentiunt hic Hug.& L. quorum fuit hæc gloss.

d ¶ *Omnes Romani.*] Nota quòd olim omnes Romani intererant electioni ex consuetudine. ℨ.cap.proxi.& cap.seq.

e ¶ *Francorum.*] ‖ Nota imperium prius Francorum [a] fuisse : sed postea Teutonici virtutibus promeruerũt imperium, vt 28.quæst.1.§.ex his.in quos hodie translatũ est imperium.extra de elect. venerabilem.

Papæ electio olim per tridoum differebat.

2 Concor. tex. in l. fi quis. datus. & in l. fi propositi. ff. de testa.

‖ Imperium Franci primo, deinde Teutonici habuerũt. a Not. hic, q tunc Fr&cium tenebat Roma n' Imperator.

Constitutio.] CASVS. Dicitur hic quòd primus Henricus & primus Otho constituerunt cum Romanis Pontificibus, vt nullus eorũ nuntius vel alius cuiuscumque sit gentis vel cõditionis,in electione Romani Pontificis audeat contradicere:& qui contradicere voluerit, exilio perpetuo tradatur.

Ibi domino.] CASVS. In hoc cap. cõtinetur qualiter Otho iurauerit fidelitatẽ Ioanni Papæ per suum procuratorem : in quo dicitur quòd in 8.cap. tenetur.

f ¶ *Tibi domino.*] Arg. ‖ quòd qui feudum recipit ab ecclesia, iuramentum fidelitatis nõ solum ecclesiæ , sed etiam prælatis præstare debet , vt extra de iureiurand. Ego N.episcopus [b] ℨ.dist.23. quamquam.& 22.q.5. de forma. immo etiam ipsi capitulo,vt extra de verbor. signific. cum clerici. cum ipsi sint pars corporis sui,vt 6.quæst.1.si quis cum [c]. Non obst. extra de simo.ex diligenti.quia ibi non erat ius feudi, de quo iure plene habetur in cõstitutione Friderici, de feudis.

§ Exechiæ cõmendatio.

c ¶ *Destruxit.*] ‖ Hic Ezechias commendatur ex destructione imaginis,quę erat occasio superstitionis. quare ergo Massilienfis episcopus condemnatur , qui destruxit imagines , in quibus populus idolatriam committebat,vt de consecrat. distin.3. perlatum ? Dic quòd serpens ille fuit temporalis ad sanandum vulnera. vnde cessante causa cessare debuit effectus : sed causa imaginum perpetua est, vt habeatur in eis memoria Dei.

‖ Succeſſores, prædecessorũ statuta mutare possunt.

d ¶ *Destruantur.*] Argu. ‖ successores debere mutare facta & institutà prædecessorum etiam bona,si viderint esse ea pernicioſa exemplo. 7.quæst.1.videntes.35.quæst.1.cap.1. & 96.distin.bene. in fin. distin.68. chorepiscopi. & extra de deci. suggestum. vbi est argumen.quòd priuilegium quod est exemplum mali, remouendum est. instit. vi bon.rap. §. sed ne dum talia.

g ¶ *Et iurare.*] ‖ Nota quòd œconomus siue syndicus iurat in animã propriam : extra de iura. cap.in prætractandis. sed procurator iurat in animam domini,vt hic,& 100.dist. optatum. & 17. q.4. metuentes. & extra de offic. leg. nouit. in parte decisa. Fit autem hoc iuramentum sub talibus verbis. Ego iuro in animam domini mei, quòd ipse hoc seruabit d. Vel sic iurat. Dominus meus iurat per me, quòd hoc seruabit:sic ipsum Deus adiuuet. Sed [illegible]ligat aliquis

b Ad hoc fac. quòd leg. extra de præben. dicitur, in glos. hoc videtur. Sed potest dici,quòd ibi præcepit ipse rabat illis. nus cæterum fuisse recepti & ideo ibi fuit arg. ff. de interrog. in de statu. ho fum. Arch.

1 S.Antoninus ibidem. Ino p.5. c.14.

‖ Vasallus ecclesiæ cui debet fidelitatis iuramentum præstare.

b Melius cod. tit. cap. 5. nũc igitur. in prin. & deprærscrip. cum sit licet. 5. ideoque. in prine. Archid. 2 Anſel.l.4.c. 37. & l.6. c.7. Ino p.5.c.51. c Alias, ſi, verum.

3 S. Antonin p.2.tit.16.c.1. §.1.2. Volaterr.lib. Anſ.l.4.cap. Ino p.5.c.51.

‖ Imperator imperij co p lians reperitur. c Ad hoc facit. cpti. quòd ibi & not.16.c.p placuit. c. ſecundum hoc

d De consili. ma.no. Inn. in l.6.de test. præterea. que est Ioan.in gl. ſi liceret otius, &c.

alium per iuramentum contra id quod legitur instit. de inuti.stipul.§.ſi quis alij ? Sed dic q dominus semet obligat , sed per alium, vt extra de sent.excom.mulieres.ff.de admi.tuto. ita autem. §. gefsiſſe. ‖ Sed quid si dominus reuocet mandatum [e] , numquid intelligitur obligatus per tale iuramentum ? ita,si non peruenit reuocatio ad procuratorem:sicut id quod facit iudex tenet,donec ignorat reuocatum mandatum,vt extra de app. ſi duobus. & ratione ignorantiæ tenet ſententia,vt 3.q.7.§.tria. in princ.& 9.q.1.ordinationes.ff.de offic.præſi. ſi forte.ff.de procur.ſi procuratorem. in ſi.ff.mand. ſi mandaſſem.Ioan.Si autem lis esset contestata, oporteret q reuocatio peruenire ad iudicẽ vel aduerſariũ : alioquin firmum est quod fit cũ procuratore, vt extra de procura. mandato. Si autem non sit lis contestata, videtur ſufficere ſi reuocatio peruenit ad procuratorem , vt dicit expresse decre.extra de procur.ex iniſinuatione. & cap. ſeq. B. Sunt tamen ſpeciales caſus in quib[a] requiritur perſeuerantia: ſicut cum matrimonium contrahitur per nuntium,ſi dominus reuocat mandatum, non dico dominũ obligatum,licet nuntius ignoret reuocatum f ; & cum pater mandat filio vt aliquem manumittat. ff. de manu. vindi. ſi pater. & hoc ideo quia pater & filius cenſentur vna perſona,vt 35.q.3.§.hac auctoritate. Ioan.

‖ Procurator reuocatus ſi aliqua facit, an teneant.

e Idem no. Inno. extra de ſpon.ſuper rubr.& ſatis etiã no.j.10.q.vlti. nec illud. ibi videas. & hæc ſententia etiã hodie approbatur extra li. 6.de procu. c. procurator. [abeſt à Giat. & Ino.]

4 S. Antonin[o] p.2.tit.16.c.1. §.16.in medio. Anſ. l.1. c.90. & l. 4.c.36.

f Concor. tex. in l.ſtipulatio iſta.in prin.& in l.cum filius. §. 1. cum ibi no.ff.de verb. obligat.

4 ¶ Ibi domino [d] Ioanni Papæ ego rex Otho promittere, & iurare, [g] facio per patrem , & filium,& ſpiritum ſanctum,& per ligneum hoc viuificæ crucis,& per has reliquias ſanctorum : quòd ſi permittente Domino Romam venero ; ſanctam Romanam Eccleſiam, & te rectorem ipſius exaltabo ſecundum poſſe meum;& numquam vitam,aut membra,& ipſum honorem , quem habes , mea voluntate, aut meo [h] conſilio , aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes:& in Romana vrbe nullum placitum,aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio : & quidquid de terra ſancti Petri ad noſtram poteſtatem peruenerit, tibi reddam:& cuicumque Italicum regnum commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendum terram ſancti Petri ſecundum ſuũ poſſe. Sic me Deus ß adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

ß ¶ Sic me Deus.] *Addita hæc ſunt ex Centio Camerario, in cuius libro habentur multæ formæ iuramentorum ; & extat manuſcriptus Romæ.*

Item ex primo libro capitulorum † Caroli,& Ludouici Imperatorũ, c.84.

¶ Liberum ſit clero , & populo de propria diœceſi epiſcopum eligere. C. XXXIIII.

5 SAcrorum canonum non ignari, vt in Dei nomine ſancta eccleſia ſuo liberius potiretur honore, aſſenſum ordini eccleſiaſtico præbuimus, vt ſcilicet epiſcopi per electionem [i] cleri,& populi ſecundum ſtatuta canonum de propria diœceſi [k] , remota perſonarum [l] ,,

g De hac mat. extra de ſponſal. ſicut. Archid.

† *al. capitularium*

5 Anſ.l.1.c.6.

‖ Familiæ delictum an dominum obliget.

i ¶ *Per electionem.*] Hoc nomen proprie & improprie ſumit hic cũ illis genitiuis cleri & populi:arg. ff.commo.ſi vt certo.§.commodatum.

k ¶ *Diœceſi.*] Not. pro Hug.quòd examinandi ſunt omnes de diœceſi priius quàm eligatur extraneus, vt dixi 61.dist.nullus.

l ¶ *Perſonarum.*] ſic 8.q.2.dilectiſsimi.& extra de instit.ad decorem.

z ¶ *Et muneruin.*] Cum talis eligatur; à Deo dicitur eligi. 8.quæst. 1.si ergo. Hug.

b ¶ *Vt exemplo.*] nam cœpit Iesus facere & docere, vt 26.distinct. ecce.& §. ex his.

EX HIS. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, quòd Imperatores renũtiauerunt priuilegiis quæ sibi concessa fuerant de electione summi Pontificis. Et cum constet ex supradictis, q electio est clericorum tantũmodo: nunc quæritur incidẽter, an sit tantum canonicorũ matricis ecclesiæ, an etiam aliorum religiosorũ eiusdem ciuitatis. Cui quæstioni respondens primo probat auctoritate Nicæni & Gangrensis concilij, quòd sufficiant clerici matricis ecclesiæ ad eam eligendum. Postea videtur hoc corrigere per auctoritatem Nicolai, dicẽs quòd sicut electio Papæ nõ fit à Cardinalibus tantum, sed etiam ab aliis religiosis: sic & electio episcopi nõ à canonicis tantum, sed etiam à religiosis fieri debet: quod probat auctoritate Innocentij Papæ.

c ¶ *Maioris.*] ‖ Sic ergo nomen clericorum restringitur ad maioris ecclesiæ canonicos [a],vt 10. q.1. antiquos.8.q.1.cap.2. extra de verb.signif.cum clerici. benigne est in talibus seruanda consuetudo,vt extra de causa pos. cum ecclesia.

d ¶ *Nõ à Cardinalib*[b].] vt 3.dist. 23.cap.1.&c.

Beuntibus.] CASVS. Constituit in hoc cap. Innocent.Papa, quòd cum vltra tres menses à tempore vacationis episcopalis ecclesia vacare non debeat: canonici sub vinculo excommunicationis non faciant electionem episcoporum religiosis exclusis, vt eorum consilio idonea eligatur persona. Si autem fuerit aliter factum, irritum erit & vacuum. Nunc quærit Gratianus incidenter, si duo à partibus eligantur, quis sit alteri præferendus: quod per sequent. cap. declaratur.

e ¶ *Sub anathematis.*] quid de hoc tenere debeas, dixi 3. eadem, Salonitanæ.

f ¶ *Excludant.*] ‖ dicit Hug. istos tripliciter excludi. tunc proprie excluduntur, cum non vocantur: vel si vocati non audiuntur: vel si sponte veniant, non admittantur. Credo hoc cap. non tenere [b], aliud enim seruatur,& religiosi hic vocantur clerici ciuitatis,vel prælati episcopatus. argum.79. distin. si quis pecunia.

g ¶ *Religiosissimos.*] id est, prælatos aliarum ecclesiarum

h ¶ *Exclusis.*] quia inuitæ nuptiæ,&c. 31.q.2. §.1.

i ¶ *Assensu.*] ‖ Videtur quòd non tantum consilium religiosorum, sed etiam consensus ipsorum requirendus est: & ita videtur quòd religiosorum personæ faciant partem in electione. argu. extra de electio. cum in veteri. nam & sequaces sunt aliorum in electione, vt 79. dist. cap.1. & cap. si quis pecunia. & 23.distinct. cap.1. & satis potest dici, quòd nisi consilium ipsorum fuerit requisitum, quòd nulla sit electio. si tamen fuit habitum consilium,& non consensus, tenet electio, vt extra de arbit. cum olim. & est si.ff.de adminiſt.tutor. quidam decedens. §. Papinianus. & extra de reg. licet. C. de iure emphyt. l.vlti. Et expone consensu requisito, licet non habito.

k ¶ *Eorum.*] Argum. quòd non sufficit religiosorum præsentia, nisi habeatur consilium. argumen.ĩ. 10.quæst.2. casellas. argum.12.quæst.2. sine exceptione. §.1.

l ¶ *Et conniuentia.*] Argu. quod aliquorum consensu fieri debet, eorum dissensu impeditur faciendum, & dissoluitur factum, vt 3. distinct.51. qui in aliquo. & 31.quæst.2. si verum.3.distin.62. nulla ratio. 1.quæst.1. ordinationes. 10.quæst.2. casellas. 12.quæst.2. alienationes. & cap. sine. 15.quæst.7. episcopus nullius. 33.q.5. quod Deo. & cap. manifestum. 20.quæst.2. puella.

& munerum [a] acceptione,ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur; vt exemplo [b], & verbis sibi subiectis vsquequaque prodesse valeant.

Ex constitutionibus his, & pacto Ludouici Imperatoris deprehenditur, Imperatores illis renuntiasse priuilegijs, quæ de electione summi Pontificis Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni primo Regi Teutonicorum fecerat. Cum ergo præmissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum tantummodo esse; quæritur, quorum sit ipsa electio; an clericorũ [c] maioris ecclesiæ tantum, an etiam aliorum religiosorum, qui in eadem ciuitate fuerint. Sed (sicut in breuiatione canonum Fulgentij Carthaginensis ecclesiæ diaconi inuenitur) in septimo capitulo [†] Niceni concilij, & in Gangrensi statutum est, vt ad eligendum episcopũ sufficiat ecclesiæ matricis arbitrium. Nunc autem sicut electio summi Pontificis non à Cardinalibus [d] tantum, verum etiam ab alijs religiosis clericis auctoritate Nicolai Papæ [1] est facienda; ita & episcoporum electio non à canonicis tantum, sed etiam ab alijs religiosissimis clericis; sicut in generali synodo Innocentij Papæ [2] Romæ habita constitutum est. Ait enim.

¶ Absque religiosorum virorum consilio canonici maioris ecclesiæ episcopum non eligant. C. XXXV.

Beuntib[b] sane episcopis, quoniam vltra tres menses vacare ecclesiam sanctorũ Patrum prohibent sanctiones; sub anathematis [e] vinculo interdicimus, ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant [f] religiosissimos [g] viros; sed eorũ consilio honesta & idonea persona in episcopum eligatur. Quòd si exclusis [h] eisdẽ religiosis electio fuerit celebrata; quod absque assensu [i] eorum [k], & conniuentia [l] factum fuerit, irritum habeatur & vacuum.

Nunc ergo quæritur [m], *si vota eligentium in duas se diuiserint partes; quis eorum alteri sit præferendus. De his ita scribit Leo episcopus ad Anastasium Thessalonicensem episcopum epistola* 82. *al.* 84. *cap.* 5. [*sed paulo aliter.*]

¶ Cum vota eligentium in duas se diuiserint partes, quis sit præferendus alteri.
C. XXXVI.

SI forte [quod [a] nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus] vota eligentiũ in duas se diuiserint [n] partes; metropolitani iudicio [o] is alteri præferatur, qui maioribus & studiis [p] iuuatur, & meritis; tantum vt nullus [q] inuitis, & non petentibus ordinetur; ne ciuitas † episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.

a ¶ Quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus.] *Hæc verba, quæ à ceteris collectoribus non referuntur, non sunt inuenta apud Leonem; sed apud Gregoriũ, ex quo referuntur* ĩ. 8.q.1. *c. nec nouum.*

m ¶ *Nunc ergo quæritur.*] Super isto §. posuit Hug.distin.qui cum eligentes dissentiunt, tria consideranda sunt auctoritas, numerus, & bonus zelus. Auctoritas consideratur in dignitatibus, zelus consistit in animo, vt sine carnali amore eligant, sed secundum meritum personæ. ‖ De numero patet, & dicit quòd vbicumque duo ex illis concurrunt, præponderant tertio. vnde si ex vna parte est auctoritas & bonus zelus, & ex altera numerus: pro priore iudicatur, vt 23. distin.cap.1. & 93.distin. miratus. 7. q.1. denique. Item si ex vna parte est numerus & auctoritas, & ex altera est bonus zelus, pro primo iudicatur. argu.28. dist. de Syracusanæ. Ibi enim bono zelo contradicebant qui significabant Papæ electum habere vxorem & filios: sed tamen quia plures erant ex alia parte,& maioris auctoritatis, consensit Papa illis. Item si numerus & bonus zelus est ex vna parte, & ex altera parte auctoritas, statur primo. 65. dist. cap.1. & 2. Hanc dist. non approbo: quia licet ex vna parte sit auctoritas & melior zelus, ex altera numerus: statur pro numero, vt extra de elect. dudum 1. & extra de appel. constitutus. nisi numerus esset in partu maior: & auctoritas aliorum longe præcelleret: & posset eo casu fieri compensatio, vt extra de testi. in nostra. nam vbi est par debitum, & dispar numerus creditorum, semper numerus præfertur, vt C. qui bo. ced. poss. l. vlti. §.1. tunc enim decurritur ad dignitatem cum par numerus est hincinde. ff. de pact. maiorem. Similiter dico ad zelum decurrendum, cum par vel fere par numerus est hincinde. ‖ Sed quid si par est zelus, numerus & auctoritas hincinde? tunc recurratur ad meritum personæ, vt ĩ.cap. proxi. Sed si omnia sunt æqualia, tunc cassetur [c] vtriusque electio, & nouus eligatur, vt 79.distin. si duo. Vel iudex cogat eos ad concordiam, vt instit.de satisda. tut. §. fin autem. Vel res forte dirimatur, vt in Matthia,vt 21.distin.cleros. & C.commu. de leg.l.vlti.in princ. & ff.de iudic. sed cum ambo. Vel metropolitanus gratificet cui velit, vt extra de paroch. cap.1. & argu.ff.ad Sylla. l.3. §. si cum omnes. & ff.de relig. l.vlti. Vel præferatur ille qui prius ordinatus est, vt 75.distin.cap.vlti. vel senior præferatur, vt 35.q.6.cap.1.ff.de fide instrum. l. vlti. Vel ille qui prius nominatus est, vt in authent. de mona. §. penult. collat.1. Vel præferatur ille qui quandoque deliquit, illi qui semper bonus fuit. Vel præferatur ille qui diutius militauit in ecclesia, vt 61.dist. quid proderit. Si autem vtraque electio est vitiosa, vtraque cassatur, vt extra de elect. consideruimus.

SI forte.] CASVS. Quæritum fuit à Leone, si duo ad episcopatum eligantur, quis sit alteri præferendus? Et respondet quòd iudicio metropolitani præfertur ille qui maioribus iuuatur meritis & studiis: & licet possit archiepiscopus alterum alteri præferre; tamen omnibus canonicis inuitis vel plebe non potest episcopum dare: ne quem nolunt, odiant & contemnant.

n ¶ *Se diuiserint.*] quia natura hominis prona est ad dissentiendum. ff.de arbit. item si vnus. §.vlt.argu. 20.q.3. procliuus. Et præsumit hic canon, quòd licet discordia sit in electione, quòd vtraque pars bono zelo moueatur, vt 8.q.1. nec nouum. Sed contra. 3.ead. nosse. Illud est frequentius. hoc autem rarum. 12.q.1. omnis æras.

o ¶ *Iudicio.*] Sed quid si metropolitanus non vult ipsum consecrare? videtur quod tunc à suffraganeis petenda sit consecratio, vt 89.distin. volumus. Sed melius est, quòd à superiore petatur [d], vt 9.q.3. nunc vero. & 8.q.3. Artaldus. extra de iure patro. nullus.

p ¶ *Studijs.*] eligentium: quia magis appetitur iste quàm ille.

q ¶ *Tantum vt nullus.*] quasi dicat, ‖ si timetur scandalum, tunc vtriusque electio cassabitur, vt 79.dist. si duo. tunc enim est aliquid detrahendum fauerieari, vt 50.distin, vt constituerentur.

Hinc consi

Hinc considerandum.] Hæc distin. diuiditur in tres partes. In prima probat, quòd episcopus debet consecrari in loco vbi mandauerit metropolitanus. Secunda ibi, *Quia per ambitiones.* Tertia ibi, *Episcopum.* Ioan.de Fant.

CASVS. Supra ostensum est, à quibus episcopi sint eligendi. Amodo vult ostẽdere Gratianus, à quib[a] sacri ordines sint conferendi: & quo tempore sint tradendi: & in quibus locis patriarchæ, primates, archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi & reliqui sacerdotes sint ordinandi. Et durat tractatus vsque ad 81.dist. videlicet à quibus ordinentur episcopi, in Nicæno concilio diffinitum est. Vnde in hac 64. dist. docet, q episcopi sint ordinandi ab archiepiscopo cũ omnibus suffraganeis: vel saltem à tribus possint ordinari de mandato archiepiscopi.

a ¶ *Hinc considerandum.*] Hinc depingitur 64. distin. In præcedenti distinctione docuit ad quos pertineat episcopo rum electio. In hac ordinatur tractatum suũ vsque ad 81.dist. ostendendo à quibus sacri ordines sunt distribuendi, & quo tempore, & in quibus locis. A quib[a], hoc facit in hac distinctione [a]. Ex quo tẽpore, hoc facit in 75.dist. In quibus locis, hoc facit in 80.dist. Primo dicit de consecratione episcoporum. Nota ergo, q electus in episcopum confirmatus debet consecrari à metropolitano cum suis suffraganeis: vbi autem metropolitanus adesse non potest, vel etiam non vult, præstabit auctoritatem hoc faciẽdi [b] tribus ad minus, aliis omnibus per litteras suas consensum præbentibus. Item metropolitanus ab omnib[a] suis suffraganeis debet consecrari, aut saltem à tribus.

Episcopi.] CASVS. Quæritũ fuit in concilio à quot episcopis sit aliquis ordinandus in episcopum? Et respondetur, q ab omnibus comprouincialibus episcopis, aut à tribus saltem præsente metropolitano, vel eo mandante, ita vt illi qui interesse non possunt, suum consensum litteris præbeant. Potestas autem conuocandi, vel confirmandi episcopos, spectat ad metropolitanum. Duo capitula sequentia plana sunt.

b ¶ *Tres episcopi.*] absque metropolitano. extra de tempo. ordin. cap. nec episcopi. Vel dic, quòd duo sufficiunt cum metropolitano. & secundum hoc dic, quòd hæc dictio, præter, ibi ponitur inclusiue. sic præter, nec littera contradicit. B.

c ¶ *Litteris.*] argu. quòd in quocumque contractu vel causa consensus aliquorum desideratur, nil refert, an præsentes consensum exprimant, ‖ an absentes per litteras consentiant [c], vt 100.dist.optatum. Et est arg.de consensu absentium, vt dist.63. quanto. & dist. 18.placuit. Et est arg. matrimonium contrahi inter absentes, vt ĩ.30.q.5.nec illud. & extra de conuer. coniug. ex parte.ff.de sponsa.l.vlti. Nam in consensu non exigitur verborum solennitas.ff.de act.& oblig.consensu. Sed licet ita sit in consecratione, secus est in electione, nisi per procuratorem fieret electio, vt extra de elect. quia propter. Ioan.

d ¶ *Potestas.*] quo ad confirmandum. ‖ nam consecrare non potest episcopum contempto minimo episcopo, qui in prouincia sit; nec ille reciperet executionem: nec dico eum plus posse hoc casu, quàm alium episcopum. arg.9.q.3.c.1. & 2. Confirmare autem debet statim vel infirmare, si ei notus est electus, etiam simplici verbo, & in camera. extra de appel. qua fronte. Sufficit enim si est notus, vt dicat; eligatis magis idoneum. argu.28.distin. priusquam. 39.distin. Petrus. vbi est ignotus, examinet eum. In consecratione vero semper examinet, vt 23.distinct. qui episcopus.

DISTINCTIO LXIIII.

1 2 *Hinc considerandum* [a] *est, à quibus, vel quo tempore sacri ordines sunt tribuẽdi; vel quibus in locis patriarchæ, primates, archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi, & reliqui sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur episcopi, in Nicæno primo concilio definitum est, in quo sic legitur, cap.*4.

¶ Ab omnibus comprouincialibus episcopi ordinentur. C. I.

1 EPiscopi ab omnibus, qui sunt in prouincia sua, debent ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente necessitate, vel itineris longitudine, certe tres episcopi [b] debent in vnũ congregari; ita vt etiam ceterorum, qui absentes sunt, consensum in litteris [c] teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas [d] sane vel confirmatio ptinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

Item Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

De eodem. C. II.

2 ORdinationes episcoporum auctoritate [e] Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrandæ. *& infra.* ¶ Quòd si simul omnes conuenire minime poterunt; assensum [f] tamen suis apicibus [α] præbeant, vt ab ipsa ordinatione animo non desint.

α ¶ Apicibus.] *In epistola est*, precibus. *Apud Iuonem, & Burchardum*, precibus, & scriptis.

[*Ex concilio Arausicano, i. c.* 21.]

PALEA. C. III.

3 DE abiectione eius, quem duo præsumpserint ordinare episcopi in nostris † prouinciis, placuit de præsumptoribus, vt si cubi contigerit duos episcopos tertium ordinare †, & ipse β, & auctores damnabuntur, quo cautius ea, quæ sunt antiquitus instituta, seruentur.

¶ *In concilio ipso hoc est initium huius capitis*, Duo si præsumpserint ordinare episcopum, &c. *ac deinde tota res plenius exponitur. Apud ceteros vero collectores eodem fere modo habet, atque hic: & in multis vetustis Gratiani codicibus adest.*

β ¶ Et ipse.] *Sic emendatum est ex originali, & ceteris collectoribus. Antea legebatur*, & episcopi, & auctores.

Item Anicetus in epistola ad episcopos Galliæ.

¶ Ceteris assentientibus eum tribus prouincialibus ordinetur episcopus.
C. IIII.

4 COmprouinciales episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus, à tribus, iussu [g] archiepiscopi consecrari possunt epis.

*Item Innocentius Papa ad Victricium episcopum Rothomag. epist.*2.c.1.

¶ Non ordinetur episcopus extra conscientiam metropolitani. C. V.

5 EXtra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopum: Integrũ enim est iudicium, quod plurimorum [h] sententiis confirmatur. Nec vnus episcopus ordinare præsumat episcopum, ne furtiuum [i] præstitum beneficiũ videatur. Hoc enim & synodus Nicæna constituit, atque definiuit.

Item Gelasius vniuersis per Dardaniam constitutis.

¶ Episcopi a suo metropolitano, & ipse ab eisdem consecretur. C. VI.

6 QVia per ambitiones [k] illicitas [l] non pudet quosdam ecclesiarum iura turbare, ac priuilegia, quæ metropolitanis [m], vel prouincialibus episcopis [n] decreuit antiquitas [o] temeraria præsumptione peruadere; quia per ambitiones.] Hæc est secunda pars dist.in qua probat, q metropolitanus debet à suis suffraganeis cõsecrari, & non ab aliis. licet littera sit obscura, ab isto intellectu non recedatur. Io.de Fan. CASVS. Ab antiquo fuit statutum, vt archiepiscopus cum omnibus suis suffraganeis ordinaret & consecraret suos episcopos; & suffraganei consecrarent suum archiepiscopum. Sed hoc male in Dardania seruabatur: immo archiepiscopus alienos suffraganeos, & suffraganei archiepiscopum alienum consecrabant. Et ideo Gelasius monet omnes episcopos per Dardaniam, vel quamlibet prouinciam constitutos, vt ab antiqua consuetudine non recedant, ita quòd nullus archiepiscopus ordinare præsumat alterius suffraganeos, & nulli episcopi consecrent archiepiscopum alienum, & præcepit eis vt regulas veterum seruent, sicut patres nostri fecerunt. Sequens cap. eumdem habet casum cum primo cap. huius distinct.

k ¶ *Ambitiones.*] id est, dissensiones.

l ¶ *Illicitas.*] dimitte, quia, & incipe ibi, non pudet.

m ¶ *Metropolitanis.*] in consecrandis episcopis.

n ¶ *Episcopis.*] in metropolitanis consecrandis.

o ¶ *Antiquitas.* ‖ Nota quòd consuetudo priuilegium inducit. 9. quæst.3. conquestus. & præstationes quæ fiunt à rusticis, tempore acquiruntur. C. de agri. litibus. l.11. Argum. contra. 10. quæst.3: quia. & dixi 18.quæst.2. seruitium.

a ¶ *Vel impune.*] id est, saltem de facto. Laur. aliàs est in text. velut impune.
b ¶ *Sinceritatis.*] quia catholicam sinceritatem non obseruant.
c ¶ *Duximus.*] hic resume, quia, quasi dicat: quia hoc & hoc est, ideo duximus eam, &c.
d ¶ *Meministis.*] & ideo debitum honorem eis exhibeatis.
e ¶ *Et.*] id est, etiam.
f ¶ *Decernentes.*] in commune, communem vtilitatem considerantes, & ad scrutinium venientes: vos omnes inquam vnanimiter.
g ¶ *Statuatis.*] & hoc fieri.
h ¶ *Antistites.*] substitui loco defunctorum, sicut vetus, &c.
i ¶ *Et vicissim.*] omnibus modis censeatis. metropolitanũ subaudi.
k ¶ *Sacrari.*] à comprouincialib⁹ episcopis, si metropolitanus de hac vita, &c. hic est verus intellect⁹ huius litteræ nec habet contrarium. Alij intelligunt sic, quòd mortuo metropolitano suffraganei possunt interim aliquem electum consecrare, secundum hoc hæc dictio, sacrari, ponitur passiue: & nó subauditur ibi, metropolitan⁹, vt 65. dist. si forte. Sed contra 100. dist. quoniam. ibi dicitur quòd vacante sede metropolitana non debent episcopi ordinari.

a Concord. l. præses. C. de fer. & l. 2. C. vt ne. priua.

‖ decedentes } vera lectio.

‖ Ecclesia non semper vicem defuncti sustinet.

‖ nec enim ecclesia sustinet semper vicem defuncti episcopi, vt 12. q. 2. si qua. & extra de præscrip. cap. 1. Sed illud cap. quoniã. potest intelligi quando ille fuit in mora petendi pallium. Ioan.

‖ Vim vi repellere licet. 2 In capitulis Martini Brac. cap. 4. ex concil. Nic. c. 4. a Arg. ad idẽ 7. q. 1. quia frater. ibi spiritu cõtumaci. sumpto arg. à contrario sensu, de hoc no. 11. q. 3. nõ debet.

1 ¶ *Patiamini.*] ‖ & ita resistere potest quis pro iure suo ²: arg. C. vnde vi. l. 1. ff. ad leg. Aquiliam. l. scientiam. §. penult. argu. Vnde versus,

Cuilibet est homini licitum sua iura tueri:
Quodque resisto tibi: non potes inde queri.

† al. colliganp

23. q. vlt. igitur cum sæpe. ff. de peti. hæred. illud. & 61. dist. nullus.

ADDITIO. Nota tamen, quòd quis dicitur mouere controuersiam etiã resistendo. ff. de procura. non solum. §. si dauus. C. de euict. si controuersiam. & not. ff. ad senatusconsult. Trebel. Lucius Titius. §. 1. Archidiacon.

Episcopum.] Hæc est tertia pars distinct. in qua idem dicit quod iam dictum erat, scilicet quòd episcopus sine consensu archiepiscopi ordinari non debet. Ioan. de Fant.

m ¶ *Oportet.*] id est, congruum & opportunum est. Laur. ᵇ
n ¶ *Difficile.*] ℨ. dist. 61. Catinensis. ibi, vt impossibile, &c. Laur. ita sumitur hic difficile, vt ibi impossibile.

ᵇ Sic ponitur 25. q. 1. c. 1.

Illud generaliter.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ꝙ si quis præter conscientiam metropolitani fuerit ordinatus in episcopum, debet deponi. vel melius ab executione episcopalis officij remoueri.

o ¶ *Si quis.*] ℨ. dist. proxi. cap. 2. & 3. & 1. q. 1. ordinationes. & q. vlt. quoniam quidquid. §. 1.

Comprouincialium.] Hæc distinctio diuiditur in tres partes. Secunda ibi, *Si autem.* Tertia ibi, *His auctoritatibus.* Ioann. de Fant.

CASVS. Dictum est supra, quòd comprouinciales episcopi debent interesse consecrationi episcopi. Nunc vero in hac 65. dist. propter quod etiam communionis Apostolicæ desiderant diffidium tenere; quo scilicet ab eius auctoritate diuisi, vel impune ² proprias vsurpationes exerceant; non respicientes, quia æterno iudici rationẽ tam de catholicæ sinceritatis ᵇ iniuria, quàm de traditionum præiudiciis paternarum, non sine perpetuæ sint dãnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint; charitatem vestrã duximus ᶜ instruendam ¹, vt vos omnes in commune fratres, siue per Dardaniam, siue per quamque contiguam prouinciam constituti, qui vos sub metropolitanis vestris esse meministis ᵈ, & ᵉ ab eisdem substitui decernentes † ᶠ, sicut vetus consuetudo deposcit, vnanimiter statuatis ᵍ antistites ʰ, & vicissim ⁱ si metropolitanus humanæ conditionis sorte decesserit, à comprouincialibus episcopis, sicut forma transmisit, sacrari ᵏ modis omnibus censeatis: nec quemquam sibi, quod vobis antiqua dispositione concessum est, patiamini ˡ vendicare: quatenus & inter ipsas aduersantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenus custodire cessetis: sicut persecutionum tempore diuersarum patres nostros constanter fecisse non dubium est.

Item ex concilio Martini Papæ.
¶ De eodem. C. VII.

² EPiscopum oportet ᵐ maxime quidem ab omni concilio constitui. Sed si hoc pro necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile ⁿ fuerit, ex omnibus tres eligantur †, & omnium præsentium, vel absentium subscriptiones teneantur; & sic postea ordinatio fiat. ¶ Huius autem rei potestas in omni prouincia ad metropolitanum pertineat episcopum.

Item ex concilio Nicæno, 1. c. 6.
¶ Non erit episcopus, qui præter metropolitani sententiam fuerit ordinatus.
C. VIII.

dicit, quòd si aliqui contradixerint, obtinere debet sententia plurimorum. & est primus articulus huius distinctionis, quæ quattuor habet articulos: qui per quattuor. §. distinguuntur.

p ¶ *Comprouincialium.*] Hic intitulatur 65. dist. ‖ in qua quattuor, articuli ponuntur ᶜ. Primus est, quid iuris sit in ordinatione episcopi, si aliqui episcopi dissentiunt. Secundus, ꝙ metropolitanus non debet consecrare episcopum præter conscientiam primatis vbi primas est. Tertiᵖ, quòd episcopus non consecratus in præsentia archiepiscopi, debet eũ intra spatium trium mensium visitare. Quartus est, quòd si vnum tantũ episcopum contingit in prouincia superesse, inuitare debet vicinæ prouinciæ episcopos, & cũ eis consecrare comprouinciales episcopos: aut si ipse negligit, episcopi cõuenient ipso cõtradicente, & consecrabunt episcopos. In primo ergo articulo obtinebit sententia plurimorum.

SAne. CASVS. In Nicæno cõcilio quæsitum fuit si in ordinatione episcopi duo vel tres contradicant pluribus, quorum sententia obtineat? Respondet ꝙ plurimorum sententia obtinebit.

q ¶ *Animositate.*] Per hoc patet eos malo ᵈ zelo duci: quia cuncta mala ministrat impetus. de poe. nit. dist. 3. inter hæc hircum. aliàs secus. idem si non animositate. 31. dist. Nicæna.

r ¶ *Contradicãt.*] ‖ Sed quid si archiepiscopus solus contradicat, nec vult consecrare, & omnes alij volũt: vel ipse vult, & ipsi nolunt? Dico archiepiscopum præferendum, nisi ille malo zelo moueret: vel nisi ipsi causam dissensus afsignarent: & ordinabit ipsum cum episcopis vicinæ prouinciæ secundum Hugo. Tu dic, ꝙ si archiepiscopus causam non afsignet suæ contradictionis, pro cõsentiente habetur: argu. ff. soluto matrim. dotem. extra de his quę fiunt à maio. parte capit. cum in cunctis. ff. de lega. 1. filiusfamilias. §. diuus. extra de iure patro. pastoralis. & vnus omnibus resisteret, si causam afsignauerit. 31. distin. Nicæna. immo si non audiretur, deponeretur & ordinator & ordinatus. 81. distinct. tantis. & in authent. de sanctiss. episcop. §. 2. colla. 9. Vel dic quòd petetur consecratio à superiore ᵉ, vt dixi 63. distinct. cap. vlti.

NOn debet. CASVS. Quæsitum fuit qualiter debeat fieri ordinatio episcopi. Et respondet quòd debet fieri ab omnibus comprouincialibus episcopis, & metropolitano præsente: qui per suam epistolam conuocabit omnes comprouinciales episcopos: & si omnes interesse non possunt, saltem tres conuenire debent, ceteris præstantibus consensum per suas litteras. & si aliter fiat ordinatio, non valebit. Si vero duo vel tres malitiosè contradicant, obtineat sententia plurimorum. Idem est casus cap. sequen.

s ¶ *Oportet concurrere.*] duos ad minus. 66. distin. porro.

t ¶ *Præsentiam.*] ‖ Exhibet ergo quis per suas litteras tantum præsentiam suam, & exoneratur procurator à satisdatione, ac si præsens esset cum litteris de rato ᶠ. ff. de procu. si procuratorem. Argu. contra de pœnit. distinct. quem pœnitet. in fin. instit. de auctor. tutor. §. 1. & ff. de auctori.

‖ Hic 65. quattuor articulos continet. hinc. c Concord. nouarum. C. de fer. & l. 2. cum fecit. quòdammodo. vnitur. 3 Anast. Bibl. cap. 47. Deusdedit par. 1.

1 cap. 18.

‖ Archiepiscopus in confirmatione non tenetur prima tem cõsulere. 2 Deusdedit par. 1. lno p. 5. c. 348.

† al. consensu

e Sub. & diffinitum est. primates vel patriarchas nil, &c. 9. q. 3. cõquestus. extra de offi. ordi. duo. sic 1. q. 1. quia cognouimus. 16. q. 1. nulli episcoporum. & 18, 93. hoc tantũ. 35. q. 2. amputato. Arch.

d Aliàs hoc verbum sententiam interpretatur, vt 85. distinct. quisque.

4 In capitul. Martini Brac. c. 3. ex concil. Antiochen. ‖ Metropolitanus & sui suffraganei fidei sententiam in creatione episcopi quæ præferunt. † al. suffragia

† al. consensu

e Hæc sententia. Hugo ‖ intelligit hoc esse verum nisi metropolitanus non vult consecrare & omnes alij velint. ‖ Præsentia fit per litteras. f De hoc articulo notentia de procuratore. accelens. in gl. 2. & c. mandato. & in gl. mandato. & 2 de cognitionibus. dicam 16. & 17. monachis. in canone. Arch.

de auctori. tutor. obligari. §. pupillus. similiter per legatum repræsentatur superioris auctoritas. 93. distinct. cap. 1. & extra de appell. cum parati. Lauren.

SI AVTEM. Hæc est secunda pars distinct. secundum Ioan. de Fant. & dicit hic Hugo. quòd generaliter nõ seruatur quod hic dicitur.

² *Episcopus.* ¶ *Propriis litteris.*] Si etiam omnes contradicerent, & vnus consentiret, non potest ille vnus reuocare consensum suum. ff. quorum legat. l. 1. §. si alter. contrarium not. ℨ. 63. distinct. quanto.

SI VERO. Hic est secundus articulus huius distinct. vbi dicitur, quòd si prouincia primatẽ habeat, archiepiscopus sine eius conscientia episcopũ consecrare nõ debet.

b ¶ *Contemptis.*] id est, omissis. ff. de mino. si iudex. 11. q. 3. qui resistit. nam neminem debemus contemnere.

c ¶ *Plurimorum.*] Regulare est quòd præiudicet consensus maioris partis, vt hic dicitur ª, nisi in casu, vt extra de rescript. pastoralis. & in causa patronorum, vt extra de iure pat. quoniam. & cũ examinatur causa criminalis episcopi, vt 6. quæst. 4. c. 1. & 2. & in re communi. vt ff. com. diui. Sabinus. & in iudicibus delegatis à principe ᵇ, vt C. de appella. in offerendis. & in causa liberali, vt C. de com. ser. ma. l. 1. §. 2. & dũ quis plᵉ iuris habet in re, vt C. de dona. sancim⁹. §. ne autẽ. Item dum quis facit hoc, quod religio requirit, vel natura rei, vt insti. de rerũ diu. §. religiosum.

d ¶ *Episcopũ.*] ‖ Ex quo ergo primatẽ habet archiepiscopus, semper consulat eum super consecratione episcopi, & si primas forte non vult consentire, dicit H. cum superiore esse agendum: argum. 8. q. 3. Artaldus. Vel forte extunc Archiepiscopus poterit consecrare. In confirmatione autem facienda non dico primatem consulendum: quia non inuenio expressum ᶜ: nec primas consulat Papã super consecratione sui suffraganei, vt argum. 63. distin. cum longe. aliàs nulla vel modica esset auctoritas primatis. Quid iuris primas habet, dixi ℨ. 18. distinct. cap. 1. &c.

ª Concor. rex. in l. & suum hæredem. 4. fi. & l. seq. ff. de patt. & l. quod maior. ff. ad munici.

ᵇ Dehoc vide quod not. 2. q. 6. §. item si plures. in gl. 1.

2 ¶ Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta; & aliquis cum malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

Item ex concilio Antiocheno 5. c. 19.[1]
¶ De eodem. C. III.

EPiscopus non est ordinandus sine concilio, & præsentia metropolitani episcopi; cui melius erit, si ex omni prouincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest; hi qui adesse non possunt, propriis litteris ᵃ consensum suum de ipso designent; & tunc demum post plurimorum siue per præsentiam, siue per litteras consensum sententia consona ordinetur. Quòd si aliter, quàm statutũ est, fiat; nihil valere huiusmodi ordinationẽ. ¶ Si vero etiã secundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias, & domesticas simultates; his contemptis ᵇ, sententia de eo obtineat plurimorum ᶜ.

Si autem prouinciã primatem habere constiterit; nec etiam à metropolitano absque eius conscientia episcopum ᵈ *consecrare licebit.*

Vnde Leo Papa Anastasio episcopo, epist. 82. al. 84. c. 6.
¶ Absque primatis consensu metropolitanus episcopum non ordinet. C. IIII.

² DE persona autem consecrandi episcopi, & de clerici, plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam ᵉ referat; quodque in prouincia bene placuit, scire faciat, vt ordinationem rite celebrãdam tua quoque cõfirmet auctoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil morę ᵍ, aut difficultatis debet afferre, ne gregib⁹ Dñi diu desit cura pastorũ.

Itẽ ex concilio Carthaginensi 2. c. 12.
¶ De eodem. C. V.

PLacet omnibus, vt in consulto primate cuiuslibet prouinciæ, tam facile nemo præsumat, licet cum multis episcopis, in quocũque loco ʰ sine eius, vt dictum nam concilium sine eo celebrare potest. argumen. 92. distinct. cap. pen. 18. distinct. c. 1. vbi no. Io. de Fant.

f ¶ *Confirmet.*] infra 16. quæst. 7. nullus omnino.

g ¶ *Morę.*] sic 2. q. 1. sicut. & extra de sent. & re iudi. iurgantiũ. immo ‖ & vbi pœna est imponẽda, nulla mora debet interuenire. de pœ. dist. 1. Adam. arg. cõtra 11. q. 3. cũ apud. negotia ergo cũ celeritate experiẽda sunt.

‖ Pœna est imponenda hic mora.

PLacet. CASVS. Hoc c. duas habet partes. In prima dicitur, quòd archiepiscopus inconsulto primate nõ debet episcopum cõsecrare. In secunda dicitur, ꝙ si archiepiscopus abest ex præcepto primatis, tres episcopi possunt episcopũ ordinare. Secunda incipit ibi, *Si autem.*

3 Anst. l. 4. c. 46. Pol. l. 2. tit. 22. ‖ perdurer.] κρατέιτω

h ¶ *In quocumque.*] dũ tamen honesto. nam dicit lex, quòd cũ dicitur, quidam sunt aliis præferendi, intelligendum est si sint honesti. ff. de mune. & ho. vt gradatim. ff. de recept. arbit. si cum dies. §. si arbiter.

i ¶ *Si autem necessitas fuerit.*] idest, si archiepiscopus nõ est in 4 uincia.

MOs antiquus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ secundum antiquam consuetudinẽ honor prius referuatur per suas prouincias Alexandrino patriarchæ, qui similis est Romano. Idem dicit, de Antiocheno, & aliis patriarchis. In sequen. cap. dicit ꝙ honor proprius deferatur Hierosolymitano patriarchæ, ita quòd non fiat præiudicium metropolitano.

k ¶ *Mos antiquus.*] arg. pro cõsuetudine seruãda, vt 9. q. 3. conquestus.

l ¶ *Et Pentapoli.*] regio est.

m ¶ *Parilis.*] id est, similis quibusdam: quia vterque deponit episcopos. Vel dic ᵈ Ro. i. Constantinopol. sic ponitur. 24. q. 2. sane profertur hæc enim subest Papæ sicut aliæ. 9. q. 3. cuncta. & 24. q. 1. quoties.

† al. Hierosolymæ

d Melius & planius secundum Hu.

n ¶ *Ecclesiæ.*] infra dist. 99. ecce.

e Quæstore. Immo ab Helio Hadriano Imperatore. Euseb. hist. ecclesi. l. 4. c. 6. ‖ Hierusalem varia habet nomina.

o (*Voniam.*] ¶ *Vt Aeliæ.*] Aelia vocata est ciuitas Hierosolyma ab Helio quæstore ᵉ, qui situm ciuitatis mutauit: ‖ cũ primo dicta fuit Salẽ, postea Hiebus, postea Salomonia à Salomone, inde dicta est Hierosolyma à Hieron, quod est sacra, & Salomon, quasi sacra ciui as Salomonis.

p ¶ *Manente.*] vt non minuatur ab eo. electio enim episcoporum ad solum metropolitanum est referenda, sed consecratio non debet fieri sine notitia primatis.

QVI VERO. CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dicitur, quòd episcopus consecratus de metropolitani licentia, absente tamen, eius se conspectui præsentet intra tres menses.

Si quis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ si episcopus in sede metropolitana nõ fuerit ordinatus, intra tres menses à tẽpore ordinationis conspectui metropolitani se repræsentet, vt ab illo doceatur quid debeat obseruare: quod si negligat episcopus, in synodo corrigatur. Si vero ire non potest, hoc suis litteris studeat iudicare.

q ¶ *Non fuerit.*] vbi enim vult metropolitanus, ibi ordinandus est episcopus, vt 51. distinct. qui aliquo.

v Episcopi in scio metropolitano consecrati quid facere debent.

a Quidam dicunt, q̃ hoc dictum nó est verum, quia hic non loquitur de eo qui præter conscientiam est promotus ad ordines, sed loquitur quãdo ordinatur ex mandato archiepiscopi confirmati nó consecrati. & sic est simile extra de elec. suffraganeis. & hic tenebat Iac. de Al. Archi. tamen contra.

a ¶ *Impletis.*] ‖ sic ergo episcopus consecratus præter conscientiam[a] metropolitani eius cõspectui debet præsentari intra tres menses, vt 5. dist. 63. cum longe. sed ordinati à Papa debent se præsentare conspectui eius singulis annis. 93. distinct. iuxta sanctorum.

b ¶ *Duobus.*] 5. distin. 63. cum longe contra. sed potius consonat: quia ibi & hic intra tertium mensem hoc facit.

c ¶ *Et si forte infirmitate.*] simile 5. distin. 18. episcopus ad synodum. 5. quæst. 3. c. 1. vbi de hoc tractaui, & ff. de leg. 1. si grege. §. fin. idem est in aliis impedimẽtis. & hoc ponitur gratia exempli.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Supra dictum est, quòd episcopi à comprouincialibus episcopis debẽt ordinari, sed nunc quæritur quid fieri debeat, si tantum vnus episcopus in prouincia remanserit ceteris defunctis. Et de hoc quid fieri debeat, in sequen. cap. dicetur.

‡ al. non fuerint

SI forte.] CASVS. Quæsitum fuit in cõcilio Sardicensi, si contingat, quòd omnes episcopi prouinciæ sint defuncti præter vnum, & aliquis velit episcopum promoueri siue ordinari, à quibus sit ordinãdus. Et respondet quòd ille superstes debet episcopos vicinæ prouinciæ conuocare, vt cum ipsis ordinet. Si autem hoc negligat facere ‡, populi conueniant episcopos vicinæ prouinciæ, & illum solum episcopum qui in prouincia remansit, ipsi episcopi citabunt, vt veniat. Si vero non venerit, ipsi nihilominus eũ ordinabunt.

d ¶ *Si forte.*] Hoc cap. semper ad hoc consueuit induci, q̃ vniuersitas stet in vno, vt ff. quod cuiusque vni. l. sicut. immo potius in contrariũ potest induci, cum iste solus non possit id quod vniuersitas potuit. vnde dico, quòd vniuersitas periit cum redigitur ad vnũ caput. arg. ff. de leg. 1. si grege. Vnde satis dici potest, q̃ si omnes delinquant in eligendo præter vnum, q̃ ille solus non potest eligere, cum non consistat in eo ius vniuersitatis. Io. quod credo falsum, vt ff. quod cuiusque vniuer. l. sicut municipij. in fin. & extra de elect. bonæ memoriæ 2. Vnde dico, quòd si omnes peccent præter vnum, quòd ille solus potest eligere, per iura superius posita.

‖ Ius eligendi potest in vno remanere.

e ¶ *Superstes.*] ‖ & ita ius vniuersitatis deuoluitur ad vnum. instit. de leg. §. si grex. ff. quod cuiusque vniuer. sicut. §. in decurionibus. B. Sed quis dabit ipsis episcopis expensas? Ecclesia quæ vacat. argumen. 4. q. 3. venturis. & 10. q. 3. cauendum. & 12. q. 2. charitatem. si est tenuis, comedent de suo, vt extra de vita & honesta. cler. cum ab omni.

f ¶ *Conuocet.*] Sed numquid tenetur illi conuenire ad conuocationem illius? Tenentur quidem: & nisi venirent, peccarent, argu. 11. q. 1. sicut enim. argu. dist. 90. præcipimus. & debent tunc cogi ab ipsorum prælato vel Papa. H. dicit quòd ab isto compelli possunt auctoritate huius canonis. ‖ nam quandoque par in parem habet imperium, vt 2. quæst. 6. placuit 2. & 6. quæst. 4. cap. 2.

‖ Par in pari quandoque imperium habet.

f ¶ *Conuocet.*] argum. q̃ vacante ecclesia clerici possunt vicinos episcopos conuocare, vt 7. quæst. 1. Pontifices.

g ¶ *Neglexerit.*] Arg. quòd si subdita negligunt facere quæ debent, ea debeant suppleri à maiori vel per se vel per alium, & econuerso. argumen. 9. quæst. 3. cum simus. argumen. 89. distinct. volumus. 8. quæst. 3. Artaldus.

h ¶ *Populi.*] large sumitur hic populus, quia causa communis est, & ita non est contra. 9. q. 3. cum simus.

i ¶ *Tarauerit.*] hic tacẽs pro cõtumace habetur. Alibi pro fugiẽte, 63. dist. sit rector. Alibi pro contradicente, vt ff. de procur. filius famil. §. inuitus. 86. distin. tanta. Alibi pro consentiente. 54. distin. si seruus. ff. de interro. act. de ætate. §. qui tacuit. Alibi pro neutro. ff. de reg. iur. qui tacet.

Archiepiscopus. hæc distinct. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *De episcopis.* Io. de Fan.

CASVS. Supra in duabus proximis distin. dictum est de ordinationibus episcoporum: nunc vero dicit Gratianus de ordinatione archiepiscoporum in hac 66. dist. in qua dicitur, quòd debet ab omnib' episcopis prouinciæ ordinari, & repetit de ordinatione episcoporum.

k ¶ *Archiepiscopus.*] hic depingitur 66. dist. in qua ostendit magister duo: scilicet qui debeat interesse in consecratione metropolitani: quia omnes suffraganei, & q̃ nullus debeat consecrari in episcopum à paucioribus quàm à tribus. Dicit ergo Hu. hoc referre inter consecrationem episcopi, & archiepiscopi; ‖ quia in consecratione archiepiscopi omnes epi intererunt, nisi esset vrgẽtissima necessitas, in cõsecratione episcopi etiã si nõ sit grauis, dum tamen aliqua sit necessitas, sufficit per litteras consentire. 51. distinct. cap. fin.

‖ Confertur episcopo & archiepiscopo differentia.

† Sic infra. mobili. 22. 2 prius.

Archie

q. 3. venturis. & 10. q. 3. cauendum. & 12. q. 2. charitatem. si est tenuis, comedent de suo, vt extra de vita & honesta. cler. cum ab omni.

f ¶ *Conuocet.*] Sed numquid tenetur illi conuenire ad conuocationem illius? Tenentur quidem: & nisi venirent, peccarent, argu. 11. q. 1. sicut enim. argu. dist. 90. præcipimus. & debent tunc cogi ab ipsorum prælato vel Papa. H. dicit quòd ab isto compelli possunt auctoritate huius canonis. ‖ nam quandoque par in parem habet imperium, vt 2. quæst. 6. placuit 2. & 6. quæst. 4. cap. 2.

‖ Par in pari quandoque imperium habet.

f ¶ *Conuocet.*] argum. q̃ vacante ecclesia clerici possunt vicinos episcopos conuocare, vt 7. quæst. 1. Pontifices.

g ¶ *Neglexerit.*] Arg. quòd si subdita negligunt facere quæ debent, ea debeant suppleri à maiori vel per se vel per alium, & econuerso. argumen. 9. quæst. 3. cum simus. argumen. 89. distinct. volumus. 8. quæst. 3. Artaldus.

h ¶ *Populi.*] large sumitur hic populus, quia causa communis est, & ita non est contra. 9. q. 3. cum simus.

i ¶ *Tarauerit.*] hic tacẽs pro cõtumace habetur. Alibi pro fugiẽte, 63. dist. sit rector. Alibi pro contradicente, vt ff. de procur. filius famil. §. inuitus. 86. distin. tanta. Alibi pro consentiente. 54. distin. si seruus. ff. de interro. act. de ætate. §. qui tacuit. Alibi pro neutro. ff. de reg. iur. qui tacet.

Archiepiscopus. hæc distinct. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *De episcopis.* Io. de Fan.

CASVS. Supra in duabus proximis distin. dictum est de ordinationibus episcoporum: nunc vero dicit Gratianus de ordinatione archiepiscoporum in hac 66. dist. in qua dicitur, quòd debet ab omnib' episcopis prouinciæ ordinari, & repetit de ordinatione episcoporum.

k ¶ *Archiepiscopus.*] hic depingitur 66. dist. in qua ostendit magister duo: scilicet qui debeat interesse in consecratione metropolitani: quia omnes suffraganei, & q̃ nullus debeat consecrari in episcopum à paucioribus quàm à tribus. Dicit ergo Hu. hoc referre inter consecrationem episcopi, & archiepiscopi; ‖ quia in consecratione archiepiscopi omnes epi intererunt, nisi esset vrgẽtissima necessitas, in cõsecratione episcopi etiã si nõ sit grauis, dum tamen aliqua sit necessitas, sufficit per litteras consentire. 51. distinct. cap. fin.

‖ Confertur episcopo & archiepiscopo differentia.

† Sic infra. mobili. 22. 2 prius.

Archie

3 *His auctoritatibus datur intelligi, quòd episcopi à cõprouincialibus suis debeant ordinari. Sed quæritur, si in in prouincia plurimi episcopi fuerint* ‡ *, & contigerit forte vnum remanere episcopum, quid fieri debeat. Ille, quia solus est, ordinare non potest episcopum: comprouinciales enim non habet, cum quibus episcopum consecrare valeat. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardicensi concilio definitur; in quo, cap. quinto sic statutum legitur.*

¶ Si forte vnus tãtum in prouincia remanserit episcopus, ad consecrationem episcopi de vicina prouincia conuocentur. C. IX.

1 SI forte [d] in prouincia vnum tantum contigerit remanere episcopum; superites [e] episcopus conuocet [f] episcopos vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinet comprouinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit [g], populi [h] conueniant episcopos prouinciæ vicinæ, & illi prius commoueant episcopum, qui in eadem prouincia commoratur, & ostendant, quòd populi petant sibi episcopum rectorem, & doceant iustum esse, vt veniat [a] ipse, & cum eis ordinet episcopum. Quòd si litteris conuentus tacuerit [i], & dissimulauerit, nihilque rescripserit; tunc satisfaciendum est populis, vt conueniant ex vicina prouincia episcopi, & ordinent episcopum.

‡ al. non fuerint

3 *His auctoritatibus datur intelligi, quòd episcopi à cõprouincialibus suis debeant ordinari. Sed quæritur, si in in prouincia plurimi episcopi fuerint* ‡ *, & contigerit forte vnum remanere episcopum, quid fieri debeat. Ille, quia solus est, ordinare non potest episcopum: comprouinciales enim non habet, cum quibus episcopum consecrare valeat. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardicensi concilio definitur; in quo, cap. quinto sic statutum legitur.*

¶ Si forte vnus tãtum in prouincia remanserit episcopus, ad consecrationem episcopi de vicina prouincia conuocentur. C. IX.

1 SI forte [d] in prouincia vnum tantum contigerit remanere episcopum; superites [e] episcopus conuocet [f] episcopos vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinet comprouinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit [g], populi [h] conueniant episcopos prouinciæ vicinæ, & illi prius commoueant episcopum, qui in eadem prouincia commoratur, & ostendant, quòd populi petant sibi episcopum rectorem, & doceant iustum esse, vt veniat [a] ipse, & cum eis ordinet episcopum. Quòd si litteris conuentus tacuerit [i], & dissimulauerit, nihilque rescripserit; tunc satisfaciendum est populis, vt conueniant ex vicina prouincia episcopi, & ordinent episcopum.

¶ *Capitulum hoc quomodo refertur à Gratiano, præcipue in priore parte, neque cum latino, quod geminum est in tomis conciliorum, multoque minus cum græco canone conuenit: quinetiam apud Burchardum, & Iuonem varie legitur. Huius vero concilij canones à Latinis latine, & à græcis græce à principio scriptos*

Archiepiscopus ab omnibus.] CASVS. Anitius Papa statuit in hoc cap. vt Archiepiscopus ordinetur ab omnibus episcopis suæ prouinciæ nec debet hoc mutari: quia qui omnibus episcopis debet præesse, debet ab omnibus approbari & constitui: quod si aliter factum est vel fierit, irritum erit. Sequens §. patet. in quo dicitur quòd episcopus debet ordinari saltẽ à tribus episcopis.

a ¶ *Archiepiscopus.*] Argum. ‖ quòd si eligitur abbas alicuius monasterijs, qui præest aliis monasterijs, omnes abbates illorum monasteriorũ debent consentire, & electioni intereſſe.

‖ Electioni abbatis quis cõsentire debet. Extra de rẽ. ordi. cle. archiepiscopus. Poly. l. 2. c. 18. Anf. l. 6. c. 39. Burc. l. 1. c. 28. Iuo p. 5. c. 137. Pann. l. 3. c. 10.

b *Ab omnibus.*] Argum. quod omnes tãgit, ab omnib' debet approbari, vt 8. quæst. 1. licet. C. de auctoritate præstan. l. vlti. & 54. distinct. cap. 1.

c ¶ *Irrita.*] quo ad officij executionem.

d ¶ *Quàm à tribus.*] Sed quare tres episcopi debent interesse? quia in tribus est fidei fundamẽtum: quam puris & simplicibus verbis confiteri tenentur. 23. dist. qui episcopus. & 24. dist. quãdo.

PORRO.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Anacleto vtrum episcopus posset ordinari à paucioribus quàm à tribus episcopis. Et respondet quòd non, & hoc exemplo Iacobi Hierosolymitani archiepiscopi, qui fuit ordinatus à tribus: scilicet à Petro, Iacobo, & Ioãne. Et in hoc dederũt formam suis successoribus, vt ad minus à tribus episcopis ceteris consentientibus consecretur episcopus.

e ¶ *Archiepiscopus.*] supra 21. distinct. cleros. contra. Sed Matthias fuit primus ordinatus in clericum, ‖ iste primus in archiepiscopum.

‖ Iacobus fuit primus archiepiscopus. ‖ Iacobus frater domini nũcupabatur.

f ¶ *Nũcupatus.*] ‖ quia filius fuit fororis matris Domini: vel quia fuit ei similis prorsus in persona: vel quia mater sua fuit filia fratris Ioseph, qui putabatur pater Domini [a]. 27. quæst. 2. coniunx.

a Arg. 22. q. 2. quæritur.

g ¶ *Ordinatus.*] id est, ad certi loci administrationem electus: vel ordinatus simpliciter. ‖ Sed nonne omnes apostoli erant episcopi? Videtur quòd sic: quia Petro primo fuit datus pontificatus: & omnes alij fuerunt pari potestate præditi, vt 21. distin. in nouo [b]. Item episcopi successerunt in locum apostolorum, vt 68. distin. quorum. ergo apostoli fuerunt episcopi. Item legitur de Iuda, q̃ episcopatum eius accipiat alter. Ad hoc dicunt quidam, quòd omnes apostoli erant simplices sacerdotes, & tamen consecrare poterant. nam Moyses simplex sacerdos erat [c]: & tamen consecrauit Aaron, vt 21. dist. §. 1. nec tunc differentia erat inter episcopum & sacerdotem: vt 95. distin. olim. Vel dic quòd tantum visibili vnctione hi tres consecrauerũt eum: sed prius erat inuisibiliter vnctus à Domino. vel dic quòd non ordinauerunt eũ: sed tantum formam ordinandi aliis ostenderunt. Vel dic quòd non in episcopum, sed in archiepiscopum eum ordinauerunt. Vel dic ordinauerunt, id est, in chronizauerunt eum ad administrationem certi loci. prius enim erat episcopus sine titulo.

‖ Apostoli omnes virtũ fuerũt episcopi. b Et 24. q. 1. loquit. iuxta principi.

c Ad hoc vide ne facere qd dicit pfal. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Die secũdum d. Hug. Card. quòd non legitur quod Moyses fuerit sacerdos nisi quia aliqua fecit quæ pertinent ad sacerdotẽ. ideo fal. dicit, Moyses & Aaron, &c.

Resbyteri.] Hæc distin. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Episcopus.* Ioan. de Fant.

CASVS. Expedito tractatu de ordinatione episcoporum & archiepiscoporum: nunc in hac 67. distin. ostendit Gratianus à quibus presbyteri, chorepiscopi, & reliqui clerici sint ordinandi. Et quòd ab vno episcopo sunt ordinandi, & non à pluribus.

h ¶ *Presbyteri.*] Hic depingitur 67. dist. ostenso quòd episcopus non potest ordinari nisi à pluribus: ostendit hic quòd reliqui sacerdotes & clerici ordinari possunt ab vno solo episcopo. In ordinatione tamẽ sacerdotum & diaconorũ alij sacerdotes & ciues assensum debent præstare. In reliquorum ordinatione sufficit testimonium trium.

¶ Ab omnibus suffraganeis suis archiepiscopus ordinetur. C. I.

1 ARchiepiscopus [a] ab omnibus suæ prouinciæ episcopis ordinetur. *& infra ß.* ¶ Illud tamen, quod de archiepiscopi cõsecratione prædictum est, atque præceptum, id est, vt omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia, qui illis præest, ab omnibus [b] episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin aliter præsumptum fuerit; viribus carere non dubium est; quia irrita erit eius secus acta ordinatio.

a ¶ Archiepiscopus.] *Hæc prior pars in epistola ipsa, & apud ceteros collectores fusius exponitur.*

ß ¶ *Hic in epistola cum multa alia sint interiecta, tũ c.* cõprouinciales *supra di. 64.*

De episcopis autem non ordinandis à paucioribus quàm tribus. ‖ episcopis, Anacletus epist. 2. ad episcopos Italiæ scribit, dicens.

¶ Episcopus non minus, quàm à tribus episcopis ordinatur. C. II.

2 PORRO & Hierosolymitarum primꝰ archiepiscopus [c] beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnẽ Domini nuncupatus [f] est frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne apostolis est ordinatus [g], successoribus videlicet suis dãtibus formã, vt nõ minus, quàm à tribus episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus, vllatenus episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

DISTINCTIO LXVII.

Resbyteri vero, & chorepiscopi ab vno episcopo ordinari possunt.

Vnde Anacletus epist. 2. ad episcopos Italiæ.

¶ Sacerdotes ab vno episcopo possunt ordinari. C. I.

3 RElicti sacerdotes à proprio ordinentur episcopo, ita vt ciues [i] & alij sacerdotes [k] assensum præbeant, & ieiunantes [l] ordinationem celebrent. Similiter & diaconi [m] ordinentur. Ceterorum autem graduũ distributioni triũ [n] veracium testimonium, cum episcopi scilicet approbatione, suffi-

3 Pol. ibidem. Anf. l. 6. c. 53.

cere potest.

Item in Hispalensi concilio secundo, capite 6. legitur.

¶ Decodem. C. II.

4 EPiscopus sacerdotibus, ac ministris solus [o] honorem dare potest, solus auferre [p] non potest.

DISTINCTIO LXVIII.

Veritur de illis, qui ordinãtur ab his, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterũ consecrandi, an non. Quòd vero consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorij, qui scribens Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 32. ait.

¶ Semel consecratus iterum consecrari non debet. C. I.

5 SIcut [r] semel baptizatus iterũ baptizari non debet; ita qui consecratus [s] est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa [t] ad sacerdotium venit,

Væritur.] Hæc dist. dividit in quat tuor partes, in quarum prima quæritur, si aliquis fuerit ordinatus ab eo de quo dubitatur an esset episcopus, vtrum debeat iterum ordinari. & primo probatur, quòd non, superficialiter. Secunda ibi, *Inter episcopos.* Tertia ibi. *Hi vero.* Quarta ibi. *Quod autem.* Ioan. de Fan.

CASVS. Supra ostendit Gra. de ordinatione eorum quos constat esse episcopos: in hac vero 68. distin. quæritur, an illi sint reconsecrandi qui ordinantur ab illis, quos non constat esse epos. Et primo probat, q̃ non sint reconsecrandi qui ordinantur ab illis quos constat non esse epos. Postea probat contra. Tandem dat solutionem. 7. in §. *Quod ergo.*

q ¶ *Quæritur.*] Hic depingitur 68. dist. in qua magister ostẽdit quid iuris sit de clericis qui ordinantur ab eis quos nõ constat esse epos: & quæ differentia sit inter epos & chorepos [q], & quare chorepi recesserunt ab aula dñi. quarto ostendit, qui successerunt in loco apostolorũ.

Icut.] CASVS. Ioan. archiepiscopus Rauẽnæ de duobus quæsiuit.

Primo, vtrum sacerdotes semel consecrati essent iterum consecrandi. Et respondet q̃ non: sicut non sunt rebaptizandi. Secundo, vtrum illi qui cum leui culpa sunt ordinati presbyteri, debeant deponi. Et respondet quòd non, sed eis debet pœnitentia imponi.

r ¶ *Sicut.*] Hoc cap. non facit ad propositum Gra. quia hoc c. loquitur de illis qui sunt ordinati à talib' quos cõstat esse episcopos: & illud contra quod sequitur, similiter male inducitur: quia nullo modo est cõtrarium: & ita superficialis est argumentatio magistri.

s ¶ *Consecratus.*] Prima q. 1. si quis confugerit. cõtra. & 1. q. 7. Daibertũ. contra. ibi dr. ‖ q̃ ordinatus male vel baptizatus, iterũ ordinatur. Sed illud verum est, cum extra formam ecclesiæ est ordinatus vel baptizatus: aliàs secus. de consec. dist. 4. ostenditur. ver. fi. & c. quomodo.

t ¶ *Cum leui culpa.*] Dicunt quidam, veniali: arg. 25. dist. §. criminis.

‖ Episcopus solus beneficia conferre non potest ex consuetudine.

5 4. sent. dist. 25. B. Pol. l. 2. tit. 36. Anf. l. 7. c. 104. Fon. l. 1. c. 76. Iuo par. 6. cap. 82.

‖ Ordinatus semel, an possit iterum ordinari.

Alij

Allj leui[a], id est, mortali præeunte, non tamen permanente: nam peccauit, sed pœnituit. Sed quia post talem culpam se per misit promoueri, aliam culpam contraxit, cum qua promotus est: de qua hic loquitur. Tu dic quòd promoueri potest cum culpa existente & manente mortali, dum tamen leui. De huiusmodi culpis collige exempla 5.q.4. in loco. 21. q. 4. cap. vltim. 18. distin. cap. vltim. de consec. distin. 2. relatum. Sed hic nota, quòd omnes concordantiæ istę de promotis loquuntur. sed si enorme peccatum tacuisset, secus esset, vt 50. distin. ex pœnitentibus. Io. nisi esset occultú peccatú, vt extra de temp. ordi. quæsitum. nisi in homicidio, vt ibi B.

a Hæc fuit sententia H. & Lauren. & hic videas quod not. 15. quæst. vltim in summa. & quod quædam mortalia sint grauiora, quædam leniora: habetur de consec. dist. 3. de pœnitentibus. Archid.

1 Ansl. 1. 7. cap. 110. Iuo p. 6. c. 117.

ECONTRA. CASVS. Modo vult probare contrarium: scilicet, quòd sunt consecrandi.

† *a quibus fuerint ordinati* orig.

PResbyteri.] CASVS. Quidam cum putarẽtur episcopi, quosdam presbyteros ordinauerunt: sed postea dubitabatur vtrum fuerint episcopi in veritate, aut non. vnde fuit quæsitum à Gregorio, vtrú illi sint iterum à proprio episcopo ordinandi & consecrandi. Et respondetur quòd sic, ex quo scilicet dubitabatur: si tamẽ sint bonæ vitæ, & eruditi in ministerio Christi, & in lege diuina.

a ¶ *Qui ordinãt.*] Vera littera est, ordinãt. ad hoc facit 3.q.4. omnes quos.

b ¶ *Et consecrentur.*] Hic in dubio potius præsumitur non ordinatus quã ordinatus. similiter in dubio præsumit potius non baptizatus quã baptizatus, vt de cõsecr. distin. 4. paruulos. & in dubio potius præsumitur ecclesia non consecrata quam consecrata, vt de consecra. distin. 1. solennitates. ‖ Sed cum ita præsumitur in his sacramentis: quare in sacramẽto matrimonij potius præsumitur pro ipso, quã contra ipsum, vt 33. q. 1. si quis acceperit? Respon. sine omni periculo est, si sacramenta illa iterẽtur. Sed periculum esset, si iudicaretur non esse matrimonium vbi est. Item quare non creditur hic verbo illius, qui se dicit ordinatum: ‖ sicut creditur ei qui se dicit baptizatum, vt de consecra. distin. 4. placuit. & cap. de infantibus? Respon. quia sola fides confert alicui sacramentum baptismi, vt extra de presby. non bapt. cap. 2. sed sola fides non dat ordinem. ad hoc facit. 1. quæst. 1. cap. spiritus sanctus b : §. ecce quandoque. Item licet in vitio præsumatur aliquis potius non baptizatus, tamen in mortuo præsumitur c potius baptizatus, vt de consecr. distinct. 4. si eos. supple vt suffragia ecclesiæ ei proficiant. 13. q. 2. non æstimemus. & c. animæ.

‖ Sacramenta non præsumitur, excepto matrimonio.

† *lotione*

‖ Baptizatum se dicenti crẽditur.

b Aliàs. 1. q. 6. cum honoris. c In hoc puncto videas qđ not. 3. q. 4. cõsanguineorũ. & extra de præsump. illud in gl. sed qua re. & extra qui fil. sint. legi. lator, in glo. sed videtur. Archid.

QVOD ERGO. Soluit Gratianus contrarietatem prædictam, dicens quòd illud cap. sicut intelligitur de eo quem constabat esse episcopum: & ideo non deberet reordinari ordinatus ab eo. Illud autem. cap. presbyteri, intelligitur de eo quem non constabat fuisse episcopum: & ideo ab eo ordinati reordinãtur: qui si prius non fuerint ordinati, secunda ordinatione vere recipiunt ordines. si vero in prima ordinatione ordines receperunt, in secunda nihil recipiunt nisi solam vnctionem. Et hoc probat ad instar baptismi. & idem dicit esse faciendum de ecclesiis.

‖ Baptizatus vel ordinatus pluries, an plures recipiat characteres.

c ¶ *Non reiteratur.*] Hæc solutio est canonica. dixit tamen G. ‖ quòd si millies ordinatur presbyter, tot presbyterales ordines recipit quot recipit sacerdotalia. Idẽ dicit de baptismo. aliter enim quomodo fieret iniuria sacramento, vt ĩ. de consecra. dist. 4. ostenditur, vel quomodo diceretur quis bis baptizari, vt ĩ. de consecra. distinct. 4. qui bis.

pro culpa pœnitẽtia indici debet, & tamen ordo seruari.

Contra Gregorius tertius ad Bonifacium episcopum, epistola 2. scribens testatur.

¶ De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat episcopos non fuisse. C. II.

1 PResbyteri, quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint illi, qui † ordinant [a], & dubiũ est eos episcopos fuisse, an nõ, qui eos ordinauerunt; si bonæ actionis, & catholici viri sunt, ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omnique lege sancta edocti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrentur [b]: & sic ministerio sacro fungantur.

Quòd ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi ius habere. Qui autem ab illo consecratur, quem non constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille consecrandi ius non habuit, iste ex olei effusione nil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc quasi primum ad consecrationem veniens ab episcopo sacerdotalem benedictionem, & consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuit, in prima vnctione consecutus est consecrationem: in secunda vero non reiteratur [c] consecratio, sed sola vnctio: sicut, de quo dubium est, an sit baptizatus, vel non; debet baptizari; qui si prius baptizatus non fuerat, consequitur gratiam baptismi: si autẽ baptizatus erat, nihil accipit in secunda vnctione † : nec pertinet hoc ad reiterationem baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc & de ecclesiis consecrandis similiter obseruandum est. Vnde in Nicæno concilio legitur.

¶ Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata. C. III.

[d] ECclesiis semel consecratis Deo nõ iterũ debet consecratio adhiberi; nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscũque semine [e] fuerint pollutæ: quia sicut infans à qualicũq; sacerdote in nomine patris, & filij, & spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterũ baptizari; ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter eas [f] causas, quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eum consecrauerunt.

2 *Inter episcopos, & chorepiscopos autem hæc est differẽtia, quòd episcopi non nisi in ciuitatibus, chorepiscopi etiam in vicis ordinari possunt: episcopi formatas [h] tribuunt; chorepiscopi non nisi commendatitias [i], & pacificas dare valent. Episcopi ius cõsecrandi habent; chorepiscopi tantum minores ordines tribuit; leuiticam [k] autem, & sacerdotalem benedictionẽ non valent præstare. De his ita scribit Leo. I. ad episcopos Germaniæ, & Galliæ, epist. 86. al. 88.*

¶ In quibus chorepiscopi ab episcopis differant. C. IIII.

3 QVamuis chorepiscopi, & presbyteris plurima [l] cum episcopis ministeriorum cõmunis sit dispensatio; quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut est presbyterorum & diaconorũ, aut virginum consecratio; sicut consecrare non licet. Item quare non creditur ei qui se dicit baptizatum, vt de consecra. distin. 4. placuit. & cap. de infantibus? Respon. quia sola fides confert alicui sacramentum baptismi, vt extra de presby. non bapt. cap. 2. sed sola fides non dat ordinem. ad hoc facit. 1. quæst. 1. cap. spiritus sanctus b : §. ecce quandoque. Item licet in vitio præsumatur aliquis potius non baptizatus, tamen in mortuo præsumitur c potius baptizatus, vt de consecr. distinct. 4. si eos. supple vt suffragia ecclesiæ ei proficiant. 13. q. 2. non æstimemus. & c. animæ.

d Dicatur quòd sacramenta cunctis quo à deputatum, vel ad fabricã argum. C. ad el. eum. Nam hic dum manus, nisi nolle & dicitur, & ad ecclesias, ita quòd ad ecclesias. 2 De consecrat. c. nolle fiat.

e Hoc dicit Lau. sed litera hoc non patitur, quia aperte loquitur de hereticis. Io de Fan.

1 Polyc. ibidẽ Ansl. 7. c. 123.

f ¶ *Semine.*] fornicatio. nam dicit G. quòd etiam in ecclesia vir vxori tenetur debitum reddere, sed male. arg. ff. de solutio. quod dicimus.

g ¶ *Inter episcopos.*] Ponit tres differẽtias inter episcopos & chorepiscopos. ‖ Isti autem chorepiscopi aliquid habebant supra presbyteros, sed non bene determinat quid.

h ¶ *Formatas.*] ‖ formatæ siue dimissoriæ dicuntur litteræ, quibus quis eximitur à iurisdictione sui episcopi, quæ olim cum solennitate magna fiebant, vt 73. distinct. cap. 1. Commendatitiæ siue pacificæ dicuntur, quæ dantur clerico viatori, quibus commendatur, vt pacifice possit exequi officium suum. Et licet Gratianus dicat, quòd chorepiscopi dare tales poterant, illud non credo [e], sed solus episcopus, vt de consec. distin. 5. non oportet. 71. distin. extraneo. Quod archidiaconus eas dare non possit, habes extra de offi. archid. significasti.

i ¶ *Commendatitias.*] argumen. contra 71. distin. extraneo.

k ¶ *Leuiticam.*] nec subdiaconalem, nisi tantum lectoratum, vt infra proxi. distinct. cap. 1. in fin. Sed G. fuit deceptus ex cap. seq. vbi non dicitur nisi de duobus ordinibus tantum. Io. de Fan.

l ¶ *Plurima.*] quo ad minores ordines conferendos, quo ad prædicationem, quo ad confessionem; ita tamen, q non possit conferre nisi le-

a ¶ *Erige*

[e] Chorepiscopi aliquid habebant vltra presbyteros. ‖ Formatæ dimissoriæ.

[f] Chorepiscopi non fuerunt ab Apostolis instituti.

c Et hæc de Fan. dicit est argum. q chorepiscopi non possunt dare litteras clericis, vel laicis, vt eant in peregrinationem, cum nõ possint dare litteras, nisi secundum l. & Hug.

b Addit. extra de præscrip. cum dilecto, vbi de hoc & 29. quæst. 4. de ymn.

c Vide Nico. Euang. de loc. lega. ac Ecclesiolegia. cap. vltim.

‡ Altaria ante consecrationẽ erigi possunt.

a ¶ *Erigere.*] in ecclesia consecrata. ‖ nam ante consecrationem licet presbyteris constituere altaria, sed post non nisi de consensu episcopi, quod si fecerit, deportatur. argu. ĵ. de consec. dist. 1. nullus presbyter. hæc expositio est illius verbi, constitutio altaris.

b ¶ *Fidelibus baptizatis.*] Hugo intelligit litteram sic, baptizatis, scilicet extra ecclesiam, & redeuntibus ad eam, vt de consecra. distin. 4. ab antiqua. quod postea sequitur, de hæreticis intelligit in ecclesia baptizatis. Vel dic q̃ idem reperitur in sequen. littera. Alij intelligunt de insolenniter baptizatis in necessitate à parte vel à marre. 30. quæst. 1. ad limina. quibus postea episcopus in cõfirmatione debet ea conferre, quæ collata eis non fuerunt, vt hic. 1. q. 1. §. ecce. sequens vero littera intelligitur de baptizatis non in necessitate, & ita non repetit idem [a].

* *baptizandis* orig. & Iuo *ex hæresi* orig.

c ¶ *Hæreticis.*] ĵ. de cõsec. distin. 4. quamuis.

d ¶ *Nec publice.*] qđ solus episcopus potest. 50. distin. in ea. nisi in necessitate, vt 26. quæst. 6. c. vltim. &c. cap. 1.

HI VERO. Hæc est tertia pars distin. in qua probat, quòd chorepiscopi recesserunt ab aula. Io. de Fant.

CASVS Dicitur in hoc §. quòd chorepiscopi episcoporum officia vsurpabant, & ordo eorum est hodie extirpatus.

e ¶ *Vnde Damasus.*] sed tamen hũc Nicolaus est secutus, & sic est contra distin. 50. studeat. sed iam tẽpore Nicolai aboleuerat constitutio Damasi, vel fuerunt prohibiti, non quin essent, sed ne essent vt prius.

1 Polyc. ibidẽ Ansl. 7. c. 123.

† *al. lexij.*

† *al. enim*

[g] Chorepiscopi aliquid habebant supra presbyteros.

[h] Chorepiscopi non fuerunt ab Apostolis instituti.

3 Iuo p. 6. c. Ansl. 7. c. 11. Poli. 4. tit. 6.

CHorepiscopi.] CASVS. Quæritũ fuit à Damaso Papa, quare ordo chorepiscoporum sit hodie prohibitus. Et respondet, propter duas rationes. Prima est: quia sibi improbe vsurpabant officia episcoporum. Secunda est: quia tantum duos fuisse ordines legitur inter discipulos Christi, scilicet duodecim apostolorum, & septuaginta duorum discipulorum. & cum non possit ratio reddi, vnde iste tertius ordo processerit, ideo merito extirpari debet. Et istud quod postea sequitur, est pars ca. vt dicit Hug. Alij tamen dicunt, quòd est §. Casus patet per se.

f ¶ *Vnde.*] id est, ex qua causa.

g ¶ *Processerit.*] quo ad talem præsumptionem.

h ¶ *Ignoramus.*] Sed nonne per totum orbem fuerunt chorepiscopi, ergo præsumendum est, ‖ quòd fuerunt ab apostolis vel conciliis instituti, vt 12. distinct. illa. Sed hic non negat illos ab apostolis institutos, sed causam institutionis ignorat. Et est hic argu. quòd à quocumque auctore aliquid sit institutum, & quamtumcumque diu obtentum, si non subest causa, vel si onerosum est, extirpandum est, vt 12. distinct. omnia. ĵ. de consec. distinct. 1. placuit. 10. quæst. 1. hanc. & 63. distin. §. verum. extra de censi. peruenit.

i ¶ *Et quod ratione.*] institutionis. Et est argumentum pro ratione reddenda b, vt extra de censi. peruenit. & C. de codicilis. l. pen. ff. sol. matri. dotem.

QVOD AVTEM. Hæc est quarta pars distin. in qua probat, quòd filij ecclesiæ possunt fieri patres: scilicet possunt fieri episcopi loco apostolorum. Io. de Fan.

k ¶ *Nomen non habent*] argumen. *Si re priueris, nec nomen habere videris.* 32. quæst. 4. dicat. in fin. C. de fer. à nullo. argumen. 86. distinct. fratrem. 16. quæst. 1. si cupis.

Quorum vices.] CASVS. Quæsitum fuit ab Vrbano quorũ locum episcopi hodie teneant in ecclesia, & quorum vice fungantur. Et respondet, quòd locum tenent apostolorum, & eorum vice funguntur. Et hoc probatur auctoritate Augustini dicentis, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, &c. quæ auctoritas durat vsque in finem.

l ¶ *Quorum vices.*] infra 12. quæst. 1. videntes. ĵ. distinct. 21. in nouo.

‖ Ecclesia est mater, vxor, & filia.

m ¶ *Ecclesia.*] ‖ ergo est ecclesia mater & filia. Item ecclesia quãdoque dicitur vxor. 7. q. 1. sicut. & 21. q. 2. sicut. quandoque mater. 12. q. 2. qui abstulerit. quandoque dicitur filia, vt de consec. dist. 1. ecclesia. nam catholicorum collectio, quæ est ecclesia, per episcoporũ prædicationem generatur, vt 23. q. 4. recurrat. Item ecclesia etiam dicitur locus vbi Deum timentes veniam postulãt. in Authen. vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero. coll. 8.

In Psal. 44.

n ¶ *Patres.*] quia eam protegunt, & defendunt.

o ¶ *Genuit.*] per baptismum. & ita ecclesiæ filius datur ei curator, quòd etiam lex dicit. ff. de tuto. & cur. datis ab his. l. is qui. dic vt notatur. 12. q. 1. cap. vltim.

p ¶ *Illos.*] ‖ in hoc cõparatur patri episcopus, & ecclesia filio: quia sicut filius non potest sine auctoritate patris litigare, vt C. de bonis quæ lib. l. vltim. sic ecclesia sine auctoritate prælati, vt extra de iud. causam. & 16. quæst. 1. monachi. Item sicut filius nõ conuenitur, sed pater nomine filij, vt C. de bon. ma. l. 1. C. de anna. excep. l. 1. sic ipse prælatus est conueniendus, non ecclesia, nisi negotia ecclesiæ distincta sint à negotiis prælati, vt extra de rescri. cap. edoceri.

‖ Episcopus patri, & ecclesia filio comparatur.

q ¶ *Per quos.*] per eos pullulauit, & creuit, cum nulla esset tunc temporis.

2 Iuo par. 5. c. 376.

r ¶ *Nata es.*] id est, augmentata.

qui ab vno, vel à duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi. Si nomen non habent [k], qualiter officium habebunt?

Item Vrbanus secundus.

¶ Apostolorum in ecclesia locum episcopi tenent. C. VI.

QVorum vices [l] in ecclesia habeant episcopi, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, sanctus Augustinus ostendit, inquiens [Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.] Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres misi sunt Apostoli: pro Apostolis filij, nati sunt tibi. constituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi, qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? Ipsa ecclesia [m] patres [n] illos appellat, ipsa illos genuit [o], & ipsa illos [p] constituit in sedibus patrum. Nõ ergo te putes desertam; quia non vides Petrum; quia non vides Paulum: quia non vides illos, per quos [q] nata es [r]. de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terrã.] & infra. [Filios genuit ecclesia; constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram.]

DISTINCTIO LXIX.

Onsura vero [s] clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus impositio ab episcopo facta noscatur.

Vnde in septima synodo cap. quartodecimo legitur.

¶ Abbates, quibus ab episcopo manus impositio, diaconos ordinare possunt. C. I.

2 QVoniam videmus sine manus impositione à paruula ætate tonsurã [t] cleri quosdã accipientes, nondumque ab episcopo

Onsura.] Hec di. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, *Lectoris.* Tertia ibi, *Simili modo.* Io. de Fan.

CASVS Hic intitulatur 69. distinct. in qua ostendit, quòd non solum episcopi possunt conferre minores ordines, sed etiam abbates in propriis monasteriis possunt conferre lectoratum: quibus abbatibus ab episcopo manus impositio facta est.

s ¶ *Tonsura vero.*] in hac 69. distin. tractat de collatione minorum ordinum vsque ad lectoratum. ‖ Et nomine tonsuræ, accipe hic tres minores ordines, psalmistatum, ostiariatum, & lectoratum. & hoc licet abbati tantum in suo monasterio: exorcistam tamen facere vel acolythum non licet. ĵ. ea. cap. vltim.

‖ Tõsura quandoque tres ordines comprehendit.

Quoniam.] Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte prohibetur, ne aliquis super pulpito in ecclesia vel monasterio legat epistolam, vel lectionem, nisi primo fuerit ordinatus, & tonsuram habeat ad modum clerici. In secunda parte dicitur, quòd abbates & sacerdotes, quibus ab episcopo manus imponitur iuxta morem præficiendorum abbatum conferre possunt in suis monasteriis lectoratum. Idem licebat quondam chorepiscopis. Et nota quòd legere epistolam pertinet ad subdiaconum, legere lectiones ad lectorem pertinet.

t ¶ *Tonsuram.*] id est coronam, nam aliam tonsuram posset femina dare.

a ¶ *Lecto*

manus impositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes ; præcipimus amodo id minime fieri. Idipsum quoque obseruandum est etiam inter monachos. ¶ 2 Lectoris [z] autem manus impositione [+] [b] licentia est abbati solummodo in proprio monasterio [c] faciendi ; si dumtaxat eidē abbati manus impositio [d] facta nosca tur ab episcopo, [secundum] morem [e] præficiendorū Abbatum,] dum cōstet illum esse presbyterū. ¶ Simili etiam modo secundum antiquam consuetudinem chorepiscopos præceptione [f] oportet episcopi promouere lectores.

Item ex concilio Laodicensi, c. 26.

¶ Non exorcizent, qui ab episcopo promoti non sunt. C. II.

NOn oportet exorcizare [g] eos, qui necdum ab episcopis sunt promoti [+] [h], neque in ecclesiis, neque in domibus [i].

DISTINCTIO LXX.

AB episcopis [k] alterius [l] ciuitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam à proprio [m] absolute ordinandus est : absoluta enim ordinatio Chalcedonensi concilio prohibetur, & vacuū habere manus impositionē præcipitur : in quo sic statutū est canone 6.

g ¶ *Exorcizare.*] id est, legere exorcismos.

h ¶ *Promoti.*] ad ordinem exorcistæ.

i ¶ *In domibus.* id est in ecclesiis nō sacratis. Superfluūt duo neq; Ioā.

AB episcopis.] CASVS. Supra ostensum est, quòd clerici sunt à proprio episcopo ordinandi. nunc autem vult ostendere Gratianus quòd nullus episcopus debet ordinare clericum alterius sine eius licentia : quod ostendit. ℣. 71. distin. Et ostendit quòd nullus debet ordinari sine titulo: & si ordinetur, irrita erit talis ordinatio quo ad executionem: quòd ostendit in hac 70. dist. in cap. 1. & 2. Ioan. de Fant.

k ¶ *Ab episcopis.* Hic depingitur 70. dist. Quia dixerat presbyteros & reliquos clericos ab epō debere ordinari, inde sumpta occasione ostēdit, q̄ nullus ordinandus est sine titulo, id est sine ecclesia vel ecclesiastico beneficio. ‖ & si fuerit ordinatus, debet deponi tā in iniuriā ordinantis q̄ ordinati: quia permisit se sic promoueri. 16. q. 7. decernimus. 21. q. 2. C. 1. sed quoniam epi hanc pœnam nullam reputabant, hodie prouisum est, vt remaneant promoti, & episcopus vel etiam eius successor eis prouideat. extra de præben. episcopus. extra eo. tit. cum secundum.

l ¶ *Alterius.*] hoc exequitur in distin. sequenti.

m ¶ *A proprio.*] hoc exequitur in ista distinct. &c.

NEminem.] CASVS. Statutum fuit in Nicæno cōcilio, vt nullus episcopus ordinet aliquem clericū sine certo titulo alicuius ecclesiæ in ciuitate vel extra ciuitatem. & si ordinauerit aliquem clericū sine titulo, in opprobrium ordinantis officij executione carebit.

n *Neminem.*] etiam in minoribus ordinibus non debet ordinari. argum. 12. quæst. 1. videntes. 32. distinct. si qui vero, cum enim habeat officium in ecclesia, ergo & beneficiū debet habere. extra de præben. dilectus. extra de fil. presby. proposuit. ne dicatur : ‖ Mendicat in plateis infelix clericus, vt 93. distinct. diaconi.

o ¶ *Absolute.*] id est, sine titulo.

p ¶ *Ciuitatis.*] hoc ideo dixit, ‖ quia potius est præsentandus clericus qui est de ciuitate quàm extraneus, vt ℣. distinct. proxi. hortamur. C. de episco. & cleri. in ecclesiis.

q ¶ *Siue possessionibus.*] i. si ordinaē ad titulū patrimonij sui, vt extra de præbē. c. tuis. Vel hoc ideo dicit, quia potius sint illi clerici instituendi de quorū bonis fundata [d] est ecclesia, vt extra de rescript. cum adeo.

r ¶ *In martyrio.*] Vbi sunt reliquiæ martyrū. vel loquitur de regulari ecclesia. Colligitur etiā hic ex eo, q̄ dicit, siue possessionis, arg. q̄ si quis habet patrimoniū sufficiēs, ordinari pōt sine titulo. extra de præbē. eps.

s *Vacuum.*] quo ad executionem.

t ¶ *Ad iniuriam.*] & etiam suum delictum : quia se sic permisit promoueri, alias alteri [e] odio nō debet alius prægrauari. C. de inofficio. testa. si quis in suo. extra de his quæ fiunt à maio. parte capit. cap. quæsuit. in fine.

Anctorū.] CASVS. In hoc cap. quinque per concilium Vrbani statuuntur. Primū est, vt ordinatio sine titulo facta irrita habeatur. Secūdum est, vt clericus perpetuo perseueret in ecclesia in qua est intitulatus. tertium est, vt clericus nō intituletur in duabus ecclesiis : quia licet ex dispensatione episcopi clericus possit duabus ecclesiis præsidere, canonicus tū præbendarius in duabus ecclesiis esse non potest. Quartū est, vt præpositus maioris ecclesiæ curā habeat de ecclesiis pauperibus, quæ clericos suos sustētare nō possunt. Quintum est, vt præter notum præfationes decima dicatur, quæ incipit: Aequum & salutare.

v ¶ *Perpetuo.*] i. dum viuit [f]. ff. pro sol. l. 1. filius enim nō debet esse temporalis nec hæres. ff. de adop. quæsitum. ff. & instit. de hære. instit. §. hæres.

x ¶ *In duabus.*] Qui enim titulum habet in vna ecclesia, si recipit secundam ecclesiam vel præbendam pro titulo, perdit primam, vt extra de concess. præben. & eccle. nō vacan. litteras. fed si recipit ipsam quasi beneficium, & quasi commendatam siue stipēdium, tunc secus. & tunc non est canonicus secundæ præbendæ, nec cum eis potest eligere. Si quæras quare canon iste permittit episcopo dispensare in ecclesiis, & non in præbendis : dico quòd æque potest dispensare in præbendis sicut in ecclesiis, dummodo sint de eodem episcopatu. Est ergo hæc, veritas, quòd de iure communi non potest quis habere duas ecclesias vel præbendas in eodē episcopatu vel in diuersis, nisi in casibus notatis 21. q. 1. in summa. ‖ Sed numquid hodie beneficium huius canonis est sublatum epis per illam nouam constitutionem, de multa, in titu. de præben. ex eo quòd dicitur ibi, per sedem apostolicam poterit dispēsari ? Dico quòd non: fed tantum vaga & indiscreta dispensatio est ablata ab eis non probabilis: sicut per remotionem appellationis nō remouetur necessaria appellatio vel probabilis. extra de appel. pastoralis. sic cum dominus prohibuit iurare, non prohibuit iuramētum necessarium, fed temerarium, vt 22. q. 1. c. ita. sic cum dominus prohibuit vxorem separari à viro, intelligendum est tantum de illa separatione, quæ fit sine ratione, vt 33. q. 2. quos Deus. ‖ Si obiicias, q̄ punitur episcopus, qui permittit ipsum habere prius stipendium, vt ibidem dicitur extra de præben. quia in tantum. de cle. non resi. quia nonnulli. ergo dispensare non potest. Non sequitur : quia episcopus punitur qui ordinat clericum concubinarium, vt 51. dist. qui in aliquo. & tñ cum ipso dispensare potest: sed ideo punit, quia indiscrete dispēsat. Si obiicis qđ dicitur ibi per sedem apostolicā: ergo nō potest per aliū. non sequitur: quia eodē modo decretū dicit q̄ ordinationes epōrū faciendæ sunt auctoritate apostol. 64. dis. ordinationes. & tñ propria auctoritate fieri possunt. Sic etiā alibi dī, q̄ quilibet presbyter pōt & debet baptizare, vel celebrare. de licentia epi, vt 16. q. 1. cunctis. & tñ suo iure potest baptizare : sed ideo dicit hoc, q̄ eius auctoritate saltem generali debeat fieri dispensatio. Vel dic q̄ tunc solus Papa dispensat, cum quis diuersa beneficia in diuersis episcopatibus vult habere, propter repugnātiam quæ ex hoc proueniret: quia nemo duobus dominis potest seruire [h], vt 21. q. 1. c. 1. Ioan. Hæc glossa nihil valet: q̄a Papa tantū dispēsat circa plures ecclesias habētes curā animarū. & plures dignitates, vt expresse dicit decre. de multa sed circa plura beneficia simplicia non vī epo dispensare prohibitū.

x ¶ *In Duabus.*] Nec iure ciuili quis in duobus collegiis potest cōmerari.

a Hæc fuit sententia H. & Lan. qui dicunt idē quod proxi. sequitur.
b Credo Aug. Clauas. ver. ordo. 2. 1. 1. semper requiritur iurisdictionē quasi episcopalem in omni ordine conferendo.
c al. impositionem
† Hæc nō sunt in græco canone
c Hoc cap. nō obstat, quia hic loquitur de impositione manus ori ina ia, sed contrariū de consecratoria secundum H. & idē sētit Gof. extra de æta. & qual. cū contingat. Arch.
d al. prouecti
e Adde cū proprie cōtur propri. & quā nemo nec ei debet eliminan. fi de fer. vbi pādio.
25. Antonin. par. 1. cap. 22.
f Alias inspi, fratio.
‖ Ordinatus sine titulo deponi debet.
‖ Clericus infelix efurit in plateis.
‖ Clericus ciuitatensis est extraneus præferendus.
d Fundata. Idē Arch. propsohic vi e Rochum Curt. de iure patr. ver. honorificum. quæst. 18.

merari. ff. de col. l. 1. §. 1. nec duas militias habere. C. qui mili. non pos.

l. 1. §. in posterū. nec duos honores. ff. ad munici. libertus. §. præscriptio.

a ¶ *Diuersis.*] non couentualibus : cum enim nec canonicus in diuersis conuentualibus esse possit, ergo multo magis nec prælatus, ita quòd sit in eis canonicus.

b ¶ *Cura.*] 12. quæst. 2. bonæ rei. Lau.

c ¶ *Præposito.*] Id est, episcopo, qui est ordinator in cunctis, vt in contrario hic signato. 25. dist. cap. 1. Vel dic præposito, id est, archidiacono. arg. extra de ver. sig. quāuis. & sic nec illud erit contrarium.

d ¶ *Tam de possessionibus.*] Arg. pro capel. vt decimæ debitæ maiori ecclesiæ sic cōmunicentur illis. Argum. contra 12. quæst. 1. videntes [a]. 1. quæst. 1. cap. 1.

e ¶ *Prouideat.*] vt dentur vni, vel simul vnianter, vt 10. quæst. 3. vnio. de consc. distinct. 1. c. 2. & extra de præb. exposuisti.

f ¶ *Nouem.*] de consec. dist. 1. inueniemus.

De clericis.] CASVS. Hic ponitur 71. dist. in qua ostendit Gratianus, quòd clericus vnius episcopi non est ab alio episcopo ordinandus, vel in ecclesia recipiendus sine licentia & litteris sui episcopi: alioquin irrita erit ordinatio & receptio : nisi causa hostilitatis fuerit ab ecclesia sua eiect[b] clericus: quia tunc dum durat hostilitas, recipi potest, vt 7. quæst. 1. pastoralis. Io. de Fan.

g ¶ *De clericis vero.*] In hac distin. 71. ostendit Gratianus, quòd clericus vnius episcopi non est ab alio ordinādus episcopo, vel in aliqua ecclesia instituēdus sine litteris sui episcopi. quod si factum fuerit, irritabitur, nisi hostilitatis causa clericus exularet. ℣. eod. clericos.

Llud.] CASVS. Quidam episcopi ordinabant & recipiebant in suis ecclesiis aliorum episcoporū clericos, eis irrequisitis: vnde contentiones & discordiæ nascebantur: & ideo statutum fuit in concilio Sardicen. ne hoc decreto fieret, nisi cum licentia suorum episcoporū: alioquin irrita erit talis ordinatio. Duo sequentia cap. plana sunt, quæ fere idem dicunt cum isto.

h ¶ *Contentionibus.*] ‖ Nam communitas mater discordiæ est. ff. de leg. 2. cum pater. §. dulcissimis.

i ¶ *Et sine voluntate.*] Arg. expressum ad id quod dixi. 7. q. 1. placuit.

k ¶ *Ordinatio.*] nisi postea ratum haberet suus episcopus [b], vt 63. distinct. Salonitanæ.

l *De aliena.*] ¶ *Exoratus.*] Sed numquid sufficeret vt dissimularet [c] ? Non vt 85. distinct. Florentinum. & 63.

m *Iquis ausus.*] ¶ *Consensum.*] Ergo cum consensu eius poterit. C. de sacr. sanct. eccl. qui sub prætextu. & expresso consensu, non tacito. ff. de procura. filius fami. §. inuitus.

a Et 16. q. 1. quicūque. vbi de hoc extra de præscript. ex tribus. vbi de hoc. Arch.
b Et ita glo. refertur quòd, tali habitio retrahitur. Gor. tex. in l. vero. 1. fed &. & ibi Bar. ff. de fil. & in l. obseruare §. ff. de officio procon.
c Dicit ibi Lau. fufficere facere vt canonicum, non vt prælatum.
‖ Communitas discordiam parit.
d Ex ista glo. refertur quòd, tali habitio retrahitur. Gor. tex. In l. vero. 1. fed &. & ibi Bar. ff. de fil. & in l. obseruare §. ff. de officio procon.
e Dicit ibi Lau. fufficere facere vt canonicum, non vt prælatum.
f Epiſcopi tituli hodieq; fine cura & nedum ab epiſcopis ratificantes perdere.
g Sed nisi in casibus per legem cardinalem cit. Ro. bene. vbi curia tenet monachū ab officialibus referatur. & hoc præsertim in suo libelli iuris canonici. B. ‖ An plures præbendas sine alicuius dispensatione ferri, fuit primo. Abb. 3. dispēsatio. Archi. ‖ Debet esse in 21. q. 1. c. 2. & ideo fere Hu. ca. 2. q. 1. in prin. & Goffr. & ca. extra de præben. dilectus. Archidia.

Clericos.] CASVS Quæsitum fuit in Chalcedon. concilio, vtrum episcopo liceat ordinare in sua ciuitate clericos alterius ciuitatis ? Et diffinitum est quòd non: sed vnusquisque clericus perseueret in ea ecclesia in qua ab initio consueuit: exceptis illis, qui causa hostilitatis & necessitatis suas ecclesias perdiderunt & ciuitates. & quicumque episcopus contra fecerit, excommunicatus permanebit cū eo quem susscepit, donec ad suam ecclesiam reuertatur clericus.

n ¶ *Sed quiescant.*] nisi vocentur, & eligantur ad alias ecclesias. tunc enim auctoritate maiores possunt transire ad alias, vt 7. q. 1. episcopus de loco.

o ¶ *Ex necessitate.*] Sed pone quòd presbyter amisit ecclesiā suam, episcopus ciuitatem suam: tamen remanent in aliqua parte sui episcopatus ‖ numquid clericus recedet, quo voluerit sine litteris episcopi ? Dicunt quidam q̄ non. nam adhuc prælatus remanet amissæ ecclesiæ. Alij dicunt contrarium, vt dixi 7. quæst. 1. pastoralis. Sed verior est ratio prior: quia episcopus adhuc nō desinit esse suus prælatus: quia non tantum ratione beneficij, sed etiam ratione ordinis est prælatus suus. Alij dicunt in pendenti esse vtrum sit prælatus. nam si postea liberatur ecclesia, remanet ecclesiæ prælatus. alias non. 7. q. 1. pastoralis. Et arguitur ad hoc extra de cleri. non resident. fraternitati [d]. Item pone q̄ episcopus dat ei licentia transeūdi ad alium episcopatum sub ea conditione, vt si redierit prior ecclesia ad libertatem, redeat ad eam: numquid epiſcop' interim est prælatus eius ? Sic: non tamen potest eum excommunicare nisi forte ecclesia liberata non velit redire. licet eñ interim sit eius prælatus, ligatus tñ tamen habet execūtionē. Item si ad aliā ecclesiam vellet eum reuocare, nō posset nisi ad suam, ex quo ei licentiam dedit: nisi ei sub hac conditione licēt iam dedisset, vt posset eum quandocūque vellet reuocare. Item si totus episcopatus occupatus est à Saracenis : numquid remanent clerici istius episcopi, cum omnes sint in episcopatu alterius ? Dico quòd remanent, sed non habet iurisdictionem liberam in eos. Item numquid possunt eos vicini epiſcopi recipere sine litteris eius ? Sic : ipse tamen si epiſcopatus eius esset liberatus, posset eos reuocare, etiam si eis licentiam dedisset : nisi forte licentiando eos absolueret. Vel dic quòd prior definit esse prælatus ipsorum, vt no. 7. quæst. 1. pastoralis.

p ¶ *Tamdiu.*] infra 21. quæst. 4. epiſcopi. Argum. ℣. 7. q. 2. cap. 2. &c.

Fraternitatem.] CASVS. In ecclesia Benafrana erat quidam diaconus nomine Gratianus : quem Fortunatus epiſcopus volebat in sua ecclesia ordinare : & eum propter hoc postulauit à Papa. & quia in ecclesia Benafrana non erat epiſcopus hostilitate faciente à quo peti posset diaconus ille: Papa eum sibi sine mora concesit.

quem titulari nō liceat, sed vnusquisque in qua titulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim epiſcopi dispositione vn[o] diuersis præesse possit ecclesiis; canonicus tamē præbēdarius, nisi vnius ecclesiæ, in qua cōscriptus est, esse non debet. ¶ Si quæ tamen capellæ sunt, quæ suis reditibus clericos substentare nō possunt; ea cura, & dispositio præposito [c] maioris ecclesiæ, cui capellæ subditæ esse videntur, immineat; & tā de possessionibus [d], quàm de ecclesiasticis capellarū officiis ipse prouideat [e].

In eodem etiam concilio antiquis nouem [f] præfationibus decima addita est, quæ ita se habet [Aequum, & salutare, & te ven. vel assumptione beatæ Mariæ collaudare, benedi. & prædi. quæ, & vnigenitum tuum S. S. obumb. concep. & virginitatis gloria permanente lumen æter. mūdo effudit, Iesum Christum dominum nostrum.]

DISTINCTIO LXXI.

DE clericis vero [g] non ordinandis ab episcopo alterius ciuitatis, in Sardicensi concilio, c. 18. & 19. statutum est, in quo Ianuarius episcopus dixisse legitur.

¶ Clerici ab episcopo alterius ciuitatis non ordinentur. C. I.

ILlud quoque sanctitas vestra statuat, vt nulli episcopo liceat alterius ciuitatis ecclesiasticū hominem [a] solicitare, & in sua diœcesi clericū ordinare. Vniuersi dixerūt, Placet: quia ex his cōtentionibus [h] solent nasci discordiæ; & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat. ¶ Ofius epiſcopus dixit. Et hoc vniuersi constituimus, vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu epiſcopi ipsius, & sine voluntate [i] ordinare, non fit rata ordinatio [k] eius.

a ¶ Hominem.] *In concilio latino legitur:* ecclesiasticum ministrum solicitare, & in suis parochiis clericum, &c. *Infra ead. c. primatus. (vbi huius canonis sententia videtur referri) legitur*, vt nemo alterius

1 Ancil. 1. cap. 1. Pol. 1. cap. Bure. 1. 1. c. 1. Ioan. 1. 1. c. 1. Panorm. 1. 1. c. 1.

1 Fan. 1. 3. c. 6. 1.

† al. vsurpet

1 Cleri i obedie neantu copo uit. t in amit 2 Bur. 1. 109. Ino p. 5. c. ex alia versio ne

2 Anſl. 1. 6. cap. 125 N. l. 1. 1. 1

‖ Capitulum non potest licentiare clericum sede vacante.

a Sub. quoniã debet constitui auctoritate metropolitani. Lau. qđ dic vt plene dixi 61. dist. ca. vlt. & ibi de hoc.

2 ¶ *Habituro.*] absolute ponitur sine verbo. 63. distinct. Agatho.

b ¶ *Licentiam.*] ‖ Sed numquid capitulum dum ecclesia vacat posset ipsum licentiare? Non: quia quædam alienatio est, quæ non potest fieri vacante ecclesia. 12. quæst. 2. si quis. de hac materia habes 24. dist. c. 2. Ioan. Sed quid si ecclesia habet visitatorem [a]? Videtur quòd iste posit alienare, vt instit. de cura. §. vlt. nam auctoritate metropolitani debet constitui visitator. Sed videtur contra quod dicit lex: quia ad ea quæ solemnitatem iuris desiderant, tutore opus est. ff. de consensu & aucto. præstan. l. curatorem. vnde non credo hæc fieri posse per visitatorem, cũ solennitatem exigant 10. q. 2. hoc ius. Ioan.

P*Rimatus.*] Casvs. Episcopus Vegeselitanus surrexit in concilio Carthagin. & suggessit concilio, vt statueret ne aliquis episcopus vsurparet clericũ vel parochianum alterius, nec apud se retineret sine alterius episcopi licentia: cuius dictũ Gratus episcopus approbauit: & per conciliũ Sardicen. confirmauit, & auctorizauit. Sequens cap. patet.

c ¶ *Sine litteris.*] ℑ. proxi. dist. ca. 2. & 3. & ℑ. 76. dist. c. vlt. & ℑ. c. proxi. & ℑ. 61. dist. Osius. & 85. distinct. Florentinum. in fin. & ℑ. 63. distinctio. litteras.

1 Bur. l. 2. c. 43. ‖ no p. 6. c. 144. Ans. l. 6. c 124. † *al. primatus*

c ¶ *Sine litteris.*] credere tamen & testes sufficere. C. de fi. instr. in exercendis. & extra de cler. pere. tuæ. Lau.

‖ Licitus an possit ordinari à non suo episcopo.

d ¶ *Obtineat.*] ‖ Sed nonne extraneus episcopus potest ordinare laicum de alterius episcopatu, cũ laicus possit transferre domicilium quo voluerit; Dico q̃ fic: sed domicilio non translato nõ potest eum ordinare: sicut nec alia sacramenta ab extraneo recipere posset, vt de pœn. dist. 6. placuit. de conse. dist. 2. tribus. nec peregrinari potest laicus sine licentia episcopi. de consec. dist. 5. non oportet.

2 Ex isto text. infertur, quòd litteræ episcopi sunt authenticæ: cum (vt hic) faciant fidẽ. Concord. text. in l. monumentorum. & ibi gl. & doc. C. de reli. & sumpt. fu. No. Bald. Pe. de Bel. per ti. & Cy. in leg. si qua per calumniã. C. de epis. & cleri.

† *ordinet* Ioti.

e ¶ *Eius episcopi.*] fic C. de offi. ma. mi. milites. vbi dicitur, quòd sine licentia Imperatoris, &c.

f ¶ *A collega suo.*] Sed pone q̃ eũ concedat: vbi dicitur iste habere domicilium? Dic q̃ si vtrũque beneficium retinet, vtrobique [b]. ff. ad munici. l. Labeo. & l. assumptio. §. à viris prudentibus.

3 Bur. l. 2. cap. 139. Ans. l. 7. c. 162. Pol. l. 4. tit. 31.

b Ad hoc C. de in col. ciues. l. 10.

4 Bur. l. 15. c. 30 Iuo p. 16. c. 31.

‖ Clerici de diœcesi sunt extranei præferendi.

dum, habituro[a] licentiam [b] diaconum illum, nostra interueniente auctoritate, ecclesiæ tuæ, Deo propitio, constituere cardinalem.

ß ¶ Cardinandum.] *Antea legebatur*, ordinandum. *Emendatum est ex ipsa epistola. Cardinare vero, seu cardinalem constituere, (quod est in fine huius capitis) ita videtur B. Gregorius accepisse, vt canonicam translationem significet. Nam cum tempore S. Gregorij canon sextus concilij Chalcedonensis accurate obseruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in ecclesia (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eũ locum ordinaretur; cum aliquis iam ordinatus, necessitate aliqua in aliã ecclesiam transferebatur, vt in illa in eodẽ gradu, quo in prima ordinatus erat, deseruiret: in secunda dicebatur incardinari; quod ex isto nunc indicato loco patere potest, & ex lib. 3. epist. 14. & alibi. Quod etiã in episcopis B. Gregorius faciebat, lib. 2. in dict. 10. epist. 6. & epist. 25. (quod refertur infra. 7. q. 1. c. pastoralis) & indict. 11. epist. 13. & sequẽtibus: quod habetur infra 21. q. 1. c. relatio. de hac re Ioãnes diaconus lib. 2. c. 8. & 11. & 16. Gregoriũ vero Ioannes viij. & facto ipso, & vocabulo in eadẽ notione accepto, est imitatus: quod ex aliquot manuscriptis ipsius epistolis constat.*

Itẽ ex concilio Carthaginensi 1. c. 5.

¶ Sine litteris episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur. C. VI.

1 PRimatus † episcopus Vegeselitanus dixit. Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis nõ licere clericum alienũ ab aliquo suscipi sine litteris [c] episcopi sui [2]; neque apud se retinere; nec laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eũ obtineat †[d] sine cõscientia eius episcopi [e], de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit. Hæc obseruantia pacẽ custodit: Nam & memini in sanctissimo cõcilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet: Sed si forte erit necessarius; petat à colega [f] suo, & per consensum habeat.

Item ex concilio Calcedonensi, c. 13.

¶ Sine litteris commendatitiis clericus exera suam ecclesiã non ministret. C. VII.

3 EXtraneo clerico [g], & lectori extra ciuitatem suam sine commendatitiis [h] litteris proprij episcopi nusquã penitus liceat ministrare.

Item ex sermone Sancti Augustini ad populum.

¶ Eeedem. C. VIII.

4 HOrtamur christianitatem vestram iuxta sanctorum canonum instituta, vt in ecclesiis à

Hortamur.] Casvs. In hoc cap. monet Augu. patronos, ‖ ne aliquem clericum in suis ecclesiis eligant, nisi fuerit ordinatus ab episcopo, in cuius diœcesi sita est ecclesia: vel nisi recipiatur ab eo per litteras commendatitias. Sequens cap. patet per se.

h ¶ *Veniens.*] Hoc verum est, cum ille qui clericum præsentat, laicus est: quia quãdiu idoneus est in suo episcopatu, non præsentabit extraneum. episcopus enim vndecumque posset præsentare, vt ℑ. 16. quæst. 2. si quis episcoporum [c].

i NVllum absque.] ¶ *Peregrinorum.*] Clerici peregrini large possunt appellari omnes, qui non sunt de episcopatu ordinantis: siue sint clerici, siue laici: quia nulli talium debent recipi ab aliquo episcopo ad dignitatem, vel ordines, vel alia sacramenta ecclesiastica. 5. ea. distl. per totũ. & specialiter. eod. tit. primatus. & hoc extra de cle. peregri. c. 2. & 3. Et quòd omnes tales dicantur peregrini & extranei, est argu. 3. q. 6. peregrina. 6. q. 3. c. 1. & 2. Ignoti dicuntur quorum origo, vita, & singularitas sunt ignota episcopo, non distincto, sint de eodem episcopatu, vel alio. 24. dist. quando. 42. distinct. quiescam. versic. si enim in clero, &c. Ar. 2. q. 7. quærendũ. ver. quorũ vita secundum Ra. & Gof.

Imissorias.] Casvs. Supra in pro xi. distin. dictum est, qui clericus sine litteris dimissoriis vel cõmendatitiis suis episcopi, & sine eius licentia recipi non debet: ideo supponit hanc 72. distin. in qua ostendit, quòd clerico non debet patere licentia sine litteris dimissoriis: quas episcopus non debet dare nisi rogatus. Et casus omnes plani sunt.

5 Ans. l. 6. cap. 111.

k ¶ *Dimissorias.*] Hic depingitur 72. distinct. Dixerat supra magister, clericum sine commendatitiis litteris sui episcopi non esse recipiendũ. nunc ostendit, q̃ episcopus nõ debet eas dare nisi instanter rogatus.

l Bur. l. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 12.

l *Episcopus.*] ¶ *Nisi ab ipso.*] scilicet qui eum habere desiderat & postulat: sicut cum quis transit in familiam alterius, vt ff. de adop. l. 2. sic ℑ. 70. dist. c. 2.

† *al. paternitas*

† *Ermanus* Burch.

† *al. retinet*

m ¶ *Postulatus.*] ‖ Sunt enim quædam quæ non conceduntur nisi cum instantia, vt pallium. 100. dist. prisca. & apostoli. 2. q. 6. post appellationem bene accedit ad hoc quia qui præsentat, parcissime debet cõmeatum dare. ff. de re. milit. officiũ.

‖ Concedatur instanter id instans.

† *al. retinet*

† Conc. Afric. canon. 5. p.

† *de.*

n *Levicum.*] ¶ *Episcopo.*] fic C. de emancip. iubemus.

o ¶ *Clericorũ autem.*] ℑ. dist. 21. cleros. ergo & qui eos verberat, incidit in canonẽ. 17. q. 4. si quis suadente.

† *al. patris n. & filij v. & spiritus sancti. a.*

8 Ex Attici fidem. ostilij Calcedonẽsis. Ans. l. 6. ca. Iuo p. 6. cap.

p *Lacuit.*] ¶ *Eligitur.*] Argu. ex electione ius acquiri d. quidam tamen dicunt contrariũ & exponũt semel,

alio p. 6. cap. 434. simile.

d Quod dicit not. & dilig. q. anno. & ibi q. 7. cetera fantasmata intelligo hoc ca. nisi in determinatione. Acquiri, &c. vt in clem. 1. de electio.

vobis fundatis aliunde veniens [h] presbyter non suscipiatur; nisi à vestræ fuerit ecclesiæ consecratus episcopo, aut ab eo per commendatitias litteras suscipiatur.

Item ex concilio Antiocheno, c. 7.

¶ Absque formata clerici peregrini non suscipiatur. C. IX.

NVllum [i] absque formata [α], quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum clericorum suscipi oportet.

α ¶ Formata.] *Græce est μηδένα ἄνευ συνιστῶν ἀδέχεσθαι τῶν ξένων, quod Dionysius vertit.* nullus peregrinorum sine pacificis, id est cõmendatitijs suscipiatur epistolis. *atque ita Burc. & Iuo habent.*

DISTINCTIO LXXII.

Dimissorias [k] vero litteras episcopus nisi rogatus, non tribuat: sicut statutum est in synodo habita Romæ.

Vnde Leo Papa.

¶ Nisi eodem petente, nulli dimissoriæ litteræ præstentur. C. I.

E Piscopus [l] subiecto sibi cerdoti, vel alij clerico, nisi ab ipso postulatus [m], dimissorias non faciat; ne ouis quasi perdita, aut errans inueniatur.

Itẽ ex concilio Carthaginensi 3. c. 21.

¶ De eodem. C. II.

6 CLericum [n] alienũ, nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum [o] autem nomẽ lectores, & psalmistæ, & ostiarij retineant †.

Item ex concilio Mileuitano, c. 15.

¶ In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur †. C. III.

7 PLacuit [p], vt quicumque in vna ecclesia vel semel eligitur ß; ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

ß ¶ Eligitur.] *In concilio Mileuitano est* vel semel legeris; *itemque in concilio Carthaginensi græco, c. 91.* ἅπαξ ἀναγνῷ, *Africano autem. c. 57.* vel semel suscepto officio legerit.

DISTINCTIO LXXIII.

8 *Valiter vero commẽdatitia, vel dimissoria, seu formata epistola faciendasit, videndũ est. Debent namque litteræ græcæ in-*

Valiter.] Casvs Hic intitulatur 73. dist. quæ in scholis nõ legitur: quia ea quæ ibi continentur, in desuetudinẽ abierunt: nec modo locũ habent: ibi enim cõtinetur qualiter & quibus litteris vel græcis vel latinis formatæ debent fieri: sed nunc non sic sunt: & ideo quia in ea nulla vel modica vtilitas continetur, ideo membranas occupare non debet. 19. distin. si Romanorum.

Quæ

terponi in ea epistola, & non sine causa. Græca enim elementa litterarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur; hoc à patribus cccxviij. Nicææ congregatis saluberrime inuentum est, & constitutum; vt formatæ epistolæ hanc calculationis, seu supputationis beant rationem: id est, vt assumantur in supputationem prima græca elementa patris, & filij, & spiritus sancti, hoc est α, υ, α: quæ elementa octogenarium, & quadringentesimũ, & primum significant numerum. Petri quoque Apostoli prima littera, id est, π, quæ numerum octoginta significat: eius quoque, qui scribit, episcopi† prima littera; cui scribitur, secunda littera; accipientis, tertia littera; ciuitatis quoque, de qua scribitur, quarta, & indictionis, quæcumque est illius† temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus græcis litteris, quæ, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam, quæcumque fuerit collecta, summam epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expresse† . Addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui secundum græca elementa significat ἀμήν.

† *al. epistolam*

† *al. id.*

† *al. expressam*

¶ Exemplar formatæ epistolæ, quæ in Nicæna synodo à ccxxviij. Patribus facta est. C. I.

1 Bur. l. 2. c. 227. Iuo p. 6. c. 434. simile quidã maltoque magis, c. 435.

1 IN nomine patris. π, & filij. υ, & spiritus sancti. α. π. Vualterio Spirensi episcopo. Ego Burchardus sanctæ Vuormaciẽsis ecclesiæ deuotus, gregis Christi famulus, in Deo vero summæ felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta Euangelica; quæ dicunt [Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, accipiet mercedem prophetæ: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet, &c.] & Apostolus iubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sanctorum virorum communicare; tamen propter eos, qui cauteriatam habent suam cõscientiam, dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti; & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint, sua malitia faciente, fugitiui; & dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint; statutum est à sanctis patribus, neminem clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo episcopo & inthronizari in sua ecclesia; nisi habeat à proprio episcopo epistolam, quæ in canonibus nominatur formata. Idèo notum facimus fraternitati† vestræ; quòd præsens frater noster harum litterarum portitor nomine Hermannus† non pro sua nequitia expulsus est à nobis; sed postulantibus fratribus, eo quòd ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in† cornu altaris canonice; & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimissorias, siue commendatitias litteras facimus; & eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus; vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine, & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis episcopus in nomine patris, † & filij, & spiritus sancti, & in vnitate sanctæ ecclesiæ, in qua Petro datum est ius ligandi, atque soluendi, absoluo Hermannum presbyterum de ciuitate Vuormaciensi indictione x. & licentiam do vobis inthronizandi eum in quacumque ecclesia vultis vestræ parochiæ. ¶ 2 Hanc ergo epistolam græcis litteris hinc inde munire decreuimus, & annulo nostræ ecclesiæ firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis incolumen cõseruet *α.π.υ.α.π.β.ε.ζ.ξ.ἀμήν.* Data Vuormaciæ. Idib. Martij, an. Dñicæ incarnationis, MXII. Indictiõe X.

α ¶ Conseruet.] *In hoc & sequenti capite ea tantum sunt emendata, quæ exemplarium auxilio restitui poterant. Ceterum quæ hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt depravata. Facile autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime respondet exemplum ab Iuone allatum par. 6. cap. 435. si litteræ. in extremo 434. capitis ponantur loco earum quæ in ipso 435. afferuntur. Addita enim illis dictione, ἀμήν. resultat numerus ibi notatus, i. IↃCCLXXVIII. Bene etiã procedet exemplum c. 434 si vbi nũc summa est 1539. fiat 1439. Satis sit locũ indicasse.*

Veritur.] Hæc distinct. diuiditur intres partes, in quarum prima probat magister, quòd clerici nõ sunt ad ordines compellendi. Secunda ibi, *Sane.* Tertia ibi, *Verum.* Ioan. de Fan.

Casvs. Suprà in pluribus locis facta est mentio de promotione clericorum. Sed quia clerici quandoque nolunt promoueri:

¶ Incipit epistola formata à ccxxviij. episcopis, & ab Attico Constantinopolitano archiepiscopo edita. C. I.

3 SAnctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectẽdo. A. illius ciuitatis episcopo, *v.* illius ecclesiæ præsul perpetuæ beatitudinis optat in Christo salutem. *π.υ.α.π.* De cetero nouerit sancta fraternitas vestra, quòd iste clericus Hermannus nomine, nostra in parochia instructus, ac detonsus paruitatem nostram rogauit; quatenus illi commendatitias litteras conscriberemus; quibus vestræ celsitudini commendatus, sub tuitione vestri regiminis degere posset: cuius voluntati consentientes, secundum canonicam auctoritatem litteras ei dimissorias dedimus; per quas & ipsi concedimus, vt sub vestro magisterio diuinæ seruituti insistens suæ deseruiat vtilitati; & vobis licentiam tribuimus, vt, si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promouea-tis. Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite; & nostris ex partibus absolutum in vestrarum ouiũ numero custodite. Quas litteras, vt vigore veritatis firmatæ, indubitanter à vobis suscipiantur; litteris græcis, vt canonica docet auctoritas, cõfirmare sategimus. Sancta Trinitas vestram beatitudinem ad regimen sanctæ suæ ecclesiæ perpetualiter bene valere concedat, *ἀμήν*, vel sic, ϛϑ. (quæ eamdem summã exprimũt) indictione x. Continet hæc formata epistola summã numeri. M. CCC. XV. † Y, græcã in nomine illius primam ponimus; quia græci eam in quibusdam locis pro, u, consonante ponunt; sicut est *Δαυὶδ & ἐναγγέλιον.*

3 Anf. l. 6. cap. 112.

α ¶ Ab Attico.] *Antea legebatur*, abbatibus. *Restitutus est locus ex cõiectura (quod perraro factum est) quoniam euidenti ratione nitebatur.*

‖ Ordinandus est qui inuitus fatente vtilitate aut necessitate.

β ¶ *ἀμήν*, vel sic. ϛϑ.] *Addita sunt hæc ex aliquot vetustis exemplaribus, & vtrisque istis notis idem numerus nonagesimus nonus significatur. In codicibus vero impressis vel nihil erat; vel dictio*, amen, *latine scripta: in qua nulla est numeri significatio.*

DISTINCT. LXXIIII.

1 ps

Væritur [a] *de his, qui ab episcopis suis promoueri † contemnũt, an inuiti sint sublimãdi, an non.*

De his ita statutum inuenitur in concilio Aurelianensi 3. cap. 7.

a Vbi de hoc in glo. 1.

† *al. ordinari*

‖ Honores nõ sunt inuitis dandi.

‖ Officio subtracto subtrahi debet beneficium.

men quòd debeat præcedere suspensio ab officio, quasi quædã excommunicatio: quam si contemnit, sequitur beneficij subtractio: vt 60. dist. innouamus. 23. quæst. 4. c. forte. Si vero nec necessitas nec vtilitas exigit, non est cogendus: & si episcopus eum cogat, videtur causa odij & ingratitudinis eum cogere. ℨ. cap. episcopus. & ca. gesta. Quidam tamen volunt remouere distinctionẽ de necessitate & vtilitate, arg. ℨ. e. episcoporũ. & dicunt q diuersi canones diuersas pœnas imponũt nolẽtibus promoueri: & est in arbitrio episcopi quam imponat. Aliter tamẽ soluitur hæc cõtrarietas extra de æta. & qualitate. quæris. Ioan. Quidquid dicat Ioan. decret. illa, quæris. dicit q cogi possũt, si vtilitas vel necessitas exigat, p subtractionẽ officij & beneficij. & tũc dico vtilitatẽ esse ecclesiæ, cum ille qui promoueri petitur, vtilior est in officio quã alter qui iam est promotus: & vtile est plures esse in ecclesia in eodem officio. Necessitas est cum iam promotus non sufficit: vel non est aliquis promotus. B.

¶ Annuæ suspensioni subiaceat episcopus, qui inuitum ordinare præsumpserit. C. I.

EPiscopus, qui inuitum [a], aut reclamantem [b] præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus Missas facere nõ præsumat [c].

Itẽ Gregorius Natali episcopo Salonitano, in primo lib. reg. epist. 19.

¶ Nullus promoueatur inuitus. C. II.

1 GEsta [d], quæ nobis in concilij vestri confecta secretario [e] direxistis, in quibus archidiaconus Honoratus addicitur †, plena esse cognouimus semine iurgiorum: cum vno eodemque tempore vna persona [f] uolens ad sacerdotij ordinem prouehitur, quæ [g] tamquam immerita à diaconatus officio remouetur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere [h] compellatur inuitus; ita censendum puto similiter, ne quisquã insons ab ordinis sui ministerio deiiciatur iniuste.

Contra inuenitur in conc. Carthag. cap. 31. [2]

¶ Qui ab episcopis suis promoueri contemnunt, à locis suis deiiciantur. C. III.

3 SIa [a] qui clerici ab episcopis suis promoueri contempserint; nec illic maneant, vnde recedere [i] noluerunt.

α ¶ Si qui.] *Verba huius capitis sunt tituli sequẽtis capitis, Placuit. qui est proprius canon trigesimus primus cõcilij Carthaginensis in codice canonum, & apud Græcos.*

¶ De eodem. C. IIII.

4 PLacuit, vt quicumque clerici, vel diaconi pro β necessitatibus ecclesiasticarum † rerum non obtemperauerint episcopis suis volẽtibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere: nec illic ministrẽt in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

β ¶ Pro necessitatibus.] *græce est, διὰτινας ἀναγκαιὰς αἰτίας τῶν ἰκκλησιῶν αὐτῶν i. ob* quasdã cogẽtes causas suarum ecclesiarum.

Item ex concilio Agathensi, c. 23.

¶ Posteriores prioribus episcopi non præponant. C. V.

EPiscoporum [b] etiã, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi † forte superbia elatus, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat.

2 ¶ Sane [c] si officium Archidiaconatus † propter simpliciorem [m] naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem [n] γ ecclesiæ, quem elegerit episcopus præponendum.

γ ¶ Et ordinationem.] *Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Colonien-sibus legatur*, & ordinationi ecclesię, quem elegerit episcopus, præponatur: *tamen in vetere Colonien-si. duobus Parisien-sibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo, atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni episcopo, Syracusano, lib. xj. epist. 34.

¶ In quo loco quisque ordinatus est, inuitus teneri non debet. C. VI.

QVorumdam ad nos relatione peruenit Cosmã, qui ex monacho monasterij sanctæ Luciæ à decessore vestro memorãdæ † memoriæ Maximiano in ecclesia Syracusana [a] factus subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate [b] vehementer afflictum, vt vitam sibi pœnam existimet, & contritionis [c] suæ fugam quærat auxilium. Et ideo [d], quia tales erga subiectos nostros [e] debem [f] existere, quales nobis, si subiecti fuissem [g], nostros volueramus esse præpositos [1] magnæ benignitatis est, si eum in ecclesiam, vbi subdiaconi est functus officio, sanctitas vestra reducere, atque illic presbyterum voluerit constituere Cardinalẽ. Quod & facere, quantum arbitramur, debebitis; si tamen nihil est, quod iuste contra ipsum animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, vt scire possimus, insinuet.

3 *Verum illud Gregorij de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitudinis callide ab episcopis suis promoueri quærunt. Illud autem Carthaginensis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis propter necessitatem ecclesiæ volentibus eos ad altiora promouere. Hanc distinctionem ex decreto Simplicij Papæ quilibet corroborare valet, qui scribens Ioanni episcopo Rauennati, epistola* 2. *ait inter cetera.*

¶ Non est aliquis inuitus ad episcopatum perturbandus. C. VII.

2 VBi ista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopum nostrum Gregorium nõ dilectione †, sed inuidia perpetrasti? quẽ inexcusabili violentia perrahi ad te passus es, atque vexari, vt ei honorem [c] tantum, non per animi tranquilitatem, sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilij. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *& infrà* 3. ¶ 4 Denuntiamus autem, quòd si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, inuitum [d] facere forte credideris; ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Æmilien-sis noueris auferendas.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. secundo, epistola sextadecima, indictione x.

¶ Quo ordo iudicum. C. VIII.

PResbyter [m], ſi fornicationē fecerit, quāmquam ſecundum canones Apoſtolorum [n] debeat deponi; tamen iuxta auctoritatem [o] beati Papæ Silueſtri, ſi in vitio nō perduraverit, ſed ſua ſponte confeſſus adiecit, vt reſurgat; decem annis [p] in hunc modum pœniteat: tribus quidem menſibus priuatus communione, & ab ecclęſia longe ſtet, & cum pœnitentibus ſe proſternat, & cum his ſtet, & cum his egrediatur, & ſic ei manus imponatur, & ſic abeat. Deinde ſex menſibus communicet laicis, & ſtet in choro cum laicis, & ſic abeat. Deinde annis duobus communicet ſine oblatione, & ſtet in choro cum laicis, & ſic abeat. Deinde annis duobus communicet cum oblatione, & ſtet in choro cum laicis, & ſic abeat. Deinde annis duobus communicet cum oblatione, & ſtet in choro cum cleric

impositur pœna xij.annorum,& episcopo xv.30.q.1. si quis sacerdos. & cap.non debet. alibi vij. vt 33.q.2. hoc ipsum. Sed varietas delicti inducit varietatem pœnæ:scilicet cum fornicatio est simplex, vel incestuosa, poterit sacerdos mitigare pœnam pro quantitate criminis, & qualitate personæ. 26.quæst.7. tempora.

‖ Ieiunātes in vespera comedere debent.

a ¶ *In vesperam.*] ‖Nā ea hora debent comedere ieiunantes. de consecrat.dist.1.folent.

b ¶ *Pœnitere.*] 5. dist. proxi. si quis episcopus. contra & 28.dis. presbyter. contra. Sed expone publice,id est solenniter.

c ¶ *Sagimine.*] Argu. ‖ quòd licet comedere ♂ sagimine illis diebus qui bus oua & caseum licet comedere. 4.dist.deniq;.

d ¶ *In choro.*] vt ibi ministret.

e ¶ *Vocem.*] quam nō habem⁹ in hoc corpore.

f ¶ *Tres legitimas ferias.*] ‖ scilicet 2. & 4. & 6.feriam,vt j.eod.innuitur.de consecr. dist.3. ieiunia. & 22.q.5.cap.1.

g ¶ *Expleto.*] Ergo reconciliādus est quis peracta parte pœnitētiæ:etsi tota finita non sit, vt 12. q.2.de viro. extra de fur. ex litteris.

h ¶ *Denarium.*] Et ita potest dare denariū pro ieiunio, quod spirituale est:nec tamen simoniam committit: quia cū Deo intelligitur contrahere: sicut nec lex Iulia de ambitu locum habet in Romana ciuitate [a]: immo spirituale datur hic tantum,scilicet eleemosyna pro spirituali. bene facit ad hoc:quia sicut ære peccatorum iste se vendidit, vt 15. q. 1. non est quòd cuiquam. ita & pecunia sua se redimat. de pœn. dist.1.medicina.Et est arg. pro commutatione pœnæ.36.q.1.de rap.‖ Numquid autem potest hic ieiunare per alium? quod videtur [b]:quia denarium potest dare vt se redimat à ieiunio:ergo multo fortius per alterius ieiuniū potest liberari.Item quia ieiuniū viui liberat mortuum,vt 13.q.2.animæ.de pœn.dist.6.c.1.quod concedo si per propinquam personam ieiunet. & debet iste denarius esse talis, quòd non euincatur ab eo cui donatur:aliàs non contingeret liberatio,vt C.de senten.& inter.libera.ff.de leg.3.qui concubinam.§.si hæres. quia non intelligitur datum quod euici potest, vt ibi dicitur:argu.14.q.5. immolans.‖ Sed numquid pœnitens sua auctoritate potest hanc commutationem facere? Dicunt quidam quòd sic [c]: quod non concedo in pœnitentia imposita ab homine [d], vt extra de vo.& vo. redemp.ex multa.in fi.Ioan. Sed certe quod hic dicitur de denario,auctoritate huius canonis facere potest pœnitens: nec decret. illa in aliquo contradicit. Bart.

‖ Pœnitentia imposita auctoritate propria mutari non potest.

c Adde bonū text. in l. plegamque. ff. de iure don. & in l.2.ff.de li. le.

d Videtur innuere q̄ si se ens in scientiis indictis ab ecclesia. Sed potest dici secundum Innoc. q̄ licet ieiunia indicta ab ecclesia non debeant commutari, tamen ea possunt mutari:

i ¶ *Redimere.*] Argu. ea quæ facere tenemur, alia æquiualentia faciendo posse recompensari: & ita commutationem pœnarum posse fieri:argu.36.q.1. de raptoribus. dist.12. non cogantur.contra.1.quæst.1. nullus episcopus 2.

k ¶ *Sextam feriam.*] Ergo quartam posset redimere. quod enim de vna negatur, de alia concedi videtur. 25.dist.qualis.

l ¶ *Eadem.*] non tamen eadem dispensatio est in omnibus: quia in aliquibus prohibetur. 50.distin. miror.

Rouidendum.] Hæc distinct. diuiditur in duas partes: in quarum prima punit negligentes prælatos, & qui gaudent adulationibus: & hoc probāt per 7. auctorit. Secunda ibi, *Quamquam.* Ioan. de Fant.

Casvs Hucusque tractauit Gratianus, quòd oportet prælatum esse sine crimine, quod in faciendo consistit. sed quia consentiens malo aliorum dicitur committere crimen; ideo subiungit hanc 83. distin. in qua ostendit, quòd prælatus etiam consentire non debet peccatis alienis : quia parum differt vtrum quis homicidium committat propria manu, vel facienti consentiat:quia mortem probatur inferre, qui hanc cum potest non excludit.

m ¶ *Prouidendum.*] In duabus superioribus distinctionib⁹ tractauit magister, quòd ordinandus debet esse sine crimine proprio. In hac distinctione ostendit, quòd nō debet alienis criminibus consentire.

n ¶ *Inferas.*] Simile est 7.86.dist.pasce.& extra de senten. excommu. quātæ.& patet hic, quòd medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum:quia plus debet valere apud eum vita illius, quàm propria pecunia, vt 86.dist. non satis. Sed quid si infirmus dives est, & nihil vult dare medico:numquid gratis tenetur eum curare? Videtur quòd non.cum nemo de suo cogatur facere beneficium, vt 10.q.2. præcarie. cum etiam medicus licite pōt recipere mercedem [e], vt 14.q.5. non sane. Dico quòd tenetur eum curare suis impensis f:& si conualuerit,repetat expensas: quia viliter gesit negotiū eius, vt ff.de negot.gest.Pomponius.etiam si moriatur æger, potest petere impensas:quia sufficit si viliter cœpit gerere, licet euentus non sit secutus, vt ff.eod.tit.sed an vltro. ff.de offi.præsid. illicitas. §.sicuti.nec potest ei obijci, quòd causa pietatis fecerit sumptus illos:nisi esset propinquus infirmo g,vt C.eo. alimenta. Sed quid si infirmus prohibet ne aliquæ medicinæ dentur ei? tunc dicūt quidam, quòd medicus nullam habet actionem, vt C.de negot.gest.l.vlt. Sed dico quòd eum inuitum potest curare:sicut inuitum posset extrahere de domo ruitura. 23. q. 4. ipsa pietas. Inuito enim potest conferri beneficium, vt 45.distin. & qui emendat h. immo præsumo ipsum fuisse furiosum, cum illa verba dixit in ægritudine, vt ff. de condit. institut. quidam. & extra de succeff. ab intesta. capit.finali. Sed quid dices, si quis vult me interficere nisi dem ei pecuniam; numquid teneor ei dare vt me liberem à morte? ita videtur, per hoc quod hic dicitur, & 86. distinct. non satis. in princip. Dicunt tamen quidam, solos prælatos ad hoc teneri, vt 12.quæst.2. gloria. & 16. quæst. 1. capit. vltim. Alij dicunt, quòd quilibet teneatur redimere vitam alterius. Verum autem quilibet teneatur defendere alium, dixi 23. quæst. 3. non inferenda.

3 Deuidit p.2.Eleutherius Papa ad Galliz:gronicas, & orientales in epi. ad Iulium, & Aegrtij in epist. ad Felicem II.

e De hoc vi. 14.q.5. quæ. dec. ibi vide.

f Adde quod hoc bonū in Anon. mem. ff. de negot. g. & de ecclesiast. fund. l. fin. §. Labeo. & Anch. hic cap. 177.

g Si ch. quis ex pietate curat alterum nisi promittat sibi vt ff. de negot. gest. l. 1. §. 1. & ff. de condict. ex iniust. Archid.

h Adde facit not. in l. si mendacio 3. ff. de negot. gest. & in l. iuliano. ff. de solu.

Si quis episcopus.] Casvs. Quidam episcopi pretio interueniente vel precibus consentiebant clericis suæ diœcesis in fornicatione stare vel incestu: & eos non puniebant. Quæritum fuit à Gregorio quam pœnam pati debeant? Et respondet quòd suspendi debent ab officio & beneficio.

o ¶ *Pretio.*] De hac materia inuenies. 16. quæst.7. decimas. & 1. quæst.1. cap.vlti. & cap. nullus episcopus. j. 23.quæst.4. cap. si is qui. & cap. si illic.

p ¶ *Suspendatur.*] id est,deponatur. 1.quæst.3.si quis episcopus. aliàs esset contra. 11.quæst.3. Teugualdum.

ADDITIO.

demptione) obseruet in pane & aqua. Eadem [l] quoque pœnitentia erit sacerdoti, de omnibus aliis peccatis,& criminibus,quę eum in depositionem inducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerosum; si sacerdos post lapsum, digne, vt supra dictum est, pœnitens, ad pristinos redeat honores.

« ¶ Et caseo.] *In vulgatis sequebatur,* vtatur : *quæ vox sublata est auctoritate omnium fere exemplarium Gratiani manuscriptorum, & Polycarpi,& libri manuscripti in superiore notatione indicati.*

DISTINCT. LXXXIII.

Prouidendū [m] *quoque est, ne is, qui ad ordinandum eligitur,& si à proprio vitio videatur alienus, consentiendo alienis inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait 3; non est grandis differentia,an lethum inferas* [n]*,an admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum posit, non excludit.*

Hinc Gregorius vij. ait in reg. lib. 6. cap. 12. Romanæ synodi celebratæ anno Domini 1080. *al.* 1078.

¶ Suspendatur episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationi consentiens. C. I.

4 SI quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum subdiaconorum β, vel crimen incestus in sua parochia, pretio [o] interueniente, vel precibus consenserit, vel commissum, sibique compertum auctoritate officij sui non impugnauerit; ab officio suspendatur [p].

β ¶ Subdiaconorum.] *Additum hoc est ex originali,& Anselmo; quemadmodum & paulo post verba illa,* sibique compertum. *Notum autem est à tempore Gregorij primi subdiaconos eadem lege continentiæ, qua presbyteros, adstrictos fuisse.*

Item Gregorius prima parte pastoralis, cap.2.

ADDITIO. Vel dic quòd ponit pœnam solius consensus secundum L. cuius etiam fuerant verba quæ præcedunt. De hoc legitur & not. §. 32. dist. eos. in fin. ibi videas.

Nemo.] Casvs. Dicitur hic, quòd nemo magis in ecclesia nocet quàm prælatus delinquens:quia nullus audet eum redarguere propter ordinis reuerentiam: & alij sumūt ab eo exemplum delinquendi: & ideo episcopus qui tales non corrigit, magis dicendus est canis impudicus quàm episcopus.

a ¶ *Redarguere.*] 5. dist.40. si Papa 6.quæst.1. oues. quia vult magis placere silendo,quàm displicere redarguendo.

b ¶ *Extenditur.*] ‖Delicta enim maiorum trahuntur ab aliis in exemplū,vt 11.q. 3. præcipue.

c ¶ *Non corrigit.*] cū est clamor de talibus.extra de fi. licet Heli.

Error.] Casvs. Dicitur hic q̄ si possum resistere errantibus, & perturbare peruersos, & negligo: mala eorum videor approbare per consensum: & socius criminis sum, cum manifesto faciniori nō obuiem. Sequentia autem duo cap. plana sunt.

d ¶ *Cum posis.*] Ex officio. hoc enim intelligunt quidam de prelato. argumen. 23. quæst. 4. ita plane.Sed H. de quolibet. 24. quæst. 3. tam sacerdotes.

e ¶ *Societatis.*] Impropriè sumitur hoc nomen societatis: quia inhonestarum rerū societas nulla est. ff. pro socio. nec mittendum.

f ¶ *Non pollui.*] directe. nam occasione alterius bene polluitur si ei consenserit.

g ¶ *Qui.*] infra 22.q. 5. si quis.

h ¶ *Consensum.*] De triplici consensu dicitur 2. quæst. 1. notum. in fin.

Consentire videtur.] ¶ *Corrigi.*] j.11. quæst. 3. qui consentit.j.i 23. quæstio. 3. ostendit. & 24. quæst. 3. qui aliorum.

k ¶ *Non occurrit.*] si. ff. de iure pat. adigere. ff.de noxa.si feruus. in fi. ff. de iis qui no. infa. quid ergo. §. 1.

SICVT AVTEM Casvs. Hucusq; ostēdit quòd aliquis peccatis alienis consentire non debet. Nunc vero ostendit,quòd laudibus malorum aliquis gloriari non debet, nec gratulari.

Nihil.] Casvs. Quidam prælati gloriabātur laudibus malorū. Sed dicit Anacletus, q̄ ex hoc facto maxima pernicies oritur circa subiectos. quia prælatus qui laudibus gloriatur, timet corrigere delinquentes: & sicut nouerca odit priuignum, ita negligentia correctionem & disciplinam.

4 Poll.4.1231.

5 Sect. ecclesiasticis disciplinis quisq; ecclesiæ est. vbi tenetur ecclesiasticus non professus. ff. de const. dict. q. quidam. vbi gl. & Bar. & Alex. & Ias. hic. & Ioan. de Imo. ff. de iust. & iur. l. 1. §. fi. & Lan.

l ¶ *Luporum.*] id est laicorum [a]: qui quandoque dicuntur oues, vt 2. quæst. oues.

m ¶ *Placere.*] sic 21. q. 1. cap. 1. simile extra de cleri.coniug. c. diuersis:simile.ff. de oper. liber.duorum.

n ¶ *Labiorum.*] id est, prædicandi : vel etiam redarguendi.

o ¶ *Obligata.*] si infra, 8. q. 2. c. vlti. & c. dilectissimi.

p ¶ *Negligentia.*] supra 38. dist. ignorantia.

QVAMQVAM. Hæc est secunda pars huius dist. in qua dicit,q̄ licet mali sacerdotes sint culpandi:tamen nō despiciendi. Io. de Fan.

ADDITIO. Et nota, hic malum prælatum lixiuio comparari:alibi lapideo canali, vt in prædic. cap. si fuerit. Alibi monetario. 1. quæst. 1. quod quidam. & vide quod dixi. 44. dist. cap. 1. & in summa. & dic, lauat, scilicet cōditionaliter, secundum Hug.

Casvs. Dictum est supra, quòd prælatus debet esse immunis à suis peccatis & alienis. sed quamuis sit peccator, nō tamen eius doctrina debet contemni:quia sicut lixiuium per cinerē fluēs lauat sordes, & non lauatur : sic doctrina per malum sacerdotem ministrata lauat auditores à sorde delictorum.

5 Anf.l. 6.c. 154. Iuo p. 5. cap. 237. in fine.

al. Sicut ante

Solicitum.] Hæc dist. diuidit in quatuor partes: in quarum prima reprehēdit desides episcopos, & hoc per duo c. Secūda ibi, *Quod autem.* Tertia ibi, *Similiter.* Quarta ibi, *Presbyterorum.* Ioan. de Fan.

Casvs. Supra ostensum est quòd prælatus debet esse sine crimine. Nunc vero supponit 84. dict. In qua ostēdit Grat. quòd prælatus debet habere solicitudinem circa subiectos. Et habet hæc dist. 4. articulos. In primo dicitur,quòd episcopus debet esse solicitus circa tuitionem pauperū & monasteriorum. In secundo agitur de raunditia sacerdotum. In tertio, quòd episcopus debet esse monogamus. In quarto vnde dicatur presbyter.

6 Burch.l.2.c. 204. ex dictis Hiero. Iuo p. 5.c.238.

q ¶ *Solicitum.*] Tria c. apostolicæ regulæ hic breuiter tāgit,quòd episcopus debet esse prudēs [b], continens,monogamus.

Peruenit ad nos.] Casvs. Paschasius episcopus in duabus delinquebat.f.q̄ nō curabat defendere monasteria & pauperes & oppressos: & præterea consilia sapientum audire nolebat. Scribit ergo Greg. Anthemio subdiacono reprehendendo eum, quòd talia permittebat,& mādat ei, vt eū corrigat coram aliis episcopis, vel coram quibusdā de nobilibus subiectis, quòd si se non corrigat, Romam est transmittendus : vbi saltem discat qualem conueniat esse sacerdotem, vel prælatum ecclesiasticum.

b Prudentia consistit in scientia litterarum : sed nō videtur esse astutus qui in his quæ debet agere reperitur in eis quæ scripta sunt. & solicitus.& de ita patet q̄ esse solicitū referetur ad esse prudētem secūdum Hug.

al. vel pauperes

his] orig.

r ¶ *Pauperes.*] quorum curā non per se, sed per archipresbyterū vel archidiaconū gerere debet, vt j. 88. distin. episcopus gubernationem.

s ¶ *Consilia.*] Vnde Augu. dicit, ‖ quòd à puero nondū anniculo paratus est doceri,vt 24. q. 3. si habes.aliàs stultus esse conuincitur,vt 22. dist. de Constantinopolitana. ‖Qui enim bono consilio non acquiescit, amittere debet dignitatem:exemplo Roboam, qui senioribus non acquieuit. 7. q. 1. denique. vel ad instar vxoris Loth, quæ conuersa est in statuam salis, & dicit lex quòd ea firmitate nituntur, quæ consilio geruntur. C. de repud. l. 3. cum etiam consilio clericorum debeat episcopus disponere de rebus ecclesiæ. extra de iis quæ fiu. à præla. sine

Doctrina est ab omnibus accipienda.

‖ Consilio bono est acquiescendum.

consecr. cap. nouit. & iste non excusatur quando potuit scire. sed noluit [a], 38. distin. qui ea. nec iudici licet deuiare à responsis prudentũ. instit. de iure nat. §. responsa. ‖ & dicit lex quòd tunc non prodest alicui ignorantia, quando potuit scire per se vel per alium. ff. de bon. poss. in bonorum. ff. de iuris & facti ign. regula.

a ¶ *Sapientum.*] prima q. 1. estote.

b ¶ *Ab altero.*] supra, dist. 38. c. vlt.

c ¶ *Posset.*] Nam omne artificium, &c. ff. de leg. 3. seruis legatis. §. ornatricibus.

d ¶ *Distuliſti.*] Hoc ideo, quia iste erat legatus istius prouinciæ.

e ¶ *Sacerdotalis.*] id est, episcopalis.

ADDITIO Hoc ideo vt magis verecundetur. H. & hoc si publice peccauit. 45. distin. sed illud. aliàs secus, vt in gl. seq. alleg. 15. q. 5. cap. 1. secundum Io. de Fan.

f ¶ *Discere.*] 15. q. 5. c. 1.

g ¶ *Dei timorem.*] 28. dist. quia sunt.

NVntiatum.] CASVS Episcopi Campaniæ negligentes erant circa ecclesias & monasteria, & circa pauperes & oppressos. Scribit ergo Greg. Anthemio subdiacono, vt episcopos in vnum conuocet: & eos super his rebus ita corrigat & emendet, quòd de cetero apud Papam querela iterari non possit. quòd si negligentes fuerint, Romam transmittãtur, vt ibi per districtionem sentiant quàm graue sit à prauis nõ corrigi.

‖ Vigilantibus iura scripta sunt.

† *al. ad*

h ¶ *Vigilantes.*] ‖ Nam vigilantibus ius ciuile scriptum est. ff. de iis quæ in frau. credit. pupillus. in fine.

i ¶ *Aliqua excusatione.*] Argu. in hoc casu nõ licere appellare [b]. Argu. 7. 27. q. 1. si custos. & c. si homo. ar. extra de appel. cũ sit Romana. & c. reprehensibilis. dic insufficienti, ne sit contra. extra de offi. deleg. cap. ex parte.

k ¶ *Insolualeat.*] vt si stultus fuit inculpa, sapiens sit in pœna, vt 38. dist. qui ea. & 27. q. 1. si custos. & c. si homo.

QVOD AVTEM. Hæc est secunda pars huius distin. in qua probat duabus auctoritatibus, q; diaconi, presbyteri, & subdiaconi, debent esse casti. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in 82. dist. ostensum est de mundicitia sacerdotum & diaconorum. Nunc vero dicit idem esse intelligendũ de subdiaconis. & est iste secundus articulus.

3 In Carthag. codicis cano. c. 3. & 4.

CVm in præterito.] Hæc duo cap. intelligit H. & B. de matrimonio non contrahendo in tribus sacris ordinibus, & in ecclesia orientali. Est ergo casus. In primo concilio Carthaginen. constitutum fuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi abstinerent à matrimonio contrahendo sicut à tempore Apostolorum fuit obseruatum. Postea secundo fuit congregatum concilium ab ipsis episcopis: & forte alij plures etiam prædictã constitutionẽ confirmauerunt, & approbauerũt.

l ¶ *Cum in præterito.*] Scilicet in primo concilio Carthag. [c] Hoc cap. & sequens intelligit H. de matrimonio contrahendo, quod scilicet non licet presbyteris vel diaconis.

c Quod debet distingui, cui intelligi Aug. vt. distin. c. diuersi. ver. secundus. & l. de fan.

m ¶ *Qui sacramentis diuinis inseruiunt.*] id est subdiaconi & quod dicit 7. ead. ab vxoribus abstinendum, dicas de ducendis: & secundum hoc suppletur hic, quod dicitur in cap. seq. in quo non fit mentio de subdiaconis, per illud quod habemus 32. dist. placuit. in quo sunt fere eadem verba. & est similiter Carthagin. concil. & hic dicit H. quòd Apostoli non instituerunt de non vtendo iam contracto: quia si Apostoli hoc instituissent, orientales hoc admisissent [d]. Alij vero intelligunt ea de contracto: & quod dicit infra, etiam ab vxoribus, dicunt ante legitime sibi copulatis, aut de facto. Nam dicunt, quòd ista [e] cap. facta fuerunt ante tempus Gregorij, qui introduxit continentiam ministris. 31. dist. ante triennium. id est subdiaconis: presbyteris vero & diaconis Syricius introduxit. immo dicũt, quòd olim sacerdotes poterant contrahere ante Syricium, vnde & Moyses contraxerit. Exponũt ergo Apostoli docuerũt exemplo & opere, & admonitione, secundum Hug. nõ institutione vel constitutione secundum alios.

a ¶ *Vniuersis.* 5. distinct. verbatim. ‖ prim. ‖ al. c

d Videtur contra 31. dist. aliter.

e dist. 31. aliter.

n ¶ *Antiquitas.*] à tẽpore Syricij hic vocat antiquitatem. 82. distin. plurimos.

CVm de quorumdam.] CASVS. In concilio Carthagin. 6. relatum fuit, q; quidam clerici continentiam nõ seruabant. & ideo statutũ fuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi abstineant ab vxoribus ducendis; & si duxerint, deponãtur. Ceteri autem clerici ad hoc cogi nõ debent, sed vniuscuiusque ecclesiæ consuetudo debet seruari. sed ego Bartholo. Brixie. satis credo, q; hæc duo cap. intelligi possunt in ecclesia occidẽtali. & de matrimonio iam contracto, quo vti non debent clerici in sacris ordinibus constituti. Et ita formabis casum vt suprà dicti non vtantur matrimonio iã contracto promissa iam continentia cũ vxoribus, & bene etiam dixit quosdam sic intelligere.

6 In concilio cap. 5. In Africano 37. dist. ‖ plenum. f al. propè

o ¶ *De quorũdam.*] Iordo. cum referretur de incõtinentia quorũdam clericorum, placuit, &c.

p ¶ *Vxores.*] cum quibus profesi erant continentiam seruare.

q ¶ *Et diaconos.*] & subdiaconos. 32. distinct. placuit. vbi sunt eadem verba.

r ¶ *Remoueantur.*] 5. distin. 81. ministri.

s ¶ *Consuetudinem.*] 32. dist. cap. placuit. & c. quoniã in quibusdam.

SIMILI

SIMILITER. Hæc est tertia pars huius distin. in qua probatur, quòd nullus bigamus potest esse clericus. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra 26. distinct. dictum est, quòd episcopus debet esse monogamus. Nunc autem dicit Gratia. idem esse seruandum in aliis clericis. & iste est tertius articulus.

QVisquis.] CASVS. Tarraconẽsis episcopus quæsiuit à Syricio Papa quid debeat fieri de clericis, qui ducunt viduas, vel secundã vxorem. Et respondet, quòd debent deponi, & inter laicos redigi.

a ¶ *Clericus.*] in minoribus ordinibus constitutus, quia de aliis non posset intelligi [a].

b ¶ *Viduam.*] 5. distin. 34. lector. contra Ioan.

c ¶ *Duxerit.*] & ita nõ incidit in canonem qui eum verberauit. & hoc verum erat tempore Syricij, qui præfuit Innocentium qui edidit illud. 17. q. 4. si quis suadente. Sed quid hodie? H. dicit, quòd incidit, quia iste coronam tenetur portare. extra de vit. & hone. cle. clericus. ‖ Tu dic, q; vbi contraxerit cum corrupta, vel vidua, statim priuatur omni priuilegio, prout hoc cap. dicit. & c. altercationis, constitu. Grego. x. de big. lib. 6. Si vero cum virgine, tunc est in eius optione, an velit retinere priuilegium, an non. Si vult retinere, portabit coronam, & viuet clericaliter. si non, exuitur omni dignitate & honore clericali, licet quidam contradicant. Io. hoc hodie corrigitur per decre. extra de cle. coniug. Ioan. B. Item patet hic, quòd priuilegium perditur per actum cõtrarium, vt extra de consti. cum accessissent. & c. cum M.

a Nam l. 8. c. 5. Iuop. 6. c. 15. Nam si primo tales contraxissent bigamiam, ordinari non possent. 32. dist. si quis viduam. 50. dist. non confidat. Archid.

‖ Clericus cõtrahens cum corrupta perdit omne priuilegium clericale.

a Anſl. l. 7. c. 96. Burch. l. 2. c. 5. Iuop. 6. c. 15. Pron. 20. Num. 11. exod. 29.

† absunt ista ab orig.

Sap. 4. apud 70.

‖ al. hic

d ¶ *Quam.*] scilicet cõmunionem.

e ¶ *Possidere.*] arg. ‖ in corporalia possideri. de hoc dixi 2. q. 2. nullus 2. & scientia possidetur [b], vt 16. q. 1. reuertimini.

‖ Incorporalia dicuntur quãdoque possideri. b Et ideo ius eligendi præsbiterum quod dic, vt plene no. Gof. extra de elect. huma na. & hic adde quod not. 1. q. 1. nullus epis copus.

Similiter, quòd monogamus episcopus esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos deriuari oportet.

Vnde Siricius Papa Himerio Tarraconen. episcopo, epist. 1. c. 11.

¶ Laica sit tantum communione contentus clericus viduam, aut secundam dicens vxorem. C. V.

1 QVisquis clericus [a], aut viduam [b], aut certe secundã coniugem duxerit [c], omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica sibi tãtum communione concessa. Quam [d] ita demũ poterit possidere [e], si nihil postea, propter qđ hanc perdat, admittat.

Presbyterorum vero nomen, quamquam à senectute sit sumptum, magis tamen maturitatem [f] indicat sapientiæ, quàm caniciem corporis.

Vnde Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Presbyteri seniores dicuntur non tam ætate, quàm sapientia. C. VI.

2 POrro Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros [† id est seniores.] Vnde & in prouerbiis dicitur] Gloria senũ canicies], hæc † vero canicies sapientiam [g] designat, de qua scriptũ est [Canicies hominum prudẽtia est.] Cumque nongentos, & amplius annos ab Adam vsque ad Abraham vixisse homines legerimus; nullus alius [h] prius appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

DISTINCT. LXXXV.

Hospitalitas vero vsque adeo episcopis est necessaria, vt si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo, lib. 12. epistola 6. 3

¶ Hospitalitatem negligens non fiat episcopus. C. I.

ARchidiaconum † Florentium [i] ecclesiæ Anconitanæ, qui ad episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiam habere; sed ita ætatis senio [k] iam confectũ accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere: adiicientes etiam ita illum tenacem [l] existere, vt in domo eius amicus ad charitatem numquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilãs quidem homo dicitur; sed, quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentiũ vero diaconum ecclesiæ Rauennatis, qui ab omnibus [m] electus dicitur, solicitum esse nouimus; sed qualis sit interi[o] omnino nõ scimus. Ideoque fraternitas tua vnà cum fratre, & coepiscopo nostro Armenio suprascriptę ecclesiæ Anconitanæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus † singulorum [p] requirere, si de nullo sibi sunt crimine cõscij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de præfato archidiacono dictum est, quia numquam amicus domum eius ingressus est, si ita se veritas habeat, & vtrum ex necessitate, an ex tenacia † talis sit; aut si ita senex est, vt ad regendum nõ possit assurgere; vel si tactis sacrosanctis [q] Euangeliis (sicut nobis nuntiatum est) iusiurandum præbuerit, nũquam

3 Ioã. Diac. l. 3. ca. 12.

† al. Florentinum, al. Florentium archidiaconum

‖ Senectus impedit promouendum.

† al tenacitate

‖ Auaritia promouẽdum impedit.

d Adde ad hoc quod le. & no. extra de præben. cum iam dudum. 16. q. 7. & hoc in fin. ver. & arbitror.

‖ Canonicus de gremio præfertur extraneo.

‖ Maiores minoribus in electione præferuntur.

‖ Iuras ad epis copatum non accedere, an sit ab episcopatu repellendus.

e Ad idem 16. q. 1. 5. nos autem. secũdum Laur.

f Vel dicitur temerarium i. de re illicita factum, vt no. 22. q. 4. si simplicio. Arch.

‖ gl. de vita, & moribus

i ¶ *Archidiaconũ Florentium.*] alias Florentinum archidiaconum. propriũ nomen, vel quia inde fuit.

k ¶ *Senio.*] ‖ ecce quòd senectus impedit promouendum, sed non deiicit promotum, vt 7. q. 1. petisti. extra de renuntia. litteras.

l ¶ *Ita tenacem.*] nota, ‖ quòd auaritia impedit promouendũ, vt 42. dist. §. 1. d nam domus clerici erit omnibus communis. 16. quæst. 1. quoniam.

m ¶ *Qui ab omnibus.*] id est, à maiori parte capituli. Vel dic, quòd hic plures simul fuerunt electi, vt si quis reprobaretur, alter assumeretur, vt 61. dist. studij. & 56. dist. apostolica.

n ¶ *Singulorum.*] item hic patet, q; primo examinantur electi de propria ecclesia, quàm de extranea: & satis patet hic, q; licet extraneus electus sit à maiori parte, ‖ q; tamẽ præfertur ille, qui est de gremio ecclesiæ, vt dixi 61. dist. ca. nullus inuitis. & cap. quid proderit. Item hic prius examinatur archidiaconus tãquam maior, quàm diaconus: ‖ quia maiores & seniores semper præferuntur in electione minoribus, vt 74. distin. episcoporum. & 75. dist. cap. vlt.

o ¶ *Sacrosanctis.*] ‖ Videtur ergo, q; propter tale iuramentum aliquis repellitur ab episcopatu. quare. n. iuberetur de hoc inquiri, si propter hoc non repelleretur? H. distinguit, si iurans hoc intellexit, quòd nollet recipere episcopatum quæcũque necessitas instaret, iuramentum tale nullum fuit: nec tenetur illud seruare, vt 7. q. 1. scias. 8. q. 1. in scripturis [e]. Sed si alio modo intellexit, venialiter peccauit, quia temere iurauit, vt 22. quæst. 4. §. illicitum. Semper autem intelligitur iuramentum esse temerarium cum non subest necessitas [f], vt extra de iureiur. & si Christus. Si autem ignoratur an generaliter intellexit, vel non: tunc præsumo, quòd tantum de licitis iurauerit, licet generaliter iurauerit, vt extra de iureiur. ad nostram. Sed numquid tale iuramentum excludit electum. Non videtur, vt extra de renun. cum inter. in fine. extra de iureiuran. sicut nostris. Nec temerariũ iuramentũ repellit à beneficio, vt extra de resti. spo. solicite. nec à testimonio, vt extra de testi.

e Vbi patet q; quis repellitur propter de fectum ætatis. Archid.

de testi. intimauit.extra de testi. cog. peruenit cum pœnitentia vnius anni imponatur pro temerario iuramento, vt 22. q.4. qui sacramento. Econtra videtur, quòd non posit eligi, vt hic patet: sicut nec eligere potest qui illud iurauit, vt extra quod me.cau. ad aures. Item quia etsi esset illicitum, tamen propria auctoritate non potest venire contra illud,vt 22. q. 4. innocens.

extra de elect. venerabilem. Item quia lex dicit, quòd gratia ei facienda est, qui hoc iurauit. s. se ordini nō interfuturum, vt ff. ad municip. Imperatores. non ergo est ius commune. Sol. credo q posit eligi, dummodo pœnituit de tali delicto: quia temerarium iuramentum nō irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, sed tantum solenne.Io.Ego credo Ioānem benedicere. B.

a ¶ *Quantos.*] de iure debet totum psalterium scire.38.distin. omnes.& 23. distin. qui episcopus. extra de electio.cum nobis olim.

b ¶ *Apud episcopum.*] not. q aliquis ante potest eligi, quàm postulari à suo episcopo.76.dist. dilectionis, & 63. distin. litteras. extra de renunt. post translationem.

c ¶ *Voluntatem.*]argu. ‖ episcopum non debere cogi, vt concedat clericum suum sine voluntate sua.arg.dist.63.litteras.76.distin.dilectionis. nam nemo cogitur aliquem à sua potestate liberare. C.de emanci.nec cogitur quis inuitus mutare familiā. C. de adop. l. penul. §. 1. similiter nec abbas compellēdus est monachum suum cōcedere.1. q. 2. quàm pio. & 58.dist.c.1.& 2. ita nec episcopus,in Authen. de sanctiſ. episcop. §. nullum autem episcopum. Item argu.q mandatum Papæ sic est interpretandum, vt nulli faciat præiudicium [a], vt 9. quæst. 3.nunc vero.extra de offi.deleg.super eo. 99. dist. ecce. C. de mancip. nec alius.

a Scilicet multum.sic no.Io. & B. extra de ver.sign.olim. in glo. vlt. in fin. Archidia.

Doctorem.] Hæc distin. diuiditur in 8. partes;in quarum prima probat tribus auctoritatibus, q episcopus & quilibet prælatus debet subditos corrigere benigne: sin autem, eorū peccata imputantur illis. Secunda ibi, *Si autem.* Tertia ibi, *In doctrina.* Quarta ibi, *Liberalem.* Quinta ibi, *In ipsa.* Sexta ibi, *Similiter.* Septima ibi, *Vel percussor.* Octaua ibi, *Prohibetur.* Ioan.de Fant. CASVS. Repetit hic Gratianus illud cap. apostolicæ regulæ;oportet episcopum esse doctorem,vt inferiorum culpæ in eum non refundantur: quod fieret si nescirent docere, vel negligeret. Et habet hæc 86. dist.7.articulos. qui in suis locis distinguentur.

‖ Doctrina episcopi in quo consistit.

d ¶ *Doctorem autem.*] In hac distin.86. repetit illud capitulum apostolicæ regulæ:oportet episcopum esse doctorem. ‖ Hæc autem doctrina debet consistere in disciplina correctionis, & in sermone prædicationis. In disciplina, vt corrigat ex charitate, & cum lenitate: non ex odio:nec modum excedat in correctione.sed si excesserit, veniam non cogitur à subditis postulare [b].In sermone prædicationis:scilicet vt prædicet scientiam sacræ scripturæ,non humanæ. infra.ead. cū multa. Replicat etiam in hac distinctione capitulum, oportet episcopum esse hospitalem: sed verbis aliis: scilicet oportet episcopum esse liberalem. Lau.

b Vt j. eo. c. quando.

ADDITIO. vt j. eod. fratrem. cum cap. seq. vsque ad §. similiter. vbi repetit cap. non parcus. sed alio modo in cap. fin. repetit. cap. non cupidus. Archidia.

Inferiorum culpæ.] CASVS. Aquilegien. patriarcha non corrigebat vitia subditorum: vnde Leo ipsum reprehendit, & ostendit, quòd inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur:& dum vitia corrigere negligunt,faciunt in populo pestilentiam.

se ad episcopatū accedere. Sed & de Rustico diacono,quātos psalmos minus teneat, perscrutandum est. Florētino autem diacono Rauennati, si nullum, sicut diximus, crimen est, quod obsistat, apud episcopum [b] eius agi necesse est, vt ei debeat cessionem concedere: non tamen ex nostro mandato,vel dicto;ne contra suam volūtatem [c] eum cedere [†] videatur.

† al. concedere.vel in recensionibus editoribus,

DISTINCT. LXXXVI.

Doctorem autem [d] episcopum oportet esse, ne inferiorum culpæ in eum reſundātur, qui docendi officium accepit; quod exequi nescit, vel negligit. Vnde Leo episcopus scribit Aquilegiensi episcopo, epist. 3. & 84. seu 86.

¶ Negligentes eorum imputantur culpæ inferiorum. C. I.

INferiorum culpæ [e] ordinum, ad nullos magis referēdę sunt, quàm ad desides,negligentesque [f] rectores:qui multam sæpe nutriūt pestilentiam, dū austeriorem [α] dissimulant adhibere medicinam.

α ¶ Austeriorem.] *Sic legitur in epistola 84. Verum in epistola tertia eiusdem Leonis legitur*, necessariam. *Reliqua vtrobique eadem sunt.*

Item Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo, epi.90. seu 92. in princ.

¶ Homines sunt diligendi, peccata odio habenda. C. II.

ODio habeantur peccata, non homines [g]: corripiantur tumidi,tolerentur infirmi:& quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuientis [h] plectatur animo, sed medentis [i].

Item Ioannes VIII.

¶ Qui negligit emēdare,quod valet,faciens culpam habet. C. III.

HAcientis [k] culpam proculdubio habet,qui quod potest corrigere,negligit emēdare[l]. Scriptum quippe est [Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus] participes iudicantur.

¶ Et libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere,cum possit deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo cōsensionis oc cultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probat odisse se vitia,qui cōdemnat errantes. Nec re linquit sibi locum deuiandi, qui nō pepercerit excedēti. Et primus [m] innocentiæ gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate consensum. Et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui pu niendus est alieno [n] peccato.

¶ *Caput hoc ex variis sententiis hinc inde collectis confectum est: quarum prima vsque ad vers.* emēdare, *sumpta est ex epistola beati Gregorij 114.lib.7.indict.2.Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum.*

Si autem in corripiendo quis modum excesserit, non à subditis, sed à Domino veniam petat.

Vnde Augustinus de vita α clericorū.

¶ Veniam a subditis non petat,qui in corripiendo modum excesserit. C. IIII.

QVando necessitas disciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura [o] cōpellit;si etiā ipsi [†] modū vos excesisse sentitis; non à vobis exigitur, vt ab eis veniā postuletis:ne apud eos [p], quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas [b]. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis [c].

† forsitan scis.

α ¶ De vita.] *Inter opuscula B. Augustini anno Domini 1481. Parmæ impressa, sunt tres sermones de communi vita clericorū, ex quibus in vulgatis tomis operum B. Augustini, tomo decimo referuntur duo sub numero 52.& 53. ad fratres in eremo. Tertius autem cum epistola 109. omnino conuenit:sed quæ in epistola diriguntur ad monachas, in sermone diriguntur ad viros. Ex istis tribus sermonibus de cōmuni vita clericorū multa capita accepit Gratianus (vt suis locis notabitur), & hoc quidem ex tertio.*

In doctrina vero sacræ scripturæ, auctoritatem debet episcopus præferre, non sæcularium litterarum peritiam ostentare. Non enim episcopalis officij est grammaticam exponere, ne laudes [d] Iouis personent ore pōtificis.

Vnde Gregorius scribit Desiderio episcopo, lib. 9. epist. 48.

¶ Sacram scripturam, non grammaticam debet episcopus exponere. C. V.

CVm multa nobis bona de vestris fuissent studiis nuntiata, ita cordi nostro nata est lætitia, vt negare [e] ea, quæ sibi fraterni tas vestra cōcedenda popoſcit, minime valeremus. Sed post hoc peruenit ad nos (quod sine verecundia memorare non possumus) fraternitatem tuam, grammaticam [f] quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus, ac sumus vehementius aspernati, vt ea, quæ prius dicta fuerunt, in gemitum & tristitiam verteremus [g]: quia in vno se ore cum Iouis laudibus [h] Christi laudes non capiunt [i]. Et quàm graue, nefandūque sit episcopis, canere [k], quod nec laico religioso conueniat, ipse considera.

Liberalem [l] quoque necessitatem patientibus sacerdotem esse oportet: aliàs autem vacuum portabit nomen episcopi. Vnde Gregorius scribit, lib. 5. epist. 29. seu cap. 129. Secundino seruo Dei inter cetera.

¶ Sine liberalitate inane portatur nomen episcopi. C. VI.

TRatrem nostrū Marinianum [m] episcopum verbis, quibus vales, excita, quia obdormisse eum suspicor.*& infra.* ¶ Dic ergo ei, vt cum loco mutet [n] & mētem. Non sibi credat solam lectionem,& oratione sufficere, vt remotus [o] studeat sedere, & de manu minime fructificare: sed largam manum habeat;necessitatem patientibus [p] concurrat;alienam inopiam, suam credat:quia si hæc non habet, vacuum [q] episcopi nomen [r] tenet.

In ipsa autē liberalitate modus adhibendus est rerum,& personarum:rerum, vt non omnia vni, sed singulis quædā præstentur,vt pluribus prodesse possimus:iuxta illud Prophetæ [Dispersit, dedit pauperibus:] personarum,vt primū iustis, deinde peccatoribus:quibus tamen dare prohibemur [s], nō quia homines sunt, sed quia peccatores.

Vnde Augustinus tract. 100. ad cap. 16. Ioannis.

¶ Immane peccatum est res suas donare histrionibus. C. VII.

DOnare res suas histrionibus [t] vitiū est immane, nō virtus.Et scitis de talibus [u] quàm sit frequens fama cum laude: quia sicut scriptum est,[laudatur peccator [x] in desideriis animæ suæ; & qui iniqua gerit, benedicitur.]

Idem in psal. 102. ad vers. [Faciens misericordias.]

¶ Granter delinquunt, qui venatori aliquid donant. C. VIII.

QVi venatoribus [x] donant: quare donant? dicant mihi: quare donant venatori? Hoc in illo amant [†], in quo nequissimus

† Familiaritas nimia parit contemptum.

a ¶ *Ne apud eos.*] 2. 9. 7. nos si incompetenter. contra.

b ¶ *Frangatur auctoritas.*] Augere enim ex ingenio debet dignitatem: ‖ quia sæpe nimia familiaritas contemptum generat. ff. de officio proconſu.ne quidquam. §. circa. quod verum est inter fatuos.ita exponebat Azo, vt ab eo audiui. Ioan. illa ergo auctoritas,Vade prius reconciliari fratri tuo antequam offeras ad altare: de prælatis nō intelligitur,nisi quando ex odio procedunt.

c ¶ *Diligatis.*] id est, diligere debeatis.

IN DOCTRINA. Hæc est 3. pars distin. & tertius articulus, vbi continetur, quòd prælati debent proferre auctoritates diuinæ scripturæ in sua doctrina, & non grāmaticam exponere:quia in ore pontificis non bene sonant laudes Iouis.

d ¶ *Ne laudes.*] Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

Vm multa.] CASVS. Multa bona relata sunt Gregor. de episcopo Desiderio: de quibus lætatus est Papa intantum etiam, q quidquid dignum peteret ab eo,cōcederet.Postea fuit ei significatum, q grammaticam suo populo exponeret. propter quod intantum Greg. est contristatus, quòd totum gaudium quod prius habuit, conuertebatur in luctum. Scribit ergo ei Greg. & docet ne de cetero talia faciat:quia laudibus Iouis cū Christi laudibus non conueniunt.

e ¶ *Vt negare.*] Arg. ‖ q si subditus honestus est, prælatus eius iustas preces eius debet exaudire. j.12.quæst. 2. religiosam. & 35.quæst.9.veniam.

f ¶ *Grammaticam.*] Sed quomodo iste exponebat grammaticam populo? quia forte dicebat: cum ego dico homo, intelligatis tam de mare quàm de femina: quia communis generis est.ff. de verb. sig. hominis appellatione. Sed melius dic, quòd grammaticam hic appellat scientiā auctorū. ‖ Recitabat enim in ecclesia fabulas Iouis, & eas moraliter expone bat in prædicatiōe sua [a].

a Et hoc patet ibi, cum laudibus Iouis, &c. Lau.

g ¶ *Verteremus.*] id est, deberemus vertere.

h ¶ *Laudibus.*] §. distin. 37. cap. 1. & 2. c. legimus. & §. cur ergo.

i ¶ *Non capiunt.*] Vnde Ouidius : ‖ *Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor, &c.*

k ¶ *Cancre.*] Laudes Iouis, agmina Christi.

LIBERALEM. Hæc est quarta pars distin. & quartus articulus: vbi dicitur quòd episcopus debet esse liberalis circa egentes: aliàs vanum habet nomen episcopi.

l ¶ *Liberalem.*] Hic §. respicit illum §. prox. s. dist.65. hospitalitas. ADDITIO. Et scias, q hospitalitas dicitur in recipiendo & procurando fecum in domo: liberalis est aliàs largus & munificus, licet non hospitetur alios,secundum Hug.

m ¶ *Marinianum.*] CASVS. Marinianus de monacho factus est episcopus:& nolebat aliud facere,nisi legere & orare,sicut in monasterio consuerat facere:sed de pauperibus & hospitibus nullā curam habebat. Vnde Gregor.scribit Secūdo seruo Dei, vt moneat eum,quatenus habeat largam manum,& pauperibus prouideat.

m ¶ *Marinianum.*] iste de monacho factus fuit episcopus: & tota die volebat legere, vt in monasterio faciebat.

n ¶ *Mutet.*] supra distin. 81. valet.j. distin. 100. rationis.

o ¶ *Vt remotus.*] infra distin.88.episcopus nullam. contra. Sed aliud est nulla necessitate faciente curam rei familiaris suscipere, & lectionum atque orationum studio tepide inhærere (quod ibi interdicitur:) aliud in necessitate aliis subuenire: & propter proximos contemplationis studium temperare: quod hic præcipitur.

p ¶ *Patientibus.*] magis tamen religiosis succurrat.16.q.1.c.vlt.

q ¶ *Vacuum.*] quo ad etymologiam: ‖ quia non est superintendens. 8. q. 1. qui episcopatum.

‖ Episcopus superintendēs dicitur

r ¶ *Nomen.*] immo & nomine & re priuandus est,vt 88.distin.quæ ipsis. 68.dist. chorepiscopi [b].

b 2.c.7.9.quibus ergo. C. de fer. à nullo. Archid.

IN IPSA. Hæc est quinta pars distin. in qua dicitur, quòd episcopus non debet dare histrionibus, nec venatoribus, nec meretricibus:nisi forsan in summa necessitate intuitu naturæ. & hoc probat x. auctoritatibus. Ioan.de Fan.

CASVS. Hic est quintus articulus, vbi docetur, quòd in liberalitate habendus est modus rerum & personarum. Rerum, vt non omnia dentur vni, sed singulis diuidantur, quod probatur auctoritate psalmi. Personarum, vt primo iustis subueniamus, postea peccatoribus, quibus debemus subuenire in eo, q sunt homines, & non in eo quòd sunt peccatores: quod per sequentia probat.

Tsal. III.

s ¶ *Prohibemur.*] aliter debemus.

Donare.] CASVS. In istis quattuor c. scilicet donare qui venatoribus.vident. reprehendit Augustinus illos, qui donant histrionibus, venatoribus, & meretricibus ea tantum causa, vt malam exerceant artem, non attendentes in eis naturam Dei, sed nequissimam artem:sed si donarent eis quia homines sunt,non esset peccatum.

2 Ioa. p. 11. c. 84.

s ¶ *Histrionibus.*] ‖ isti histrionis prohibentur à promotione. 33. distin. marium. & à corpore Christi.de consecr.distin. 2.pro dilectione.& infa-

Psal. 9.

‖ Histriones à promotione prohibentur. 3 Ioa p.13.c.31.

amat } ori. & sic deinceps.

mes sunt.4. quæst.1. c.1.& ff. de iis qui no.infa.l. 1. §. ait prætor.

t ¶ *Talibus.*] ‖ dare causa vanæ gloriæ pro exercitio sui vitij, immane peccatum est, sed in necessitate [c] non. Idem de venatoribus & meretricibus: in talibus enim non vitium est fouendum, sed natura sustentanda est. ‖ Sed quid de citharistis & aliis qui variis vtuntur instrumentis,numquid est licitum audire ea vel tangere, vel talibus personis aliquid dare? Et quidem si ad voluptatem vel luxuriam, non: quia Deum manibus stimulat, qui populum vocibus delectat, vt 92. distinct. in sancta. sed ad laudem Dei bene, vel ob aliam iustam causam, puta recreationis; quia debilis est vel infirmus. de consec. distin. 3.peruenit. versi. fin.

c Arg.u.23.q.3. duo ista.11. q. 3. quoniā multos. in fi.

‖ Dare turpibus,an sit permissum.

‖ Citharistæ, & alij variis vtentes instrumentis an peccent.

ADDITIO. Dum tamen obscenos motus corporum ante se fieri nō patiatur.34. dist.presbyteri.de consecr.dist.5.non oportet. Arch.

v ¶ *Peccator.*] j.23. quæst. 4. duo.

x *Vi venatoribus.*] No. ‖ quòd venatio quædam oppressiua est, & hæc illicita est, vt 5.distinct.6. §. vltim. quædam arenaria, quædam saltuosa. Arenaria est, cum quis pugnat in arena cum bestia dentata, & ad hoc locat operas suas. hanc qui exercet, peccat mortaliter,& qui eam aspicit:& qui eam exercet,infamis est:nisi gratia

‖ Venatio est multiplex.

virium

virium suarum experiendarum. ff. de postulat. l. 1. §. Item senatus. De hac loquitur hoc cap. & duo seq. & 3. q. 7. §. tria. Saltuosa est, quæ fit in syluis & saltibus, & hæc licita est: tamen est illicita ex tempore, vt in Quadragesima, & diebus ieiuniorum. ℣. ead. an putatis. nisi in necessitate. argu. ℣. 23. q. 8. si nulla. Item ex persona: quia clerico non est licita, etiam si pauper sit

† al. pulli: ant

secundum quosdam, vt 34. distinct. quorumdam. quia potest alias victum quærere. 91. distin. clericus. nam faciat cistas & calathos & retia. de consecr. distin. 5. numquam. Laico licita est ob necessitatem pro pellibus & carnibus, non ob voluptatem: & hoc de ea, quæ cū clamore fit. Ponere autem laqueum, vel rete sine strepitu & clamore & canibus licet etiam clericis: cum monacho etiam liceat texere linum pro capiendis piscibus. de consec. dist. 5. numquam. De saltuosa loquitur infra ea. Esau. & duo. seq. capit.

1 Iuo ibidem.

a ¶ *Meretricibus.*] meretrix tamen non turpiter accipit, licet turpiter meretricium[2] faciat. ff. de condi. ob turp. ca. l. 4. §. sed quod meretrici. Sed nonne causa affectionis meretricibus dare possumus. ff. de do. affectionis? Dicunt quidā, q̄ sic pactione non præcedente, sed causa remunerandi bene possumus post factum, quod non credo: ‖ quia semper peccatum est dare. argum. 16. quæst. prima, legi. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 3. §. 1. Rem autem quā dedi meretrici, repetere nō possum. Sed pignus non pignoratitia, sed rei vendicatione possum, vt C. de condic. ob turp. cau. l. 2. non in text. sed in glo. Hug. quia cōuenitur tunc tamquam quilibet alius possessor[a]. ff. ad exhib. de eod. §. heres.

2 Iuo p. 13. c. 32.

3 Inter opera adscripta Hieronymo, tomo 8.

‖ Meretricibus sine peccato dari nequit.

4 Iuo p. 13. c. 33.

5 Iuo p. 13. cap. 34.

a Arg. contra. C. de don. l. 11. vbi de hoc.

6 Iuo ibidem.

E *Sau.*] CASVS. Hæc tria cap. intelliguntur de iis qui venantur causa delectationis. Dicitur ergo hic, quòd Esau non venaretur nisi peccator fuisset. Nam piscatorem sanctū inuenimus, sed venatorē non.

b ¶ *Venator erat.*] dū venator permanet, ne obiiciatur de Eustachio. 50. distin. ferrum.

‖ Venatio prohibetur, sed non piscatio.

c ¶ *Piscatores.* ‖ sed quare prohibetur venari, & non piscari? quia forte piscatio fit sine clamore, venatio non: vel quia maior est delectatio in venatione: dum enim quis est in venatione, nihil potest de diuinis cogitare.

Quid prodest.] CASVS. Dicitur hic, q̄ non prodest abstinentia ad vitā æternā si quis luxuriari in venationibus velit. Idē dicitur in sequēti cap. immo (quod plus est) non solū tenetur de suis peccatis: sed etiam de peccatis seruorum suorum, quos secum ducit.

d ¶ *Ieiunare.*] efficaciter ad salutem.

e *An putatis.*] ¶ *Seruulos.*] non tamen serui debent ei obedire. 11. quæst. 3. non semper. excusantur tamen quo ad quid, vt 22. q. 5. qui compulsus. C. de sepul. vio. l. 2. C. de iis qui sibi in test. adscri. l. vlt. nō in totum; quia in atrocibus non debent obedire. ff. de reg. iur. ad ea. ff. de act. & obl. seruus. & dominus tenetur pro omnibus peccatis eorum. extra de testi. sicut. & 22. q. 5. qui compulsus.

ADDITIO. argum. ad hoc. C. de accusa. l. non ideo. Archid.

NOn *satis.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd non sufficit opera charitatis velle, nisi opus addatur exterius, si fieri potest, & econuerso. In secunda parte ostenditur q̄ in operibus charitatis nouem sunt considerandā. s. fides, causa, locus, tempus, modus, proximitas, ætas, debilitas, & nobilitas. In tertia dicitur, q̄ misericordia communis & generalis est omnibus, & ab ea nullus excluditur. Secunda pars incipit ibi, *Item perfecta.* Tertia ibi, *Nam & si.* Sequens cap. patet.

Item Ambrosius lib. 1. de officis, c. 30.

¶ Quæ sint in liberalitate secunda. C. XIIII.

7 NOn[a] satis est bene velle[b], sed etiā bene facere. Nec satis est iterum benefacere; nisi id ex bono[c] fonte, hoc est ex bona[d] voluntate proficiscatur. *& infra.*

7 Ancl. 19. q. 28. Pol. 4. dist. 21.

¶ Perfecta liberalitas [1] fide, causa, loco, tempore cōmendatur, vt primum opereris circa domesticos[e] fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat; [2] si scias eū sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti; qui præsertim egere erubescat: si in causam ceciderit aut captiuitatis suorum[f], aut calūniæ, & nō adiuues: si sit in carcere & pœnis, & suppliciis propter debitū[g] aliquod iustus excrucietur[h] (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius): si tempore afflictionis suæ nihil à te impetret: si tēpore periculi, quo rapitur ad mortem[i], plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita moriturī; non est leue peccatum *β*.

a Videas quod leg. & not. 12. q. 1. omnino.

1 al. premium + accusatori. & sic deinceps.

b Vide quæ not. Gal. 6.

c Vide quæ not. ‖ Valuerunt ea fatis.

d Vide quæ not. 8 Tex. est satis in l. 3. §. 1. ff. de iust. & iur. cond. dotem, causam, dan. l. 1. §. 1. ff. de reb. cred. ff. de acquir. & Vtrq; ibi. Bal. & omnes. Ang. ibi. Alex. in 3. col. vers. 4. limit. 3. & enim. Ias. in 1. 3. quæst. 3. col. 2. vers. 4. limit. 3. & quæst. 4. col. 2. vers. 4. limit. 3. & quæst. 5. col. 2. vers. 4. limit. 3. & quæst. 6. col. 2. vers. 4. limit. 3. & quæst.

Siquid. CASVS. Ioan.episcopus Corinthiorum statim cum audiebat aliquem deliquisse, causa incognita puniebat. de quo Grego.eum reprehendit, & docet quòd si aliquid dicatur sibi de aliquo clerico,nō statim credat,sed præsentibus senioribus ecclesiæ suæ veritatem inuestiget: & tunc, si oportuerit,culpam feriat delinquentis.

a ¶ *Si quid.*] 15. q. 7. c. 2. Qualiter hoc cap. debeas intelligere, habes extra de simo.licet Hely.

b ¶ *Non credas.*] J. 22. q. 3. innocens. contra. Ibi de incredulitate quæ inter socios habenda est, loquitur: sed hic de illa quæ ad iudicē pertinet. Vel refert vtrum bona vel mala de aliquo dicātur. De hac materia not. 23. q. 4. quàm magnum.

c ¶ *Ecclesiæ.*] Cum hoc cap. de causa inquisitionis loquatur, vt extra de accus. qualiter 2. ergo in causa inquisitionis nō habet necesse episcopus alios conuocare, nisi canonicos tantum. Nā nomine ecclesiæ tuæ maior ecclesia intelligitur. arg. extra de verb. sig. cum clerici. Arg. contra. 18. q. 2. si quis abbas. & extenditur hoc nomen, ecclesiæ tuæ, ad omnes ecclesias diœcesis, extra de vsu pal. c. 1. Item, est arg. hic, quòd episcopus non vocatis aliis episcopis posit sacerdotem condemnare. Sed dic quòd seniores hic vocat episcopos: cum iste Corinthiorum esset archiepiscopus [a]. Vel loquitur tātum de causa pecuniaria, quam potest tractare episcopus tantum cum suis clericis. Vel canonica districtio dicatur pœna suspensionis [b], quam episcopus cum suis clericis potest inferre. Vel loquitur de clericis infra sacros ordines constitutis: quorum causas etiam criminales potest episcopus cum suis clericis tractare & decidere. arg. 15. quæst. 7. in summa. Ioan.

Tanta nequitia.] CASVS. Iāuarius episcopus cum habuisset rixam cum quodam suo subiecto: consilio quorumdam malorum mes- ses illius ante Missarum celebrationē & die Dominica exarauit: & post Missam illuc reuertēs, terminos agri eiulsit & amouit. Quod cū Greg. audisset, non credebat: sed postea certificatus est per abbatē Cyriacū. Sed q Ianuarius nimis erat simplex & senex, propterea Papa ei pepercit: monens eum vt decetero talia non faciat. consiliarios tañ ipsius spatio duorum mensium cōmunione corporis & sanguinis Christi priuauit.

d ¶ *Tanta.*] 1. quæst. 7. tanta.

e ¶ *Fixa.*] id est certa. ‖ Sed cum iste absens esset, quomodo Papa ferret in eum sententiam? Dic quòd hic loquitur de sententia comminatoria, scilicet comminando ei. Vel citatus fuit, & noluit venire: & dominus Papa recepit testes eo absente. De vno habes hic. De duobus habes 11. q. 1. fratris. Alij dicunt sententiam fuisse latam sub conditione, si scilicet constaret de iis quæ dicta fuerunt de ipso.

f ¶ *Etiam terminos.*] In hoc peccauit grauiter & secundum leges talis punitur pœna quinquaginta aureorum, vel relegatione, vt ff. de termi. moto. l. 2. & 3. cum distinctione vtrum sit iuuenis, an senex, vt ibi dicitur. secundum legem autem diuinam maledictus reputatur. 12. q. 2. in legibus.

g ¶ *Sed filius.*] Arg. ‖ quòd creditur dicto vnius, vt 7. 8. q. 3. talia. & 97. dist. nobilissimus. In forma iudicij [c] quantum ad veram probationem vni testi non creditur, vt extra de testib. licet. in fin. & eo. titu. veniens. sed quantum ad præsumptionem, vt G. de reb. cred. in bonæ. nisi casus aliquis specialis inueniatur, vt extra de in inte. restit. ex litteris. & de procur. ex insinuatione. & extra quod met. cau. cap. vlt. & extra de testi. in omni. Ioan. Similiter vbi non sit præiudicium alij, creditur vni testi, vt de consec. distin. 4. cum itaque. B.

h ¶ *Quia simplicitatem.*] Not. q' parcitur senectuti, vt 34. dist. fraternitatis. 26. q. 7. hoc sit. & c. tempora. Item parcitur simplicitati, de consecra. dist. 2. cap. 3. & extra de re. permu. cum vniuersorum.

i ¶ *Tacemus.*] Non ergo semper qui tacet consentit [d]: nec semper idē est tacere quod voce cōsentire. argu. de consec. dist. 4. cum pro paruulis. & 65. distin. c. si forte. de hoc 27. dist. diaconus.

k ¶ *Eos.*] ff. de reg. iur. consilij. Lau.

ADDITIO. Videas quod legitur & nota. institut. mādati. §. tua gratia. versic. cuius generis.

l ¶ *Excommunicatos.*] Argu. quòd quandoque magis puniuntur consiliarij quàm facientes [e]. distin. 96. duo. 11. q. 3. qui consentit. & 24. q. 3. qui aliorum. Sed hoc ideo factum est, quia in iftis non conueniebāt ea propter quæ fieret dispensatio circa eos. Sed licet iste debuit puniri, tamen indultum est ei ratione ætatis & simplicitatis.

VEL PER CVRSOR. Septima pars.

CASVS. Exposuit supra Gratianus ne eps sit per cussor, id est, ad vindictam facilis, modo exponit & alio modo scilicet ne percutiat aliquē pria manu, vt 7. ea. proxi. cuius casus planus est.

m *Non licet.*] quod tamē potest per alium: etsi non per se, vt 5. q. 5. illi qui. & 14. q. 6. c. 1. sicut & aliquis gerit & facit per aliū. 88. dist. episcopus gubernationē. ita tamen, quòd sit clericus. si enim per laicum percutit, incidit in canonem. extra de sen. excō. vniuersitatis. ‖ Sed quid si clericum non habet? Tunc verberet per se, vt dixi 45. distinct. in summa.

n ¶ *Manibus.*] C. de epis. & cler. Authen. sed neq; propriis manibus.

PROHIBETVR. Hæc est octaua pars dist. in qua dicitur, q' clerici non debent tractare res laicorum nec possessiones eorū conducere, nec esse tutores, nisi suorū propinquorū, id est, quibus succederent ab intestato, nisi de mandato epi egissent causas pauperum. Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur septimus articulus, in quo repetit Gratianus illud c. Apostolicæ regulæ, s. oportet epum non esse cupidum, & turpis lucri sectatorē. quod de omnibus clericis generaliter est intelligēdum.

Eruenit.] CASVS. Quidam episcopi, clerici, vel monachi possessionem laicorum causa cupiditatis cōducebāt, cum suæ possessiones ei sufficerent, & procurationes sæcularii negotiorum propter lucrum suscipiebant, officia sua penitus dimittentes: præcepit conci. Calcrum suscipiebant, officia sua penitus dimittentes: præcepit conci. Calcedo. ne hoc decetero fiat, excepta legitima tutela, vel cura miserabiliū personarum, quā clerici suscipere debent ad iussionem suorū episcopo rum. & quicunque contra hoc statutum fecerit, debet excommunicari.

o ¶ *Conductiones.*] Contra extra de deci. c. dilecti. ‖ nam ibi non reprobantur monachi, qui habent terras ad firmam. sed dic, quòd illud est cum sua eis non sufficiunt [f], vel cum ipsimet excolunt non vt inde plus lucrentur, sed vt de fructibus viuant. Adeo autem hoc prohibet clericis, quòd si propter hoc deprehendantur in fraude, non subuenitur eis. extra ne cle. vel mo. cap. sacerdotibus.

p ¶ *Causas.*] de hoc notaui 15. quæst. 2. in summa.

2 ¶ *Auaritiæ.*] nam propter necessitatem bene possent. 91. dist. ca. 2. ADDITIO. Adde quod le. & no. 88. distinct. c. 1. in princ. ibi videas.

b ¶ *Tutelas.*] J. dist. 88. c. vlt. contra. 21. q. 3. Cyprianus. contra. ‖ Sed illud Cypriani de testamentaria tutela, siue datiua, hic autem de legitima tutela intelligitur. Item, 16. q. 1. generaliter. contra. Ad hoc dic, q' clerici non coguntur recipere aliquam tutelam: possunt tamē legitimam recipere tutelā si volunt, vt hic dicitur & est hoc priuilegium clericorum, q' licet ipsi possunt succedere alicui ab intestato, ‖ non tū tenentur recipere tutelam, licet aliàs illud obtinet: vt instit. de legit. pa. tu. §. 1. Sed epūs vel monachus etiā volēs non posset recipere legitimam tutelam. in Auth. de sacrosan. episc. §. Deo amabiles. Vel dic, q' illi Authē. præiudicatur per canonē istū, vt epūs & monachus, si velint possint recipere legitimam tutelam, sed non datiuam, vel testamētariam. sed ad tutelam miserabilium personarū omnes clerici siue monachi [a] tenentur, vt 88. distinct. c. 1. & cap. episcopus gubernationē.

c ¶ *Correctioni.*] id est, suspensione. Lauren.

Viduis autem.] Hæc dist. diuidit in tres partes, in quarum prima probat per sex auctoritates sanctorum patrū, q' viduis & orphanis debet sustētationis beneficium præberi ab ecclesia. Secūda ibi, *Libertos.* Tertia ibi, *Si expositus.* Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum est, q' epūs debet esse liberalis, sed quia hoc nō sufficit nisi miserabiles personas tueatur, ideo subiungit hanc 87. dist. in qua ostēdit, q' epi debent defendere viduas & miserabiles personas, & etiā libertos, qui sunt ecclesiæ commendati.

d ¶ *Viduis.*] in hac dist. 87. ostendit magister, ‖ q' viduis & pupillis, libertis & oppressis tenetur prælatus patrocinium impēdere, & etiam manumissos defendere. Ad vltimum subiungit de expositis. infra ead. cap. vltim.

Licet.] CASVS. Quædam viduæ & quidā orphani conquesti sunt Gelasio Papę de violentia quorumdam, vnde præcipit duobus episcopis, scilicet Petro & Gerontio, vt eas personas tueantur. Et quòd hoc facere debent, probatur assertione diuina.

e ¶ *Licet.*] 11. q. 1. Christianis.

f ¶ *Plus tamen.*] not. q' etiam causæ pauperum & oppressorum, & peregrinorum spectant ad ecclesiam: vt 24. q. 3. si quis de potentibus. & c. seq. & 8. c. proxi. & extra de verb. sig. super quibusdam. in fin. spectant etiam ad iudicium regis: vt 23. q. 5. regum. & c. administratores. ‖ Similiter viduis & pupillis concessit Imperator magnum priuilegium. s. q' aliquis non posit illos trahere ad iudicium extra prouinciam, ipsi tamen possunt alios trahere. c. quando impe. inter pu. & viduas. l. vna. Vidua est quæ etiam maritum non habuit. ff. de ver. sig. malum. §. viduam. Pupillus est q' intra pubertatē desit esse in pris ptāte. ff. e. pupillus. rñ. 1.

DEFENSIONIS. CASVS. Maximus & Ianuarius clerici paruuli desolati erant auxilio parentum & propinquorum, qui cum non possent violentias quorumdā sustinere, Gelasio sunt conquesti, Præcepit ergo Gelasius Anastasio episcopo, vt eos tueatur à violentia improborum, cum diuina auctoritas hoc præcipiat. Sequen. duo c. plana sunt.

g ¶ *Pupillis.*] pupillo tu eris adiutor.

h ¶ *Executionis.*] id est, defensionis.

i ¶ *Commenta.*] id est, fraudes.

Viduis autem, & orphanis ecclesiæ præsidium implorantibus episcopi debent adesse: & contra improborum violentias, protectionis patrocinium eis negare nō debēt.

Vnde Gelasius Gerontio †, & Petro episcopis.

¶ Impetrantibus patrocinium episcopi debent adesse. C. I.

LIcet omnibus de nobis spē rantibus non debeamus, inquantum possumus, nos negare; plus tamen [f] viduarum, & orphanorum causas, & impensius ducimus exequendas: quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifestat assertio.

Idem Anastasio episcopo.

¶ De eodem. C. II.

DEfensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse † prō ætatis infirmitate non possunt, exoratum pontificem decet subuenire: quia pupillis [g] tuitionem etiam diuinitas iussit impēdi. Et ideo Maximo, & Ianuario, clericalis officij (qui se solatio parentum, vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione præstabis: vt aduersus improbitates aduersariorum suorum protecti, tuæ executionis [h] annisu noxia commenta [i] non sentiant.

α ¶ Pupillis.] *In codicibus impressis sequebatur.* & viduis. *quæ voces expunctæ sunt. quia absunt à pleriſque vetustis. Et quæ antecedunt, ac sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis.*

Idem Leontio, & Petro episcopis.

¶ De eodem. C. III.

QVisquis in negotiis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia [k] posse conferri, prona nos [l] conuenit animositate [m] præstare.

Idem Honorio episcopo.

¶ De eodem. C. IIII.

DIuinæ retributiōis [n] memor ad pontificalē conscientiam nō ambigas pertinere, egentiū cōmodis piā solicitudinē nō negare.

Idem Fortunato episcopo.

¶ Tueatur ecclesiæ suos in fui detensione iuscepit. C. V.

IRreligiosum [o] prorsus, & exe crabile iudicam [p], si quisquā β vel extraneos in sua tuitione susceptos, non omni fide [q], & tota animi sui educauerit sanctitate. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuæ, Felicis, & Olympij suggeratur auunculus, eosque paruulos [r] tutelæ vice susceperit nutriendos; vltra latrocinium esse iudicamus, quòd eos bonisculis † parentum (sicut asserunt) reliquit extorres; alia retinendo, alia contra leges [s] & iura vendendo.

β ¶ Quisquam.] *In vulgatis codicibus sequebatur vox,* clericos, *quæ in aliquot manuscriptis, & apud Iuonem non habetur, ideoque sublata est. Non enim hic clericos cum laicis, sed extraneos cum sanguine iunctis comparat.*

Item ex concilio Arausicano primo, cap. 5. & sequentibus.

¶ Confugientes ad ecclesiam extrahere non licet. C. VI.

EOs, qui ad ecclesiā cōfugerint, tradi non oportere: tantum. c. de iudic. properandum. in fi. Sed cōtra. ff. de minor. l. etiā. §. 1. Sed illa lex, properandū intelligitur qñ tm̄ circa instātiam iudicij læsus est. Illa lex etiam in principali causa loquitur, cū restituatur in iudiciis minor: vt ff. de minor. ēt. §. ex cā. & c. si aduersus rē iud. per totū. Io. immo ēt restituitur minor, etsi cōtumax fuerit: vt ff. de mino. l. minor ēt. B.

r ¶ *Contra leges.*] C. de prædi. minor. per totum.

EOS.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd qui ad ecclesiam confugiunt, propter loci reuerentiam debent ab ecclesia defendi. In secunda parte dicitur, quòd si quis mancipia ecclesiæ occupauerit propter sua quæ ad ecclesiam confugerint, excōicari debet. In tertia parte dicitur, quòd si quis vult reuocare in seruitutem, vel ad obsequium, vel ad colonariam conditionem manumissos in ecclesia, & ecclesiæ commendatos, censura ecclesiastica coerceatur. Secunda pars incipit ibi, *Si quis autem.* Tertia ibi, *In ecclesia.*

s ¶ *Ad ecclesiam.*] infra 17. quæst. 4. reum.

1 15. q. 7. si quid

‖ Tutela est triplex.

‖ Tutelam nō tenentur clerici recipere.

a Vbi c, &, prox. dictū est de monachis intelligo cum de comminatione eius qđ habetur 16. q. 1. qui vero, & c. monachi à monasterio. Archid.

d Sic etiam 1. q. 7. tanta.

e Sic aliquis plus potest cōsules eius si ipse idē fec. quod cō- sulit, vt fr. l. 1. §. 6 depos. cti. vtri dicta eo tit. l. ne patr. exempli in medico, qui filio dedit ventosi vi dere. vel patrem in hoc ctō plus quinmedic' cum fi. ipse patrem illius figuram. nouissimi patet. 4 Butr. l. ac. 202. Iuo p. 3. p. 58.

‖ Oppressis de bet prælatus patrocinari.

‖ Clericus quem cathedralis est ep̄s potest ordinare. al. secus.

1 al. Leontio

1 al. professe

‖ Viduæ & pupillis sunt circa suum priuilegiati.

‖ Monachi sunt terræ ad firmā habere. f Adde quod leg. & c. sequ. ne clerici vel mo. cō. 21. quæst. 2. cuit. Archi.

a Subaud. & suffraganei sint de clero metropolitanæ ecclesiæ, vt colligitur 93. dist. miratus. Ioan. de Fan.

b Scilicet per petuæ, secus in temporalibus. quod die vt not Inno. extra de excess. præla. c. 1.

al. hortamur aliquando resipisce al compesce

2 Concor. l. 1. ff. de don. tu. & l. tutor. ff. de suspec.

‖ Papa in absentem an sententiam ferre possit.

‖ Vnius dicto quā doque creditur.

c Concor. tex. in l. si quis decurio. C. de fal.

‖ Animositas quandoque in bonam, quandoque in malam partem sumitur.

1 Iuo p. 6. cap. 109.

‖ Clericus tutor esse potest si vult.

† al. bonuscul is

b Adde ad hoc gl. in Authen. presbyteros. C. de epis. & cle. & insti. de excu. tuto. §. idē in milite. no. B. in l. legitimas. §. fi. ff. de legi. tuto.

2 Raban. pæn. cap. 22. Bur. l. 3. c. 395. Iuo par. 3. c. 112. Ibidem. c. 6.

c Arg. contra. ff. de mino. in causa 2. in prin. sed non ob. quia illud intelligitur quādo contra eūdem habet ordinariū auxilium & extra ordinariū, secus si contra diuersos. Archid.

a ¶ *Mancipiis.*] de istis manumissis ab ecclesia vel de commendatis ecclesiæ dicit H. ‖ cp si postea impetantur super libertate, ipsi coram ecclesiastico iudice debent respondere. vnde & si quis eos detineus nollet respõdere, nisi sub sæculari iudice, posset statim ecclesia ipsum excommunicare. si vero non est manumissus in ecclesia, tũc primo debet conueniri, qui eos molestat, sub sæculari iudice. ‖ & si non vult satisfacere per eũ, tũc ecclesia eũ compellet excõicando, vel alio modo. Laur. dicit, cp vbicũq; manumittãtur, nisi manumittãtur in ecclesia [a], vt clerici fierẽt, vt extra de ser. nó or. c. 1. in parte decisa, cp semper primo conueniendus est, qui eis litẽ facit, sub iudice suo sæculari. Io. nisi hoc forte faceret laicus in fraudem. extra de iure pa. relatum. §. ad hæc. B. Sed quæro, ad quid ergo ecclesia recipit libertos sub protectione sua: cum illud ius sit in aliis omnibus, cp si aliquis nõ potest habere iustitiam coram iudice sæculari, accedit ad iudicẽ ecclesiasticum, vt extra de foro compe. ex transmissa? Videtur ergo cp liberti spectant ad iudiciũ ecclesiæ: vt 11. q. 1. Christianis. Vel dic, cp licet istæ personæ, & aliæ de quibus hic agitur, recipiãtur sub protectione ecclesiæ: non tamen eximuntur à iudicio sæculari: vt extra de priuil. recepimus. & est expressum in iudiciis extra, de foro cõpe. ex tenore.

b ¶ *Per omnes.*] in vna excõmunicetur, in aliis denuntietur. Si dices, cp nemo potest pluries excommunicari, dic vt not. 3. q. 4. cap. vlt. & extra de sent. excomm. officij.

c ¶ *Et per testamentum.*] extra de seru. non ordinan. cap. 1.

d ¶ *Coerceatur.*] nisi admonitus satisfaciat. & est arg. hic, ‖ quòd omne crimen est ecclesiasticum, 35. quæst. 6. episcopus in synodo.

ADDITIO. Arg. ad hoc j. cap. proxi. vbi Laur. idem sentit dicens, quòd hoc etiam potest videri per auctoritatem domini, si peccauerit. 2. quæst. 1. si peccauerit. extra de iudic. nouit. De hac ma. le. & no. extra de offic. ordinar. cap. 1. & de purg. cano. nos quidem. Archidiac.

Libertos.] Hæc est secunda pars distinct. in qua dicitur, quòd ecclesia debet libertos defendere: præsertim eos qui eius patrocinio commendantur. Ioan. de Fan.

CASVS. Hæc duo cap. li bertos. & liberti. vt dicit Beneuen. Ioquuntur de libertis ecclesiæ commendatis: quos si aliquis inuadere sua auctoritate voluerit, vel in seruitutem reuocare, vel bona eorum auferre conatur: & ecclesia & episcopus debent eos defensare.

e *Liberti.*] ¶ *Peculio.*] Sed numquid liber homo habet peculium? Non: ‖ quia sicut seruus non habet bona, ita pater familias non habet peculium. ff. de verborum significatio. paterfamilias. sed loquitur hic secundum tempus quo seruus erat, vel peculium sumitur hic improprie. arg. c. de inoffic. testa. l. vltima. ff. ad Trebellian. l. cogi. 1. respon. De peculio autem serui qui manumittitur, hoc in summa notabis, quòd si manumittitur inter viuos, dominus videtur ei concedere peculium, nisi adimat expresse. Si autem in testamento libertas ei relinquitur, peculium apud hæredem remanet, nisi expresse ei concedatur. C. de pecul. eius qui li. me. l. vna.]

Si expositus.] Hæc est tertia pars distinctionis. in qua ponit de infantibus expositis. Ioannes de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debeat cum aliquis colligit puerum expositum ante ecclesiam. Et respondet quòd debet in publicum duci, vt cuiuscumque sit ille puer, siue sit dominus siue pater, veniat intra decem dies, & puerũ recipiat. si autem post decem dies venerit, audiri non debet: sed tamquam homicida puniatur.

f ¶ *Expositus.*] ‖ Exponitur autem aliquis à patre vel domino, vel ab extraneo. Si à patre vel domino, aut necessitate, vel sponte. Si sponte, numquam potest recolligere eum postea: nec enim suum dicere potest quem pereuntem contempsit. C. de infan. expo. l. prima & secunda. Si necessitate, repetit quandocumque: quia inuitus videtur exposse. C. de infan. expositis. l. prima, & in his casibus locum non habet contestatio. quod tamen dixi de necessitate, videtur male dictum. nam dicit lex, cp si ipse non potest eum alere, debet eum in xenodochium b mitrere. C. de lati. li. tol. l. vna. §. sed scimus. Sed quod dixi c intelligas cum nullum talem locum inuenit: & intelligas maxime hoc de filiis: nam de seruo videtur, cp potius debeat eũ vẽdere, quã exponere. & est ille casus in quo seruus habitus pro derelicto, statim in libertatẽ eripitur, vt C. de lat. lib. tollen. l. vna. in Authẽ. de nupt. §. hoc amplius. & §. multo magis. collat. 4. aliàs occupanti cõceditur. Si autẽ ab extraneo, & sciẽte domino vel patre; tũc locum habet quod hic dr. Si vero ignorãte, semper potest repetere quandocumq; voluerit. C. de infan. expo. l. prima. Hug. dicit, cp tantum vsque ad decem dies auditur pater in hoc casu: quod verius credo d: quia de iis quæ publice fiunt, non potest prætẽdi ignorantia: vt 17. dist. cp dicitis. Idẽ potest dici quãdo pater propria voluntate exposuit. Ioan. Hoc teneas breuiter, cp si à patre infans exponitur, vel ab alio, eo sciente vel ratum habente, statim liberatur à patria potestate. & si dominus idẽ facit, seruus statim eripitur in libertatẽ, & libertus in ignorantiam. Idem est si alimẽta fuerint istis languentibus denegata, aut si isti languentes expositi fuerunt, cuiuscumq; fuerint ætatis: & qui eos suscipiunt, non habent aliquod ius in ipsis, vt extra de infan. vel languen. expositis. cap. 1. Bar.

g *Intra decem dies.*] De his decẽ diebus dic, cp currunt à tẽpore sciẽtiæ, & sunt continui: & si in tali loco est, cp venire non potest, restituitur per clausulam generalem: arg. ff. ex quibus causis maiores. l. prima. Alij dicunt cp sunt vtiles: cum s. experiri potest. ff. de ædil. edict. cum lex. & de diuer. & temp. præ. l. prima. ‖ Si vero ille qui colligit, expendit aliqua in puero eruditionem in aliqua arte, repetit à recolligente. c. de infantibus expositis. l. prima, quod autem causa alimenti expendit, non repetit nisi in duobus casibus: s. cum protestatus est. ff. de nego. gestis, Nesennius. vel vbi collectus non vult dicere filiam suam in vxorem. c. de nuptiis. patrem.

h ¶ *Habeat.*] non in seruũ. c. de infantibus expositis. l. vltima. & ideo dicit iste eum habere, quia alius iam non potest petere puerum: puer tamen bene recedet ab eo cum voluerit: & continebit epistola, scilicet quòd si quis in eo aliquid iuris sibi vendicet, exeat & probet esse suum: aliàs non crederetur ei. arg. contra, extra qui filij sint legitimi, transmissæ. ‖ vbi creditur patri & matri dicentibus aliquem non esse filium suum: quia non est præsumendum aliquem denegare filium suum.

Rohibentur.] In hac distinctione prohibetur cupiditas & mercatio omnibus clericis. Et diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates sanctorum Patrum, quòd clerici non debent esse mercatores. Secunda ibi, *Neque apud.* Ioan. de Fant

CASVS. Facta interpositione miserabilium personarum, in hac 88. distinct. redit Gratianus ad materiam suam: scilicet ad capitulum cupiditatis: cuius cupiditatis negotia clerici suscipere prohibentur: sed non prohibentur opera pietatis orphanis & viduis impendere.

i ¶ *Prohibentur.*] Facta interpositione de viduis, & libertis, & expositis, reuertitur in hac distinct. 88. ad propositum suum: scilicet ad illud capitulum, non cupidum: & ostendit clericos causa turpitudinis & cupiditatis non debere opera exercere. tandem subiicit quòd nullus presbyterum in testamento debet nominare tutorem, &c.

Decreuit.] CASVS. Statuit Melchiades Papa in synodo sua, cp clerici causa cupiditatis & lucri non cõducant possessiones, nec negotiis sæcularibus se immisceant: nisi in duobus casibus: s. propter curam miserabilium personarum, & propter curam ecclesiasticam ab episcopis sibi commissam, & cp curam talem debeant suscipere clerici, probat duobus exẽplis: s. Moysi & angelorum ascendẽtium descendentium

dentium per scalam quam vidit Iacob: ad instar quorũ prælati ecclesiæ debent ascẽdere contẽplando, & descẽdere curam subditorũ habẽdo.

a ¶ *Conducere.*] s. causa cupiditatis, vt notaui 86. dis. c. vlt. & semper intelligo causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas, vbeſ arg. 12. q. 1. c. 1.

b ¶ *Vbi patet.*] id est, propter quod patet.

c ¶ *Angelos.*] ‖ Per angelos intelligũtur prædicatores, qui pro ingenio auditorũ debẽt se aptare, vt 8. q. 1. c. oportet. & distinct. 43. sit rector. §. vlt. vnde non propter Iacob, sed propter angelos inducitur hæc auctoritas.

Consequens.] CASVS. Clerici in Piceni partibus turpibus negotiationibus & lucris inhonestis immiscebãtur: sed Gelasi[us] docet hoc nõ esse faciendũ: & hoc probat exemplo Christi, qui negotiatores de templo expulit. Et duabus auctoritatibus: s. Pauli, vt nemo militans Deo, &c. & Dauid: quoniam non cognoui, &c. Si quis autem negotiari voluerit, officio carere debet. Sequens c. planum est.

d ¶ *Consequens.*] quia sacerdotes erãt instituti, vt 2. q. 7. accusatio. Laur.

e ¶ *Cantantem.*] id est, metrice describentem.

f ¶ *Negotiationes.*] i. falsam traditionẽ Iudæorum: quia s. credebant se iustificari ex operibus legis, figuras legis sectãtes, à gratia refilliẽtes: vel negotiationes, i. vt viliùs emant, & carius vendant.

g ¶ *Ingenio.*] Argu. ‖ cp nec sub qualibet fraude excogitata possunt exerceri negotiationes, ergo nec causa necessitatis, vt quidam asserũt: nec causa lucri captãdi ad opus pauperũ. 1. q. 3. si quis obiecerit. arg. contra extra ne cle. vel monac. cap. 1. 91. distinct. clericus. Laur.

h ¶ *Cessãdũ, aut ĩ, &c.*] Videtur ergo, cp in eius optione sit an velit abstinere à quæstu, aut ab officio. ff. de iure do. plerumque. §. vltim. quod falsum est. Sed hic, aut, comminatiuum a est. 11. quæst. 1. placuit.

i *Episcopus.*] ¶ *Curas.*] 7. 21. q. 3. c. 1. 2. & 3. & 11. q. 1. te quidẽ.

Perlatũ.] CASVS. Basilius episcop[us] tãquam aliquis laicus ibat extra suum episcopatum corã iudicibus sæcularibus aduocãdo. Quod cũ audisset Gregorius, præcepit Romano defensori, vt præfatum Basiliũ intra quinq; dies cogat reuerti: quoniam propter hoc dignitas episcopalis vilescit. Nam si ibi amplius eũ stare permiserit, vterq; grauiter punietur. Sequntia capitula plana sunt vsque ad paleam illam, *Eiiciens.* quæ in scholis non legitur: sed in ea ratio assignatur quare in domo, vel re consimili non est vsura, sed pecunia sic: & hoc triplici ratione. Prima est: quia possessiones conducere[a], aut negotiis sæcularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum. [& orphanorum,] ac viduarum, aut si forte episcopus ciuitatis ecclesiasticarum rerum solicitudinem habere prẽcipiat. Vbi liquido patet[b], quia alia sunt negotia sæcularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in sæculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret; qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotiis vrgebatur? *& infra.* ¶ Sic & Iacob ascendentes, & descendentes Angelos[c] vidit: quia videlicet rectores ecclesiæ non solum Deum cõtemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et Domini sacerdotes horum facta imitantur, & & se custodiunt, & subditorum onera portant.

α ¶ Melchiades.] *Caput hoc habetur in scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus continenter sequitur post decreta Melchiadis (quamuis in recentioribus concilium Neocæsariense sit interpositum) & ex illa coniunctione fortasse factum est, vt hoc quoque scriptum olim decretis Melchiadis adnumerari solitum esset: cum tamen in eo de Nicæno concilio, & aliis quæ post Melchiadem gesta sunt mentio fiat: quod ex capite, ad futuram. infra 12. q. 1. apparet.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, cap. 17.[1]

¶ De eodem. C. II.

CONsequens[d] est, vt illa quoque de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non prætereunda putaremus: id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminere†, nullo pudore cernentes cuãgelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asserit expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait. [Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus,] Psalmistam quoq; Dauid surda dissimulantes aure, cantantem[e] [Quoniam non cognoui negotiationes[f], introibo in potentias Domini. [Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio[g], vel cupiditate cessandũ[h]: aut in quocumque gradu sint positi, mox à clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per† officia negotiationis potius sit latronum spelũca.

Itẽ ex Septimo canone Apostolorũ.

¶ In locis ecclesiasticis conuertus sæculares curas assumere non debet. C. III.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam sæculares curas assumat; sin aliter, deiiciatur.

Item Gregorius Romano defensori, lib. 8. epist. 11.

¶ Episcopum sæcularibus causis occupari non debere. C. IIII.

PErlatum est ad nos reuerendissimum fratrem nostrum Basilium episcopum, velut vnum de laicis in causis sæcularibus occupari, & prætoriis[i] inutiliter deseruire. Quæ res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat; statim vt experientia tua hoc præceptum susceperit; eum ita ad reuertendum districta executione compellat, quatenus ei illicite insistente quinque diebus[j] sub qualibet excusatione immorari non liceat: ne si quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris; cum ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis.

Itẽ ex cõcilio Carthaginensi. 4. c. 18.

¶ Testamentorum tuitionem & curam rei familiaris episcopus non suscipiat. C. V.

ij EPiscopus tuitionẽ[k] testamẽtorũ nõ suscipiat.

Item ex eodem, cap. 20.

¶ De eodem. C. VI.

iij EPiscopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet[l]; sed lectioni, & orationi, verbi Dei prædicationi tãtũmodo vacet.

Item ex eodem, c. 17.

¶ De eodem. C. VII.

iiij EPiscopus gubernationem[m] viduarũ, & pupillorum, ac peregrinorum, nõ per seipsum, sed per archipresbyterũ, aut per archidiaconum agat.

Item Gregorius Quertino expræfecto, epist. 30. lib. 10.

¶ Ratiociniorum causas clericus suscipere non debet. C. VIII.

INutile, & valde laboriosum est, hominem litteratum, ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

ADDITIO. Circa hoc dicas, quòd quando aliquis potest aliquid facere sua auctoritate: tunc non est vis siue per se siue per alium faciat,

‖ Manumissi ab ecclesia vbi sint conuenicndi.

[a] Quidã enim manumittitur in ecclesia, & charta manumissionis legitur in ambone. 54. dist. nulli, & tales generaliter ecclesia defendet, secundum Hug C. 7.

1 Iuo p. 3. c. 154. & 245. Pan. l 2. c. 84. † *corrcebitur*] orig.

2 Iuo p. 3. c. 159. & p. 16. c. 51. Pan. l. 2. c. 82.

3 Bure. l. 3. cap. 186. Iuo. p. 6. cap. 246. & p. 16. c. 52. Pan. lib. 2. cap. 83.

‖ Crimẽ quodlibet est ecclesiasticum.

‖ Peculium seruus habere potest, sed nõ liber homo.

‖ Exponens filium vel seruum an possit illum recolligere.

‖ Negotiationes per clericos quæcunque causa exercerii non debent.

1 Cõcil. Aquisgran. c. 93. 9. q. 4. c. clericis. fol. 1. 41. 31.

‖ Expositi ex infantia quo pacto possint nisi an possint repeti.

† al. inhiare

‖ Pater potest eum filium a negotiis prohibere.

Luc. 19.

‖ Potest quis per aliũ quod nõ potest per se.

d An hoc procedat regulariter: not. in l. Labeo. ff. de vsuc. Dy. in regula, cp alteri. lib. 6. bonus tex. & ibi Par. & Bal. in l. 1. c. aut. C. de cad. tolle. e 63. dist. Hadrianus 2. 4 Pol. l. 4. ti. 5.

5 Pol. ibidem.

f Hic vide qẽ le. & not. de consc. dist. 4. quando. 2.

† *ne officina negotiationis, & spelũca potius sit latronum*] orig.

b Adde an & quando posit mora purgari vel non: no. Bar. in l. si in fusã. ff. de verb. oblig. Bal. in l. & si post tres ff. si quis caut. glo. & doc. in c. potuit. de loc.

3 Anf. l. 6. cap. 179.

c Dic quòd vbi persona à testatore deputata est: illa exequitur 12. q. 2. de laicis. in fin. Arch.

nisi specialiter prohibeatur: sed vbi sua auctoritate nō potest facere. sed alterius: tunc locum habet quòd non potest alteri cōmittere. extra de offic. deleg. quoniam apostolica. vbi Innocent. sic not. Archidiac.

‖ Clericus tabernam habere potest
a Adde quid veniat appellatione tabernæ.not.in leg. tabernæ. ff. de verb. sign. & in l. ni tabernas ff. de contrah. emp.
1 Iuo p. 8.c 89 Pan. l. 7. c. 26.

a *Negotiatorem.*] ‖ Sed numquid licet clerico habere tabernam [a]? videtur quòd sic. C. de episc. & cle. l. 2. sed dicimus, quòd licet lex concedat, canon tamen nō permittit 15.q.3. cum autē. Vel dic, quòd potest habere tabernam propter necessariā & honestam negotiationem.

b *Ornicari.*] ¶ *Sēper non licet.*] id est, nunquam. 32. quæs. 4. nemo. arg. contra. 31. q. 1. hac ratione. sed licet aliquādo licentia pœnæ, sed licentia culpæ non, quia non euadit culpam. dist. 4. c. denique [b].

b Dic q̄ formicatio nullis vmquam impune cōceditur. 27. q. 1. nubendi. Archid.
2 paulo aliter.

c *Non licet.*] Argu. quòd propter mutationē statūs quod ipsi erat licitum, fit illicitū: & econtra. arg. dist. 31. c. lex continentiæ. argu. contra 12. quæst. 1. non dicatis.

Psal. 70. *Neque.*]

¶ Fugiendus est clericus negotiator
C. IX.

NEgotiatorem [2] clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quasi quamdam pestem fuge.

Item Augustinus in libro quæstionum veteris, & noui testamēti, c. 127.

¶ Clerico negotiari non licet. C. X.

1 FOrnicari omnibus semper non licet [b]: negotiari vero aliquando licet; aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari: facto iam, non licet [c].

[*Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum*, [*id est Auctor operis imperfecti, hom. 38. ad c. 21. Matth.*]

¶ De eodem. PALEA. C. XI.

2 FIciens Dominus vēdentes, & emētes de templo, significauit, quia homo mercator vix, aut nunquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator; aut si voluerit esse, proiiciatur de ecclesia Dei; dicēte propheta. [Quia non cognoui negotiationes; introibo in potentias Domini.] Quemadmodum enim, qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & se commendare, sine maliloquio esse non potest (necesse est enim, vt isti male loquatur de illo, & illi male de isto) sic qui emit, & vendit, sine mendacio, & periurio esse non potest. *& paucis interiectis.* ¶ Sed est nec stabilis substantia eorum, neque ad bonum proficit, quod de malo cōgregatur. Quemadmodum enim si triticū, aut aliud † tale cernas in cribro; dum huc, & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt; & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus solum; sic de substantia negotiatorum nouissime nil remanet, nisi solum peccatum. Sed omnes homines videntur esse mercatores. Ostendam ergo, quis non est negotiator; vt qui talis non fuerit, eum intelligas esse negotiatorem. Quicumque rem comparat, non vt ipsam rem integram, & immutatam vendat; sed vt materia sibi sit inde aliquid operandi; ille non est negotiator. Qui autem comparat rem, vt illam ipsam integram, & immutatam dando lucretur; ille est mercator, qui de templo Dei eiicitur. Vnde super omnes mercatores plus maledictus est vsurarius. Ipse namque rem datam à Deo vendit, non comparatam, vt mercator; & post fœnus rem suam repetit, tollens aliena cum suis; mercator autem non repetit rem vēditam. Adhuc dicit aliquis. Qui agrum locat, vt agrariam recipiat, aut domum, vt pēnsiones recipiat, nonne est similis ei, qui pecuniam dat ad vsurā? Absit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem vsum disposita est, nisi ad emendum. Secundo, quoniam agrum habens arādo accipit ex eo fructum; habens domum, vsum māsionis capit ex ea. Ideo qui locat agrum vel domum, suum vsum dare videtur, & pecuniam accipere, & quodammodo quasi commutare videtur cum lucro lucrum: ex pecunia reposita nullum vsum capis. Tertio ager, vel domus vtēdo veterascit. Pecunia autem cum fuerit mutuata, nec minuitur, nec veterascit [Et mēsas nummulariorum subuertit.] Pecunia spiritualiter homines intelliguntur; quia sicut nummus habet charagma Cæsaris, sic homo habēt charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cæsaris, reprobus est; ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus æstimatur. Vnde Esaias dicebat ad Hierusalem [Pecunia tua reproba est, caupones tui miscent vinū cū aqua, & c.] Ideo ergo mensas nummulariorum euertit, significans, quia in templo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, id est, qui Dei imaginem, non diaboli portant. Aut certe mensas nummulariorum, sacerdotum dicit scripturas. Nouo enim testamento succedente priori, euersæ sunt scripturæ illorum.

Esa. 1.

Psal. 81.

Psal. 72. *Aug.*

Luc. 19.

Ioa. 2.

Item Cassiodorus in eumdem psalmum 70. in eumdem versiculum.

¶ De eodem. C. XIII.

QVid est aliud negotium †, nisi quæ possint vilius comparari, carius velle distrahere? *& infrà.* Negotiatores ergo illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minime considerantes per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces suas plus periuris onerando, quàm pretiis. Tales eiecit Dominus de templo dicens. [Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.]

Item Cyprianus ad clerum, & plebem Furnitanorum, lib. 1. epistola 9.

¶ Homine

† aliquā blado speciem

† al. negotia

Neque.] Hæc est 2. pars dist. & est pars illius 21. q. 3. Cyprianus.

CASVS. Statutum fuit in concil. Calcedon. ſ. 86. dist. in c. peruenit: vt nullus laicus clericum in testamento ad tutelam nominaret: contra quam constitutionem Victor cū moriebatur presbyterum Geminium Faustinum in testamento suo fecit tutorem: & ideo præcepit Cyprian[9], vt pro eo nullæ orationes in ecclesia fiant, nec oblationes recipiantur.

2 ¶*Dei.*] Et nonne accusatur iste post mortem, cōtra id 23. dist. quorumdam. C. si reus vel accusator. fue. l. 1. & 2 [10] Sol. ‖ dicunt quidam, q̄ accusari potest [a] quis post mortē per instrumentum, sicut hic: quia apparebat per instrumētum, i. per testamentum eū decessisse in mortali peccato. Sed H. dicit, q̄ iste nō accusatur: quia notorium erat eum impœnitentem decessisse [b]: aliàs non posset accusari post mortē nisi de hæresi. 23. q. 2. sanè. & in illo casu. Item & in aliis secūdum quosdam: vt 24. q. 2. in summa. C. ad legē Iul. ma. l. vlt. Sed nōne debet præsumi pro isto: q̄ etiam in vltimo instanti potuit pœnitere: vt 26. q. 6. qui recedunt, &c. cognouimus? arg. contra de pœ. dist. in. 1. c. agite. Dicit ergo H. q̄, cū mortaliter peccauerit, nec pœnituerit, nō debet pro eo orari. 13. q. vlt. c. vlt. & punitur hic in quo deliquit. 12. q. 2. de viro. Vel hoc intelligas quo ad sepultūrā tantū. extra de tornea. ca. 1. Io. Credo [c] hoc ad terrorem instituтūm: nec modo locū habere. Quod vltimo dicitur, fertur de facto. 86. dist. in. cap. vltim. B.

1 Vide p. 6. cap. 393.

‖ Accusari potest quis post mortem.
a Adde quòd regulariter nō potest. l. 1. 2. & 3. C. si re. vel accusa.

b Decret enim cōstat id, quod in cōcilio cōmunctur: & ita notorium erat eum impœnitentem decessisse: & ideo non fit pro eo oblatio in altari. 13. q. 2. pro obeuntibus. Archid.
2 Tit. 3.

c Idem not. hic Lan. & idem credit Archid.

1 Pol. l. 4. tit. 19. Auſl. 7. c. 108. Inop. 6. c. 344. Rom. 12.

Omni quoq; fuæ.] Hæc di. diuidit ī tres partes: ī quarum prima dicitur, q̄ vni personæ non debent cōmitti duæ dignitates vel officia. Secūda ibi, *Volumus.* Tertia ibi, *Propinquis.* Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 89. dist. repetit illud c. apostolicę regulæ: Oportet ordinandum domui suæ esse bene præpositum. Et ostendit quòd in hoc debet esse prouidus, vt sicut in domo sæculari diuersa officia vni personæ non committuntur, sed pluribus: sic episcopus in ecclesiasticis officiis obseruabit, singula officia singulis committendo: ita tamen quòd administrationem rerum ecclesiæ laicis non committat. Et habet hæc distinct. quattuor articulos.

b ¶*Domui.*] Hoc c. tractauit magister suprà 47. distin. §. necesse. Sed aliter hic, & aliter ibi [d]. ibi enim exposuit, domui, id est, familiæ suæ, hic aliter, domui suæ, id est, ecclesiæ suæ. & illud est quasi præparatorium ad illud, vt in hoc §. innuit G. Ostendit ergo in hac distinct. 89. qualiter, prælatus ecclesiastica beneficia debeat dispensare: quia plura non debet committere [e] vni: & quòd non debet laicos œconomos constituere in ecclesia vel vicedominos [f]: & quòd ecclesiastica officia propinquis non concedat. Laur. infra ead. decenter.

d Qualiter in domibus & quæ litera legitur cōpatur hoc nomē domus, vide per Ear. ad lex Cornelia. de domū. & de iniur. & lqui domum. & l. nec La. beo. ff. de adul. &c.

e Vt 3. c. 1. 4. vt 3. c. 1. quia. & c. sequen.

f Adhoc 1. q. 3. c. 1. 2. 3. & 4. dominus. & c. 21. q. 3. c. 1. q. 4. pro. c. 1. 2. 3. & 4.

Ingula.] CASVS. Episcopi plura officia vni committebant personæ: sed docet Gregor. hoc non esse faciendum. Nam sicut in humano corpore singula membra suum habent officium: ita in ecclesia Dei (secundum Pauli sententiam) singuli singula debent habere officia: nec vni personæ quantumcumque exercitatæ vno tempore sunt plura officia committenda: & sicut varietas membrorum per officia diuersa præstat corpori fortitudinem & venustatem, sic personarum varietas per singula officia distributa ecclesiæ præstat fortitudinem & venustatem: alioquin esset ibi confusio.

c ¶*Singula.*] Not. q̄ difficile est, vt vnus vicem duorum obtineat 8. ff. de pact. si plures. C. de assesso. nemo. extra de test. adhæc. C. de testa. cōsulta, vbi dī q̄ absurdū est, si promiscuis actibus rerū turbētur officia. arg. contra ſ. 21. q. 1. c. vlt. & ff. quod cuiusq; vniuer. sicut. §. vlt. Similiter lex dicit q̄ nō pōt quis per plures ciuitates plures habere potestarias. ff. ad munic. libertus. §. præscriptio. Sol. ‖ regulare est, q̄ vna persona nō suppleat vicē plurium [h], nisi in causa necessitatis, vt idē sit carnalis & spiritualis pater [i]. 30. q. 1. ad limina. Vel prælat[9] in diuersis ecclesiis. 10. quæſ. 3. vnio. vel idem sit eligens & confirmans. extra de elec. cum inter. vel vt ipsemet tradat sibi possessionem. ff. de contrahen. empt. fistulas. §. fundum. vel nisi causa vtilitatis, vt cū duę ecclesiæ vni committantur. 16. q. 1. & temporis. vel vt idē seruus vicem pluriū dominorum sustineat. ff. de ſtip. ser. l. 1. §. communis. vel vt apud semetipsum aliqs emancipetur vel adoptetur. ff. de adopt. si consul. Laur.

ADDITIO. Vbi de hoc, & extra de probat. ex litteris. ibi videas.

d ¶*Ecclesiastici.*] Non ordinū, sed dignitatum. vnus enim bene habet omnes ordines: licet ab vno tātum denominetur.

e ¶*Singulis.*] infra 21. q. 1. ca. vlt. contra. Sed illud ex speciali priuilegio: hoc ex generali iure. 16. quæst. 1. hinc. Laur.

f ¶*Cōmittendum est.*] Alius habebit archidiaconatum: alius autem archipresbyteratum: & sic de aliis [k]: arg. ſ. 13. quæſ. 1. cap. 1. & 2. Laur.

g ¶*Quantumlibet.*] arg. non esse derogādum iuri generali, ppter personæ prærogatiuā. supra distinc. 61. miramur. supra distinct. 78. si quis. Laur.

ADDITIO. Sed tamē propter personę vtilitatē bene receditur. 1. q. fi. tali. 15. q. vlt. c. 1. Io. de Fan.

h ¶*Oculus.*] i. si omne officiū attribuitur ei, qui dicitur in ecclesia oculꝰ: vbi erit auditus. i. auris. i. officiū quod ei attribuitur, qui dicitur in ecclesia auris? Per oculum intelliguntur maiores in ecclesia, qui sibi & aliis prouident. Per aurem in ecclesia discreti intelliguntur & scientes. Vel referas hoc ad illud quod dixit, quòd diuersitas officiorum sit in ecclesia: aliàs non obstaret: quia si totum, &c. quasi dicat, si omnes in ecclesia essent vnius officij, quomodo impleretur corpus ecclesiæ, cum diuersis opus est?

i ¶*Et pulchritudinem.*] Singula quæque locum teneant fortita decenter. Lauren.

Volumus.] Hæc est secūda pars dist. in qua probat per quattuor c. quòd in qualibet ecclesia debet esse œconomus. Ioan. de Fan.

CASVS. Paschasius episcopus nec vicedominum, nec maiorem domus in sua ecclesia ordinabat, qui causis interesset, & hospitibus prouideret. Quare Gregorius præcipit Anthemio subdiacono, vt moneat Paschasium quatenus vicedominum, & maiorem domus in sua ecclesia ordinet. Si vero hoc negligat, clerus ecclesiæ eligat aliquos, quorum personæ ad hoc valent ordinari.

k ¶*Et vicedominum.*] Exponit H. i. œconomum rerū episcopalium, qui rebus episcopalibus, & hospitibus superuenientibus prouideat.

l ¶*Et maiorem.*] i. œconomum rerum canonicarum, & iste intellectus habetur ex rubrica quadam. ‖ Vel maioratus est quædam dignitas, quæ est in quibusdam ecclesiis, vt Vercellis in ecclesia S. Mariæ.

m ¶*Vel hospitibus.*] quia episcopus non potest in propria persona tractare talia negotia. 5. quæst. 3. quia episcopus. & referas quod dicitur de hospitibus, ad vicedominum.

n ¶*Clerus.*] ar. ‖ quòd si prælatus non vult vel negligit facere ea quæ

‖ Vnus vicem pluriū supplere non potest. h Concor. tex. in l. si plures. cum concor. ibi addi. ff. de pac.
i Ad hoc ff. de aucto. tut. l. accipientis. arg. ff. de ma. vin. si rogatus. §. vlt. licet videatur contra. ff. de offi consul. l. 1. §. fin. secundum Io. de Fan.

k Ad hoc plene facit quod no. extra de cōce. præben. liter. s.
3 Poly. l. 4. tit. 22. Auſl. 6. c. 145.

‖ Maior est dignitas in quibusdam ecclesiis.
‖ Negligentia prælati supplitur per subditos.

debet,debent suppleri per subditos:& econuerso.arg.ℨ.9.q.3.eũ simus. & videtur q̃ in talibus non sit necessaria admonitio [a], vt extra de sup. ne.præl.c.licet.extra de concess.præb. & eccles.non va.quia. in fi.

a Arg. ad hoc extra de accu. sicut & de foro compe. ex transmissa. nã tempus ei est præfinitum. de institution.c.C. de iure emphyt. l. 2. extra de locato. potuit, Archid.

OFFICIVM. CASVS. Hic est secundus articulus : in quo docetur,quòd officium vicedomini est episcopatum disponere.

† *episcopium*

Diaconum.] CASVS. Clementina patricia postulauit à Gregor.Anatoliũ diaconum: Sed quia fecerat eũ vicedominum, vt gubernaret res episcopatus,non potuit eum sibi concedere: & magis propter hanc causam quàm propter aliquam aliam duritiam eum sibi non concessit.

|| Vicedominus.

a ¶ *Vicedominum.*] Ex hoc c.patet, ‖ q̃ vicedominus est qui habet potestatem super res ipsius episcopatus : œconomus qui super res canonicorum: cui s.res ecclesiastica gubernãda mãdatur. C. de sacrosanct. eccles. iubemus.in prin. Et sicut episcopus dispẽsat res episcopales sub testimonio vicedomini:sic canonici res ecclesiasticas sub testimonio œconomi:& econuerso:vt 16. q.7. quoniam. & 12. q. 1. manifesta. Iste œconomus in quibusdam ecclesiis appellatur præpositus.

b ¶ *Episcopos.*] vel etiã alios prælatos.q̃libet eñ prælatus debet œconomum constituere. C. de episc. & cler. oẽs.§.hoc nihilominus. argu.9.q.3. cũ simus. extra de offic. ordi.cum vos. De officio œconomi,syndici, actoris,not.16.q.7.qñ.ar. ‖ q̃ episcopum posset corrigere œconomus res ecclesiæ dispensantem : sicut & archidiaconus b; arg.dist.n.74.honoratus.

c ¶ *Testimonio.*] Episcopo enim perhibẽt testimonium œconomi suę administrationis : sed cubiculari sui perhibent testimonium suæ conuersationis:vt 2.quæst.7.cum pastoris.Io.

‖ Episcopus œconomũ corrigere potest. 3 Anf l.6.cap. 146

† *corrigentem.*

b Immo & patronus, & quilibet alius sub ditus 16.q. 7. filius ar. secũdum Hu.

2 16.q.7. quoniam in quibusdam. Anf.l.6.c.143. Pol.l 4.tit 22. Deusdedit par.4.

Via in quibusdã.] CASVS. Dictũ fuit in concilio Calcedoneñ. q̃ quidã sine œconomis res ecclesiæ gubernabãt.præcepit ergo concilium,vt vnusquisq; episcopus, habeat œconomum de proprio clero : qui arbitrio episcopi res ecclesiæ gubernet:ne propter absentiã œconomi res ecclesię dispergantur , & episcopo infamia generetur;& qui contra hoc fecerit, diuinis regulis subiacebit.

b ¶ *Episcopos.*] vel etiã alios prælatos.q̃libet eñ prælatus debet œconomum constituere. C. de episc. & cler. oẽs.§.hoc nihilominus. argu.9.q.3. cũ simus. extra de offic. ordi.cum vos. De officio œconomi,syndici, actoris,not.16.q.7.qñ.ar. ‖ q̃ episcopum posset corrigere œconomus res ecclesiæ dispensantem : sicut & archidiaconus b; arg.dist.n.74.honoratus.

c ¶ *Testimonio.*] Episcopo enim perhibẽt testimonium œconomi suę administrationis : sed cubiculari sui perhibent testimonium suæ conuersationis:vt 2.quæst.7.cum pastoris.Io.

Indicatum est.] CASVS. Ioan.episcopus Caroltanus cõmiserat curam episcopatus in temporalibus quibusdam laicis , qui rusticos ecclesiæ suis bonis expoliauerunt:de quo rusticis fuerunt Papæ conquesti. præcipit ergo Papa Ioanni episcopo , vt rei veritatem inquirat : & si laici inueniantur in culpa , cum pœna legali compellantur reddere vniuersa, & de cetero non committat curam episcopatus laicis , sed clericis , quos corrigere possit.

‖ Laici coram iudice ecclesiastico possũt quandoque conueniri.

c Dicit hic Hug.q̃ in hoc puncto pote-

Hinc a colligi potest archidiaconi electionem à cuncto clero.si episcopus negligens,vel differens fuerit,canonice fieri posse. Officium vicedomini est episcopatum † disponere.

Vnde Gregorius Clementinæ patricie,lib.1.epist.11.post alia.

a ¶ Hinc.] *Verba hæc vsque ad vers.* officiũ.*absunt à pleriſq; vetustis exẽplaribus.*

¶Quod sit officium vicedomini. C. III.

1 DIaconũ verò Anatolium, quem ad nos dirigi poposciſtis , hoc nos facere non posse, causæ magis modus, quàm rigoris austeritas facit. Vicedominum [a] enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopium commissimus disponendum.

Itẽ ex concilio Chalcedonensi, c.26.

¶De eodem. C. IIII.

2 QVia in quibusdam ecclesiis , sicut ad nos peruenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant;placuit omnes ecclesias habentes episcopos [b] ,etiã œconomũ habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi : vt non sine testimonio [c] sit gubernatio ipsarũ rerum ecclesiasticarum ; & ex hoc eueniat res eiusdẽ ecclesiæ dispergi , & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc non obseruauerit , diuinis subiaceat regulis.

¶ *Hic idem canon refertur infra 16. q.7. c. quoniam in quibusdam. ex versione Dionysii. Hic enim est ex prisca , quæ extat in collectione Isidori.*

Item Gregorius Ianuario Caralitano episcopo,lib.7.epist.66.

¶Sæcularibus viris res ecclesiasticæ non committantur. C. V.

3 INdicatum est nobis, quòd laicis quibusdam curam vestri patrimonij cõmiseritis† , qui postmodum in rusticorum vestrorum deprædationibus,atque ß fatigationibus fuerint deprehensi ; & reddere res , quas indecenter retinent habitas , quasi suæ ditionis, quippe vestræ non suppositi curationi, postponant, vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est , districte à vobis discuti conuenit, atque inter eos [d] ,ecclesięq; vestrę rusticos causam examinare subtilius. Et quidquid in eis fuerit fraudis inuctum, cum pœna [e] legibus statuta reddere compellantur. De cetero vero cauendum à fraternitate vestra est,ne sæcularibus viris , atque non sub regula nostra degẽtibus , res ecclesiasticæ committantur;sed probatis de vestro officio clericis.In quibus , si quid reperiri poterit prauitatis , vt in subditis [f] , emendare quod illicite gestum fuerit, valeatis : quo γ videlicet apud vos habitus sui officium magis conuenienter administrẽt, quàm accusent [g] .

ß ¶ Atq; fatigationibus.] *In plerisque manuscriptis legitur*, atque ex fatigationibus: *in editionibus epistolarum B. Gregorij*, atq; per hoc & fatigationibus , *in vno autem vetusto earumdem epistolarum codice*, atque per hoc exfugationibus.

γ ¶ Quo videlicet.] *Apud B. Gregorium legitur* , quos apud vos habitus sui magis officium commendet,quàm excuset.

Propinquis etiam , vel fauore sibi coniunctis ecclesiastica officia episcopus committere non audeat.

d ¶ *Subdiacono.*] hic intitulatur 94.dist. in qua magister idem dicit de subdiacono quod dictum erat in superiori cap. de diacono. quòd scilicet etiam legatus Papæ potest esse. Exponit tres §§.& in §. singulis, mutatur materia. In primo dicitur quod dixi. In secundo, quod si quis impedit legatum domini Papæ, excommunicandus est. In tertio, quòd archidiaconus vltra suum statum exigere non debet. Ioan.

Valde.] CASVS. Symmachus intra Siciliam prouinciam comisit vices suas Petro subdiacono.Vnde præcipit Symmachus,vt de eo non dubitent quem ipse præuidit præferendũ,sed eum recipiant.

e ¶ *Omnia.*] ℣.dist.89.singula.contra. Sed dic, omnia quo ad cognitionem causarum,non quo ad dignitates vel officia ecclesiastica,vt ibi.

f ¶ *Præsentes.*] argum. ‖ quòd præsentia non exhibetur per alium. argu. contra. 65.distin.cap.2.

g ¶ *Præcipimus.*] argu.‖ quòd Papa etiam laico causam spiritualem committere potest. 32.dist.§.verum. & §.ad hoc.

h ¶ *Repræsentetur.*] nam idem ipse videtur cognoscere qui dedit iudicem, vt extra de offic. de leg.sane. C. vbi & apud quem restitutio peti debet. l. 3. C.de iudic.l.vlti.

i ¶ *Auctoritas.*] nota,‖ quòd delegatus non habet plus iuris, quàm delegans, siue par sit alias delegatus. arg.ff.de dam. infect. qui bona.§. vlti.siue sit maior.ff.de offic. eius cui man.est iurisd. & si prætor. quandoque tamen habet minus quis si ex delegatione cognoscat, quàm si de iure suo. extra de offic. deleg. super quæstionum. §. si vero. argu.C. de procur. maritus.

k ¶ *Dubitare.*] arg.quòd si Papa ex certa scientia dat iudicem,quòd ille non potest recusari.ff.de offic.præfe.præto.l.vnica.sic ℣.17.q.4.§.qui autem. extra de rerum permut. cum olim. & extra de appell. nouit. Sed contra extra de appel.cum speciali. & cap. postremo. Ioan. Solut. iudex poterit semper recusari iusta causa interueniente b, ‖etiam si esset legatus Papæ,vt extra de officio leg. licet. cum legitimæ. exceptiones cuilibet reseruentur,vt extra de officio deleg. ex parte. B.

LEGATVM. Hæc est secunda pars huius distinctionis, in qua dicitur, quòd nullus debet impedire legatos Romanæ ecclesiæ, & si fecerit, excommunicetur, vt in cap.seq.Ioan.de Fant.

CASVS. Hic est secundus articulus,vbi dicitur, quòd qui impedit legatum Apostolicę sedis,excommunicari debet.

1 ¶ *Patrocinium.*] ‖ergo Sicilia est de patrocinio beati Petri,vt arg.10. q. 3.relatũ. 11.q.1. puenit.

‖ Sicilia est de patrocinio Petri.

ℵ al. exercite

ℵ al. arcendus

Si quis.] CASVS Dicit Alexander in hoc cap. quòd quicumque legatum impedit, nõ vnius, sed multorum pro fectum turbat; & ideo à multis est arguendus, & à liminibus ecclesiæ arcendus donec resipiscat.

m ¶ *Legationem.*] immo qui legatum hostium impedit,tradẽdus est hostibus,vt ff.de leg.l.vlt.

n ¶ *Sed multorum.*] argu. ‖ quòd qui peccat in multos, grauius peccat. extra de testi. sicut. 22.q.5.qui compulsus. sicut qui circa eamdẽ personam multis modis peccat, grauius peccat.23.q. 5. relegentes. Sed numquid qui eum capit, potest ab eo absolui?sic,extra de senten. excom. ad eminentiam. Et no. quòd legatus huiusmodi non potest episcopum deponere,nec mutare de loco ad locum,nec in eius manibus potest episcopus resignare, nisi ad hoc haberet speciale mãdatum. extra de offic.leg.c.quod translationem. argu.ff.de offic. eius cui mand. est iur. l.1. Bart. legebat hoc cap. trusando:si quis impedit legatum,*non auer-*

6 Iuo p.6.c. 123.

cumque impedierit,vsque ad satisfactionem excommunicetur.

Vnde Alexander Papa I. epist. 2. omnibus episcopis 3.

¶ Excommunicetur, qui legatum sedis Apostolicæ impedire contenerit. C. III.

4 SI quis autem legationem β impedit,non vnius,sed multorum n profectum auertit †. Et sicut multis nocet o, ita à multis arguendus est,& bonorum societate priuandus †. Et quia Dei causam impedit p, & statum conturbat ecclesiæ; ideo ab eius liminibus q arceatur r. Ab omnibus itaque † talis est cauendus, & non in communionem fidelium vsque ad satisfactionem recipiendus.

β ¶ Legationem.] *In epistola ipsa, concilio Triburiensi, & apud Burchardum additur,* vestram. *Ea enim legatio videtur significari, qua Apostolos, & episcopos pro Christo fungi docuit beatus Paulus 2.Corinth. c.5.*

3 *Archidiaconus vero, quamuis ex officio suo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, episcopo nuntiare; tamen dominationem super eos exercere, & censum ab eis exigere phibetur.*

Vnde in Cabilonensi concilio, cap.15. legitur.

¶ Archidiaconi super presbyteros parochiales dominationem non exerceant. C. III.

5 DIctum est, quòd in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quãdam exercent dominationem,& ab eis censum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quàm ad rectitudinis s pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apostoli t sententiam, episcopi non debent esse dominantes

5 Iuo par.3.c. 134.

1. Petr.5.

tit profectum vnius tantum, scilicet Cardinalis:sed multorum,id est,familiæ suæ & parentum:& sicut multis nocet ille, scilicet Cardinalis, ita à multis est redarguendus: & ita vsque in finem.

o ¶ *Nocet.*] ergo quicumque aliquid nocumenti sentit, admittitur ad agendum vel accusandum, vt 12.q.2. non liceat.

p ¶ *Impedit.*] nec legatus delegatum impedire debet.extra de offic. leg. studuisti.

q ¶ *Liminibus.*] argu. ‖ in quo quis deliquit, in eo debere puniri. 12.q.2. qui & humanis. 27.q.4. frater. & coepiscopus.

‖ Punitur quis in eo in quo peccat.

ARCHIDIACONVS. Hæc est tertia pars distinctionis, in qua dicitur, quòd archidiaconi non debent facere collectas in subditos; & hoc probatur per cap. seq. Ioan.de Fant.

CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dicitur, quòd archidiaconi non debent grauare clericos auferendo eis pecuniam,& dominationem in eos exercendo,licet quæ corrigenda viderint,debeant ẽpo nuntiare.

Dictum.] CASVS Quidam archidiaconi dominationem exercebant in presbyteros, & parochianos suos, & ab eis censum exigebant: quod etiam episcopis facere non licet, iuxta Apostoli sententiam: ideo prohibetur no archidiaconi de cetero istam cupiditatem exerceant; sed teneant propriam mensuram, & faciant quod episcopi eis præceperint.

r ¶ *Rectitudinis.*] sed numquid de consuetudine præscripta possunt archidiaconi multare? videtur, quòd non: extra de pœn. licet. ‖ Sed dic, quòd bene possunt, ex quo iudicare possunt de consuetudine præscripta c.arg.ff.de iudic.l.2.§.vlti. extra de offic.deleg. ex litteris. Illud ergo exaudi cum pecuniaria pœna non timetur. aliàs si illa magis timetur, imponenda est, 23.q.5. prodest. dum tamen pœna pro eodem peccato non infligatur nisi ter in anno.C.de mo.mul.eos.

‖ Archidiaconi multare possunt.

c Ad hoc extra de electio. dudum 1.& de offic. Archid. c. vlt. Archid.

s ¶ *Apostoli.*] id est,Petri:licet alibi dicatur, quòd nomine Apostoli,

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbique seruandum est; nisi cum locum diaconus habuerit aut propriꝰ patriarchæ, aut sui metropolitani.*

Vnde in sexta Synodo, c.7. legitur.

¶ Diaconus sacerdotibus non præferatur; nisi locum metropolitani sui obtineat. C. XXVI.

quando diaconus vel subdiaconus tenet locum patriarchæ, superior est. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum est, quòd officium diaconorum minus est, quàm officium sacerdotum. quod verum est generaliter, nisi cum diaconus est legatus patriarchæ, vel archiepiscopi, vt seq. cap.

Præcipimus.]

Paulus designatur. 16. q.1. prædicator. 10.q.3. quia cognouimus.

a ¶ *Ex animo.*] id est, ex dilectione, vt non velit dominari.

b ¶ *Iniungitur.*] Videtur ergo, quòd archidiaconus non habeat nisi demandatam iurisdictionem. De hoc notaui.25.dist. perlectis.

‖ Archidiaconus an habeat iurisdictionẽ delegatam.

Vòd autem.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima quæritur vtrum sacerdotes possint chrismare siue confirmare pueros in fronte? & dicas, q̃ non: tamen vult probare per cap. Greg. q̃ possunt. ℣.93. dist. à subdiacono. H. Secunda ibi, *Sed quæritur.* Tertia ibi, *Chrisma.* Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est ℣. q̃ sacerdotes episcopis debent obedire. Nunc in hac 95. dist. dicit Gratianus, quòd hoc non debet ita intelligi quin possint Missam coram episcopo celebrare: sed quia debẽt eis sicut filij obedire. Et primo ponit quamdam contrarietatem: postea soluit eam in §. sed istud. Postea auctoritate Innocentij soluit duas quæstiones, vt ℣. ead. istud. Ad vltimum repetit de dignitate presbyterorum, ostendẽs multa esse eis licita etiam in episcoporum præsentia.

c ¶ *Quòd autem.*] hic intitulatur 95. dist. in qua ponit Gratianus quamdam contrarietatem, & eam soluit [a] postea ponit duas quæstiones, & eas soluit auctoritate Innocentij. Repetit postea de dignitate presbyterorum, ostendens multa licere presbyteris in episcoporum præsentia.

d ¶ *Chrismate.*] ℣. de consec. dist. 5. manus, contra. & cap. nouissime. cõtra. ℣. dist. 21. cleros. contra. Hoc ad tempus propter scandalum fuit concessum: nunc vero antiquatum. vel in primitiua ecclesia presbyteri chrismabant, nunc vero minime. extra de consuetu. quanto. Ioan.

a ℣. eod. cap. presbyteros §. sed istud. Arc.

in clero, sed forma facti gregis ex animo [a]; multo minus facere isti hoc debent; sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram: & quod ab episcopis eis iniungitur [b], hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem, & auaritiam præsumentes.

DISTINCTIO XCV.

Vòd autem [c] *sacerdotes supra iubentur episcopis tamquam subditi obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis, præsentibus episcopis sacra mysteria celebrare (sicut episcopali supercilio quidam ab his volebant presbyteros prohibere:) sed quia presbyteri Pontificibus tamquam filij parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chrismate* [d] *eis tangere conceditur.*

Vnde Gregorius scribit Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epistο. 26. indict. 12.

¶ Vbi episcopi desunt, baptizatos in frontibus presbyteri chrismate tangant.

C. I.

PEruenit quoq; ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, q̃ presbyteros chrismate tangere in fronte eos, qui baptizati [†] sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum vsum veterem ecclesiæ nostrę fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi episcopi desunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos [†] chrismate tangere debeant, concedimus [e].

† *baptizandos* } orig.

PEruenit.] CASVS. Quidam presbyteri pueros in fronte chrismabant. quod cum Grego. prohibuisset, quidam ex hoc scandalizati fuerunt: & ideo propter scandalum remouendum concesit presbyteris, vt in absencia episcoporum chrismarent.

e ¶ *Concedimus.*] hoc expeditum est, q̃ presbyter chrismando si sua auctoritate hoc facit, nihil agit, nec pueri aliquid recipiunt. extra de consuet. quanto. ‖ Sed numquid Papa ei demandare hoc potest? Quidam dicunt, q̃ sic [b], ex quo omnia sacramenta quæ recipit presbyter, ex delegatione Papæ cõferre potest. arg. hic. vnde diaconus potest conferre diaconatum, & confirmare in fronte; sed non potest Papa ei demandare, vt conferat ordinem quem non habet, vel etiam vt conficiat corpus Christi: quia solis presbyteris dictum est: Hoc facite in meam commemorationem. arg. 1.q.1. dictum. hoc* dicit H. Alij dicunt, quòd non potest Papa delegare presbytero, vt chrismet in fronte. vnde isti nihil conferebant. Si obijciatur: quare hoc permisit Grego. illis, cum in hoc videatur eis dare licentiam peccandi? Dicunt quidam, q̃ hoc inuitus permisit ob nimium scandalum: nec dabat eis occasionem malis; quia inuitus hoc concedebat. 35. q. 3. quod scripsit. & 23.q.2. si quod verius. Alij dicunt, q̃ hoc cap. loquitur secundum antiqua tempora. sed hoc nihil est: quia littera huius cap. contradicit, ibi, secundum veterũ vsum. & quia secundum hoc Greg. nihil hic concederet. Sed numquid Papa posset eis concedere, vt chrisma conficerent? H. dicit, quòd non. ‖ Item quæritur, numquid episcopus demandare potest ea, quæ sunt ordinis episcopalis? Sic [c], sed ea non potest demandare nisi episcopo. argum. extra de consecr. eccl. aqua. Ea vero quæ iurisdictionis sunt potest etiã demandare presbytero, sicut & reconciliare. 26.q.6. presbyter. & cap. Aurelius. Sed etiam inter ea quæ iurisdictionis sunt, quædam non possunt demandari nisi eis qui adminiculo ordinis illa exercere possunt,

‖ Papa verum possit delegare simplici sacerdoti, vt in fronte chrismet.

b Illud dictum confirmat extra de consue. quãto. §. 1. ibi, sua temeritate, &c. quasi dicat ibi ex nostra auctoritate bene possent, & sic ibi tacitè dicit Host. *Vide R.Tb. 3.p.q.72. 11. primo. & 4. sent. d.7.q.3. a.3.*

‖ Episcop⁹ demãdat tam ea quę sunt ordinis, quãm ea quæ sunt iurisdictionis.

c Sub. licet ab Apostolis fue-

vt deponere, verberare clericum. Alla sunt quæ etiam laicis demandari possunt: sicut iudicare in causa ciuili. Item dico quòd episcopus nihil habet hodie quod sit meri imperij quod demandari non possit: de quo lex loquitur. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. 1. quia omnia alij episcopo demandare potest: nisi vsum pallij. extra de vsu pallij. ad hoc.

Supra Leo episcopus cõtra [a] *Quæ-quis chorepiscopis, &c.*]

Item Gelasius Papa episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1. cap. 8.

¶ Vltra finita modum presbyteros tendere non prohibemus.

C. II.

PResbyteros vltra suum modũ tendere prohibemus; nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere; non conficiendi chrismatis, nõ consignationis Pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem.

Sed istud [b] *Gregorij pro scandalo sedando semel concessum legitur. Illud autem Leonis Papæ, & Gelasij, vsu approbante, præualuit; nisi forte, vbi aliquorum consuetudo hoc admisit, vt in absentia episcopi, extrema necessitate cogente, ex concessione Gregorij, presbyteri baptizatos in fronte liniũt:*

Prohibitio vero Leonis, & Gelasij in eo casu intelligatur, cum episcopi præsentes sunt, vel cum non cogit vltima necessitas. Oleo vero sanctificato [c] *permittitur eis vngere infirmos. Vnde Iacobus ait* [Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, qui orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei saluabit infirmum.] [2] ¶ *Sed quæritur, an episcopis liceat eodẽ oleo vngere infirmos: vel si impœnitentibus huiusmodi vnctio sit concedenda.*

De his vero ita scribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum episcopum, epist. 1. cap. vlti. 3

¶ Oleo sanctificato non prohibetur episcopus infirmos tangere.

C. III.

ILlud superfluum videmus adiectum, vt de episcopo [a] am-

Modo vult probare contrarium: & inducit cap. supra 68. dist. cap. quamuis. & cap. sequens: cuius casus patet.

Resbyteros.] Soluit Gratianus dicens, quòd illud quod Gregor. concessit supra in cap. 1. huius distin. factum fuit propter scandalum vitandum. & quod dicitur supra in c. quamuis. & cap. presbyteros. est generaliter obseruandum. Ponitur & alia solutio, scilicet vbi consuetudo est, absente episcopo & in necessitate possunt presbyteri hæc facere: & ex concessione Greg. Cap. vero quamuis. & cap. presbyteros. intelliguntur cum episcopi sunt præsentes. sed de iure oleo sanctificato possunt vngere infirmos presbyteri: & hoc probatur auctoritate Iacobi. Sed quæritur an episcopis licet eodem modo vngere infirmos: & an illa vnctio sit impœnitentibus concedenda, quæ quæstiones in proximo cap. soluuntur.

f ¶ *Sed istud.*] Hoc allegando dicit, aliàs consuetudo non iuuaret in hoc, vt extra de consuet, quanto.

g ¶ *Sanctificato.*] quo deficiente admiscetur aliud. extra de consecrat. eccles. vel alta. c. quod in dubijs. ‖ Et est duplex causa quare infirmi inunguntur: scilicet quia venialia delentur: & præstat augmentum virtutibus; arg. de consecr. dist. 5. c. 1. & 2. & extra de sacra vn.

cap. 1. & quia infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali: argu. hic. ‖ Sed quid si quis non habet oleum, & inungit chrismate, tenet vnctio? Videtur quòd sic: quia prope eadem vsia est: quia chrisma non est nisi oleum balsamo admistum. extra de sac. vnct. cap. 1. sicut & tenet emptio cum acetum venditur pro vino: quia est prope eadem vsia, vt ff. de contrahen. empt. l. in venditionibus. sed forte secus: quia non est forte prope eadem vsia. ‖ Item numquid confert hoc sacramẽtum, si quis inungit oleo non consecrato? videtur quòd sic: quia & baptismus conferetur in aqua non consecrata. de consecr. dist. 4. cap. si quis. Alij dicunt contra, nec est simile [c]: quia vis baptismi tota est in verbis: hæc autem vis est in re ipsa: scilicet in oleo. Sed ista ratio calumniam habet. extra de bapt. cap. pen. Sed numquid potest hoc sacramentum iterari? Dicũt quidam quòd non. 1.q.1. quod quidam. de consecr. dist. 4. ostenditur. Si obijciatur de matrimonio, non valet: quia veritate inspecta matrimoniũ non iteratur. 31.q.1. hac ratione. prius enim vnum deletur, q̃ secundum contrahatur. ‖ Alij dicunt, q̃ potest iterari: quia cum quis secundo infirmatur, definit in eo esse istud sacramentum quod prius acceperit*.

SED QVAERITVR. Hæc est secunda pars dist. in qua quæritur, si episcopus potest inungere infirmos; est dicendum quòd sic infra cap. proxi. Ioan. de Fant.

Llud.] CASVS. Quidam episcopus cum legeret in epistola Iacobi, inuenit eum dixisse tantum de presbyteris vt vngant infirmos: quare quæstum est ab Innoc. an episcopus oleo sanctificato infirmos vngere possit. Et respondet quòd sic: & ideo tantum de presbyteris Iacobus fecit mentionem: quia episcopi aliis negotiis impediti non possunt infirmos visitare. Secundo quæsuit, an hæc vnctio sit impœnitentibus concedenda. Et respondet quòd non: quia cui negantur cetera sacramenta, non debet istud concedi.

h ¶ *Vt de episcopo.*] Argu. ‖ quòd licet minori ex officio, multo fortius maiori

a Addeam posse fieri monachus. Bal. in l. qui sub §. item. C. de iure emphy. eccl.

b Si malo mi-ſtrum tur, vt leg. & nor. §. fin. in gloſ. in princ. De hoc etiam not. in cconſtitut. ff. nau. caupalia. l. fi. C. fenorum. Archid.

c Sch. & Deo melior. Hæc dicebant quia credebant ea materia ba-ptismalis eſſe aliquid operis in baptiſmo eſt, & ſacramẽtum. de conſe. diſt. 4. Sacerdos. & ſic non eſſet vnum ſacramentum.

‖ Maiori licet quod licentia-tum.

a De consecr. dist. 4. presbyteri. Butchard. l. 4. cap. 76. Ino p. c. 130. Panor. l. 1. c. 100.

b *Vide notata ℣ dist. 93 col. penult. in gloſ. ad ver. poſſea.*

3 Alcuines de diuinis officiis pag. 94. a Vngunt infirmi propter duas cauſas. 4. Conc. Vienneſe. c. 31. Ino p. c. 131.

tius maiori licere. arg. 33.q.2. historia. 35.q.6 si duo. argu. contra. 88. dist. epiſcopus gubernationem. arg. ſi per contrarium. 8.q.1. ſi ergo.

a ¶ *Dictum.*] à Iacobo, vbi dixit, Infirmatur quis, &c. quamuis in hoc nomine presbyteri possunt intelligi episcopi. Argu. contra distin. 50. placuit. versic. vt manum non imponant.

b ¶ *Chrismate.*] id est, oleo: vel, vt dicunt quidam, episcop⁹ chrismate, ℣ presbytero oleo inungit H.

c ¶ *Non pœnitẽtibus.*] ita cõtinua, vere ei, quem episcopus dignum duxerit ad visitandum, & ita in originali habetur, non pœnitentibus: quod intelligit de solenniter pœnitentibus.

d ¶ *Non potest.*] sic 50. dist. cap. vlti.

e ¶ *Negantur.*] Argu. quòd excommunicatus vel anathematizatus non posit contrahere matrimonium [a]: quod non est verum, vt extra de eo qui du. in matrimonium quã polluit per adult. significasti, in fin. Hug.

e ¶ *Negantur.*] Argu. omnia eiusdem generis eodem iure censeri. arg. ℣. dist. 4. denique. argu. ℣. dist. 2. comperimus. Arg. contra. 50. distin. ſtudeat. arg. dist. 81. ſi quis facerdottum.

CHRISMA. Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, quòd presbyteri debent chrisma à suo episcopo recipere: & episcopi debent honorare presbyteros: quia & ipsi presbyteri sunt: & insimul debent Dei ecclesiã gubernare. Quia autem vnus episcop⁹ est maior, hoc fuit de consuetudine*. & hoc probat per octo capitula. Io. de Fan.

CASVS. Nunc vero dicit, quòd presbyteri debẽt petere chrisma à suis episcopis quolibet anno non per clericum minorem, sed aut per se, aut per sacristam, vt ℣. seq. c. cuius casus idem dicit.

f ¶ *Resbyteri qui.*] ℣. de consecr. dist. 4. presbyteri.

g ¶ *Episcopis.*] Peccant ergo abbates, qui volunt potius hoc accipere ab aliis, quàm à suis: nisi forte priuilegiati sint, vt posſint petere à quibuscumque velint.

h ¶ *Omni anno.*] Hoc exponitur de consecr. dist. 4. omni tempore.

i ¶ *Per illum qui sacrarium tenet.*] id est, per diaconum. 23. dist. non oportet 3. Et nota quòd ex quo rex datur certo nuntio, eius est iam periculo cuius est nuntius, ſi nuntio rem dari voluit: secus ſi misit nuntium b, vt eum admoneret, quòd ei res mitteretur. & hæc colliguntur ff. com. eum qui rem. §. ſi rem. & legibus duabus ſequentibus. & est arg. ff. de solu. ſi quis. & l. ſi soluturus. extra de pign. significante.

Lim.] CASVS. Nunc repetit Gratianus de dignitate presbyterorum. Est ergo casus. Infra ostendit Hieron. in hoc cap. quòd olim idem erat presbyter quod episcopus, & ecclesię regebantur communi eorum consilio. Postea vero cum schisma ortum esset, & vnus diceret, ego sum Pauli; ego sum Cephæ; ego sum Apollo: quasi sum melior te, quia sum baptizatus à meliori: ideo statutum fuit, quòd vnus de presbyteris præsset omnibus, sicut ergo consuetudine presbyteri episcopis subijciuntur, ita episcopi sciant se magis consuetudine, quàm constitutione aliqua præferri: nec sine presbyterorum consensu disponant ecclesias.

k ¶ *Pauli.*] id est, baptizatus baptismo Pauli c.

l ¶ *Tollerentur.*] Et dicit lex, quòd commodius est singulas res singulis nominibus siue appellationibus distingui. instit. quib. mod. test. infir. §. sed quia distinctio nominum differentiam rerum declarat, vt 21. distin. cleros. fic. C. de codi. nec codicillos.

m ¶ *Consuetudine.*] Nihilominus ex institutione, vt ℣. dist. 93. legimus. & ita exaudi quod sequitur, magis consuetudine communi: argu. extra de his quæ fi. à prælat. nouit.

mum epistolæ ad Titum, ad ea verba [*& constituas.*]

¶

2 CLim idem erat presbyter, qui & episcopus. Et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, [Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ] communi presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabantur. Postquam vero vnusquisq; eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi; in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur [†]. *& paulo post.* Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos; ita episcopi nouerint se magis consuetudine [n], quàm dispensationis Dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in commune debere ecclesiam regere.

Idem ad Rusticum Narbonensem episcopũ de septem gradibus ecclesiæ [3].

¶

4 CCe ego dico, præsentibus episcopis suis, atque adstantibus in altari presbyteros posse sacramenta conficere. *& infra.* ¶ Sed quia [o] scriptum est [Presbyteri duplici [p] honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini,] prædicare eos decet, vtile est benedicere [p], congruum confirmare [q], conuenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia [r] Dei sacramenta complere. *& infra.* ¶ Nemo hinc episcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus irascatur in templo, si presbyteri interdum exhortentur

2 Ansel. l. 7. cap. 127. Polycarp. l. 2. tit. 39.

† *Idem ergo est presbyter* } orig.

1. *Cor.* 1.

† *supponeretur* } orig.

† *dispositio-nis* } orig.

3 Inter opera Hiero. tom. 4. vel 9. *al. non licet.*

4 Ansel. l. 7. cap. 128.

1. *Tim.* 5.

‖ Presbyter simplex, an possit benedicere episcopo præsente.

episcopus. Vel intelligas istud quando benedicit priuatim sine solennitate [d], aliàs contra. 21. dist. denique. item contra. 26.q.6. ministrare. Sed & illud similiter intelligitur de solenni benedictione. Vel dic quòd quando cantat Missam præsente episcopo, debet innuere episcopo vt ipse benedicat. & si vult episcopus benedicere, non benedicet presbyter. argum. de consecrat. distinct. 1. cum ad celebrandas. aliter presbyter suo iure potest benedicere. nam eo ipso quòd ei dat potestatem benedicendi, supponitur ei tamquam minor: & potest ab eo benedici: argu. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. est receptum. & ff. ad Trebell. ille à quo. §. tempestiuum. Hug. Vel dic quòd eo ipso, quòd permittit ei Missam celebrare, per consequens omnia quæ sine Missa esse non possunt, vt extra de offic. delega. præterea.

q ¶ *Confirmare.*] in fide. 11.q.3. quòd prædecessor. vel inungere oleo infirmorum, vel chrismate in vertice.

ADDITIO. Prima expositio prævalet secundum H. & hoc patet per id Hierony. quod sequitur, exhortentur. Archid.

r ¶ *Omnia.*] quæ ad eos pertinent. argum. vocabulum generaliter prolatum non omnia particularia comprehendere: argum. contra. 28. distinct. de Syracusanæ [e].

d Sed nec tales benedictiones licet presbyteris dare in præsentia episcoporum siue licentia eorũ, vt in c. hic alleg. 21. distin. denique. secũdum, Hug.

e Adde q̃ concordia huius gloſ. an & quando verbum generaliter prolatum restringatur. gloſ. in l. 1. vnusquisque. C. de sacroſan eccleſ. Bart. in l. 1. 6. hoc autem. ff. de noui oper. nunc.

a ¶ *Benedicere.*] id est, absoluere, vel priuatim reconciliari, non solenniter, vt 26.q.6. cap.1.

b ¶ *Non debet.*] Argu.cui licet plus, licet & minus,vt 16.q.2.cap.1. Sed maius tripliciter dicitur efficacia,vt baptismus,vt 32.dist.§.verum. scilicet quia mortalia tollit & venialia. propter rem subiectam, & sanctitatem, vt corpus Christi,vt hic.auctoritate ministrantium,vt quæ ad episcopos solos pertinẽt, vt j.de consecra.distin.5. manus. & quarto modo propter significationem, vt matrimonium quod significat Christi & ecclesiæ coniunctionem. extra de biga. debitum. quinto propter multitudinem conuersorum. 1. quæst. 1. interrogo.

c ¶ *Nomen.*] Argu.C. de curat. fur. cum aliis. in fin.

d ¶ *Damnum gibbi inferatis.*] id est,remoueatis presbyteros à consecratione & prædicatione, sicut illum qui gibbum habet, vt 8.dist.69. hinc etenim. vel demum gibbi,quia non prædicantibus presbyteris incuruatur populus in delictis, & quasi gibbosus efficitur.

e ¶ *Patrimonij.*]id est, rerum ecclesiæ. 8. 21.dist. in nouo.

2. *Tim.* 3.

f ¶ *Negotiorum.*] id est, causarum,vt 11.q.1.relatum.& 2.q.5.si quis.

g ¶ *Sacerdotum.*] id est,episcoporum. ergo & omnes intererunt concilio metropolitani, vt 18. dist.cap.penult.& vlti.

h ¶ *Error.*] Hic collige quòd ea quæ per errorẽ statuta sunt, ex diuturna vtentium approbatione ius faciunt.Ioan.quod falsum est, cum consuetudo debeat esse rationabilis & præscripta [a], vt extra de consuetu.cap.vlti. nec ista littera contradicit. B. vt ratione multitudinis excusentur à pœna, non à culpa,vt 8.dist.4. denique. quod enim factum est, infectum esse nõ potest.in Auth.de æqua.do. §.1. collat.4.ff.de capt.l. in libello.§.factæ.

1. *Tim.* 4.
a Adde quæ sit consuetudo rationabilis & præscripta in l.de quibus.ff. de legib.
Act. 20.

i ¶ *Vel ad præsens.*] id est, amodo.

Ioan. 13.
Matth. 3.

k ¶ *Quod Romæ.*] scilicet vbi minores exercent sua officia præsentibus maioribus.

l *Sto subiectus.*] IOANNES. Quædam consuetudo pessima erat in quibusdam ecclesiis, scilicet q presbyteri præsentibus episcopis nõ audebant prædicare vel loqui. Sed Hieron. ostendit quòd subditi debent obedire prælato, & prælatus non debet subtrahere subditis debita. & hoc probat quinque rationibus. Prima est ibi, *Scitum est illud.* Secunda ibi.*Quod autem Aaron.* Tertia ibi, *Vnus dominus.* Quarta ibi, *Redemptor.* Quinta ibi, *Sed si aliquid,vt inquit.* Omnia capitula quæ sequuntur vsque ad distinct. plana sunt.

m ¶ *Quasi clericos.*] Hoc est contra supercilium episcoporum ‖ qui subditos appellant filios, cum debeant eos appellare fratres, vt 8. q.1. quid autem. vel socios, vt 10.q.3. cauendum.

‖ Episcopus discat deferentes appellare.

gregibus] vera lectio

plebem, si in ecclesiis prædicent, si plebibus,vt scriptum est, benedicant. Etenim abnuenti mihi ista sic dicam:qui non vult presbyteros facere,quæ iubentur à Deo ; dicat, quis maior est Christo ? aut quid corpori eius, aut sanguini poterit anteponi ? Si presbyter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicit ; benedicere[a] populo non debet[b] qui Christũ etiã meruit consecrare ? *& paulo post.* ¶ Circa[α] laicos,ac mulieres iubẽtibus vobis, ô iniustissimi sacerdotes, presbyter Dei,bñdictionis perdit officiũ,amittit linguę opus,non habet confidentiã prædicandi,truncatus est omni parte virtutũ,solum presbyteri nomen[c] habet, plenitudinem,ac perfectionẽ, quæ cõsecrationi eius competit, non retentat. ¶ Quis hic,rogo, ô sacerdotes, honor vester est, vt damnũ gibbi † inferatis[d] ? Quoniam cum pastoribus per potentiã vestram aufertur Deo digna diligentia,contagiũ quoddã, & calamitas crescit in gregibus : ac Dñici β patrimonij[e] damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesia potẽtari. *& paucis interiectis.* ¶ Presbyteri ab initio, vt legimus, negotiorum[f] iudices esse mandati sunt, presbyteri interesse sacerdotum[g] concilio † : quoniam & ipsi presbyteri vt legimus,episcopi nuncupantur, secundum quod scriptum est ad γ episcopum [Noli negligere gratiam,quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri] & alibi ad maiores natu [Qui vos posuit episcopos regere ecclesiam Dei.] *& infra.* ¶ Sed oderunt hoc sacerdotes superbi in presbyteris nomen, qui nolunt esse hoc, quod Christus, qui discipulorum pedes lauit ; qui baptizatus est à Ioanne, licet baptizandum se Ioannes à Domino proclamaret. Propterea hæc scribo, vt si præteriti temporis error[h] non potest iam reuocari, vel ad præsens[i] in ecclesiis seruetur humilitas, vt presbyteri hoc in ecclesiis suis faciant, quod Romæ[k], siue quod in oriente,quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hispania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias,quod in omnibus locis,vbi humilitas perseueret,quod in cælis fit (quod maius est) vbi sedes Angelorum † legis esse dispositas.

γ ¶ Ecce ego.] *Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de septem gradibus,& additur negatio,*Nec ego dico *tordemur.* Quinta ibi, *Sed si aliquid,vt inquit.* Omnia capitula quæ sequuntur vsque ad distinct. plana sunt.

l ¶ *Quasi clericos.*] Hoc est contra supercilium episcoporum ‖ qui subditos appellant filios, cum debeant eos appellare fratres, vt 8. q.1. quid autem. vel socios, vt 10.q.3. cauendum.

‖ Frõsequitur dicta deferentes appellare.

præsentibus episcopis,atque adstantibus altari, presbyteros posse sacramenta conficere:sed si forte vsus exegerit, vt venientes ad ecclesiam sacerdotes eisdem horis, quibus aut oblatio parata non sit,aut non possit offerri, non debere episcopum repudiare Euchariſtiam presbyterorum, &c.

α ¶ Circa laicos.] *In libello sic legitur*, tamen credendum est summi sacerdotis iudicio,& hoc faciendũ, quod iusserit circa laicos, & mulieres. Iubentibus vobis iniustissime sacerdotibus,non rectè presbyter Dei, benedictionis, &c.

β ¶ Ac Dominici.] *Ibidem est*, ac Deo nostro, non patrimonij sui damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesiis potentari?

γ ¶ Ad episcopum.] *Hoc loco longe plenior est ratio in libello, & pro hac auctoritate Apostoli ad Timotheum,multa alia afferuntur.*

Item ad Nepotianum, epist.2.

¶ Episcopi, & clerici inuicem sibi honorem exhibeant. C. VII.

1 ESto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parẽtem suscipe. *& paulo post.* ¶ Sed episcopi sacerdotes se esse nouerint,non dominos,honorent clericos quasi clericos[l], vt & ipsis à clericis, quasi episcopis honor deferatur[m]. ¶ Scitũ est[n] illud oratoris Domitij,Cur ego te inquit, habeã vt principẽ[o], cum tu me p no.1 habeas vt senatorem? ¶ Quod Aaron & filios eius, hoc episcopum,& presbyteros esse nouerimus. ¶ Vnus Dominus, vnũ templum ; vnum sit etiam ministerium. ¶ Recordemur semper,quid Apostolus Petrus præcipiat sacerdotibus [Pascite eum, qui in vobis est gregem Domini, prouidentes non coacti, sed spontanee, secundum Deum ; neque vt turpis lucri gratia, sed voluntarie ; neque vt dominantes in clerum, sed forma facti gregi † ex animo,vt cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcescibilẽ gloriæ coronam.] ¶ Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbyteros,& præsentibus episcopis non loqui:quasi aut inuideãt[q], aut non dignẽtur audire. [Et si alij, inquit Apostolus Paulus, fuerit reuelatum[r] sedenti[s], prior taceat[t]] *& paulo post.* ¶ [Gloria patris est filius sapiens.] Gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales Christo clegerit sacerdotes.

1. *Petri* 5.

‖ Episcopi ligerates secus habeant.

† *al.*grege

Item ex concilio Laodicensi, c.56.

¶ Presbyteri episcopos non præcedant, sed comitentur,vel subsequantur. C. VIII.

NOn oportet[v] presbyteros ante ingressum episcopi ingredi,& sedere[x] in tribunalibus[y], sed cum episcopo ingredi ; nisi forte aut ægrotet episcopus, aut in *d* peregrinationis[z] commodo cum abesse constiterit.

1. *Cor.* 14.

Prouer. 10. & 13.

z EPiscopus.] ¶ *Non patiatur.*] ita q non liceat ei sedere : nisi presbyter assumeret sibi officiũ stãdi.C.de postu.q.quis.§.vlt.

b EPiscopus.] ¶ *Collegam se.*] ita tamen quòd non contemnatur.ff.de officio prætor. obseruandum. Ioan.

c PResbyter.] ¶ *Non signet.*] in vertice:quia in fronte non potest etiam auctoritate episcopi,vt de consecr.dist.4.presbyteri.

Illud autẽ.] In hac distin. probatur, q cõstitutiones laicorũ non præiudicant ecclesiis: quia nihil iuris laicis de rebus ecclesiasticis concessum est, nisi sola defensio:& hoc probat per 12. auctor. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in dist. 79. posuit Gratia.constitutionem Honorij latam super electione Romani Pontificis. sed ne aliquis crederet,quòd laicis esset attributa potestas disponẽdi aliquid de rebus ecclesiæ, & faciendi constitutionẽ super ipsis : ideo Gratianus nunc dicit, q illa cõstitutio nullius fuit momenti:cum à laico facta fuerit:quia non habet potestatem aliquid disponendi de rebus ecclesiæ: quare constitutio Basilij nihil valebat, vt j.ea.c.1. bene tamen dicit, quòd constitutio Honorij facta fuit auctoritate Papæ: ideo valuit.

1 hoc par. 5.c. fin.

d ¶ *Illud autem.*] Hic depingitur 96. dist. magister posuit constitutionem Honorij Augusti latam super electione Romani Pontificis.79.dist. si duo. Sed ne viderentur laici habere potestatem constituendi vel disponendi de rebus ecclesiæ ; ideo reducit hic illã constitutionem ad memoriã, ‖ vt ostendat quod laicus non habet potestatẽ suo iure constituendi aliquid de rebus ecclesiæ. bene tamẽ possunt laici rogati conciliis interesse, & de rebus ecclesiasticis constituere; non tamen vt valeat eorum constitutio,quia ipsi constituerũt: sed quia ratum habet ecclesia, vt dicit Gratianus j. dist.proxi.§.1. &c.

3 In capitul. Martini Brac. cit. de consecr.dist.4. omni tempore.Martini Brac.56.

Ene quidem. CASVS. Symmachus Papa ægrotans cum de salute corporis desperaret,timens schisma posse contingere post mortem suam, iniunxit Basilio, vt interesset electioni successoris post mortem suã propter schismæ remouendum. tempore procedente quidam episcopi tractabant de electione successoris Symmacho adhuc viuente. quo audito Basilius congregauit concilium, & fecit constitutionem ne liceret electionem Papæ fieri sine eius præsentia ; nec liceret Papæ alienare res

4 dist.69.c. 1 dist.

e ¶ In peregrinationis cõmodo.] *Sic prisca versio:sed Dionysius longe propius ad verba Græca*, nisi forsitan infirmitate detineatur, aut proficiscatur episcopus. ἀλλὰ ἐν μὴ ἀναμαλοῖη, ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος.

Item ex concilio Carthaginensi 4. cap.34.

¶ Episcopus non dominum, sed collegam se presbyterorum cognoscat. C. IX.

EPiscopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur[a].

Item ex eodem, cap.35.

¶ De eodem. C. X.

1 EPiscopus in ecclesia, & in consessu presbyterorũ sublimior sedeat.Intra domum vero collegam se[b] presbyterorum esse cognoscat.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Sine præcepto episcopi presbyter non signet infantes.

2 PResbyter præsente episcopo non signet[c] infantes,nisi ab episcopo fuerit illi præceptũ.

[Item ex concilio Neocæsariensi α, cap.13.]

¶ De eodem. C. XII.

PALEA

3 PResbyter ruris,in ecclesia † ciuitatis, episcopo præsente, vel presbyteris ipsius vrbis, offerre non possunt, nec panem sacrificatum β dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint,& ad γ dandam orationem vocentur soli, dare debebunt.

3 Ancyr. l. 7. cap.188. Basil.c.44. Ioa p.2. c.53. ὑγιὴς κεφαλὴ

α ¶ Neocæsarienses.] *Antea citabatur ex Genuensi. Restituta est inscriptio ex ceteris collectoribus. Est autem hæc fere Dionysij versio.*

β ¶ Sacrificatum.] *Alibi vbique legitur*, sanctificatum,*Græce est in concilio impresso.* ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ : *Sed apud Balsamonem* ἄρτον εὐχῆς. *Id est*, panem mysticæ precationis.

γ ¶ Ad dandam orationem.] καὶ ἐὰς εὐχὰς κλαθῆναι μόνον, διδόασιν: *Id est*, & solus ad mysticam precationem vocatus fuerit, dat.

DISTINCTIO XCVI.

4 *ILlud autem d Honorij Augusti,quod de electione Summi Pontificis supra constituisse legitur,nullius esse momenti probatur : cum non solum de ordinibus, sed nec etiam de rebus ecclesiasticis legatur aliquando laicis attributa disponendi facultas. Vnde quæcumque à Principibus in ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus decreta inueniuntur, nullius auctoritatis esse monstrantur.*

Vnde Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit 5.

¶ De rebus ecclesiasticis disponendis, laicis nulla facultas relinquitur. C. I.

SEne e quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij, quæ erant statuenda, definiuit ; & ad iustitiæ cumulum peruenit,dum sufficienter vniuersa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo[f], maxime g de clericis, quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere, *& paulo post.* ¶ Quorum excessus enarrare difficile est : vnum tamen, quod occurrit,venerando ordini vestro intimare nõ differo. Dixerunt inter alia,scripturam quamdam illustris memoriæ h Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substantiæ,conscripsisse ; in qua nullus Romanæ ecclesiæ,nec interfuit,nec subscripsit i antistes, per quem potuisset fortiri legitimam firmitatẽ. Ne vero ego inde disputem k, vnde † potest vestrum iudicare concilium ; requiratur, & deferatur in medium, vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substantiam. ¶ Sancta synodus l respondit, deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret, Hormisda diaconus recitauit. [6 Cum α in † Mausoleo m, quod est apud beatum Petrum Apostolum, resideret † sublimis, & eminentissimus vir præfectus prætorio, atque patritius, agẽs etiam vices præcellentissimi Regis Odoacris Basilius, dixit 7. Quamquam studij vestri † , & religionis interfit, vt in episcopatus electione n concordia principaliter seruetur ecclesiæ : ne tamen † per occasionem seditionis,status ciuitatis † vocetur in dubium,admonitione beatissimi viri Papæ nostri Symmachi 8 Simplicij, quam ante oculos semper habere debemus,hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum,vt propter illum strepitum, & venerabilis ecclesiæ detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione, cuiuslibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Cresconius episcopus ciuitatis Tudertinæ ecclesiæ , surgens è consessu dixit. [Hic perpendat sancta synodus, vti † prætermissis † personis religiosis, quibus maxime curæ est de tanto Pontifice, electionem laici in suam redegerint potestatem: quod contra canones esse manifestum est.] ¶ Item Hormisda dia-

‖ Basilij à Symmacho rogatus interfuit electiõi Papæ.

e ¶ *Bene.*]Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne in electione sui successoris propter strepitus hæreticorum schismæ interueniret. rogauit Patritium Basilium, qui gerebat vices Odoacris regis,quòd ipse interesset in electione sui successoris.Basilius statim Symmacho viuẽte fecit quamdam constitutionem , scilicet quòd fine eius consultatione nõ fieret electio summi Pontificis. Præterea,quòd nõ liceret alicui prædiũ ipsius ecclesiæ alienare:q constitutio retractãt hic; tum quia ibi quædã constituta sunt quæ à laico non possunt constitui : tum quia res esset mali exempli. 63. distinct. §. verum.

† *sed vt possis*] orig.

f ¶ *Plenitudo.*] j. 6.q. 1. si omnia.

g ¶ *Maxime.*] bene dif finiuit, supple.

h ¶ *Memoriæ.*] ergo iam decesserat Basilius tempore huius synodi.

i ¶ *Vel subscripsit.*] ar. in contractibus rerum ecclesiasticarum non sufficere consensum clerico rum : nec in alienationibus, nisi specialiter subscribant a, argu.10.quæst. 2.casellas.12.quæst.2. abbatibus. & cap. fine exceptione.

6 *Ibid. c. 2.*
‖ *in vnum apud beatum*] orig.
‖ Cõsensus clericorum non sufficit in contractibus rerũ ecclesiasticarum.

k ¶ *Inde disputem.*]nõ est disputãdum de eo, de quo statim constare potest.si ergo vxor petat sibi virum restitui, & vir paratus est incontinenti probare consanguinitatem, non est audienda.ff. vt in possessione lega.si is à quo. argum. contra extra de restit.spol. cap. litteras.

l ¶ *Synodus.*] verba notariij.

m ¶ *In Mausoleo.*]ver ba sunt scriptoris.‖Mausoleum proprie est sepulchrum principis.Et dicitur à Mausoleo Rege, cui vxor Arthemisia pudicitiæ insignis construxit sepulchrum miræ pulchritudinis. Vnde & alia sepulchra sic sunt appellata.

resedisset, sublimis orig.
a De hoc no. 100.dist.optatũ. ibi videas. Item adde in quibus casibus requiratur sub scriptio.no.8. in l diuus.§.scnat'.ff. de fal. 7. Verba Basilij.

n ¶ *Electione.*] non tamen , vt aliquid inde constituere, & ita excessisti finem mandati Basili.

nostri] orig.
al. ne per
al. ciuilitatis
al. tamẽ admonitione
8 Abest-licẽtio [Symmachi] ab orig. sed auctor cassus, & glossæ habuit.
‖ Mausoleum quid sit.

al. vtrum praetermissas per omnes religiosas] codex can.

a ¶ *Ac ne confusionis.*] profectũ legis,& continuantur verba sic, non celebretur de electione Papæ,&c. ac ne.
b ¶ *Nihil debuisset.*] hoc dicit propter quosdam,qui viuente priore Symmacho tentauerunt alium eligere, vt distin. 79. si quis Papa. & cap. nullus. Ioan.
c ¶ *Præferẽtes.*] id est, primo statuentes.
d ¶ *Rusticum.*] ‖ quid sit rusticum prædium, & quid sit vrbanum prædium,habem⁹ ff.de seru. rust.prɔed. & ff.de ser.vrb. præd. per totum.
e ¶ *Titulis.*] siue donationis, siue emptionis.
f ¶ *Maximus.*] sic & iurisperiti dicũt quid sentiant.ff.de his quæ in testam.delen.l.proxime.
g ¶ *Laico.*] ‖ non licuit laico iure suo, sed ex delegatione Papæ bene: argu.32.dist.§.verum. 10. q. 3. cap.vlti. Sed vtrum episcop⁹ laico posit hoc committere, iam dicem⁹ J.ead. cap. quòd non. Mamen dicit contra: quia mucro est episcopo nec presbyter hoc potest.
h ¶ *Munitum.*] nam si quis emit rem ecclesiæ, vel aliam rem in casu illicito,non potest prescribere. Nam dicit lex, q̃ non est dubiũ eum malæ fidei possessorẽ, qui contra legum interdicta mercatur. C.de agricolis, & censi. lib.11. quemadmodum.nam nec iuris ignorantia potest eum excusare. ff. de iuris & facti ignorantia.l.iuris. & hoc benigne statuerat: secus tamen est de iure; ‖ quia bene præscribit laicus rẽ ecclesiæ cum fructibus etiam percipiendis, si sit malæ fidei possessor. de restit.spol.grauis.

ADDITIO. Ad hoc extra de præscrip. ad audictiam. iuxta finem. Super hoc videas quæstionem B. quæ incipit, esto q̃ res ecclesiastica,&c. & quod no.J.16.q.3.vniuersas.in gl. non dicit.Arch.
i ¶ *Perlegatur.*] ff. de legi. & senatusconsult. l. inciuile.
k ¶ *Heredes.*] turpia enim lucra ab heredibus sunt extorquenda. extra de vsuris,tua.ff.de calum. in heredem. Sed & alienator posset conueniri,vt not.12.q.2.monemus.
l ¶ *Reliquerit.*] in morte. relinquendi namque verbum,&c.ff.de tabulis exhib.l.1.§.vlti.ª
m ¶ *Vendqntur.*] argu. C.de admi.tut.lex.
n ¶ *Proficiant.*] hic terminatur lex ipsa.
o ¶ *Mediolanenſis.*] argu.Mediolanẽsis prærogatiuam sedis habere ante Rauennatem, cum ante eum responderet, sicut in alia synodo ante eum scripsisse legitur. J. dist.17.§.hinc. & §. illud igitur. G.tamẽ aliter hoc soluit.dist.17.§.illud.

conus legit. [1 Nam & cũ quid confusionis ᵗ ,atque dispendij venerabilis ecclesia sustineret,miramur, p̃ termissis nobis,quidquã de rebus ecclesiæ fuisse tentatũ,cum etiã sacerdote nostro supstite nihil sine nobis debuisset ᵘ assumi.Quare si amplitudini vestrę † vel sanctitati placet, incolumia omnia quæ ad futuri antistitis electionẽ respiciũt, religiosa veneratione seruemus, hãc legẽ specialiter præferẽtes ᶜ, quã nobis, heredibusq; nostris, Christianę mẽtis deuotione sancim⁹:ne vmquam prædiũ,seu rusticum ᵈ ,seu vrbanũ, vel ornamenta,aut ministeria ecclesiarũ,quæ nũc sunt,vel quæ ex quibuslibet titulis ᵉ ad ecclesiarũ iura peruenerint, ab eo, qui nũc antistes sub electione cõmuni fuerit ordinãdus,& illis, q̃ futuris sæculis sequentur,quocumq; titulo,atque cõmento alienari liceat.Si quis vero aliqd eorũ alienare voluerit; inefficax,atque irritum iudicetur; sitque facienti,vel consentienti, accipientique anathema.] Maximus ᶠ episcopus Bleranæ ecclesiæ dixit,[Modo sancta synodus dignetur edicere; si licuit laico ᵍ homini anathema in ordinem ecclesiasticum dictare: aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere,& cõtra canones, quod ei nõ competebat, constituere. Dicite, vobis quid videtur? Deme licuit laico legem dare?] Sancta synodus dixit,Non licuit;& adiecit,lege sequentia. ¶ [2 Hormisda diaconus legit. [Et is, qui prædiũ rusticum, vel vrbanum iuris ecclesiastici fuerit consecutus,nouerit se nulla lege, vel præscriptione munitum ʰ ; sed siue is, qui alienauerit, siue qui eum † sequetur,voluntate contraria prædium huiusmodi alienatum reuocare β voluerit, id cum fructibus restituat, quos † illic fuerit consecutus. ¶ Hæc cum legeret; Stephanus episcopus Venusinæ ecclesiæ surgens è consessu dixit, perlegatur ⁱ, Hormisda diaconus legit.[3 Quaᵞ pœna placuit accipientis etiam heredes ᵏ afficere. In quà re cuilibet clericorũ contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim,& sacrilegij instar, vt quę vel pro salute,vel pro requie animarum suarum † vnusquisque venerabili ecclesiæ, pauperum causa,contulerit,aut certe reliquerit ˡ, ab his quos hæc maxime seruare conuenerat, in alterum † transferantur. Plane quæcumq; in gẽmis, vel auro,atque argento, necnon & vestibus minº apta vsibus,vel ornatui videbunt ecclesiæ,quæ seruari, ac diu manere nõ possunt,sub iusta æstimatione vendantur ᵐ , & erogationi † religiosæ proficiant ⁿ .]

¶ Cumq; lecta fuisset; Laurentius epʃ Mediolanensis ᵒ ecclesiæ dixit [Ista scriptura nullũ Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificẽ:quia nõ licuit laicos statuẽdi in ecclesia, p̃ter Romanũ ᵖ Pontificem,habere aliquam potestatẽ:quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi ᑫ:maxime cum nec Papa Romanus subscripserit,nec alicuius secundum canones metropolitani legatur ʳ assensus.]¶ Petrus episcopus Rauennatis ecclesiæ dixit [Scripturam,quæ in nostra cõgregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est; quia nec canonibus ˢ conuenit, & à laica persona concepta videtur: maxime quia in ea nullus præsul sedis Apostolicæ interfuisse, vel propria subscriptione firmasse mon ſtratur.] ¶ Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit [Scripturam,quę in sacerdotali concilio recitata est,euidentissimis documentis constat esse inualidam.Primum, quòd contra Patrum regulas à laicis,quãuis religiosis ᵗ (quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vmquam attributa facultas)facta videtur:deinde quòd nullius præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata dꝛ cetur ⁴.Quòd si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intra terminos suos concilio habito, quidquid sine metropolitani sui auctoritate tentauerint,irritum esse debere ᵛ sancti Patres sanxerunt;quanto magis,quod in Apostolica sede,non † existente præsule (qui merito † ˣ beati Petri Apostoli per vniuersum orbem primatum ʸ obtinẽs sacerdotij,statutis synodalibus consueuit tribuere ᶻ firmitatem) à laicis (licet consentientibus aliquantis episcopis,q̃ tamen Pontifici à quo consecrati probantur,præiudicium inferre nõ potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur,viribus carere ᵃ non dubiũ est, nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta censeri.] ¶ Sancta synodus dixit.Licet † secũdum ꝓsecutionem venerabiliũ fratrũ nostrorũ,Laurentij, Petri,Eulalij,Cresconij,Maximi,vel Stephani ᵇ ,nec apud nos incertũ habeᵗ hanc ipsam scripturã nullius esse momenti; verumtñ etiã si aliqua posset ratione ᶜ

a ¶ *Actione.*]

p ¶ *Præter Romanum.*] id est, Papæ auctoritatẽ, & consensum eius. Sed contra.16.q.vlt.in nona actione. Sed ibi non prohibetur,quòd episcopus laico non possit committere officium ad tempus; sed ne iurisdictionem largiatur ei in perpetuũ.] Et est argumentum,Papam quamlibet causam ecclesiasticam committere posse laico:arg.23.dist.mulier. & 94.dist.valde.5.q.3.qui episcopus.contra 79.dist. si duo.J.eod.denique.cõtra. Intelligendum est nõ sua auctoritate ‖ Sed nũquid auctoritate episcopi potest laicus aliquid constituere in ecclesia? videtur, quòd prædicare potest inuitatus à clericis.23. dist. mulier. argu. extra de foro competen. nullus iudicum.Dic cum Hug. quòd non potest ex delegatione episcopi causas spirituales tractare, nec excommunicare.vnde nihil faciunt qui per pueros excommunicant & per seruiẽtes. Causam autem ciuilem laicis episcopus committere potest, & ita intellige prædictam decretalem, in nona. Et quod dicitur de p̃dicatione, speciale est. Quid ergo dices de templariis? nonne ipsi possunt excommunicare fratrem suum? Dici potest, quòd sic; quia ipsi non sunt laici arg. 12.q.1.duo. Credo quòd nõ possunt, nisi sint presbyteri. extra de senten. excommunic. canonica.
q ¶ *Imperandi.*] J.16. q.vlti. non placuit.
r ¶ *Legatur.*] verũ est, quòd nõ legitur assensus metropolitanorũ secundum canones,id est, legitimus : bene tamen legitur consensus episcoporum. argumen.J.eod.cap. 1. Illa autem determinatio quæ præcedit, secundum canones,soluit contra.
s ¶ *Nec canonibus.*] coniunctim accipe hæc duo diuisa.
t ¶ *Religiosis.*] J.16.q. vlti. laicis.
v ¶ *Debere.*] J. 9. q. 3. cap.2.
x ¶ *Qui merito.*] J. 40.dist.non vos.
y ¶ *Primatum.*] J. 9. quæst. 3. nemo. & cap. antiquis.
z ¶ *Tribuere.*] J. dist. 16.cap.1. & 2.
a ¶ *Carere.*] J. dist. 21. in tantum.
ex parte. Io. Tan. & quidam alij dicunt, q in iudice delegato nõ sufficit probare amissionem rescripti, nisi ostendat authenticũ, vt extra de offi. deleg. cũ in iure. 25. q. 2. sancimus. & extra de fide instr. c. 1. Ita notat T. super illa decre. cum olim. Sed pone, q partes viderũt & approbauerũt rescriptum, & postea redactum fuit in publicam formã per tabellionẽ: nũquid amisso postea rescripto iudex procedere poterit? Satis credo q sic. Ioan. vt notaui in quæstionibus c meis. B. Sed cũ hic indistincte dicat, q litteræ debeãt esse signatæ, ‖ videtur à quocũque fint signatæ, q sufficiat ad hoc vt scriptura dicatur authẽtica, vt extra de appel. personas, & extra de fideiuss. peruenit. Nam & episcopus sigillat sigillo ecclesiæ suæ, vt 73. dist. in nomine Domini. in fi. item & alieno annulo potest quis signare testamentum, vt instit. de test. §. possunt autem. Item & alienũ sigillum d etiam non iudicis sui fidem facit, vt infra dist. prox. cap. 1. & 2. Sed dic, q alienum sigillum facit fidẽ, si non habetur pro priũ: aliàs non, vt extra de appel. significauit. & 65. dist. episcopus. Item litteræ nõ dicũtur signatæ si legi nõ possunt characteres, vt extra de fide instr. inter. & ff. de testa. ad testium. §. si signa. & §. signum. Item si filum ruptum, sit non dicuntur signatæ, vt extra de crimi. fal. c. licet. Si autẽ filum ex toto non est fractum, bene dicuntur signatæ, vt ff. de bo. poss. secundum tabu. l. 1. §. si linum. extra de fide instr. sicut.

i ¶ *Nihilominus.*] Ergo & Cardinali qui bene notus est in aliqua prouincia, credendum esset sine litteris: maxime cũ non contingat Cardinalẽ vmquam abesse nisi legationis causa. Ioan.

k ¶ *Credidimus.*] Arg. ‖ q interdũ voci & assertioni vnius credendũsti, si persona sit honesta & authentica e; arg. 8. q. 3. c. 1. Argu. contra. 9. dist. ego solis. sic conuerso ex persona proferentis instrumentum, minus creditur instrumẽto, vt ff. de eden. si quis. §. 1. sic si malus aliquid dicat, non facile ei creditur, vt 24. q. 1. quisquis. Argu. contra. 19. dist. secundum.

Væ circa ordinandos.] CASVS. Egit. s. Gra. diligenter de ordinatione & electio ne clericorum: sed quia per mutationem locorũ veritas occultatur: ideo in hac dist. 98. ostenditur vt clerici peregrini

¶ Nisi quinque episcoporũ litteris designatum tranſmarinum hominem ad clericatum nullus ſuſcipiat. C. I.

NVllus aliqua ratione transmarinum hominem penes vos † in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque b [aut † eo amplius] episcoporum delignatus sit chirographis.

Item Anastasius I. vrbis Romæ episcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ episcopos, epist. 1. c. 2.

¶ De eodem. C. II.

TRansmarinos c homines in clericatus honorem † nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum chirographis d sint designati: quia multa per subreptionẽ e solent euenire.

Itẽ Gregorius Romanæ Ecclesiæ præsul Squillatino episcopo, lib. 2. ep. 25.

¶ De eodem. C. III.

AFros † pasim, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias g: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus cõstituti fortiores a h de se prætendisse honores sæpe probati sunt.

a ¶ Fortiores.] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobeniana, ac Lugdunensi eiusdem B. Gregorij operum editione*, ad fortiores prætendisse honores.

Item ex concilio Eliberitano, c. 24.

¶ Non sunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. C. IIII.

OMnes i qui peregre † fuerint baptizati, eo quòd eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouinciis.

DISTINCTIO XCIX.

Primatibus k autẽ (quorum supra mẽtionem fecimus) quæritur, quę gra-

prouincia sine *litteris* episcoporum suorum.

Nullus.] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus episcopus debet recipere clericum tranſmarinum in sua ecclesia, nisi habuerit litteras sigillatas quinque episcoporũ, vel eo amplius fuerit cõmendatus: quia multa per subreptionem solent euenire. Idem dicitur in seq. cap.

a ¶ *Nullus aliquę.*] Ista cap. introducta sunt ad cautelam: vel leguntur de primitiua ecclesia: & sic secus hodie.

b ¶ *Nisi quinque.*] Cõtra 71. distin. cap. 2. Sed hæc capitula loquuntur, quando ita remoti sunt, quod sigilla episcoporũ & etiã loca ignota sunt: illud quando episcopus propinquus est, & eius sigillum bene cognoscitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tuæ. Sed pone quòd non habet litteras: est ne recipiendus si probet per testes? ita. extra de cleri. pereg. c. vlt. ‖ Nam magis credendum est viuæ voci, quàm mortuæ. in auten. de fide instrum. §. si vero. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locum hoc capitulum propter multitudinẽ hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ. euacuat opinionem istam. Sed certe non videtur recipiendus, & si mille sigilla haberet ignota: quia non plus fidei præstant mille ignota, quàm vnum ignotum. præterea in testamento ita inuenis quòd cum signa sunt ignota, connocantur omnes illi, quorum dicuntur sigilla, vt sciatur an recognoscant sua signa, vt ff. quẽadmodũ testamenta aperiantur. cum ab initio. ‖ ex hoc concedo, quòd nisi aliqualis habeatur notitia de sigillis, & de illis remotis ecclesiis, q non sit eis credendum, & si mille sint: arg. extra de fide instru. cap. quod super his.

c ¶ *Ranſmarinos.*] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui sigilla repræsentat ignota. Ioan. a

d ¶ *Chirographis.*] id est, litteris, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate sua.

e ¶ *Per subreptionem.*] sicut extra de procur. cap. 1. & 3. q. 3. inducię.

Fros.] CASVS. Præcipit Grego. in hoc c. episcopo Squillatino, vt afros & peregrinos clericos ad ordines non suscipiat: quia quidam eorum sunt hæretici: quidam sunt rebaptizati: quidam vero sunt peregrini: & ordines quos non habent, se mentiũtur habere.

f ¶ *Afros.*] Ratione prouinciæ præsumitur contra aliquem. arg. 24. distin. quando. ff. de ædili. edi. cap. q si nolit. §. qui mancipia. b.

g ¶ *Suscipiat.*] vt efficient populum. aliàs bene: extra de cle. pereg. cap. pe.

h ¶ *Fortiores.*] Hæc est vna ratio, quare non admittuntur. aliæ assignantur 19. quæst. 2. duæ.

Omnes.] CASVS. In hoc cap. statuitur, vt illi qui in peregrinatione sunt baptizati, non promoueantur: quia eorum vita est incognita, & possunt esse irregulares.

i ¶ *Omnes.*] Hoc cap. loquitur de adultis ‖ Sed nonne baptismus tollit omnem peccati maculam? Vtique, sic j. de pœn. dist. vlt. cap. vlt. hoc ergo ideo quia forte isti bigami vel aliàs irregulares sunt, quia ante baptismum forte fuerunt bigami.

Primatibus.] Hæc distin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quòd vbi erant primates gentilium olim: ibi sunt modo primates, id est, patriarchæ, qui idem habent officium, licet nomina sint diuersa. Secunda ibi, *Nulli archiepiscopi.* Tertia ibi, *Vniuersalis.* Ioan. de Fant.

CASVS. Quia supra in 80. distin. c. 1. Gratianus fecerat mentionem de primatibus & patriarchis, nec assignauerat differentiam inter eos; ideo supponit hanc 99. distinct. in qua ostendit, quòd primates & patriarchæ quo ad officia non differunt, sed quo ad vocabula, ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellant episcopi. Ostendit etiã q archiepi debent primatibus obedire in his, quę iuste fuerint imperata.

k ¶ *De primatibus.*] Fecerat Gratianus 5. in dist. 80. mentionẽ de primatib⁹ & patriarchis: sed ne quis crederet, ppter nominum diuersitatem aliquam esse realem differentiam; ideo ostendit in hac dist. differentiam esse tantum in nomine. Ostendit etiam de reuerentia quam debent archiepiscopi suis primatibus. Ostendit etam quòd nec Romanus Pontifex debet vniuersalis appellari.

4 Iuo p. 5. c. 5. Panor. l. 4. c. 13.

P *Rouinciæ.*] CASVS. Quæsitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates instituendi sint: & an archiepiscopi eis debeant obedire. Et respondet quòd leges ecclesiasticæ iusserunt poni primates vel patriarchas, qui eamdem formam tenent (licet diuersa sint vocabula) in capitibus prouinciarum, vbi olim erant primates paganorum: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellatur. In aliis vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiscopi residere, qui debent prædictis primatibus obedire, nec debent nominari primates, sed archiepiscopi vel metropolitani.

al. leges

al. nostris.

l ¶ *Ante Christi aduentum.*] ‖ Ergo ante tẽpus Gelasij & Dionysij distinctæ erant prouinciæ. vnde reprobatur quædam solutio, quæ ponitur 10. quæst. 3. nec numerus. q

‖ Prouinciæ quo tempore fuerũt distinctæ.
al. maiorum consensu

scilicet tunc non erant prouinciæ limitatæ. Sed dic q prouinciæ fuerunt diuisæ, vt hic, sed diœceses non nisi à tempore Dionisij. 13. q. 1. c. 1. Vel solue per illam litteram, maxima ex parte: quasi dicat, non omnes.

m ¶ *Quibus permissum.*] q via modica erat summa. 2. q. 6. anteriorum. §. illud.

n ¶ *Non erat.*] vt clericis, qui in causis ecclesiasticis non possunt appellare ad principem, vt j. 11. q. 1. placuit.

o ¶ *Quoties.*] id est, bis ante sententiam: vel post sententiã secundum canones. Et no. q dicit, quoties, secundum leges. ‖ sed tamen non licet secundum leges appellare ad principem nisi in casu ante sententiam. & ita est arg. ad expositionem illius 2. q. 6. omnis oppressus.

‖ Appellare ante sententiam secundum leges non licet
c Adde quod sit comitatus, & in quo differt a ciuitate, dubitatur vel territorio text. in l. 1. C. quando impe. inter pu. & vi lu.
‖ Metropolitani iurisdictio.
‖ primatis iurisdictio.

p ¶ *Ipsis.*] repetit quòd dixerat.

q ¶ *Formam.*] Argu. C. de codic. si idem. contra. quia diuersitas nominum debet designare diuersitatem rerum, vt 21. dist. cleros.

r ¶ *Comitibus.*] id est, comitantibus vel sequentibus eos. vel comitatibus, id est. epis. Comitatus enim dicitur c districtus alicuius ciuitatis, vbi est episcopus. Vel hoc vult notare, q archiepũs maiorẽ habet potestatem in prouincia & iurisdictionẽ quàm primas. ‖ nã metropolitanus est iudex ordinarius omnium episcoporum prouinciæ: ‖ primas tantum archiepiscopi, vnde secundum hoc maior est patriarchis.

r ¶ *Comitibus.*] i. propter comites & ppter episcopos suffraganeos.

a ¶ No

a *Nomine.* Iargu. ex nominibus semper res nominum, id est res significatas per nomina debere attendi.

Vlli archiepiscopi.] Quæsitum fuit ab Aniceto Papa, vtrum archiepiscopi sint appellandi primates vel patriarchæ. Et respondet quòd non, nisi multitudo populorum intantum excrescat, vt de archiepiscopo fiat patriarcha.

b *Vocentur.*] C. de lib. cau. iubemus. C. de proba. nec epistolis.

c *Qui primas.*] sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. ℨ. 21. dist. cleros. Quid de Veneto? dic ergo qđ est primas respectu inferiorũ. extra de priuile. cap. antiqua.

d *Ad fidem conuertatur.*] ‖ Nam & apes accrescentes. 7. quæst. 1. in apibus. de consecr. distin. 5. numquam. & iuuentus Romana excrescens nouam sibi ciuitatem ædificauit: argu. C. de sac. san. eccle. iubemus. Et bene dicit, cõuertatur: nam aliàs vix posset contingere, quòd in aliquo loco intantum excresceret populus, vt primate indigeret, vt 34. dist. fraternitatis.

e *Constitui.*] argum. infra parochiam alicuius non debere constitui ecclesiam, nisi multitudo fidelium excreuerit. ‖ Sed numquid illo inuito cuius est parochia, poterit hoc fieri & irrequisito? Non, vt 16. quæst. 1. multis conciliis. & 16. quæst. 1. felix. & c. seq. Sed si requisitus nollet consentire: non minus tamen fieret per maiorem, scilicet per Papam. extra de eccle. ædil. c. 3. eius tamen consensu primo requisito. Et not. quòd huiusmodi requisitio facienda est, cum ille locus esset, in quo excreuit multitudo fidelium, iam deputatus alicui episcopatui, al iàs non.

f *Rima.*] id est, patriarchalis.

Hæc est tertia pars distinctionis: in qua dicitur, ꝙ Papa non debet vocari vniuersalis Ioan. de Fant.

Vllus patriarcharum.] Episcopi in suis epistolis appellabant patriarchas vniuersales: quare prohibet Pelagius omnibus episcopis vt neminẽ de cetero appellẽt vniuersalẽ: quia sicnus appellatur vniuersalis, ceteris honor debitus subtrahitur.

Cce.] CASVS. Eulogius Alexandrinus patriarcha in sua

1 Poly. l. 3. tit. 31. Iuo p. 5. c. 54. Pan. l. 4. c. 25. *al. fides*

‖ Multitudine excrescente multa fiunt. *al. episcopum*

2 Et Carthag. 3. c. 26.

3 Poly. l. 2. tit. 26. Burch. l. 1. c. 3. Iuo p. 5. c. 57.

‖ Multitudine excrescẽte an possit ecclesia in alterius parochia fine ipsius cõsensu construi.

4 Poly. l. 2. tit. 25. Ans. l. 6. c. 130. *al hoc tam profano vocabulo* orig. *al summus* orig.

5 Io. dia. l. 3. c. vlt. 6 Poly. l. 2. tit. 26. Ans. l. 6. c. 131.

bus, sicut & in legibus, sæculi olim ordinatum erat; qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur.

Hoc caput integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi, Turonensi, ac Senonensi archiepiscopis, scripta, ex qua & originali nonnulla sunt restituta.

Item Anicetus ad episcopos Galliæ.

¶

1 VLli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent ciuitates; quarum episcopos Apostoli, & successores Apostolorum, regulariter patriarchas, & primates esse cõstituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem cõuertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum, primatem constitui. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur.

Item ex concilio Africano, c. 6. 2

¶

3 PRimæ sedis episcopus nõ appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi; sed tantum primæ sedis episcopus.

Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.

Vnde Pelagius II. epist. omnibus episcopis illicite à Ioanne Constantinop. conuocatis, &c.

¶

4 NVllus patriarcharum vniuersalitatis vocabulo vmquam vtatur: quia si vnus patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrũ suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem vmquã suis in epistolis vniuersalem nominet; ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.

Item Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino, lib. 7. epi. 30. indic. 1. 5

¶

6 ECce præfatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbiæ appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis. Quod, peto, dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat: quia vobis subtrahitur, quod alteri plus, quàm ratio exigit, præbetur. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus; nec honorẽ esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est, honor vniuersalis ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorũ solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cũ singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur vniuersũ. Sed absit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

Apud B. Gregorium hæc sequuntur. Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post à subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas nouit. Sed tamen nullus eorum vti hoc vmquàm vocabulo voluit, vt dum in hoc mundo honorem sacerdotũ diligerent omnium, apud omnipotentẽ Deum custodirẽt suum. *Quam rem etiam plenius exponit, lib. 4. epist. 32. Refert autem B. Thomas in opusculo cõtra errores Græcorum totam illam synodum sancto Leoni sic acclamasse,* Leo sanctissimus Apostolicus, & œcumenicus, id est vniuersalis Patriarcha permultos annos viuat. *Et Leo ix. Michaeli Constantinopolitano archiepiscopo de hac eadem appellatione scribens ait,* Licet magno Leoni prædecessori nostro, & successoribus ipsius hoc sancta decreuit Chalcedonensis synodus. *Sed in multis quoque libellis, qui actio ne tertia eiusdem synodi habentur, hæc est inscriptio,* Sanctissimo, ac beatissimo vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni. *Et in codicibus multarũ epistolarum ad Romanos Pontifices, quæ manuscriptæ in Vaticana bibliotheca seruantur (quarũ multa exempla sunt penes priuatos) ad Hormisdam Papã plusquam trecenti Archimandritæ, ac monachi secundæ Syriæ sic scribũt,* Sanctissimo, ac beatissimo orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ continenti sedẽ principis Apostolorum Petri, deprecatio, & supplicatio minimorum Archimandritarum, & ceterorum Monachorum secundæ Syriæ. *Et in media fere epistola.* Quoniam Christus Deus noster principem pastorũ, & doctorem, & medicum animarum constituit vos nostrum sanctum angelum; dignum est passiones, quæ nobis cõtigerunt, exponere, *&c. Auitus quoque Galliæ episcopus ad eumdem Hormisdam sic scribit,* Dum religionis statui, & plenis catholicæ fidei regulis perspicitis cõuenire, vt gregem per tota vobis vniuersalis ecclesiæ membra commissum, peruigil cura me adhortationis informat. *Et Ioannes episcopus Nicopolitanus ad eũdem,* Decenter ad vestras orationes cõcurro, vt iuxta consuetudinẽ Apostolicæ sedis vestræ cunctarũ ecclesiarũ, curã, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundũ antiquã specialẽ dispositionem vestrã. *Et in breuiario Liberati, c. 22. episcopus Patera hæc Imperatori de Syluerio Papa ait,* multos esse in hoc mũdo reges, & nõ esse vnũ, sicut ille Papa est super ecclesiam mundi totius. *Et Regino Germanus lib. 11. Chronicorum de Nicolao primo loquens, sæpe illum vocat vniuersalem Pontificem. Sed istius dictionis,* vniuersale, *duæ sunt notiones, quod Innocentius iij. lib. 2. epist. 206. (quæ incipit,* Apostolicæ sedis) *Patriarchæ Constantinop. scribens exponit his verbis,* Dicitur enim vniuersalis ecclesia, quæ de vniuersis constat ecclesiis, quæ græco sermone catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem vocabuli ecclesia Romana non est vniuersalis ecclesia, sed pars vniuersalis ecclesiæ, prima videlicet, & præcipua: veluti caput in corpore; quoniã in ea plenitudo potestatis existit, ad ceteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur vniuersalis ecclesia illa vna, quæ sub se continet ecclesias vniuersas. Et secũdũ hanc nominis rationẽ Romana tantũ ecclesia vniuersalis nuncupatur: quoniam ipsa sola singularis priuilegio dignitatis ceteris est prælata, sicut & Deus vniuersalis Dominus appellatur (non quasi iam diuisus in species aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim vna generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.]

epistola Gregorium vniuersalẽ appellauit: quod ipse Gregorius ante prohibuerat: quare præcipit sibi vt hoc de cetero non faciat: quia non verbis, sed moribus quærit prosperari: & si ipse vniuersalis appelletur, nullus honor ceteris remanebit. quod ei non placet: quia tunc ipse honoratus cum aliis honor debitus non negatur.

g *Subtrahitur.*] Arg. ‖ quòd Papa per suum mandatum non vult derogari iuri alicuius. ℨ. 25. quæst. 2. quod vero dicitis. ℨ. 9. q̃. 3. nunc vero. ℨ. 11. quæ. 1. peruenit. ℨ. 63. distinct. quanto. ℨ. 85. dist. archidiaconum Florenti num. in fin. Argum. con tra 8. quæst. 3. Artaldus, 9. quæst. 3. conquestus. in fin. sic extra de offic. deleg. super eo. vbi dicitur, non est intentionis nostræ alicui derogare per rescriptum nostrum. & ita arg. quòd vni attribuitur, alij subtrahitur: arg. 45. distin. disciplina. ff. de iudic. cum prætor. in fin. & extra de b rescrip. olim in fine 85. dist. archidiaconum. argu. nemini consulendum cum alterius iactura, vt infra 9. quæst. 3. si quis vero. not. 22. quæst. 2. primũ. 14. quæst. 5. denique.

h ¶ *Præbetur.*] Non enim debent plus esse subditi quàm expedit. 2. q̃. 7. admonendi, ‖ nec prælati ita humiles vt contemnantur. 86. dist. quando. ff. de offi. præsi. obseruandum.

i ¶ *Non negatur.*] Sic C. de cad. tollen. l. 1. §. vlt. C. de nup. imperialis. in prin. nec enim publice prodest, &c. c C. de sen. præf. præ. l. 1.

k ¶ *Negat se hoc esse.*] id est, esse de vniuersitate, cum tamen Romana ecclesia non sit vniuersalis, licet sit de vniuersitate. Ioan.

Episcopos.]

‖ Papa per tale mandatum non vult derogari iuri alterius de rogari velle.

a Adde adhuc dubium tex. in l. nec ann. C. de emẽdã. & in l. 3. §. 6 si quis à principe. ff. ne quid illoq.

b Aliàs eam de præsitu. cum olim.

Piscopos.] Hæc distinctio dividitur in quinque partes, & loquitur de pallio, quod est Pontificalis officij plenitudo; & hoc probat per capit. sequen. Secunda ibi, *Prisca.* Tertia ibi, *Caussarum.* Quarta ibi, *Pallium.* Quinta ibi, *Priuilegia.* Io. de Fant.

CASVS. Supra tractatum est de patriarchis & archiepiscopis: sed quia eorum dignitas est imperfecta sine pallio: ideo supponit hic cõsequenter distinctionem, in qua specialiter de pallio tractatur, ostendens primo, ꝙ patriarchis, vel archiepiscopis sine pallio consecrare non licet. Secundo, quòd intra tres menses à tempore consecrationis pallium sit petendum, vt ℨ. cap. quoniam. Tertio ostendit quibus pallium sit dandum, scilicet benemeritis, & instanter postulantibus, vt ℨ. eo. cap. prisca. Quarto quo tempore pallio sit vtendum, scilicet tantum in celebratione Missæ, vt ℨ. ea. pallium. Quinto vero, quòd cum donatione pallij noua priuilegia conceduntur, vel vetera confirmantur, vt ℨ. ea. rationis.

a ¶ *Episcopos.*] Hic intitulatur 100. dist. & quia fecerat mentionem de primatibus & archiepiscopis, & eorum dignitas videtur esse imperfecta sine pallio, vt extra de electio. significastis; ideo specialiter tractat de pallio, ostendens, quòd nisi habeant pallium, non possunt episcopalia exercere officia. ‖ Ponit etiam intra quod tempus debeat peti & dari, quia intra tres menses: & quibus, quia benemeritis: & fortiter postulantibus a, & quo tempore sit eo vtendum, vt in alio tempore vti eo non possit: quia tantum in celebratione Missæ, nisi plus ex priuilegio alicui concessum sit, vt in alio tempore vti possit. & qualiter sit dandũ: quia cum donatione noui priuilegij, vel renouatione veteris. ℨ. eadem, optatum.

Voniam quidam.] CASVS. Hoc c. in duas partes diuiditur. In prima dicitur, quòd si archiepiscopus vltra tres mẽses à tempore consecrationis pallium petere distulerit, carere debet dignitate sibi commissa, & alij metropolitani cum consilio summi pontificis viduatæ ecclesiæ prouidebunt. In secunda parte, quæ loquitur de episcopo, dicitur, quòd episcopus intra tres menses à tempore electionis debet consecrari. Sed si vltra menses quinque distulerit, nec ibi, nec alibi in episcopũ consecrabitur, immo iudicio sui metropolitani cedat, & abrenuntiet vel recedat. Secunda pars incipit ibi, *Si vero consecrandi.*

b ¶ *Fidem.*] id est, fidelitatem, vel etiam symbolum, vt ℨ. ea. optatum.

c ¶ *Episcoporum.*] ‖ sed quare differunt per hoc consecrationes episcoporum, cum ecclesia vacante comprouinciales episcopi aliquem consecrare in episcopum possint, vt 64. distinctione, quia extra de electi. quia diligentia? Item etsi ipse non habeat pallium, tamen aliis mandare posset consecrationem, vt extra de electio. suffraganeis b. Ad hoc potest dici, ꝙ illud cap. loquitur quando electus est in mora petendi pallium. f. post tres menses elapsos: vnde ipse aliis nõ potest cõmittere consecrationem, nec etiam tunc suffraganei sui possunt consecrare aliquem, vt per hoc maior rubor incutiatur electo, cum viderit sum suffraganeum consecrari ab extraneis: quia non multum curaret, si à suis consecraretur. sed vsque ad tres menses antequam sit in mora petendi pallium, satis vr, ꝙ comprouinciales episcopi possunt episcopalia iura supplere: cũ semper vicini epi ſuppleant defectum alicuius vacantis ecclesiæ, vt ℨ. q. 1. pontifices. 65. dist. si forte. Sed ipse electus licet sit consecratus, iura epalia non potest exercere ante receptum pallium: nec virgines consecrare, nec ordinare clericos, nec synodum celebrare, vt ext. de elec. ꝙ sicut. in fi. ext. ea. significasti. ‖ Sed numquid electus in archiepiscopum, & confirmatus potest confirmare eos qui sunt electi in episcopos? Dico, ꝙ sic. ext. de elec. nosti. & c. transmissam. de transla. cum ex illo. immo & capitulum potest confirmare, quia supplet vicem prælati. ar. extra de hære. ad abolendã. & ar. de concess. præben. nulla. Sed dico, ꝙ nec capitulũ supplet in hoc defectũ prælati, vt extra ne sede. va. illa. licet sit argu. ꝙ solus Papa possit. 24. dist. presbyteri. extra de concess. præben. quia diuersitatem.

d ¶ *Viduatis.*] olim. nã post confirmationem electi iam est matrimonium inter eum & ecclesiam. de transla. prælato. inter corporalia. Vel dic, ꝙ vidua est quo ad epalia.

e ¶ *Tres menses.*] accusatus de hoc coram Papa aliàs non.

f ¶ *Consecrationis.*] id est, confirmationis, si ante erat episcopus.

g ¶ *Post secũdam.*] dicunt quidam faciendam ipsi metropolitano intra alios duos menses antequam deponatur: sicut post sequitur de episcopis. quod enim dicitur de episcopis, ℨ. hoc exam di de metropoli. vnde hæc determinatio post se cundam, &c. determinat illud verbum, careat. & secundum hoc est hic ar. ꝙ mora potest purgari. ‖ Alij dicunt, ꝙ hæc admonitio debet fieri tantummodo à suffraganeis metropolitani, ad quos (vt dicit) translata est potestas cũ metropolitanus negligens existat. Si ergo suffraganei post admonitionem neglexerint confecrare vel eligere, vicini metropolitani consecrabunt consilio Papæ. ‖ Sed quare aufertur capitulo potestas eligẽdi? Respon. Quia neglexerũt admonere suũ electũ ad petendum palliũ aliàs dico reuerti ad eos ius eligendi. Sed quare descendit ad metropolitanum, cum tantum ad Papam deuoluuntur episcopatus, vt extra de concess. præben. & eccle. nõ va. dilectus? Sed hic præcise non descendit, ad Metropolitanũ, sed ad Papã cum eis vel tũc descendit ad Papam cum aliquis sit negligens in eligendo c. Et est ti. 65. dist. si forte. Io. Hodie solus Papa facit hoc per decre. illam dilectus. E.

h ¶ *Cum consilio.*] dicunt quidam hoc generale esse, ꝙ vbicũque per negligentiã vnius trãsfertur potestas ad aliũ, ille nõ procedet, nisi prius requirat auctoritatem superioris. sed hoc nego, & est hic specialis aliàs secus. 9. q. 3. cũ simus. ar. ff. de condi. instit. quæ sub conditione. §. vlti.

i ¶ *Vltra tres menses.*] sed quare non dantur nisi tres menses archiepiscopo, vt ℨ. eo. ca. quia maius periculum est in mora metropolitani. 42. distinct. quiescamus.

k ¶ *Cedat.*] ergo metropolitanus potest deponere electum. contra 7. quæst. 1. mutationes. & 3. q. 6. quamuis. extra de transl. inter. ‖ Sed hoc speciale est, vt confirmatum posset metropolitanus deponere, & hoc in odium negligentiæ. Alius est casus 92. dist. si quis episcopus per manus. Tertius 23. dist. illud. Sed certe hic non deponitur nisi ab obtinendo, non ab ordine quem habet, vt extra de accusa. c. super his.

Risca.] CASVS. Docet hic Gregori. Brunichildam Reginam, quòd pallium non datur nisi benemerito, & fortiter postulanti.

l ¶ *Et fortiter.*] sed si fortiter postulet, non ne potest notari ambitio? Non: ‖ quia cum quis suo iure vtatur, prodest instantia. de pœni. distinct. 1. importuna. 72. dist. cap. 1. & 2. q. 6. post appellationem.

Nouit.] CASVS. Palea est, in qua præcipitur, vt pro recipiendo pallio nihil detur, sicut olim consuetudo erat; cum hoc habeat speciem simoniæ.

CAVSARVM. Hæc est 3. pars huius distin. in qua dicitur, quòd qui pal

1 Poly. l. 2. tit. 10. Ferd. l. 1. c. 25. Ans. l. 6. c. 91. Iuo p. 5. cap. 56. Ioan. l. 3. c. 11.

‖ Archiepiscopi pallium nõ petentes negligenti animo quibus præbeat detrimentum.

b Quidam dicunt quòd ista clausula, quæ sequitur, scilicet, nec ibi, nec alibi, non potest dici, nisi in casu huius c. quia ibi non potest consecrari, nisi in sua prouincia. Sed hoc non videtur verum. extra de transla. c. 1. in glo. penultima. Archid.

‖ Electus in archiepiscopũ, & cõfirmatus electos in episcopos confirmat.

‖ Archiepiscopum negligentem pallij petitio eum quis monere debet.

‖ Prælati negligentia auferit capitulo ius eligendi.

‖ Petenti instãtia prodest. orig.

6 7. q. 1. c. de ordinationibus.

c Hoc est falsum: vt extra de elect. nec ꝙ defectus. vbi dicitur quod pro summis superiorem deuoluitur in hoc casu quod dic. vt extra lib. 6. c. tit. quamquam.

‖ Cõfirmatus quãdoque deponitur.

3 Ansel. lib. 6. cap. 93. Pol. l. 2. c. 11. 24.

4 Io. Diac. l. 3. cap. 5.

5 Ans. l. 6. c. cap. 90. Pol. l. 2. tit. 2. ℨ. si summus *vel* ℨ. si summus *vel* ℨ. si summus *vel*

qui pallium accipit, obedientiã iurare debet,& quòd canones feruet, quod nisi fecerit, pallium non habebit. & hoc probat tribus capit. Io. de Fan.

CASVS. In hoc §. exponit Gratianus quæ sunt merita causarum, scilicet, vt is qui postulat pallium, mereatur recipere, & fidem suam iuramento adstringat, vt apostolicis decretis & statutis synodalibus obediat. Postea ostendit, q̃ pallio non est vtendum nisi certis diebus, & inter Missarum solennia. Et ad hoc probandum inducit sequentia capitula.

Pallio autem nõ nisi certis diebus, & intra ecclesiam ad Missarum solennia cuiquã Metropolitano vti licebit.

Vnde Ioannes episcopus Vuliberto α Agrippinensi episcopo.

α¶ Vuliberto.] *Restitutum est hoc nomen ex Anselmo. Nam antea erat*, Giliberto, *Nam Regino in ea ætate, qua Ioannes octauus Romanæ ecclesiæ præfuit, meminit Vuliberti episcopi Agrippinensis: & inter epistolas Ioannis Papæ octaui, quæ in biblioteca Vaticana seruantur, est epistola alterius arg. ad eumdem, & Deusdedit refert integram eiusdem Ioannis epistolam ad eumdem Vulibertum.*

¶Nisi post confirmam fidei professionem pallium dari non debet. C. III.

1 OPtatum tibi pallium nunc conferre nequiuimus: quia fidei tuæ paginam minus [a], quàm oporteat, continere reperimus: cum videlicet in ea nullam sanctarum vniuersalium synodorum, in quibus fidei nostræ symbolum continetur, nec decretalium Pontificum Romanorum constitutorum secundũ morem feceris mentionem [b]: sed nec illam propria subscriptione [c] munieris, nec aliquem [d], qui hanc iureiurando [e] firmaret, miseris.

1 Ansel. l. 6. c. 92.

Item Gregorius Aregio episcopo Francorum, lib. 7. epist. III.

¶Qui pallium desiderat accipere, prius à se remouere illicita promittat. C. V.

2 INea synodo, quam contra simoniacam hæresim per fratrem, & coepiscopum nostrum Syagrium decreuimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse, atque eidem fratri ita pallium, quod transmisimus [f], tribui, si prius se promiserit illicita, quæ prohibuimus, per definitionem synodicam à sancta ecclesia remouere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinẽ tuam fraternitatẽ volumus scriptis discurrẽtibus ‖ nũtiare; vt ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certiores.

2 Ansel. l. 6. cap. 90.

Idem Virgilio episcopo Arelatensi, lib. 4. epist. 51. seu c. 95.

& hoc à maiori non à minori exigi potest: arg. 27. dist. de Syracusana, vt no. 8. q. 3. in summa.‖Vel dic quòd hæc dictio, si, non notat hic conditionem, sed quamdam modificationem: arg. ff. de tutel. muto. §. secundo. sic ponitur extra de ele. significasti [b]. immo nec dicitur cõditio, cum subintelligatur. ff. de condi. & demon. conditiones. Arg. cõtra. quia cõditio est. Nam si dico: date illi si iurauerit: hoc est dicere, non da te illi nisi iurauerit. ff. de condi. & demo. quibus diebus. §. 1. Io. Ego credo quòd honesta & licita conditio apponi potest in collatione spiritualiũ: vt extra de elect. significasti. & extra de fer. non or. eo libentius. B.

[a] Si, non, per conditionem notat.

[b] Immo dicitur ponitur quia, vt extra de spon. c. 1. & gl. ibi. & ratio. Archid.

3 Ansel. l. 1. cap. 98.

¶Non nisi ad Missarum solennia archiepiscopo vti pallio licet. C. VI.

3 PAllium tibi transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiã [h] ad sola Missarum [i] solennia vtatur.

[*Item Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 54. seu c. 93. indict.* II.]

¶De eodem. C. VII. PAPA.

4 NOn multum temporis interuallum est, quòd quædam nobis de tua fraternitate fuerunt nuntiata, de quibus vobis, veniente illuc Castorio notario sanctæ, cui Deo auctore præsidemus, ecclesiæ, subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat nãque ad nos quædam in ecclesia vestra contra consuetudinis, atque humilitatis β tramitem geri; quæ sola, vt bene nostis, est officij sacerdotalis erectio. Quæ, si sapientia vestra mansuete, vel cum episcopali sulcepisset studio, non de illis accendi debuerat; sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere.

4 Ansel. l. 2. cap. 87.

β¶ Humilitatis.]*Restitutus est hic locus ex ipsa epistola. Antea enim legebatur*, contra vtilitatem ecclesiæ, & consuetudinis tramitem geri: quæ sola, vt bene nostis, est officij sacerdotalis ereptio.

Item Ioanni episcopo Rauennati, in eadem epistola.

¶De eodem. C. VIII.

5 COntra morem quippe ecclesiasticum est, si non patietissime [k] toleratur, (quod à vobis absit) etiam iniusta correctio †. *& infra.* ¶ Illud frater charissime tibi non putamus ignotũ, q̃ pene de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, vsum sibi pallij vindicasse. Et quòd bene hãc consuetudinem generalis ecclesiæ nouceritis, vestris nobis manifestissime significastis epistolis: quibus præceptũ beatæ memoriæ decessoris nostri Ioannis Papæ nobis in subditis transmissistis annexũ, continens omnes consuetudines ex

5 Ansel. l. 6. cap. 97. Pol. l. 2. tit. 21.

‖ Si, non, per conditionem notat.

‖ Archiepiscopus antequã ipse suffraganeũ suũ consecret synodum.

‖ Priuilegium & iuri communi licet quãdoque imitari.

‖ Priuilegia exceptum tanquã iniuste dicendas.

‖ Concor. text. in 8. q. 3. sacerdotales. Cde. cdd.

‖ Priuilegia exceptionis habere non iudicia.

‖ Canonicus de communi iure nõ potest dare præbendas possidere.

nium. & distinct. 19. in memoriam. 23. quæst. 1. quid culpatur.

l ¶ *Consuetudines.*] ‖ Sed numquid valet priuilegium ita generale? Sic, vt 19. distin. si Romanorum. Et est si. 9. q. 2. epi scopi. 23. dist. præterea. ff. de leg. 1. l. si quando. tamen cum hoc priuilegium obscure loquatur, & faciat mentionem alterius priuilegij vel consuetudinis, necesse est vt illud exhibeatur, vt 76. distinct. ieiunium. in princ. & extra de verbo. signi. abbate. vt no. §. distinct. 9. vt veterum. Ad hoc dicunt quidam, quòd si in hoc priuilegio inseritur totus tenor primi, non est necesse primum exhiberi. extra de iur. cal. inhærentes. C. de do. si donatio. ff. de do. ex hac scriptura. ff. de admi. tuto. chirographis. Sed certe illud non sufficit. nam adhuc potest esse falsitas in bulla vel filo, vt extra de priuil. cum olim, in fin. Alij dicunt, quòd si auctoritate iudicis est rescriptum publicatum, non est necesse exhiberi; secus si per tabellionem: quia publicatio facta coram iudice fidem facit, licet postea perdatur, vt C. de testa. publicati. & iudex diligentius singula considerat quàm tabellio. Sed istis ob-

extra de

a In fine verietate. vbi dicitur, q̃ omnia gesta præsumantur per omnia rite cẽlebrata, si contra nihil obijciatur. Archid.

extra de sen. & re iu. cum inter [a]. in fi. Ad hoc dico, q̃ sufficit si coram iudice est publicatum: ita vt non teneatur exhibere prius instrumentum nisi aduersarius dicat se velle probare falsum: tunc enim debet illud exhibere, licet prius fuerit ei fides impositi: nisi iuret illud se perdidisse, vt C. de fide instr. l. vlt. Ioan. Hoc hodie determinatur contra de fide instru. c. vlt. B.

a ¶ *Priuilegio.*] vide qualiter argumẽtatur: ex quo per priuilegium hoc vendicatur: non ergo de iure cõmuni hoc potest vendicari: quasi simul non possit quis in initi priuilegio, & iure communi, vt 16. q. 1. hinc est. & ff. de leg. 1. fi quando. ‖ Sed certe quãdoque vtitur quis & priuilegio & iure cõmuni, vt extra de consue. cum dilectus. ‖ nec renuntiat quis priuilegio militari, licet vtatur iure communi, vt ff. de mili. testa. l. 3. sic ff. de priuile. cre. l. antepe. 23. dist. quamquam. in princi. Sic iuri communi, & etiam consuetudini potest quis inniti, vt extra de censi. c. sopitæ. & 95. distin. olim. Io. Sed certe quidquid dicat Io. non dicitur priuilegium de eo quod competit de iure communi, cum priuilegium sit lex priuata §. distin. 3. priuilegia. nec illa decre. de consue. cũ dilectus. contradicit: immo concordat: cum confirmatio ad priuilegium, & electio ad ius cõmune pertinere dicatur. extra de elect. cum inter. ad fin. Bar.

b ¶ *Omnium.*] Vide qualiter argumẽtatur, ex quo aliæ ecclesiæ vtuntur tali consuetudine: ergo & ista debet vti eadem. argum. si. extra de censi. ex parte. Sed huic argumento posset respõderi, ‖ quòd consuetudo aliarum ecclesiarum non derogat consuetudini istius, vt §. 12. dist. illud. & extra de capel. mo. dilectus. circa. fin.

c ¶ *Ostendi.*] Hoc est contra tres regulas. ‖ Vnam, quòd tenetur possessor dicere titulum suæ possessionis. hoc est contra id, 2. quæst. 5. §. 1. Aliam, quòd ab eo qui ius negat, non requiritur probatio: quod est contra id. ff. de probatio. ab ea. Tertiam, quòd actore non probante reus non absoluitur. 6. quæstio. vltim. actor [b]. sed hoc est ideo quia præsumptio contra ipsum facit.

d ¶ *Non ostenditur.*] Qui enim priuilegium allegat, debet probare & ostendere: extra de priuile. porro. & ca. seq. & capit. pastoralis. nullus tamen tenetur edere, nisi illum articulum qui facit ad rem. extra de fide instrum. contingit. licet aliàs nemo posset iudicare de priuilegiis sedis Apostolicæ. extra de iudi. cum venissent, tamen qui defendit se per tale priuilegium, oportet vt illud exhibeat, vt extra de fid. instrum. accepimus. ‖ Sic ergo canonicus, qui possidet duas præbendas, cum de iure non possit eas possidere: si contra eum agatur, ipse tenetur probare qualiter habet. secus si conueniatur super prima tantum. Dicunt tamen quidam, quòd canonico indistincte incumbit onus probandi, scilicet institutionem suam. extra de app. personas. argumen. extra de procura. ex insinuatione. argumen. 2. quæst. 1. legum.

e ¶ *Te comprobes.*] Nonne præscriptione posset iste se tueri? Non: quia nullum ius proditum est, quo talia à talibus taliter possideantur. & quod de iure communi non possidetur, nec præscriptione acquiritur, vt hic, & 93. distinct. illud. & cap. peruenitur.

f ¶ *Splendidius.*] ‖ Sic nihil est splendidius in principe quàm fides. C. de fum. trin. inter claras.

g ¶ *Ex non scripto.*] infra 25. quæst. 2. institutionis. §. distin. 1. consuetudo.

h ¶ *Tueri.*] supra distin. 11. catholica. argumen. contra. Sol. onus potest quis inducere sibi ex consuetudine, non honorem. 8. quæst. 1. in scripturis.

PRIVILEGIA.

Hæc est quinta pars huius distin. in qua ostendit Gratianus quòd priuilegia cum pallio sunt concedenda.

Rationis.] CASVS. Syagrius episcopus à Gregorio pallium postulauit. Gregorius vero pallium sibi largitus est & priuilegia. Sed quoniam cum honore debet crescere solicitudo: ideo præcipit sibi vt solicitus sit circa curam subiectorum. Duo sequentia capitula plana sunt, & per te videbis.

i ¶ *Cura.*] Arg. ad quẽ pertinet honor, & onus, vt dist. 56. Dominus noster. dist. 86. fratrẽ. dist. 13. nerui. 40. distin. ante omnia. distin. 35. ecclesiæ. ‖ nam dicit lex, quòd vtilitas per dignitatem augmentatur. ff. de iudi. l. si longius. in fi. ff. de donatis filius. §. 1.

k ¶ *Subiectorum.*] §. 87. dist. §. 1. & c. diuinæ.

l ¶ *Alliũ.*] ¶ *Vices.*] Per priuilegium fecerat eũ legatum suum, sicut suus prædecessor fuerat. Vel ideo dicit, quia omnes vocantur ab eo in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, vt 2. quæst. 6. decreto. Vel prius erat legatus, sed esse desiit factus archiepiscopus: argum. ff. de arbi. non distinguemus. §. 1.

Criptorum vestrorum.] ¶ *Ordinatum.*] à suis episcopis: ‖ nam hoc est regulare, vt à suis suffraganeis consecretur archiepiscopus. 63. distinct. quanto. & potest perpendi ex hoc cap. & §. eod. quoniam. & 44. distinct. quia. q̃ metropolitanus etiam sine licentia summi Pontificis potest consecrari: & ad Papam non spectat (vt videtur) nisi datio pallij. Alij dicunt istud obtinere, vbi metropolitanus habet primatem: vel cum hoc habet ex consuetudine. hodie tamen vult Papa, quòd petatur ab eo confirmatio cum pallio, vt extra de elect. quòd sicut, vt dixi 51. distinct. cap. vlt.

n ¶ *Atque priuilegia.*] Ista priuilegia fuerunt personalia, & transierunt cum persona. ff. de regulis iur. priuilegia. & extra de institi. cum venissent. ‖ Sed licet transeant cum persona, tamen debent concedi successori cum petierit: & fit iniuria ei nisi concedatur sibi: beneficium tamen est si ei conceditur. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. pen. nam si impetraui vt ducam aquam de flumine publico per prædium meum, & vendo tibi prædium, priuilegium non transit ad te [c]: sed tamen impetrabile est à te: & iniuria fit tibi si non conceditur. Sed tamen multa potest iudex & debet facere, ad quæ compelli non potest. ff. de iudic. non quidquid. C. quomodo & quando iudex. l. 1.

Vna autem.] CASVS. Quia supra facta est mentio de tropolitanis: ideo supponit hic distin. 101. in qua ostendit, quòd in vna prouincia duo metropolitani esse non debent: quod verum est, nisi multitudo populi excrescat, vt 16. q. 1. præcipimus. & 99. distin. nulli. & hoc non potest fieri nisi de speciali licentia Papæ, vt 7. q. 1. mutationes.

Peruenit.]

*Illationes interuenire possunt in spiritualium donatione.

*Epi scopi donatio sine sub scriptione nõ valet.

*Add rex. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden. no. in authen. vt præpo. no. impe. in prin. & §. fi qua. coll. 5.

Mentionem. de eis conseruandis. Quid autem iurare debeat qui pallium petit, habes extra de iureiur. ego. & de elect. significasti. & notatur 23. distin. quamquam.

Subscriptione. argumen. ‖ donationem episcopi nihil valere, nisi eius subscriptione firmetur, sicut cum concedit aliquem locum, vel iurisdictionem alicuius loci alicui loco vel hospitali: argum. distin. 96. bene. argumen. 12. q. 2. sine exceptione. & c. cum redemptor.

Aliquem. argum. quem per alium iurare. §. dist. 63. tibi domino. §. 17. q. 4. metuentes.

Iureiurando. extra de iura. calum. inhærentes.

Nea synodo, quam. CASVS. Gregorius præcepit Syagrio archiepiscopo, vt deberet contra simoniacam hæresim synodum congregare: huic synodo vult Aregium episcopum Francorum interesse. præcipit ergo Grego. episcopo, vt illuc vadat, & pallium quod transmisit Syagrio episcopo cõcedat, si prius promiserit illicita, quæ prohibita sunt in synodo, ab ecclesia remouere. Item præcipit ei, vt omnẽ veritatem & ordinem de illa synodo scriptis planis & apertis debeat significare. Capitulum quod postea sequitur, planum est: in quo dicitur quando archiepiscopus, & vbi pallio vti debet.

Quod transmisimus. Argum. ‖ pactiones in donatione spirituallium posse interuenire, & conditiones: arg. contra. 1. q. 2. quàm pio. Sed ibi intelligitur pactio & conditio illicita, sed hæc est licita, cum ad eam nihilominus teneretur. Vel ante electionem nulla debet esse, sed post electionem. ante cõsecrationem potest esse, saltẽ licita, vt de rebus & consuetudine ecclesiæ, & fidei articulis, & huiusmodi obseruandis.

*Priuilegia quædam licet personalia transeunt ad successores.

*Archiepiscopus à suis suffraganeis cõsecratur.

*c Concor. text. in 9. sed quod principi. verfic. piane. cum glo. in verb. personales. institu. de iu. nat. Anf. l. 6. c. 86.

*4 Anf. l. 6. cap. 100.

*3 Ansel. 6. cap. 99.

*Dignitas augmentat vtilitatem.

¶ Duo metropolitani in vna & eadem prouincia esse non debent.
C. I.

PEruenit.] CASVS. Relatum est in concilio Chalcedonēsi quòd quidam episcopi sine auctoritate Papæ per imperialem constitutionem vnam prouinciam diuidebãt in duas:& ita duo metropolitani in vna & eadem prouincia inueniebantur: quare concilium statuit, vt episcopi qui talia, de cetero facere tentauerint, deponantur.

a ¶ *Peruenit.*] supra, distin. 10. cap. 1.

b ¶ *Per pragmaticum sacrum.*] id est, principis rescriptum: pragma enim causa dicitur. ‖ vnde pragmatica sanctio dicitur causa in consistorio principis ventilata coram proceribus sacri palatij: & constitutio principis facta ex cognitione causæ dicitur pragmatica sanctio. Io.

c ¶ *Vnam.*] Nam ex quo princeps diuidit, duæ sunt prouinciæ.ff.de offi. assess. si eadem.

d ¶ *In vna.*] quod fieri non debet nisi excrescat multitudo populi, vt 8. 99. dist. nulli. Ioan.

e ¶ *Tale.*] Arg. q licet princeps legitimet aliquem a, non tamen erit legitimus quo ad ecclesiam:& ita erit legitimus quo ad vnum forum,non tamen quo ad aliud,ad hoc facit 10. dist. cap. 1. & 15.q.3.cum autem.

a Sequuntur doc. in c. per venerabilem per illum tex. extra qui filij sint legi. & Cyn. instit. ex complem. C. de ean. & to. in Louis prouincia. de rit. nupti.

¶ Pragmatica sanctio.

¶ *Pragmaticum sacrum.*] *Versiones priscæ, & Dionysiana habent*, per pragmaticam formam: *græce autem est διὰ πραγματικῶν; quod in eodem capite paulo post dicitur διὰ γραμμάτων βασιλικῶν. id est, per litteras Imperiales.*

Hactenus de electione, & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad simoniacorũ ordinationes transeamus. Et vt facile liqueat, quid super hac hæresi, sanctorum patrũ decreuit auctoritas, causa deducatur in mediũ: cuius negotiũ & de scienter à simoniacis cõsecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contineat.

PRIMÆ PARTIS DECRETI FINIS.

Vidam.] CASVS Expedito tractatu de ordinationibus, promotionibus,& officiis clericorum: accedit Gratianus ad negotia,quorum quædam sunt ciuilia, quædam criminalia,in quorum prosecutione maiora minoribus præponit.Et quoniam omnia crimina respectu simoniæ nihil reputantur:vt 3.ea.q.7.patetideo de ea præmittit quærens,an sit peccatum spiritualia emere, de quo thema proponit, septem eliciens quæstiones.

a ¶ *Quidam.*] Quia hic tractatur de simonia, videamus quid sit simonia, & vnde dicatur, quibus modis contrahitur, quis ad accusandũ vel testificandũ in tali crimine admittatur, quæ pœna imponatur, quæ dispensatio circa tales admittãt.‖Simonia em̃ est studiosa a cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi, aliquid spirituale:vt 3.ead. qui studet b. nec oportet addi, vel annexum spirituali,propter illud c.3.q. 3.si qs obiecerit. videtur nñ q hoc addi debet arg. extra de iur. pat.de iure. licet quidam dicant iuspatronatus spirituale esse, & male. De fructibus vero nõ est quæstio, quia etiam dari porcis & vẽdi possunt, vt extra ne pla. vi.su cap.fi.& de emp.& vend.c.cõstitutus. ‖Dicitur autẽ simonia à Simone Mago, qui primo in nouo testamẽto hui⁹ sceleris auctor extitit. Sicut enim Giezi in veteri testamento voluit vendere sanitatem Naaman Syro regi, sic & iste voluit emere donũ Dei, vñ Giezi ticus est dicẽdus q vẽdit gratiam: Simoniacus qui emit. vnde simoniaci sunt appellãdi emptores. Cõtrahitur autem tribus modis, à manu, ab obsequio,& à lingua: vt 3.ea. sunt nõnulli. Et cõtrahitur q̃nque ex parte dãtis, q̃nq; ex parte accipiẽtis, q̃nque ex vtraque, quandoque ex neutra. extr. de sim.& si quæstiones, & not.3.ea.q.5.ca. 1. Admittitur autẽ quilibet contra simoniacum, sicut in crimine læsæ maiestatis.15.q.3.sanẽ.si tñ clericus accusatur,cum distinctione admittitur laicus, s. si est bonæ famæ, cõtra eũnõ tñ secundũ distinctionẽ.extra de fi.per tuas.2.q.1.in primis. in fi.Imponitur autẽ eis pœna quadruplex,q̃nque excõicatio, q̃nque in monasteriũ detrusio:vt 3.ca.reperiũtur, q̃nque spoliatio omniũ bonorũ: vt 23. q. 5. de Liguribus. q̃nque depositio:vt hic, & in multis capitulis Clerici enim deponuntur:vt 3.ea.statuimus.& sunt infames:vt 3.ea. q. 3. c.fi.& accepta tenẽtur restituere.extra de simo.de hoc.3.ead.q.3. si quis dator. Dispẽsatur autem circa tales q̃nque vt laicã habeant cõiugem:vt 3.ea.q.7.c.1. & ministrant quandoque in minoribus ordinibus cõstituti: vt 3.ead.c.5.c.1.quandoque remanent in acceptis.3.ead.q.7. saluberrimum. Quis autem valeat dispensare,habes 3.ead.q.5.cap.fin.Ioan.

Vod autem.] Hæc quæstio diuiditur,in 15. partes; in quarũ prima probatur 16. aucto.q pro ministeriis ecclesiasticis nihil debet dari.Ioan.de Fan.Secunda ibi.*Quia ergo.*Tertia ibi.*Sed obiicitur.* Quarta ibi, *Item opponitur.* Quinta ibi, *Sed obiicitur.*Sexta ibi,*Sed notandum.*Septima ibi,*Patet ergo.* Octaua ibi *Ex his,*Nona ibi,*Sed notandum.*Decima ibi, *Nemo.* Vndecima ibi, *Hoc ergo.*Duodecima ibi.*Ex his.*Tertia decima ibi.*Sicut ergo.*Quartadecima ibi, *Quia ergo.* Quintadecima ibi,*Quolibet.*Ioan.de Fant.

CASVS. Hic ponitur prima quæstio, in qua quæritur an emere spiritualia sit peccatum.& probatur quòd sic,per sequentia cap.

5 MVltæ autem operationes [p] ſunt ſpiritus ſancti, quas Apoſtolus, cum quodam [q] loco, quantum ſufficere arbitratus eſt, commemoraſſet, ita cõcluſit [Omnia autem hæc operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult] Cum ergo aliud ſit ſacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit: aliud prophetia [r], quæ in malis hominibus etiã fieri ſolet, vt in Saul [s]; aliud operatio eiuſdem ſpiritus, quam niſi boni [t] habere non poſſunt, ſicut eſt finis præcepti charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta; quodlibet hæretici, & ſchiſmatici accipiãt, charitas, quæ cooperit multitudinem peccatorum, proprium donum eſt catholicæ vnitatis, & pacis: nec eſt in omnibus, quia nec eius ſunt omnes.

Idem eodem libro, c. 18.

¶ Licet ſacramenta malã habeantur, remiſſionem peccatorum non præſtant. C. XXXIX.

b 23. q. 4. ca. Nabuchonoſor. §. de Tyriis.

Matth. 10.

Exech. 16.

al. veſtra, Sodoma iuſtificata eſt.

Luc. 17.

Zach. 1.

al. virtutes

‖ Perſonæ deteſtatio non tribuat illius dicta reprobari.

5 Po. 1. 3. 11. 6. Anſil. 9. c. 19.

1. *Corin.* 12. *Act.* 8.

† *al operatio ſpiritus, quæ in m. b. e. ſ. ſi cut Saul habuit prophetiã aliud, &c.* ſ. orig.

1. *Tim.* 1. 1. *Per.* 4.

‖ Caiphas prophetauit.

l ¶ *Talia.*] ideſt, tale ſacrificium eſt qualis ſacrificans. ſ. eo. Dominus declarauit. ver. item nos dicimus.

m ¶ *Angelus.*] Hiſtoria. Narratur hiſtoria in nouo teſtamento, quod fuit in diebus Herodis ſacerdos nomine Zacharias, & eius vxor nomine Elizabeth. Dauid autem volens ampliare cultũ Domini, xxiiij. inſtituit ſummos ſacerdotes, quorum tamen vnus maior erat, qui princeps ſacerdotum dicebatur, quorum de numero vnus fuit Zacharias, qui cum in die propitiationis incenſum poneret, prædixit ei angelus filium naſciturum de vxore ſua, qui vſque ad diem partus obmutuit, quia credere noluit.

n ¶ *Et rectum.*] argum. ‖ propter perſonæ deteſtationem non reprobari dicta illius. ſ. 37. dist. ſi quis veri. & c. turbat. ſ. 23. q. 4. quid ergo. ſ. e. q. 1. Dominus declarauit. ſ. 19. dist. ſecundum. 1. q. 2. ſi de area. contra. 9. dist. ſi ad ſacras. contra dist. 16. canones. Dic vt in decret. ſi ad ſacras. Vel dic quòd vtile vitiatur per inutile: cum alteri ſit præiudiciũ. 65. dist. cap. 1.

o ¶ *Vltæ autem.*] CASVS. Multæ ſunt operationes ſpiritus ſancti, quas hic non enumerat Aug. ſed non miſit ad Apoſtolũ qui enumerans eas ſubiungit. Omnia autem hæc, &c. Earum operationum quædam ſunt in bonis & malis, quædam in bonis tantum. In bonis & malis, vt ſacramẽta, baptiſmus in Simone, & prophetia in Saule, quorum vterque malus erat. In bonis tantum, vt charitas & aliæ virtutes.

p ¶ *Operationes.*] ideſt, multa ſunt dona quę ſpiritus ſanctus operatur. 38. q. 1. peruenit.

q ¶ *Cum quodam loco.*] ideſt, in epiſtola prima ad Corinthios, 12. cap.

s ¶ *Vt in Saul.*] ‖ Et in Caipha, Expedit vt vnus moriat, &c. ſ. e. q. prophetauit.

t ¶ *Boni.*] ſcilicet per gratiam inhabitantem. ſ. 24. q. 3. de illis qui. & ead. cau. q. 1. vbi ſana. H. Ioan. de Fan.

Remiſſio

Remissionē.] CASVS 5. Dicitur hic quod cū aliquis baptizatur à quocumque siue bono siue malo, remissionem peccatorum quā consequitur per baptismum, nō dat ei malus, sed meritum ecclesiæ. Nā bonis tantum dictum est, Cuicumque remiseritis peccata. &c. Illa sola columba pacem habet, & ideo ligat & solnit. & solus ille soluitur qui cum columba, idest ecclesia habet pacem. Vel sic, dictum est supra quasdam operationes spiritus sancti esse in malis, vt baptismum, quasdā vero nō esse in malis, vt remissiones peccatorum quæ dātur ad preces bonorum ecclesię, qui cum columba, idest, ecclesia habent pacem. non enim malis, sed bonis, dictū est, Quorū remiseritis peccata, &c.

a ¶ *Auari.*] idest, idololatræ, idest, qlibet malus. 8. q. 1. idololatria.

b ¶ *Auari non dant.*] ‖idest, indigni sunt dare. ȝ de consecr. dist. 4. quo modo. Vel intellige de præcisis, quia non dant in veritate nisi sacramentū in necessitate, & eius etiam virtutem.

c ¶ *Quæ per orationē.*] ‖ quia facilius precibus iustorum qui sunt in ecclesia, obtinetur remissio ª, vt ȝ. 23. q. 4. obtineri. Vel quia per vinculum charitatis ecclesię dimittuntur peccata. ȝ. de consec. distin. 4. ecclesię charitas.

d ¶ *Foris.*] sic intelligas cap. de toleratis, dic foris, idest, extra ecclesiam, quæ complectitur tantum grana. sed si de præcisis, dic foris, idest, extra ecclesiam militantē, quæ complectitur grana cum paleis. 7. q. 1. §. cum vero.

e ¶ *Aperte.*] cum sit Christianus ecclesiā impugnans manifeste, siue perturbans ecclesiam occulte. 32. q. 4. recurrat. ver. fi.

SI ERGO. CASVS. Infert Gra. ex supradicto c. si iustus fuerit. quòd simoniacorum sacramenta aliis vtilia sunt, & si iſtis non prosint, similitudine aquæ currentis per canales, & lucis, quæ ab immundis non coinquinantur. Sed obiicit de sacramentis hæreticorum, quę vera sunt quātum ad formam, & quo ad effectum. Sed soluit dicens, quòd sacramenta necessitatis cum effectu conferunt, sed sacramenta dignitatis, quo ad formā tantum, quæ carent officio diuersis ex causis.

f ¶ *Sacramenta.*] respicit illud cap. si iustus fuerit. ȝ. eo.

g ¶ *Et non inania.*] Verum est hoc in sacramento necessitatis. 24. q. 1. si quem forte.

SED NOTANDVM. Hæc est 6. pars quæst. in qua facit differentiam inter sacramenta necessaria & voluntaria. Necessaria enim sacramenta sine quibus nemo saluatur (vt est baptismus) possunt recipi a quocumque. Sed sacramēta voluntaria (vt sunt ordines) nisi rite dentur, data nō sunt: sed cessant vel loco, vel ordine, vel promotione: de quibus multa ponit exempla, quæ probat per 6. cap. Ioan. de Fan.

h ¶ *Sed notandum.*] scilicet contra simoniacos. nūdet enim per distinctionē sequentē suæ conclusioni. ‖ sacramentum enim male acceptū duplici caret effectu, aut quia in eo præstito non percipitur gratia, sed arguitur malitia recipientis: & hoc omnibus sacramentis est commune: vel quia negatur executio, quòd speciale est in sacramentis dignitatis.

1 Pol. ibidem. Anſ. l. 9. c. 31. † *Remiſſam* } orig.

Io. 20.

‖ Auari non dant peccatorum remissionem.

‖ Iustorū preces facilius ex auditiuntur.

a De hoc de pe. dist. 1. multiplex.

‖ Sacramētum male acceptū duplici caret effectu.

1 REmissionem † peccatorum auari [a] non dabant [b]: quæ per orationes [c] sanctorū, idest per columbæ gemitus datur, quicumque baptizet, si ad eius pacem illi pertinēt, quibus datur. Non enim raptoribus, & fœneratoribus diceret Dominus [Si cui dimiseritis peccata, remittuntur illi; si cui tenueritis, tenebuntur.] Foris [d] quidē nec ligari aliquid potest, nec solui, vbi non sit qui aut ligare posit, aut soluere: sed soluitur, qui cum columba fecerit pacem, & ligatur, qui cum columba non habet pacem, siue aperte [e] foris sit, siue intus esse videatur.

Si ergo sacramenta [f] *in modum lucis ab immundis coinquinari non possunt, si in modum puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt; patet quòd simoniaci sacramentum vnctionis sibi quidem inutiliter, & pernicioſe habent; alijs autem vtiliter, & salubriter eamdem vnctionem administrāt. Sicut ergo sunt vera sacramenta hæreticorum quantum ad formam; ita sunt vera, & non inania* [g] *quantum ad effectum.*

Sed notandum [h] *est, quòd sacramentorum alia sunt necessitatis, alia dignitatis. Quia enim necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem; illa sacramenta, quæ saluti sunt necessaria, quia iterari non possunt, cum sint vera; auferri, vel amitti non debent: sed cum pœnitentia rata esse permittuntur. Illa vero sacramenta, quæ sunt dignitatis, nisi digne fuerint administrata ita vt digni digne à dignis prouehantur, dignitates esse desinunt: non vt minuatur veritas sacramenti, sed vt cesset officium administrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione.*

Loco, vt ait Leo ad Rusticum Narbonēsem episcopū, epistola 90. al. 92. c. 1.

¶ De his, qui a pseudo episcopis ordinantur. C. XL.

2 SI qui clerici ab istis pseudo episcopis [i] in eis ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu, & iudicio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita vt in ipsis ecclesiis [k] per seuerent: Aliter autem vana est habenda ordinatio, quę nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

* *Caput hoc emendatum est, ac locupletatum ex ipsa epistola, & refertur 8. dist. 62. c. 1. §. si qui.*

Ecce aliquis à pseudo episcopis ordinatus, si locum suæ ordinationis mutauerit, vana est; & sine administratione erit talis ordinatio.

Tempore, vt ait Innocentius epist. 22. c. 5. de ordinatis à Bonoso.

¶ Quæ propter necessitatē concediuntur, eadem cessante cessabunt. C. XLI.

3 QVod pro necessitate tempo ris [l] statutum est, cessante necessitate, debet vtique cessare pariter quod [m] vrgebat [n]: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio, quam [α] ad præsens fieri tempus impellit.

α ¶ Quam ad præsens. ‖ *Hæc sunt addita ex Innocentio, cuius verba in hoc capite in summam redacta. infra autem q. 7. c. quod pro remedio plenius referuntur.*

Ergo aliquis alio tempore ab eo qui Bonoso similis sit, ordinatus cessabit ab administratione, quæ pro necessitate illius temporis fuit permissa.

Item promotione, vt ait Leo epist. 3. ad Iulianum † Aquilegiensem.

¶ Qui ab hæreticis ordinem suū spe promotionis in suis ordinibus recipiunt. C. XLII.

5 SI quis [o] hæreticę communionis cōtagione se macularit [β], hoc in magno habeat beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis [p] in quo inuenitur [q] ordine, permaneat.

β ¶ Macularit. ‖ *Hic apud B. Leonem cum alia verba sunt interiecta, tum c. saluberrimum. infra q. 7. caput enim hoc est quasi summa quædam, quem admodum & c. omnis. infra eadem, tametsi illud paulo plenius sit.*

Ecce [r] *si clericus vel ordinatio-*

i ¶ *Necessitatis.* ‖ Necessitatis quinq; sunt sacramenta. baptismus, cōfirmatio, pœnitentia, vltima vnctio, corpus Christi b. In baptismo tū hoc est speciale, q̄p in summa necessitate accipi potest à quocūque. 32. dist. §. verum. ver. finem. & idem [a] circa penitentiam. nam confiteri possum cuicunque in necessitate. de pæ. dist. 1. quē pœniter. Circa alia sacramenta necessitatis, vel circa ista duo cū non instat necessitas, hoc est attendendū, q̄p cum peccat q. s accipiēdo, acta pœnitentia rata intelligitur quo ad effectū. ‖ In sacramentis vero dignitatis hoc est de iure, q̄p nō habeant executionem cum pœniteant accipiētes, nisi cū eis dispensetur. Et sacramenta dignitatis sunt ordines: & ideo dicit in plurali, quia sunt plures species ordinis. 21. di. clericos. Et dicuntur dignitatis: q. a à dignioribꝫ, idest, epis conferuntur vel qa nōnisi digne e assumendi sunt. Videtur etiam q̄p baptismus non sit necessitatis sacramentum arg. de conse. dist. 4. c. baptismi vicem.

k ¶ *Illa.*] Hic assignat vnā differentiā inter baptismum & alia sacramē ta: alia ponit ȝ. in se. §. ecce si clericus. aliam in illo §. ecce cum honoris.

Qui clerici.] CASVS. Dicit in hoc c. q̄p si quis cōi consensu ab eo qui male fuerit electus, toleratus tamen fuerit promotus: dispensatiue poterit ministrare in ecclesia ad quam fuerit ordinatus, sed nō in alia. Seq. §. planus est, & omnia vsque ad §. ecce.

l ¶ *Si qui clerici à pseudo episcopis.*] id est, non canonice electis, toleratis tamen. sic 62. dist. c. 1. arg. contra 12. q. 2. alienationes. Ibi ius commune: hic misericordia.

m ¶ *Ecclesiæ.*] ȝ. ea. q. 5. c. 1. contra. Sol. ibi, propter scandalū in ecclesia quā per manifestam adeptus est simoniam non pmittitur ministrare hic ecōtra, scilicet propter scandalum, cum occultum sit delictum in ecclesia cui intitulatus est, & non in alia suscipitur, vel hoc cum emit illum ordinē, illud cum dignitatem vel bene ficium. ȝ. ea. erga.

n *Quod pro necessitate temporis, &c.*] Cessante necessitate & dispensatio cessare debet.

o ¶ *Quod.*] id est, quia dispensatio vrget, vel quod est accusatiui casus, idest, quod necessitas vrgebat, id est, inducebat. Arg. contra ȝ. 19. q. 2. duæ. ibi propter criminosos. B. sol. ibi de causa impulsiua, hic de fina. ff. de postu. l. 1.

p *Si quis.*] Hoc capitulum non loquitur de mero iure.

q ¶ *Promotionis.*] ȝ. 34. dist. præcipimus. C. depos. si depositi. de hoc enim gratificare debet, vt ibi.

r ¶ *Inuenitur.*] nisi in casibus notatis. 9. q. 1. in summa [d].

ECCE. CASVS. Hic ostendit Gratianus aliud esse in sacramento ordinis vel dignitatis, quod nō confertur cum effectu ab hereticis: aliud in sacramento necessitatis, quod cum effectu confertur etiam ab hereticis, vt baptismus, pœnitentia, & Eucharistia: quia sacramentū ordinis nō solū ꝓpter culpā interdū, sed etiā propter irregularitatē, vnde sacramēta necessitatis potēst conferre qui istud solum conferre non potest.

s ¶ *Ecce.*] Ostendit magister in hoc §. differentiam inter sacramenta dignitatis, & alia, & causam differentiæ.

a ¶ *Infamia.*] quæ etiam sine culpa contrahitur. 8. q. 1. §. verum.

b ¶ *Mundatiæ.*] vt in illo qui contrahit cum ancilla. 34. distinct. si quis viduam.

c ¶ *Istud solum.*] scilicet ordinem.

Si qui episcopi.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod si quis ordinauerit indignum, etiam si depositionem euadat, de cetero nō ordinabit, nec intererit illi ordinationi, quam contulit indigno.

d ¶ *Talem.*] extra de temp. ord. litteras.

e ¶ *Qualem.*] extra de præben. graue.

f ¶ *Aliquo modo.*] ‖ dispensatiue. ſ. cum punitur aliquis in eo in quo deliquit. In increpatione, vt 45. dist. cum beatus. Item in scientię recognitione. 16. q. 1. reuertimini. in fi. Item in potestate ligandi vel soluendi. 24. q. 3. de illicita. Item in priuilegiis. 11. q. 3. priuilegiū. Item in ordinis collatione, vt in c. præsenti, si qui epi. Item in honoris ablatione, vt dixi 99. dist. nullus. Item in armorū retētione, vt 1. q. 7. c. 1. H.

g ¶ *Ordinationis.*] ȝ. di. 50. ex pœnitentibus. contra. ȝ. dist. 36. qui ecclesiasticis. contra ȝ. 55. dist. nullus. ȝ. dist. 51. c. 1. in §. 1. Sol. ibi de his qui ex pertinatia contra canones ordinant tales: hic de illis qui ex fola negligentia hoc faciunt, intelligitur [a] ar. 2. q. 1. in primis. nec est contra extra de temp. or. litteras. quia ibi non indignum, sed indigne ordinauit. ‖ aliàs ſp est hæc veritas, quod qui promouet indignum, depositionem meretur, vt 50. dist. ex pœnitentibus. & arg. hic ibi. euaserint, ita tamen si scienter hoc facit, cum & ille sit in notorio crimine. aliter non posset eum repellere ab ordine suscipiendo. extra de temp. or. ex tenore. Vel dic, quòd variæ sunt pœnæ, hodie mitius agitur, vt extra de præb. graue.

h ¶ *Non habebunt.*] ſ. cum aliquis punitur in eo in quo deliquit.

i ¶ *Illi.*] Baz. dicit, q̄p illum eumdem ordinem non potest conferre, sed minorem vel maiorem bene. ar. extra de temp. ord. litteras. ‖ quia hæc pœna est, & ideo non debet amplius extendi, quam inueniatur delictum. H. contradicit quòd hæc actio illi, facit simplicem relationem.

k ¶ *Vmquam.*] ‖ ar. in eo puniendum esse aliquem in quo deliquit. 12. q. 2. de viro. & c. qui & humanis. ȝ. ea. q. 5. c. 1. ȝ. di. 81. valet. 17. q. 4. frater.

ECCE. CASVS. In hoc §. ostendit G. quare sacramentum ordinis magis discrete conferendum est, quam cetera sacramenta; q̄a alia ferri non solum sine omni culpa. sed etiam sine omni infamia.

l ¶ *Ecce.*] adhuc per seuerat assignādo differētiā, & causam differētię.

Hi quoscumque.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod episcopi, q̄ seruum qui scandalizantur propter hoc. Quæ sequuntur plana sunt vsque ad c. dedit. Sed scias, quòd §. ille, Patet, respicit supradicta c. scilicet si iustus fuerit. & c. ex catholica.

1 Et sic videtur intelligere Gratianus. ‖ nec sacramentum } orig.

‖ Prælati in malis excedunt.

‖ Ordinationi indignos putatio.

[a] *al. Innocentium*

‖ Pœna in illigatur secundum delictum.

‖ In quo quis deliquit, in eo puniri debet.

[d] *Illos calumniatur Hug.*

115. q. 1. c. si q. episcopi. Anſ. l. 1. c. 74. hoſp. 5. c. 107.

ne, vel quolibet sacramento hæreticis communicat, cessans à promotione vix in suo ordine perseuerat. Non est enim de sacramento hoc, vt de ceteris. Cetera enim vel ad culpas abluendas dantur, vt baptismus, & pœnitentia; vel pro culpis non in æternum, sed ad horam negantur, vt Eucharistia, quæ in articulo mortis pœnitenti etiam de nefariis peccatis conceditur: Hoc solum non solum pro culpa, sed etiam pro infamia [a] *interdicitur* †, *& pro immunita munditiæ* [b] *suæ, vel extrinsecæ, vel intrinsecæ perfectionis prærogatiua, vt bigamis, vel viduæ maritis, vel illiteratis, vel corporis qualibet parte vitiatis denegatur: quibus tamen baptismus, vel Eucharistia non negatur. Potest etiam talis cetera sacramenta administrare; qui istud solum* [c] *non valet conferre.*

Vnde Leo ait ad episcopos Africæ, epist. 85. al. 87. c. 2.

¶ De episcopis: qui talem confecrant, qualem confecrare non licet. C. XLIII.

1 SI qui episcopi talem [d] conse crauerint sacerdotem, qualem [e] non liceat, etiam si aliquo modo [f] damnum proprij honoris euaserint, ordinationis [g] tamen ius vlterius non habebunt [h] nec illi [i] vmquam sacramento intererunt; quod neglecto diuino iudicio, immerito præstiterunt.

Ecce [l] *cum honoris periculum euadant, vt cetera sacramenta sacerdotaliter administrare permittantur, ab hoc solo non modo pro hæresi, vel pro qualibet maiori culpa, sed etiam pro negligentia remouentur. In quibus omnibus solicite notandum est, quòd sacramentum sacerdotalis promotionis præ ceteris omnibus magis accurate, & digne dandum, vel accipiendum est: quia nisi ita collatum fuerit, eo desinet esse ratum, quo non fuerit rite perfectum. Cetera enim sacramenta vnicuique propter se dantur, & vnicuique talia fiunt, quali corde, vel cōscientia accipiuntur. Istud solum non*

m ¶ *Quoscumque.*] i. aliquos indignos, quòd collige ex illo verbo, assecliſ, ab assequor [b] assequeris. vnde & assecla seruus. aliter si essent digni, plus eis tenerentur. arg. 12. q. 2. hæc huius. 86. dist. non satis.

n ¶ *In scandalum.*] qui ergo occasionem damni dat, damnum, &c. extra de iniur. & dam. si egressus [c] ȝ. ea. placuit 2. arg. contra 23. q. 5. de occidendis. §. 1. Dic, prima intelligitur de causa proxima, & cum culpa: contraria de causa remota, & sine culpa. ff. de ser. cor. l. Neratius.

o *Vt Iliſsimus.*] ȝ. dist. 25. §. nunc autem.

p ¶ *Nisi præcellat.*] ‖ id est, nisi habeat illam discretionem, quæ in prælato exigitur, etsi non eminentem, tamen sufficientem, extra de elect. cum nobis olim. sufficit enim, quòd sit bonus [d] 65. dist. cap. vlt. Quid ergo si omnes sint valde periti? Non ideo erit iste vilissimus, quia non est, vt Salomon. de hoc octaua quæstio. prima, licet.

PATET ERGO. Hæc est 7. pars huius q. in qua dicitur quod sacramentum collatum in forma ecclesiæ à malo catholico tolerato, ratū est. Io. de Iant.

q ¶ *Patet ergo.*] respicit illud cap. ex catholica. & ca. si iustus. Io.

Edit.] CASVS. In catechumeno baptizando non attenditur meritum dantis, vt probatur exemplo Iudæ: quia quos baptizauit, nō sunt postea baptizati: q a Christus eos baptizauit. sed bene baptizati à Ioāne sunt postea baptizati: quia Ioannis erat baptismus. Sic ergo quos baptizat ebrius, adulter, & homicida, Christus baptizat.

r ¶ *Dedit.*] q a baptismꝰ collatus à Ioanne erat quoddā sacramētale, quo abluebāt corpus exterius tātū. de consecr. distin. 4. baptismus. & valebat ad assuefactionem.

s ¶ *Dedit.*] in nomine Christi, vel in nomine patris, & filij, & spiritꝰ sancti: & ideo non fuit, &c. de con. ec. dist. 4. aliud.

t ¶ *Dedit Ioannes.*] in nomine venturi. &c. & ideo fuit Ioannis.

v ¶ *Et baptizatumest.*] ȝ. de consec. dist. 4. non regenerabantur.

x ¶ *Baptismus Christi erat.*] i. quarto libro sententiarū legit. ‖ Hic considerandū est si baptizati sunt baptismo Christi à Ioanne baptizati: & qua forma verborū sit vsus Ioānes. Illi respondent, q̄ baptizati sunt à Ioāne nescientes spiritum sanctum esse, ac spē ponētes in illius baptismo, postea baptizati sūt baptismo Christi. b baptismus autē Ioannis tm̄ dabatur in nomine venturi. Vnde Hierony. super Io. Qui dicit se in Christū credere, & non credit in spiritū sanctū, nōdū habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi, idest, domini nostri Iesus Christi: q̄ dixerūt, sed neq; si spiritus sanctus est audiuimus, iterū baptizati sunt in nomine Christi explicite. Illi vero q̄ spem in baptismo Ioannis habebāt, & patrē, & filiū, & spiritū sanctum credebant: non fuerunt postea baptizati: sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta spiritum sanctum receperunt. Alij vero qui non ita credebant, baptizati sunt baptismo Christi, vt dictum est. Vnde Hierony. Qui spiritum sanctum nescit bene baptismum à Ioanne acceperunt, iterum baptizati sunt, ne quis ex Iudæis vel gentilibus putaret aquam sine spiritu sancto sufficere ad salu

b Assecla dicitur assectator, ab assequendo, eo quod sequatur aliquē lucri causa secundum Papi. c Cōcor. text. in l. si quis ad se. cū ibi not. C. ad legē Iuliā de vi publ.

‖ Sciētia prælati sit saltem sufficiens.

d Grauitas & industria in prælato requiritur. c. 2. de fer. quar. verſic. ſi enim, &c.

† *Vtiliſsimus* } *separatus* } orig.

2 ex catho lica. & ca. iustus.

‖ Baptizati a Ioanne an buerunt reb ptizari baptismo Christi.

ad salutem. De hoc etiam Ambrosius. Quidam negauerunt se scire spiritum sanctum cum baptizatos se dicerent baptismo Ioannis: quos tamen in aduenientis Iesu non in suo baptizauit nomine. Isti ergo qui nec in Christi nomine, nec cum fide spiritus sancti baptizati fuerant, non poterant accipere baptismi sacramentum. Baptizati sunt igitur in nomine Christi, nec iteratum est in eis sacramẽtum, sed innouatũ. ‖ Sed quæritur, cum in baptismo Ioannis non conferatur remissio peccatorũ, vt de consec. dist. 4. non regenerabantur. nec ad veritatem baptismi valeat fides alicuius, vel infidelitas officiat. de consec. dist. 4. quomodo. & seq. c. cur reiteratur baptismus in quibusdam à Ioanne baptizatis, maxime cum per circumcisionem originale fuisset deletũ, vt extra de bap. maiores. §. caute. Nam si dicas baptismum Christi necessarium esse etiã circuncisis, concluditur ergo, quod in omnibus baptizatis à Ioanne necessarium est, siue bene crederent, siue male. Si autem dicas non esse necessarium: quare ergo baptizati sunt baptismo Christi iam a Ioanne baptizati. cum iidem essent circuncisi? potest dici forte, quod antepassionem Christi nulli erat baptismus necessarius [a], sed tãtum baptizati sunt ab Apostolis ne putarent aliqui baptismũ sine spiritu sancto sufficere ad salutem, quod credo. Vel forte a baptismo Christi, ideſt, postquam Christus baptizatus fuit, omnibus baptismus fuit necessarius, siue Ioannis *, siue Christi: sed baptismus Christi tanquam a seipso ratus non indiget fidei adminiculo. secus in Ioãnis baptismo. vnde baptizati sunt quibus recta fides non affuit: quod locum habuit in baptismo Ioannis. Vide quod no. de consec. dist. 4. ex quo.

a ¶ *Ebrius.*] *Addita sublata. & emendata sunt nonnulla in hoc capite ex originali, non tamen vox ista ob glossam. Legendum est enim,* ebriosus.

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 4. c. 4.

¶ De eodem. C. XLVII.

[2] Sicut vrgeri videor, cum mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit [b] peccata? sic & ego [c] vrgeo, cũ dico ergo qui cælestia mandata nõ seruat, auarus, raptor, fœnerator, inuidus, verbis, non factis sæculo renũncians dimittit peccata? si per vim sacramenti Dei; sicut & ille, ita & ille. Si per meritum suũ; nec ille, nec ille. Illud enim sacramentum & in malis hominibus Christi esse cognoscitur. In corpore autem vnicæ [d] columbæ, incorruptę, sanctæ, pudicæ, non habentis maculam, aut rugam, nec ille, nec ille inuenitur. [Vt si cuius β manus esset arida, verum quidem esset mẽbrum, quamuis sine sanguine, & inefficax esset, & mortuum: sic & fides, cum sit vera, tamen sine operibus mortua est]. *item paulo post.*

¶ Sic ergo in hæresi baptizatus in nomine sanctæ Trinitatis, tamen non fit templum Dei, si ab hæresi non recesserit; quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templum Dei, si ab auaritia non recedat, quę est idolorum seruitus.

β ¶ Vt si cuius.] *Verba hæc vsque ad versi.* Item. *in vulgatis B. Augustini codicibus co loco non leguntur, neque apud ceteros collectores.*

8 *Ex his itaque verbis apparet baptisma, quod ab hæreticis tribuitur, virtute sua remissionem conferre peccatorũ.*

Sed idem Augustinus econtra testatur libro sexto de baptismo contra Donatistas, c. 1. dicens.

¶ Baptisma Christi, etsi nulla peruersitate violetur, apud hæreticos tamen caret effectu. C. XLVIII.

[3] Etiam [e] corde tardiores, quantum existimo, intelligunt baptismum Christi nulla peruersitate hominis, siue dantis, siue accipiẽtis posse violari. Sed [f] quia [g] aliud est sacramentum ab effectu sacramenti; cum eos, qui in ipsa vnitate ecclesiæ perdire viuunt, constet remissionem peccatorum nec dare, nec habere posse, quia non malignis, sed bonis filiis dictum est [Si cui dimiseritis peccata, dimittũtur ei; si cui tenueritis, tenebuntur;] patet ergo hæreticos [h] tantum dare, vel accipere sacramentum baptismi, & non dare remissionem peccatorum.

γ ¶ Sed quia aliud.] *Hinc vsque ad finẽ verbis B. Augustini in summam redactis sua tamen manet in columnis. Integer locus habetur de consec. dist. 4. Quomodo. §. Non ob aliud:*

Idem in sermone xj. de verbis Domini, de blasphemia in Spiritum sanctum.

¶ De eodem. C. XLIX.

[4] Corporalia [i] sacramenta, quæ portant, & celebrant etiam segregati ab vnitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis [k]: Virtus vero pietatis inuisibilis, & spiritualis ita in eis non potest esse; quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore.

¶ *In aliquot vetustis codicibus hoc, & sequens caput sunt coniuncta superiori.*

Item Ambrosius in libro de initiandis rudibus.

¶ De eodem C. L.

[5] Non sanat baptismus [l] perfidorum; non mundat, sed polluit [m]: quia in diluuio [n] aquarum multarum ad Dominum non approximatur; quia, vt per Apostolum dicitur. [Quidquid non est ex fide [o], peccatum est:] & ipsis qui faciunt, & quibus faciunt, non solum non prodest; sed & ad iudicium est.

δ ¶ Polluit.] *Hucusque Ambrosius. Sed Algerus libro tertio, c. 1. referens hunc locum, addit vsq; ad ver.* approximatur, *ac deinde c. 13. citans etiã cũdẽ librũ B. Ambrosii, adiungit reliqua huius capitis vsque ad finẽ.*

i ¶ *Pietatis.*] ideſt, sanctæ religionis & veritatis: sed ideo dicit, quia tunc est ibi pietas, cum & veritas, &c.

Non sanat.] CASVS. Dicitur in hoc ca. q. baptisma perfidorum nõ prodest. Et hoc probatur Apostoli auctoritate dicẽs, omne q. nõ est ex fide, pctũ est: imo potius nocet assumẽtibus illud baptisma. k ¶ *Baptismus.*] datus extra formam ecclesiæ, vt ff. c. 5. sed notandum. l ¶ *Qui in diluuio aquarum.*] ideſt, multiplicatę diuersarum sententiarum, vel sectarum [p], vel in diluuio tantum; quia solus baptismus non sufficit nisi & gratia detur.

m ¶ *Ex fide.*] ideſt, cum fide operante per dilectionem.

Ili qui]

521

Hi qui.] CASVS. Dicitur hic, quòd hi qui ab hæreticis baptizantur, per impositionem manus episcopi sunt confirmandi, vt sic gratiam spiritus sancti in ecclesia recipiant: baptisma tamen reiterari non debet, dicente Apostolo: Vnus Deus, &c.

a ¶ *Baptizati.*] nam tunc nihil acceperunt ab eis. 68. dist. §. hi vero.

b ¶ *Vnus.*] id est, incommutabilis.

c ¶ *Vna.*] id est, ab vno veniens.

d ¶ *Vnum.*] id est, vnã habens efficaciam in omnibus siue paruulis, siue adultis: nisi malitia suscipientis impediat, vel vnum, quia non iterãdum.

e ¶ *Vt quod.*] scilicet sanctitatis virtutem, gratiam remissionem peccatorum, exaudi tamen, vt dicit Gratianus. ℣. ead. §. nemo. Nam aliter constitutus in necessitate accipit. 32. dist. §. verum.

SED NOTANDVM. Hæc est 9. pars. quæst. in qua dicitur, q. quidam hæretici non baptizant in forma ecclesiæ, & talis baptismus iteratur. Alij hæretici dãt in forma ecclesię, & talis nõ reiteratur. Io. de Fant.

CASVS. Soluit tunc Gratianus dicens, quòd supradicta c. & maxime cap. non sanat. intelligũtur de his qui non baptizati sunt in forma ecclesiæ, qui debent iterum baptizari. Et hoc probat per seq. cap.

f ¶ *Quorum.*] vt Ariani, qui dicunt filium non cœternum patri. 24. q. 3. c. quidam. versi. Ariani.

g ¶ *Personarum.*] ¶ vt Sabelliani, qui dicunt eãdem personam esse patris, & filij, & spiritus sancti, vt 24. q. 3. quidã. versi. Sabelliani.

h ¶ *Ecclesiæ.*] quæ necessaria est. 32. dist. §. verum. & ℣. eo. c. detrahe.

Si quis confugerit.] CASVS. Statutum fuit in Nicæno concilio, vt baptizati à Paulianistis præter formam ecclesiæ, ad nos redeuntes debeant iterum baptizari, & eorum clerici, si aliàs fuerint inculpabiles, post baptisma apud nos ordinentur. si vero minus idonei inueniantur, repellantur.

i ¶ *Paulianistis.*] ¶ qui dicebant Christum non fuisse semper, sed à Maria sumpsisse initium, vt ℣. 24. q. 3. quidam. §. Paulianistæ.

k ¶ *Cataphrygis.*] Cataphrygæ dicunt spiritum sanctum paruulum hominem, &c. vt in prædi. c. quidam. versi. Cataphrygæ. qui non baptizant in forma ecclesiæ. & sic soluuntur contraria. ℣. de consecr. dist. 4. qui bis. ‖ sed hic non fuit facta iniuria sacramento, cum nullum præstiterit, nisi necessitas, &c. Item contra. ℣. ead. si quis per ignorantiam. sed hoc de dispensatione, illud de rigore. Vel hic loquitur de iure; quia cum hic nullum fuit prius baptisma, nec ordo, vnde non fit hic iniuria alicui sacramento: sed tantum baptizantur, & ordinantur. nec tangit illud cap. hoc: quia ibi alius casus, scilicet quia ibi sunt duæ quæstiones secundum vnum casum.

l ¶ *Rursus.*] argu. ‖ quòd non baptizatus nullum recipit ordinem. extra de presbyt. non bapti. cap. si quis presbyter. ℣. eod. tit. si quis per ignorantiam. 5. ead. cum Paulus.

m ¶ *Deponi.*] de facto [a]. vel deponi, id est, non admitti.

Paulianistæ.] Isti non baptizabant in forma ecclesiæ; sed Nouatiani sic; sed rebaptizabant iam baptizatos. Sed illi qui ab eis in forma ecclesiæ sunt baptizati, si eis communicant in hæresi: tunc

o ¶ *Alij.*] hic §. respicit §. 5. positum, sed notandum.

Item Leo ad Nicetam Aquileiensem episcopum, epist. 77. al. 79. cap. 7.

¶ De his qui semibaptizati, id est, qui à Paulianistis, & Cataphrygis ad ecclesiam redeunt. C. LI.

[1] Hi, qui baptismum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati [a] antea non fuissent, sola inuocatione spiritus sancti per impositionem manuũ confirmandi sunt; quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. [2] Et hanc regulam, vt scitis, seruandam omnibus ecclesiis prædicam [o], vt lauacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apostolo [Vnus Dominus, vna fides, vnum [b] baptisma:] Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est: sed, vt diximus, sola sanctificatio sancti spiritus inuocanda est, vt quod [c] ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur.

Sed notandum est, quòd hæretici, vt Ariani, & Sabelliani, quorũ [d] alij inæqualitatem, alij indiscretionẽ personarum [e] confitebantur, baptisma nõ in forma ecclesiæ [f], sed suæ peruersitatis ministrabant. ¶ *De his specialiter Ambrosius locutus est dicens* 3 [*nõ sanat baptismus perfidorum, &c.*] *sed etiam, vt rebaptizentur, & reordinentur, in concilio Nicæno, c. 19. statutũ est.*

¶ Redeuntes, & Cataphrygas ad ecclesiam reducunt. C. LII.

Si quis confugerit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis [g], & Cataphrygis [h], statutum est rebaptizari eos omnino debere. Si qui vero clerici erant apud eos; si quidem inculpati fuerint, & irreprehẽsibiles, rebaptizandi sunt, & rursus etiam ab episcopo ecclesiæ catholicæ ordinentur. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehensi; deponi [m] eos oportet. Similiter autem & circa diaconos, & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur.

a ¶ Cataphrygis.] *Legitur hæc dictio in prisca versione, quæ est in variis exemplaribus collectionis Isidori impressis, ac manuscriptis: sed non est in canone Græco, neque in versione Dionysij, aut alijs recentioribus. Quòd autem & isti baptizandi sint, traditum est in concilio Laodiceno, cap. 8. in synodo septima, seu secunda Nicæna, cap. 7. & ℣. de consecra. distin. 4. c. hi vero. quod est Gregorij.*

β ¶ Diaconos.] *Græce est,* περὶ τῶν διακόνων, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων. *Id est,* De diaconissis, & de his omnino, qui in canone connumerantur.

Item Innocentius ad episcopos Macedoniæ, epist. 22. cap. 5.

¶ De eodem. C. LIII.

In Paulianistæ [i] in nomine patris, & filij, & spiritus sancti minime baptizabant; & Nouatiani iisdem tremendis, venerandisque nominibus baptizant; nec apud istos de vnitate potestatis diuinæ, hoc est patris, filij, & spiritus sancti quæstio aliquando mota est.

Alij formam ecclesiæ in baptizãdo seruant. Sed, dum ab eis baptizantur, qui in hæresi, vel schismate eis cõmunicant, sacramentum quidem baptismi ab eis accipiunt, virtutem vero non consequuntur, quam sine fide nullus consequi potest. Vnde de Domino dicitur, quòd in patria [p] sua non poterat [q] facere signum propter incredulitatem eorum.

Vnde Augustinus tract. 80. ad cap. 15. Ioannis, & sermone de cataclysmo, cap. 3. initio.

¶ Quòd verbum accedit ad elementum, & fit sacramentum. C. LIIII.

De trahe [r] verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum [s] ad elementum, & fit sacramentum [t]. *& infra.* ¶ Vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tãgat, & cor abluat; non tamen quia verbum dicitur, sed quia fides adhibetur. Sequen. §. patet.

r *Detrahe.*] ‖ id est, si aliquis immergat aliquẽ, & non proferat verba, non baptizat: quia nec solum elementum, nec sola verba ad hoc sufficiunt. Vel aliter; quidam baptizant tantum in nomine patris & spiritus sancti, & tunc expone, detrahe verbum, id est filiũ: quid est aqua nisi aqua? quasi dicat, non est ibi baptismus, de consecr. dist. 4. in synodo. Vel aliter, detrahe verbũ ab aqua, id est formã, & non erit sacramentum baptismi. ‖ Et not. q. Gandulphus dixit, quòd ipsa aqua fit sacramentum, scilicet ipsum elementũ. arg. de consec. dist. 2. c. sacrificium. vnde si asinus bibat aquã illam, bibit sacramentum: sicut de mure diximus. de consecr. dist. 2. qui bene non custodiunt. Alij dicunt, q. impossibile est, q. asinus bibat sacramentũ. ‖ nam dicunt, quòd aqua illa in eodem instanti incipit & definit esse sacramẽtum, scilicet in vltima prolationc ipsius formę. Baptizo te in nomine patris, &c. vt notaui de consecr. distin. 4. c. 1. sed per alias orationes, quę primo fundũtur super ipsam aquã, non fit aqua sacramentũ, & hoc ita verum est secundum eos, q. si in eo instanti quo forma finitur, & aqua fit sacramentum, puer non esset in aqua, puta ante quàm dixisset, & spiritus sancti, leuasset eum de aqua: non esset baptizatus. Nec est mirum si incipiat & desinat esse in eodem instanti, cum sit idem etiã in aliis casibus secundũ legem. nam si quid mihi debetur sub conditione, & illud accepero, tuli ante existentiam conditionis: si post existat conditio, eodem instanti incipit & definit esse debitum. ff. de accep. l. antepenul. & l. quod in diem. vt dicit lex. Sed falsum est quod lex dicit: quia intelligitur olim liberatus, vt ff. de sol. sub conditione debitor. Melius potest poni exemplum in seruo datõ vxori à viro, vt eum manumittat. nam in eodem instanti incipit & definit habere dominium. ff. de don. inter vir. & vxo. quod autem. §. vlti. arg. hic in fi. contra: quia alius est sonus, &c. sed quod dicit, quòd virtus permanet, non intellige in aqua, sed in puero. Item argu. contra. ff. de vsufru. Titio cum morietur. Item aliud exemplum potest poni vbi quis si nul incipit & definit esse debitor, vt ff. ad Velleia. debitrix. Quidam autem intelligunt aliter illam litteram.

s ¶ *Verbum.*] nam verba necessaria sunt. arg. in l. 1. ff. de verb. oblig.

t ¶ *Et fit sacramentum.*] id est, sacramentũ fit ibi ex forma verborum & aquæ: quod est baptismus. ‖ Sed quæritur si in littore maris baptizetur quis, an tota aqua consecretur, an non? Dicendum est, quòd illa tantum quę puerum tangit. arg. ff. de relig. l. 2. §. Celsus. nam ibi dicitur, quòd sola terra, quæ tãgit corpus hominis, est religiosa. Vel potest dici, quòd eti am illa quæ istam tangit, vt ff. de re. vend. quæ religiosis. sed

‖ Baptismus Ioãnis non cõferebat peccatorum remissionem.

1 Alg. l. 3. c. 10.

2 Pol. l. 3. ti. 10. Anselm. c. 13. Ius p. t. c. 165. & p. 2. c. 94.

a Scilicet qa ianua paradisi nondũ erat aperta. extra de baptismãtoribus. Arch.

Ephes. 5. * *Vide B. Tho. 3. q. 38. ad per totam, & præsertim ar. 6. Iacob. 2.*

Colos. 3.

b Arg. contra de consec. di. 3. baptismus, ſi fi. & c. non illud. Arch.

‖ Instructio respondentis. c Instantiã gl. sing. secũdum Iasonem in l. vlt. in fi. C. vn de liberi. Gl. similis in l. creditori. de operono. nun. vbi Alexan. & Iason.

1 Polycarp. l. 3. tit. 20.

2 c. ac hanc regulam.

Ephes. 4.

‖ Hæretici ni confitẽtes effectum sacramẽti.

3 Algerus lib. 1. c. 4. & 13. Psal. 31.

Rom. 14. d Vel dicit hoc dicit differentiã spiritualis cognitionis enim. hoc est quia spiritus sanctus est veritas, virtus est etiam ipse Deus, & sic potest dici, quòd virtus sacramenti sit ipse Deus. Arch.

Error Paulianistarum.

‖ Baptismo an fiat iniuria p reiterationẽ.

‖ Ordinatus ne quit qui baptizatus non est.

a Scilicet de ordine qui è quod hæreticus videbatur habere. Archid.

‖ Sacramẽtũ gratiæ in malis esse potest.

Error Sabellianorum.

Luc. 4.

‖ Idem incipit & definit in eodẽ instanti.

‖ Aqua baptismi, an sit sacramentum.

‖ Baptismus in maris littore factus nõ cõsecrat totum mare.

ekaudi per canonem. 11.q.3, quoniam multos. quia excommunicatio non transit in tertiam personam: sic nec religio.

a ¶ *Faciente.*] i.in forma Euãgelijin noíe patris,& filij,& ſpũs ſancti.

b ¶ *Creditur.*] ſ.ead.ſicut. Videtur ergo, ꝙ mutus poſsit baptizare: quia matrimonium poteſt contrahere; maxime ſi tres perſonas poteſt exprimere; quod concedo ſi eſt mutaſter:aliter ſi loqui non poteſt, nõ baptizabit a. & quod dicitur, ſed quia creditur, hoc ad ſuſcipiẽtem refertur: quia non exigitur fides conferentis,ſed ſuſcipientis.de conſec.diſt.4. tunc valere. ab ipſo enim dãte ſola intentio requiritur, vt dixi ſ.ead.ſicut.

c ¶ *Sonus.*] eſt ſonus vocalis,& eſt ſonus mẽtalis.

d ¶ *Aliud.*] id eſt, efficacia à Deo ſibi collata. ĵ.de conſecra. diſt.4.cap. ſolet. & cap.quamuis. & cap. eccleſia paradiſo.

e ¶ *Cumulari.*] ad cumulum ſupplicij. 32. q. 7. vſque adeo.

f ¶ *Teneamus.*] Probat baptiſmum poſſe cõferri à malis, & ipſi poſſunt miracula facere. ĵ. ead. prophetauit.

g ¶ *Nihil eſt.*] quo ad vitam æternam.

h ¶ *Magi.*] Ioannes & Mambres. iſti magi ſcilicet Ioannes & Mambres tria fecerũt miracula, virgas in ſerpentes conuerterunt, & aquam in ſanguinem,& fecerunt aquã ranis ebullire. Sed Cyniphes non potuerunt ẽducere vt Moyſes. vnde dixerunt c, Digitus Dei eſt hic. & ita defecerunt in quarto miraculo,ſcilicet in tertia plaga d, quia primũ non fuit plaga. & ideo quandoq; dñr defeciſſe in tertio miraculo,quia in tertia plaga. 26.q.5.c.nec mirum.

i ¶ *Hanc.*] Hoc cap. eſt pars illius cap. ſ.ead. hi qui. & repetit hic finem illius capituli, vt exponat in §.ſequenti.

NEMO Hæc eſt decima pars quæſtionis, in qua dicitur ꝙ baptiſmus poteſt dari à quocumq; & hoc vſque ad §.hoc ergo.Io.de Fant.

CASVS. Supra in quibuſdam cap. dictum eſt ꝙ baptizati ab hæreticis conſequuntur effectum baptiſmatis,& remiſsionem,vt ſ. c. ſi iuſtus fuerit. & in capitulis ſequentibus. poſtea dictum eſt in quibuſdam cap. contrarium. vt in c. etiam. & ſequentibus. Nunc Gratianus ſoluit hanc contrarietatem,dicens ꝙ illi qui ignoranter vel in neceſsitate & in forma eccleſiæ recipiunt baptiſma ab hæreticis,conſequuntur remiſsionẽ, aliàs non. & hæc eſt bona ſolutio & vera quæ probatur p ſequens cap.

k ¶ *Nemo.*] Argu. ad quæſt. de inuaſore, vtrum per eum poſsit præſentari clericus in eccleſia, & ſi per hæreticum ſententia iuſta detur e. de confecra. diſt.2. & dixit dominus. Ioan. quorum vtrumque falſum eſt, quia inuaſor non toleratur, & hæreticus eſt excommunicatus. B.

a Adde idem eſſe in furdaſtro.facit g o. in ſi.in l.n.ff. de leg.tuto.

Exo. 7.

Act. 9. & 8.

Luc. 10.

Epheſ. 4.

b 37.diſt. cap. legim'. §.huic etiam.

c Exodi 8.

d 26.q.5.nec mirum.verſic. nec ideo.

e Arg ĵ. ead. quod quidam. in princ.

1 *Forma.*] ſcilicet in neceſsitate, vel ignoranter.

m *Per lapideum canalem.*] ſ.ead. ſi iuſtus.

Spiritus ſanctus.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſpiritus ſanctus,& ſi nullius fictione fallatur, ſic tamen fictis vtitur, vt per eorum miniſterium bonos colligat.

catholicis ſacerdotibus conſequatur.

10 Nemo. *In hæreſi,vel ſchiſmate cõſtitutus intelligendus eſt. Ceterum ſi cum fidei integritate,& animi puritate de manu hæreticorũ in forma eccleſiæ aliquis baptiſma acceperit; tunc impletur illud Auguſtini* [3 *per lapideũ canalẽ aqua trãſit ad areolas*]*& iterũ*[*ſpiritalis virtus ſacramẽti,&c.*]

Idem ſermone 11. *de verbis Domini, de blaſphemia in ſpiritum ſanctum.*

¶ Etiam per malos bonã colliguntur. C. LVIII.

4 SPiritus ſanctus in ſancta eccleſia, etiam iſto tẽpore, quo velut granum cum palea triturtur, ſic operatur, vt nullius veram cõfeſſionem aſpernetur, nullius ſimulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat,vt etiam per eorũ miniſterium probos colligat.

Eccè quando ab hereticis baptiſma cum ſua virtute accipitur: cuius tam neceſſaria adminiſtratio eſt, vt nec etiam à pagan's datum poſsit reiterari. Vnde in eccleſiaſtica hiſtoria legitur, quòd Alexander epiſcopus Alexandriæ,cum Petri martyris ſolennia celebraret, poſt expleta Miſſarum ſacramenta vidit ſuper oram maris puerorum ludum imitantiũ,vt fieri ſolet,epiſcopum,& gerentium ea, quæ in eccleſia geri mos eſt. Mox eos ad ſe perduci iubet; & quid egiſſent, percunctatur. Illi rei ordinem pandunt: baptizatos à ſe eſſe quoſdam catechumenos confitentur per Athanaſium puerum,qui illis fuerat epiſcopus ſimulatus. Vbi ex reſponſis eorum vidit ſecundum religionis noſtræ ritum cuncta conſtare; ſtatuit, illis quibus, integris interrogationibus, & reſponſionibus aqua fuerat infuſa, iterari baptiſmum non debere, ſed adimpleri ea, quæ ſacerdotibus mos eſt.

Hinc etiam Iſidorus ait.

¶ De his, qui per ignorantiam ordinantur, antequã baptizentur. C. LIX.

6 SI quis per ignorantiam ordinatur, antequã baptizetur,

n *Fallatur.*] ‖ Nam mentiri Deo poſſumus, ſed ipſum fallere nõ poſſumus. de conſecr.diſt.2. panem. omnia enim certa ſunt ei. ff. de iudic. ſed & ſi reſtituatur.§.vlt.Argu. contra. 81.diſt. oportet.16.q.1. reuertimini.

o ¶ *Reprobos.*] Argu. non præiudicare alicui in ſua cauſa religionem alterius. ‖ non enim melius debet alicui credi, quia ſigna & miracula facit, cũ & bonis & malis ſint communia.ſ.ea.c.multæ.

p ¶ *Probos.*] quia illud ſacramentum puro corde ſumunt. ĵ.ea. non nocet.

ECCE Iſte §. & hiſtoria in eo poſita patent ex textu.

q ¶ *A paganis.*] ſi in forma eccleſiæ detur. de conſecra.diſtin.4. à quõdam.

r ¶ *Puerorum.*] doli capacium,aliter nihil ageret ſ. nam tales furioſis comparantur. ff. de acq. poſſeſſ. l. 1. §.15.q.1. illud. Quis autẽ ſit doli capax, lex dicit, ſcilicet qui eſt proximus pubertati.ff.de reg. iur. pupillum. ignorans tamen acquirit aliquid,ff. quemadmod. ſer. amit. ſi partem. §. 2.

s ¶ *Per Athanaſium.*] proprium nomen eſt.

t ¶ *Integris interrogationibus.*] Per hoc quòd dicit, integris, patet non iocoſum factum fuiſſe:& ita non ſoluitur hic illa quæſtio,arg.de conſecra. diſtin.4.ſolet quæri. licet quidam dicant eam hic ſolui. Sed dico etiam ꝙ licet formã ludendo accipiat,dum tamen baptizare intendat, baptizat. ‖ Si autem omnia iocoſe fiant,non erit baptiſmus. argu.22.q.2.c.quod ait.ff. de actio.& oblig.obligationum ſubſtantia.§.vlti. extra de ſentent.excom. ſi vero.

ADDITIO. De hoc etiam not.in præced.cap. ſolet. in glo. vlti. ibi videas. Archid.

v ¶ *Baptiſmum.*] ‖ Argum. non iterari ſacramentum, licet non ſit perfectum.

x ¶ *Non debere.*] Argu. ſimulationem alicui præiudicare g. ſ.diſt. 27.quod interrogaſti,ĵ.22.q.5.ecce.ĵ.de conſecrat.diſt.4.ſolet quæri h. contra.ĵ.ead.22.q.2. quod ait.ff.de act.& oblig.obligationum.

y ¶ *Sed adimpleri,*] argu.23.diſt.quorumdam. 7.q.1.nihil.

z ¶ *Ea quæ.*] ſcilicet vt in vertice & pectore & in ſcapulis vnguntur. extra de fac. non iter. cap.1.in fin. Ioan.

I quis.] CASVS. Aliquis ante quàm baptizaretur fuit ordinatus in presbyterum, & ante baptiſma multos baptizauit. Modo quæritur vtrum baptizati ab eo debeant iterum baptizari,& an debeat ipſe à promotione repelli; Et reſpondet Romanus Pontifex quòd non debent iterum baptizari; ſed de ordinatione non reſpondet. Et legitur littera interrogatiue vſque ibi, Sed Romanus Pontifex.

a ¶ *Si quis.*] Quidam ponunt ita caſum iſtum. Duæ quæſtiones ſunt hic Iſidoro. Prima, vtrum baptizati ab ordinato ante baptiſma ſint rebaptizandi? Secunda, vtrum ipſe debeat ordinari i? Ad primam quæſtionem

‖ Mirac. 5. poſtea. non ſunt lecta.

‖ Miracula non ſunt comm.

‖ Baptizati iocoſe non baptizantur. c. Capellã. ca.4. Burchard.in capa.100. Alger.lib.1. Ino p.1.c.1. Pannor. l. cap. 97. Magiſter 2. diſt.5. in fi. ‖ Baptizati cram erunt etiam ſimulate, contaminatum non eſt.

g Adde quod ſit ſimulatio, à non per rem. nec.fal.infa. C. plus videt quod agi à 1.ſecut.ff. de iuriſdi. omn. iudi. mod.pignor. hypo. fol. h Arg ad hoc ĵ.23.q.1.c. Nieces. ibi. vbi de hoc. i Et eſt ibi dum quis ſic extra de ſponſa. Ino p.t.c.1.c.5 Archid.

1 Extra cap.1. de presbytero non baptizato lib.6. capitul. cap.fi. Barcl.q.c.74. Ino p.t.c.268. Pann.l.c.96.

5 Libro 1.

f Quod nec. extr. de cler. in fol.

ſtionem reſpondet ab illo loco, Sed Romanus. Secundæ quæſtioni non reſpondet:ſed poteſt decidi per cap. ſ.ead. ſi quis confugerit. & ſecundum hoc legitur totum ſub interrogatione vſque ad illud, ſed Romanus. Sed ſupplebis ſecundum hoc in littera, vlterius non ordinetur:ſed, id eſt,quia, &c. Et ita reſpondet vni quæſtioni, non alij. argu. extra de præſump.nonne.inſtit.de inutil.ſtipu.§.quoties. C. de diuer. reſcript. l. 1. & hoc verum eſt, cum ſint connexæ.Alij legunt cap. plane.& dicunt ꝙ baptizati ab eo debent rebaptizari. Sed male dicunt, vnde illud,ſed Romanus, eſt correctiuum. & ipſe vlterius nõ ordinetur. & hoc corrigitur ſ. ead. ſi quis confugerit. Vel hic loquitur de rigore ſecundum Iſidorum, ſecũdum caſum quem ponit Iſido. ſecundum falſam quorumdam opinionẽ, quòd ſcilicet tales debent rebaptizari. vnde corrigit ſe ſtatim ibi, ſed Romanus. quaſi dicat; ita alij dicunt, ſed Romanus, &c.

a ¶ *Non ordinetur.*]de rigore, aliàs ſecus. extra de cler. non ordin. miniſtran. cap.1.

b ¶ *Paganus.*] ſ. diſt. 32. §.verum.ĵ.de conſec. diſt.4.quos à paganis contra, ſed ibi præter formã eccleſiæ fuerunt baptizati; hic autem de eo baptiſmo agitur, quod in forma eccleſiæ traditur.

QVOD AVTEM. CASVS. Dictum eſt ſ. quòd ſacramentum baptiſmi ſumptum ab hæretico in neceſsitate vel ignoranter, valet, cetera vero ſacramenta ab eis miniſtrari non poſſunt;& ſi fiant ab eis,inania ſunt, & intelliguntur ſequentia cap. de ſacramentis hæreticorum in quibus forma eccleſiæ prætermittitur,vel quando recipiuntur ab eis præter neceſſitatem & ſcienter.

c ¶ *Non poſſint.*] cum effectu gratiæ. not. facti gratiam nocere.Item no. non quod quis faciat,ſed cuius auctoritate quid faciat, conſiderandum.

SIc *populus.*] CASVS. Dicitur in hoc cap.quòd oblationes hæreticorum vel vota, ſiue pro pace, ſiue pro peccatis ſiant, item ſacrificia, ieiunia, & eleemoſynæ, & caſtitas eorum, omnia ſunt contaminata in conſpectu Dei. Sequentia c. vſque ad cap. ſi quis inquit. plana ſunt: quia de eadem materia loquuntur, & idem repetunt, & per te videbis.

d ¶ *Sic populus.*] Sic, conſecutiuum eſt,& hæc ſequentia cap.loquuntur quãdo forma prætermittitur, vel ſcienter præter neceſsitatem ſacramenta

e ¶ *Vel vota.*] generale eſt, & poſtea ſubdiuidit per partes.

f ¶ *Vel pro ſalute.*] pro ſalute, & pro peccato dicit, quaſi ſint nomina ſacrificiorum a: quorum vnum ad ſalutem conſeruandam, alterum ad peccata purganda offerebatur: quidam codices non habent ſecundum Hug.

g ¶ *Vel pacifica.*] ſic autem dicebatur ſacrificium quod offerebatur pro pace adepta, vel adipiſcenda.

h ¶ *Vel in holocauſtum.*] Holon totum, cauma incendium. 50.diſt.

debent ab eo baptizati iterum baptizari,& ipſe vlterius non ordinetur a. Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat,qui baptizat,ſed ſpiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi, licet paganus b ſit qui baptizat.

¶ Caput hoc Burchardus,& Iuo citant ex dictis Iſidori:ex qua citandi formula ſolet indicari non eſſe propria auctoris verba. Videtur autem in priore parte vel proponi quæſtio,vel falſa alicuius opinio recitari, cui deinde in poſteriore parte opponatur vera, Sed Romanus,&c. *quæ infra etiam de conſecr. diſt.4. cap.* Romanus, *citatur ex Iſidoro. Idque clarius lib.5. capitularium, cap.4. exponitur his verbis.* Si quis baptizatus eſt à presbytero non baptizato, & ſancta Trinitas in ipſo baptiſmo inuocata fuit, baptizatus eſt, ſicut Sergius Papa dixit; impoſitione vero manus indiget. Gregorius epiſcopus Romanus, & Ioannes Sacellarius ſic ſenſerunt.

PALEA. C. LX.

1 SI presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterum *a*.

¶ Hæc Palea & locis indicatis, & in collectione, quæ eſt in tomo tertio conciliorum poſt decreta Alexandri tertij, & cap.1. de presbytero non baptiz. citatur ex concilio apud Compendium.

a ¶ Iterum.] *Sequebatur*, & omnes, quos prius baptizauit: *quæ ſunt expuncta, quia non habentur in dicto cap.1. de presbytero non bapt.neque in cap.veniens eod.tit. vbi refertur, licet habeantur in alijs locis indicatis.*

Quòd autem cetera ſacramenta ab hæreticis miniſtrari non poſſint c, *teſtatur Hieronymus in Aggæum prophetam, cap.2.*

¶ Non placent Deo quæ ab hæreticis offeruntur. C. LXI.

SIc †populus ß diſte hæreticorum omnium eſt in conſpectu meo,dicit Dominus,omne quod ſe cerint, quod mihi obtulerint, vel γ vota e, vel pro ſalute f, vel pacifica g, vel pro peccato, vel pro delicto,vel in holocauſtum h, ſiue eleemoſynas, ſiue ieiunia, ſiue victus continentiam, & corporis caſtitatem, contaminata erunt in conſpectu meo i. Quamuis enim ſancta videantur ſpecie k ſui, quæ offerun tur à talibus;tamen, quia tacta ſunt ab eo, qui pollutus in anima eſt, omnia polluentur.

n ¶ *Procuratoris.*] Generaliter sumitur hic nomen [c] procuratoris. arg.ff.de procu.l.1.

Addition. Aliquando procurator actoris vocatur responsalis, vt extra de restitu.spo.ex conquestione.in fi.

o ¶ *Præpositum.*] ‖Sed quam differentiam facit inter ista nomina,potest dici quod nomen præpositi generale est,& continet alia subse. arg. extra de ver. signifi. quamuis. Vel dic quod præpositus & œconomus nomina diuersa sunt, sed idem significant sicut primas & patriarcha. 99. distin. c. 1. vel bene possunt esse in eadem ecclesia præpositus & œconomus. De vicedomino planum est, quia ille est qui præest rebus episcopi.89.dist.cap. volumus. vicedominus in rebus episcopi, œconomus [d] in rebus canonicorum: sæpe tamen vnum ponitur pro alio.

‖Prepositus & œconomus differunt.

Coloss. 3. C. 2.

d Adde gl. & Bart. in l.1.ff. aduocatos. ff. de var. & extraor.cog.

p ¶ *Oeconomum.*] Oeconomus est cui res ecclesiastica gubernanda mandatur. C. de sacrosanct.eccle.iubemus.

†al. militãtes

q ¶ *Aduocatum.*] scilicet qui præest tantũ causis tractandis, qui aliàs dicitur syndicus.

r ¶ *Castaldum.*] scilicet qui habet curam externarum rerum, qui dicitur aliàs maior domus. 89.dist.volumus.

2 ſ. ea. cap. si quis.

s ¶ *Et iudicem.*] sicut in ecclesia Bon.sed nonne isti tres possunt esse laici, sic sine dubio.Qualiter ergo in istis officiis, quæ nihil spiritualitatis habent annexum, simonia committitur? dicit H. ‖quòd in omni administratione rei ecclesiasticæ committitur simonia,si ematur,sicut no. ſ. e.in prin.&hoc est simoniacum, quia prohibitũ; non ideo prohibitum, quia fuit ante simoniacum. sed alij non ita late extendunt simoniam,inhærentes consuetudini generali. dicunt enim quòd tunc tantum est simonia in empta administratione,idest dignitate, si talis est quæ habeat ali quod spirituale annexum sibi,aliàs non.

‖ql,intelligit ‖Emere administrationem rei ecclesiasticæ committitur simoniacũ est.

3 Tract. 10. in c.2.Ioannis. ‖ Oeconomus debet esse clericus.

t ¶ *In subiecto vero.*] ‖nonne etiã œconomus clericus debet esse? vtique prout cõcilium Hispaleñ. interpretatur 16. q.7.in noua. Dic ergo qꝺ istud,vero,potius aduersatur officio quàm ordini. nam circa alia constitit officium œconomi, & circa alia archipresbyteri, & aliorum hic sequentium.Quidam autem intelligunt hoc totum de clericis, in quibus dicunt simoniacum esse huiusmodi officia emere:& quod dicit, in subiecto vero,&c.ideo dicit,quia illi magis sunt subiecti regulæ ecclesiasticæ quàm iuri:licet omnes sint clerici. nam dum illi versantur circa exteriora negotia & administrationes, isti circa diuina officia: & ideo dicit,mancipatum officio,& non dixit, ordini. vel ideo dicit, in subiecto, &c. vt notetur quòd isti habent curam animarum annexam. & quod dicit de canonico vel monachò,nõ referas ad administrationem, sed ad emptionem præbendæ, vel ingressus monasterij. Vel ideo dicit, in subiecto regulæ,quia eos ligat illa constitutio, Nemo militans Deo, &c. [e] Superior autem administratio circa temporalia. & eos non ligat illa constitutio,Nemo militans Deo.

e 21.q.3.c.1.& 2.ad Tim. 2. cap.

Addition. Hic adde quod not. ſ. ead. quæstio. 7. si quis omnem. Archid.

v ¶ *Archidiaconum.*]Hoc totum intellige de dignitatibus ipsis.

a ¶ *Laudat.*

a ¶ *Laudat.*] in eo, q̃ laudat, nõ committit simoniã, sed in eo qđ vendit: quia quod commendandi causa dicitur, pro non dicto habetur. ff. de dolo, quod venditori; sed hoc verum est, dum commendatio consistit in genere. Nam vbi descendit ad specialia, tenetur ex eo, q̃ commendãdo plus vendidit, nisi quòd commendando dicit, sit in euidenti. ff. de contrahen. ea quæ.

b ¶ *Indefinite.*] [no. ex indefinita colligi vniuersalem, vt §. q.t. eos qui. ff. de aleato. l. 1. §. quod autem. ex quo enim à canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, vt 31. q. 1. quòd si dormierit. ℣. 2. q. 5. consuluisti. §. dist. 19. si Romanorum. arg. §. dist. 55. si euangelica. §. ea. q. 1. sunt nonnulli. arg contra. ℣. 27. q. 1. idolatria a.

c ¶ *Hæc circa.* hæc particula de capitulo non est, &c.

Ex multis.] In hoc capitulo Alexander reprehendit Lucenses, qui non nisi per pecuniã clericis quamuis digniis ecclesiastica beneficia conferebãt, q̃ Alexãder detestatur, & auctoritate Calced. cõcilij ostẽdit eos dẽponendos, & auctoritate Christi eos de ecclesia deiiciendos, & ne tantum malum de manibus Alexandri requiratur, statuit & decreuit ne decetero aliquis q̃ ecclesiastico beneficio conferẽdo pecuniam fumat, nec aliquis pro eo habendo conferat: & qui contra hoc fecerit, deponatur, & ecclesia priuetur, & nisi resipuerit, anathematizetur.

CASVS. In prima parte reprehendit Alexander omnes simoniacos, & speciãliter Lucenses, inducendo auctoritatem Calcedonensis concilij & Domini qui vendentes & ementes eiecit de tẽplo. In secundã cõstituit, quod nullus committat simoniam. In tertia constituit pœnam depositionis cõtra transgressores huius constitutionis.

d ¶ *Nisi ei.*] simile habes. 32. distinctio. interdixit.

e ¶ *Ex principalibus.*] Papa tamen bene potest dispensare contra, si non sit in articulis fidei. vt. dist. sicut sancti. vel de vniuersali stratu ecclesię. vt not. 25. q. 1. c. sint quidam. ℣. dist. 16. sancta.

f ¶ *Inexpugnabili.*] quantum ad ordines retinendos.

g ¶ *Illos.*] scilicet emẽtes sacram manus impositionem.

h ¶ *Istos.*] scilicet emẽtes facram manus impositionem.

i ¶ *Corripiendi.*] arg. si moniacos sine precedenti admonitione esse puniendos, quod Hug. non concedit: ‖ quia secundum eum etiam in accusatione necessaria est admonitio propter euãgelium. 2. quæst. 1. si peccauerit b. Item vt volens accusare si defecerit, subeat pœnam quam conuictus aduersarius subiret. Item vt aduersarius non grauetur in expensis, & vt disciplina ecclesiæ non deseratur. 23. q. 5. excommunicatorum. argu. contra Hug. extra de simo. licet Hely. Ioan. Quidquid dicit Hug. illi decret. licet, stabitur. B.

k ¶ *A sancta ecclesia.*] id est, à consortio fidelium per anathema. ‖ nã ipsi fideles sunt domus Dei, vt ℣. de pœni. distinctione. 4. in domo. nam alias ipso iure sunt suspensi, vt no. ℣. ea. q. 1. reperiuntur.

l ¶ *Sanguis.*] idest, vindicta vel proditio, vel peccatum. ℣. 9. quæst. 3. episcopo.

m ¶ *De manu.*] ‖ nota prælatum ex negligentia sua teneri. 81. distinct, dictum.

ADDITIO. Adhoc 18. quæst. 2. cognouimus, 83. distin. inferior. 81. distin. dictum. vbi de hoc. Archid.

n ¶ *Conferre.*] isti volebant facere fraudem legi: quia nec etiam tali prætextu debet quis aliquid accipere vel dare. extra de vsu. c. super eo. & hoc est fraudulentum munus, vt ℣. eod. q. 1. si quis neque. Argum. contra. ℣. ea. q. 1. iudices.

a ¶ *Scriptu*

vnusquisque laudat a præpositũ d suum, quòd vendit, &c.] Ecce venerabilis Augustinus de præposituræ distractione agens, nomine columbæ sancti spiritus venditionem, vel emptionem accipit; sicut & omnes huius Euangelici capituli tractatores. Pensandum vero est, quã pœna mulctẽtur, qui iam Deo, & ecclesiæ suæ oblata vendunt, vel emunt: si cum flagellis à Dei templo eiecti sunt, qui, quæ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebãt, Si de offerendorum venditoribus, vel emptoribus dictum est [Vos fecistis domum patris mei, domum negotiationis, & speluncam latronum;] quid dicetur de ecclesię iam oblatorum venditoribus, vel emptoribus? Et ne quis insanus obiiciat merito hoc Dominum tam acerbe vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur; ecclesiasticæ vero res modo extra templum distrahuntur; attende superius Augustinum non determinantem locum venditionis, vel emptionis præpositorum; sed tantum indefinite b dicentem [Circuit aliquis emere columbam; vnusquisque præpositum suum laudat, quòd vẽdit:] non adiiciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa c venditores, vel emptores rerum sacrarum sufficiant.

¶ *Integram epistolam Vrbani ij dilecto filio L. præposito ecclesiæ B. Inuentij apud Ticinum refert Deusdedit in sua collectione.*

o ¶ Propter spiritum sanctum.] *Additæ sunt hæ duæ voces, & totus hic locus emẽdatus ex ipsa epistola, quemadmodum & alia nonnulla.*

p ¶ Paschalis.] *Antea legebatur*, Paschasius libro de consecratione. *restitutus autem est locus ex vetustis codicibus, & originali Citatur enim hic quod habetur in capite antecedente ex epistola Paschalis Papæ.*

q ¶ O quot præposituras.] *Apud B. Augustinum (cuius multi vetusti codices hoc loco collati sunt) legitur.* ó quot proposita fecerunt: alterum propositum, &c. *Apud Vrbanum vero vbique est*, propoſita, & propoſitum.

r ¶ Præpositum suum.] *Apud B. Augustinum legitur*, vnusquisque ad propositum suum laudat, quod vendit. *In epistola vero Vrbani.* vnusquisque propositum suum laudat, quod vendit. *Nomine autem propositi apud B. Augustinum interdum significari sectam quamdam constat ex 2. lib. contra Cresconium, c. 56.*

Item Alexander secundus episcopus seruus seruorum Dei Lucensis ecclesiæ clero, & populo salutem perpetuam.

¶ Ministri, & seruitores ecclesiæ absque vlla venalitate ab episcopis ordinentur. C. IX.

EX multis temporibus hoc detestabile malum intra vestram ecclesiã inoleuisse cognouimus, vt nulli vmquã clerico, quamuis religioso, quãuis scientia & moribus prædito ecclesiasticum beneficium concederetur; nisi ei d, qui profano pecuniæ munere illud emere studuisset: fiebatque ecclesia, & res eius ita venalis, veluti quædam terrena, & villis merx à negotiatoribus ad vendẽdum exposita. Quod malum, quàm detestabile, quantũ Deo, sanctisque sit contrarium, & sacri canones docent, & fere omnibus manifestum existit. ¶ 2 Chalcedonense namque cõcilium vnum ex principalibus e, simili pœna condemnat eos, qui ecclesiæ beneficium interuentu pecuniæ acquirunt, & eos, qui sacram manus impositionem (per quã spiritus sanctus confertur) mercari dinoscuntur. Vtrosque enim auctoritate inexpugnabili f, illos § à beneficio, istos h à sacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes, & vendentes de tẽplo eiiciens, cathedras vendentium columbas euertit, nũ mulariorum effudit æs, præcepti sui auctoritate denuntians, & dicens [Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.] illud quoque in eodẽ facto solicite considerate, quòd per totum textum sancti Euangelij nusquam repetitur Dominum tãta feueritate, tam districta censura iustitiæ, peccantes corripuisse, cum nõ solum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de similibus verberans omnes eliminauit de tẽplo; aperte demonstrans, quòd tales negotiatores, non sicut ceteri peccatores sunt corripiendi i, sed à, templo Dei, idest à sancta ecclesia k lõgius sunt proiiciendi. Nam sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui sacram manus impositionem vendere conantur; sic per nummularios, ecclesiastici beneficij venditores designantur, qui domum Dei, teste Euangelio, speluncam latronum efficiunt. Quapropter ergo Alexãder sanctæ Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis episcopus (immo minister indignus) tot & tantæ mala in multis ecclesiis, & maxime in Lucensi ecclesia, ex iniqua concupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis l iniquorũ à destricto iudice de manu m nostra requiratur, illa extirpare, & penit9 eradicare decreuimus. Cõstituimus itaque, & præsenti decreto firmamus (sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur) vt nullus deinceps episcoporum, beneficium ecclesiæ (quod quidam canonicam †, vel præbendas, seu etiam ordines † vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat vmquam conferre n: sed omnes ministros, & seruitores ecclesiæ gratis, & absque vlla venalitate in sancta ecclesia studeant ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores sacculos pecuniæ conferant; sed eos, qui moribus, & disciplina atque scientia diuites pro officio suo ipsã valeant subsidiare ecclesiã. Cõstituimus, & eodẽ modo firmamus, vt nullus cuiusquãque gradus clericus pro ecclesię beneficio aliqđ audeat cõferre, aut fabricæ ecclesiarũ, vel donariis ecclesiarum, seu

tes ecclesiasticum beneficium.

a ¶ *Scriptura.*] ℣. ea. q. 1. non est putanda. 14. q. 5. forte.

b ¶ *In Calcedonensi.*] ℣. ea. q. 1. si quis episcopus.

c ¶ *Posit.*] arg. cum simoniaco non posse dispensari in ordine, vel beneficio simoniace acquisito. arg. ℣. ea. q. 7. requiritis. ℣. ea. q. c. si quis neq;. Io. ‖ tamen cum eo qui scienter committit simoniam, solus Papa dispensat. 25. q. 1. §. his ita. verſi. fic & summæ. sed si eo ignorãte simonia cõmissa fit, vel sit tãtum in animo, episcopus dispensat, vt extra de simo. de regularibus. & c. ex inſinuatione. & c. fin. immo cum solo animo cõmittitur simonia, sola pœnitentia sufficit. extra de simo. c. fi. & ita dixit T. super decr. de simo. nobis. Io. Vel sic, in prælatione non potest episcopus dispensare, nec in ordine per simoniam acquisito, sed in beneficio sic a, vt innuit illa decre. nobis. B.

Vrbani.] CASVS. Aug. tripliciter exponit Euãgelij verba, vbi dicitur, q̃ Christus eiecit de tẽplo vendentes, & ementes. Et dicit primo, q̃ ementes, & vendentes intelliguntur, qui emũt vel vendũt spiritualia. Secundo, qui cõtra iustitiam vendunt & de iure facere tenentur. Tertio, qui quod debent proximo, persoluere nolunt gratis.

d ¶ *Competit.*] arg. q̃ in transactione illicite pecunia interuenit, cũ remittitur alicui q̃ de iure erat illi remittendum.

e ¶ *Iustitiam.*] arg. ‖ q̃ sententia etiam iusta si pecuniã data fuerit, nullius momenti sit, & simoniam committit, vt 14. q. 5. non sane. 11. q. 3. qui recẽte b. sed quiæ præmisit expositionem de simoniacis, videtur, quòd in his duobus modis non sit simonia, quod verum est: aliàs tamẽ graue peccatum committitur, & sententia non valet. 2. q. 6. §. diffinitiua, ver. venales. C. de pœ. iudic. qui ma. iu. l. 1. Dicunt tamen quidam, q̃ si causa est ecclesiastica, q̃ qui iustitiã emit, simoniam committit, nisi in matrimonio. ℣. ea. q. 1. quidquid inuisibilis.

f ¶ *Debitam.*] ‖ videtur ergo, q̃ theologi, & decretistæ non possunt aliquid percipere ex eo, qđ docent. nam ad hoc tenentur, vt 43. dist. Ephesiis. 16. q. 1. renertimini. ar. contra. 28. q. 1. iam nunc. 12. q. 2. charitatem. Sed dic accipi posse licitæ c, vt ℣. ea. q. 1, qui studet. super ver. sanitatis. Sed pone promissionem factam: quando tenetur sibi soluere? Dico, quòd in principio anni. arg. c. de profes. l. medicos, lib. 10. Item aduocatus in principio debet salarium accipere d. ff. loca. qui operas. arg. contra. c. de suffra. l. vna. Salarium autem non debet excedere summam centum aureorum. ff. de var. & extraord. cog. l. 18. si cui cautum est.

f ¶ *Debitam.*] i. quam iure tenentur soluere, scilicet cum aduocato dat pecuniam, vt ipsum defendat, sic vacat illa glo. Videtur ergo.

Non solum.] CASVS. Non dicuntur tantum simoniaci qui ordines, vel beneficia ecclesiastica prætio largiuntur, sed etiam ij, qui officium suæ dignitatis, scientiæ, vel alterius doli nolunt exercere, nisi causa retributionis humanæ, quia faciunt contra auctoritatem Apostoli dicentis: Qui loquitur. & c. sequens c. patet. in quo dicitur, q̃ qui res quæ intuitu consecrationis ecclesiæ proueniunt, illicite alienat, simoniam committit.

rum, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum; quia (teste a scriptura 21) qui aliquid male accipit, vt quasi bene dispenset, potius grauatur, quàm iuuatur. Quòd si aliquis diuinorum præceptorum, & animarum salutis immemor, præfatũ beneficium ecclesiæ, iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario ausu præsumpserit, sicut in Chalcedonensi b concilio definitum est gradus sui periculo eum subiacere decernimus: nec ministrare posſit c ecclesiæ, quam pecunia venalem fieri concupiuit, & insuper terribili anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab ecclesia Dei, quã læsit, modis omnibus abscindatur.

a *Extat integra hæc epistola in bibliotheca Vaticana post librum Anselmi Lucensis.*

a ¶ Teste scriptura.] *Hic referuntur verba ipsa beati Gregorij ex epistola ad Syagrium, quæ habentur. ℣. ead. q. 1. c.* non est putanda.

Item Gregorius homilia 39.

¶ Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter a Deo damnantur. C. X.

2 VEndentes, & ementes è templo eliminat Christus; quia vel eos, qui pro munere impositionem manuum tribuunt, vel eos, qui donum spiritus emere nituntur, damnat. *Item infra.* ¶ Vendentes in tẽplo sunt; qui hoc, quod quibusdam iure competit d, ad præmium largiuntur. Iustitiam e enim vendere, est hanc pro præmij acceptatione † seruare. Ementes vero in templo sunt qui dum hoc persoluere proximo, quod iustum est, nolunt, dumque rem iure debitam f facere contemnunt, dato patronis pretio † emunt peccatum.

Item Beda ad c. 2. Ioannis.

¶ Qui gratiam, quam à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum sunt. C. XI.

3 NOn solum venditores sunt columbarum, & domũ Dei faciunt domũ negotiationis, qui sacros ordines, largiendo pretiũ pecuniæ, vel laudis, vel etiã honoris inquirunt, verum ij quoque qui gradum vel gratiam g in ecclesia spiritualem, quam Domino h largiẽtes perceperunt, non simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis i exercent, contra illud Petri apostoli [Qui loquitur, quasi sermones Dei k: qui ministrat l, tamquam ex virtute, quã administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesũ Christum] Quicumque ergo tales sunt, si nolunt veniente Domino de ecclesia auferri; auferant ista de actibus suis, ne faciant domum Dei, domum negotiationis.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Quæ ex consecratione proueniunt, in suum ius vi, vel nomine nemo conuertat. C. XII.

RES ecclesiæ quæ ex consecratione proueniunt, in suũ ius, vel vi, vel aliquo munere aliquẽ m conuertere non debere docens sanctus Vrbanus n ait [4 Quisquis] res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donãtur, quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debẽt) propter sua lucra vẽdit, vel emit, cũ eodẽ Simone donũ Dei pecunia possideri existimat.

β ¶ Quisquis.] *Hæc sunt ex epistola Vrbani II. quæ refertur ℣. c. saluator. Verba autem antecedẽtia nusquam reperta sunt: quamuis similia quædam. dissimili tamen sententia, legantur in epistola B. Vrbani primi. In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus caput hoc sic citatur*, Item Beba ex epistola Vrbani Papæ: *quod non cohæret.*

Item Gregorius septimus.

¶ Simoniacus est episcopus, qui decimas, & oblationes laicis, non clericis distribuit. C. XIII.

5 PEruenit o ad nos fama sinistra p, quòd quidã episcoporũ nõ sacerdotibus proprię diœcesis decimas, atque Christianorũ oblationes q conferant; sed potius laicalibus r personis, militũ videlicet, siue seruitorũ, vel (quod grauius s est) consanguineis. Vnde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos, & inter antichristos non minimus habeatur. 6 & sicut Nicæna synodus de simoniacis censuit, & qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici siue prætio, siue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

g ¶ *Vel gratiam.*] alicuius scientiæ, vel alterius doni.

h ¶ *Domino largiente.*] ℣. 16. q. 1. reuertimini.

i ¶ *Retributionis.*] Cum enim sint litterati, & aliis donis prædi, nolunt nisi intuitu humanæ retributionis hæc exercere in ecclesia, vt ℣. e. q. 2. quàm pio. & extra de magistris. c. 1. 2. & 3. ‖ nã dicit etiam lex, quòd ciuilis iuris sapientia non sit pretio nũ mario dehonestãda, &c. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. 1. dicit tamẽ lex, quòd tutor q̃ facultate pupilli debet magistro dare. ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. si tutor.

k ¶ *Dei.*] idest, Deo attribuit, non sibi.

l ¶ *Qui ministrat.*] i. loqui & ministrare debet.

m ¶ *Aliquem.*] Et ita videt q̃ simoniacus sit violẽtus raptor vel detẽtor c: sicut alias dicit cõmittere sacrilegiũ qui res ecclesiæ promissas non dat. arg. 17. q. 4. c. 2.

n ¶ *Vrbanus.*] Hic vnus Vrbanus de alio facit mẽtionẽ: & ita fuerunt duo. 81. dist. & si qui sint.

Peruenit.] CASVS. Dicitur hic q̃ inter maximos hæreticos debet computari qui laicis extraneis, seruiẽtibus vel consanguineis & non sacerdotibus decimas & oblationes cõcedit: & q̃ dant & qui recipiunt, æterno incendio puniuntur. quod H. videtur intelligere de iure spirituali: sed Bene intelligit etiã de temporali fructu. Sequens cap. patet.

o ¶ *Peruenit.*] ℣. 16. q. 7. peruenit.

p ¶ *Sinistra.*] No. de episcopis qui oſa agunt sinistre, vt 35. di. ecclesiæ.

q ¶ *Oblationes.*] 10. q. 1. quia sacerdotes.

r ¶ *Laicalibus.*] qđ fieri non debet, vt extra de deci. prohibemus. Vnde nota, q̃ fructus bene possunt dari laico ex causa: ‖ sed ius decimale nequaquam: nam aliud est ius, aliud est ipsa res: sicut dicit iurisperitus, quòd cũ dicimus vitulum esse fructum vaccæ, non ius, sed corpus demonstramus. ff. de eui. l. vaccæ. possunt ergo dari decimæ, id est, res ipſæ in feudum; sed tamen non transibit ad heredes. extra de deci. ad hoc. vnde forte secundum q̃ feudum proprie accipitur, non possunt dari in feudum. extra de deci. quamuis f. De hoc dixi. 16. q. 1. c. vlt. Et no. quòd si dantur decimæ laicis, & aliqua crescant noualia, non accrescunt eis decimæ noualium, sed ecclesiis. extra de elec. c. tua. Et dicit Innocentius quòd in his restringenda est potestas, non prorogãda. extra de dec. c. tua nobis.

s ¶ *Grauius.*] Not. q̃ minus peccatũ propter adiunctum grauius punitur. minus enim peccatum est dare consanguineo quã extraneo. 86. dist. non satis. hæc est ordinata charitas: sed q̃a prouidẽdo cõsanguineis enormiter

Ioan. 2.

‖ Vniuersalis ex indefinita colligitur. Matt. 21.

Papa non dispẽsat in duobus casibus.

e Deusdedit p. 2.

f Vbi de hoc & 16. q. 3. §. fie etiam. ibi videas.

1. Pet. 4.

5 ℣. 16. q. 7. c. 1. Pol. l. 3. tit. 11.

6 In canonibus Nicænis ex Arabico versis. c. 29. ‖ Decima non quid põ dari laico.

4 ℣. ead. c. saluator.

c Et sic tãquã violentus tenetur de vi: & ve: ũ est quòd violentia cõmittit. q. a non gratis accipit & quodãmodo ab initio extorquet secundum Ioan. de Fan.

enormiter lædũ: ecclesias, idcirco dicit, q̃ peius est dare cõsanguineis, idest, inde grauiorẽ læsionẽ sentit ecclesia. ſi.ſ.33. q.2.latorem. Vel dic grauius, idest, communius, 32.q.7. quid in omnibus. nam cæci sunt episcopi circa nepotes. 8.q.2.dilectissimi. vnde tantus impetus in eo omnia fundendi fuit restringendus, vt dicit l.in alio casu. ff.a dleg.Iul.de adul.nec in ea.

a ALtare.] i. quæ in altari offeruntur: vel in administratione altaris: vel in ecclesia.

b ¶ *Et decimas.*] scilicet si eps ab aliquo milite redimeret decimas, nõ est simoniacum: sed rei ecclesiasticę libaratio. sed si emeret à laicis cũ nollent tribuere, simoniacum esset.

ADDITIO. De hoc no.16.quę.7.decimas.ibi videas. Archid.

[1] Pol.l.3.ti.11. SI quis præbendas.] CASVS. Dicit hic q̃ qui beneficium vel dignitatem vel sacramentũ ab ecclesia per pecuniã acquirit, acquisito careat: & emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. Vnde statuitur vt nec pro pastu nec sub obtentu alicuius cõsuetudinis aliqd exigat.

c ¶ *Præbendas.*] vel benedictiones nubentium: vel sepulturas. extra de simo. cum in ecclesiæ.

d ¶ *Sacramentum.*] in quo confertur gratia: aliter sumi potest pecunia. 32.q.2.honorantur. M. tamen contrariũ dicit. arg. extra de offic.deleg. causam. extra de sponsa duobus.

[2] a Pan. 1.8 ca. 118 ex Cabilonensi.

e ¶ *Et consecrationes.*] ‖Sed numquid consecratio altaris est sacramentũ? Sic, large sumptum, cum sit sacræ rei signum, vt hic, & extra de simo. cum sit Romana. arg.24. q.1.§.sed illud.

‖ Consecratio altaris est sacramentũ large sumptum.

f ¶ *Intereuniente.*] militiam sæcularẽ bene potest quis emere. ff. de act.emp.creditor.§.inter venditorẽ. & §.sed quod ante.

[3] a De hoc ſ. c. q.6.c. vlti.

g ¶ *Percellantur.*] scilicet in perpetuũ. ſ.ea.q. 3. ſi qs. & c.saluator. ſ.ea.q. 1.ſi quis episcopus.

h ¶ *Consuetudinis.*] Ar. ‖consuetudinem longam nõ facere ad licentiã vel excusationẽ simoniæ. extra de sim. cum in ecclesiæ. Arg. contra in authẽ. de sanc.epi.§.pro cõsuetudinibus. coll.9.q.3. conquestus. ſ. 100.dist.c. nouit. ſ.ea.q.1. reperiuntur. ſ. dist.4.denique. Ar. cõtra. ſ.32.q.4.obiiciuntur. contra. ſ. dist.8. ſi consuetudinem. ſ.8.q.2. quæsta est. Io. Hodie ꝓtexeu consuetudinis nihil peti potest, nec ante nec post, vt extra de simo. Iacobus. B. nisi hoc reperiatur à iure permissum, vt no. ſ. q.2. placuit.

‖ Consuetudo non excusat simoniam.

i ¶ *Diminutione.*] nisi cũ ex causa detinet fructus episcopus: vt extra, vt ecclesiasti. benefi. sine dimi. vt nostrũ. Et ita si dignitas deferat alicui diminuta, insolidum potest eam petere. ar. extra de inst. cum venissent.

Vnc ergo.] Hæc quæstio dinidit in quattuor partes. Et ꝗritur hic vtrũ teneatur filius ꝓ paterno crimine: & in hac prima pte q̃stionis ꝓbat p x. auct. q̃ nõ tenet. Secũda ibi, *Sed obijcit*. Tertia ibi, *His itaq;*. Quarta ibi, *Notãdũ*. Io. de Fã. CASVS. Hic intitulatur 4.quæstio qua quæritur an quis reus sit criminis quod eo ignorante pater admisit: & q̃ ignorantia eum excuset, multorum auctoritatibus probatur. Sequens c. patet.

¶ *Infra etiam 16. q. 7. c. peruenit, citatur caput hoc ex Gregorio. Ac sane Lambertus Scafneburgensis narrat episcopum quẽdam Bambergensem, ecclesiam illam contra excommunicationem, & priuationem Gregorij septimi fauore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuisse: & in ipsius Gregorij vegesto lib. 6. epist. 5. simile quiddam reprehenditur in Herimanno episcopo Metensi.*

Item Paschalis secundus.

¶ Spiritum sanctum vendit, qui decimas pro pecunia tribuit. C. XIIII.

[1] ALtare a, & decimas b per pecuniam dare, & spiritũ sanctum vendere, simoniacam hæresim esse nullus fidelium ignorat.

¶ Supra ead. q. 1. c. presbyter.] *Hoc idem tribuitur Gregorio, quod hic Paschali secundo. Et fortasse Paschalis hoc, vt multa alia, accepit à Gregorio septimo, quæ ipse innouauit. In Polycarpo lib. 3. tit. 9. citatur ex concilio Toletano.*

Item Innocentius secundus in synodo Romana, c. 2.

¶ Careat honore male acquisito qui ecclesiastica beneficia pro pecunia intenire tentauerit. C. XV.

[2] SI quis præbendas c, vel prioratum, seu decanatũ, aut honorem, vel promotionem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum d ecclesiasticum, vtpote chrisma, vel oleum sanctum, & consecrationes e altarium, vel ecclesiarum, interueniente f execrabili ardore auaritiæ per pecuniam comparauerit; honore male acquisito careat; & emptor, atque venditor, & interuentor nota infamiæ percellãtur g: & nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis h ante, vel post à quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat; quoniam simoniacum est: sed libere, & absque diminutione i aliqua, collata sibi dignitate atque beneficio a perfruatur.

a ¶ Beneficio.] *Ex duobus manuscriptis huius concilij exemplaribus in vno sic legitur, in altero vero,* officio.

De secunda, & tertia quæstione quid sacri canones diffiniant, auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum est.

QVÆSTIO IIII.

[1] NVnc ergo de quarta k quæstione est pertractandum; an paternũ crimẽ huic imputetur, quod eo ignorante constat admissum. Quòd ignorantia hunc excusęt, multorum auctoritatibus probatur.

Ait enim Augustinus, epist. 48. ad Vincentium.

¶ Alienum crimen, nescientem non maculat. C. I.

NVllius l crimen maculat m nescientem.

Item eadem epistola.

¶ De eodem. C. II.

QVis locus innocentiæ relinquitur, si alienum crimen maculat nescientem?

¶ *Verba B. Augustini sunt hæc*, Quis locus innocentiæ reseruatur, si crimen est proprium, nescire crimen alienum?

Item in Africano cõcilio, c.14. legitur.

¶ De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur. C. III.

[4] PLacuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, quod non suo fecerunt iudicio, cũ ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediat, quominus promoueantur n sacri altaris ministri.

Item in eodem, c.24.

¶ De eodem. C. IIII.

[5] QViapud Donatistas paruuli o baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, & postea quàm ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falsitatem eorum abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicam per vniuersum mundũ diffusam, ordine P antiquo per manus impositionẽ recepti sunt; tales ad susciendum munus clericatus nõ debet impedire nomen erroris.

Item Leo quartus † Ebrunio, & Adelfrido episcopis.

¶ Consanguineorũ maleficia in nullo clericis obsunt, nisi conscij fuerint. C. V.

QVia præsulatus nostri (quod bene nostis) magisterium non solum de sacerdotum, verum etiam de sæcularium vtilitatibus postquam ad discretionem peruenerint, errori non consenserint, recepti ab ecclesia poterunt promoueri.

o ¶ *Paruuli.*] idest, doli non capaces. de consecratio. dist.4. paruuli.

p ¶ *Ordine.*] idest, secundum antiquam regulam ecclesiæ.

Via præsulatus.] CASVS. Quidam presbyter iniuste fuit sua ecclesia spoliatus, quam alius presbyter simoniace acquirere nõ erubuit. vnde consanguinei primi presbyteri dolore conuicti secundum presbyterum comprehendentes, ei oculos eruerunt: pro quo facto primus presbyter fuit excommunicatus. Sed quia primus sacerdos (vt dicebat) nullo modo consensit: mandat de hoc Papa inquiri: & si inculpabilis inueniatur, absoluatur. Sequens lex, & c. quòd sequitur, plana sunt.

Ablata.

a ¶ *Ablata.*] Et ideo erat ei restituenda, licet hoc expresse non dicatur. sufficit enim conqueri de spoliatione, licet expresse non petatur re stitutio, vt 2.q.1.notum. extra de causa pos. cum ecclesia. hic tamen non respondet ad hoc: sed respondeo eum innocentem, ergo & restituendum. arg. C. de diuer. rescr. l.1. extra de coniu. lep. c.2.

b ¶ *Voluntate.*] Arg. ꝙ nudam voluntatem teneatur quis purgare si suspectus habetur: ‖& ali bi nuda voluntas legitur grauiter plectenda, vt ſ. de pæ. dist. 1. si quis eum. & cap. si quis pulsatus. & 32.q.5. qui viderit. Argu. contra de pæ. dist. 1. cogitationis. Dicas igitur, &, pro ideſt. Vel dic de voluntate in actum producta: aliàs non tenetur purgare eam: argu. 23.q. vlti. ca. vlt. & est si. extra de homi. Petrus. extra de testi. constitutis.

‖ Voluntas nuda est quando que plectenda.

c ¶ *Canonicæ.*] Arg: ‖ ꝙ si consanguinei alicuius clerici absque eius consensu episcopum suum offenderent, propter hoc episcopus non potest priuare clericum beneficio. arg.24.q.3.cap.1. ipse tamen episcopus non debet conqueri de consanguineis. si credit quòd ita acerbe eum puniant. Sed numquid tenetur eis remittere actionem iniuriæ, cum sciat quòd si nõ remiserit, interficient eũ fratres sui? Non, dum tamen ipse eis nihil dicat: rancorem tenetur dimittere. 90. dist. si quis contristatus.

‖ Episcopus hæretico priuare non potest clericũ, cuius parentes ipsum offenderunt.

d ¶ *Remissio.*] Nullam enim pœnã patietur iniuste excommunicatus, vt 9.q.3.non debet. ‖sit enim vt iniuste, & c.C.de pœ. sancimus.

[1] Lib. 48. tit. 19. l.16.

e ¶ *Rimen.*] ¶ *Ex suo admisso.*] Non enim debet aliquis alieno odio prægrauari. C. de inof. test. si quis in suo. §. legis. & hoc est verum in pœnis: secus in vsucapionibus: quia vitiũ trãsit ad heredẽ. ff. de acqu. pos. Pomponius. Item q̃ hic dicitur, ‖regulare est, vt 56. dist. vndecumque. & c. nasci. & c. satis. in casu tñ quandoque aliter inuenitur de temporali pœna, vt 6.q.1.§.verũ. &c. ex merito. 15.q.vl.cũ multę. & 14.q.3.§. is ita. ſ.q.1.ferẽ. 3.q.1. audacter. & dist. 48. §. ecce cum multis aliis capitulis.

3 Ex Cath. c.48

4 paulo ante in origin.

f ¶ *Vdei.*] ¶ *Fideles.*] Sed nihil speciale cõstituitur hic circa Iudæos. idem enim fit in filiis aliorum damnatorum. C. de bo. dã. auth. bona. nisi in damnatis crimine læsæ maie. vt 6.q.1.§. verũ. ‖Præterea si cõuertantur filij ad ecclesiam, non pñt eos parentes exheredare. extra de Iu. Iudæi. Quid iuris sit de filiis hæreticorum, dixi 23.q.7. in princ. Ioan.

‖ Iudæi filios suos ad ecclesiam conuertentes exheredare non possunt.

Am.] CASVS. Dicitur hic quod ex quo filius à patre suo diuisus est, & alter effectus: patris delictum filium non grauat, si filius non consenserit: sed peccatum originale filius à patre contraxit: quia tunc non erat alter ab eo: immo vnus cum ipso: quod crimen contrahitur ab Adam: & sicut per alienum officium quis nescíens regeneratur, ita nescíens peccato originali coinquinatur.

5 Decretũ p. 2.

g ¶ *Genuit eũ.*] siue de natiuitate ĩ vtero, siue de natiuitate ex vtero a. scilicet cum consentit ad peccatum alterius. ſ. dist. 56. vndecumque. ſ. 15.q.8.c.3. contra ſ.23.q.4.ita. & cap. si quis à catholica.

6 alterius

h ¶ *Consensione.*] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius: sed suo, scilicet cum consentit ad peccatum alterius. ſ. dist. 56. vndecumque. ſ. 15.q.8.c.3. contra ſ.23.q.4.ita. & cap. si quis à catholica.

i ¶ *Reatum.*] idest, causam reatus, scilicet originale peccatum. ex ‖hoc cap. colligitur quòd aliud est in via, aliud in inuio. nam non potest quis peccare per alium: licet posit saluari per alium, vt de pæ. dist.1. tres. & de conf. dist.4. quæris. & bonum simile est in lege. nam dicit lex quòd si quis habet filium, & postea creatur decurio, iste non dicetur filius decurionis: sed illi tantum qui postea geniti sunt. C. de decur. l. vlti. ff. eod. l.1.§. in filiis.

7 Sub. quibus non nocet. c. amissa gratia. & hic videtur. ar. contra. de consec. dist.4. ex hoc videtur q̃d vot. extra de tempo. or. quæs. 1. in gl. f. ‖ & c. Archi. in via, & in inuio, differt.

k ¶ *Vnus.*] Partus enim pars viscerum est, vt ff. de ven. inspi. l.1.§.1. licet sit arg. contra de conse. dist.4.si quidquid.

‖ Partus est pars viscerũ.

l ¶ *Admissum.*] ideſt, receptum.

m ¶ *Anima.*] sicut Dominus per Ezechielem ait, vt ſ.24.q.3.si habes.

n ¶ *Consecrandus.*] ideſt, baptizandus. Io.

effectus, peccato alterius sine sua cõsensione nõ tenetur obnoxius. Traxit ergo reatũ i: quia vn° k erat cum illo, & in illo, à quo traxit quãdo, ꝙ traxit, admissum + est. Non autẽ trahit, alter ab altero, quando sua vnoquoque propria vita viuente iam est, vnde dicatur [Anima m, quæ peccauerit, ipsa morietur.] Vt autem posit regenerari per officiũ voluntatis alienæ, cũ offertur consecrandus n, facit hoc vnus spiritus, ex quo regeneratur oblatus.

Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, c. 8. in c. 35. Iob.

¶ Sacramentum, impietas alterius nocet. C. IX.

[6] HOmini o, qui similis tui est, nocebit impietas tua; & filiũ hominis adiuuabit iustitia tua. ‖Humana impietas ei nocet p, quẽ peruertẽdo inquinat: & rursus cũ adiuuat nostra iustitia, quẽ à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare nesciunt ea, quæ q vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt.

Econtra Dominus ad Moysem: [*Ego sum Deus zelotes, qui visito r peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem,*] *licet nõ inæqualitate iudicij, sed magnitudine clementiæ Augustinus asserit hoc dictum, ita dicens:* [*Intertia, & quarta generatione peccatum patrum se Dominus comminatur in lege filiis reddituruṁ t, non inæqualitate vindictæ, vt alij peccent, & alij puniantur; sed magnitudine clementiæ: dum semper expectat ad pœnitentiam; & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat; nisi & tertia, & quarta generatio venerit u,*] *Cum ergo v de baptizatis ab*

‖ Delictorum quadruplex est generatio.

quæ non punitur. de pæn. dist.1. cogitationis. Tertia dicitur consensus: & iste punitur. nam facientem & consentientem par pœna constringit. 2. q.1.notum. Quarta est opus: & ista similiter punitur in filios: cũ sint imitatores paterni sceleris: aliàs non. ſ.ea.q.1.cito turpem. Aliter numeratur istæ quattuor generationes. de pæ. di.1. super tribus.

Ezech.18.

t ¶ *Redditurum.*] ideſt, vsque in tempus filiorum, & vltra eos expectaturum ad pœnitentiam de peccatis suis.

7 o ¶ *Inæqualitate.*] vt alij peccẽt, & alij puniãtur, put sequit: & est vna dictio inæqualitate. & hæc verba, licet nõ inæqualitate, sũt verba Aug. & auctoritas ista facit ad propositum G. expositio vero contra eum.

x ¶ *Venerit.*] ideſt, nisi cum vitam finierit. Io.

Iob.c.25.

CVM ERGO. CASVS Dixit supra Gratia. quòd peccatum patris filiis imputari non debet. & quòd per ignorantiam excusantur. Sed cum Inno. dicat, quòd baptizati ab hæreticis scienter promoueri non possunt: patet quòd infantes ab hæreticis baptizati, cum ipsi iuxta Africanum concilium valeant promoueri, sola ignorantia excusentur. Nam vt ait Aug. peccata parentum filiis non imputantur: nec spirituali pœna propter hæc puniuntur: quare ab officio & beneficio ecclesiæ propter hæc priuari non debent, cum sit pœna spiritualis. Præterea si excusatur qui ignoranter à simoniaco ordinatur: ergo iste de quo dictum est in themate, excusandus est: quia per ignorantiam simoniace ordinatur. Innoc. ſ.1. quæst. ventum est. in fin. Africanum concilium ſ.ea.d.q.placuit. Sicut Augu.24.q.3.si habes. Vrbani. ſ.1.q.1.si qui à simoniacis.

Exo.20.

y ¶ *Cum ergo.*] Hic ostendit quòd ignorantia excusat infantes ab hæreticis

hæreticis ordinatos: & à simili videtur excusandus cui ignoranti pater ecclesiam adeptus est.

a ¶ *Ignorantia.*] sed non semper. de pæn. dist. 2. sciendum. & j. c. prox. turbatur. §. notandum.

b c N *On imputantur filiis.*] 5. ead. q. placuit.

¶ *Pœna.*] scilicet excommunicationis. j. 24. q. 3. si habes. sed alia bene. extra de fil. presb. c. 1. & j. ea. q. 1. c. 1. & ideo sophistice procedit de vna ad aliam. arg. contra 56. dist. c. 1.

d ¶ *Item si excusatur.*] vt 5. ea. q. 1. si qui à simoniacis.

e ¶ *Excusandus.*] Excusantur à reatu criminis: sed non quin priuentur beneficio. j. ead. q. 5. c. 1. & c. præsentium.

SED OBIICITVR. Hæc est secunda pars qst. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Io. de Fan.

f E *Ecclesia.*] ¶ *Pactione.*] j. 18. q. 2. Eleutherius. contra. Sol. aliud est non prius consecrare nisi aliquid ex pacto detur vel promittat, quod hic penitus reprobatur. aliud est post dedicationem pacisci de annuo reditu ex oblationibus ecclesiæ suggerente episcopo, & eius ecclesiæ presbyteris pro futuro: quod ibi fieri pmittitur. H. contra 7. q. 1. episcopus. 5. ead. q. 1. non nocet. Sed dic q hic nõ fuit consecrata in forma ecclesiæ: & ideo debet cõsecrari. de consec. dist. 1. ecclesias. Vel dic in odiũ consecrantis hoc dici. simile 24. q. 1. pudenda. & ideo ita interpretat Gratia. j. §. his ita. ver. in detestatione. quia reuera est consecrata.

ITEM PECCATO. CASVS. ‖ Hic probat quòd vnus punitur pro alio temporaliter: & primo per historiam de Achan. Secundo per historiã de Achab. Tertio per plagas Aegyptiorũ. Quarto per arcæ domini captionem. Quinto per historiam filiorum Heli, quæ habetur 36. dist. legant. Sexto per prophetas, pter peccata populi captiuatos.

g ¶ *Item peccato.*] Hic probat, quòd vnus punitur pro alio temporaliter. primo per historiam de Achan. secundo per historiam de Amalecitis. tertio per plagas Aegyptiorũ. quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos.

h ¶ *Acquisita.*] Idem est de vsura extra de vsu. cum tu. & est ratio, qa in vitium succedunt parentum. ff. de diuer. & tempo. præscrip. cum heres. nam turpia lucra sunt ab heredibus extorquenda. ff. de calum. l. in heredẽ. Arg. contra. C. ne ex delict. defun. l. vnica. sed de canonica æquitate semper tenetur, etiam si nihil ad eum peruenit ex maleficio, vt dixi 16. q. 6. si episcopum.

i ¶ *Achan.*] & nõne iam dixit de pctõ Achan, sic: sed non de plebe.

k ¶ *In manu.*] ideo repetit, vt addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hæc est tertia pars quæst. in qua dicitur q septẽ hæreticis Innocentius scribat [1 *Lex est ecclesiæ ijs, qui ab hæreticis baptizati sunt. per manus impositionem laicam tantum communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare;*] patet, quòd *infantes, qui ab hæreticis baptizati sunt, sola excusat ignorantia* a; 2 *vt iuxta illud Africani concilij ad suscipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris.*

Item sicut Augustinus scribit ad Auxilium episcopum, epist. 75.

¶ De eodem. C. X.

N On imputantur b filiis pec-cata parentum, quæ post eorum natiuitatem à parentibus cõmittuntur: nec pro peccatis parentum spirituali pœna c filij sunt plectendi.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus & caput hoc, & sequentia vsque ad finem quæstionis coniuncta sunt superiori. Nam sententiis hinc inde acceptis, verba fere de suo (quod sæpe facit) in his Gratianus refert. Et huius quidem partis sententia est apud B. Augustinum loco indicato. Verba autem ipsa referuntur* j. 24. q. 3. c. si habes.

Officio autem, vel beneficio ecclesiæ priuari, spiritualis pœna est: non igitur hanc ex peccato patris prometur filius. Item si excusatur d, *qui ignoranter à simoniaco ordinatur, vt supra in cap.* 3 *Vrbani legitur; & iste excusandus est* e, *qui per ignorantiam simoniace ordinatur.*

2 *Sed obijcitur illud Gregorij.* α

α ¶ Gregorij.] *In aliquot vetustis codicibus legitur*, Augustini. *Anselmus vero citat ex Alexandro secundo.*

¶ De ecclesia, quę pactione consecratur. C. XI.

4 E Ccleſia, quæ pactione f consecrata fuerit; potius execrata, quàm consecrata dici debet.

Item peccato g *ciuium, thesauri Hiericho anathematizati leguntur, Vnde Achan, qui regulam auream, & quædam alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse.* ¶ *Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iussa sunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audiuit à Samuele* [*Nescis, quia peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere?*] ¶ *Item peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditæ, iumenta, & primogenita eorum, morte consumpta sunt.* ¶ *Item peccato Israelitarum, arca Domini Philistæis tradita est. Si ergo quæ sensa carent, vt ecclesia, altare, arca Domini, lapides Hiericho vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuastantur; si ea quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorũ; & Amalechitarum, peccatis hominum perducuntur morte; patet, quòd nullum excusat ignorantia criminis: maxime cum ex eo vtilitas deferatur ignoranti: veluti si quispiam de latrocinio, & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, non excusat filium ignorantia; quin post mortem patris cogatur reddere male acquisita* h.

¶ *Item peccato Achan,* i *plebs Israelitica in manibus hostium tradita est.*

¶ *Item peccato filiorum Heli, populus in manu* k *Philistinorum corruit.*

¶ *Peccato quoque plebis, electi eorum sæpe sunt impediti, & tandem cum eis prophetæ ducti sunt captiui.*

3 *His ita respondetur. Insensibilia, & irrationabilia peccato hominum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, sed causa sacramenti* l, *vel detestatione peccati, vel flagello* m *delinquentium. Causa sacramenti, vt thesauri Hierico* n, *& animalia Amalechitarum. Hiericho enim Luna interpretatur, & significat mundum istum; Amalechitæ interpretantur lingentes sanguinem, & significant cupidos, & auaros, & dæmonas. Israelitæ interpretantur viri videntes Deum, & significant multitudinem sanctorum. Lapides ergo, & thesauri Hierico anathematizantur; animalia Amalechitarum* o *interfici iubentur ad examinandam* p *cupiditatem Israeliticæ plebis, & vt significaretur, quòd muri vitiorum, & huius mundi thesauri, qui per lapides, & thesauros Hierycho designantur, irrationabiles quoque vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent transire in sortem sanctorum. Animalia* q *vero*

a ¶ *Aegyptiorum.*] Historia. Legitur in Exodo quòd cum Pharao nollet dimittere populum Israelem exire de Aegypto, percussit Dominus Aegyptum x. plagis, quæ in Exodo exponuntur.

b ¶ *Eorum.*] simile 16. q. 1. reuertimini.

c ¶ *In detestationem.*] Hæc est detestatio criminis.

d ¶ *Ecclesia.*] De consecr. dist. 1. Arianorum. & cap. ecclesias. Ista duo c. male inducit Gratia. quia Arianorum ecclesiæ non consecrantur à catholicis in detestationem criminis: sed quia non fuerunt cõsecratæ in forma ecclesiæ: ergo melius potuisset inducere. 5. ead. q. ecclesia quæ pactione.

e ¶ *Sanctificationem.*] 5. ead. q. 1. qui studet.

f ¶ *Cæbant.*] id est, extra formam ecclesiæ consecrabant: aliàs falsum esset.

g ¶ *Item populus.*] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nũc redit Gratianus ad propositum, vt probet alios puniri pro peccatis aliorum. Et primo per exemplum Ionæ. Secundo per peccatum Dauid populum numerantis. Tertio per paruulos Sodomitarum. Quarto per paruulos Dathan & Abiron. Quinto per Chanaan, qui patre peccante factus est seruus. Sexto per successionem Giezi. Septimo per reliquias Iudæorum. Octauo per quattuor successores Achab. Nono p Idumæos, qui descenderunt ab Esau.

h ¶ *Ionæ.*] Historia. Legitur in Iona, quòd cum vellet Dominus Iona mittere in Niniuem, vt prædicaret: surrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharsis: & descendit in Ioppem, & intrauit nauem euntem in Tharsis, & descendit ad inferiora: & dormiuit sopore graui. cum autem tempestas immineret, miserunt sortes vt scirent cur hoc accideret: & cecidit sors super Ionam. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit vobis, & miserunt, & statim cessauit tempestas.

i ¶ *Pro meritis.*] j. 6. quæst. 1. ex merito. j. 2. quæst. 7. cap. 1.

k ¶ *Portantes.*] id est, tolerantes.

l ¶ *Dauid.*] Historia. Legitur in secundo libro Regum, quòd Dauid præcepit Ioab principi militię vt populum numeraret: numerauit ergo, & dedit numerũ Regi: & factus est sermo Domini ad Gad prophetam dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus: Elige vnum de tribus quod volueris: aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies inimicos tuos, aut tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Cum autem Dauid vltimum elegisset, misit Dominus pestilentiam in Israel à mane vsque ad tempus constitutum: & mortui sunt de populo extra Hierusalẽm 70. millia hominum. cumque extendisset Angelus manum suam super Hierusalem vt percuteret eam, apertisunt oculi Dauid: & videns Angelum exclamauit dicens: Ego sum qui peccaui: conuertatur obsecro manus tua super me, & contra domum patris mei. Tunc autem pepercit ei Dominus, & iussit Angelo vt manum suam contineret.

m ¶ *In lata.*] hoc soluit statim.

Aegyptiorum a, *& possessiones eorum* b, *& primogenita grandine, & morte consumpta sunt; vt in illis punirentur, quorum felicitate lætabantur: & vt daretur intelligi, quòd mundus peribit, & concupiscentia eius. Sed & terra Israelitarum in salsuginem versa est, & segetibus eorum imbres aduersi sunt, animalia eorum sterilitate, & morbo confecta sunt; vt auctorem suum, quem per beneficia cognoscere noluerunt, saltem inter supplicia sentirent. In detestationem* c *vero peccati, pecunia Simonis damnata est, cui dictum est* [*Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri.*] *In detestationem quoque eiusdem criminis altare, & ecclesia* d, *quæ per simoniam consecrantur, non tam consecrari, quàm execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleum consecrationis effundit; non consecrare, sed execrare dicendus est.* 1 *Hinc est, quòd beatus Gregorius ecclesias ab Arianis consecratas iterũ consecrari præcepit: quia sanctificationem* e *consecrationis, quæ non nisi in fide trinitatis perficitur, præstare non poterant, qui fide carebant* f. *Arca vero, & prophetæ peccato suorum ciuiũ hostibus traditi sunt. Electi quoque, qui murmure eorum impediti sunt, non in pœnam criminis, sed in experimentum, & exemplum patientiæ hæc passi sunt.* ¶ *Item populus* g, *qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hostium traditus est, significat subditos corporaliter flagellari, vt inter ipsa flagella, peccata prælatorũ feriantur: sicut Achan sorte deprehensus, lapidibus obrutus est.*

Sic & nauicula Ionæ h *periclitatur, vt fugitiuus sorte deprehensus fluctibus immergeretur. Aliquando pro meritis* i *prælatorum deprauatur vita subditorum, vt prælatis suis subditi fauentes ad malum cum eis simul corruant: sicut filij Israel diu portantes* k *peccata sacerdotum, tamdem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Item Dauid* l *populum numeraturus: quo peccato gladius Domini desæuit in populum. Sed in lata* m *gente gloria regis est, in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numerositate suæ gentis superbiuit, iure in eius diminutione* n *punitus est.* ¶ *Item paruulos* o *Sodomitarum non excusauit ignorantia, quin pro paterno scelere cælesti igne consumerentur: sed igne hoc pœna illis diminuta est; quibus successio paterni sceleris est adempta. Pariter* p *etiam demonstratum est peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari* q. *Illud idem intelligendum est de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron viui descenderunt ad inferos.*

¶ *Item Cham peccante, Chanaan* r *filius eius maledicitur: Giezi delinquente, lepra transmittitur ad posteros. Iudæis clamantibus* [*Sanguis eius super nos, & super filios nostros*] *etiam reliquiæ eorum* s *pœnæ mortis Christi addictæ* t *sunt. Achab* v *quoque peccante posteri eius* x, *regni solium amiserũt:* 2 *& qui de eius semine in regno Iudæ nati sunt, vsque ad purgatam labem illius familiæ, à genealogia Domini sunt excluſi. Odium quoque Esau* y *(vt Malachias testatur) transiuit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur, quòd ignorantia peccati non excusat aliquem.* ¶ *Sed his exemplis* z *nõ probantur teneri peccato aliorum; nisi imitatores nequitiæ eorum. Quicumque enim de semine Esau, & ceterorum ad Deum conuersi paternam malitiam detestati sunt; non odium, sed Dei clementiam experti sunt.*

Item vt Ambrosius ait sermone II.

C. XII.

3 T Vrbatur a nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia, qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.

¶ *Huius etiam capitis sententia sumpta est ex sermone* II. *Ambrosij, & lib.* 5. *c.* 1. *comment. ad cap.* 5. *Lucæ. Ipsa autem verba habentur* j. 24. q. 1. *cap. non turbatur.*

Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorantia excusauit illum. Sed turbatio hæc nõ peccati conquinatio, sed corporalis persecutio

n ¶ *In diminutione.*] Argu. quòd in eo punitur quis, in quo deliquit. j. 17. q. 4. frater. j. 16. q. 1. reuertimini. j. 12. quæst. 2. de viro. & cap. qui & humanis. 5. distinct. 81. valet.

o ¶ *Paruulos.*] historiam habes 42. distin. §. 1.

p ¶ *Pariter.*] hic habetur alia responsio.

q ¶ *Flagellari.*] licet etiam in eis crimen paternum non timeretur.

r ¶ *Chanaan filius.*] & ideo maledixit Chanaan, & non Cham, quia Dominus benedixit ei: & ideo non fuit ausus ei maledicere: vel ratio in lege est, vt ff. quod metus cau. ifti quidem.

s ¶ *Etiam reliquiæ eorum.*] id est, isti addicti sunt pœnæ propter mortem Christi.

t ¶ *Addictæ.*] j. de pœnit. dist. 3. §. ecce.

v ¶ *Achab.*] Historia. Iste Achab fuit Rex Israel maritus Iezabel nequissimæ mulieris: cuius filiã duxit in vxorem Ioram Rex Iuda filius Iosaphat: cuius filius nepos & pronepos, scilicet Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipsi succedentes sibi inuicem reges Iuda fuerũt, in generatione Domini à Matthæo præmittũtur: sed à Ioram transitum facit ad Oziam, qui fuit quartus post eum: quia dictum fuit per prophetam in throno regni quemquam non esse sessurum de domo Achab vsque ad quartam generationem. quod intellegẽdum est de merito vitæ: quia tres præcedentes fuerunt reges, sed tamen mali fuerunt.

x ¶ *Posteri eius.*] Euãgelista enim trãsitum facit à Ioram vsque ad Oziam: qui fuit quartus a post eum: quia dictũ erat per Heliam prophetam in throno regni quemquam non esse sessurum de domo Achab, nisi in quarta generatione. tamen illi tres qui omissi fuerunt, bene fuerunt in throno: sed dicuntur non sedisse ex merito vitæ.

y ¶ *Esau.*] Historia. Legitur in Genesi, quòd Dominus Iacob dilexit: Esau autem odio habuit. Esau autem dictus est Edom: vnde & Idumæi, qui ab ipso nati sunt: ad quos testante ꝓpheta Malachia transiuit odium Domini.

ADDITIO. Ad istos testante propheta Malachia transiuit odium Domini. Etenim de Esau legitur ibidem quòd Dominus dilexit Iacob: Esau autem odio habuit. Archid.

SED HIS. CASVS. Respondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui sunt imitatores nequitiæ ipsorum: aliàs non.

z ¶ *Exemplis.*] scilicet postremis de Cham, Giezi, Achab, Esau. Ioan. de Fant.

T *Vrbatur nauicula.*] CASVS. Adhuc ostendit quòd iustus punitur pro impio, vt Petrus pro Iuda: sed illa turbatio non fuit peccati coinquinatio, sed temporalis persecutio, & ita prædictis auctoritatibus non probantur simoniaci pro quibus ignorantibus pecunia data sit.

a ¶ *Turbatur.*] j. 24. q. 1. non turbatur. j. 7. q. 1. aduersitas. j. de consecrat. distin. 1. in sancta.

1 supra ea q. 1. ventum.

2 supra ea. qui apud.

‖ Conferatio an possit fieri intercedente promissione.

3 supra ea q. 1. si qui à simoniacis.

‖ Punitur temporaliter vnus pro alio.

4 Anſt. l. 5. cap. 20.

Iosue 6.

1. Reg. 15.

Exo. 9.

1 De consecr. distin. 1. cap. Arianorum.

Ioan. 1.

1. Reg. vlt. Prouer. 14. secunda 70.

Psal. 77.

a Vnde dic q excluſi, id est, prætermiſſi a Matthæo in euangelio: vbi isti inter alios non connumerantur. Arch.

3 j. 24. q. 1. c. non turbatur.

Num. 16.

Gen. 9.
4. Reg. 5.
Matth. 27.

3. Reg. 21.

2 Hieron. ad cap. 1. Matth.

Malach. 1.

NOTANDVM. Hæc est quarta pars quæstio. in qua distinguit inter ignorantiam iuris & facti. Ioan.de Fant.

CASVS. Hic innuit Gratia. talem distinctionem. Ignorantia alia facti, alia iuris. Facti, quod scire non oportet, vt si apponatur tibi ignorantia idolothitum ad comedendum: facti, quod scire oportet,vt eorum quæ dicta sunt per prophetas de aduentu Christi. Ignorantia iuris, alia iuris naturalis, quæ omnibus adultis damnabilis est. Alia iuris ciuilis, quæ in damno vitando nulli nocet. In tali casu, scilicet, si minor filio familias pecuniam dederit, mutuam repetit:sed maior non repeteret: vel si talis casus incidit vt successionem sine iudice diuidas cum alio, quem putabas coheredem, cum non sit: vel si soluas per errorem, vel promittas pecuniam indebitam iure naturali tantum, vel tam iure ciuili, quàm naturali:sed in delictis ignorantia iuris nullum excusat.

intelligitur:quia meritis malorum non numquam adeo premuntur boni, vt eorum turbetur firmitas. Non itaque his auctoritatibus simoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non ergo potest probari iste reus criminis, cuius non habuit conscientiam.

4 *Notandum quoque est, quòd non omnis ignorantia* a *aliquem excusat. Est enim ignorantia, alia facti, alia iuris. Facti, alia est eius facti, quod oportuit eum scire:alia,quod non oportuit eum scire. Quod non oportuit eum scire; sicut Apostolus ait* [*Si quis infidelium vocauerit vos ad cœnam, & vultis ire, quidquid vobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si quis vobis dixerit* b *hoc idolis immolatum est, nolite comedere* c.] *Ecce quod vocatum ad cœnam non oportuit* d *scire carnes sibi appositas fuisse idolis immolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia Iudæorum* e*, & reliquorum infidelium qui ea, quæ à prophetis de Christo fuerunt prænuntiata, adhuc ignorant esse completa: vnde à Iudæis adhuc expectatur venturus. Hæc neminem excusat.* ¶ *Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnibus adultis damnabilis* f *est. Ius vero ciuile aliys* g *permittitur ignorare, aliys non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obest in damno vitando, si negotium* h *inde contigerit, vt si minor pecuniam dederit filio familias* i*, repetit:in maiore vero quasi delictum est* k*.* ¶ *Item si successionem etiam tibi maiori delatam cum alio, sine iudice* l *diuidas, putans testamentum iure subnixum, cum non esset, solidam successionem obtinebis: vel si id, quod nullo iure debuisti, aut iure naturali* m *non debuisti, sed ciuili, tamquam ex chirographo soluas, aut promittas, repetis* n*: non ita, si delictum. Nam si putat rem suam sibi per legem licere rapere, incidit in constitutionem* α *illam codicis lib. 8. titulo, vnde vi* 1.

[*Imperator Valentinianus Augustus.*]

PALEA. C. XIII.

SI quis in tantam furoris audaciam peruenerit, vt possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet homines constitutarum ante euentum † iudicialis arbitrij violenter inuaserit; dominus quidem constitutus, possessionẽ, quam abstulit, restituat possessori, & dominium eius † rei amittat: Sin vero alienarum rerum † possessionem inuasit, non solum eam possidentibus reddat, verumetiam æstimationem earumdem rerum restituere compellatur.

α ¶ Constitutionem.] *In plerisque vetustis codicibus legitur*, incidit in constitutionem, si quis in tantam. *reliqua vacant.*

In hoc autem non fuit ignorantia iuris, sed facti, & illius, quod non oportuit eum scire. A reatu ergo criminis cum ignorantia excusat paterni delicti: quod & si oportuisset eum scire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non poterat o.

§. Cor. 10.

‖ Ignorantia est duplex,scilicet facti & iuris.

a ¶ *Omnis ignorantia.*] ‖ Est ignorantia facti, & ignorantia iuris. Ignorantia facti semper excusat, siue ignoret de alieno facto,siue de propriis, dum tamẽ probabilis sit. Ignorantia proprij facti excusat,vt 34. q.2. in lectum.& 1.q.1. si qui à simoniacis. magis tamen excusat error in alieno facto quàm proprio:quia probabilis est ignorantia in alieno facto,vt ff. pro suo. l.vlti. sed non est verisimile quòd quis dubitet siue erret de proprio facto, vel de propria re, vt C.de rescind.ven.quisquis. Licet autẽ sit ignorantia de alieno facto: dum tamen non sit probabilis, non excusat, vt 12. q. 2. qui & humanis. 16.distin.quod dicitis. ad hoc autem vt quis probabiliter dicatur errare, non requiritur quòd sit nimis scrupulosus & diligens & curiosus in inquirendo:nec quod sit nimis negligens & dissolutus non inquirendo,vt ff.de iur. & facti ignor. nec supina. ‖ Ignorantia iuris, alia est iuris naturalis, alia iuris canonici siue ciuilis. Ignorantia iuris naturalis neminem excusat, quia ibi nihil interest in vitio decipere,vel decipi, vt 16.quæst.1. si cupis. & C.de in ius vocan.l.2. & de hac ignorantia dicitur: Ignorans ignorabitur. 37. distin. §. vlti. 38. distin. qui ea a. Ignorantia iuris canonici siue ciuilis neminem excusat,vt 38.distin. si in laicis. & cap. quæ ipsis. & hoc intellige cum ius tale est, quod aliquis de facili per seipsum scire potuit, vel etiam per alios, dum tamen habuerit copiam iurisperitorum,vt ff. de iur. & fac. igno. regula. & ff. de bon. possess. in bonorum. vbi enim de bona fide agitur,non est de iuris apicibus disputandum, vt ff. mand. si fideiussor. quædam. ‖ & hæc vera sunt nisi sint mulites b, rustici, minores, & mulieres. istos enim excusat iuris ignorantia. Item iuris ignorantia si est de damno vitando, excusat; si est de lucro captando,non; vt ff.eo. iuris. Si quæras ergo quæ sit differentia inter has quattuor personas, & inter alias quantum ad ignorantiam iuris, cum nulli noceat in damno vitando,vt d.l.iuris. dic quòd licet omnibus aliis noceat in lucro, non tamen istis; aliter non esset aliquod speciale in istis. Sed tamen not. differentiam inter istas quattuor, quia non concedo quòd mulieribus & rusticis noceat in lucro, nisi vbi expresse inuenitur, quod not. c nam nocet quandoque,vt C.eo. si emancipata. aliàs vbi expresse inuenitur. sed vbi non inuenitur expressum, non subuenitur eis. Subuenitur enim eis in Velleiano,& in aliis casibus not. C.eo.l.vlti. Sed militibus & minoribus vbique subuenitur, nisi vbi expressum inuenitur quòd non sit subueniendum. Item ignorantia iuris ciuilis siue canonici nocet omnibus in damno vitando, vt in temporalibus præscriptionibus: quia præscriptio introducta est ad rigorem iuris conseruandum. idem est in constitutione, si quis in tantam.C.vnde vi. Hug.

‖ Ignorantia iuris est duplex.

a De hac materia not. 27. dist.in fum.

‖ Ignorantia iuris quattuor genera personarũ excusat. b Sub.qui propter rem publ. occupantur in castris, quos magis arma vult scire Imperator quàm leges. Archid. c Cum ista gl. concor.l.fi. & ibi Bart. C.de iur.& fa.igno. & Fulg. in l. iuris.C.qui ad mit. & est de mente Bar. in l.1. in ver.quærit. glos. C. de iur.& fa.igno. & plene per doct.mode. in l.1. §.nũtiatio. ff.de oper.nouunt.post Bar ibi in vlt.col.

b ¶ *Dixerit.*] Argum. quòd ad dictum vnius statim aliquis teneatur & possit credere, vt 22.quæst. 4. innocens. De hoc not. 23.q.4. quàm magnum. & 11.q.3. non solum in princ.

c ¶ *Nolite comedere.*] expresse ergo nocent,non tacita: argu.ff.de condi.& demonstrat. nonnũquam. & ff. de euict. ferui venditor. diuersa est enim causa voluntatis expressæ, & eius quæ inest.ff.de verbor. obligat. cum qui certarum.

d ¶ *Oportuit.*] hæc nõ excusat,cum sit iuris naturalis.38.distinct.quamuis.

e ¶ *Iudæorum.*] hæc ignorantia iuris etiam dici potest, eo quòd ignorabant prophetas:quia si eos intelligerent, non ignorarent facta eorum, id est, Christum natum.

f ¶ *Damnabilis.*] vel ut de patronis absque venia impetrata in ius non vocandis ab eorum libertis: nec enim in ea re parcendum est rusticitati,cum naturali ratione huiusmodi personis honor debeatur,vt C.de in ius vocand.l.2.

g ¶ *Aliys.*] non in lucro captando,quia in damno vitando omnibus. ff. de iur.& facti ignor.l.iuris ignorantia.

h ¶ *Negotium.*] id est, si errat in contractu:nam aliter est in maleficio, in quo nec etiam minor excusatur d. C.si aduer. delict.l.1. & 2.

i ¶ *Filio familias.*] maiori. nam tunc potest repetere. ff.de min. verum. in fin. Si autem filius familias minor esset, non repeteret si consumpta esset vel deperdita. ff. eo. titu. si minor.

k ¶ *Quasi delictũ est.*] ff. ad Maced. l.2. & bene dicit,quasi delictum nam si vere esset delictum, nec minori subueniretur.

l ¶ *Sine iudice.*] secus si per iudicem. ff. famil. ercisc. cum putarem. & hoc cum fidem & confessionem eius iudex secutus est. nam alias repetere posset. C. de iur. & facti ignor. si post.

m ¶ *Iure naturali.*] cum quis soluit indebitum, aut indebitum est iure ciuili tantum:quale est illud quod potest per Falcidiam retineri.C. ad leg. Falcid. error. hic si per ignorantiam facti soluit, repetit. C. de iur. & facti ignor. cum quis.C. ad leg.Falcid. error. ‖ Si per ignorantiam ius soluit, non repetit, vt in legibus prædictis, nisi à minore, vel muliere, vel alia persona priuilegiata soluatur. ff. de prob. cum de indebito.§. si autem. & ff. de condit. indebit. interdum. aliàs indebitum aut est de iure naturali tantum, quale est illud ad quod per chirographum obligamur, vt spe futuræ numerationis, aut indebitum vtroque iure. In his duobus casibus quacumque ignorantia soluat, repetit.ff.de condit.indebit. indebitam.& ff. de proba. cum de indebito. aut per c exceptionem tantum, & tunc si temporalis est exceptio: dum tamen sit certum debitum,non repetit f ff.de condit.indebit. sub conditione. l.nam & maritus. Si autem est perpetua & fauorabilis, hic quacumque occasione soluit, repetit. C.ad Velleian. quamuis.ff.de condit. indebit. qui exceptionem. Si est odiosa, vel sciens soluit, vel ignorans. si ignorans: aut ius, aut factum. his duobus casibus non repetit. ff. de condit. indebit. qui exceptionem. aliàs si rigore iuris conferuandi gratia est exceptio introducta: hic sciens si soluit, non repetit. ff. de condit. indebit. Iulianus. si ignorans, repetit secundum Pileum, cum illa exceptio sit perpetua, & non odiosa. Alij vero contra. nam & post sententiam remanet debitum naturale: quia sententia de iure ciuili est, & ideo ea quæ iuris naturalis sunt, tollere non potest g. quare si soluat, non repetit: argum. ff. de condit. indebit. Iulianus. Si autem dubitatur an temporalis, an perpetua, hic repetit. ff. de condit. indebiti, sufficit.

n ¶ *Repetis.*] hoc tamen intra biennium, & hoc cum promittit spe futuræ numerationis.

o SI *quis.*] ¶ *Poterat.*] & ita dupliciter eum excusat. *Quòd vero.*]

Quòd vero.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima parte probat, quòd filij non possunt tenere beneficium emptum à patre cum erat puer. Secunda ibi,*Hoc autem.* Tertia ibi, *Ex hac.* Ioan.de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, qua quæritur an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ea ordinatione,quam pater na pecunia est assecutus ignorãter. De primo casu quid iuris sit,dicitur in primo capitulo. De secundo dicitur in capitulo, præsentium.

QVÆSTIO V.

Vòd vero a *quinto loco quæritur, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus; auctoritate Vrbani definitur; qui scribens de simoniacis ait inter cetera in concilio Placentino,cap.5.& sequentibus,itemque in concilio Romano.*

¶ De paruulis, qui cupiditate parentum, ecclesias emunt. C. I.

1 QVicumque sane cupiditate parentum,cum adhuc paruuli b essent, ecclesias, vel ecclesiarum partes c α per pecunias adepti sunt, postquàm eas omnino dimiserint, si canonicè in eis viuere voluerint pro magna d misericordia ibidem eos esse concedimus e: neque pro hoc facto à sacris ordinibus remouemus, si aliàs digni inueniantur. ¶ 2 Illi vero,qui per seipsos, cum iam maioris essent ætatis, nefanda ducti cupiditate eas emerunt, si in aliis f ecclesiis canonice viuere voluerint, seruatis propriis ordinibus pro magna misericordia g ibi eos ministrare permittimus. Quòd si ad alias fortassis transferri non potuerint, & in eis canonice viuere promiserint, minoribus ordinibus contenti ad sacros ordines h non accedant; salua i tamen in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate. ¶ 3 Si qui tamen ante emptionem k catholice ordinati sunt, cum ea, quæ emerunt, dimiserint,& vitam canonicam egerint, in suis gradibus permittantur l nisi m forte ciusmodi ecclesia sit, vt ibi primum n locum debeant obtinere. Primum enim, vel singularem, vel præposituræ β locum in emptis o ecclesiis eos habere non patimur.

α ¶ Partes.] *In concilio ipso legitur*, berent,vt 3. ead.q.1. presbyter. & 7.q.1. præsentium. & cap. sancitum est. & vere de misericordia, nam de iure non potest:& ideo hac misericordia digni sunt qui alieno laborant vitio.C.de natu.li.legem.

h ¶ *Ordines.*] id est, ad ministerium sacrorum ordinum, quos tamen post emptionem ecclesiæ receperant, & ita grauatur eorum pœna in ecclesiarum emptione.

i ¶ *Salua.*] vt scilicet Papa possit dispensare si velit; vel hanc reuocet, si iterum ei videbitur expedire.

k ¶ *Ante emptionem.*] argu. ‖ superueniens delictum, vel nouam causam,non vitiare legitime factum.30.q.1.nosse.& c. dictum.& 3.dist.55. præcepta. 32.q.7. c. 2. qui. 3. ead. q. 7. si quis omnem. contra.

‖ Delictum superueniens nõ viriat legitime factum.

l ¶ *Permittantur.*] in eadem ecclesia. hæc est differentia inter istum casum & secundum.

† al.canonicis

ADDITIO.Ad hoc.ff. de verb. oblig. pluribus. §.vltim.

m ¶ *Nisi.*] istud, nisi, respicit duos articulos. nam in primo casu bene potest ex dispensatione singularem locum obtinere, sed male dicit qui hoc dicit:nam cum vltimo magis dispensãt quo ad executionem ordinis, quàm cum medio. vnde istud, nisi,refertur ad primum membrum ca. Ego cum H.dico, quòd istud, nisi, respicit omnes tres casus prædictos. nam in nullo ipsorum primũ vel singularem locum in empta ecclesia poterit obtinere,vt in fin.cap.dicitur manifeste Phi.additio est.

n ¶ *Primum.*] arg.extra de si. ex insinuatione. & intelligunt quidã hoc tantum de prælatione.H. intelligit de qualibet dignitate; quia nec archipresbyter,nec decanus.

o ¶ *In emptis.*] fi. 12. dist. nos consuetudinem.

HOC AVTEM. Hæc est secunda pars qõ. in qua dicitur, quòd de rigore debent deponi simoniaci quocumque modo. Ioan.de Fant.

PEr *os qui.*] ¶ *Absque tamen.*] 3. dist.55. priscis. quasi non de iure communi, sed ex dispensatione.

EX HAC. Hæc est tertia pars quæstio. in qua dicitur,quòd si ordinatus fuerit inuitus simoniace eo ignorante, cum eo dispensatur. Ioan.de Fant.

CASVS. Infert Gratia.ex illa auctoritate,quicumque,quòd ignorantia excusat tales,cum possint ad sacros ordines ascendere; sed à fructu emptionis non excusantur.Idem intelligitur de eo,qui sacrum ordinem habuit per pecuniam, eo & ordinatore ignorantibus.

q ¶ *Dimiserint.*] hoc idem habes extra de simo. de regularibus.

r ¶ *Reportare.*] nam ex alieno dolo alius lucrum deportare non debet.ff.de eo per quem fac. erit. l. vlt.1.ref. & hoc verum est, nisi in casu. extra de simon. nobis. scilicet per fraudem alterius.

PResentium.] CASVS. Data pecunia cuidam amico,vel familiari principi episcopi, quidam ordinatus est presbyter ab eo vtroque ignorante pecuniã esse datam, qui presbyter ex quo factum cognouit, rogauit eum vt eum deponeret. vnde Papa eo super hoc cõsulenti rescribit dicens,q ex misericordia (licet de rigore deberet deponi) tolerẽt in eodẽ ordine:& si ecclesia in qua deseruit,non habet penuriã sacerdotũ,à sacerdotali officio cesset. Sed si vtilitas ecclesiæ exegerit,vt locũ regiminis accipiat,poterit de licentia epi sacerdotale officium exercere.

s ¶ *Præsentium.*] tria pro isto faciunt:coactio accipiendi illum ordi-

nem, scilicet sacrum, spontanea confessio, renuntiatio. Duo faciunt contra, detestatio criminis, & disciplina ecclesiastica.

a ¶ *Incuria.*] id est, negligentia, vel stultitia, vel ignorantia iuris.
b ¶ *Cuidam.*] idem si episcopo. ℨ.ead.q.1.statuimus.
c ¶ *Inuitum.*] i. coactum à parentibus, vel inuitum postquam sciuit.
d ¶ *Culpam.*] not. fermonis improprietatem. nam exponitur, culpam, id est, defectum. ℨ.dist.56. cap.vlti.
e ¶ *Istam.*] hic colligere rationē cum quis obijcit aliquid esse culpam, non quòd culpa sit, sed solet esse. sic 15.q.1. cap. mulier.
f ¶ *Supplicauit.*] vnde mitius cum eo agendum fuit. ℨ.12.q.1. non dicatis. ℨ.dist.50. quia te. C. ne tu. vel cura. vec. conducant. l. vna. Sed nonne male rogabat, ‖ cum depositum sequatur infamia. ff. de his qui not. infam. l. 2. §. ignominiæ. nec etiā quis deponi debeat nisi proximo crimine. 81. distin. Apostolus. Dic ergo, rogauit vt deponeretur, id est, ab executione suspendi deretur.
g ¶ *Fratrumque.*] & sic episcopus in tali casu dispensare non potest sine consensu & auctoritate fratrum. arg. 15.q.7. episcopus nullius. nam in omni dispensatione consensus capituli requirendus est. præterea per c. istud no. dispensari circa simoniam commissam in ordine. nam si ipse ordinatus dedit pecuniā vel aliusdum tamen det episcopo, non poterit episcopus hoc casu dispensare. & hoc notauit cum dixit, non episcopo. q.d. secus si episcopo esset data. vnde strictior erit episcopi potestas dispensandi in simonia cōmissa in ordine, quàm in beneficio. ℨ.ead.q.c.1. sed hoc non admitto. ‖ vnde dico, quòd siue simonia fuerit commissa in ordine, siue in beneficio, dum tamen episcopo fuerit data pecunia, quòd episcopus non possit dispēsare: sed in hoc dico esse differentiam, quòd si episcopo data fuerit pecunia pro beneficio: tunc non episcopus, sed quilibet superior possit dispensare siue in illo beneficio, siue in alio, secundum eum modum qui traditur. ℨ.ead. cap.1. Sed si fuerit episcopo data pecunia pro ordine, tunc non possit secum dispensari nisi à solo Papa [a], vt ℨ.q.1. ergo. & cap. si quis neque. & ℨ.q.7. si quis omnem. & cap. requiritis. Illud autem expeditum est, quòd episcopus vel capitulum potest dispensare cum eo qui ignoranter est adeptus beneficium etiam simoniace, vt extra de simon. ex insinuatione. Ioan. Quid autem iuris hodie seruetur, dixi per decret. ℨ.quæst.3. multis. in vlti. glos. B.

‖ Infamia sequitur depositum.

† *al. quia* *al. deseruiuit*

‖ ead. q. 1.

‖ Episcop⁹ an dispensare possit in simonia ordinis vel beneficij.

[a] Rayn. dicit eum eo qui recipit simoniacū beneficiū, postquam resignauit in executione ordinum post legitimam pœnitētiam potest episcopus suus si ab illo sit peccato immunis, alioquin metropolitanus debita discretione adhibita in pœnitentiali iudicio dispensare. Arch.



Vid vero h *de his fieri debeat, qui ignoranter à simoniacis ordinati sunt (quod sexto loco quæsitum est) supra, in capitulo videlicet Vrbani, quod sic incipit* [1 *Si qui à simoniacis, &c.*] *requiratur. Nunc autem* i *de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt; sed pro electione, vel vt decretum electionis fiat, vel vt subscriptione firmetur, vel vt electioni non resistatur, aliquibus præmia largiuntur; an eorum electio vitiosa sit iudicanda. Non enim videntur spiritus sancti donum emere, qui non pro consecratione, sed pro electione munera largiuntur; cum nullius spiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed sicut ecclesiasticarum rerum* k *emptores simoniaci iudicantur, quia ecclesiasticis officijs ita adiunctæ sunt, vt alterum sine altero alicui non proueniat; ita quia per electionem* l *venitur ad consecrationem, perinde simoniacus habetur, qui pro electione* m *præmia largitur, ac si pro consecratione munera dedisset.*

Vnde Symmachus scribit Cæsario episcopo epist. 1. cap. 5.

¶ De iis, qui muneribus ordinationem faciunt. C. I.

2 SI quis autem episcopatū desiderat, data pecunia n potentes personas minime suffragatrices o adhibeat: nec ad decretum sibi faciendum clericos, vel ciues ad subscribendum p adhibito cuiuslibet generis timore q compellat, vel prēmiis quibuslibet exhortetur.

Item Gregorius Salonæ † consistentibus, lib. 5. epist. 26.

¶ Simoniacus est; qui, vt elegatur, præmia largitur. C. II.

3 EGo autem & vestræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotētis Dei iudicium pertimescens, eiusdem Maximi r causam subtiliter exquiri s desideroj si nullis criminibus pressus, quę sacro ordini contradicunt; si non per simoniacā hæresim, id est, præmia quibusdam se eligentibus præbendo, ad sacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum intercessor erit; si non obligatus de suis, ad locum intercessionis t venerit.

Item Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi, & alijs episcopis, lib. 7. epist. 110.

¶ Sicut ordinatio, sic electio, vel consensus fine venalitate debet præferri. C. III.

4 SIcut is, qui inuitatus renuit v, quæsitus refugit x, sacris est altaribus admouendus; sic qui vltro ambit, vel importune y se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere; quid agit, nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo exterius, interius ad profunda descendat? [1] Itaque fratres charissimi in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat: sit simplex sine venalitate consensus, pura præferatur electio, vt ad summa [a] sacerdotij non suffragio venditorum prouectus, sed Dei credatur esse iudicio.

a ¶ Summa.] *In vulgatis codicibus legebatur,* ad summum sacerdotij, vel Pontificij, *Emendatus vero est hic locus ex originali, Anselmo, Polycarpo, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus.*

Si autem pecunia promissa fuerit, vel soluta, electo, vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinationem peruenerit; ei nullatenus obesse videtur; nec ad reatum criminis pertinet, cuius conscientiam non habuit; nec ad electionis, vel ordinationis cassationem; ad quam alias non per prauam illorum cupiditatem peruenisse docetur.

QVÆSTIO VII.

Vnc autem de septima quæstione tractandum est; an renuntians suæ hæresi sit recipiendus a *in episcopali dignitate.*

De his ita scribit Cyprianus, lib. 2. epistola prima.

¶ Qui redeuntes ab hæresi in suis ordinibus recipiantur. C. I.

2 SI qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi, ac rebelles contra ecclesiam steterint; vel apud hæreticos à pseudoepiscopis, & antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione [b] promoti sint, & contra altare vnum, atque diuinum, sacrificia foris falsa, ac sacrilega offerre conati sint; eos quoque hac conditione suscipi conuenit ß cum reuertuntur, vt communicent laici †, & satis habeant, quòd admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint; nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus [c] contra [d] nos rebellauerint.

ß ¶ Conuenit.] *In originali non est verbum istud, sed loco ipsius hæc huic capiti antecedunt.* Addimus plane, & adiungimus frater charissime, consensu, & auctoritate communi, vt etiam si qui presbyteri, &c. *Multa vero in hoc capite ex ipso B. Cypriano sunt emendata.*

Item ex septima synodo.

¶ De iis, qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæresi, in suis ordinibus recipiuntur. C. II.

3 SI quis [γ] omnem [e] traditionem ecclesiasticam scriptam, vel non scriptam violat, anathema sit. ¶ Omnis [d] episcopus, vel presbyter, aut diaconus cōuictus, quòd pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit; à sacerdotio [f] cadat. ¶ Sed dicunt fortasse quidam; quia pœnitentiam agimus [β] peccato, & Deus indulget [g] illud. Ita & ego dico, quia omnem pœnitentiam [h] recipit Deus, & indulget per pœnitentiam peccata, quæ iam facta sunt. Noui enim quòd Dauid fornicatorem & homicidā per pœnitentiam receperit Deus, & quòd dixerit [i] de eo [Inueni virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.] Noui rursus eumdem audientē à Deo [Non ædificabis mihi domū, quia vir sanguinum es.] Scio Manassem [k] per confessionem dimissam impietatem suam. Scio meretrices, & telonarios per pœnitentiam receptos: nullum tamen eorum, qui ante [ε] baptismum peccauit [ζ], facer dotibus cōnumeratum. Scio quosdam, dum essent in mundo, in multa fornicatione manssisse: monachos vero factos quasi luminaria mundi resplenduisse; nullum tamen ad sacerdotium ascendisse. Quod [η] etsi [ζ] raro [η] contigit; nulla [ο] tamen lex [ρ] ecclesiæ fuit. Nouimus peccatum esse [ρ] ecclesiasticum scriptum, vel non scriptum violat, anathema sit. ¶ Omnis [d] episcopus, vel presbyter, aut diaconus cōuictus, quòd pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit; à sacerdotio [f] cadat. ¶ Sed dicunt fortasse quidam; quia pœnitentiam agimus [β] peccato, & Deus indulget [g] illud. Ita & ego dico, quia omnem pœnitentiam [h] recipit Deus, & indulget per pœnitentiam peccata, quæ iam facta sunt. Noui enim quòd Dauid fornicatorem & homicidā per pœnitentiam receperit Deus, & quòd dixerit [i] de eo [Inueni virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.] Noui rursus eumdem audientē à Deo [Non ædificabis mihi domū, quia vir sanguinum es.] Scio Manassem [k] per confessionem dimissam impietatem suam. Scio meretrices, & telonarios per pœnitentiam receptos: nullum tamen eorum, qui ante [ε] baptismum peccauit [ζ], facerd

Can. 30. Apostol.

a ¶ *Traditio.*] id est, ad inuétitia machinatio, quia per simoniá sacerdotiũ obtinuit à Romanis.

b ¶ *Et si in fornicationem.*] hoc intelligit G.& M.cum ipso iure infamis est,puta deprehensus in adulterio , & in aliis, quæ infamant. 6.q.1. §. porro.arg.25.dist. primum.& hoc de rigore iuris. sed de misericordia secus,vt 34.dist.fraternitatis,vt ibi no. Dicit tamen Hu.hoc esse verum, quod dicitur hic,licet durum sit.25.dist.vlti.

Ioan. 11. Act. 8. Can. 16. Apost.

c ¶ *Pœnitenti.*] C. de summ.trinit.liquet igitur.

1 Conc. Neocæs. cap.9. 15. q.8.c.1. Polycarp.l.6. tit.12.

d ¶ *Sacerdotio.*] id est, clericatui. argu. extra de cohabi.cler. si quisquam.

e ¶ *Religiosarum.*] & ità in hospitali committitur simonia.

f ¶ *Orphanotrophiorum.*] argu. ‖ simoniam esse dare pecuniam pro administratione pauperum,& hospitalis.7.23.q.8.§.quamuis. in Auth.de sanctiss.episc.§.sed neque. collat.9.

‖ Simonia est dare pecuniá pro hospitali.

1. Tim. 3.

g ¶ *Timeri.*] §.45.dist. quid autem.

h ¶ *Qui per sæculares.*] §.16.quæst.7. si quis deinceps.

C *Onuenientibꝫ.*]Hęc est secunda pars q. in qua probat,quòd tales sunt recipiendi de mera consuetudine canonum. Io.de Fant.In prima parte huius capit. ponuntur verba notarij. In secunda dicitur q sancti patres in Nicæna synodo præsidentes,& de futuro statu ecclesiæ inquirentes,decreuerunt ab hæresi reuertentes ad statum pristinũ esse reparandos.ita quòd per scripturam abnegent hæresim,& fidem catholicam cõfiteantur. illi tamen non sunt recipiendi qui sponte sunt ab hæreticis ordinati,vel qui studiose ad subuersionẽ nostræ fidei elegerũt ab hæreticis ordinari,& ad robur sui propositi sancti patres in synodo residentes multas auctoritates sanctorum patrum induxerunt. Secunda pars incipit ibi, *Dignum est.*

In epist Tarasij ad Hadrianum,& in 7. syno. c.5.ex canone Apost. 30. In ea.epist. & c.5.ex conc Chalc. cap.2. nouella 123.c. 24. apud Iulianum antecess. Conc.Neocæs.cap.9.

CASVS. Conuenerunt sancti patres in septima synodo vt tractarent qualiter episcopi ab hæreticis venientes recipi debeant. In prima parte ponuntur verba notarij. In secunda dicit sic eos esse recipiendos sicut vj. vniuersales synodi receperunt. postea auctoritatibus sanctorum patrum probatur,quòd recipiendi sunt, nisi vbi ad fidei subuersionem sunt ab hæreticis ordinati.

i ¶ *Conuenientibus.*] verba notarij,quibus cre

catricem prius Mariam: post conuersionem,quamuis sancta,& casta, tamen inter diaconissas non est cõputata.Sed quid hoc dico?Sequens sanctos Apostolos , & venerabiles patres cũ omni fiducia clamo. Qui per simoniã ordinatus est, siue episcopus, siue presbyter , siue diaconus ; alienus est à sacerdotio:neque enim venalis est gratia spiritus sancti. Caiphæ traditio [a], & adinuentio Simonis, à sancto sacerdotio est aliena. ¶ [1] Et si in fornicationem [b] lapsus est aliquis post baptismum, in sacerdotium non recipitur. Canones enim hoc prohibent. Si quis vero cum hoc peccato ad sacerdotium prouectus est ; cognitus degradetur. *Item paulo post.* ¶ Episcopum, qui per pecuniam ordinatus est,confiteor,quia per pœnitentiam recipitur. Deus enim bonus est in omnibus ; & aperta viscera eius omni homini pœnitenti [c]. Sed quoniam iuxta Apostolum, oportet episcopum irreprehensibilem esse; quicumq; per pecuniam, vel ordinauerit aliquẽ, vel ordinatus est,ab omni sacerdotio [d] alienus sit. ¶ Tarasius [g]Patriarcha dixit.[2] Quicumque per pecuniam vel ordinant,vel ordinauerũt,vel ordinati sunt episcopi, vel presbyteri,vel diaconi,vel quilibet de numero sacerdotali; repellantur omnino à sacerdotali honore , sicut Simon magus à Petro. Quicumque [θ] per pecuniã dispensationem, vel curã sortiti sunt monasteriorum,vel ecclesiarum,vel religiosarum [e] domorum , gerontocomiorum, xenodochiorũ, orphanotrophiorum [ζ] ; cum depositione expellantur à dispensatione illa, & cura. Qui post baptismum cadens in fornicationem ordinatus est , si postmodum confessus fuerit, cesset à ministerio ; si vero conuictus ab aliquo,deponatur omnino. [3] Similiter percussor episcopus , aut presbyter,aut diaconus per se , vel per aliquem alium quasi per hoc timeri [ι] volens, deponat. *Item.* ¶ [4] Qui per sæculares [ια] potestates ordinatus fuerit ,aut ecclesiam obtinuerit ; deponatur:si vero [ιβ] religiosam domum, expellatur.

3 Can. 26. al. 28. Apost.dist. 63. omnis cle.

4 Can.Apost. 8. al.31. & in sept. synodo, ca.3.

γ ¶ Si quis.] *Caput hoc ex magna parte collectum est ex variis locis septimæ synodi; sed non ex versione Anastasij bibliothecarij,qua alioqui sæpe uti solet Gratianus. Initium quidem est in actione prima anathematismo septimo.*

Δ ¶ Omnis episcop⁹.] *Hinc vsque ad vers.* Tarasius Patriarcha. *sumpta sunt ex epistola Tarasij ad Ioannem presbyterum, omissis tamen interdum nonnullis verbis : quæ quidem epistola in versione Anastasij est post actiones , & canones septimæ synodi: sed in noua versione impressa in tomis conciliorum, est ante ipsam synodum.*

ε ¶ Ante baptismum.] *Hoc quidem loco perspicuum erratum est, quod auctori glossę negotium exhibuit.* Δὸς ἕνα δὲ τούτων ἀεὶ ἐφορεύοντα ἀριθμεῖσθαι , εἰ μόνῳ τῷ βαπτίσματι & τοῦτο πέφυκεν. *Id est,* neminem vero horum in sacerdotio adnumeratum, nisi si forte ante baptismum hoc admisit.

ζ ¶ Etsi raro.] *Longe plenius in noua versione.* Quòd si autem id semel, atque iterum factum est , non tamen confestim legem in ecclesia præscribit. *Græce est,* ἐὰν δὲ καὶ ἄπαξ γένοιτο & νόμοι ἐκκλησίας τοῦτο.

η ¶ Tarasius.] *Hæc videntur sumpta ex epistola Tarasij ad Hadrianum (de qua dictum est.§.q.1.ad c. eos,qui.) aut ex quinto capite septimæ synodi : quibus locis refertur canon trigesimus Apostolorum.*

θ ¶ Quicumque per pecuniam.] *Hæc habentur etiam nouella 123.cap.24. apud Iulianum anteccessorem.*

ι ¶ Si vero religiosam.] *Hæc non sunt in canone Apostolorum.*

[Item ex concilio Meldensi, c.43.ς]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

6 CAuendum est, & summopere studendum ϛ, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum & episcopis,& regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus , atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque, atque consensoribus , seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico,vt nemo per simoniacam hæresim, regiminis locum obtineat, quacumque factione, calliditate, promissione,seu cõmoditate, aut datione per se, aut per submissam †personam.

Item in eadem synodo septima , actione prima.

¶ Qui redeuntes ab hæreticis recipi possunt, vel non. C. IIII.

2 COnuenientibus [ι] apud Nicæan Bithyniæ, & considentibus Petro archipresbytero,& Petro presbytero,& abbate monasterij sancti Sabæ, locum tenentibus Hadriani Papæ , & Tarasio archiepiscopo Cõstantinopolis,& Ioanne [κ], & Thoma apochrisariis [λ] Apostolicarũ sedium orientalium [μ], & ceteris episcopis,episcopi Siciliæ dixerunt. Dignum est [α], vt de futuris inquiramus. ¶ Item Basilius [ν] episcopus Ancyræ dixit. Constitutio [β] ecclesiastica habet canonice tradita ab antiquo à sanctis Apostolis,& successoribus eorum , sanctis patribus nostris,& magistris & sanctis vniuersalibus [ο] sex synodis, & localib⁹ synodis orthodoxis,vt qui ab aliqua hæresi reuertuntur ad orthodoxam fidem , & traditionem catholicæ ecclesiæ , scripto [ρ] negare debeant hæresim suam,& confiteri catholicam fidem. ¶ Item Tarasius Patriarcha dicit , Videtur vobis,vt sedes suas recipiant,qui ab hæresi reuertuntur? ¶ Religiosissimi monachi [σ]dixerunt: sicut receperunt vniuersales sex synodi ab hæresi reuertentes, ita & nos recipimus. ¶ Sancta synodus dixit : placet omnibus nobis. Et iussi sunt Basilius [τ] episcopus Ancyræ , & Theodorus episcopus Mylorum † ciuitatis, & Theodosius episcopus Amorij sedere in gradibus , & in sedibus suis. ¶ Item Constantinus

dendum est. Arg. ff.quod metus causa. metum. §. sed quod prætor.nam ibi interlocutoria sententia ius facit.

ADDITIO. Ad huius declarationem videas quæ not.Innoc.extra de offic. deleg.cum in iure.in glo. hic videtur. & de proba. quoniam.in glos.propter hoc satis, &c.

κ ¶ *Et Ioanne.*] qui dixit esse melius iurantem peierare,quàm sacramentum in fractione sacramentum imaginum seruare, vt 22.q.4. actione.

λ ¶ *Apochrisariis.*] apostolicus, quasi de aurati nuntij. tales hodie non sunt Papæ, sed applumbarij.

μ ¶ *Orientalium.*] Alexandriæ, Antiochiæ, & Hierosolymis.

ν ¶ *Item Basilius.*] nó videtur quod ille Basilius debebat loqui [a] ; quia erat hæreticus,vt j.per 12. lineas ibi, & iussi sunt, &c. Sed dic quòd loquebatur vt excusaret se. vel forte adhuc de hæresi nó constabat. 2.q.1. multi.

ο ¶ *Vniuersalibus.*] vniuersales synodi dicuntur quibus intereſt Rom. Pontif. vel eius legatus. Locales quas congregãt primates vel metropolitani absque præsentia domini Papæ,vel eius legati.Hic ergo colligitur ista distinctio : synodorũ alia vniuersalis,alia localis & est argum. quòd authenticæ sunt locales sicut vniuersales.

ρ ¶ *Scripto.*] Hic colligitur quòd illi qui ab hæresi reuertuntur ad fidem catholicam, scripto debent negare hæresim suam,vt j.ead.q.quoties. & cap.si quis.j.de consecrat. distin.2. ego Berengarius. j. 26. quæst.6. his qui tempore.

σ ¶ *Monachi.*] Et ita monachi interesse debẽt synodo , quod verum est in abbatibus , vt 18. dist. episcopus non debet.

ADDITIO. Nota sub nomine monachorum siue fratrum,abbates contineri , vt patet extra de fi.cap.vlti.& de priuileg. cap.ex ore. Archid.

τ ¶ *Basilius , &c.*] isti tres reuertebantur ab hæresi.

a ¶ *Opor*

Eccth. 18. 4. Reg. 14.

† al. Patriarchæ

† al. Mim

γ Concord. l. cum clericus. §. qui vero. C. de epis & cle. & in auth. con ficut. cur de digni. §. cum

a ¶ *Oportet.*] Sed ad quid respondet iste sic? Dic quòd reprehẽdit Tarasium,qui dixerat, videtur vobis,&c.& ideo statim respondet iste Tarasius reprehendendo Constantinum.

b ¶ *Sed aliorum.*] vt §.ea.q.1. vilissimus. & est argu. contra malos doctores.nam qui alios docere debent,&c. ff.de eden. si quis ex argentariis, §. prætor.

c ¶ *Si aliqua alia.*] quę impediat dispẽsationem. §.q.5.c.1.in fi.

d ¶ *Romæ exulatus.*] id est,per excommunicationem exilio condemnatus.§.dist.16.sexta.

e ¶ *Macharius.*] pronuntiatus.

f ¶ *Quotidie.*] j.24.q. 3. dixit Apostolus.

ADDITIO. Nam ibi dicitur post secundam & tertiam admonitionẽ hæreticum esse videndum. Sed illud intellige quantum ad secreta fidei nostræ,non quantum ad admonitionem.42.distin. in mandatis. Archid.

g ¶ *Mittebat.*] §. dist 19. Anastasius. contra.

h ¶ *Princeps.*] id est, promulgator vel auctor canonum,vt dist.16.sexta. ver.quarta. Ioan.

i ¶ *Item vere.*] quasi dicat licet parentes,scilicet episcopi hæretici fuerunt, non tamen filij in hæresi susceptí & ordinati cum ad ecclesiam redierunt minus recipiendi sunt in ordinibus, vt §.dist.19.Anastasius.

k ¶ *Morietur.*] quasi dicat, tamdiu morietur, quamdiu pœnitentiam non agit, & sic facit ad propositum.

l ¶ *Ordinatio.*] facta p hæreticos in forma ecclesiæ:& ideo non est reiteranda,vt §.ea.q.4. Iudæi. j.24.q.3.§. his ita.

m ¶ *Ordinatos.*] Argu. pro opinione dicentium, quòd ille qui recipit vltimam manus impositionem extra ecclesiam, ordines confert , quod est contra Ioan. de Fant. vt dixi 9. q.1.in summa.nam recipiuntur hic in ordinib⁹ ordinati ab illis qui receperunt in hæresi episcopalem vnctionem , vt à Sergio , Petro , Paulo, Pyrrho.

n ¶ *Non recipiatur.*] in casu sequenti , vel de iure.

EX HAC. Hæc est tertia pars quæst. in qua dicitur quòd simoniacus in ordine in perpetuum est suspensus,& hoc probat per cap.Leonis.Ioan. de Fant.

CASVS.Infert Gratianus ex supradictis capitulis vij.synodi,& ex 1.c.

nus γ episcopus Cypri dixit : non oportet [a] nos, qui episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorũ [b] esse doctores [1]. ¶ Item Tarasius episcopus dixit malorum [d] doctorum mala est doctrina. Ecclesia de malis doctoribus sacerdotes non recipit. ¶ Item Ioãnes [ε] Apochrisarius orientalium sedium dixit : hæresis separat omnem hominem ab ecclesia. ¶ Item Tarasius episcopus dixit, Ecce multi canonici libri,& synodici, & paterni lecti sunt : & ab hæresi reuertentes docuerunt nos recipere, si aliqua [ζ] alia [c] causa nõ est in eis. ¶ Item Petrus [η] Apochrisarius Papæ dixit, Romæ exulat⁹ [d] est Macharius [e] hæreticus a sancta sexta synodo, & quo fraguta dierũ inducias dedit illi [f] noster Benedictus Papa,& quotidie [f] mittebat [g] ad eum Bonifacium consiliarium suum,& instruebat eum commonitoriis verbis ex diuina scriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, vt cum reciperet in ordine suo. ¶ Item Tarasius episcopus † dixit:quid dicitis de Anatolio ? nonne etiam in quarta synodo fact⁹ est princeps [h] ? & ecce ab ipso Dioscoro ordinatus est ? Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati sunt, sicut & Anatolius receptus est. ¶ Item vere [ι] vox Dei est, quoniam non moriũtur filij pro patribus:sed vnusquisque in peccato suo morietur [k] :addatur,quoniam ex Deo est ordinatio [l]. ¶ Item Tarasius Patriarcha dixit: audiuimus paterna mandata. Quid igitur?Oportet recipere ab hæreticis ordinatos [m]? ¶ Sancta synodus dixit:audiuimus domine, & oportet nos recipere. ¶ Tarasius Patriarcha dixit:Piures eorum , qui in sexta synodo conuenerunt, à Sergio, Pyrrho,Paulo, & Petro ordinati sunt, qui fuerunt principes hæreseos Monothelitarum : quoniam isti continuatim † in Constantinopolitana sede sederunt:& ab vltimo eorum,Petro scilicet, vsque ad sextam [θ] synodum non fuerũt plures quàm duodecim anni. Thomas vero, & Ioannes, & Constantinus ab hæreticis illis archiepiscopi facti sunt,& tamen propter hoc non sunt reprobati. ¶ Sancta synodus dixit, hoc manifestum est. ¶ Constantinus episcopus Cypri dixit: sufficienter ostensum est, quòd ab hæreticis venientes recipiendi sunt. Si vero quis sponte ad hæreticum vadit,& accipit ordinationem, non recipiatur [n]. ¶ Item Tarasius Patriarcha dixit. Et ego refuto eos, qui ob huiusmodi causam ad fidei subuersionem ordinati sunt:& maxime cum præsentes essent orthodoxi episcopi , à quibus poterant ordinari. Sic est enim paternus intellectus. Si vero [ι] synodalis consonantia fuerit, & vnitas ecclesiarum de orthodoxis;qui præsumpserint ab immundis hæreticis ordinari , depositioni subiaceant. Sancta synodus dixit: hoc est iustum iudicium.

¶ Hoc etiam caput collectum est ex variis locis primæ actionis eiusdem septimæ synodi, omninoque operæpretium est integrã illam actionem perlegere : nonnulla tamen notabuntur.

α ¶ Dignum est.] *Locus hic est post recitationem nominum episcoporum, qui conuenerant : sed valde concise refertur:quod in alijs etiam locis huius capitis euenit.*

β ¶ Constitutio.] *Verba,quæ proxime huic parti antecedunt , sunt hæc ,* ἀπὸ βιβλίων ἀνέγνω ὅτως. *Id est,vt interpretatur Anastasius,* ex libello legit ita. *Non enim sententiam dicit nunc Basilius , sed abiurat hæresim, in quam cum alijs lapsus fuerat: quam abiurationem vnà cum professione catholicæ fidei oportuit ipsum ex libello, quod nunc etiam in more positum est , recitare. Libellus vero hic incipit ,* Constituti , &c.

γ ¶ Constantinus.] *Post receptionem Basilij, Theodori, & Theodosij accesserunt alij episcopi, qui in eamdem hæresim lapsi, admitti se à sancta synodo eodem modo postulabant ; & cum vnus ipsorum excusationis gratia,dixisset, se à malis magistris seductum fuisse,Constantinus episcopus Constantiæ, quæ in Cypro est , hoc ei exprobrauit. Exprobratio Græce sic habet* εἶτι ὑμᾶς ὑπεισῆλθας οὔτως μὴ διδασκαλίας διέσυρε ἀλλὰ διδασκάλων ἦναι ἑτέρων *quæ sic Anastasius vertit,* Oportebat vos , cum effetis episcopi , discendi nullam necessitatem habere: sed magistros esse potius aliorum.

δ ¶ Malorum.] *Cum Hypatius, & alij episcopi, qui à sancta synodo admitti petebant,dixissent, à malis magistris malas se doctrinas accepisse, respondens ei Tarasius Patriarcha inquit :* ἐπειδήπερ εἴπατε, κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα,ἢ ἐκκλησία ἐκ κακῶν διδασκάλων ἱερᾶς λήξεως & πεῖραν ἔλαβε, *Id est,* Quando quidem dixistis, malorum doctorum malæ disciplinæ ; ecclesia, vt ex malis doctoribus sacerdotes admittat, non facile adducitur. *Ex quo apparet Tarasium non contradicere Constantino, vt auctor glossæ putauit.*

ε ¶ Item Ioannes.] *Post recitata verba Tarasij, cum in synodo dubitaretur, an etiam hi, sicuti tres priores recepti erant, statim essent recipiendi , Ioannes Apochrisarius Patriarchæ Antiochiæ, & Constantinus episcopus Constantiæ Cypri petierunt, vt canones , & sanctorum Patrum libri eò spectantes legerentur , vt maturius posset constitui, quomodo redeuntes ab hæresi ad ecclesiam catholicam essent recipiendi ; & cum de octauo canone primæ Nicænæ synodi (in quo de Catharis recipiendis agitur) dissereretur ; Ioannes hæc est interlocutus.*

ζ ¶ Si aliqua alia causa.] *Græce est ,* καὶ ἐάν τις ἄλλα τοιαῦτα ὂν ἔστιν ἐν λαοῖς *quæ Anastasius vertit,* nisi forte in eis maligna fuerit noxa reperta. *& paulo post,* si non est in illis aliqua causa nefaria.

η ¶ Petrus.] *Post multos canones lectos, & multas sanctorum Patrum auctoritates recitatas cum Tarasius ex illis collegisset, ab hæresi reuertentes esse recipiendos in catholica ecclesia ; Petrus legatus Hadriani Papæ, exemplo Benedicti Papæ id confirmat.*

θ ¶ Vsque ad sextam.] *Græce est,* ἕως τῆς ἕκτης συνόδου ἐπιπλέον & ἐλαττόνων, ἢ δεκατέσσαρες. *Id est,* vsque ad sextam synodum non interfuerunt anni plures, quàm quindecim.

ι ¶ Si vero synodalis.] *Græce legitur ,* ἐὰν δὲ συνοδικὴ ἐκφώνησις γένηται, καὶ ὁμόνοια τῶν ἐκκλησιῶν ἐπ' ὀρθοδοξίᾳ, ὁ τολμῶν, ἀπὸ τῶν βεβήλων ἀρρήτων χειροτονεῖ θη, τῇ καθαιρέσει ὑποπιπτέτω , *Quæ Anastasius vertit :* Si autem synodica promulgatio, & concordia ecclesiarum , causa orthodoxiæ, facta fuerit, qui præsumpserit à profanis hæreticis ordinari, depositioni succumbet.

ϛ Ex hac auctoritate datur intelligi, quòd qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum societatem transierit, vt de manibus eorum , ecclesiasticæ dignitatis sacramenta percipiat ; vel qui contemptis orthodoxis ab hæreticis ordinari desiderauerit, & si postea suæ abrenuntians hæresi ad ecclesiam redierit , officio tamen accepto fungi non poterit. Auctoritate vero Cypriani ο 2 *prohibentur ab administratione ecclesiastica, qui intra catholicam ecclesiam ordinati ad fidei impugnationem dilabuntur. Porro simoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei subuersionem ; nec intra ecclesiam catholicam*

2 §. ead. ſi qui presbyteri.

a Et c. presbyter si per pecuni. & c. qui ituiet. & q.3. si quis dator. & cap. si quis epis. li.

‖ Ordinũ emptores & venditores qualiter pœnitere debent.

b Arg. instit. de vsuc. §. furtiuæ, in fin. & not. ff. ca.q.1. ordinationes. Archid.

c force sup. ea. q.1. qui per pecunias. aut q. 7. c. si quis omnem. §. quicũque per pecuniam. 2 sup. ea. q. 7. si quis, q.3. c. vlti. q. 8. cap. Arianos.

d q.1. c. si quis conſugerit. & c. qui ſtuder. & cap. ſi quis epiſcopus per pecuniam.

e Iuo par. 3. cap. 115.

e Sub. vt ſic per dignã pœnitẽtiam poſſint vel mereantur in ordinibus miniſtrare, an omnino deijci. Archid.

‖ Diſpenſari quandoque non poteſt.

a ¶ *Si quis.*] 3.ead.quæſt.7. ſi quis a.

b *Et Innocentij.*] 3.ead.q.3.cap.vlti.3.ead.q.1. Arianos.

e *Et aliorum.*] 3.ead.quæſt.1. ſi quis confugerit.cap.qui ſtudet. & cap. ſi quis epiſcopus per pecuniam.

d *Requiritis.*] ¶ *Vendere.*] id eſt, emere. nam veteres indifferenter vtebantur his verbis.ff.de actio. emp.veteres.Nam de vẽditore non videtur dubium quin remanere poſſit. ‖ vnde loquitur de emptoribus,quia agere pœnitentiam non poſſunt in ordine empto niſi purgetur vitium rei furtiuæ, id eſt, niſi dimiſſo quod ſimoniace acquiſierũt b, ſed vendentes poſſunt ſi vitium occultum eſt. Vel indifferenter de emptoribus & venditoribus intelligitur, quòd non poſſunt agere pœnitentiam remanendo in ordinibus ſuis,niſi ex diſpenſatione, ſi crimen ſimoniæ ſit notum. Loquitur enim de conuictis, & quorum crimina ſunt publica. de talibus quidem interrogatus eſt Papa,& de talibus reſpondet.

e *Vtrum poſſint.*] id eſt,vtrum poſſint retinere ordines poſt pœnitentiam c, & hoc notat ſequens littera,an tantummodo extra ordinem,& facerdotalem fieri gradum. Quod nos quidem conuictis & iis,qui tam deteſtabile nefas (quod iam multis eſt damnatum conciliis) peregiſſe noſcuntur, nulla poſſumus pœnitentia ſubuenire d,& tot ſpiritualibus Patribus obuiare e; ſed in illorum f patrũ me ſententia conuenire omnibus certum ſit.

¶ *Epiſtolæ huius Leonis quarti ad epiſcopos Britanniæ magna pars, (in qua etiam eſt hoc caput) habetur in codice peruetuſto.*

4 *Niſi rigor diſciplinæ quandoque relaxetur ex diſpenſatione miſericordiæ. Multorum enim crimina ſunt dãnabilia, quæ tamen eccleſia tolerat pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis, vel neceſſitatis , ſiue vtilitatis g, & pro euentu rei. Pro tempore : ſicut Geláſius,qui cum neceſſitate temporis videret Italicam eccleſiam propter belli famiſque incurſionem fere omnium clericorum officio deſtitutam, adeo vt pleriſque h populis ſubſidia regenda-*

NISI RIGOR. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua probatur per 17.auctorit.quòd diſpenſationes fiunt ſex modis. Ioan.de Fant.

k ¶ *Vtilitatis.*] ſicut etiam ius ciuile quædam admittit propter vtilitatem.ff.de pign. ſed an vix.

Habet.] CASVS. Leo episcopus erat infamatus, quare Papa de hoc quæsuit diligenter, & in eo crimen aliquod non inuenit. verumtamen ne sibi aliqua ambiguitas remaneret, eum super corpus beati Petri fecit iurare. eo sic expurgato mandat Imperatori, vt habeat eum pro episcopo, & ei tamquam episcopo reuerentiam præbeat.

a ¶ *Proprium.*] ex abundanti fiunt aliqua ad superandam hominū malitiam, vt C. de iud. Auth. iubemus. 11. quæst. 3. inter verba extra de elec. bone. extra de dolo & contu. cum olim. Et quæ abundant, non solent vitiare contractū. ff. de reg. iur. non solent. & ff. de ver. ob. quæ extrinsecus. Sed quare dicit, ex abundanti. Dicunt quidam [a], quòd ita exilis, ideest, leuis vel modica fuit infamia, quòd nec erat necessaria expurgatio. Certe secundum hoc non debuisset facta fuisse inquisitio: ‖quia inquisitio non est facienda nisi ita publica fit infamia, quòd vlterius sine scandalo non possit tolerari, vt extra de accusa. qualiter. Melius dicas, q̃p iste non tenebatur expurgare se. Nam cum inquisitio præcedit expurgationem, si testes per quos fit inquisitio, dicunt ipsum reum, statim punitur, nec auditur expurgatio sua. sed si semiplene probant, tunc inducitur expurgatio, vt extra de pur. canonic. inter. Sed si per dicta testium nulla est suspicio contra ipsum, tunc non est onerandus expurgatione, vt hic. ‖Sed quid si infamatus vult expurgare se: iudex antè vult inquirere de fama eius? Videtur quod iudex potius inquirere possit, vt hic. & extra e. iter. Sed contra, illud est ordinarium, quòd infamatus se expurget: ergo beneficiū illud non est ei auferendum b. ℣. e. q. 1. multi. circa. fin. Sed dic, q̃p episcopus si vult potest inquirere: quia crimen quā doque per inquisitionem reuelatur, quod per purgationē occultatur. Sol. si infamia orta est contra eum, iudex inquirere potest. extra de ac. qualiter. b ¶ *Dubitas.*] ergo post purgationem non potest accusari ab aliquo super illo crimine, vt extra de acc. de his crimibus. & 23. q. 4. si illic. Nec enim sæpius quærendum est de delicto eiusdē hominis, vt ff. nau. cau. fta. licet. arg. contra. 33. q. 2. admonere. 25. dist. primum. extra de acc. dicas, quod illum qui semel est absolutus, amplius nullus potest accusare. ‖ Tu dic super illo crimine, nisi in duobus casibus [c], scilicet si suam iniustitutam, vt ff. de acc. si cui. §. 1. & cum vult probare de præuaricatione, quòd solum isti prohibentur accusare, qui prius stabant contra ipsum, vt extra de accus. cum P. manconella.

Ennam.] CASVS. Beatus Grego. de crimine Mennæ episcopi qui fuerat infamatus, diligenter inquisuit, & cum in eo crimen

¶ De Leone episcopo, quem beatus Gregorius purgationem præbere fecit. C. VI.

1 HAbet hoc proprium [a] antiqui hostis inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetratione (Deo sibi resistente) deiicere non valet opiniones eorum falsa ad præsens simulando, dilaceret. Quoniam igitur quædam contra sacerdotale propositum de Leone fratre, & coepiscopo nostro sinister rumor aspersit, vtrum vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri: & nullam in eo de his, quę dicta fuerant, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta cum ex abundanti fecimus sacramenta præbere. Quibus præstitis magna sumus exultatione gauisi, quòd huiuscemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria vestra prędictum virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, qualem sacerdoti decet, exhibeat; ne qua in cordibus remaneat, de his quę sunt iam purgata, dubietas. b S ed ita suprascripto vos episcopo deuotissime oportet in omnibus adhærere, vt congrue, decenterque Deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare.

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum, lib. xi. epist. 8.

¶ Quomodo Beatus Gregorius Mennam episcopum iuramento purgari fecit. C. VII.

2 MEnnam vero reuerendissimum † fratrem, & coepiscopum nostrum, postquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo inuenimus culpabilem esse, qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri Apostoli sub iureiurando satisfaciens, ab his quæ obiecta eius opinioni fuerant, se

demonstrauit alienum; reuerti illuc purgatum, absolutumque permisimus: quia sicut dignum erat, vt si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus, ita dignum non fuit, vt eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus.

¶ 3 Purgationem [a] tamen ante te duobus sibi sacerdotibus iunctis, vbi accusator cessauerit [c], eumdem ex se præbere tuo committimus arbytrio [d]. Vulgarem denique, ac nulla canonica sanctione fultam legem, feruentis scilicet, siue frigidæ aquæ, ignitique ferri cōtactum, aut cuiuslibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc sunt omnino ficta inuidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, immo Apostolica auctoritate prohibemus firmissime.

a ¶ Purgationem.] *Hic erat grauissimus error. Coniungẽte enim hæc legebantur cum superioribus, quæ Brunichildæ sunt scripta: quasi purgatio presbyteri à B. Gregorio mu lieri committeretur. Sed nil tale legitur in epistola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis est accepta. Verum Iuo p. 10. c. 15. & Pan. l. 5. c. 8. citāt hoc ex epistola Alexādri secundi Raynaldo Cumano episcopo, cuius epistolæ initium est, infra eadem c.* super causa. *Et hic versiculus*, Purgationem. *continenter legendus est post extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorum hinc quidem motus non est: sed additum est in margine nomen Alexandri secundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris glossæ. Nusquam enim Romani Pontifices huiusmodi causas mulieribus leguntur commisisse.*

Item Gregorius Castorio Notario Rauennæ lib. 7. indict. 2. epist. 80.

¶ De Maximo Salonitano episcopo, qui sacramento se ipsum purgauit. C. VIII.

QVanto à nobis [e] credi tibi, & necessarias vides causas iungi; tanto te strenuum debes & solicitum exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus præstito sacramento firmauerit se simoniaca hęresi non teneri, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus innoxiū se esse respondeat [f], & de inobedientia sua

scopo gratiam facere, præcepit notario suo Rauennæ moranti, vt si per iuramentum suum de simonia se purgauerit, & de fornicatione, & aliis quæ sibi obiiciebantur, se responderit innocentem, & de eo, quòd excommunicatus celebrauerit, pœnitentiam egerit, reddat ei epistolam, in qua ei gratiam suam reddit, & absolutum ostendit. De eodem loquitur c. 63. dist. Salonitanæ.

e ¶ *Anobis.*] Maximus Salonitanus archiepiscopus sine licentia Papæ fuit consecratus: propter quod à Papa fuit excommunicatus, & postea missā celebrauit, similiter imponebatur ei simonia & fornicatio.

f ¶ *Responderit.*] exilis enim hæc fuit infamia [h], & ideo vnius iuramentum admittitur.

2 ¶ *Pœni*

a Pol. l. 6. c. 11. Auc. l. 6. c. 162. Burc. l. 1. c. 194. Iuo p. 5. c. 309. Pann. l. 5. c. 5.

a Vt Iuo.

‖ Inquisitio quando fieri debet.

a Fol. ibidem. Burc. l. 1. c. 196. Iuo p. 5. c. 311. Pann. l. 5. c. 6. Idē præterea. ¶ Gloss.

‖ Absolutus se potest in duobus casibus accusari potest. c. 1. ff. gloss. & D. d. in l. C. de acc. gl. magistratus in c. ex dilectus. de rest.

b Quando præsumptio facti contra aliquem est, non potest. C. de fur. ciuile. Burc. 5. dist. 7. cap. 1. ad fin.

b 18. dist. de his. in Auth. de nup. ‖ aut. tem.

6 Aethicus 79. Burc. l. 2. c. 18. Iuo p. 6. c. 19. Pann. l. 5. c. 6.

f Obligari potest aliquis sub pœna ad necessit.

f Potest dici secundum Io. q̃ hoc totum ideo fuit, vt fama eius clarior appareret. ar. 5. q. 1. quidam.

d Hoc dicebat L. & est sensus, quia destitit accusator.

3 Alex. 11. Raynaldo episcopo. Iuo p. 10. c. 15. Pann. l. 5. c. 8.

g Adde ad hoc gl. & ibi Bar. in l. aut priuatim & in l. mulier. ff. ad Turpil. no. in l. 1. C. si reus vel accu. mor. fue.

e Scilicet lex proxime allegata. ‖ Papa quādo. quę nimium papaliter dispensat.

h Propter quā non indicitur purgatio vt patet ex eo quòd legitur & no. 33. distin. habuisse.

a ¶ *Pœnitentiam.*] sed quæro an ei soli sit credendum? De hoc videtur quod sic: quia in nullius vergit præiudicium, sic ff. de confec. dist. 4. placuit.

b ¶ *Epistolam.*] ergo quis potest absolui per litteras & excommunicari [a], vt extra de simo. accusatum, & ff. q. 1. de manifesta. Quid si moreretur prius, quam litteræ peruenirent ad ipsum. Tunc dicam eum absoluendum post mortem, vt extra de sen. exc. à nobis. & est arg. quòd tunc demum sit quis excommunicatus vel absolutus litteris receptis. ar. 4. q. 5. quisquis. & extra de app. super eo. in fin. & ff. dist. 4. leges. arg. contra. ff. si cer. pet. eius qui in prouincia. ibi, status sui ignarus. Sed distinguit, vt ff. de acq. poss. qui absenti. vbi dicitur quòd si quis manumittit absentem, refert an velit eum esse liberum quando scribit litteras manumissionis, vel quando litteræ ad eum peruenerint. Probabilius est dici, quòd excommunicatio non ligat nisi à tempore scientiæ, sicut nec lex, vt dist. 4. leges. & 82. dist. proposuisti. nec sententia, vt ff. ea. q. 6. biduũ. Io. Sed certe si quis absens excommunicatur, statim est excommunicatus ante quam sciat: quia sententia excommunicationis statim trahit secum suam executionem. extra de appel. pastoralis. dummodo sit pura, & non conditionalis: verumtamen non punitur cum ingerit se communioni hominum ante quàm sciat. ex. de cler. exc. mi. illud. Error enim facti nemini nocet, vt ff. de iur. & fa. igno. l. error. B.

[a] Adde ad hoc not in l. seruũ. ff. de procur. & l. absentem. C. de acc.

b ¶ *Epistolam.*] de grauibus expurgat [b] se iuramento, de minoribus nuda promissione. Io.

[b] Sol. 8 q. 3. c. vltim. vbi de hoc.

c ¶ *Pœnitentibus.*] simile extra de postul. prælat. ad hæc, circa fi.

d ¶ *Non debemus.*] qui tamen de rigore esset deponendus. ẽ. dist. 50. accedens. contra. 11. q. 3. si quis episcopus. & cap. penul.

[1] P ol. 1. 2. ti. 37.

[2] Nic. epist. 7. ad Michaelẽ.

Quæ de causa.] CASVS. De eodem Maximo scribit Rauennati archiepiscopo: & mandat ei, vt si expurgauerit se, vt ẽ. dictum est, coram archiepiscopo & notario supradicto, imponat ei pœnitentiam de eo, quod excommunicatus celebrauit, & quidquid de eo disposuerit, ratum habet.

e ¶ *Quæ de causa.*] de eodem Maximo loquitur hoc capitulum.

f ¶ *Quidquid.*] arg. Papam seruaturum quod legatus statuit: & idem honor ei exhibendus est sicut Papæ. 93. distin. c. vlt. & ff. de offi. præfec. præto. l. vnica. in fin. ibi credidit enim princeps eos qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & gratia ad huius officij magnitudinem, &c. Item est hic ar. quòd generali mandato dispensatio delegatur ar. contra extra de of. dele. quod translationem. cum enim dispensatio habeat instar restitutionis in integrum, & restitutio in integrum nõ delegatur per generale mandatum, vt ff. de mi. illud, ergo nec dispensatio. Io. Ego dico, quòd legatus Domini Papæ generalis omnia potest, nisi ea

‖ Legatus an virtute generalis mandati dispensare possit.

pœnitentiam [a] sicut deputauimus) egerit; volumus, vt ad consolandum illum, epistolam [b], quam ad eum scripsimus (vbi ei & gratiam nostram, & communionem nos reddidisse signauimus) experientia tua dare debeat: quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterum humiliatis, & pœnitentibus [c] negare locum veniæ non debemus [d].

Idem Mariniano episcopo Rauennæ, lib. 7. epist. 79.

¶ De eodem. C. IX.

[1] QVæ de causa [e] Maximi sint agenda, ex epistolis, quas ad vos ante transmisimus, agnouistis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis vestræ volũtas sit, ac magis petitio, à præsentium latore Castorio chartulario nostro renũtiante cognouimus; ideo, si idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario nostro, de simoniaca hæresi præstito se sacramento purgauerit, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris (vt scripsimus) tantummodo requisitus liberum se esse responderit, causam ipsius, fraternitatis vestræ, de eo, quòd excommunicatus Missarum solennia agere præsumpserit, iudicio committimus, qua debeat pœnitẽtia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid [f] vobis secundum Deum placet, securi disponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis. Nam quidquid à vobis de hac causa fuerit ordinatum, nos & grate suscipimus, & libenter admittimus.

Item Sixtus Papa III. epistol. ad Orientales episcopos, c. 1.

¶ Quidam excusat semetipsum purgauit. C. X.

[2] MAndastis [g], vt scriberem vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel à quo, vt vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur. Scitote me criminari à quodam Bas-

a ¶ *Suspendatur.*] forte secundum distinctionẽ, extra de pur. cano. c. 2. 5. 33. dist. c. vlt. cõtra dic, qp ibi fuit exilis infamia.

a ¶ *Suspendatur.*] [a] hoc est verum secundum distinctionem si fuerit notorium, vel manifestum, vel famosum. extra de coha. cle. vestra. & c. fi. & tunc refert, si fuerit famosum sine scandalo vel cum scandalo. extra de coha. cle. tua, contra. 28. dist. consulendum. Sol. ibi non imminebat scandalum, hic sic, puta ex eius celebratione. extra de coha. cle. tua. ſ. 28. q. 1. iam tunc. & 3. q. 2. audiuimus. aliter obtinet. ẽ. ea. q. 1. c. 2. Sed numquid à beneficio suspenditur? Videtur quòd non: quia pœnæ sunt emoliendæ, & quia crescente cõtumacia cresscere debet & pœna, vt dist. 74. honoratus. Sed contra videtur, quia hæc duo sunt connexa. 81. dist. si quis facerdotum. & 32. dist. præter hoc. ‖ Sed dic, quòd non est priuandus beneficio: nisi secundum ordinem iuris. extra de iudi. c. 1. nisi forte propter scandalum. ẽ. co. super causa. & cum magna laborat infamia, vt extra de purg. cano. inter.

[a] Hoc obtinet nisi scandalum imminet ex eius celebratione, vt hic dicitur.

‖ Beneficio quis priuari nõ debet, nisi secundum ordinem iuris.

a ¶ *Suspendatur.*] hic colligitur, quod infamatus statim debet suspendi vsque ad dignam satisfactionem. ar. ſ. 3. q. 2. quia ea. extra de pur. ca. inter. & extra eo. ex tuarum. Sed contra, ẽ. c. 9. 1. nomen [b]. & extra de ac. qualiter, & quando. extra de pur. ea. c. 2. & vlt. In his habes, quòd prius inquirendum est de crimine, quam priuetur officio ille qui est infamat[a], & ar. 3. q. 2. audiuimus. ‖ Notandum ergo, quòd cum clericus ali quis coram iudice suo est infamatus, præfiget [c] episcopus certum tempus volentibus accusare. extra de clande. despon. c. vlt. & si accusatores apparuerint, canonice audiẽtur. ſ. eo. omnibus nobis. 15. q. 5. c. 1. extra de purg. ca. c. ex tuarum. Si vero accusator non apparet, & mala fama crebrescit, tunc episcopus vocatis ecclesiæ senioribus procedat ad inquisitionem. extra de acc. qualiter. 86. dist. si quid vero. & ipsemet episcopus inducet contra eum testes si alius non apparet. 11. q. 3. præcipue. in fi. extra de acc. cum oporteat. ẽ. e. presbyter. & lite nõ cont. hoc facere potest, vt extra vt li. nõ contest. quoniam frequenter. & si fuerit conuictus, canonice puniatur. Si autem nõ

b Al. notum.

1 Ext. de pur. can c. 1. Bur. 1. 16. c. 19. ‖ Infamatus super crimine non est statim suspendẽdus. c Præfiget. Barth. Capol. cap. 49.

suspendatur † [2] vsque ad dignam satisfactionem; ne populus fidelium in eo scãdalum patiatur. Digna vero satisfactio est (sicut [α] à maioribus constitutum esse docetur) quando siue secundum canones, siue ad arbitrium [b] episcopi septem sibi collegas adiungit, & iurat in sacrosancto [β] Euangelio coram posito, quòd crimen sibi illatum non perpetrauit. Et hac satisfactione purgatus, secure deinceps suum exequatur officium.

α ¶ Sicut à maioribus constitutum.] *Hoc loco sicut & paulo inferius, plura sunt verba apud ceteros collectores.*

β ¶ Sacrosancto.] *Apud eosdem legitur*, in sacro coram posito Euangelio, *quòd facit. c. testimonium. in vers. nemo clericum, infra 11. q. 1.*

[*Item Syluester Papa.*]

De eodem. PALEA. C. XIIII.

ACcusatum simoniacum necesse habuimus summopere per scripturam prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisset, donec quid esset verius, potuissemus cognoscere.

¶ *Citatur hic ex Syluestro. fere idem est in decret. tit. de simo. c. accusatum, & ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horum duorum Pontificum scriptis, quæ extent, tale aliquid est inuentum. In regesto B. Gregorij lib. 5. epist. 3. Maxime præsumptori ecclesiæ Salonitanæ hæc leguntur.* Peruenit ita que ad nos, quòd per simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed alia de re multa hic dicta sunt, de quibus vnum quàm maxime fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisses, donec quid esset, vere potuissemus addiscere. *Et ex hac epistola videri potest accepta hæc palea, & c. accusatum. & c. quoties. extra de simo. Nam initium ipsius epistolæ est*, Quoties contra, &c.

[*Item in concilio Triburiensi.*]

PALEA. C. XV.

[1] NObilis homo, vel ingenuus, si in synodo accusatur, & negauerit; si eum constiterit fidelem esse, cum duodecim ingenuis se expurget, si antea deprehensus fuerit in furto, aut periurio, aut falso testimonio, ad iuramentum non admittatur, sed (sicut qui ingenuus non est) feruenti aqua, vel candenti ferro se expurget.

¶ *Burchardus etiam citat ex concilio Triburiensi c. 10. & in Triburiẽsi illo quod extat impressum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.*

Item Hincmarus Rhemorum episcopus.

¶ De eodem. C. XVI.

[2] SI mala fama de presbytero exierit, & accusatores, ac testes legales defuerint †, ne, contra Apostolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum, ne ve securiores presbyteri existentes licentius in peccatum prolabantur; secundum decreta [γ] maiorum cum denominatis sibi vicinis presbyteris, quos scimus se nolle [c] peierare, sacramento famam suam purget.

¶ *In concilio Rhemensi Trosleiano 9. c. refertur synodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiscopo habita, in qua habetur hoc caput.*

γ ¶ Secundum decreta.] *In synodo legitur*, secundum decretum Gregorij iunioris sit iusiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in sacramento purgationis suæ eum testem, quem habebit & iudicem.

Item Innocentius Aquileiensi patriarchæ, & Mantuano episcopo.

¶ De eodem. C. XVII.

QVoties frater noster Tridentinus episcopus in nostra præsentia de simonia sit impetitus, prudentiam vestrã latere non credimus: cuius causa tandem in nostra præsentia ventilata producti sunt aduersus eum accusatores viua † voce, & scripto asserentes, quòd ecclesiam sancti Petri de Pado †, presbytero Paulo dederit [p] quattuor modiis frumenti †, quos ab eiusdem ecclesiæ laicis acceperit. Verum quoniam nec accusatores, nec testes secundum formam canonum, & sanctorum Patrũ statuta in causa ipsa procedere potuerunt, communi fratrum nostrorum concilio iudicamus, vt tertia manu sui ordinis & quattuor † abbatum, & religiosorum sacerdotũ de supradicta simonia in vestra præsẽtia se debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit huiusmodi. Idẽ episcopus super sancta Euangelia primum iurabit, quòd pro ecclesia sancti Petri de Pado presbytero Paulo danda, neque ipse per se, neque per submissam personam, neque alius pro eo, se sciente, pretium receperit. Deinde vero purgatores super sancta Dei Euangelia iurabũt, quòd sicut ipsi credunt, verum iurauit. Nos itaque causæ huius seriem committentes prudentiæ vestræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnũ conuenire curetis, & ita causam ipsam iuxta præsentium tenorem præstante Dño restauretis: quatenus, & omnis decetero huius quæstionis scrupulus auferatur, & vtrique parti sua iustitia conseruetur. Si quis vero de vobis, certa præpediente causa, interesse non poterit, vos, qui adesse poteritis, idem iudicium terminate. Quòd si prædictus frater noster A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate nostra prædictum officium & Tridẽtinam ecclesiam restituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationẽ beatæ Mariæ Virginis adimplere iubemus.

¶ *Caput hoc extat in decret. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed visum est ibi esse mendum, vt iij. sit positum pro j. Nam collector Decretalium solet in Pontificibus hunc ordinem obseruare, vt eos qui antecesserunt prius citet. Ita, cum ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucij tertij, qui præcesserunt Innocentiũ iij. non videtur huic posse tribui: quãquã habeatur etiam eidem adscriptum inter opera ipsius post sermones, & in concilijs, quæ in quattuor tomos sunt diuisa, tomo tertio. A plerisque autem manuscriptis Gratiani codicibus, etiam ijs, in quibus palea esse solent, totum istud caput abest. A versiculo autem.* Nos itaque. *vsque ad finem abest ab omnibus.*

† al. quarta manus

† al. Paio

† al. farine

In præ

IN PRÆMISSIS. Hoc allegando dicit Gratianus propter duo cap. scilicet Sixti & Leonis.

a ¶ *Se purgare.*] falsum dicit allegando.

ADDITIO. Dic vt ꝯ. ea.c.vlti.

b ¶ *Sixti Papæ.*] ꝯ.eod. mandastis.Io.

c ¶ *Et Leonis.*] hoc est in seq.c.Io.

In præmissis auctoritatibus subintelligitur, si reus se purgare a voluerit, vt sacri canones modum, non necessitatem purgandi accusato imponant: sicut apparet ex fine capituli Sixti Papæ b, & auctoritate Leonis c qui data purgatione ait de se ipso.

¶ De Leone qualiter se purgauit. C. XVIII.

1 AVditum est, fratres charissimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerũt. Quamobrẽ ego Leo Põtifex sanctæ Romanæ ecclesiæ purifico me in conspectu vestro corã Deo, & angelis eius: quia istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iussi d. Hoc autem faciens non legem præscribo ceteris, qua id facere cogantur e.

¶ *Caput hoc est Leonis tertij. Tota vero historia falsæ accusationis & purgationis ipsius refertur in vetustis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antonius p.2.hist.tit.14.c.1.§.de qua etiam re meminit Marianus Scotus, & Aymoinus lib.4.c.90. Apud Burchardum & Iuonem plenius est hoc caput, atque hæc ipsa sunt notatu digna.* Quamobrem ego Leo Pontifex S.R.E.à nemine iudicatus, neque coactus, sed spontanea mea voluntate, purifico me in conspectu vestro coram Deo & Angelis eius, qui conscientiam meam nouit, & beato Petro principe Apostolorum, in cuius conspectu consistimus, quia istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iussi. Testis est mihi Deus, in cuius iudicium venturi sumus, & in cuius conspectu consistimus. Et hoc propter suspiciones malas tollendas mea spontanea voluntate facio, non quasi in canonibus inuentum sit, aut quasi ego hanc consuetudinem, aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis, necnon & fratribus, & coepiscopis nostris imponam, sed vt melius à vobis abscindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter summus Pontifex semet ipsum purgat, nec tamen ceteris necessitatem f purgandi præscribit. Vnde datur g intelligi, quòd satisfactio purgationis in voluntate consistit accusati, non in arbytrio iudicis. 2 *Sed cum in Ilerdensi concilio presbyter iubeatur suspendi vsque ad dignam satisfactionem, cum etiam decreto h Leonis in arbytrio ponatur episcopi, quota manu sacerdos purgare se debeat, patet quod ad purgationem cogendus est, nec in sua voluntate, sed in arbitrio iudicis consistit.*

Vnde Leo Papa scribens ad Carolum Regem ait.

¶ Qualiter sacerdotes se purgare debeant. C. XIX.

3 OMnibus vobis visu aut auditu notum esse non dubitamus, quòd sæpissime, suadente antiquo hoste, sacerdotibus crimina diuersa obiiciantur. Sed qualiter †ex eis ab his rationabilis examinatio, & satisfactio fiat, licet tẽpore bonæ memoriæ Domni genitoris vestri † Pipini, siue priscis temporibus a sanctis patribus, & reliquis bonæ deuotionis hominibus sæpissime ventilatum fuerit; nos tamen pleniter, & ad liquidũ definitum reperire minime quiui mus. Nostris quippe temporibus id ipsum, a sanctis episcopis, & reliquis sacerdotibus, & ceteris ecclesiasticæ dignitatis ministris vestris † in regnis, seu in aliis Deo degentibus, nobisque vnà cum eis agentibus sæpissime propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuersis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu Domini & patris nostri Leonis Apostolici, ceterorumque Romanæ ecclesiæ episcoporum, & reliquorum sacerdotum, siue orientalium, & græcorum patriarcharum, & multorum sanctorum episcoporum, & sacerdotum, nec non & nostrorum α episcoporum, omniumque ceterorum sacerdotum, ac leuitarum auctoritate, & consensu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum cõsiliariorum nostrorum consultu definitum est, vos † omnes vtriusque ordinis ministros scire volumus. Statutum est namque ratione, & necessitate, ac auctoritate prædicta consultu omnium, vt quotiescumque cuiquam sacerdoti crimen imponitur, si ipse accusator talis fuerit, vt recipi debeat (quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant, in canonibus k pleniter expressum est) si autem, vt dictum est, ille accusator, qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum testium approbare in conspectu episcoporum poterit; tunc canonice diiudicetur: & si culpabilis inuentus fuerit, canonice damnetur. Si vero eum suprascripto prætextu approbare ipse accusator minime poterit, & hoc canonice definiatur. Ipse ergo sacerdos, si suspicionibus, aut l incredibilis suo episcopo 4, aut reliquis suis consacerdotibus m, siue bonis n & iustis de suo populo, vel de sua plebe hominibus fuerit; ne in crimine, aut in prædicta suspicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel septem bonis, ac vicinis sacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, (qui duodecim β episcopos in sua purgatione habuit) vel eo amplius, si suo episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse prospexerit, & cum aliis bonis & iustis hominibus se sacramento coram populo super quattuor Euangelia dato purgatum ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem sacerdotũ recipi debeant, & quidquid † de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus reperire poterit.

¶ *Apud collectores caput hoc ita refertur, quasi acceptum sit ex aliqua decretali epistola Leonis ad Carolum. Verum ex lib. quinto capitularium (vbi hoc ipsum est caput 34.) atque ex ipsa etiam orationis forma satis constat editum fuisse hoc capitulare nomine Caroli Maioris, ipso Leone tertio consulto, & cum consilio multorum episcoporum. Quod tamen pius princeps, quia sibi iurisdictionem in presbyterorum. Quod tamen pius princeps, quia sibi iurisdictionem in presbyterorum arrogasse videbatur, libro septimo capitularium, c. 281. emendauit, ita scribens.* Omnibus vobis, tam præsentibus, quàm & futuris scire cupimus, quia de consultu sedis Apostolicæ, & omnium nostrorum episcoporum, ac reliquorum sacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium

episcopo videbitur quales autem testes in accusationibus recipiantur, est in canonibus diffinitum.

i ¶ *Auditu.*] aliquid ergo scitur auditu. 22. q. 5. hoc videtur.

k ¶ *In canonibus.*] ꝯ.e. q.7.testes.& c.ipsi.

l ¶ *Aut.*] pro & b. Non enim sufficit, quòd soli episcopo sit suspectus. ar. contra extra de offi. iud. or. ex parte. & 30. distin. cap. vlt. & sic c non obst. 6.q. 2. placuit. credo tamen quòd si est accusatus, & episcopo est suspectus, quòd poterit eum cogere ad purgationem secus si non est accusatus secundum Lau. d per illud 6.q.2.placuit. ‖ immo inuenio quòd propter calumniosam accusationem cogitur quis se purgare; vt extra de accus. veniens. & arg. ff. ne quis eum qui in ius voc. est. l. penult. §. 1.

m ¶ *Consacerdotibus.*] vel etiam abbatibus. extra eo. cum in iuuentute.

n ¶ *Bonis.*] 11. q. 3. in cunctis. hic patet quomodo intelligatur illud verbum a plebe. ꝯ. ead. presbyter. quia erat bonis & iusti, immo non admittuntur licet sint boni si tamen leues fuerint. ‖ Nam leues sunt qui ex facili credunt quæ probari non possunt. 11. q. 3. in cunctis. & est expressum extra eo, cum in iuuentute. aliàs solus qui esset bonus sufficeret. extra de adult. significasti. Ioan.

IVRAMEN

Hæc est tertia pars quæst. in qua quæritur si parentes debẽt se purgare igne vel aqua filios non oppressisse? Respon. quòd non: & hoc probat per c.seq. Ioan. de Fant.

CASVS. In §. isto dicitur, quòd vulgaris probatio indici non debet. Et hoc probatur per sequens cap.

Consuluisti.] CASVS. Quidam par uulos filios suos secum collocabant in lecto: quibus dormiẽtibus filij eorum inuenti sunt mortui. Quærebatur vtrum iudicio candentis ferri, vel aquæ feruentis se expurgare deberent filios non oppressisse? respõdet Stephanus, & dicit, quòd talis examinatio non approbatur in canone, sed monendi sunt parentes, vt filios suos secum non habeant in lecto: sed cum occultũ sit eos filios oppressisse, puniri non debent nisi de hoc conuincantur, vel fuerint sponte confessi: & tunc puniantur, quia sunt homicidæ, cum homicida dicatur etiam qui conceptum in vtero deleuerit per abortum.

a ¶ *Homicidij.*] qui homicidam occidit, si animũ occidendi non habuit, non tenetur l. Cornelia de sicar. vt ff. ad legem Cornel. de sicar. l. 1. §. diuus. tenetur tamen lege Aquilia. licet etiam nocere noluerit, dum tamẽ fuerit in culpa licet leuissima. ff. ad leg. Aquil. sed & si quemcumque. §. 2. & l. in lege. quod non est in leg. Cornel. de sicar. ff. de sicar. in l. culpa autem est. quòd à diligente potuerit præuideri, & non est præuisum. ff. ad leg. Aquil. l. si putator. tenetur etiã quantum ad Deum, vt hic, & 50. dist. clerico. & 34. q. 2. in lectum. non tamen punitur ratione homicidij, sed ratione negligentiæ, vt 15. q. 1. inebriauerunt. minor etiam iniungitur pœna siue pœnitentia ab ecclesia pro negligentia, vt 50. distin. eos, & cap. si quis voluntate. & 15. quæst. 1. si quis non iratus.

b ¶ *Superstitiosa.*] vtili enim & necessaria a, licet, vt 33. quæst. 2. quos Deus. de consecrat. distin. 2. liquido. 28. quæst. 1. sic enim. in principio tit. Et est argumen. aliquid inhibitum, eo quod non est concessum. 40. distin. si Papa. & ff. de colleg. illi. l. 3. §. 1. argum. extra de vo. & vo. redemp. ex multa. Contra extra de sentent. excommunic. nuper. ꝯ. ead. cap. monomachiam. & vbi canon non excipit, nec nos, vt 5. distin. 12. omnia. 55. dist. si euangelica. & 31. q. 1. quòd si dormierit. C. de here. vel act. vend. l. vlt. ff. de public. act. de pretio. ff. de aleato. l. prima. §. quod autem. ff. de ritu nup. palam. in fin. extra de deci. ad audientiam. 22. quæst. 5. hoc videtur. argu. contra. 27. quæst. 2. lex diuinæ. Ioann. Solut. ‖ omnia concessa intelliguntur de iure communi, nisi prohibita in certis casibus inueniantur, vt innuit cap. lex diuinæ. & extra de sentent. excommuni. nuper. B. & ff. de testib. l. quæsitum. C. de testib. l. fancimus.

c ¶ *Per abortum.*] & hoc si puerperium est formatum, vt 32. q. 2. Moses. & cap. quod vero. Sed licet secundum legẽ Mosaicam non sit homicidium: tamen punitur lege Cornelia de sicar. ff. ad leg. Corn. de sicar. si mulierem. & etiã leg. Aquil. ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si mulier. tamen qui opprimunt pœnitẽtia trium annorum. extra de his qui fil. occi. de infantibus b. Item qui procurat venena sterilitatis, dicitur homicida, vt extra de homicid. si aliquis. vbi de hoc.

HOC AVTEM. Dicitur in hoc §. quòd dubitari potest, vtrum purgatio ferri candentis, & aquæ feruentis sint tantum interdicta, & in aliis concessa. & merito dubitatur, quia aliqua mulier probat se virginem per verum iudiciũ, id est, per aspectum corporis. Similiter in veteri testamento probatur vtrum mulier commiserit adulterium per quasdam aquas amarissimas, & statim respondet Gratianus in sequenti §.

d ¶ *Hoc autem.*] hic §. legitur.

e ¶ *Si vir.*] 33. q. 1. c. quod autem. Ioan.

SED

Hoc autem d vtrum ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tantum, quæ hic prohibita esse videntur, pertineat, non immerito dubitatur propter sacrificium zelotypiæ; & illud Gregorij [2 *Si vir e, qui frigidæ naturæ esse dicitur, per verum iudicium probare potuerit vxorem suam numquam se cognouisse, separetur ab ea.*]

¶ Concessa intelliguntur quæ prohibita non sunt.

† *al. Numeri Num. 5.*

C. XXI.

IN libro namque Numerorum † legitur Dominum præcepisse Moysi, vt loqueretur filijs Israel, & diceret eis. [*Vir, cuius vxor erraverit, maritumque contemnens dormierit cũ altero viro, & id maritus deprehendere nequiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro; si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ, vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleũ, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium. offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino, assumetque aquam sanctam in vase fictili; & paxillum terræ de paumento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu Domini; discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitque eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non nocebunt te aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. Si autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro; his maledictionibus subiacebis: det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo suo: putrescere faciat tuum femur, & tumens vterus tuus dirumpatur: ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat femur tuum. Et respondebit mulier, amen, amen. Scribetque sacerdos ista maledicta in libello, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere; quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud super altare: ita dumtaxat, vt prius pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare, & sic potũm det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus α vero absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam. Quòd si polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.*

IN FRAEMISSIS. Infert ex supra dictis duobus c. quòd purgatio voluntaria est, & non necessaria. Sed statim dicit contrarium per alia c. & ad hoc inducit seq. cap.

f ¶ *Necessitatem.*] extra de elect. innotuit.

g ¶ *Datur.*] allegando dicit.

h ¶ *In decreto.*] Leonis ꝯ.c. prox. & seq. Ioan.

Omnibus vobis.] CASVS. Leo tertius interrogatus fuit a Carolo Rege, & suis subditis, qualiter sit procedendum, si crimen sacerdoti obiiciatur. Et respõdet Leo & dicit, quòd ista quæstio fuit sæpius ventilata à temporibus multis, nondum tamen fuit ad plenum definita. verumtamen post reclamationes multas, habito concilio multorum episcoporum, & aliorũ prælatorum, & sacerdotum, & aliorum multorum: statuit & definiuit, quòd si legitimus apparuerit accusator, & β bauerit crimen, puniatur accusatus: & si non probauerit, puniatur accusator de calumnia. tamẽ si sacerdos accusatus remanserit infamatus, indicatur ei purgatio cum iij. v. vel vij. manu sacerdotum, vel cũ pluribus se expurget, si

1 Ioan p. 10. cap. 27.

2 Magistri tamen aliquando exponunt quod non est expositum 32. dist. relatum. De quo habetur 11. q. 1. 5. ex his. extra de postul. c. 1. 3. Reg. 8.

1 Burc. l. 1. ca. 198. Iuo p. 5. c. 313. Pann. l. 5. c. 4.

‖ Purgans se, quid debet asserere.

a Dicit Io. de Fant. hoc non credo. cũ conscientiam suã non teneatur quis purgare, nisi vbi inuenitur expressum, vt in casu illius legis. C. de his qui ad eccle. confu. præsenti. cum si. Archid.

2 ꝯ. ea presbyter si à plebe. c. sequenti.

3 l. capit. c. 34. Iuo p. 6. c. 419. Pann. l. 5. c. 3.

† *al. quoniam qualiter.*

† *al. nostri* } cap.

2 33. q. 1. c. 1. & 2.

b Adde ad hoc & ad fin. glos. Bar. & glos. 1. in 1. necare. ff. de lib. agno. & in 1. si quis. §. abortiuus. ff. de pœn.

SED QVAELIBET. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua quæritur vtrum monomachia, vel alia vulgaris purgatio sit concessa? & respondet quòd non. & hoc probat per duas auctoritates sanctorum patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit quòd quælibet talis purgatio prohibetur, cum Stephanus dicat, Cõfessione, &c.

¶ *Onomachiam.*] CASVS. Singulare certamen inter duos prohibetur: quia tales videntur Deum tẽtare. nec est trahendum ad consequentiam quod fecit Dauid cum Golia, cum instinctu spiritus sancti fuerit factum.

a ¶ *Monomachiam.*] istos etiam lex Romana condemnat, vt C. de gladiato. l. vna, lib. 11. ‖ Eucharistia gladiatoribus non est danda. ‖ Eucharistia ergo non est danda talibus, cũ peccent mortaliter. de consecr. dist. 2. §. sed si non. Dicunt quidam, quòd defendens potest sumere; quia cuilibet licitum est defendere se. Sed nonne Dauid peccauit? Non: quia instinctu spiritus sancti fecit vt Sanson, & alij. 23. q. 5. si non licet. & extra de diuort. gaudemus. Et est hic arg. quòd non est arguendũ ab exemplis. 26. q. 2. non statim. & c. non exemplo. 14. q. 5. dixit. 22. q. 2. si quis per vetus. ℣. de consec. dist. 2. liquido. extra de elect. licet. C. de sentẽn. & interlocut. omn. iud. nemo.

b ¶ *Tentare.*] 23. q. 8. si nulla verget. & 22. q. 2. quæritur cur.

CONTRA IN CONCILIO. Hic allegat in contrarium eius quod permittitur, & intendit probare per quatuor cap. seq. quòd vulgaris purgatio possit fieri, & potest dici, quòd hic incipit quinta pars. Archidiacon.

Sed quælibet huiusmodi purgatio videtur esse inhibita, cum in præmissa auctoritate Stephani Papæ dicitur [spontanea confessione, &c.]

¶ *Capiti huic in vulgatis erat præpositum nomen Paleæ: sed in omnibus, quæ collata sunt, manuscriptis habetur sine vllo nomine Paleæ, & quidem coniunctum cum præcedenti capite. Ac certe versiculus*, Sed quælibet, *videtur indicare locum hunc Numerorum ab ipso Gratiano recitatũ fuisse.*

¶ Maritus vero.] *Hæc vsque ad versic.* quod si, *sunt huc transposita ex extremo eiusdem quinti capitis Numerorum.*

Item ex decretis Nicolai Papæ.

¶ In nouo testamento monomachia non recipitur. C. XXIII.

1 MOnomachiam a vero in lege non assumimus †, quam præceptum fuisse non reperimus: quia licet quosdam iniisse legerimus, sicut sanctum Dauid, & Goliam sacra prodit historia, nusquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina sanxit auctoritas: cũ hoc, & huiusmodi sectantes, Deum solummodo tentare b videantur.

¶ *Epistola scripta Carolo Regi patruo Lotharij, (ex qua caput hoc est acceptum) extat Romæ in codice sæpe citato monasterij Dominicanorum. In qua inter alia refertur, Lotharium, cum scire vellet an Theuperga, siue Thietberga (vt vocat Rhegino) ipsius vxor adulterium patrasset, vobuisse duos homines monomachiam committere: ita vt, si ille, qui partes Theupergæ tueretur, caderet, ipsa plane adulterij conuicta censeretur. Hocque valde reprehendit Nicolaus, docens hanc non esse legitimam rationem probandi crimina (quamuis in Longobardicis constitutionibus, & in Capitularibus habeatur) sed potius nihil aliud esse, quàm Deum tentare. Addit vero denegatam fuisse à Lothario Theupergæ iustam purgationem, his verbis*, sed de adulterio illa coram missi nostri præsentia purgare se voluit; sed ipse non annuit. *Totam hanc historiam describit Rhegino lib. 2. Chronicorum. Ex his vero ostenditur rubricam huius capitis apud Gratianum nimis esse generalem; quippe cum Nicolaus hoc tãtum velit demonstrare, non esse vtendum monomachia ad purgationem.*

Contra in concilio Vormacienſi, cap. 15.

¶ Si furta in monasterio fiunt, iudicio monachi se expurgent. C. XXIIII.

2 SÆpe c contingit, vt in monasteriis furta perpetrentur, & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint †, Missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse abbas præceperit, præsentibus fratribus: & sic expleta d Missa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie.

e ¶ *Profitetur.*] Notandum b quòd victoria vnius prodest alteri: sed condemnatio non nocet. ff. de adult. denuntiasse. extra de adul. significasti. ff. de inoffi. testa. posthumus. §. si quis ex his. ff. si serui. vend. loci. §. mimi. Argu. contra. 59. dist. ordinatos. & 81. dist. tantis. Et est verum quòd non nocet alij quantum ad condemnationem: nocet tamen quantum ad præsumptionem, vt extra de adul. significasti, &c. c

Tatuit.] CASVS. Si duo de adulterio accusantur, & negauerint ambo: si vnus de voluntate alterius alterum purgat, si in probatione vulgari cecideris, ambo puniantur.

f ¶ *Duo.*] Arg. contra. C. de adult. reos. Sed dic quòd non agitur hic criminaliter, sed ad pœnitentiam, vel ad thori separationem d.

g ¶ *Alter illorum.*] velut procurator e. 63. dist. tibi Domino. Sed si directe ageretur, cum sit causa criminalis, nõ posset vnus alterum constituere procuratorem, vt 3. q. 9. absens. Nisi velis dicere, quòd in causa criminali vnus socius auditur & pro se & pro aliis, vt est arg. 3. quæst. 6. hæc quippe. & extra de dolo & contuma. eum dilecti. in princip. f

I episcopo.] CASVS. Si episcopo vel presbytero crimina imponantur, pro singulis Missam celebret, & pro singulis se innocentem reddat. sed ista capitula sunt abrogata: prout faciunt ad propositũ Grat. h ¶ *Quinquennio.*] Hodie deponitur qui in purgatione deficit, vt extra de simon. de hoc. vbi habes quid fieri debeat cũ volẽs purgare se, nequit.

ILLVD VERO. Dictum est §. in c. omnibus. & cap. presbyter. g clerici compelluntur ad purgationem: sed illa duo cap. mandastis. & auditũ. contradicunt eiideo magister hoc determinat.

Vòd vero.] Hæc quæstio. diuidit in duas partes: in quarum prima quæritur, an ad condemnationem alicuius sufficiant duo legitimi testes: & respondetur quòd sic. Secunda ibi, *Ex præmissis.* Io. de Fant.

CASVS. In hac quarta quæstione quæritur, an duo testes sufficiant ad condemnationem episcopi. Et probat Gratianus quòd sic, auctoritate Domini, & duabus auctoritatibus Pauli.

i ¶ *Duorum.*] Semper duo sufficiunt. 4. q. 3. §. item in criminali. verſic. vbi numerus. nisi in casibus specialibus. ‖ Sed in isto casu vnus sufficit, vt extra de testi. cogen. peruenit. & vbi nulli fit præiudicium. de consecrat. distinct. 4. placuit de infantibus. & in causa denuntiationis, extra de testib. in omni. & in alio casu:

a ¶ Sic expleta.] *In hoc capite addita sunt nonnulla verba ex concilio, quæ à collectoribus videbantur omissa. Sed hoc loco satis visum est, varietatem indicare. Nam in concilio ipso sic legitur*, & sic in vltima Missæ celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.

Item in Saleguſtadienſi concilio, c. 7.

¶ Quicumque de adulterio accusatur, probabili iudicio se expurget. C. XXIIII.

3 INterrogatum est, si duo de adulterio inculpati d fuerint, & vnus profitetur e, & alter negat; quid inde agendum sit. Decretum est, à sancto concilio, vt ille, qui negauerit, probabili se iudicio expurget; & qui professus fuerit, dignam pœnitentiam agat.

Item in eodem, cap. 14.

¶ Cum plures de adulterio accusantur, & vnus ceteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, si ipse in iudicio ceciderit. C. XXV.

4 STatuit quoque sancta synodus, vt si duo f de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi, vt alter illorum g vtrosque diuino purget iudicio; si vnus in hoc ceciderit †, ambo rei habeantur.

Item in concilio Vormacienſi, c. 10.

¶ Pro singulis Missa celebretur, qui de aliquo crimine accusantur. C. XXVI.

5 SI episcopo, aut presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit; pro singulis Missam celebrare β debet, & communicare, & de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere †. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus ecclesiæ extraneus habeatur.

β ¶ Celebrare.] *In concilio, & apud Burchardum, & Iuonem sequitur*: & secretam publice dicere.

Illud vero, quod Sixtus, & Leo in fine suæ purgationis addiderunt, ex eorum exẽplo intelligendum est: exemplo enim suæ satisfactionis noluerant ceteris præscribere legem purgandi.

QVÆSTIO IIII.

Quod vero quarto loco quærebatur, an duorum i testimonio episcopus sit condemnandus, multorum auctoritate probatur. Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait Christus ad Iudæos [In lege vestra scriptũ est, quoniam duorum hominum testi-

monium verum est.] Hinc consequenter contra eos argumentatur dicens; [Si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum & patris a non accipitis?] Item Paulus in epistola ad Corinthios [In ore duorum, vel trium b stabit omne verbum.] Item in epistola ad Hebræos [Quis præuaricans legem Moysi duobus, vel tribus testibus conuictus, sine miseratione lapidabitur †.]

Item ex concilio Bracharenſi 2. cap. 8. 1

¶ Quot testibus quisque clericorum conuinci debeat. C. I.

2 PLacuit, vt si quis aliquem clericorum in accusatione † fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli Apostoli duo, vel tria c testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimoniis approbare quod dixit, excõmunicationem d accusati accusator accipiat.

Ex præmissis itaq; colligitur, quòd dnorum, vel trium testimonio episcopus conuinci, & damnari potest. Porro Siluester Papa in generali synodo residens è contra dixit 3.

¶ Quot testibus episcopus, vel presbyter, vel reliqui clerici sunt conuincendi. C. II.

4 PRæsul e non dãnabitur nisi cum † lxxij. testibus: nec præsul α summus à quoquam iudicabitur, quoniã scriptum est [Non est discipulus super magistrum.] Presbyter autem Cardinalis † nisi cum xliij. † testibus non damnabitur: diaconus vero Cardinalis vrbis Romæ, nisi cum xxvij. testib' † non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, non nisi septem testibus non condemnabitur. Testes f autem, & accusatores sine aliqua sint infamia.

α ¶ Nec præsul summus.] *Ex concilio Romano sub Siluestro, & ceteris locis indicatis (excepta Pannormia) addita sunt hæc vsque ad versic.* presbyter. *Ac mirandum est de auctore glossæ, qui putauit Pontificem Maximum minore numero testiũ posse condemnari, quàm diaconum Cardinalem, atque ostiarium: cum tamen ipse Pontifex*

Præsul.] CASVS. icitur hic quot testes sufficiant ad condemnationem episcopi, Cardinalis, presbyteri, & aliorum clericorum Romanæ ecclesiæ. In fine dicitur quòd testes sine infamia debent esse.

e ¶ *Præsul.*] id est, Cardinalis episcopus. Sed numquid contra Papam duplicabuntur testes * non, immo duo sufficiunt. & in hoc est demaior: & ideo sine spe veniæ condemnandus est vt diabolus. de pœnit. distinct. 2. principium.

f ¶ *Testes.*] extra de testi. personas. & cap. super eo.

Nullam.] CASVS. Si episcopus Cardinalis de crimine accusatur, duodecim episcopi debent de causa cognoscere: nec potest conuinci nisi lxxij. testibus. In secunda parte dicitur quæ quæliter testes iurare debent, & quid. In tertia parte dicitur, quòd si appellauerit ad Papam, audiri debet: nec alius debet de causa cognoscere. Secunda pars incipit ibi, *Et prius.* Tertia pars ibi, *Et si inter.*

g ¶ *Nullam damnationem.*] episcoporum. Sed hoc non videtur posse stare: quia nullus potest iudicare clericos Romanæ ecclesiæ nisi solus Papa. ‖ Item quia episcopi episcopum deponere non possunt, vt 3. q. 6. quamuis. Respondeo quòd loquitur in eo casu quando Papa committit aliis causam suorum clericorum, ne ipse suspectus habeatur, vel ne fauore pro eis, vel odio contra eos iudicaret. ff. de iurisdict. omnium iud. l. prætor.

5 Iuo p. 5. c. 116. ‖ Episcopi episcopum deponere non possunt.

6 Zepherinus epist. 1.

g ¶ *Nullam damnationem.*] infra 3. quæst. 6. accusatus. & cap. quamuis.

h ¶ *Episcoporum.*] infra 5. quæst. 4. duodecim.

i ¶ *Falsum.*] ‖ Quinque capitula iurabũt testes: scilicet vt dicant veritatem, vt 3. quæst. 9. hortamur. & quòd testentur pro vtraque parte veritatem, vt 14. quæst. 5. non sane. quòd non admiscant falsitatem, vt hic. quòd nec amore, nec odio, nec proprio commodo testentur, vt extra de testib. quoties. Item quinto requiritur, quòd dicant quidquid de re ipsa nouerint, siue fuerint interrogati, siue non, vt extra de accusa. cum dilectus b. quod non credo, nisi hoc liqueat ex forma iuramenti, vt infra.

‖ Testes quinque capitula iurare debent.

SED HOC. Modo dicit quare de tot testibus fuit statutum: propter scilicet priuilegium clericorum Romanæ ecclesiæ. & hæc solutio est vera. vel propter malitiam hæreticorum fuit statutum de omnibus clericis, qua cessante cessabit constitutio. Sed verius est, quòd propter malitiam hæreticorum vel malorum hominum statutum fuit de clericis Romanæ ecclesiæ, quibus hoc priuilegium datum fuit, quod non cessat causa cessante: & hoc innuit B.

b De hoc etiã not. extra de testi. fraternitatis. in glos. vlti. vbi addit Ho. alium casum: scilicet q̃ neutri parti manifestabunt dicta sua antequã sint publicata. arg. 4. q. 3. item qui falso. Arch.

à generali saltem præsulis nomine minime esset excludendus.

Item Leo quartus in epistola episcopis Britanniæ.

¶ Episcopi non nisi lxxii. testibus condemnandi sunt. C. III.

5 NVllam damnationem g episcoporum vmquam esse censemus, nisi aut ante legitimum numerum episcoporum h (qui fit per duodecim episcopos) aut certe probata sententia per lxxij. testes idoneos, qui tales sint, qui & accusare possint. ¶ 6 Et prius ad sacra Christi quattuor Euangelia sacramẽta præstent, quòd nihil falsum i depromãt: sicut β nobis beatus Siluester tradidit, & Romana sancta videtur tenere ecclesia. ¶ Et, si inter eos, quos damnandos esse dixerint homines, fuerit episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum definitiuã præsumat dare sententiam: sed omnino eum audiri decernimus.

β ¶ Sicut nobis.] *Hinc vsque ad dictionem*, ecclesia, *non leguntur in epistola Leonis manuscripta: habentur tamen apud Iuonem.*

i ¶ *Audiatur.*] No. cum aliquis est absens post lit. contest. aut abest ex iusta causa, aut ex iniusta. Ex iusta tripliciter potest abesse, quia aut abest ex causa necessaria & probabili, aut ex causa necessaria tantum, aut ex probabili tantum ‖ Si abest ex causa necessaria & probabili, vt ex causa reipubli. tunc si est legitime defensus restituitur ad appellandum [d], vt ff. de in integ. resti. l. vlt. si vero nullo modo est defensus vel fuit minus legitime, ad totam causam restituitur, vt C. ex quib. cau. maio. l. 1. & C. de proc. quia. Si abest ex causa probabili tantum, vt ex causa peregrinationis vel studiorum, tunc si est legitime defensus, ad nihilum restituitur: & ita loquitur hæc lex. ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. Si autem non est legitime defensus, tunc si constituit procurator quem reliquerat, mortuus sit, vel forte soluendo non sit, vt ff. ex quib. cau. maio. sed & si. §. 1. decre. tamen dicit indistincte retractandum quod factum est, si probatur iusta causa absentiæ, vt extra de sent. & re iudi. cum Bertoldus. nec distinguitur an potuerit constituere procuratorem, an non, val an abfuerit, ex probabili causa, non. & est argum. ad hoc C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. ibi enim videtur quòd non sit opus restitutione, sed q̃ de iure communi posit appellare, si abest ex causa necessaria tantũ, vt cum quis sit deportat' propter suũ delictum, tunc si potuit constituere procuratorẽ, non subuenitur ei, vt ff. de mino. Papinianus ait. sed si abest ex iniusta causa, numquam auditur appellãs, nec subuenitur ei, quia contumax non audi tur appellans, vt 24. q. 3. de illicita. & j. e. §. sunt quorum. nisi veniat iudice adhuc sedente pro tribunali, vt ff. de in integ. resti. diuus. sed si est absens ante lit. contesta. tunc vel excõmunicatur, vel fit missio in poss. vt distinguitur extra vt lit. non cõtest. tuæ. & c. quoniam frequenter.

† al. scripserit

SI QVEM IN INSVLAM. CASVS Si præses iusit aliquem deportandum, rescripsit Imperatori, & Imperator rescripsit vt deportetur, quæritur quã do appellandũ sit: & cèrte dicitur q̃ vtroque tẽpore appellandum est, sci licet cũ præses præcipit eum recipi inter cõdemnatos, & cum rescribit Imperatori, nec appellat aduersus principem, sed aduersus calliditatem iudicis: quia forte eũ mendaciis apud principem onerauit. sed si cum Imperatori scriberetur, ostẽsum fuit exemplum litterarum litigantis; si tunc non appellauit, cõsensisse videtur, nec postea auditur appellans.

a. l. vlt. co. tit.

k ¶ *Deportandũ.*] præses enim deportare non potest, vt ff. de leg. 3. l. 1. §. deportatus. Sed relegare potest. ff. de iniu. rup. test. l. si quis. §. eius qui. & §. seq. & ff. de interdict. & releg. l. interdictum.

l ¶ *Adnotauerit.*] i. iudicauerit. Argu. ‖ q̃ metropolitanus potest cognoscere de causa criminali episcopi, & talẽ ferre sententiam, iudico te esse deponendum, sicut hic præses iudicat deportandum.

‖ Metropolitanus de causa criminali episcopi cognoscere potest.

m ¶ *Aduersus.*] ‖ Ergo qui appellat à grauamine, iuste appellat, licet remota sit appellatio in rescripto: quia non aduersus litteras principis, sed aduersus malitiam iudicis appellat. sic extra de of. iud. deleg. cap. sane. in fin. ff. de cust. reo. l. diuus. C. de rela. l. 2.

‖ Appellans à grauamine, iuste appellat.

ILLVD QVOQVE. Hæc est vltima lex istius tit.

n ¶ *Imperatori.*] consulendo ipsum, vel referendo. H. & tñc litigatori bus edi debet consultatio, vt C. de rel. at. l. 2. extra de ap. intimasti.

o ¶ *Qui tunc.*] ‖ Hic manifeste videtur, quòd si quis non appellat à suspecto iudice cũ recipit litteras iudicis, vel si quis nõ proteſtatur causa suspicionis vel appellationis, q̃ postea non possit appellare vel recusare, vt arg. extra de sen. & re iud. quod ad consultationem. & extra de of. deleg. gratum. sed cõtra petitis induciis à iudice potest ipsum recusare etiam allegata causa absentiæ coram eo, vt extra vt lit. non conte. accedens. immo & post præstitam cautionem standi iuri potest appellare, vt extra de eo qui mit. in pos. cum venisset. & 3. q. 3. §. offeratur. & non videtur consensisse in iudicem, qui postulat sibi edi genus actionis. ff. de iudi. non videtur. & post receptas litteras iudicis, quas remittit Papæ, possem iudicem recusare, vt extra de of. delegat. cum olim 2. item argu. extra de rest. spol. ex conquestione. Dic quòd semper potest à grauamine appellari, vt extra de appel. vt debitus.

Non

On solent.] Hæc est quinta pars quæstionis, in qua ponit sex casus diuersos. Ioan. de Fant.

CASVS Dicitur hic, q̃ potest appellare is ad quem negotium pertinet, vel verus eius procurator, ver negotiorum gestor. Similiter mater pro filio potest appellare; nec tunc intercedere videtur, licet ab initio eum defendere non posit.

a ¶ *Interest.*] sic extra de of. deleg. super eo. ff. de inof. testa. si suspecta. immo etiam si nõ interest, dummodo qualecumque timetur præiudiciũ fieri, vt ff. eo. à sententia, in princ. & extra de senten. & re iud. cum super.

b ¶ *Mox.*] id est, intra decem dies, quia ratum debeo habere quod meo nomine factum est, cum adhuc agere possim. ff. rem rat. hab. l. penul. Vel dicit, mox, id est, modico temporis spatio, quod magis intellectu quàm locutione exprimi potest, vt ff. de sol. ratum. ff. rem rat. habe. quo enim.

c ¶ *Ratum.*] ‖ sed nonne si aliquis appellat pro altero, ille cogitur habere ratam appellationẽ, cum negotium eius vtiliter sit gestum, vt ff. de neg. gest. Põponius? Arg. contra quòd tantum in criminib⁹ appellatur inuito condemnato, vt ff. de appel. non tantum.

d ¶ *Prouocauerit.*] ‖ pro filio condemnato vel pro cõsanguineo etiã possunt appellare aliqui, vt extra de reg. iur. cum in contemplatione. in parte decisa. melius de reg. cum simus. in parte decisa.

e ¶ *Litem.*] appellationis: quia si ab initio defenderet, oporteret eã satisdare: quia in aliena re nemo idoneus est defensor sine satisdatione. ff. de procur. qui proprio. sed hoc est virile officium. C. de procur. alienum.

f ¶ *Ab initio.*] ‖ pro filio non potest mater agere, vel ipsum defendere, quia hoc est virile officium. C. de procu. alienam. potest tamen postulare pro parentibus valetudine detentis. ff. de proc. feminas. sed aliena negotia potest mulier gerere extra iudicium. ff. de neg. ge. l. 3. §. 1. ‖ Si tamen vis recipere mulierẽ intercedentem pro aliquo, facias eam renuntiare auxilio Velleiani, vt C. quando mulier. tu. offi. fungi. l. vltima.

ANTE SENTENTIAM Hic ponit tres casus, in duobus appellatio conceditur, qui satis sunt faciles, & in tertio prohibetur.

g ¶ *Si quæstionem.*] ‖ In criminibus tantum fit quæstio, vt 5. q. 5. illi. ff. de quæ. l. 1. in prin. sed in pecuniariis causis non facile, nisi cum aliter veritas non potest liquere. ff. de q. Diuus pius. liberi etiam torquentur si. facto interfuerint, ff. eo. vnius. §. testes. aliàs nõ. C. de quæst. decuriones

h ¶ *Si contra leges.*] i. si vult torquere aliquem nulla præsumptione præcedente: quod non licet, vt extra de re. iur. cum in contemplatione.

i ¶ *Eius qui.*] Hoc intelligunt omnes cum nũtium misit. Sed aliud est si per se in propria persona & ante citationem iter arripuit, vt extra de ap. meminimus. & c. suggestum. Sed contra hanc distinctionem est arg. extra de of. dele. cum causa. vbi differtur causa propter missionem nuntij. & est hodie expressum in decr. de appel. ad hoc. sic non obstat eo. tit. vt debitus honor. illud enim intelligitur quando hoc tantum dicit, & non probat. & ibi dicitur, quòd primo conuenit qui primo litteras dedit iudici. hodie statur decre. vt debitus.

Post appellationem.] CASVS Dicitur quòd iudex à quo appellatur, debet dare litteras dimissorias appellanti ad eum ad quem appellauit, continentes qualiter appellauit. & si appellans instanter petat, licet iudex ei non dederit, non nocebit ei.

k ¶ *Post appellationem.*] similiter si appellationem non recipit debit litteras appellanti, vt eas det superiori, in quibus significabit ei quare appellationem non recipit, vt ff. de appel. reci. vel non sciendum.

l ¶ *Tempus.*] ‖ xxx. dierum, vt ĵ. ea. §. vlti. in fin. & si intra id tempus non petierit, videtur renuntiare appellationi, vt ſ. ea. ab eo. §. ista. & C. eo. quoniam. nec iudex ad quem appellauit, eum audiet: iudex tamen etiam non petenti tenetur offerre apostolos, vt C. eod. eos. in fine.

m ¶ *Instanter.*] supra. 100. distin. prisca.

n ¶ *Per eum steterit.*] Ergo si per ipsum stet, hoc ei nocebit, vt iudex superior ipsum non audiat sine apostolis. hoc autem hodie in paucis locis seruatur, tamen Inno. iiij. hoc idem statuit.

Item Vlpianus lib. 49. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non, le. prima.

C. XXX.

NOn solent audiri appellãtes, nisi hi, quorum interest [a], vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox [b] ratum [c] habetur. Sed etsi mater [d] cum filij rem sententia versam animaduerteret, prouocauerit [d], pietati dans, dicendum est & hanc audiri debere, & si litem [e] præparãdam curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio [f] defendere non potest.

¶ *Scæuola libro quarto regularum.* [1]

Ante sententiam appellari potest, si quæstionem [g] in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges [h] hoc faciat. ¶ *Macer libro primo de appellationibus lege quarta.* Eius, qui ideo causam agere frustratur, quòd dicit se libellum Principi dedisse, & sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: & si ob eam causam prouocauerit; appellatio eius recipi sacris constitutionibus vetatur.

x ¶ Mater.] *Antea breuius legebatur*, sed & si mater ex pietate prouocauerit, dicendum, &c. *Multa vero alia in hoc, & sequenti capitulo ex ipsis Pandectis sunt emendata.*

Itẽ Martianus lib. 2. de appellationib. tit. de libellis dimissoriis, l. vnica [2].

¶ De dimissoriis libellis. C. XXXI.

POst appellationem [l] interpositam litteræ dandæ sunt ab eo, à quo appellatũ est ad eum, qui de appellatione cognituras est, siue principem, siue quem alium: quas litteras dimissorias, siue apostolos appellant. Sensus autẽ litterarum talis est; appellasse, puta, Lucium Titium à sententia illius quæ inter illos dicta est. Sufficit autem petiisse intra tempus [l] dimissorias instanter [m], & sæpius: vt & si non accipiat, id ipsum cõtestetur. Nam instantiã repetentis † dimissorias. constitutiones desiderant. Æquum est igitur, si per eum steterit [n], qui debebat dare litteras, quominus det; ne hoc accipienti [3] noceat.

¶ *Vlpianus libro quarto de appellationibus, titulo nihil innouari appellatione interpositа, lege vnica.* 4 Appellatione [o] interpositа [p], siue ea recepta fuerit, siue nõ, medio [q] tempore nihil [r] nouari oportet.] *& infra.* ¶ Si quis [s] ex pluribus facinoribus condẽnatus, propter quædam [t] appellauit, propter quædam non, vtrũ differenda pœna eius sit, an non, quæritur. Et si quidem grauiora [u] sunt crimina, ob quæ appellatio interpositа est; leuius autẽ id, propter quod non appellauit; recipienda est omnino appellatio, & differenda pœna. Si vero grauiorem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum; omnimodo pœna imponenda est.

o ¶ *Apellatione.*] planus est iste casus, nec eget expositione.

p ¶ *Interpositа.*] ita q̃ teneat.

q ¶ *Medio.*] dum tamen sit recipienda.

r ¶ *Nihil.*] ‖ nisi cum appellatur ab executione, tunc siue sit. mobilis res siue immobilis, fructus sequestrantur [2]. C. quorum ap. non re. ab executore. Item in alio casu cum dilapidat fructus. ff. eo. Imperatores. extra de sequestra. pos. cap. vltim. & cum appellans est in notorio crimine. extra eo. cum si Romana. vel est inuasor ecclesiæ. ĵ. ea. §. sunt etiã. Item si heres conuictus de legato vel fidei commisso præstando appellat, tunc non deferetur appellationi, cauebit tamen de eo restituendo. ff. vt legatorum, vel fideicom. nomine caueatur. l. postquam. §. 1. ita etiam est in supplicatione. C. de precibus Imperato. offe. authen. quæ supplicatio. Item potest nouas probationes inducere post publicationem testium, quas prius non poterat habere. C. de tempo. ap. per hanc. extra de fide instrumen. cum Ioannes. Item de reo fit actor, & tenetur probare victus appellationẽ esse iustam, vt extra de ap. cum in ecclesia. ‖ Cum ergo appellationi quandoque non deferatur, patet quòd differt à nuntiatione noui operis, quia post illam, siue ipsa sit iusta siue iniusta, nihil est innouandum, vt extra de noui operis nunt. cap. cum ex iniuncto. iudex ergo à quo appellatur, si non recipit, superiori mandabit opinionem suam & causam, quare non recipit appellationem, vt ff. de appel. re. sciendum. Ioan.

SI OVIS EX PLVRIBVS. CASVS Si quis de pluribus criminibus fuerit condemnatus, si propter grauiora appellauerit, non est mandanda sententia tunc executioni: si propter leuiora, est mandanda executioni.

s ¶ *Si quis.*] Hanc legem intelligunt quidam, quando crimina sunt connexa, vt ff. de mi. etiam si. sed hoc falsum est, ‖ quia non potest quis simul accusari de criminibus pluribus descendentibus ex eodem facto. C. de accus. qui de crimine. Verum est ab vno, secus si à diuersis, item si ex diuersis factis posset etiam ab vno. ĵ. quæstio. 8. §. libellorum. sed intellige quando minor pœna præiudicat maiori. Vel dic quòd si maior pœna includit in se minorem, vt depositio priuationem officij, defertur etiam pœna in minori. nam satis est si punitur in maiori pœna: argum. ad hoc 23. q. 5. relegentes.

t ¶ *Quædam.*] ‖ Sententia ergo pro parte tenet, pro parte non, vt ff. de minor. etiam si. §. ex causa. C. de transact. si ex falsis. extra de præb. dilectus. extra de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. sed sententia arbitri non potest pro parte tenere, & pro parte non. ff. de arbit. diem quidem habent qualem pro lege. §. sed. & sicut licet contrarium inueniatur extra de arbit. cum tempore. Hoc tamen scias, quòd rerum pluralitas non facit plures sententias, licet secus sit quandoque in stipulationibus ff. de verborum obligat. quod dicitur. & l. scire. & ff. familiæ erciscun. in hoc iudicio. ff. ad exhib. Celsus. §. item. Celsus. Ioan. Probabiliter potest dici, quòd tot sunt sententiæ, quot sunt articuli expressi. argumen. ff. de verborum obligat. l. scire. B.

u ¶ *Grauiora.*] quid si sunt æqualia? idem credo. Et sic patet hic, quòd magis dignum trahit ad se minus dignum. simi. extra de consecr. eccle. vel alt. quod in dubiis.

FORMA

FORMA. CASVS. Ponit hic magister qualiter formari debeãt libelli appellationum, dicens: Ego N. sanctæ Bononien. &c. Postea dicit, quòd huiusmodi libelli fieri debent in scriptis.

a ¶ *Mcxli.*] dicit Hugo, quòd hic est falsa littera: quia non sunt tot anni, quòd liber iste compositus fuit: fuit enim editus docente Iacobo Bononiensi in legibus, & Alexandro in theologia, qui fuit postea Papa Alex. tertius, ‖ & fuit anno domini Mcl. vt ex chronicis patet.

b ¶ *Si autem vnus.*] ‖ si plures condemnati sunt, & volunt appellare, libellus appellationis omnium nomina continebit: sed si vnus est ex pluribus condemnatus, si vnum in libello non exprimit, illi non nocebit, vt ff. eo. scio quæsitum.

c ¶ *Syndici.*] possunt ergo esse duo syndici, vel procuratores, vt hic, & extra de test. insuper. & extra de do. & cõt. cũ & dilecti. & extra de sen. & re iud. cũ I. & A. melior tamen erit cõditio occupãtis, vt ff. de procur. pluribus [a]. arg. tamen contra. ff. de admini. tut. decreto in fin. & ff. de procura. si quis cum. ‖ Tu dicas, quòd bene possunt esse plures procuratores, sed tantum vnus aget causam; quia si ambo ageret, forte quod vnus concederet, alter negaret. immo & si plures sunt qui agunt, omnes debent cõstituere vnum procuratorem, ne causa spargatur in plures aduersarios, vt ff. familiæ ercis. si familiæ. ff. de ædil. edic. quod si nolit. §. si plures. Melius potes distinguere: quia si plures sunt rei qui conueniuntur, omnes tenentur dare vnum procuratorem, ne causa spargatur in plures aduersarios. sed si plures sunt illi qui conueniunt aliquem, nõ habet necesse dare vnum procuratorem. sic distinguit lex ff. iud. fol. iam tamen. §. vlti. Ioan. H. tamen dixit, quòd plures procuratores possunt simul agere, sicut notauit in distinctionibus suis. B.

d ¶ *In scriptis.*] si corã iudice appellat, sufficit si dicat appello. ff. eo, l. 2. ‖ sed si appellat sine iudice, tunc scribet quis, & à quo, & contra quem appelles, & à qua sententia. ff. eo. l. 1. in fi. Idem videtur si à grauamine appellatimmo sufficit si dicat, appello. extra ea. cordi.

Catholicus.] CASVS Dicitur, quòd si catholicus condemnatus ad iudicem alterius fidei appellauerit, debet excommunicari.

e ¶ *Fidei iudicis.*] infidelibus enim sunt interdicta officia publica. C. de Iudæ. l. vltim. 17. quæst. 4. constituit.

f ¶ *Excommunicetur.*] nisi sit sub rege infideli, vt Paulus, qui appellauit ad Cæsarem. 23. quæst. 1. paratus. 10. distinct. si in adiutorium. 11. quæst. 3. Iulianus.

NOTANDVM. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probat, q̃ ab arbitris non est appellandum: & licet verũ dicat, tũ superficialiter inducit canones, quia loquũtur in iudicib⁹ ordinariis electis à partibus ex causa, excepto c. seq. qđ intelligitur in arbitro, secundum Io. de Fant.

CASVS Modo dicit Gratianus à quibus appellari non licet. Et hoc probat per sequens cap. cuius casus facilis est, & intelligitur de arbitris, vt dicit sequens §.

g *Iudicibus.*] Si consensisti in iudicem aliquem, propter iniquitatem personæ non potes appellare, vt hic, & extra de off. deleg. super quæstionum. sed ab iniqua sententia potes appellare: quia licet reprobare dicta, sed non personam, vt 4. quæst. 3. si quis testibus. vnde appellatur si vocauerit litigatores ad inhonestum locum. ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter. vel ad periculosum locum. extra de appel. ex parte 1. ‖ Dicas ergo, quòd nisi remota sit appellatio, bene appellatur à iudicibus de communi consensu electis: nisi sint electi, vt arbitri, vt ff. de appel. ex consensu. vel etiam si sunt arbitri tales, qui electi sunt ex necessitate: quia à talibus appellatur, vt C. de iudi. l. vlt. ‖ Item scias, q̃ luo sunt genera arbitrorum. quidã sunt arbitratores, qui cõponũt inter partes, & taliũ arbitriũ si est iniquũ, est reducendum ad arbitriũ boni viri, vt ff. pro socio. si societatem. Sed arbitrium illorum qui eligũtur sub pœna, licet sit iniquum, tamen tenet. ff. eo. diem. §. ſturi. sed à superiori potest retractari, vt extra de arbit. non sine. Item si per dolum sententiam tulerãt, licet non retractetur per appellationem, tamen per exceptionẽ retractatur. ff. eo. ti. nõ distinguemus. §. cum quidam.

h ¶ *Communis consensus.*] secus in causa criminali, vbi consensus rei sufficit. 11. qu. 3. cap. 3.

QVOD DE ARBITRIS. CASVS Not. quòd iudicum alij sunt ordinarij, vt potestate à principe, vel à lege. Alij arbitrarij, in quos compromittitur, nullam tamen habent potestatẽ. sed istorum arbitrorum alij sunt ordinarij & arbitrarij, vt pote qui legitimam potestatẽ habentes, ad arbitrandũ eligũtur. Alij arbitrarij tantũ. Ab his q̃ sunt ordinarij & arbitrarij appellari licet ratione ordinariæ potestatis, & iurisdictionis. Et ad hoc inducit c. seq. i ¶ *Potest.*] *item.*] eius rei de qua est ordinarius iudex, potest amicabiliter componere, vt 23. q. 8. si quis membrorum. in Auth. collatio. 9. vt dist. iud. §. si vero. 5. q. 2. si primates. sed non potest in se recipere arbitrium secundum vnam lectoram, vt 3. quæst. 7. §. tria. circa finem. Ioan.

6 Notandum vero est, quòd quidam iudices sunt, à quibus appellari non oportet.

Vnde in concilio Mileuitano, cap. 24. legitur. [1]

¶ A quibus iudicibus prouocari non licet.

C. XXXIII.

AIudicibus [g], quos communis consensus [h] elegerit, non licebit prouocare.

Quod de arbitris intelligendum est. Iudicium enim alij sunt ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij vero sunt, qui ab Apostolico, vt ecclesiastici; vel ab Imperatore, vt potestates seculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarij sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sententiæ stetur. Horum alij sunt ordinarij & arbitrarij, alij arbitrarij tantum. Ordinarij & arbitrarij sunt, qui legitimam potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrãdum, qui non sunt sue ditioni suppositi. Ab his, etsi vt arbitrarij sedeant, & non vt ordinarij, priuilegio tamẽ ordinariæ dignitatis grauatus aliquis appellare valebit [l].

Vnde in concilio Carthaginensi 3. cap. 10. 3

¶ A iudicibus, qui eliguntur communi consensu, prouocare licet. C. XXXIIII.

SAne, si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam à pauciore numero, quàm cõstitutum est, liceat [m] prouocari.

β ¶ Liceat.] *Hunc canonem citat Gratianus (quod ipsemet aperte profitetur) vt ostendat ab huiusmodi iudicibus licere appellari. Verum in concilio Carthaginensi tam impresso, quàm manuscripto cum variis exemplaribus collato, & vnico codicis canonum etiam impresso, ac manuscripto, & græco; quod cum ipso concordat, & Africano, vbi hoc repetitur, & apud Iuonem legitur,* non licet. *Et quæ in ipso canone antecedunt, & referuntur ĵ. ead. c.* hoc etiam, *ostendunt omnino cum negatione legendum esse.*

Placuit.]

‖ Decretũ fuit etiam anno Mcl.

‖ Appellatio plurium.

‖ Sequestratio fit in aliis casibus.

a Sicb. & in de qua quæst. fit mentio, annotaui: & possessor sequestratus condemnatus in expensis tenetur ad restitutionem. † al. ponas

a Extra de præscr. non infinit. ff. eo. & hoc. & ibi nota. Glo. quòd ille dicitur occupare qui prius ad litis cõtestationẽ peruenit. ff. de rei. vin. Archid. ‖ Procuratores possunt esse plures.

3 Adde quæ scripsimus extra de rescript. in fi. ff. de testam. ff. de pact. 4. cod. l. 4. & vide.

‖ Appellat coniunctus pro coniuncto.

‖ Appellatio nem pro me factam an tenear ratificare.

2 lib. 49. digest. tit. 7.

‖ Mater pro filio agere nõ potest.

‖ Cautela ad obligandas mulieres.

‖ Quæstio in quibus causis fit.

‖ Apostolos non petens intra tempus iudicem videtur renuntiare appellationi.

‖ Appellatio & nuntiatio in quo differant.

‖ Accedit non posse simul & de diuersitate.

‖ Appellis absente iudice, quid debet facere.

‖ Sententia pro parte tenet, & pro parte non.

‖ Appellatio à iudice communiter electo non licitam fit.

‖ Arbitrorum, duo sunt genera.

1 Et in Afric. cap. 89.

2 In epist. Nic. 1. Iuo p. 6. c. 365. Pan. l. 4. c. 132.

3 & Afric. c. 89.

4 Iuo p. 6. c. 363. Anſ. l. 3. c. 123.

‖ Ordinarius & perlegatus possunt esse arbitri.

b Idem Spec. in tit. de arb. §. 1. ver. arbitrator. & no. Bal. & Sal. in l. 1. C. de arb. & ff. de le. 2. l. cũ quidam. la secunda. & ibi per Sal. in l. si seruus plurium. §. fi. de le. 1. & Pe. de Anch. in cle. fœpe. de ver. si. per Pan. de C. in l. nam & post ea. ff. si mino. de iureturan.

c Sub. immo bene dicit Gra. quia nisi, &c. secũdũ L. d Sub. maxime cum appellatio sit tempore peritura, non debet expectare cõiudicem. arg. ff. de admini. tuto. tutor qui 6. r. secundum L.

l ¶ *Valebit.*] hoc falsum est: quia à compromissario numquam appellatur, siue aliàs sit iudex, siue non. C. de arbi. l. 1. & nisi q̃ exprimatur, quòd eligitur vt arbiter, tenebit eius sententia, vt iudeis. C. de iurisd. omnium iud. l. 1. & appellatur, vt ff. qui satisd. cogan. l. arbitrio. Ioan.

m ¶ *Liceat.*] licet sit remota appellatio: tamen quia tertius deest, qui posset alios reuocare, potest appellari d. extra de eo qui mit. in possessio. cum sicut. in parte decisa. Vel intellige quando vnus delegauit aliis vices suas. Tunc enim appellatur. extra de off. delegati. super quæstionum.

Lacuit.] CASVS. Quidam clerici conuenti coram episcopis suis, iusta de causa recusabant eos. Dicitur, quòd vicini episcopi electi à partibus de consensu suorum episcoporũ cognoscant de causa, à quibus non appellatur, nisi ad Africana cõcilia, vel primates. si ad concilia transmarina appellauerint, excommunicentur. sed dicit Gratianus, hoc verũ esse, nisi ad sedem Apostolicam appellauerint, vt in sequenti §. dicitur.

a ¶ *Fuerint.*] recusando eos, & intra triduum alios eligendo. 3. quæst. 3. §. offeratur.

b ¶ *Vicini.*] forte non erat metropolitanus, & ideo prouinciales episcopi supplent defectum metropolitani.

c ¶ *Consensu.*] maxime. Vel ideo dicit, quia sine licentia eius non potest clericus renuntiare foro. extra de foro cõpet. si diligenti. sed de licentia episcopi potest adire iudicem ecclesiasticum, vt extra de foro compet. significasti. vel ideo dicit ex consensu, quia episcopus delegabit ei causam: tamen ille non cogitur eam recipere: quia par in parem nõ habet potestatem vel imperium. & est simile 6. quæst. 4. si quis episcopus.

d ¶ *Concilia.*] casus vbi non appellatur ad delegantem, hoc ideo fit, quia est suspectus. & est simile §. ea. anteriorum. in fine.

HIS AVTEM. CASVS. Dicit Gratia. q̃ appellator non debet remitti ad eum, à quo appellauit. Et hoc probatur sequenti cap.

Si quis episcopus.] CASVS. Aliquis episcopus damnatus fuit ab episcopis suæ prouinciæ: appellatum fuit ab eis ad Romanum pontif. Et certe dicitur hic, quòd si Papa receperit appellationem suam, & æquam reputauerit, vt causa reuocetur vel renouetur, committat causam episcopis vicinæ prouinciæ, qui cognoscant de causa cum aliquo legato Domini Papæ, si ei placuerit aliquem destinare: alioquin soli episcopi procedent in causa.

e ¶ *Vt reuocetur.*] alia est ergo causa appellationis quàm principalis, vt 6. quæst. 4. Ostius.

f ¶ *In finitima.*] non ergo remittitur causa ad eum à quo appellatum est, nisi partes [a] hoc petãt, vt extra de ap. accepta. &c. interposita. §. 2. nisi velit ei deferri à quo appellauit, vt reuocet, nõ vt cognoscat, vt extra de sen. exc. per tuas. & extra de matri. contracto contra interdictum ecclesiæ, litteræ. & quãdo frustratoria est appellatio. vt extra de appel. cum in ecclesia.

g ¶ *Et propinquæ.*] vt nec sit vltra duas dietas, vt extra de rescri. nonnulli. sic ff. 3. q. 6. neminem. extra de off. deleg. prudentiam. §. fexta. & extra de app. cap. vltim.

h ¶ *Auctoritatem.*] Et sic videtur quòd episcopi vicinæ prouinciæ ordinario iure cognoscant. argu. §. cap. proximo. & sic ordinarius & delegatus simul poterunt cognoscere de causa. Quid ergo iuris est si isti dissentiant in sententia? Dic vt §. ead. §. si plures. extra de sent. & re iudi. cap. fin.

ARBITRARII. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, arbitrarij tantum sunt qui non habent potestatem, à quibus non appellatur: & imputet sibi qui tales elegit. Secũdo dicitur, quòd si sententia iudicum à quibus appellatur, fuerit retractata, non obest eis nisi conuincãtur iniusta tulisse sententiam inimicitia vel gratia deprauati: & hoc probat per sequens cap.

i ¶ *Arbitrarij.*] Hæc verba habes. ff. de arbi. l. diem. §. ftari. nisi contra ius sit quod proferetur j. ea. §. est autem quando.

Hoc etiam.] Hæc est 7. pars quæst. in qua ponit x. diuersos casus in x. cap. Ioan. de Fant.

CASVS. Dubitabatur vtrum iudices puniri debeant, quorum sententia per appellationem fuit retractata: & statuitur in concilio quòd propter hoc puniri non debent, nisi conuicti fuerint odio vel gratia vel pecunia sententiam protulisse.

k ¶ *Obsit.*] nisi quantũ ad hoc quòd in aliis causis possint suspecti recusari. extra de ap. ad hæc. & c. proposuit.

l ¶ *Si conuinci.*] Argumentum, quòd contra aliquẽ ex officio suo facientem aliquid non sit malum præsumendũ nisi conuincatur. 11. quæst. 3. absit. & c. si episcopus forte. 9. quæst. 2. Lugdunensis. extra de renuntia. in præsentia. de sen. & re iudi. sicut. Hodie non præsumitur pro solo iudice, nisi hoc legitimis constiterit documentis, vt extra de proba. quoniam contra falsam.

m ¶ *Vel iniquo.*] Si iudex per suam imprudentiam iudicauerit male, punitur quantum iudici videtur æquum. ff. de var. & extraor. cog. l. vltim. sed si per imprudentiam assessoris, tunc assessor tantum punitur, vt ff. quod quisque iur. l. 2. Sed si iudex per dolum, vel per gratiam, vel odium, vel pro pecunia male iudicauerit, punitur in veram litis æstimationem: & etiam infamis fit. C. de pœna iudi. qui ma. iud. l. 2. & instit. de obli. quæ ex quasi delic. nasc. §. 1. Si autem iudex non vult iudicare, facit litem suam, vt 32. quæst. 1. dixit Dominus. dic vt ibi dixi.

QVERITVR. CASVS. Mouet hic Grat. q. an iudex à quo appellatur, possit esse testis in causa propter quam est appellatum ab eo: & probat quòd non, sequenti cap.

Tatutum.] CASVS. Appellatũ fuit à sententia iudicis: alter litigatorum corã iudice appellationis volebat ducere in testimonium iudicem, à quo appellatũ est: similiter assessorẽ vel aduocatum, quæritur vtrum possit? Et Respondet quòd non. In fin. dicitur, quòd clericus ad testimonium compelli non potest.

a ¶ *Apostolico.*] id est, canonico.

b ¶ *Decisio.*] id est, sententia.

c ¶ *Clericorum.*] id est, iudicum.

d ¶ *Displiucerit.*] & ideo appellauerit.

e ¶ *Præses.*] id est, præsidium ferens, i, aduocatus [a] vel assessor. præses enim dicitur defensor. 22. quæst. 4. nemo.

f ¶ *Cognitor.*] Instrumento tamẽ iudicis creditur super his quæ acta sunt coram eo: & etiam dicto suo creditur, vt extra de restit. spol. olim. in fi. & c. cum ad sedem. & extra de senten. & re iud. cum super. & ca. sicut. & extra de eo qui mit. in pos. cap. 2. & de testi. cũ à nobis. C. de contrahen. stipul. optimam. C. de fal. si quis decurio. Arg. contra. C. de reli. l. 1. C. de arbi. ne in arbitris. ff. de custo. re. diuus. §. ea. biduum. in fin. extra de cõdi. appo. per tuas. extra de accus. cum dilecti. in fin. Creditur tamen iudici cum aliis adminiculis, extra de testib. cum à nobis.

f ¶ *Vel cognitor.*] Pro hibetur ergo ne iudex, vel aduocatus, vel assessor fiat testis in causa illa iudex enim offensus & suspectus est appellãti, vt extra ea. proposuit. Itẽ quia iudex semper vellet tueri suam sententiã: & ita non esset ex vtraque parte, quod est officium testis, vt 14. q. 5. non sane. instruere tamen potest eum qui cognoscit de appellatione, vt 18. dist. cap. 1. licet sit arg. contra. ff. de iud. eum qui. Nec etiam assessor potest esse testis: quia ipse libellis & sententiis & cognitionibus præsest. ff. de assess. l. 1. licet sit arg. quòd possit. ff. quod metus cau. l. metum. §. sed quod prætor. in fi. Item aduocatus [b] executor negotij non potest esse testis, vt ff. de testi. l. vlt. & 4. quæst. 3. testes quos. circa medium. sicut nec aduocatus iudex potest esse: nedum aduocationis suæ memor, &c. C. de assesso. nemo. Ioan. Quidam dixerunt, quòd in principali negotio non admittuntur hæ personæ: sed super his quæ acta sunt in causa, sic extra de accusa. cum dilecti. hoc tenet Hug. Alij vero contra. B.

g ¶ *Ad testimonium.*] Regulare est, quòd in ciuilibus negotiis cogi potest quilibet testificari. 11. q. 3. quisquis metu. C. de testi. si quando. sed clerici non coguntur ad testimonium: sicut nec ad alia officia publica, vt 16. q. 1. generaliter. quia clerici non de facili debent iurare. 2. q. 5. si quis presbyter. Sed si aliter veritas non potest manifestari: tunc per episcopum possunt cogi clerici ad testificandum. 14. q. 2. quãquam. Item & si gratia, odio, amore vel timore se subtrahunt. extra de testib. cog. cap. 1. & c. dilectorum.

h ¶ *Pulsetur.*] id est, cogatur.

AB EIS. CASVS. Modo probat Gratianus quòd non licet tertio super eodem negotio appellare.

Sautem.] CASVS. Quæritur fuit vtrum ei qui bis appellauit super eodem articulo, liceat super illo, tertio appellare. Et respondet quòd non: sed eligantur iudices de consensu partium, à quibus non prouocetur. Et quòd ita intelligi debeat cap. probat Gra. §. sequenti. qui per se patet. & l. sequen.

i ¶ *Si autem.*] pone casum §. ea. à iudicibus.

k ¶ *Vt ab ipsis.*] Si hæc dictio, vt, ponitur consecutiue, vt Gra. vult, tunc intelligas prout dixi §. ea. à iudicibus. sed si ponitur modaliter, nihil est hic iuris: quia taliter bene possunt eligi iudices, vt non liceat prouocari. vt C. de tempo. appel. l. vltima.

l ¶ *Eademque.*] Argu. contra aduocatos: quia eadem causa dicitur appellationis cum principali. sic §. e. si episcopus. & 16. dist. habeo. Arg. contra. 6. q. 4. Ostius. Sol. eadẽ est causa, id est negotium: sed non est idem iudicium: quia alij sunt iudices. Ioan. & pronũtiant appellationẽ iustam vel iniustam, vt §. ead. §. vltim. sed in priori causa pronuntiatur de ipso principali. & hoc notaui in quæstionibus meis. B.

c

IQVIS. CASVS. Tria dicuntur in hac lege. Primum est, q̃ in vna causa & super eodem articulo non licet tertio prouocare. Secundum est, quòd sententia præfecti prætorio retractari nõ potest. Tertium est, quòd si in causa in qua secundo appellatum est, datus fuit iudex delegatus: licet ab eo appellari non possit, recusari tamen potest ante litcontest. & implorari audientia delegantis.

m ¶ *Tertio in eadem.*] Ergo qui bis appellauit, non auditur tertio appellans. hoc ideo, quia præsumitur quòd toties iuste condemnatus sit, quod facere potest, vt infra ea. appellatore. Vel intellige quando idẽ qui appellauit, impetrauit iudicem illum: quia eum potest recusare propter nouam causam superuenientem, vt extra de offi. delega. insinuante.

n ¶ *Super eisdem.*] §. ea. omnes. in prin.

o ¶ *Arbitro.*] id est, iudice delegato [d]. Vel intellige de arbitro coram quo probanda est causa recusationis.

p ¶ *Qui eum dedit.*] Per hoc patet, quòd cum delegatus recusatur, & recusatio sit probata, statim euanescunt litteræ, & remittitur negotium ad delegantem. sed si ordinarius recusatur, tunc tenet illud quod est in illa constitutione speciali. extra ead. ad hæc 1. & j. 11. quæst. 1. peruenit. Ioan.

q ¶ *Litis contestationem.*] quia est dilatoria exceptio, vt 3. quæst. 6. §. exceptio. sic 3. quæst. 5. quòd suspecti. de hoc dicemus j. 3. quæst. 3. §. offeratur. Et sic patet quòd in causa appellationis est lis contestanda. extra de testa. Raynaldus. ergo & libellus est porrigendus: tamen aliter fit de consuetudine Ioan. Certe immo de cõsuetudine porrigitur libellus talis: Peto sententiam confirmari vel infirmari latam inter me & talem. B.

r ¶ *Innocare.*] & istum recusare.

CVM AVTEM. CASVS. Dicit Gratianus quòd causa status vel criminalis si appellatum fuerit, non agitur per procuratorem. Et hoc probatur sequenti ca. cuius casus planus est. H. tamen intellexit idem ante appellationem, vt dicit in summa.

s ¶ *I quando in causa capitali.*] j. 5. q. 3. in criminalibus.

t ¶ *Status.*] In causa status non constituitur procurator, nisi ille qui constituit, sit in possessione libertatis, vt 54. distin. frequens. & C. de asser. tol. l. 1. in prin.

v ¶ *Per exploratores.*] i. procuratores. sed in causa appellationis in his casibus admittitur procurator etiam in causa criminali e, & in causa status, vt ff. de appel. non tantum. & ff. de libe. cau. l. 1. vbi filius pro patre, & econuerso, potest appellare, etiam ipsis inuitis: quia interest filiorum parentes habere liberos, & econuerso, vt ibi.

v ¶ *Per exploratores.*] Regulare est, quòd per procuratorem non agitur de crimine: sed fallit de crimine iniuriarum, vt j. quæst. 9. §. nisi. Item quis se excusare potest de crimine conuentus & accusatus per procuratorem. 5. quæst. 3. reos. Item excipere. extra de accusa. veniens. & c. super his. Item in leuibus criminibus. ff. de accus. leuia. Item si crimen non excedit pœnam relegationis, vt ff. an per alium causæ appellationis exerceri possint. l. 1. Item si agatur ad pecuniariam pœnam, licet infametur reus, vt in eadem lege. Item in crimine suspecti. ff. de procu. non solum. §. vltim. Item vbi quis alium vult accusare de ingratitudine. ff. de procura. sed & hæ. §. 1. Item in actione populari interuenit procurator ad defendendum, sed non ad agendum, vt ff. de popul. act. qui populari. Item secundum quosdam per nuntium potest agi in causa criminali, vt extra de rest. spol. litteras. Item cum causa non est pure criminalis, vt extra de procu. tuæ. Item per socium litis agitur in causa criminali; vt 3. q. 6. hæc quippe. & extra de do. & contu. cum dilecti. in princip. & 2. q. 5. statuit.

TEM-

Item ex concilio Mileuitano, c. 22.[1]

¶ Qui de episcoporum iudiciis queruntur, à vicinis episcopis audiantur, vel ab aliis ex consensu eorum adhibitis. C. XXXV.

PLacuit, vt presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici in causis, quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint [a], vicini [b] episcopi audiant, & inter eos quidquid est finiant, adhibiti ab eis ex consensu [c] episcoporum suorum. Quòd si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, nisi ad Africana cõcilia [d], vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiatur.

Nisi forte [e] *Romanam sedem appellauerint. Is autem qui appellauerit, ad eum, à quo appellauit, remitti non debet.*

Vnde in Sardicensi concilio, c. 7.

[e] ¶ Nisi forte.] *Hæc in antiquis codicibus scribuntur tamquam Gratiani verba. Et ad hanc sententiam demõstrandam affert sequens capitulum ex concilio Sardicensi.*

¶ De eodem. C. XXXVI.

SI quis episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint; si appellauerit, qui deiectus fuerit, & cõfugerit ad beatissimum Romanæ ecclesiæ episcopum, & voluerit se [β] audiri, si iustum putauerit, vt [γ] reuocetur [e], vel renouetur examẽ, scribere episcopis dignetur his, qui in finitima [f], & propinqua [g] prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd [δ] si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt de latere suo presbyteros mittat, erit in potestate eius, & quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, vt etiam habeant auctoritatem [h] personæ illius, à quo destinati sunt; erit in eius arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos [ε], vt negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

β ¶ Se audiri.] *Græce est,* καὶ βούληται αὐτὸ διακοῦσαι *id est,* si Romanus episcopus voluerit ipsum audire.

γ ¶ Reuocetur, vel.] *Hæc absunt à concilio tam impresso, quàm manuscripto cum variis exemplaribus collato, & legitur tantummodo* renouetur; *quemadmodum Græce est,* ἀνανέωσαθῆ. *& sic refertur à Nicolao, & Iuone, sed ob glossam non sunt inducta.*

δ ¶ Quòd si is, qui rogat.] *Græce est,* ἐὰν δὲ τὶς ἀξιῶν καὶ πάλιν ἀκοῦσαι παρακαλέσει. *id est,* Si quis autẽ postulet, & rursus negotium suum audiri, *vt sit secunda appellatio, quæ etiam significatur in capite,* Gaudentius. *quod apud Græcos proxime antecedit huic capiti.*

ε ¶ Episcopos.] *Sequebatur in codicibus Gratiani, etiam in manuscriptis quemadmodum & apud Iuonem* comprouinciales; *quæ vox non est in concilio, neque apud Nicolaum. Græce legitur* καὶ ἀπόφασιν τῆ ἐπισκόπῳ. *id est,* & ipsius episcopi sententiam. *Balsamon tamẽ videtur legisse* τῶν ἐπισκόπων, *& primum interpretatur de episcopis prouincialibus, deinde de aliis.*

Arbitrarij [i] *tantum sunt, qui nullam legitimam potestatem acceperũt, à quibus appellari non licet; quia eis imputandum est, quòd sibi tales elegerunt. Si vero sententia eorum, à quibus appellatur, soluta fuerit* [ζ]*, nihil eis oberit; nisi forte vel inimicitia, vel pecunia deprauati iniustam probentur tulisse sententiam.*

Vnde in concilio Carthaginensi 3. cap. 10. legitur.

ζ ¶ Fuerit.] *Sequebatur in vulgatis,* per eum, ad quem appellatũ est: *quæ sunt expuncta; quia in vetustis codicibus nõ habẽtur.*

¶ Cum per appellationem sententiæ soluitur, non debet obesse ei, qui non iniquo animo iudicauit. C. XXXVII.

[η] HOc etiam placuit, vt à quibuscũque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas, fuerit prouocatum; non eis obsit [k] quorum fuerit soluta sententia, si conuinci [l] non potuerint, vel iniquo † [m] animo iudicasse, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati.

Quæritur autem de eo, à quo appellatur, an sit euocandus in testimonium apud eum, ad quem appellatur, super negotio, cuius cognitionem suscepit. De hoc ita statutum est in concilio Carthaginensi, 5. cap. 1. [5]

¶ Clericus non deuocetur in testimonium illius causæ, cuius primũ cognitionem suscepit. C. XXXVIII.

[6] STatutum † est, vt qui forte in ecclesia quãlibet causam

1 & Afric. c. 9...

11. q. 3. presbyteri.

Suffraganei quidoque sup lent defectũ archiepiscopi.

Nicol. in epist. ad Michaelem, quæ incipit [Proposueramus] & in epist. ad episcopos apud Conuinci num cõgregatos. Iuo p. 5. c. 27. conc. Afri. c. 101.

a 4. q. 3. testes. cau. 1. l. 6. c. 1. ff. c. Romanus. cui Ioannis. Iudex infamis & de creditur. vel cognitori, vel procuratori.

b al. ecclesiastico cum subditis vrbanis

i Vt, dupliciter ponitur.

Appellationis causa non est ad iudicem à quo, remittenda.

2 Id est, pars. extra de app. interposita §. 2. nisi pars appellata petet. quòd appellans instruendus, & cum suis muniendus ad sedem Apostolicam accederet, vt lib. 6. ea. tit. cordi secundũ Iuno.

Adde pro hoc tex. in l. deferre. §. iidẽ decreuerunt. & ibi Bart. & glo. ff. de iure fisci. no. Inn. & moder. in cap. 2. de arbi.

c Q. veneream lis est. & incipit, quæritur vtrũ in causa appellationis. vbi dicitur q̃ in causa appellationis iterũ effet iudex. andum. extra de appellationibus. Archi.

aliquid facere ex officio.

4 Inno. cap. 36. Paul. c. 19. ¶ Iudex male iudicando peccat.

† [inimicitia] vtra lectio.

b Adde per Doc. de hac materia in l. argentarius. ff. eo. cõgru. ff. de eden. & quæ no. in c. 1. de re iud. lib. 6.

5 Extra Arbitr. cap. 16.

6 Inno. c. 2. 30. ¶ al. Statutum dum origi.

TEMPVS. CASVS. Modo ostendit, quòd annus vel biennium datur ad prosequendam appellationem. & hoc probatur l. sequenti.

EI qui appellat.] CASVS. Quæritum fuit intra quod tempus debeat quis appellationem suam prosequi. Et certe respondetur quòd intra annum, & iusta causa interueniente dabitur ei biennium. Sed si infra hoc tempus suam appellationem non fuerit prosecutus solus vel cum aduersario, rata manet sententia.

a ¶ *Alius.*] Idem beneficiū dant antiquæ decre. vt extra de appellatio. ex ratione. & c. cum sit Romana. Similiter nouæ. extra eo. constitutus. hoc tamen tempus iudex potest arctare. extra eod. reprehensibilis. & c. cum sit Romana. licet sit argu. contra ff. de re iud. l. 4. §. si quis. vbi dicitur quòd iudex beneficiū legis nō potest diminuere.

ADDITIO. De hoc dic vt not. in prædictis cap. cum sit Romana.

b ¶ *Annus.*] ‖ Si appellatur ad alium quàm ad principem, tunc videntur sex menses dandi. Item si appellatur à delegato qui non recipit appellationem, dantur tres menses. C. de temp. appe. l. 2. §. quòd si secundum. si à pedaneis iudicibus, tunc duo menses, in authen. de iud. §. audiant ergo. colla. 6.

c ¶ *Manet.*] quia fingitur non prouocasse, vt C. de temp. app. l. vlt. circa fin. fuit tamen extincta sententia per appellationem, vt ff. ad Turpil. l. 1. in fin. sed ante sententiam appellans si non prosequatur appellationem, stabit iudicio eius à quo appellauit. extra eo. personas. nec post auditur appellans, vt extra eo. reprehensibilis. & c. consuluit. & c. personas. Ioan. nisi iterum grauetur, vt extra eo. vt debitus. & c. directe. B.

APPELLATORE. CASVS. Dicitur in hac lege, quòd si appellator non prosequatur intra biennium, victor in vltimo mense debet adire iudicem: & requisito reo, siue inueniatur siue non, procedatur in causa, absente omnino in expensis condemnando. Si vero neuter adiuerit iudicem intra biennium, rata manet sententia.

d ¶ *Vnus mensis.*] Hic habes quòd victor potest præuenire legalem terminum appellationis per mensem, vt C. de temp. appel. l. vlt. §. in his autem casibus. sed victa pars potest quattuor diebus præuenire, vt ea. l. §. præced. ‖ Et no. quòd triplex est terminus appellationis. quandoque statuitur terminus ad iter arripiendum, vt extra de sen. & re iud. cum ex causa. extra de ap. peruenit. quandoque statuitur terminus ad præsentandum se a iudici appellationis, vt extra eo. cum sit. & c. significauit. tertius terminus est qui statuitur à lege, scilicet annus vel biennium: & intra illum debet esse finita causa appellationis, vt hic, & C. de tem. ap. l. nemo. & l. vlt. circa medium: & in auth. de ap. circa medium. coll. 8. Hoc autem scias, q̄ terminum statutum ab homine nō potest altera pars præuenire, vt extra eo. sæpe. sed terminū legalem potest præuenire, cum modicum superest de tempore, vt hic dicitur, & extra eo. oblatæ. Secundum legem antiquam potérat & debebat elapsa medietate termini legalis victor se exhibere iudici appellationis, vt C. de temp. ap. nemo. sed tamen (vt patet ex illa decre. oblatæ.) quandoque ante terminum potest altera pars prosequi causam appellationis, dum tamen altera pars non præueniat diligentiam alterius. argum. 16. quæst. 3. placuit 2. & extra de ap. vt debitus.

e ¶ *Inuento.*] ‖ Hic patet q̄ etiam in causa ap. partes sunt citandæ b. si tamen altera pars non venerit, iudex ea absente potest procedere, vt hic dicitur: quia priuilegium eius est qui de ap. cognoscit, quòd possit vna parte absente litem audire, vt C. de temp. ap. l. vlt. §. pe. Si tamen absens probat iustam causam absentiæ, bene retractatur quod factum est, vt extra de sen. & re iud. cum Bertholdus.

f ¶ *Omni casu.*] i. siue vincat, siue vincatur, vt extra de ap. reprehēsibilis. & c. sæpe. & C. de iud. properandum. §. si autem. & 3. q. 3. libellum.

SED LIS. Casus istius legis habetur ē. ea. c. anteriorum. §. ad hoc.

SI VERO. CASVS. Modo ostendit Grat. q̄ quilibet potest suæ appellationi renuntiare, etiam si libellos appellatorios receperit, & hoc probat lex sequens, quæ satis plana est: & per te casum formabis.

Tempus autem exequendæ appellationis annus est; vel si iusta causa interceſſerit, biennium.

Vnde in Authenticis constit. II. *collatione* 5. ¹ *legitur.*

¶ De eodem. C. XLI.

EI, qui appellat, impetitur annus, intra quem, secūdum se, communiter cū aduersario litem exequatur; aut, si iusta causa interceſſerit, alius a annus b indulgeatur: quo transacto, lite non completa, rata manet c sententia ¶ Appellatore cessante, cum vnus mensis d supereſt ex biennio, licet victorii ingredi, vt reus quæratur: quo siue inuento e, siue non, suas afferat allegationes; & vel confirmetur, vel rescindatur sententia, omni casu † absente expensis, † condemnando secundum tempora fatalium dierum. Neutro vero concurrente post secundum fatalem permaneat sententia rata. *Constitutione secunda in collatione quarta.*

¶ ² Sed lis, quæ sperātur in cōsistorium principis inferri, absque dāno moræ manet intacta, donec ipse faciat eam introduci, & à proceribus secundum morem dirimi.

Si vero is, qui appellauit, pœnitentia ductus g *ab appellatione deſiſtere voluerit, non prohibetur: ſicut in* 7. *lib. Codicis, tit. de appellationibus lib.* 28. *Impp. Archadius, & Honorius ſtatuiſſe leguntur.* ¶ *Si* h *quis libellos appellatorios ingeſſerit; ſciat ſe habere licentiam arbitrium commutandi* h, *& ſuos libellos recuperandi: ne iuſtæ pœnitudinis humanitas amputetur.* ¶ *Eſt autem, quando appellationem interponi non eſt neceſſe. In eodem nāque libro, & eodem titulo. l.* 27. *ijdē Impp. decreuerunt.* ¶ *Nominationes vero libellis, vel edictis factæ citra concilium † publicum* i *non valent, de quibus nec appellare* k *neceſſe eſt; ſi ſolennitas deeſt.*

§ *Diffinitiua* l 3 *quoque ſententia, quæ condemnationem, vel abſolutionem non continet, pro nulla habetur.* ¶ *Item ſententia citra ſolitum ordinem* m *iudiciorum à præſide prolata, auctoritatem rei iudicatæ non obtinet.* ¶ *Item ſi ſententia lata fuerit contra res prius iudicatas* n, *à quibus prouocatum non eſt; ſententiæ auctoritatem non obtinebit, & ideo appellare non eſt neceſſe.* ¶ 4 *Item ſi ſententia*

g ¶ *Pœnitentia.*] ff. de dona. qui saxum. ff. de repu. si pœnituit. ff. locati. l. si in lege. §. penul. ff. de in ius voc. quamuis. ff. de mino. quòd si minor. §. Scæuola.

g ¶ *Pœnitentia ductus.*] Intellige si pœnitet cum adhuc nihil interest aduersarij. ff. de cond. ob cau. si pecuniam. potest tamen iterum appellare c. extra de ap. directe.

h ¶ *Commutandi.*] Sic extra de ap. cap. directe. quod tamen verum est re adhuc integra: quia si aduersarius iam recesisset, non posset iste mutare confilium in iniuriam alterius ff. de reg. iur. nemo.

EST AVTEM. CASVS. Supra dictum est, quòd licite quis appellat. Nunc ostendit in quibus casibus non exigitur appellatio.

NOMINATIONES. CASVS. Aliquis nominatur ad aliquam dignitatem præter publicum concilium. dicitur hic q̄ talis nominatio non valet, nec ab ea necessitas est appellare.

i ¶ *Publicum.*] Et cleri & populi, vt 24. distinct. episcopus. etiam absentibus ad xij. dietas vocatis, vt extra de elect. cum inter. si sine periculo possunt vocari, vt extra de elec. quod sicut. Hodie qui non potest interesse, hoc iurabit d, & sic potest cōmittere vices suas alicui de ecclesia sua, vt extra de elect. quia propter. De hac materia notatur 7. q. 1. factus est, & vocabuntur qui sunt in prouincia, vt extra eo. coram. Hodie ſtatur consuetudini. extra de elect. in Genesi. Item patet hic q̄ licet omnes canonici elegerint aliquē seorsum non conuocato concilio, q̄ electio non valet. 63. dist. c. 1.

k ¶ *Appellare.*] Appellatio tamen tuetur electionem minus benefactam, vt extra de elect. considerauimus.

DIFFINITIVA. Hæc est 8. pars, in qua ponit xx. casus diuersos. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicitur hic, q̄ sententia quæ absolutionem vel condemnationem non continet, nulla est ipso iure. Idem dicitur de sententia lata contra solitum ordinem iudiciorum. Idem dicitur de sententia lata contra sententiam à qua non fuit appellatum: nec in his casibus appellatio necessaria est.

l ¶ *Diffinitiua.*] ‖ Diffinitiua sententia est, quæ finem imponit negotio. ff. de arb. qualem. & 11. quæst. 3. summopere. alia omnis est interlocutoria. sufficit tamen proferre verba, quæ habent vim condemnationis vel absolutionis, vt extra de ver. si. in his. & ff. de arb. quid tamen. §. si arbiter. Item si cōtinet condemnationem, sed tamen incertam, non valet, vt si iudex præcipiat solui debitum, vt C. de sent. quæ sine certa quantitate profertur. per totum. quandoque etiam tenet sententia, licet non contineat condemnationem vel absolutionem, vt in sententia sub conditione lata, vt ē. ea. biduum.

f ¶ *Præuaricati.*] ergo si non sunt præuaricati, videtur quòd sint admittendi, non obstante præcedenti delicto, sicut & alius qui fuerit in mortali [d]: vt 3. quæst. 1. diffinimus. quod quidam negant, cum nec ad ordines admittatur qui quandoque fuit criminosus: vt 25. distinct. primum. & 6. quæst. 1. qui crimen. & ff. de ritu nup. palam. vbi dicitur, turpitudo licet intermittatur, non tamen deletur. sic ff. de fur. qui ea mente. Ioan. Quid iuris sit de hoc, dicitur extra de testi. testimonium, vbi corrigitur hoc. Per.

g ¶ *Infirmari.*] supra 19. distinct. cap. fi. vel aliter argu. quòd non valet dictũ testis, si postea detegitur eius infamia.

h PAgani.] ¶ *Accusare.*] nisi suã iniuriam prosequãtur: vt 4. quæst. 6. omnibus. sed hæretici nõ: quia excommunicati sunt. extra de hær. vergentis. & cap. excõmunicamus. ‖ Sed nũquid isti, scilicet pagani & Iudæi audiuntur in exceptis criminibus? D. cp non. secundum H. sic. sed quòd Iudæi possint, videtur extra de Iudæ. cap. Iudæi. sed decr. expresse contradicit, quæ dicit, cp testis debet esse fidelis: vt extra de testib. licet. 1. & ea ratione, quia sunt in peccato mortali. & sic non sunt audiendi [e]. extra de testi. super eo.

i ¶ *Aut vocem.* oportet tamen clericos habere testimoniũ bonum ab his qui foris sunt. infra 8. quæst. 1. licet de consec. distinct. 1. iubemus.

k ¶ *Infamationis.*] vt se expurgare debeant.

IN HOC CAP. CASVS. Dicit est supra in c. alieni. quod hæreticus non accusat catholicum: apostatã non accusat illum, qui non est apostata, nec schismaticus potest accusare illũ, qui non est schismaticus.

Concludit ergo Gratianus à contrario sensu, quòd hæretici admittuntur contra hæreticos, schismatici contra schismaticos, apostatæ contra apostatas, quia æqualitas fidei & conuersationis est seruanda inter accusantem & accusatum. Et hoc innuit sequens capitulum, & allegando dicit, cp sufficit, cp aliquis sit bonus ad hoc, vt possit accusare. Item hæreticus non admittitur, cum sit excõicatus: vt 7. 11. q. 3. cum excõicato.

l ¶ *Æqualitas.*] falsum dicit. sufficit enim quòd accusator sit bonæ famæ, licet accusatus sit melioris: vt infra eadem lator. Item in aliis falsum dicit, ‖ quia nec infamis infamem, nec criminosus criminosum accusat: vt 6. quæst. 1. qui crimen. f. nisi prius eum toleraut scient ecclesiæ. Item fallit in arenario, qui potest accusare arenarium: vt C. de inoffi. test. in arenam. Item fallit in casibus, in quibus socius criminis non repellit socium, quos habes notatos. 4. quæst. 3. liberi. & C. de testib. quæ iniam. aliàs quilibet cuiuscumque conditionis, & quantumcumque criminosus viles & criminosos ab accusatione, vel testimonio repellit. vnde etiam socius à sua accusatione repellit socios viles, & criminosos. ff. de accus. hos accusare. §. si seruus. & 3. quæst. 4. cap. pen. quod falsum est in exceptis criminibus: vt supra in princ. quæstionis notaui. *Si hæreti-*

Opponitur[a] *huic distinctioni. Ipsi sacri canones distinguunt in quo casu pastores sint accusandi à subditis dicentes* [1] *Oues pastores suos non accusent, nec reprehendant, nisi à fide exorbitauerint.*] *Ecce in quo casu sunt accusandi à subditis, in aliis autem minime.*

3 *Huic oppositioni respondetur sic. Distinctio illa canonum de criminosis,* [2] *& infamibus intelligitur: Oues enim criminosæ, & infames pastorem suum accusare, vel reprehendere non possunt, nisi à fide exorbitauerit. Ceterum si à fide exorbitauerit, tanta est labes illius criminis, quòd ad eius accusationem, & serui aduersus dominum, & quilibet criminosi, & infames aduersus quemlibet admittãtur.*

Vnde Dionysius Papa ad Seuerum episcopum, epistola secunda.

¶ Infames & hæretici, homines bonæ famæ accusare non possunt.
C. XXIII.

¶ *In multis vetustis exemplaribus rubrica huius capitis sic habet,* Infames accusare possunt hæreticos. *in aliis vero nonnullis,* Infames non possunt accusare catholicos.

2 ALieni erroris [b] socium, vel à sui voluntarie propositi tramite recedentem [c], aut sacris Patrum regulis, & constitutionibus non obedientem [d] suscipere non possumus [e], nec debemus: nec impetere recte credentes, vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes esse cẽsemus, qui suam aut Christianam præuaricantur legem 3, aut Apostolicam, vel regularem libenter postponunt auctoritatem.

Item ex concilio Toletano quarto, cap. 63.

¶ Christianos accusare, vel in eos testificari non possunt, qui fidem acceptam deseruerunt. C. XXIIII.

NOn potest erga homines esse fidelis, qui Deo exiterit infidus. Iudæi ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, & nũc Christi fidem præuaricati [f] sunt, ad testimonium dicendum admitti non debẽt, quamuis esse se Christianos annuntient: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita & in testimonio humano dubij habentur 4. Infirmari [g] ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur; nec eis est credendum, qui veritatis à se fidem abiecerunt.

Item Caius Papa Felici episcopo.

¶ Hæretici, Iudæi, vel pagani Christianos accusare non possunt.
C. XXV.

5 PAgani, vel hæretici, siue Iudæi non possunt Christianos accusare [h], aut vocem [i] eis infamationis [k] inferre.

¶ *Verba epistolæ sunt,* Primo quidem scias paganos, & hæreticos non posse Christianos accusare, &c.

In hoc capite decernitur, vt hæretici non impetant rectè credentes. Vnde à contra intelligitur, quòd hæretici ab hæreticis impeti possunt. Item à tramite sui propositi voluntarie recedentes non possunt impetere seruantes limitem suæ professionis. Ex hoc datur intelligi, quòd recedẽtes à suo proposito, similiter recedentes criminari possunt. Item non obedientes sanctionibus sanctorum Patrum, non possunt accusare obtemperantes sacris constitutionibus. In quo similiter intelligitur, quòd inobedientibus inobedientes accusare licet. Vnde generaliter colligitur, quòd in accusatione æqualitas fidei, & conuersationis inter accusantem & accusatum semper consideranda est, vt is qui accusat, vel par, vel superior inueniatur. Item nouellarum constitutionum, nouella 45. in fine [6].

a Ad hoc p. q. 3. per tot. vbi dicitur.

1 Hop. 16. c. ipse. Panor. c. 2. de.

b Hæreticus nunquam accusat.

2 Hop. c. 95.

c Apostatam non accusat.

3 Hop. c. nõ est eplebe & c. ac cusatus.

d Pagani in dubium accusationis admittuntur.

e Infamis nõ repellit. ff. de testib. l. 1. ff. de accusat. l. 1. & no. extra de accusat. cap. 1.

f Testimonium quæ loque nõ obstat.

4 Sup. ca. cap. sententia. Gene. 9.

5 Concor. tex. in l. libellorũ ff. de accu. & de priu. de lict. l. 1. cum concor.

6 Apostatam accusat. 56.

Hæreticus.] CASVS. In hoc capitulo tria dicuntur. Dicitur enim quòd si hæreticus litiget cõtra hæreticum, inter se admittitur testis hæreticus: sed si orthodoxus contra hæreticum litiget, testimonium hæretici pro orthodoxo valet. sed si inter se litigent orthodoxi, testis hæreticus non admittitur.

¶ Hæreticus hæreticum accusare, & contra eum testificari potest. C. XXVI.

1 SI hæreticus [a] contra hæreticum [b] litiget, liceat cuiuis eorum hæreticum testem adducere. Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget; pro orthodoxo quidem etiã hæretici testimonium valeat: contra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat. ¶ Orthodoxis autem litigantibus ad testimonium nulli hæretico pateat aditus.

Sed quæritur [c], *si flagitiosissimus Catholicus possit conuenire hæreticum de alio crimine quàm de hæresi. Huic quæstioni ita respondetur. In quo hæreticus inferior est, videlicet in regula fidei, in eo à malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit, videlicet in conuersatione vitæ, in eo à flagitiosissimo conueniri non potest.*

¶ [2] *Item quod dicitur, pastores* [d] *pro suis actibus magis sunt tolerandi, quã corripiendi, dupliciter intelligitur, vel quia à criminosis tolerandi sunt, & non corrigendi: vnde ibi subinfertur, quia sæpe pro meritis subditorum deprauatur vita rectorum. Quorum ergo merito (Deo permittente) vita rectorum deprauatur, ab eis potius sunt tolerandi, quàm corrigendi. Vel quia sunt quidam, qui sæpe deseruntur publicis documentis, & crimen, quod intendunt, probare non valent.*

De quibus in homilia de pœnitentia, cap. 12. Augustinus ait [3].

¶ Quæ publicis documentis probari non possunt, toleranda sunt.
C. XXVII.

PLerumque [e] boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent [e]; quia sæpe deseruntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus [f] probare non possunt.

e ¶ *Plerumque.*] *In aliquot vetustis codicibus legitur*, plerique, *quemadmodum & apud Bedam, & in originali, cuius tamen non ipsa prorsus verba hic referuntur.*

4 *De his* [g] *etiam illud Anacleti* [h] *intelligitur* [4] *sententia Cham filij Noe damnantur, qui suorum doctorum, vel præpositorum culpam produnt ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit.*] *Hac enim auctoritate subditi nõ vel etiã erubescit loqui: vt ff. de fur. l. pe. Itẽ nec nocet ei, qui scit suũ ius durare. ff. qui. mo. pig. vel hyp. fol. sicut. §. non videtur. alias semper obstat taciturnitas: vt extra de his quæ fi. à præla. c. 2. & 54. distin. si feruus.*

f ¶ *Iudicibus.*] iudici ergo facienda est probatio [a], non aduersario: vt 4. quæst. 3. §. item in criminali. versic. sæpe. & *prohibentur ab accusatione, sed à proditione. Aliud est enim prodere, aliud accusare. Prodit, qui non probanda defert; accusat, qui reo præsente crimen iudici offert probaturus quod intendit* [5]. *Cham solus vidit pudenda patris, & ideo per eum intelliguntur, qui cum soli sint conscij criminum suorum prælatorum, atque ideo accusare non possunt; vitam tamen eorum infamando aliis ridendam offerunt.* ¶ *Item obiicitur, quòd subditi etiam religiosi prælatos suos accusare non possunt. Legitur enim in Exodo* [i], *quòd Maria soror Aaron, quæ prima post trãsitum maris rubri sumpto tympano hymnum cantare meruit, postea murmurãs in Moysem, eo quòd Aethiopissam duxerat in vxorem, à Domino lepra percussa est.* ¶ *Item in libro Regum legitur, quòd cum Dauid fugeret à facie Saul, latuit in spelunca, in quam cum Saul diuertisset ad purgandum ventrem, Dauid præcidit oram chlamydis eius; quod se feciisse postea grauiter doluit, & vehementer pœnituit. Saul à Domino erat reprobatus, & ex inuidia Dauid persequebatur, vt eum morti traderet. Dauid erat vir humilis, & mitis, Sauli à Domino substitutus, per Samuelem vnctus in regem: sed tamen, quia præcidit oram chlamydis Sauli, grauiter fleuit, cum à Saule sola administratione vnctionis superaretur. Vnde datur intelligi, quòd subditi, quãuis religiosi sint prælatos suos criminosos accusare non possunt.* [6] *Nam per Saulem, qui ventrem purgabat, prælati intelliguntur, qui malitiam suam corde conceptam in opus producunt.* ¶ *Item legitur in libro Regum, quòd cum arca Domini reduceretur de Gabaa in Hierusalem, bubus recalcitrantibus arca inclinata est: cui dum Oza leuita manum adhiberet, vt eam erigeret, à Domino percussus* [k] *interiit. Per arcam prælati intelliguntur, per Ozam subditi, per inclinationem arcæ casus intelligitur prælatorum, per illum qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes, vel accusantes vitam doctorum, qui à Domino percussi intereunt.* ¶ *His* [l] *ita respondetur. Verum est per arcam significari prælatos, & per Ozam subditos. Illud vero falsum est, quòd per inclinationem arcæ casus significetur præ-*

a Ad idem extra de probat. ex litteris. §. 1. ver. quibus. & de ele. fori potũ. §. vernm. in prin. Arch.

5 Concor. tex. in l. libellorũ ff. de accu. & de priu. de lict. l. 1. cum concor.

Exo. 15.
Num. 12.

1. Reg. 24.

1. Reg. 16.

6 Glos. ordinaria 1. Reg. 24.

2. Reg. 6.

a ¶ *Altiora doceret.*] Argu. quod magister debet docere in alto.

Ioan. 8. b ¶ *Hoc etiam.*] scilicet spūales prædicatores.

c ¶ *Peccatorē.*] in hoc tamen nō peccauit, quia adhuc non erat prohibitum [a], nec hodie est si sub hac conditione ducitur vt fiat fidelis. 28. q. 1. non oportet. Ioan.

a Arg. ad hoc 32. q. 4. obii ciūtur. &c. dixit. vel dic secundum Hug. fecit inscitiā spūs. tuscitādi. arg. 25. q. 1. §. hac itaque. 10.

d ¶ *Item.*] ad hoc similiter tripliciter respōdet, & vltimo male.

ADDITIO. Et est hic responsio ad secundam obiectionem. Arc.

2. Cor. 11. e ¶ *Per Dauid.*] secunda solutio.

Gen. 28. f ¶ *Saul.*] tertia rūsio.

g ¶ *Solus.*] & tamen cū sociis suis.

Psal. 17. h ¶ *Respondetur.*] quibus dicitur, quòd subditi non possunt accusare prælatos.

PAulus.] CASVS. Ianuarius episcopus die Dominica ante missam, & etiam post, exarauit messem cuiusdā laici violenter. de quo reprænendit eum Papa. Ille autem dicebat se non esse arguēdum. Et hoc probat auctoritate Pauli, qui dicit, Seniorem ne increpaueris. sed Gre. respondet & dicit hoc esse seruādum cum seniores boni sunt, sed cū suo exemplo iuuenes corrumpuntur, increpandi sunt seniores: & hoc probat duabus auctoritatibus.

i ¶ *Paulus.*] scilicet in epistola 1. ad Timoth. 5.

k ¶ *Regula.* Arg quòd possumus interpretari & arctare generalia verba Apostoli [b], vt 33. quæst. quos Deus coniunxit. 32. quæst. 5. hoc videtur. & ff de in ius vo. l. quamuis. & ff de resti. quæsirum.

Iac. 2.

b Arg. contra sup. ca. q. cōn fuluisti. 31. q. 1. qñ si dormierit.

Eccle. 7.

l ¶ *Obseruanda.*] exēplia enim prælatorum & seruum facilius corrumpunt, & ideo magis sunt punienda: vt 11. q. 3. præcipue. & 85. dist. tanta [c].

m ¶ *Scriptum.*] scilicet in Esaia.

n ¶ *Laqueus.*] scilicet malo exemplo.

o ¶ *Puer d.*] Canō propter malitiā aliquorum fingit aliquid esse quod non est, & econuerso. 40. dist. multi sacerdotes.

NOn omnes episcopi.] CASVS. Heliodorus q̄suit à Hieronymo, an prælati essent accusandi & eiiciendi. Et respondet quòd boni, vt Petrus & Stephanus non sunt accusandi, sed honorandi: mali vero sunt accusandi & proiiciendi sicut sal infatuatū, vt Iudas & Nicolaus, nec prodest ecclesiastica dignitas in hoc. Et hoc probatur exemplo Centurionis & Danielis.

c Et generaliter quicunque publice peccat exemplum peccandi cuilibet tribuit: & in totam ecclesiam delinquit. 16. q. 2. sed illud. secūdum L. & Hug. Dic q̄ pueritiæ ætas durat vsque ad pubertatē, vt l. pueri. cum glo. ff. de ver. sig.

1 Gregorius past. p. 3 c. 5.

2 Nicolaus in epistola 9. ad Michaelem.

latorum. ¶ *Aliud est enim inclinari, vel descendere; aliud cadere. Legitur enim quòd Saluator noster se inclinauerit, sicut quando digito scribebat in terra; & de montibus frequenter descenderit, in quos ascendebat, vel vt pernoctaret in oratione, vel vt discipulos in monte altiora doceret* [2] *præcepta, vel vt turbas fugiens, ex altitudine montis eas respicere, & libere posset docere. Inclinatio vel descensio humilitatem significat, qua spirituales nonnumquam carnalibus condescendunt*[l]*, & eorum infirmitati compatiuntur, iuxta illud Apostoli.* [*Quis infirmatur, & ego non infirmor.*] *Hoc etiam* [b] *significauerunt Angeli, quos Iacob vidit in scala descendentes. De his etiam per Prophetam dicitur,* [*Inclinauit cælos, & descendit.*] *Per arcam ergo inclinatam intelligūtur prælati, qui subditorum culpam misericorditer portant, & eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Vnde benedicitur, quòd bubus recalcitrantibus arca inclinata est. Boues quippe recalcitrantes subditos significant suis doctoribus non obedientes; quibus dum prælati compatiuntur, quasi bubus recalcitrantibus arca inclinatur. Leuita qui manum adhibuit, significat illos, qui misericordiæ cōpassionem in prælatis suis reprehendunt, eosque in seueritatis amaritudinem erigere volūt. Vnde bene Leuita ille Oza dicitur. Oza quippe robustus dicitur. Illi enim robusti dicuntur, qui cum de sua iustitia præsumunt, misericordiam peccantibus negandam putant, & impendentes reprehendunt. Vnde à Domino percussi intereunt; quia iudicium sine misericordia erit illis, qui nolunt facere misericordiam delinquētibus: Cui per Salomonem dicitur* [*Noli esse nimis iustus, quia est iustus qui perit in iustitia sua.*] *Sic & illud Moysi intelligitur. Per Moysem enim prælati intelliguntur, per Aethiopissam peccatores designantur. Moyses Aethiopissam vxorem ducit; cum quilibet prædicator peccatorem* [c] *sibi copulat, vt ex eo sobolem bonorum operum Deo gignere valeat. Hanc copulam dum Maria, id est, subditi reprehendunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam synagoga intelligitur, quæ in Moysem, id est in Christum murmurauit, quia Aethiopissam, id est ecclesiam de gentibus sibi copulauit, quos lepra perfidiæ & erroris sordidos fecit.* [1] *Non ergo his auctoritatibus subditi prohibentur ab accusatione suorum prælatorum; sed monentur, ne reprehendant misericordem compassionem eorum.* ¶ [2] *Item* [d] *per Saulem prælati intelliguntur, & per Dauid* [e] *subditi. Saul* [f] *purgans ventrem eos significat, qui malitiam corde conceptam foras in opus producunt. Sed*

p ¶ *Non omnes episcopi sunt episcopi.*] id est, non omnes episcopi vocē, sunt episcopi re.

q ¶ *Nicolaum.*] q fuit vnus de septem diaconibus quos Apostoli instituerūt, q fuit reprobus [r].

r ¶ *Cornelius,*] qui primus ex gentibus nomen Iesu Christi est secutus. 26. distinct. deinde.

s ¶ *Ethnicus.*] i. gētilis.

t ¶ *Presbyteros.*] qui condēnauerunt Susanā, ead. §. item cum Balaam.

v ¶ *Infatuatum sal.*] id est, stulti prælati, insipidi in prædicando, fatui in delinquendo.

x ¶ *Proiiciatur.*] id est, deponatur.

v ¶ *Et à porcis.*] id est, dæmonibus, ‖ qui dominātur malis prælatis quasi pecori suo. 24. quæst. 1. §. his auctoritatibus.

Non om

3 Sup. c. cum. 4 ad. cap. 9. & ibi dicitur. fuit. ista. chomerus qui colunt pagani. Hu. & de hoc Habetur 3. 24. q. 3. quidam vero. Nicolaus. fecundum L. qui affert q̄ fuit fatuus chomerus.

‖ Demones malis prælatis dominantur.

5 Sup. c. sententia

Item Hieronymus ad Heliodorum, epistola prima, de laude vitæ solitariæ.

¶ Quemadmodum non facit episcopum, sed vita. C. XXVIII.

6 Ioan. discretus lib. 2. cap. 32. 1. Tim. 5. ‖ al. inuc

PAulus [1] dicit [Seniorem ne increpaueris.] Sed hæc eius regula [k] in eo † seruanda [l] est, cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Nam scriptum [m] est [Laqueus [n] iuuenū omnes vos.] & rursus Propheta dicit [Maledictus [y] puer [o] centū annorū.

Esa. 42. Esa. 65.

y ¶ *Maledictus puer.*] *In codicibus B. Gregorij partim isto fere modo legitur, partim vero, & peccator centum annorum maledictus est, quemadmodum & apud Ioan. diaconum. & in vulgata, nisi quòd hæc habet non, est, sed, erit. Septuaginta autem vt est apud B. Hieronymum, habuerunt, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.*

Item Hieronymus ad Heliodorum, epistola prima, de laude vitæ solitariæ.

¶ Quemadmodum non facit episcopum, sed vita. C. XXVII.

NOn omnes episcopi sunt episcopi [p]. Attendis Petrum: sed & Iudam considera. Stephanum suspicis: sed & Nicolaum [q] respice. *& infra.* ¶ Non facit ecclesiastica dignitas Christianum. Cornelius [r] centurio adhuc ethnicus [s] dono sancti spiritus mundatur; presbyteros [t] Daniel puer iudicat. *& infra.* ¶ Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Christo regnantium. *& infra.* ¶ Infatuatum sal [v] ad nihilum prodest, nisi vt proiiciatu: [x] foras, & à porcis [y] conculcetur.

Item

Act. 10. Dan. 13.

7 Sup. dist. 40. non est facile *Luc. 14.*

Item Augustinus tractatu sexto in c. 1. Ioannis.

¶ Non episcopi nomen, sed vita requiritur. C. XXV.

NOn omnis, qui dicit, pax vobiscum, quasi columba est audiendus: *& infra.* ¶ Corui [a] de morte pascuntur. Hoc columba non habet: de frugibus terræ viuit, innocens eius victus est.

Ité Beda ad c. 2. epist. Secunda Petri. [1]

¶ Docēt ab indoctis, clerici à laicis quandoque merito reprehenduntur.

C XXXI.

SEcuti sunt [b] viam Balaam. &c. Bosor [c] qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem vero habuit suæ vesaniæ: Subiugale mutum in hominis † voce loquens prohibuit prophetę insipientiam.] Plerumque hæretici tam stulta dogmata, tam execranda proferunt sacramenta, vt etiam hæbetum sensus, & paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodis carent, illorum detestetur insaniam, & illorum distorta, & Deo contraria itinera sanius sapiendo redarguat. Et (quod peius quia frequentius est) nonnumquam multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, à laicis clerici merito redarguantur † et qui iure comparantur prophetæ, qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur; nec tamen à proposito praui itineris retardatur. [2] Quibus etiam aptissime nomen congruit ciuitatis, de qua Balaam veniſſe perhibetur. Bosor namque carneus, sive in tribulatione [α] interpretatur. Neque enim alia maior † causa luxuriosis existit, verbum veritatis amore pecuniæ, vel desiderio rerum temporalium adulterare; quàm quòd carnis se concupiscentiæ mancipauerunt. *& infra.*

¶ Sed & nomen ipsius Balaam, qui vanus populus, siue præcipitās eos interpretatur, talibus cōuenit. Qui enim agnitam veritatis viam spōte ipsi deserūt; quid nisi vanus sunt populus? Quid, nisi in præcipitium suos mergunt auditores; quibus non salutaria, quæ corrigant, sed quæ illos delectant, erronea prædicant? de quibus bene subditur [Hi sunt fontes [ε] sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.]

α ¶ *Tribulatione.*] *sequebatur, positus, quæ dictio sublata est, quia neque apud Bedam, neque apud B. Hieronymum in nominum hebraicorū interpretatione habetur.*

Iud. 13. ε *Quia ergo non omnes episcopi sunt episcopi, presbyteri à Daniele puero iudicantur, sal infatuatum à porcis conculcatur, & qui dicit, Pax vobiscum, plerumque non columba, sed coruus reputatur; patet quòd non sem*

per pro officio, atque auctoritate personæ ab accusatione est cessandum: immo contra prauos est agendum, cum omnis persona criminaliter peccans alteretur, [3] *& (vt ita dicam) legibus capite minor censeatur. Qui enim facit peccatum; seruus est peccati tam in pœna, quàm in culpa.*

Vnde Augustinus ait.

¶ Qui suscepturus officium non examinat, nec episcopus sed cœnis impudicus. C. XXXII.

4 QVi nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta deterſit, nec filiorum crimē correxit; canis impudicus dicendus est magis, quàm episcopus.

4 *Caput hoc apud B. Augustinum, ex quo citatur, non est inuentum. Burchardus & Iuo citant ex Gregorio, & eadem fere verba ipse quoque Gratianus 3. dist. 83. subnectit capiti. Nemo quippe. quod est Gregorij Simile quiddam Burchardus l. 1. c. 13. & Iuo p. 5. c. 67. afferunt ex Origene.*

Quibus ergo Hieronymus & Augustinus, Gregorius auferunt nomen columbæ, episcopi, senioris, nonne & priuilegium est auferendum dignitatis, vt possint à subditis reprehendi? Vnde scriptura dissimulans ‖ *priuilegium prauæ senectutis, ait* [5 *Maledictus*] *non senior, sed* [*puer centum annorum*] *Apparet ergo, quòd hi ex accusatione prælatorum infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere, & lacerare conantur, qui locum sui regiminis non nomine tantum, sed vita, & moribus tenent. Alij autem potius laudabiles fiunt ex accusatione prælatorum suorum, quàm infames. Item, quòd dicitur.* [° *Maiorum quispiam minorum accusationibus non impetatur;*] *minores intelligendi sunt non dignitate, sed vita.*

Vnde Hieronymus ait de Paulo super epistolam ad Galatas.

¶ Maiores & minores non dignitate, sed vita intelligi oportet. C. XXXIII.

PAulus Petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem sciret [α].

¶ *Caput hoc, quod citatur in plerisque exēplaribus ex B Hieronymo. & in aliquot ex B. Augustino, in neutrius libris inuentum est: sed in glossa ordinaria ad ea verba ipsi? epistolæ ad Galatas,* In faciem eius restiti, *additur hæc interlinearis explanatio,* quod non auderet, nisi se non imparem sentiret *Et in commentariis B. Ambrosij in illum eumdem locum hæc leguntur.* Nam quis eorum auderet Petro primo Apostolo, cui claues regni cælorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electiōis suæ sciens se non imparem, constanter improbaret, quòd ille sine concilio fecerat?

Hoc non de officio, ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitæ, & sanctitate conuersationis intelligitur: solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat.

Hinc Augustinus ait ad Hieronymum epist. 19. prope finem.

¶ Non episcopi nomen, sed vita maiorem facit. C. XXXIV.

QVamquam secundum honorū vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, ep̄atus maior presbyterio sit tamen Augustin? in multis rebus Hieronymo minor est,

[1] Presbyter malus corrigi nequiuit.

[2] Ibi glos. vel. a Quia ipsas abluentes & virtutum q̄ a & hæ reuelat verunt. fe. cundum H. 1. Pet. 1. Num. 22.

[3] al. naturam humanā

[4] Idem.

[5] al. magis

[6] al. lacera. re.

[7] Can. omn. & c. non omnes.

‖ Nomen aufertur à malitia.

5 ‖ ca. Paulus

‖ Pauli charitas magna fuit.

6 ‖ pra. ea. c. maiorum.

Gal. 2.

y 5

humilitate.22.q.2.cũ humilitatis.& cũ Hieronymus fuit presbyter Cardinalis, patet quòd quilibet epͤs [a] maior est presbytero Cardinalis.

¶ Episcopus maior est presbytero Cardinali.

[a] Illa gl. reputatur à doctoribus fin. ad hoc quòd dicit episcopum maiorẽ presbytero Cardinali. f. dignitate respectu ordinis episcopalis. vnde episcopi dicũtur summi sacerdotes vt c. 1. post me. de iud. vnic. & epparantur illustribus seu pfectis prætorio, vt not. gl. in l. episcopalis. C. de epis. audien. & non habent maiorem dignitatem Cardinales quàm episcopi, sed habent maius officium, vt inquit Bar. in l. 1. §. si quis in 11. col. ff. de ap. facit tex. in c. fi abbate. de elect. lib 6 & no. per Ab in c. ecclesia vestra. Ioannes. de elec. in pe. & vit. col. 1 suo p 5. cap. 24.

¶ al. custoditus

¶ al. prouehitur

PVto.] CASVS. Probatur in capitulo isto, quod concilia vniuersalia præferuntur pp dignitatem statutis vnius episcopi, vel quincialis concilij: quia licet Cyprianus & Paulus sint in martyrio Petro æquales: tamẽ Petrus maior est dignitate, & statuta eius sunt magis seruãda quàm aliorũ. licet. n. vna sit martyrij corona, tamen in cathedris est differentia.

Idem lib. 2. de baptismo contra Donatistas, c. 1.

¶ Episcopi licet pares sint meritis, gradu tamen differunt dignitatis. C. XXXV.

1 PVto, quòd sine vlla sui contumelia Cyprianus episcopꝰ Petro Apostolo comparatur, quãtum attinet ad martyrij coronam. Ceterum magis vereri debeo, ne in Petrũ contumeliosus existam [2]. Quis enim nescit illum Apostolatus principatum cuilibet [b] episcopatui præferendum? Sed etsi distat cathedrarum gratia, vna tamen est martyrum gloria. *Item infra.* ¶ Cũ Petrus à Paulo posteriore corrigitur, & pacis atque vnitatis vinculo custodito † ad martyriũ promouetur † [c]; quanto [d] facilius, & fortius, quod per vniuersæ ecclesiæ statuta firmatum est, vel vnius episcopi auctoritati, vel vnius prouinciæ concilio præferendum est?

Idem tractatu 30. in Ioannem, in fine.

¶ Non in honore, sed in veritate filius æquatur, vel præponitur patri. C. XXXVI.

QVeritur [e] pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre: Seruamus honorificentiam, quæ debetur patri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus [f] filium patri in honore; sed præponimus, si bonam causam habet: filium [g] æquamus patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æqualitas † meritum.

Item Ambrosius sermone 66. de natali Petri & Pauli.

Æquales fuerunt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus. C. XXXVII.

BEati Petrus & Paulus eminẽt inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prerogatiua præcellunt: verum inter ipsos, quis cui præponatur, incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione; & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. ¶ Non enim sine causa factum putemus, quòd vna die, vno in loco vnius tyranni tolerauere sentẽtiam. Vna die passi sunt, vt ad Christum pariter peruenirent; vno in loco, ne alteri Roma deesset; sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute [h]: Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? in Vrbe Roma; quę principatum, & caput obtinet nationum: scilicet vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis; & vbi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morarentur.

Sermo vnde hoc caput sumptum est, inter sermones B. Ambrosij est 66. inter sermones B. Augustini de sanctis. vigesimus septimus. & apud Maximũ Taurinensem, quintus in festo eodem: qui num. 54. est.

5 *Item pœnitentes* [1], *bigami sacerdotes accusare non possunt. Vnde generaliter colligitur, quòd quicumque sacerdotes non sunt, vel esse sacerdotes non possunt, in sacerdotes accusationem, vel testificationem proferre non possunt.*

Vnde Fabianus ait epistola secunda ad episcopos Orientales.

¶ Qui sacerdotes esse non possunt, sacerdotes accusare non valent. C. XXXVIII.

2 IPsi Apostoli, & eorum successores olim statuerunt, vt sacerdotes Domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis [k] non sunt, nec esse [l] possunt.

probantur duobus capitulis sequentibus.

1 ¶ *Item pœnitentes.*] solenniter. 7. 6. q. 1. qui crimen.

Tsi Apostoli.] CASVS. Quæritum fuit à Fabiano Papa qui repellantur ab accusatione in testimonio sacerdotum. Et respondet quòd illi remoueantur, qui non sunt sacerdotes, nec esse possunt, intelligit ratione criminis vel irregularitatis.

k ¶ *Ordinis.*] in criminali. sed in ciuili possunt omnes. extra de testibus, tam litteris.

l ¶ *Nec esse.*] Ex his duobus ca. [d] colligitur, quòd hæc tria, accusatio, testimonium, & ordo, pari passu ambulant, vt quicũque non admittitur ad vnum, nec ac reliquũ. Sed obiicitur: quicũque semel in peccato mortali fuerit, nõ admittitur ad ordines, vt 25. di. primum. ergo nec ad testimonium. Item si crimen ciuiliter fuerit probatum, nõ admittitur ad ordines, vt dist. 24. quando. extra de accusationibus, super his. ergo nec ad testimonium. ¶ & secundum hoc nullus inuenitur testis, cum nemo sine crimine viuat. 25. dist. §. nomine autem. Tu dicas quòd regula quæ hic traditur, locum habet cũ criminaliter agitur. Si enim ciuiliter agitur: aut crimen est occultum quod obiicitur testi, aut manifestum. si occultum, præsumo eum inde egisse pœnitentiam: quia occultum in meliorem partem interpretamur. extra de sortilegiis, cap. ex tuarum. & extra de reg. iuris. est ote. Si autem manifestum, probabit se egisse pœnitentiam per sacerdotem: quod facere potest, vt extra de simo. nemo. 50. dist. in capite. 2. q. 1. si peccauerit, in fi. nisi tale sit crimen, quod etiam post pœnitẽtiam irroget infamiam, vt cum aliquis conuictus est de periurio, vt 3. q. 7. §. porro. Si autem criminaliter agitur: siue sit occultum, siue manifestum: siue inde egerit pœnitentiam, siue non, repello eum, vt 6. q. 1. qui crimen [e]. Vel distingue sicut notaui super illo cap. qui crimen. Ioan. & extra de test. testimonium. vbi diffinitur breuiter. B. circa hanc materiam confuenit quæri: ¶ si quis vinculum non potest bibere, an possit promoueri: cum ipsum ministrantem oporteat communicare. de conse. dist. 1. episcopus Deo. & distin. 2. peracta? Dic quòd non. Nec etiam accusare potest [f] ille qui casu membrum amisit. 55. distin. ca. vlt. tamen inferiorem vel parem potest accusare: quia potest remanere in executione illius ordinis dist. 55. præcepta. nam qui est intra xxx. annos, potest accusare sacerdotes. Item clericus bigamus non potest accusare clericum coniugatum qui vnicam & virginem habuit vxorem: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali. 32. distinct. si qui vero. Hug. dicit quòd sacerdos depositus alium potest accusare. Sed hoc non placet, nam ex quo est de crimine condemnatus, statim est delictum eius notorium. extra de crimine condemnatus, statim est delictum eius notorium. extra de cohabi. cler. vestra. ¶ Item nec ille admittitur ad accusationem, cui crimen est in modum exceptionis probatum, per quòd est repulsus à testimonio, licet non sit infamis. argumen. extra de ele. super eod. & 2. q. 1. prohibentur. grauata est tamen eius opinio sicut illius qui ancillam oppressit. C. de adult. & si libidine. Nam inhonestum est tales ad ordines admitti. vt dicit lex de his qui supponuntur fustibus ab zelotibus, licet non sint infames. ff. de decurio eos. nisi sit necessitas. ff. de mune. & hono. l. vt gradatim. & hoc ideo, quia opinio eius in nullo vacillabit, vt 33. distin. laici. & no. ẽ. ea. q. 1. in primis. in fi. Ioan. & probatur hodie tota hæc distinctio in decreta. de testibus, capit. testimonium. Quid

Quid iuris sit de ordinãdo, notaui supra 25. dist. primum. B.

Testes.] CASVS. Idem quærebatur in hoc c. quod quæsitum fuit in superiori. & respõdetur q testes debent esse sine omni macula & suspicione: quia sacerdotes criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eumdem honorem prouehi nõ possunt. & sic intelligitur §. sequens.

a ¶ *Suspicione.*] Repellitur testis propter suspicionem [a], vt 5. ea. accusf. in prin. Arg. contra de conse. dist. 2. non prohibeat.

ADDITIO. Dic quòd assumptio corporis non nocet nisi sumenti: sed accusatio alij nocet.

b ¶ *Sic & illud.*] supra ea. nullus laicus.

c ¶ *Non possunt.*] qualiter hic intelligitur, habetur. 1. 4. q. 1. c. 1.

ECCE. CASVS.

5. probatum est quòd subditi non possunt accusare prælatos: & respõsum est contrariis auctoritatibus. Nunc econtra ostendit, quòd subditi possunt accusare prælatos: & hoc probatur exẽplo Domini & Petri. Nã Dominus permisit Iudæos contra se testificari: & ita per consequens eum accusare potuerunt. Nã cui permittitur testificatio, & accusatio. Sed ad hoc dupliciter respõdetur. Prima responsio est, quòd licet Christus sit pastor ouium: non tamen secundum legẽ veterem & nouam in regẽ vel sacerdotem inunctus erat: quæ vnctio prælaturam confert. Vel dicas q Dominus hoc fecit ex humilitate, & non de rigore iuris. Paulus similiter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed respondetur q non fuit miru: quia cogebat gentes Iudaizare, & à fide recedere: in quo casu bene accusantur prælati à subditis. Item Petrus fuit reprehensus à fratribus: quia intrauit in domum Cornelij gẽtilis. Sed huic obiectioni respondetur in sequenti cap.

d ¶ *Nec in regem.*] immo nec regnum eius erat de hoc mundo. 23. q. 3. §. 1.

Petrus.] CASVS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domum Cornelij Gentilis. sed dicit Greg. quòd Petrus bene poterat suos repellere subditos ex potestate sui officij: sed respondit se hoc fecisse auctoritate diuinæ virtutis.

Item Damasus Papa ad Stephanum archiepiscopum epist. 3. cap. 3.

¶ Sacerdotes accusare, vel in eos testificari non valent, qui ad sacerdotium prohibentur eligi. C. XXXIX.

1 TEstes [a] absque vlla infamia, aut suspicione [2], vel manifesta macula, & veræ fidei plenitudine [β] instructi esse debent, & tales, quales ad sacerdotium eligere iubet diuina auctoritas. ¶ Quoniam sacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eumdem non debent, nec possunt prouehi honorem.

a ¶ Testes.] *Damasi verba hæc sunt*, Accusatores autem episcoporum, & testes, super quibus rogitastis, absque vlla infamia, aut suspicione, &c. *sicque referuntur à Burchardo & Iuone: Panormia autem habet vt Gratianus.*

β Plenitudine.] *In epistola ipsa legitur*, pleniter. *Burchardus vero & Iuo habent*, vera fide pleniter.

Sic & illud Siluestri intelligitur

[2 *Laicus non accuset clericum, &c.*] *ideſt, qui in inferiori gradu constituti ad superiorem ascendere non possunt, in superioribus agentes accusare non debent.*

¶ *Ecce ostensum est, quid respondeatur auctoritatibus, & argumentis, quibus subditi ab accusatione prælatorum videbantur repellendi. Nunc demonstrandum est; quibus rationibus probentur recipiendi, & quid cõtra respondeatur a prælatis. Christus, qui erat pastor pastorum, ouibus suis, de quibus ait* [*Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, &c.*] *inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait* [*Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c.*] *Item* [*Quis ex vobis arguet me de peccato?*] *At quicumque ad testificandum in aliquem, vel ad arguendum admittuntur; ad eumdem accusandum admitti possunt. Cum ergo oues, vt aduersus pastorem suum testimonium ferant, & vt ipsum (si possunt) reprehendant, admittantur; patet, quòd subditi possunt accusare prælatos suos.* ¶ *His ita respondetur. Christus, quamuis esset pastor suarum ouium, quas verbo & exemplo pascebat; tamen quantum ad officiorum distributionem (ex qua hodie in ecclesia alij præsunt alijs; vnde quidam prælati, quidam subditi vocantur) in populo suo pastorale officium non gerebat. Mystica enim & visibili vnctione nec in regem, nec in sacerdotem vnctus erat: quæ solæ duæ personæ in populo illo prælaturæ nomen sibi vendicabãt.*

Non ergo ex hac auctoritate subditi probantur admittendi in accusatione prælatorum; sed tantum ostenditur, quòd auditores eos reprehendere possunt, & in eos testificari, qui cum officia ecclesiastica non habeant, verbo tamen & exemplo quoscumque valent, lucrari Deo satagunt. Respondetur &

aliter. Aliud est, quod de rigore cogimur seruare disciplinæ; aliud, quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus ad se arguendum Iudæos admisit perfectione humilitatis, non seueritate iuris. Si enim legis rigore essent admissi; hac auctoritate criminosi, & infames in accusatione religiosorum essent recipiendi; cum essent sceleratissimi, qui de Christi nece tractantes innocentem condemnare volebant. Hoc ergo exemplo prælati non coguntur recipere subditos in accusatione sui, sed permittuntur. ¶ *Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps Apostolorum erat. Vnde datur intelligi; quòd subditi possunt reprehendere prælatos suos; si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, si vnde sit reprehensus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & à veritate Euangelij recedere, cum iudeis gregem faciẽs, & à cibis gentilium latenter se subtrahens. Vir autem in se est, à fide exorbitare, & alios exemplo, vel verbo à fide dejicere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accusandi à subditis; nisi forte à fide exorbitauerint, vel alios exorbitare cogerint.* ¶ *Item cum Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti fratres sunt, qui erant in Iudæa, & reprehendere uoluerunt eum, quòd ad gentilem diuertisset. Ecce, quòd prælati iure possunt reprehendi à subditis. Sed huic oppositioni B. Gregorius respondit dicens Theotistæ patriciæ, lib. 9. epist. 39.*

¶ Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intrasset, non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit. C. XL.

PEtrus potestatem regni acceperat: & tamen idem Apostolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad gentes intrasset, non ex potestate officij (qua posset dicere, oues pastorem suum nõ accusent, nec reprehendant:) sed ex ratione diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant spiritum sanctũ, respondit [c].

Operæpretium fuerit ad ipsum B. Gregorium adire; copiosè enim exponit, quæ hic à Gratiano concisè referuntur.

Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, sed noluit; non hoc exemplo prælati coguntur suscipere reprehensionem subditorum. Ex hac etiam humilitatis dispensatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Augusto dictum.

¶ *Apud Iuonem huius capitis hæc est inscriptio.* Quòd in præsentia legatorum Imperatoris Leo Papa causam suam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apostolicus se emendare promittit, si quid erga subditos iniuste commisit. C. XLI.

3 NOs, si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem non conseruauimus, vestro, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam si nos, qui aliena [t] debemus corrigere peccata, peiora committimus; certe non veritatis discipuli, sed (quòd dolentes dicimus) erimus præ ceteris erroris magistri. Inde magnitudinis vestræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quæ diximus: perquirenda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodum si vestra præsens fuisset imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantum hæc sola, quæ superius diximus, quærimus, vt examussim [g] exagitent; sed siue minora,

[1] Pol. hic Cem. Iacob. Carp. Iuo p. 5. 290. Pan. l. 4. ca. 36. Ant. l. 3. ca. 21. Ita. sacerdotes.

d Scilicet a illo c. Ita.

a Ad. l. 3. ca. 47. Polla. ca. Monarchiæ bonum fecit.

e Vide quæ not. p. 5. c. 38. ¶ Si. ex dicto virum licet non possit. l'Hic. ad hoc. 1. 6. ca. in ma. ver. cito

¶ al. ad illo

¶ Accusare pot. de crimine consilia in modum exceptionis.

g Ideſt, ita Hostien. ar. ab incidit. c. 2. de præb. in 6. & 2.

b De hoc etiã no. 23. q. 4. fi ecclesia. in gl. melius ibi videas.

¶ Filius patrẽ conuenire potest

† al. æquitas

e Cũ ex fœnitia persecutoris virtus patriæ claruerit in vtroque. Hug.

f Tuo p. 5. cap. 22.

Act. 11.

Act. 11.

Gal. 2.

ITEM CVM BALAAM Hæc est 6. pars huius quæstio. in qua ꝓbat quod probatum erat quòd subditi possunt ꝓlatos reprehendere, & etiam accusare, si ad eũdem ordinem venire possunt; non autem debent eos de occultis vel pene occultis diffamare, & hoc probat per vij.exempla, & per x.auctoritates sanctorum patrum.Ioan. de Fant.

Num 22.

CASVS. Adhuc probat Grat. quinque exemplis, quòd subditi possunt accusare prælatos, s.exemplo Balaam: qui fuit ab asina reprehensus:& exẽplo Dauid qui fuit à Nathan propheta reprehensus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehensi,& exemplo Damasi & Symmachi, qui fuerunt à suis subditis reprehensi & accusati. Sed singulis obiectionibus singulas ponit solutiones per ordinem respondendo.

a ¶ *Ariolus.*] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit:& fructum sibi in tristitia affert.26.q.3.igitur genus.

b ¶ *Trahenda.*] 22. q. 2.si quis per vetus.

c ¶ *Sanguinis.*] 23. q. vlt.his à quibus. & c. legi.& c.occidit. & extra, ne cleri. vel mo. sententiam sanguinis.

SI quis.] CASVS. Quidam redarguebant Grego. quòd multa faciebat contra rationem. Dicit Grego. vt veniant ad Apostolicam sedem, & ibi cognoscatur, vt ista inter eos feratur sententia.

2.Reg.12.

‖ Forum rei se qui debet actor.

d ¶ *Si quis.*] ‖ quia actor forum rei sequi debet. extra de fo. compe.cum sit generale. & C. de iurisd. om. iud. Liuris ordinem. vel quia causa fidei est,quę in ecclesia est tractanda.vt 23.q. vlt. conuenior.& ſ. e.q.2.præceptum.23.q 1.quoties.

e ¶ *Confessionem.*] id est,scripturam.

2.Reg.6.

EX HIS. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, prælatos posse à suis subditis accusari, cum isti tres Apostolici fuerint à suis subditis accusati. Sed respondet, quod isti Apostolici exẽplo Domini non coegerunt alios prælatos recipere subditos in accusationem suam:sed permiserunt hoc fieri ex humilitate.

2.Para.26.

‖ Accusatus quãdoque dat expensas accusatori.

f ¶ *Prælatos.*] ‖ Et dabuntur eis expensæ ab episcopo, quem accusant si egent, vt ext. de accu. c.ex parte. nam & minora,siue etiam maiora illis sint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine; quatenus in posterum nihil sit, quod ex eis indiscussum, vel indiffinitum remaneat.

6 *Item,cum Balaam ariolus*[a] *iret ad maledicendum populum; Angelus Domini,asinæ,cui insidebat, in via se opposuit; euaginatoque gladio eam ab itinere compescuit; quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ vesaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ insipientiam reprehendit; multo magis subditi possunt accusare prælatos suos.* ¶ *His ita respondetur. Verum est,quòd per asinam subditi significantur; & per Balaam, prælati: non tamen hoc exemplo probantur prælati accusandi à subditis: sed subditis tantum forma datur humiliter renitendi prælatis; si forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque asinam vrgens, vt ad maledicendum populo Dei eum veheret, significat eos,qui verberibus,& cruciatibus à subditis exigunt,vt eis in malo fautores,& coadiutores existant.Sed quia Angelus, quilibet videlicet prædicator, euaginato gladio aperte scilicet prædicato timore, & horrore futuræ vindictæ, à consensu alienæ malitiæ illos reuocat; licet eis in huiusmodi vocem conquestionis prorumpere, & prælatis suis dicere; cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuste irascimini? numquid vobis inobedientes aliquando fuimus? nisi nunc, cum ad malum cogimur? videte illum, qui prohibet ab incepto.Non ergo hinc prælati probantur accusandi à subditis.* ¶ *Item cum Dauid adulterium, & homicidium commisisset; missus est à Deo Nathan propheta, vt eum redargueret.Ecce,quòd prælati sunt arguendi,& reprehendendi à subditis.* ¶ *Sed notandum est,quòd duæ sunt personæ, quibus mundus iste regitur; regalis videlicet, & sacerdotalis. Sicut reges præsunt in causis sæculi,ita sacerdotes in causis Dei: Regum est corporalem irrogare pœnam; sacerdotum spirituale inferre vindictam. Dauid ergo etsi ex regali vnctione sacerdotibus, & prophetis præerat in causis sæculi, tamen suberat eis in causis Dei. Vnde reges à prophetis, & à sacerdotibus vngebantur; & eorum oblatione peccata regum expiabãtur.* ¶ *Sicut ergo Ozias à Domino lepra percussus est, quia sacerdotum officia vsurpare voluit;sic sacerdotibus,& prophetis regis vsurpare officia non licuit. Nathan ergo propheta cum regem redarguit, suum est executus officium; in quo erat rege superior; non vsurpauit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, vt per pœnitentiam pecata sua expiaret; non tulit in eum sententiam,qua tamquam adulter,& homicida morti addiceretur.* ¶ [1] *Sic & beatus Ambrosius Theodosium, & beatus Innocentius Imperatorem Arcadium excommunicauit, & ab ecclesiæ ingressu prohibuit.* ¶ *Sicut enim non sine causa iudex gladium portat; ita non sine causa claues ecclesiæ sacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: isti habent claues ad exclusionem excommunicandorum*[†], *& reconciliationem pœnitentium.Hoc ergo exemplo subditi probantur reprehendendi à prælatis; non prælati à subditis.* ¶ *Item, Daniel nulla legitima potestate fungens iudices à populo constitutos de falso testimonio conuicit,& conuictos damnauit. Constat ergo, quòd nullam potestatem habentes possunt redarguere dignitatibus sublimatos.* ¶ *His ita respondetur. Miracula(& maxime veteris testamenti)sunt admiranda,non in exemplum nostræ actionis trahendæ*[b]*.Multa enim concedebantur tunc, quæ nunc penitus prohibentur.Tunc enim Samuel Agag pinguissimum regem Amalech in frusta diuidendo conscidit:nunc nulli ecclesiasticorum iudicium sanguinis*[c] *agitare licet. Tunc Phinees Iudæum coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum est ei ad iustitiam: hodie sacerdotibus in perniciem sui officij verteretur.Exemplo ergo Danielis non solum accusandi, vel redarguendi, sed etiam iudicandi potestatem subditi sibi in prælatos vendicarent; si illud in argumentum nostræ actionis liceret assumi, quòd nulla vmquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi; quòd in nouissimis temporibus suscitaret Deus spiritum pueri iuniores, illius videlicet,de quo per prophetam dicitur*[Puer natus est nobis] *& iterum* [Ecce puer meus] *qui iudices iniquitatis, scribas scilicet, & pharisæos falsis criminibus Susannam,ideſ ecclesiam accusantes,& ream adulterij pronuntiantes,eo quod Christum sequeretur,conuinceret,& condemnaret.* ¶ *Item Hieronymus*[a] *refert in libro virorum illustrium,quòd Damasus Papa à subditis de adulterio accusatus cum quadraginta*[†] *duobus episcopis se purgauit.* ¶ [2] *Item Symmachus Papa in Romana synodo dignitate sua expoliatus prius statui suo reddi decernitur,vt tunc veniret ad causam; & si ita recte videretur,accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est maximo numero sacerdotum, quæ mereretur effectum:& cum postmodum ordinaretur,quomodo esset accusandus; præfatus Papa,vt causam diceret,occurrebat: sed ab æmulis est impeditus.*

a ¶ Hieronymus.] *In catalogo B.Hieronymi. aut aliis ipsius libris nihil tale legitur: in vetustis tamen Pontificalibus in vita Damasi hoc refertur.*

Item Gregorius ait de se ipso.

¶ Redarguendi se licentiam beatus Gregorius aliis præbet. C. XLII.

SI quis[d] super his nos arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit; veniat ad sedem Apostolicam, quòd omnia ecclesiastica negotia, de quibus quæstio habetur,confluere iussa sunt:vt ibi ante confessionem[e] sancti Petri mecum iuste decertet, quatenus inibi vnus ex nobis sententiam suscipiat suam.

¶ *Est Gregorij quarti in epistola citata* ſ. *ead.q.6.c.decreto nostro.& dist.19.nulli fas in qua epistola cum multa dixisset de priuilegiis,& primatu Romanæ ecclesiæ,ista adiungit.*

Ex his omnibus colligitur,quòd subditi possunt reprehendere,& accusare prælatos[f] *suos. Sed sicut de Christo dictum est, quando Iudæis dixit,* [*Si male locutus sum, &c.*] *ita de istis intelligendũ est,quòd suo exemplo prælatis dederunt facultatẽ recipiendi subditos in accusationem sui,sed non coegerunt.Ité.*

¶ Decreto. C. XLIII.

4 *Aulus Dyaclinæ*[†] *ciuitatis epũs accusatur à subditis de lapsu carnis; cõuincitur, deponitur;alius loco eius substituitur.*¶ *Hoc an ex dispensatione accusati, an ex rigore iuris sit factum voluntate vel necessitate,sequenti capitulo declaratur.*

Ator.] CASVS. Paulus episcopus depositus fuit:& Nemesion fuit ei substitutus:quem Paulus more prædonis episcopatũ ingressus ab ecclesia proiecit, & ad necẽ fere pduxit,res ecclesiæ auferendo, de quibus omnibus Nemesion conquestus est Papæ. Papa mandat Ioãni, episcopo, vt si dictus Paulus res ecclesiæ abstulit:eum reddere compellat. Si vero ipsi Ioanni constiterit eum tantum res proprias abstulisse:licet grauiter deliquerit (ne addatur afflictis afflictio)eas permittatur habere: ita tamen quòd si damnum ecclesiæ intulit, refarcire modis omnibus cõpellatur: & si de cetero ad episcopatum aspirare tentauerit,in monasterium ad agendam pœnitentiam perennem detrudatur.

Oris sit factum, ex regesto Gregorij ad Ioannem episcopum primæ Iustinianæ,lib. 10. *epist.*35. *potest deprehendi,* 10 *vbi ait.*

¶ Verba sunt Gratiani, qui proponit summam sequentis capituli, quod sæpe facere solitum esse multis locis est notatum.

¶ Paulus Dyaclinæ † ciuitatis episcopus, subditorum accusatione conuictus deponitur. C. XLIIII.

TAtor Nemesion ad nos veniens indicauit,quòd Paulus Dyaclinæ † ciuitatis **episcopus** in ter alia mala in corporali[a] crimine lapsus à suis clericis accusatus, & conuictus,episcopali sententia depositus est; postea cum auxilio sæcularium veniens episcopatũ more prædonis ingressus est: ablatisque rebus ecclesiæ dilectissimum Nemesion[b] latorem præsentium sibi substitutum, ab eo episcopatu proiecit,& ad summam iniuriam, ac necem pene perdudit. Fraternitas itaque vestra hæc omnia curet addiscere; & quæcumque ecclesiæ abstulit,omni mora,vel excusatione cessante[c] reddere[d] compellat. Si vero nihil ecclesiæ, sed proprium[e] se dixerit abstulisse(quamuis graue,& iniquum fuerit,vt non à vobis[f],vel à metropolitano eius hoc petierit, sed temerario ausu agere præsumpserit) verumtamen si quid proprium tulit[g],sub fraternitatis vestræ debet examine constare:si verum est. Sed & illud diligenter quærendum est, si quid male de rebus dilapidauit ecclesiæ; vt ex eo quod nunc abstulit, illud reformare, ac satisfacere modis omnibus compellatur.

¶ *In hoc capite non referuntur ipsa omnino verba Gregorij (quod à Burchardo & Iuone fit) sententia tamen satis expressa est.*

Hoc edicto[†][h] *non in accusatores, vel depositos vlciscitur; sed in depositum vlterius prosequitur,vt si vltra ad episcopatum aspirare tentauerit; modis omnibus repellatur, & ad agendam pœnitentiam perennem in monasterium detrudatur. Quem ergo Gregorius ad episcopatum aspirantem omnibus modis repellit,quem gratiæ pœnitentiæ subijcit; patet non sua dispensatione*[i] *, sed canonum censura à subditis esse accusatum, & conuictum. Et vt iam non exemplis, sed legibus agamus; videndum est, quid ex dispensatione, sed ex censura canonum. Et quòd admitti possunt, probat per sequentia cap.*

h ¶ *Hoc edicto.*] Verba sunt Gratiani vsque ad illum locum, vt si vltra.& à loco illo ad locum illum, quem ergo, sunt verba Greg. exinde sunt verba Gratiani.

i ¶ *Dispensatione.*] id est,voluntate.

Gregorius scribat innocentio[a]*, & reliquis episcopus Sardiniæ,lib.7.indict.* 2.*epistola*8.*ita dicens.*

[a] Innocentio.] *In originali impresso est,* Vincentio, atque quamplurimis episcopis. *In vetusto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina episcoporum, ad quos hæc epistola scribitur hoc ordine.* Vincentio,Innocentio,Marinano, Libertino, Agathoni,& Victori episcopis Sardiniæ.

¶ Quòd subditi prælatos suos accusare possint. C. XLV.

METropolitanum[k] vestrum in aliquo[l] postponere non præsumatis; excepto si (quod non optamus) contra eumdem habere vos aliquid causæ contingat,vt ob hoc sedis Apostolicæ iudicũ petere † debeatis.

*Item vniuersis episcopis concilij Bizacij,lib.*10.*epist.*37.

¶ Vitam prælatorum subditi nulla dissimulatione negligant. C. XLVI.

SIcut (inquit) laudabile, discretumque est reuerentiam,& honorem debitum exhibere prioribus;ita rectitudinis,& Dei timoris est, si qua inter† eos correctione indigẽt, nulla dissimulatione postponere; ne totum(quòd absit)corpus incipiat morbus inuadere, si languor non fuerit curatus in capite. Quædam ß enim ad nos de Clementio primatẽ vestro perlata[m] sunt; quæ quoniam ita grauia sunt, vt transire indiscussa vllo modo nõ debeant; fraternitatem vestram hortamur[n], vt cum omni solicitudine, ac viuacitate mentis indagare multis modis debeatis illata; & si sunt,vt audita sunt,vltione canonica resecentur. ¶ Admonemus autem, vt non cuiusquam personæ gratia, non fauor, non quodlibet blandimentum quemquam vestrũ, vel ad discutiendum, quæ nobis nuntiata sunt,molliat;vel à veritate excutiat: sed sacerdotaliter ad inuestigandam vos propter Deum veritatem accingite. Nam si quis in hoc piger,aut negligens esse præsumpserit; dictis criminibus apud Deum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi causas facinoris non mouetur.

ß ¶ Quædam.]*Et hic summatim referuntur verba B. Gregorij. Quare pauca tantum quædam sunt addita, quæ necessaria videbantur.*

[k] Etropolitanum.] CASVS. Præcepit Grego. Inno. & aliis episcopis Sardiniæ, vt in causis suum metropolitanum non deserant, ni si velint agere contra eum: in quo casu ad Apostolicum recurrant.

k ¶ *Metropolitanum.*] Ex contemptu[d]: aliàs omisso eo possunt adire Papam, vt ſ. e.q.6.c.2. & 3. Itẽ intellige istud quãdo episcopi inter se litigant.nam si episcopus litigat contra clericũ,tunc coram arbitris est litigandum.11.q.1.si clericus. Ex contemptu ergo intellige fieri,quando sine causa declinatur eius iurisdictio sicut dico, ‖ quòd sine causa non potest quis declinare iurisdictionem episcopi etiam per querelã factã Papæ[e],vt plene dixi in constitu.vt debit[o].extra de appell. arg. nõ esse appellandũ omisso medio.sed hic non loquitur de appellatione.

d Adde Alex. de Imol. in l. si videtur. ſ. hoc iudicium. col.4. ff. ea ius dicen.non obstem.

† *al. iudicium requiratur*

‖ Iurisdictio episcopi sine causa non põt declinari.

e Hoc indistincte reprobatur, cũ etiã legatus adeatur. extra de of. leg. c.1 & ita hã et consuetudo seculi. Gof. quæ ẽ o. tim. legum interp. res. extra de consue. cum dilectus Archid.

l ¶ *In aliquo.*] Episcoporum enim est iudex ordinarius primo loco metropolitanus.10.q.3.quia cognouimus.11.q.1.si clericus adiuersus.

Icut.] CASVS. Clementius patriarcha fuerat de quibusdã criminibus accusat[o]:quare Papa delegat causam episcopis cõcilij Bizacij, & præcipit illis, vt cum omni solicitudine ac viuacitate quæ dicta sunt inuestigentur, & si vera fuerint, canonice puniantur,& si quisin hoc fauore personæ, gratia vel quolibet blandimento negligens fuerit, apud Deũ istorum criminum particeps reputabitur.

f Cum isti cognoscere debeant ex delegatione Papæ. L. Idem sentit. hic H. & Ioan. de Fant.

m ¶ *Perlata.*] à subditis, & sic facit ad propositum Gratiani f, aliter hoc cap.nihil facit ad propositum Gratia. nisi velis dicere eo ipso quòd dedit aliis licentiam iudicandi,ergo & accusandi.

n ¶ *Hortamur.*] Nota quòd per verbum, hortamur, & monemus, mandatur iurisdictio. sic ſ. ead. q. 1. notum. ff. de offic. præsi. sæpe. ‖ videtur tamen quòd prouinciale concilium ordinario iure cognoscat de primate, siue de metropolitano suo.nam cũ conciliũ iudicet de Papa in his in quibus ipse potest iudicari:ergo concilium metropolitani potest iudicare de ipso. Ad hoc ſ.ea.si quis.ar.contra.17.dist.multis. nam ibi appellatur à concilio ad metropolitanum:ergo cum conciliũ sit minus metropolitano, non potest ipsum iudicare.21.dist.inferior.Sed potest dici,quòd quãtum ad sua negotia est minor metropolitanus concilio: quantum ad aliorum negotia

‖ Concilium prouinciale, an possit de archiepiscopo cognoscere.

negotia est maior. Sed in c. multis. non appellat à concilio, sed à quadam congregatione episcoporum ad metropolitanũ: sed adhuc obstat 2 1. dist. nunc autem. Sed potest dici, quòd potest iudicare de ipso concilio: non tamen eum condemnare potest. Sed quòd possit iudicari à concilio, bene facit. 9. q. 3, saluo. & ca. si autem, & 63. dist. Salonitanæ. Sed est arg. contra 3. cap. proxi. Ioan.

HAEC SI QVIS. CASVS. Dicit Gratia. quòd quæ supra dicta sunt, quòd subditi possunt accusare prælatos, generalia sunt, & nõ specialia: & si quis dicat ea esse specialia, audiat quid dicit Gelasius de omnibus clericis generaliter cuiusque ordinis.

1 Gelasius epi scopis per Lucaniam, & Brutium, & Siciliam constitutis, epi. 1. c. 30.

QVapropter.] CASVS. Hoc c. continuatur illi c. 12. quæst. 2. quattuor. vbi dicitur, q̃ de redditibus ecclesiæ quattuor debẽt fieri portiones: prima episcopo: secunda clericis: tertia fabricæ: quarta pauperibus est assignanda. Dicitur ergo in hoc c. quòd si quis clericus viderit præ latum suũ in istis quartis distribuendis peccantem & excedẽtem, statim debet Romano Pontifici nũtiare, & probare quòd nuntiat, vt puniatur excedens: quod si non fecerit, deponatur.

† al. huius

† al. prompsimus

† al. nostras

a ¶ *Quapropter.*] Videtur hic specialis casus, in quo quilibet possit accusare suum episcopum, & hoc c. continuatur illi 12. q. 2. quattuor.

† al Sui vero modus omnibus erit vnusquisque pontificum ordinis, & honoris elisor

b ¶ *Protinus.*] Nonne necessaria est admonitio? certe sic. Ideo expone ꝓtinus, idest, post tertiam admonitionem a, vt 3. ea. q. 1. si peccauerit. sic extra de simo. licet.

c ¶ *Pontificis.*] vel alterius superioris. Ioan.

ADDITIO. Idem sentit Hug. in suo casu huius cap.

d ¶ *Deferre.*] idest, denũtiare. ‖ Hic habes quòd aliquis cogitur accusare, vt 1. q. 1. quisquis. & 5. q. 5. c. 1. extra qui si. sint legit. c. causam. & 24. q. 3. tã sacerdotes b. arg. contra extra de accu. licet. in fi. & 5. q. 2. si primates. & 3. q. 4. clericus. & C. vt nemo inuit. agere. l. vna. Sol. ad denuntiationem quilibet tenetur, de qua hic loquitur. non autem ad accusationem, vt in contrariis.

‖ Accusare qs quãdoque cogitur.

3 Ansl. l. 3. cap. 115.

b Ad idem C. de ege. & ma. diffamari. C. de priu. car. l. 1. circa finẽ Et est speciale in dilapidatione vt quilibet clericus teneatur denuntiare & est ratio quia in simul debent administrare. aliàs sec⁹. Sed cõtra quo ad hoc 3. c. prox. ibi, aut in his quæ sunt, &c. vnde dico q̃ quilibet clericus tenetur denũtiare crimen sui prælati secundum L.

e ¶ *Interdictio.*] forte speciale est in dilapidatione, vt quilibet teneatur denuntiare.

f ¶ *Sin vero.*] idest, si non fecerit quod dictum est de quattuor portionibus. 12. q. 2. quattuor.

g ¶ *Supprimenda.*] 3. q. 5. si primates. contra. sed illud de crimine iniuriarum, de quo potest episcopus componere cum clericis suis, siue inter partes.

Hæc si quis specialia, & ex his generalem regulam colligi non oportere contendit; audiat quid Gelasius C. a XXVIII. 1 *dicat omnibus clericis cuiuscumque ordinis, ita scribens.*

a ¶ C. XXVIII.] *Hic citatur numerus capitum, vt est in codice canonum, de quo in præfatione dictum est.*

¶ Clerici excessus sui episcopi auribus deferant Romani Pontificis. C. XLVII.

QVapropter[a] nec clericorum quispiam se apostolicæ † offensæ futurum cõfidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda Apostolica deprompsit † auctoritas, siue episcopum, siue presbyterum, siue diaconum viderit excedentem, non protinus[b] ad aures † Romani Pontificis[c] deferre[d] curauerit; probationibus dumtaxat competenter exhibitis, vt transgressionis vltio fiat, & ceteris interdictio[e] delinquẽdi. Sin † vero[f]; modis omnibus erit vnusquisque pontificum ordinis, & honoris sui elisor, si cuiquam clericorum, vel ecclesiæ totius auditui hæc putauerit supprimenda[g].

Idem.

¶ De eodem. C. XLVIII.

2 SI quid in ecclesia damni, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ auctoritate ß prohibita, põtificẽ vestrum videritis admittere, mox nostris auribus relatiõe[h] signate, vt quid fieri debeat, censeamus.

ß ¶ Auctoritate.] *Abest ista dictio à plerisque vetustis exemplaribus, & ab alijs collectoribus, qui etiam Gelasium citant.*

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 21.

¶ Clerici, aut laici sine examinatione ad episcoporum accusationem non admittantur. C. XLIX.

3 CLericos, aut laicos[i] accusantes episcopos, aut clericos pasim[γ], & sine probatione, ad accusationem non recipiendos decernimus, nisi prius eorum[k] discutiatur existimationis δ opinio.

γ ¶ Pasim.] ἀπλῶς, καὶ ἀδιακρίτως: *quæ Dionysius vertit* temere, *atque indifferenter, possunt quæ etiam coniungi cum sequenti membro. Id vero copiose exponitur in concilio Constant. 1. cap. 6.*

δ ¶ Existimationis opinio.] ὑπόνοψις, *id est, existimatio.*

Item ex synodo Romana. 4

¶ Quilibet persona episcopos, aut alios accusans, monstranda documentis inferat. C. L.

5 SI quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud episcopos (quia alibi[l] nõ oportet) à qualibet persona fuerint accusati; quicumque fuerit ille, siue sublimis vir honoris, siue vllius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis[m] arripuerit, nouerit docenda[n] probationibus[n], monstranda documentis se debere inferre.

l ¶ Docenda.] *Sic apud Sixtum tertium, & in capitulari: apud Caium vero, & Hadrianum paulo aliter, quemadmodum & alijs locis huius capitis nonnullæ, sed non magni ponderis, sunt varietates.*

Item Damasus Papa, Stephano archiepiscopo, epist. 3. c. 3.

¶ Sacerdotes de maiori sententia, qui ad eumdem ordinem prouecti non possunt. C. LI.

6 SAcerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eumdem non debent, nec possunt prouehi honorem.

Item Iginus Papa, epist. 1. 7

¶ Nisi irreprehensibiles in maiorum accusatione non recipiantur. C. LII.

8 CRiminationes maiorũ natu per alios[o] non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt; si tamen ipsi digni, & irreprehensibiles apparuerint, & actis[p] publicis docuerint omni se suspicione carere, & inimicitia, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conuersationem ducere.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd subditi in accusatione prælatorum sunt admittendi. Nunc videndum est, an monachi in accusatione episcoporum sint audiendi. Hadrianus Papa in capitulis, c. 31. videtur eos ab accusatione remouere ita dicens 9

‖ Ex charitate enim debet prouenire accusatio, extra de accu. si quis episcopus. & qui accusat, publicæ salutis custodiam gerit, vt C. de famosis libel. l. vna.

n ¶ *Probationibus.*] sic C. de proba. sciant. Ioan.

Riminationes.] CASVS. Dicitur quòd si aliqui sint ignoti, qui velint alios accusare, quòd non sunt admittendi, nisi prius coram iudice se probent irreprehensibiles esse, & omni suspicione carere. Si in telligas c. de notis, dicitur, quòd non sunt admittendi ad accusationem facerdotum nisi probẽt coram iudice, &c. quod probatur eo ipso quòd contrarium non probatur.

o ¶ *Per alios.*] idest, procuratores. 3. q. 9. absens.

p ¶ *Et actis.*] idest, actionibus e vel litteris episcoporum suorum, vt 19. q. 1. duæ. & hoc si sunt ignoti. & est si. 3. q. 5. canonica. vel tantum valet eis testimonium populi, quantum examinatio, vt 24. dist. c. 1. Ioan.

COLLIGITVR. CASVS. Grat. ex supradictis infert, quòd subditi bene possunt accusare prælatos. Sed postea quærit an monachi possunt accusare episcopos, & videtur quòd remoueantur. & hoc probat per sequen. cap.

Placuit.]

Placuit.] CASVS. Hoc c. intelligitur de monachis secundũ Gra. Sic ergo pone casum. Quæritum fuit ab Hadriano, an monachi vocem accusandi episcopos, vel contra eos testificandi habeant. Et rñdet q̃ non, quia mortui sunt non humanis actibus, quia loquũtur vt alij homines, vel quia intersunt contractibus, vt emptionis vel venditionis, sed diuinis, idest, accusationibus episcoporum, quæ Dei timore fieri debent: in concilio etiam Chalcedonen. præcipitur vt non præsumant ecclesiasticas actiones attrectare. Quidam tamẽ intelligunt hoc cap. de criminosis qui mortui sunt nõ humanis vocibus, idest, malitiis, sed diuinis, idest, bonis operibus: vel humanis, quia vocem habent, vt alij homines. & secundũ hoc non facit ad propositum Gratiani.

a ¶ Non humanis.] *In epistola Stephani est*, quos humanis, & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos esse cognoscimus, *In epistola autem Melchiadis est, quemadmodum hic restitutum est ex vetustis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani: sed subiungitur.* Quoniam infidelis homo mortuus est in corpore viuente: *& fortasse significatur locus Matt. 8.* Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: *aut locus Paul. 1. Tim. 5.* viuens mortua est. *Quamobrem quod proprie pertinet ad homines infames, maximisque flagitijs obnoxios (vt est infra, 3. q. 5. c. canonica.) non bene videtur hic referri ad monachos: sed minime id malitiose factum est, cum Gratianus monachus esset.*

2 *Item in concilio Chalcedonen. ca. 4. præcipitur, vt ecclesiasticas actiones monachi attrectare non præsumant.*

Item Pelagius II. episcopis Italiæ.

¶ Monachi in accusatione non sunt audiendi. C. LIIII.

3 NVllus monachus talia vnquam arripiat, nec sæculariad, aut ecclesiastica e negotia perturbare præsumat: quia mortua in talibus vox est eorum.

Sed aliud est, quod ex præsumptione assumitur temeritatis; aliud, quod ex necessitate geritur charitatis. Monachi enim ex præsumptione episcopos accusare non possunt, ex charitate possunt. 4 *Vnde & in canonibus præcipitur, vt cubicularij episcopi sint vel religiosi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita testimonium dicere possint.*

7 ¶ *Item illud Eleutherij Papæ in epistola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶ Consentire conuincitur, qui cum possit, peruersis negligit obuiare. C. LV.

5 NEgligere, cum possis[f] deturbare[g] peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo[h] societatis occultæ, q̃ manifesto facinori desinit obuiare.

Item Hieronymus tam de se, quàm de alijs monachis in primo prologo bibliæ ß scribit 6 *dicens.*

ß ¶ Bibliæ.] *In plerisque vetustis Gratiani codicibus legitur*, bibliothecæ.

¶ Quantum ex vitæ merito quis ecclesiam ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistat. C. LVI.

SAncta quippe rusticitas[k] solũ sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito ecclesiam Christi, tantum nocet[l], si destruentibus non resistat.

Item Gregorius.

¶ Subditi vitia prælatorum reprehendere timeant. C. LVII.

ADmonendi[m] sunt subditi, ne plus quàm expedit, sint subiecti: ne cum studentplus quàm necesse est, hominibus subiici, cõpellantur vitia eorum venerari.

n ¶ *Collecta est hæc sententia ex verbis B. Gregorij tertia parte pastoralis, admonitione decima octaua, vbi de elatis & humilibus loquitur.*

Item generali synodo præsidens dixit, c. 2. 7

¶ Clerici, siue electi monachi sint cubicularij episcopi. C. LVIII.

8 CVm pastoris[n] vita[o] esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciunt, quam, vt dictum est, sæculares pueri o sciunt. De qua re præsenti decreto constituo, vt quidãp ex clericis, vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi põtificalis obsequantur, vt is, qui in loco 6 Ad Paulinũ. regiminis est, tales † habeat testes[q], qui vitam eius in secreta cõuersatione videant, qui ex visione sedula exemplũ profectus sumant.

a Ansl. l. 6. 87. Ivo p. 16. cap. 91. Can. l. 5. c. 45. Cod. l. penult. ¶ accusare non possunt.

† al. interroges

a Idem sentit hic. sed è non videtur bona littera, cum nullum sit fori capitulorum hic allegatorum: si dicitis. quòd ex ipsorum præscriptione. Archid.

16. q. 1. qui vero.

f ¶ *Negligere.*] ¶ *Cum possit.*] videtur de prælatis tantum loqui.

g ¶ *Detuibare.*] idest, prohibere & remouere à malo, & hoc cum commode potest illud facere. aliàs non peccat qui sic non prohibet. 22. q. 2. primum. & c. faciat. & secundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam a proximo. 23. q. 3. non in ferenda. Alij hoc cap. intelligunt de prælatis, vt 23. q. 4. duo ista. & cap. ita plane. & q. vlti. præterea. Vel intellige de atrocibus, vt tunc quilibet teneatur. argu. extra de sen. ex. quantæ. 23. c. vlt. & de pæ. dist. 1. periculosæ. Vel dic quòd quilibet tenetur prohibere proximum a peccato committendo. 22. q. 5. hoc videtur. secus in commisso. 93. dist. diaconi. Ioan. b

h ¶ *Scrupulo.*] idest, suspicione.

‖ Males non corrigere an si peccatum.

Antea quippe.] CASVS. Quidam monachi erant valde in se reprehendit Hie. dicens q̃ sancta rusticitas tñ sibi prodest. & quantũ ex vitæ

m ¶ *Admonendi.*] bonũ mediocre q̃nque dimittitur propter bonum obedientiæ. sed malum numquam fieri debet, vt 11. q. 3. quid ergo. Ioan.

Vm pastoris.] CASVS. Quidam episcopi non habebant clericos cubicularios secũ, sed pueros sæculares, quorum vita qualis esset in secreto, erat ignota clericis, sæcularibus autem pueris nota. Præcepit ergo Greg. vt episcopi secum habeant clericos vel monachos cubicularios, qui possint esse testes de vita & conuersatione eporũ in secreto; & ex sedula visione exẽplum profectus sumant.

n ¶ *Cum pastoris.*] generaliter teneas, q̃ monachi possunt accusare, & eos & alios, dumtũ hoc faciant de licentia abbatis. 12. q. 1. nõ dicatis. 16. q. 1. monachi. Et si suum abbatem accusare vult, habebit expensas a monasterio, vt extra de acc. ex parte. & tunc non est necessarius consensus abbatis. sed si alium vult accusare, non habebit expensas a monasterio. Si sunt in scholis, possunt agere de his tantum quæ pertinent ad studium, vt extra de of. dele. præterea. ff. de re iud. quæsitum. & ff. de iud. si longius.

‖ Monachi accusare possunt. † habeat tales. qui vitã} orig.

o ¶ *Pueri.*] i. seruientes. fic 22. q. 2. §. Abraham quoque. & ff. de ver. signi. pueri.

p ¶ *Vt quidam.*] duos habebit sacerdotes, & tres diaconos, vt de cõsec. dist. 1. iubemus. ‖ Sed numquid contradicente abbate potest sumere monachum episcopus sibi in socium? Non videtur, cum hoc sit priuilegium Papæ, vt 9. q. vlt. per principalem. & 58. dist. c. 1. & arg. contra 16. q. 1. qui vere. Ioan. Sol. credo q̃ sic e, nisi monasterium sit exemptum: cum maiora possit, vt extra de excess. præla. sicut venire. B. Sed nonne monachi numquam exibunt de claustro, vt 16. q. 1. placuit? Respondeo quando perfecti sunt, sit hoc vt exterius fructificent, vel quãdo fiunt episcopi, & isti cubicularij possunt esse testes non solum de conuersatione episcopi, sed etiam de facto eius, vt 12. q. 1. manifesta. Io.

‖ Monachũ inuito abbate, sibi potest epus sociare.

q ¶ *Testes.*] proprer hoc inducit c. quia qui possunt testari d, & accusare, nec tales episcopus potest ab accusatione repellere, vt extra de accus. nulli. & C. qui accus. non pos. iniquum. arg. contra speciale est in episcopo. Io.

c Ad hoc facit quod no... 1. q. 1. g prin. cipalẽ. Sed ar. contra 11. q. 1 cum pro veritate. Archid. d Ad hoc 4. q. 3. c. 1.

Perucnit.]

PErvenit. CASVS. Episcopus Massylien. prauos homines habebat in sua conuersatione,& præcipue quemdam presbyterum fornicatorem. hoc peruenit ad notitiam Grego. quare præcipit Vigilio episcopo,vt Massylien. vltione compescat.& presbyterum fornicatorē cogat pœnitere.Casus au em sequentis c.planus est, quia nihil aliud dicitur, nisi quòd episcopi secum debent habere homines boni testimonij, vt irreprehensibiles appareant.

a ¶ *In societate.*] nota quòd præsumitur contra aliquem vel pro aliquo ex societate, vt 28. q.1.sæpe.81.dist.clericus. & 18.quæst.2.diffinimus. Ioan.

b *Episcopi lectionem.*] ¶ *Possint.*]5.dist. 53.diaconi.

ITEM IOANNES. CASVS. Per hunc §. probat Grati. quod subditi possunt accusare prælatos,& dicit, quòd Ioan. redarguebat Iudæos ad se venientes.

c ¶ *Ioannes.*] probat cum hic eremita accusabat,quòd monachi possunt accusare, quod verum est si habent speciale mandatum abbatis 16. q.1.quæ vere a. nisi forte requiri non possit sine magna difficultate. ar.ff. de iniu.sed si vnius. §. filio.vt notaui 12. q. 1. non dicatis.

ITEM EX. CASVS. Nunc concludit Grat. ex supradictis. Dictum est supra, quòd illi possunt accusare sacerdotes, qui ad eumdem gradum ascendere possunt:sed monachi possunt prouehi ad sacerdotium,ergo possunt accusare sacerdotes.

1.Tim.3.

DE accusatione.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes, in quarū prima probatur, quòd accusator debet esse præsens,& obligare se proprio scripto ad talionem. Secunda ibi. *Quæ vero.* Ioan. de Fant.

v.7.ea c.sacerdotes. Luc.3.

CASVS. Hic ponitur 8.q.qua q̄ritur, an accusatio debeat fieri in scriptis, & probat primo, quòd sic:postea probat contrarium,& postea soluit in §. *sed Calixtus.*

d ¶ *De accusatione.*] ‖Circa hoc notandum est, quòd aliud est infamatio,aliud denuntiatio,aliud accusatio.Infamatio prohibetur. 3.ead. q.proxi.accusatio.5.q.1.c.1.& 2.Secunda, scilicet denuntiatio præcipitur 3.ea.q.1.si peccauerit.3.q proxi.quapropter.& fit fine inscriptione. 4.q.4.§.aliquando. Tertia scilicet accusatio permittitur:& in ea inscribitur & subscribitur, 7.ea. libellorum. Fallit tamen hoc in sex casibus.

‖ Accusatio,& denuntiatio, & infamatio diuersa sunt.

‖ Accusator non semper cogitur se ad pœnam talionis inscribere.

b Vbi agitur ciuiliter 4.q. 4.§.ad hæc.

‖ Non enim semper cogitur quis inscribere, vt in leuibus criminibus. 7 0 ff.de acc.leuia.& in crimine abigeatus b. C.de abigeis.1.vna.& in casu vbi mulier accusat.15.q. 3.de crimine. & secundum quosdam in crimine apostasiæ,& vbi Christianus Iudæam duxisse accusatur.C.de apost.apostatarum.C.de Iudæis.ne quis.& vbi maritus accusat vxorem iure mariti.4.q.4.d.c. nullus. §.item. C. de adul. si marirus. C. de adul. quamuis.& l.iure.Ioan. sed hoc falsum est secundum ius canonicum, vt extra de procu. tuæ fraternitatis. Item quando officium denuntiat crimen alicuius.C.de accusa.ea quæ.4.q.4.§.aliquando. B Et cum crimen in modo exceptionis proponitur, secundum quòd distinguitur extra de accu. super his. Nunc videndum quid iuris sit circa sing los 8 0 modos agendi.Et quidem denuntiationem præcedet admonitio, aliàs remouetur denuntians a denuntiatione, vt extra de accusſ. super his. &c.si quis episcopus,& 3.ead.q.7. accusatio. & cap. si quis ergo. Item criminosi, infames, inimici possunt à denuntiatione repelli,vt 3.quæst. 7.qui sine peccato.& c.postulatus.& 35. quæst. 6. episcopus in synodo. & extra de testi.cog.præterea.extra de accusſ.cum oporteat. & dictum

est 3. ead. q. 1. si peccauerit. & extra ea.qualiter 2. ‖ pœna sic commissi modica est,quia debet pœnitere de crimine, & credo eum non esse remouendum ab ordine, vel dignitate. nisi delicti qualitas aliud requirat,vt in simonia.1.quæst.1.si quis neque.& quæst.7.requiritis.seu scandalum inde oriretur,extra de noui oper. nunc. cum ex iniuncto. Si autem agatur in modum inquisitionis,similiter inscriptio non est necessaria, & potest procedi sine ipso qui impetrauit inquisitionem,sicut & cū ipso,sed fama debet precedere in iuisitionem,nō sem.l,sed sæpius,& apud bonos & graues,vt extra de accusſ.qualiter.& cū oporteat.& de simon.licet. Citari etiam debet infamatus, vt audiatur eius exceptio, vt eisdem c. habetur. & extra de sen.& re iud.cum l.& A. Et in hoc casu possunt testes recipi lit.non contest. vt extra vt lit. non contest. quoniam frequēter.§ 3. ‖Pœna huius talis est. prælati sunt ab administratione removendi, minores sunt beneficio priuandi. extra eo. qualiter. & de simo. dilectus.Sed si in modum exceptionis obiicitur crimen, distingue vt extra eo.super his. & extra de ord. cog. cum dilectus, & debet esse præsens, extra eod. qualiter. & in hoc casu laici bonæ famæ addmittruntur ad agendum,excipiendum,& testificandum. extra de testi. tam litteris. & 23. dist.Sed cum crimen obiicitur in modum accusationis, semper est necessaria inscriptio, vt 3. ead. libellorum. fallit in sex casibus supra not. & in septimo secundum quosdam cum officialis accusat. C de accusat. ea quæ. ‖In hoc casu pœna est depositio, vt 3. proxi. q.1.ator & extra de simo. dilectus.

QVÆSTIO VIII.

DE accusatione vero, qualiter fieri valeat,in canonibus aperte decernitur.

*Ait enim Calixtus Papa ad episcopos Galliæ,epistola secunda.*2

¶Accusatio semper fiat in scriptis. C. I.

3 ACcusatorum personæ nūquam recipiantur sine scripto:nec absentes eo,quem accusare voluerint, quibuslibet accusare permittatur.

¶ *In epistola Calixti, itemque apud Burchardum, & Iuonem sic habetur.* Rimandæ sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem numquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest, sed propria voce,& præsente eo, quem accusare voluerit, cuicumque accusatori creditur *Quorum verborum bona pars refertur.* 3.3.q.9.c.absente 1. *quod sumptum est ex eodem epistolæ loco. Cod. lib.4.tit. de probationibus,le.fin.*

De eodem. C. II.

SCiant cuncti accusatores eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita iis idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciisg ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

*Item Eutychianus Papa episcopis Siciliæ,epist.2.*4

¶Accusatio semper debet fieri in scriptis. C. III.

5 QVisquis ille est,qui crimē intendit, in iudicium veniat,nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat[i], custodiæ[a] similitudinem (habita tamen dignitatis[k] æstimatione[†])patiatur; nec impunitam fore sibi nouerit licentiam mentiendi,cū calumnianteEt certe respondetur quòd non.

e ¶ *Nec absente.* C de pœ.ne dtu.contra.Sed illud speciale est in apparitore.sic ead.q.6.§ si sunt quorum.& notaui.1.q.4 nullius.

f ¶ *Quibuslibet.*] 7.q.quæst.2.relatum.Sed contra. 5. quæst. vlt. Epiphanium.

SCiant.] CASVS. Dicitur in hac lege,quòd accusatores accusationem suam debent deferre in publicam notionem,quam possint testibus & aliis probationibus iudici demonstrare.

g ¶ *Indicijs.*] 2.q.1. dicit & 35.q.6.c 1. Sed contra. 3.q.9.absens. Sed ibi non accusatur,sed tantum libellus accusationis proponitur. ff. de adulte. miles.§.sexaginta.Hoc verum est nisi absens sit per contumaciam c, vt 3.q.9.decernimus.

QVisquis.] CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur,quòd qui vult alium accusare, in iudicium veniat, & indicet nomen rei,ad pœnam talionis obligando, ita quòd accusator vel accusatus in custodia habeantur,confiderata dignitate personæ: & si accusator non probauerit,puniatur pœna talionis.In secunda parte quæ incipit ibi. *Qui vero.*dicitur,quod qui vadent ad fortilegos,& magos,non admittuntur ad accusationem.

¶ Casus seq.cap planus est.

h ¶ *Quisquis.*]hoc ponitur C.de accu.l.vlt.

i ¶ *Vinculum inscriptionis arripiat.* ideſt,obliget se ad talionem.4. q.4.§.inscriptio. Archi.

k ¶ *Dignitatis.* q̄ pari iure censetur accusator & accusatus. 3.q.9. c.sit.C.ne

f Dignitate p.æditus minus punitur quam alter.

c. vlt. C. de exhib. re. l. vlti. ‖ Tamen ratio dignitatis in hoc habetur, quòd minus punitur constitutus in dignitate, quàm alter. 24. quæst.1. qui contra. & cap. quisquis.

a ¶ *Similitudo.*] nisi in casibus exceptis.3.ead.q.3.§.notandum.2.

¶ *Vi crimen.*] ¶ *Sed Stephanus.*] CASVS. Probauit supra G. q accusatio debet fieri in scriptis,modo videtur probare contrarium, & probat superficialiter.

1 In capitul. Hadriani.6.c. 15.3.q.6.c. constituimus. Ino p.6.c.333.

PEr scripta.] CASVS. Quæsitum est, vtrum per epistolam possit quis alium accusare? Et respondetur quòd nō, sed voce propria & accusato præsente,quia absens ab aliquo accusari non potest.

b *Absens.*] ‖potest enim libellus dari absente accusato,vt 5.q.6.Epiphanium.C.de exhib. re. l.2. & etiam die feriato, vt ff.de adult.miles.§. sexaginta. prius tamen denuntiabit eum accusator quem vult accusare: aliàs non audietur, vt ff.de adult.denuntiasse.& C.de accusſ. absentem. deinde det libellum iudici:iudex tamen nō prius libellum recipiat,quàm inscriptio sit facta, & fideiussorem dederit de lite prosequēda.C. ad Turpil.l.1.& C. qui accusare non possſ.1.3. Postmodum vocādus est reus a secundum legem. C.de exhib.re.l.2. & nomen eius recipietur inter nomina reorum. & hoc fit cum lis est contest. ff. de adult.si maritus.§.præscriptiones. & ff.de iure fisc.fiscus.& prius habebit inducias xx. dierum ad deliberandum,non trium tantum,vt quidam dicūt, vt ff.de pub.iud.inter.habebit etiam inducias triginta dierum ad componendos mœstos penates, vt C. de exhib.re.l.2. secundum canones tamen non videtur,quòd necessaria sit denuntiatio, vel talis solennitas, vt extra de accusſ. licet.in fi.

a Accusato absente potest dari libellus.

a Et Fabianus quia.3.3.q.6. c.1.sup.2.q.3. c.3.& 6.

3 Burchard. l. 16. cap.3. Ex concilio Arausico. Pann.l.3.c.15.

SED CALIXTVS. CASVS. Grat. soluit contrarietatē hāc: quia quod dicit Calixtus, intelligitur,quòd accusator debet præsente accusato & in scriptis accusationem iudici offerre:sed Stephanus prohibet ne aliquis accuset alium per epistolam.

In vulgatis legebatur, si hoc primo. ¶ Lib.4.ff.de accusſ.l.3.qui lib.4.in Pandectis inscribitur [de publicis iudiciis]

a ad hoc. C. de calum. non pœn.ff.de iu. & longius, & in not. Vinc. extra de electi. congregato. 4 Polycarp.l. 5.tit.1. Burchard.l.1. cap.177. Ancl.l.3.c.55. Ino p.5.c.293. & p.6.c.328. Pann.l.4.cap. 3.& 55.

LIBER LORVM. CASVS. Dicitur in hac lege, qualiter libellus accusationis in adulterio concipi debeat: & debet fieri hoc modo.Lucius Titius tali die apud talem iudicem accusat B. mulierem de adulterio, quod dicit eam cum M. commisisse in tali ciuitate, mense tali, in domo tali, talibus consulibus tunc existentibus. sed diem & horam commisi criminis assignare non compellitur. Et si libelli non sunt legitime concepti,nomen rei aboletur, & iterum poterit accusari. præterea inscribere debet accusator, vel alius pro eo, si ipse nescit litteras. & si aliud crimen obijciatur,debet in libello accusationis comprehendi. & si accusator decesserit, vel alia causa eum impedierit accusare, nomen rei aboletur reo postulante, & ex integro intra triginta dies poterit ab eo accusari. Eodem modo secundum Decretistas formabitur libellus, excepto eo, quòd vbi ponitur nomen Imperatoris,ibi ponetur nomen Papæ, & vbi ponitur nomen Consulis, ponetur nomen Episcopi.

tes ad vindictam poscat similitudo supplicij. *& infra.* 1 Qui vero ad fortilegos, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

a Custodiæ similitudinem.] *In originali impresso est,* custodiat similitudinem,habita tamen dignitatis æstimatione potiatur; nec forte sibi nouerit, &c. *itemque apud Hadrianum, nisi quod habet,* nec sibi fore nouerit. *itemque apud Iuonem, & in aliquot vetustis Gratiani codicibus, in quorum vno est,* habitæ tamen dignitatis. *In Pannormia autem legitur,* custodiat similitudinem supplicij, habita tamen dignitatis æstimatione. Nec forte sibi nouerit, &c. *In codice est eadem lectio,quæ hic retenta est.*

*Item Sixtus iij. in epist. ad episcopos orientales, cap.4.*2

¶ De eodem. C. IIII.

3 VI crimen obijcit, scribat se probaturum. Reuera β ibi semper causa agatur,vbi crimē admittitur. Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

β Reuera.] *Addita est hæc clausula ex originali: quæ est etiam apud Fabianum. infra 3.quæst.6. cap.1.*

Sed Stephanus Papa contra videtur scribere dicens, epist.2. cap.4.

¶ De eodem. C. V.

4 PEr scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce (si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit) præsente vidélicet eo, quem accusare desiderat; quia nullus absens b, aut accusari potest, aut accusare.

Sed Calixtus Papa præcipit,vt accusator præsente eo, quem accusat, in scriptis iudici accusationem offerat, & propria voce litteras suæ accusationis legat. Stephanus autem prohibet, ne absens aliquem per epistolam accusare audeat. 2 ¶ *Quæ vero sit forma accusationis,& quis modus concipiendorum libellorum, Paulus in Digestis libro de publicis iudicijs, titulo de accusationibus,& inscriptionibus lege 3. ostendit dicens.* [¶ 3 *Libellorum inscriptionis conceptio talis est. Consul, & dies* c. *Apud illum prætorem, vel proconsulem Lucius Titius professus est se Mæuiam lege Iulia de adulteryjs, ream deferre, quòd dicat eam*

c ¶ *Consul & dies.*] institutæ accusationis:quia de die commissi criminis loquitur.nam consul & dies sunt præponendi. ‖ hodie primo ponitur Imperatoris nomen,postea consulis:postea indictio,postea mensis & dies. in Authen.vt præpo.nomen Imper.collat.5.

d ¶ *Caio Seio.*] ideo nomen exprimitur, vt secundum qualitatem personæ puniatur magis vel minus. Sed quid si ignoratur quæ sit illa persona ? Videtur quòd nihilominus ipsum accusare possit, vt 5.q.1.c.2.

e *Neque autē diem.*] commissi criminis b, sed non concepti libelli, vt supra diximus. penitus contrarium est in ciuilibus actionibus, vt ff. de eden. l. 1. §. diem autem. ‖ A testibus autem quæritur dies, vt 3.quæst.9. nihilominus. & 35. q. 6. de parentela.De hoc plene dicemus 7. 4.quæst.3. in testibus.2.& etiam dicent in qua parte domus secundum Hug. dies est assignanda: quia non licet vagari cum discrimine alterius,vt ff.de iniur. l.prætor.Ioā. Tamen dic, quòd non aliud tenetur dicere testis,quàm accusator proposuit:quia non aliud iudicandū est,quàm in libello comprehensum sit. argum. extra de causa posſ.cum super electione. de simo.licet Hely.vltra medium.Bart.

f ¶ *Se professum esse.*] id est, se velle prosequi accusationem,& subituram talionem si non probauerit. Ioan.

g ¶ *Sed si aliud.*] id est, eodem modo est procedendum ,si aliud crimen obijciat.

h ¶ *Reo.*] hoc etiam fiat elapso biennio,vt C. vt intra certum tempus. l.vltim.

i *Videbimus.*] ff. ad Turpil. l.in senatus.§.vlt.

CAVSA III.

Quidam episcopus k *à propria sede deiectus est, petit restitui: post restitutionem ducitur in causam, inducias postulat, tamdem ad eius accusationem procedit quidam non legitime coniunctus,& duo infames, & tres religiosi; accusatores testes de domo sua producunt,& alios sibi inimicos extra suam prouinciam; reus criminoso iudici offertur ab vno tantum audiendus, & iudicandus. Quidam de accusatoribus & testibus absentes per epistolam illum accusare, & in eum testificari contendunt:cum multa capitula*

6 Adde quòd ratio est,quia locus aggrauat rem gestā. l. prætor. 6.fi. ff. de iniu. & l. aut fuga. §. locus.ff.d pœ. b Sub an testes subornati videantur, secundum L. †abest à Pandectis Florentinis. ‖ Testis an deponere debeat de die.

† *al. libellos*

cit quæstiones.

k *Quidam episcopus.*] Hic primum agitur, an spoliatus sit restituendus,sed supra causa 1.quæst.2. agebatur an spoliatus esset in ius vocandus. ‖ Est autem regulare, quòd spoliatus ab alio, quàm a iudice, vel etiam a iudice est spoliatus sine ordine iuris, semper statim est restituendus non obstante exceptione alicuius criminis, vel non canonicæ institutionis,vt extra de restit.spol.in litteris. & cap. item cum quis. & cap. conquerente. & 6.quæst.3. denique. ‖ Fallit in casibus hic notatis. Intrusio, scilicet quando aliquis occupauit sedem Apostolicam violenter,vt infra ead. §.patet. sed hoc speciale est in Papa. Dilapidatio, vt 3.quæst.2. quia ea. sed hodie hoc non tenet, quia non est spoliandus aliquis nisi probata suspicione: vt extra de simon. licet. Criminis enormitas,vt 2.quæst.5.super causa.Infamia & criminis euidentia,vt 2.quæst.5.

† *al. & ipsum libellis*

† *al. alis ve causa*

† *al. seruatus consulto*

‖ Instrumentū multa habere debet.

‖ Spoliatus est semper restituendus regulariter.

‖ Spoliato in multis casib⁹ denegatur restitutio.

presbyter si.& q.1.scelus.& cap.manifesta. Item crimen simoniæ. extra de simon.accusatum.& cap.tanta. Contumacia, vt 3.quæst.9. decernimus. Scandalum,vt 3.q.6. hæc quippe. Fornicatio notoria. extra de diuort.significasti. Item cum reus est absens. extra de offic.iudic. delegat. consultationibus. Cum incontinenti deiecit.extra de restit.spolia.olim. Item cum spoliatio est probata in modum exceptionis. extra de ordi. cog. cum dilectus. Item secundum quosdam cum incôtinenti spoliator vult probare exceptioné. extra de restit.spol.litteras. ff.ad exhib.l.3.§. ibidem. Item cum à muliere objicitur læuitia viri, vt extra de restitu. spoliat. ex transmissa. Item in casu quem habes extra de diuort. gaudemus, in fin. Item exceptio rei iud. 2. quæst.6.§.diffinitiua. Itê exceptio iurisiurandi, vel pacti secundum quosdã, vt extra de restit.spoliat. accepta. & cap. solicite. Item si sub conditione possedit,extra de restitu. spoliat. olim causam. Itê si ex gratia vel precario possedit. ℣. 10. q. 3. quia cognouimus.& extra de excef.prælat.cum ad quorumdam. Item si possedit, vt colonus.ff.de vi & vi arb. cum fundũ. ‖ Hoc autem scias, quòd quatuor sunt auxilia producta, per quæ petitur restitutio, actio, interdictũ, condictio ex canone, iudicis officium. Actione petitur restitutio, vt actione quod metus causa datur restitutio contra quemlibet [a] possessorẽ. ff.quod metus.l.metu. §. volenti. Item actione de dolo petitur restitutio:& per illam non fit restitutio, nisi contra illum qui dolum fecit.ff.de dolo. l. si plures. Item per interdictum restitutio datur contra illum solum qui vim fecit,vt extra de restit.spolia.cum ad sedem, in fin. Per condictionem ex canone datur restitutio contra quemlibet possessorem,vt extra de app. bonæ memoriæ. & extra eo.cap.sæpe.& ℣.ead.redintegrãda. Item per iudicis officium petitur restitutio,cum aliquis propter absentiam perdit rem suam,de qua agitur.ff.ex quibus causis maio. l.1. & per totum. & illa potest agi contra quemlibet possessorem, vt 16.quæst.3. §. porro.

‖ Restitutio petitur quatuor auxiliis.

a Nisi per hãc actionem adnocatur res etiam ab eo qui metum nõ intulit. ff. quod met.cau. si cũ exceptione. §. 2.C.eo.tit. nõ interest. Arch.

ei obijcerentur; in primo accusatores deficiunt: demum accusatio in accusatorem vertitur.

1 *Hic primum quæritur,an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.*

2 *Secundo de inducijs,an post restitutionem tantum, an etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedendæ sint.*

3 *Tertio,quo spatio mensium vtrique sint concedendæ.*

4 *Quarto, an infames, & non legitime coniuncti, ad accusationem sint admittendi.*

5 *Quinto, an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit audienda.*

6 *Sexto, an extra prouinciam reus sit producendus.*

7 *Septimo,an sit audienda eius sententia, quem cum reo par inficit malitia.*

8 *Octauo,an ab vno tantum episcopus sit audiendus, vel iudicandus.*

9 *Nono, an accusatores, vel testes in absentem vocem accusationis, vel testificationis exhibere valeant.*

10 *Decimo, an deficientes in primo capitulo sint admittendi ad sequentia.*

11 *Vndecimo, an accusato liceat accusationem in accusatorem vertere.*

QVÆSTIO I.

Vòd restitutio quibuslibet danda sit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Gaius Papa, epist. vnica ad Felicem episcopum, cap.3.

¶ Expoliatis, vel eiectis omnia sunt redintegranda. C. I.

1 EPiscopis suis rebus expoliatis,vel à propriis sedibus eiectis,omnia [a], quæ eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda: quia priusquam hoc fuerit factum, nullum crimen [b] eis obijci potest.

Item Fabianus epistol.2. episcopis orientalibus.

¶ De eodem. C. II.

2 EPiscopi [c], si à propriis sedibus, aut ecclesiis sine auctoritate « Romani Pontificis expulsi fuerint; antequam ad synodum vocentur, proprius locus, & sua omnia eis redintegranda sunt. Nulla enim permittit ratio,dum ad tempus eorum bona, vel ecclesiæ, atque res ab æmulis,aut à quibuscumque detinentur, vt aliquid illis obijci debeat: Nec quicquam potest eis quoquo modo quilibet maiorum, vel minorum obijcere [d], dum ecclesiis, rebus, aut potestatibus carent suis.

« ¶ Sine auctoritate Romani Pontificis.] *Sunt hæc verba etiam apud Anselmum, licet non sint expressa in originali: cuius hic sententia potius, quàm ipsamet verba referuntur vsque ad versic.* Nulla.

Sed notandum est, quòd restitutionis sententia sola non sufficit, nisi præsentialiter omnia iudicis officio restituantur, vt electus, vel spoliatus etiam naturalem [e] possessionem recipiat, siue animo suo, & corpore alieno, veluti per procuratorem; siue animo, & corpore suo. Cuncta quoque, quæ sibi ablata fuerant, quacumque conditione, in eodem loco, vnde surrepta fuerant, reuocanda sunt.

Vnde Ioannes vrbis Romæ episcopus scribit Zachariæ Archiepiscopo, epistola prima [3].

¶ De eodem. C. III.

5 REdintegranda sunt omnia expoliatis,vel eiectis episcopis præsentialiter ordinatione Pontificum, & in eo ßloco [f] vnde absscesserant funditus reuocanda, quacumq; conditione temporis,aut captiuitate [g], aut dolo [h], aut violentia † maiorum, aut per quascumque iniustas causas,res ecclesiæ,vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante [γ] accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & reliqua.

ß § In eo loco.] *Apud Ioannem.& Symmachum legitur,* & in eorum vnde abscesserunt, potestatem, funditus reuocanda. *Apud Eusebium vero,* in eorum vnde absscesserunt, loca funditus reuocanda.

γ § Ante accusationem.] *Hæc vsque ad finem addita sunt ex originali, quibus oratio absoluitur, & quorum pars in fine huius quæstionis à Gratiano repetitur.*

Item Eusebius Apostolicæ sedis episcopus, epist.2.ad Aegyptios.

¶ De eodem. C. IIII.

1 REdintegranda sunt omnia expoliatis,vel eiectis episcopis, &c. *vsque* funditus reuocanda *eodem modo, vt supra.*

Item Alexander Papa epistola secunda in principio.

¶ Non est sacerdos, sed schismaticus, qui fraterna se fabricabit obsequia.

C. V.

NVlli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur, & tribulantur. Propter quod humiliemur sub potẽti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret; sic diabolus non cessat circumire,& quærere,quos ex fidelibus perdat,& maxime illos,quos ardentiores in seruitio Saluatoris, eique familiares inuenerit. Familiares dico eos,quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constituí voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt,quia precibus suis, & oblationibus ea delent, atque consumunt. *& infra.* ¶ [2] Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio [a] vestro [b] se subtraxerit, magis schismaticus,quàm sacerdos esse probabitur. [Ecce (inquit Propheta) quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.] Illi vero in vnum non habitant, quia à fratrũ solatio se subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus infidias præparant, aut laqueos ponunt. *& in fine epistolæ tertiæ.* Dominum crucifigunt,qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum subsstinet qui vim patitur.

Item Fabianus Papa epistola secunda ad episcopos orientales.

¶ Excommunicentur, quia opprobrium, & calumniam inferunt sacerdotibus.

C. VI.

‖ Spoliatus spoliatores conuenire potest.

2 Aug. l.3. cap.30.

c ¶ Hic locus est intelligendus cum de excommunicatione & deiectione decidit. de restit.spol. frequẽs. lib. 6.

a Ad ibidem. ‖ Ecclesiã suã quilibet defendere tenetur.

b Vbi de hoc 8.q.7.c.1. ibi videas. & q.8 leg. & no.16. q.1. nos aute. & 11. q.3. quid ergo. Archid.

1 Petr.5.

3 Et Eusebius Epist.1. & 2. Symmachus Papa Anastasio, & 44. ‖ Pignus petitorium & actu ventilatorium.

Osee 4. 2 supra 1.q.1. ipsi sacerdotes. Burc.l.1.c.119. Ino p.q.c.119.

Psalm. 132.

† al. vim

‖ Spoliatus vim vel metu agit ad spoliatum.

‖ Dolus in posterum præcauendus.

d ¶ *Non continuato.*] id est, si non interponitur contrarius actus. ff. de test. heredes palam. vel continuato cum primum poterit [b]. ff. ad Tertul. l. 2. §. confestim.

E inducijs.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes,in quarum prima probat per octo auctoritates, quòd inducíæ post restitutionem sunt dandæ spoliatis & restitutis, vt diu gaudeant commodo post sessionis ante quàm spoliatoribus respondeant: quæ tñ arbitrariæ sunt. Secunda ibi, *Quod si male.* Ioan.de Fant.

CASVS. Hic intitulat 2.quæst. qua quæritur an dandæ sint inducíæ post restitutionem. & probat Gratia. per sequen. cap. quòd sic.

e ¶ *De inducijs.*] ‖ quinque sunt genera inducíarum, restitutoriæ, præparatoriæ,citatoriæ,deliberatoriæ, & iudicatoriæ, siue executorię [c]. In causa criminali restitutoriæ non erunt minores vj. mensibus, nec maiores anno, & habent locum ante vocationem in ius in causa criminali. ℣.ead. eiectis. vel verius est, q̃ sint arbitrariæ,vt ℣.ead.si episcopus. Citatorię erũt vnius vel duorum vel triũ mensium, vt 4.q.5.c.1. & 5.q.3.c.1. & habent locũ post citationem & contestationem. illę autẽ quę habenẽ 5.q.2.c.præsenti. sunt paternales adiectiones, de quibus mentiuntur quidam, q̃ sint clericorum minorum vel laicorum, tamẽ arg. est pro eis 15.q.7. si autem. Aliæ sunt presbyterorum vel diaconorum, vt dicunt quidam.Præparatoriæ,erunt anni & dimidij, vel vnius anni, vel sex mensium,vt ℣.ea.q.3.de inducíis. & hę dantur ante lit. conteſt. & post. 5.q. 2. si primates.In ciuili autem causa sunt inducíæ deliberatoriæ xx.dierum, vt ℣.ea.q.3. offeratur. Citatoriæ xxx.dierũ. in auth. de litig.§.omnem. col.9. & per trinum edictum, vt 24.q.3. de illicita. Iudicatorię quattuor mensium, quæ dantur iudicatis, vt extra de offic. iur. deleg.quærenti. In criminali vero non dantur deliberatoriæ [d] quia certus debet esse reus vtrũ velit crimen confiteri, an negare,cum sciat se esse reũ, vel non. Item nec iudicatoriæ dantur, quia ibi pœna non differtur nisi in casibus, vt 11.quæst.3. cum apud.

‖ Inducíarum quinque sunt genera.

Quanto tempore.] CASVS. Dicitur in hoc cap.quòd tantum tempus dandum est expoliatis ante quàm ad synodum vocentur,quanto tempore fuerunt expoliati, vt sub eodem tempore eis inducíæ dentur.

f ¶ *Quanto.*]. id est, quali. id est, si longo tempore fuit spoliatus, longo tempore erit restitutus. sic 90.dist.si quis monachus. in fin.

3 supra dist.n. 79. si quis pecunia.

d Tu dic quòd opi. contraria est verior, vt per Goc.in c. 2. de dilat. & per Bal.& Sal. in auth.offerat. C. de lit. contest. & Alexan.de Imo. in l.1.ff.de eden.post prin.

4 Et Eusebius epist.2.

5 ℣.ea.c.prius. ipsa prorsus verba.

vt ℣.15.q.6.c.1. & ℣.30.quæst.1. dictum.& C.de inoffic. test. eum qui. 1. respon. extra de his quæ vi metusve causa fiunt, cum dilectus. contra. & 20.quæst.3. constituit. contra.

NVlli dubium est.] CASVS. Quidam episcopi iniuste fuerunt expoliati, & à suis sedibus eiecti. alij episcopi non iuuabant eos: immo (quod deterius est) ponebant insidias, diabolo instigante, quos Alexander reprehendit dicens tales esse schismaticos,& Christum crucifigentes in ipsis expoliatis episcopis. & quod facere non debẽt,hoc probat, quia sæpe boni diabolo cooperante tribulationem patiuntur per malos.

2 ¶ *Auxilio.*] Episcopi sibi inuicem debent præstare mutuum auxilium, vt 5.dist.90. præcipimus. & ideo inducit hoc cap. scilicet, quòd semper sit subueniẽdum spoliatis.

b ¶ *Vestro.*] arg. ‖ quòd quilibet tenetur patrocinium pro sua ecclesia præstare.95.dist.si Imperator [a], & si contra ecclesiam suam præstaret, priuandus esset eo quod habet ab ea. 1.q.7.cap.1. C.loc. milites. & est expressum extra de postul. cap. vlti.

Deus ergo.] CASVS. Præcipit Fabianus Papa omnibus episcopis, quòd ipsi opem ferant & auxilium sacerdotibus expoliatis, eos restituendo, & eorum calumniatorem & persecutorem excommunicando.

e ¶ *Parentes.*] ℣. 4. q. 3. §. parentes. contra. Sed illud intellige de remotis parentibus: istud de vicinis. Vel illud de collateralibus, istud de descendentibus vel ascendentibus [f] contra collateralem enim non cogitur quis testificari vsque ad quartum gradum, vt 4. q. 3. §. lege. Iulia. & hoc intelligunt quidam in criminalibus causis tantum. Sed in ciuilibus (vt dicunt) licite admittitur contra fratrem frater, & pro ipso: quia nulla lege est prohibitum: & edictum de testibus est prohibitorium, vt ff. de testib. l. 1. Item quia in priuatis iudiciis filius potest habere patrem iudicem, vt ℣. ea. q. 7. §. cognitores. & ff. de iud. l. in priuatis. Io. ego hoc non credo: quia propter consanguinitatem aliquis recusatur, vt extra de app. postremo potest tamen dici, quòd collaterales admittantur post tertium gradum, ea ratione: quia vsque ad gradum illum non coguntur inter se dicere testimoniũ. Dominus Hug. dicebat, quòd filius potest habere patrem iudicem, nisi recusetur: quia recusari potest, vt d. c. postremo. B. Sed quid si testis est consanguineus illius pro quo inducitur, & illius contra quem inducitur? Satis videtur quòd tunc par affectionis causa suspicionem fraudis excludit. ff. de rit. nup. non solum. §. 1. Vel videtur quòd in ciuili causa admittuntur consanguinei siue propinqui siue remoti in testimonium: licet non possint esse iudices. minor enim causa repellit iudicem quàm testem, vt dicitur ℣. ea. accusatores. hoc ideo, quia facilius haberentur mille iudices quàm vnus testis. ad hoc facit extra de appell. postremo.

2 Ansel. l. 3. c. 55. Pol. l. 5. tit. 1. Bur. l. 1. c. 171. Iuo p. 5. c. 289. Pan. l. 2. c. 85. 3 Cõsilio tex. nuncẽs sup. gl. concor. Al. de Imo. in l. qui iurisdictioni. verſi. secundo fallit. ff. de in. em. iu. per. l. quinetiam. de arbitr. Pro declaratione tamen huius c. dic q̃ in crimi nali cõ potest esse iudex pater in causa filiorum & aliorum de quibus hic fit supposita. tur etiã absq; aliqua excusatione facta ratione suspicionis allegandæ probatur per rex. in l. 1. lex Corne. i prin. de iniu. Sed in ciuili cõ potest esse iudex etiã ordinarius dũmodo non recusetur. q. tex. in l. in primatis. ff. de iud. sed de hoc vide plene in l. aperti simi & ibi docto. maxime sali. C. de indi.

† *accusatores*] orig.

4 Ambrosius Syagrio, epi. 64. Ansel. l. 3. c. 63. Bur. l. 1. c. 152. Iuo p. 5. c. 279. Pan. l. 4. c. 84.

f H. exponit hic parentes, id est, consanguinei: nam fœdus cum hac vulgariter loquitur cap. ‖ Testificari contra cellare tales nemo cogitur.

Accusatores.] CASVS. Quæritum fuit ab Anacleto, vtrum illi qui ante hesternum diem vel nudiustertius fuerunt inimici, sint in testimonium admittendi? Et respondetur quòd nomine læsi se velint vlcisci: quare quærendi sunt testes inoffensi, & non suspecti. Et dicit ante hesternum diem generaliter pro præterito tempore ponitur: nudiustertius pro die tertia, id est, nunc est tertia dies.

f ¶ *Hesternum.*] argu. q̃ repellitur accusator & testis æque per præteritas sicut per præsentes inimicitias, sic 6. quæst. 1. qui crimen. & hoc in memoriam prioris offensæ, vt ff. de decurio. l. vltim. ff. de quæstionibus. l. vnius. §. feruus. Et est hic argum. ex recentia temporis aliquid præsumendum esse, vt 31. q. 1. si quis viuente. 50. distin. si qua femina. Sed numquid quælibet inimicitiæ repellant. Videtur quòd tantum criminales & capitales, vt extra de simo. per tuas. in fine g, & instit. de excu. tu. §. inimicitiæ. & ff. de arbit. licet. nam non quilibet amicus repellitur, sed solum ille qui maxima familiaritate coniunctus est. ff. de verbo. sign. late. §. amicos. Item lex dicit, q̃ propter leues inimicitias non extinguitur legatum, sed propter graues, vt ff. de adimen. leg. l. 3. in fin. Econtra videtur, quòd inimicitiæ non solum capitales,

sed etiam aliæ repellant: quia ab accusatione repellitur quis propter ciuilem controuersiam. extra de restitut. spol. item cum quis. nec etiam tales inimici admittuntur ad purgandum, vt extra de purgatio. cano. cum in iuuentute. in fin. Tu dicas: quòd semper inimicus repellitur, nisi sint leues & modicæ inimicitiæ. argum. extra de simo. licet Hely. & hoc relinquitur inquisitioni iudicis quales inimicitiæ repellant, vt in authent. de testib. §. si vero dicatur. coll. 8. & 4. quæstio. 3. §. si quis testibus. De tali inimico dicit lex, quòd non semper repellitur quis propter inimicitias: sed iudex æstimabit an ei credi debeat, vel non. ff. de quæstionibus. l. 1. §. quæstionem. in fin. Et est simile. ff. de excusatio. tuto. propter litem. Ioan.

Item Symmachus Papa in quinta synodo Romana sub ipso habita.

¶De eodem. C. III.

A Ccusatoribus vero inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis [a] immorantur, aut suspecti sunt, non credatur; ne irati nocere cupiant, ne læsi vlcisci se velint. *& infra.* ¶ Si quis hæc, quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt, infringere præsumpserit, aut voluntarie transgredi tentauerit; si clericus est, gradu proprio penitus careat: si vero monachus, aut laicus fuerit cõmunione priuetur: & si nõ emendauerit vitium, anathemate feriatur. Secretas vero insidias, vel manifestas pontificibus à quibuscumque illatas, vel ea, quæ huius sanctæ synodi sententia cõplectitur, si quis ad ecclesiæ pertulerit [b] notitiã; potiatur honore: & hi, qui aduersa eis moliuntur (sicut à sanctis patribus dudum statutum est, & hodie synodali, & Apostolica auctoritate firmatur) penitus abiiciantur, & exilio (suis omnibus sublatis) perpetuo tradantur.

Item Pontianus sanctæ & vniuersalis ecclesiæ episcopus, epist. 2. omnibus Christianis.

¶Qui non possunt esse accusatores, vel testes. C. IIII.

1 SVspectos, aut inimicos, aut facile litigantes [c], & eos, qui non sunt bonæ conuersationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accusatores esse, & testes, & antecessores nostri Apostoli [a] prohibuerunt; & nos eorum auctoritate submouemus, atque futuris temporibus excludimus.

¶ Apostoli.] *Sic est emendatum ex Vaticanis codicibus. Antea enim legebatur.* Apostolici. *originale autem impressum sic habet,* & antecessores nostri Apostolica repulerunt auctoritate, & nos submouemus, atque futuris, &c.

Item Eusebius episcopis Galliarum, epist. 1.

¶Ab accusationibus clericorum repellantur, quos leges sæculi non admittunt. C. V.

2 DE accusationibus clericorum, super quibus mandastis, scitote à tempore Apostolorum in hac sancta Vrbe seruatum esse, accusatores, & accusationes, quas exterarum [d] consuetudinum leges non asciscunt, à clericorum accusatione submotas. *& infra.* ¶ 3 Idcirco, & nos sequentes patricos. Qui respondit dicens quòd illi non admittũtur à tempore Apostolorum in ciuitate Romana, quos leges sæculi non admittunt: nec eos admittimus, vestigia patrum sequentes: dicit Eusebius: nec undices tales recipiant.

d ¶ *Exterarum.*] id est, Romanorum. Sed quare vocat eos exteros, cum ecclesia eos approbet, vt 10. distin. per totum? Respondet: quia Gallis loquitur, qui leges illas non tenent. Si. 12. quæst. 2. cum deuotissimam. vbi Papa Reginæ Francorũ Lombardam non Romanam legẽ inducit. Alia littera, exterarũ cõsuetudinem. e ¶ *Publica.*] id est, sæculares [b].

trum vestigia pro saluatione seruorum Dei, quascumque ad accusationem personas leges publicæ admittunt, his impugnandi alterum, & nos licentiam submouemus, & nullæ accusationes à iudicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

Itẽ Pelagius Papa II. episcopis Italiæ.

¶Alienigenæ, & quos diuinæ voces mortuos appellant, episcopos accusare non possunt. C. VI.

4 CAnonica sanctorũ patrum statuta (ne columnæ sanctæ ecclesiæ vacillent) sequentes, ac roborantes, omnes infames, cũctosque suspectos, vel inimicos, & eos, qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides [f], vita, & libertas nescitur, & qui non sunt bonæ conuersationis, vel quorũ vita est accusabilis, ab omni accusatione episcoporum funditus submouemus. Similiter & omnes, quos diuinæ leges mortuos [g] appellant, submouendos esse ab eadẽ accusatione, & publicæ pœnitentiæ submittendos iudicamus.

Item ex synodo Romana habita sub Hadriano Papa. 5

¶ *Caput hoc, &c. Neminem, infra ead. q. 6. quæ citantur ex synodo Romana, extant in capitulis Hadriani. ea autem expressius etiam appellantur synodi nomine, infra. 5. q. 3. in principio.*

¶A clericis repelluntur accusationes, quas leges sæculi non asciscunt. C. VII.

6 ACcusationes, & accusatores, atque eorum† negotia [h], quæ sæculares non asciscũt leges, diuina, ac synodica fũditus [i] à clericis repelli auctoritate censemus: quia indignum est superiores [k] pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt.

Item Stephanus Romanæ ecclesiæ episcopus omnibus episcopis, epist. 2. de accusationibus sacerdotum. c. 3.

¶Nec seruus, nec libertus, nec infamis episcopos accusare præsumant. C. VIII.

7 ACcusatores, & accusationes, quas sæculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submouemus. Nullus enim alienigena [9], aut accusator fiat eorũ, aut iudex. Vnde, & de Loth scriptũ est [Ingressus es vt aduena, numquid vt iudices?] Accusator autẽ nostrorum† nullo sit seruus, aut libertus [m], nulla que suspecta persona, aut infamis.

3 *Item Eusebius Papa, epist. 3. ad episcopos Thusciæ.* [10]

cipatus. 54. distinct. quicumque ergo nec testari nec accusare, vt 2. quæst. 7. ipsi Apostoli, & c. testes.

Constit

Constituimus.] CASVS. In hoc c. enumerantur xv. genera hominum, qui ab accusatione vel testimonio repelluntur, quia infames sunt, & vox eorum est funesta in talibus. Seq. cap. patet, in quo enumerantur viij. genera hominum qui ab accusatione vel testimonio repelluntur.

a ¶ *Malefici.*] ‖ qui faciunt ne viri possint cognoscere vxores suas, vel qui volunt futura scire. & hoc est crimen publicũ. C. de paga. & fa. & temp. eo. l. 2. & vlt.

b ¶ *Vel falsum.*] extra de ord. cog. cum dilectus contra. Sed ibi non fuit lata sententia contra testem [a], sed contra reum. si vero contra testem, secus esset. contra testem enim potest ferri, vt C. de test. nullũ in fin.

c ¶ *Similesque.*] alij adduntur j. 6. quæst. 1. §. quicumque. & c. infames.

d ¶ *Quia infames.*] hæc non referas ad omnia supradicta, quia suspecti & domestici non sunt infames. Et ita est argumen. quòd verbum sequens in priuilegiis nõ refertur ad omnia supradicta. fi. de consecr. dist. 2. cum omne [b]. fi. ff. de in rem verso. fi pro parte. §. idem. ff. de le. 1. l. talis scriptura. §. vltim. & l. fi seruus plurium. §. vltim. Argumen. contra extra de do. cum dilecti.

ADDITIO. Dic vt legitur & nota. extra de appell. secundo requiritis, & c. inquisitioni. Archid.

e *Similiter.*] ¶ *Aut gratiosi.*] id est, adulatores. 46. distinct. clericus 1.

e ¶ *Aut gratiosi.*] vt j. ea. accusatores. C. de transact. præses.

f ¶ *Vel affines.*] j. ea. quæst. 9. absens. simile ff. de iniur. l. lex Cornelia. in princ. tamen inter se bene admittentur affines: quia affinis potest accusare affinem. C. de abol. l. vltim.

Nullus.] CASVS. In hoc cap. enumerantur ix. genera personarum, quæ ab accusatione epis coporum repelluntur.

Accusatores.] CASVS. Quæsitum fuit à Calixto, vtrum possint accusare vel testificari suspecti, vel familiares, vel de domo prodeuntes: vel vtrum consanguinei eius ad testimonium admittantur. Et respondet quòd non: quia propinquitatis, vel familiaritatis, vel donationis affectio veritatem impedire solet. Et carnalis amor & timor & auaritia sensus hominum consueuit hæbetare.

g ¶ *Ac dominationis.*] dominus enim aduersarij non potest esse iudex. extra de of. deleg. causam. immo propter dominum tota familia declinat iurisdictionem alicuius, vt C. si quacumque præditus pot. l. 1.

Accusatores.] CASVS. Dicitur hic, quòd lex diuina repellit omnes accusationes & accusatores, & eorum negotia, id est, testimonia, quæ sæculares leges non admittunt, & generaliter omnes laici repelluntur, cũ sint inferiores, & à clericis nolunt accusari.

h ¶ *Negotia.*] id est, testimonia.

i ¶ *Funditus.*] Regulariter contra clericos non admittuntur laici. 5. 2. quæst. 7. laicos. & c. sicut.

k ¶ *Superiores.*] id est, clericos.

Accusatores.] CASVS. Dicitur hic, quòd omnes remouet Stephanus ab accusatione, quos leges sæculi repellunt, & Apostolici prohibuerunt. & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Nullus.* dicitur quòd nullus alienigena sit episcoporũ accusator vel iudex: & hoc probatur auctoritate vete. testi. Item nullus seruus, nullus libertus, & nulla suspecta vel infamis persona accuset nostros.

l ¶ *Vt iudices.*] à dictis ergo malorum possumus argumentari. 37. distin. si quid veri.

m ¶ *Aut libertus.*] qui non potest ordinari, nisi pleno iure sit emancipatus. 54. distinct. quicumque ergo nec testari nec accusare, vt 2. quæst. 7. ipsi Apostoli, & c. testes.

¶ Infames, qui ad sortilegos, & diuinos concurrunt, nec accusatores, nec testes esse possunt. C. IX.

1 COnstituimus iterum, firmantes cana patrum statuta, cum omnibus, qui nobiscum sunt episcopis, sicut dudum decretum reperimus, vt homicidæ, malefici [a], fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum [b] testimonium dixerunt, seu qui ad sortilegos†, diuinosque concurrerunt [c], similesque [c] eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia infames [d] sunt; & iuste repellendi, quia funesta est vox eorũ.

Item Iulius Papa in rescripto ad orientales, cap. 33.

¶ Suspecti, aut gratiosi ad accusationem non admittantur. C. X.

3 SImiliter in iam præfixa synodo est decretum, ne suspecti, aut infames, aut criminosi, aut gratiosi [e] vel calumniatores, vel affines [f], aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores; sed tales, qui omni careant suspicione.

Item Felix Papa. I. epist. 1. c. 14.

¶ Qui inimicitiis studet, vel facile litigat, nec accusator, nec testis esse potest. C. XI.

4 NVllus seruus, nullus libertus, nullus infidelis†, nullus criminib⁹ irretitus, nullus calũniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus qui frequenter litigat, & ad accusandum, vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur episcopos accusare.

Item Calixtus Papa, epist. 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Familiares, suspecti, de domo prodeuntes non recipiantur in accusatione. C. XII.

iij 5 ACcusatores vel testes vel suspecti non recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etiam consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium dicant: quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis [g] affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis, & timor [h], atque auaritia plerumque sensus hæbetant humanos, & pertuertunt opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam, quasi mercedem prudentiæ.

Item Pelagius† Papa secundus, epist. 1. cap. 4.

¶ Qui inimici, vel suspecti sunt, & qui odio quoslibet insequuntur, ab accusatione remoueantur. C. XIII.

6 OMnes, qui aduersus patres armanturi, vt patrum inuasores, & mactatores, infames esse censemus *& infra.* ¶ Horum ergo vitiorum auctores vel patratores, non sunt in accusatione pontificum recipiendi, sed penitus repellendi: quoniam iubent canonica decreta patrum, vt accusatio, vel testimonium eorum, qui odio quoslibet persequuntur, vel inimici, aut suspecti habentur, nullo modo recipiantur.

[*Item Paschalis Papa. 7*]

¶De eodem. PALEA. C. XIIII.

NVlli episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos [a], antequam ab eis impeteretur, à sua communi familiaritate neglexerit separare.

¶ *In vno peruetusto exemplari Gratiani, à quo pleraque Paleæ absunt, caput hoc habetur, non hic, sed supra, 2. quæst. post. cap. Beati Petrus & Paulus. vbi etiam citatur ex Paschali II.*

a ¶ Quos antequam.] *In eodem codice legitur,* quos & antequam ab eis impeterentur, à sua communi familiaritate neglexerunt separare. *In aliis vero nonnullis, inquibus hæc Palea habetur hoc loco, legitur* quos, antequam ab eis se impetendos cognosceret, à sua, &c. *In decretalibus autem non multo secus* antequam se ab eis impetendũ cognosceret, à sua, &c.

Quòd vero inimici ab accusatione prohibeantur, inde est, quia eorum calliditate, innocentia frequenter opprimi solet. Sed cum Athanasius† suæ cathedræ reddi præcipitur, quia de inimicitia sui Patriarchæ cõquestus est, patet quòd etsi manifesta crimina alicuius sint, non tamen condemnandus est accusatione inimici. 8

Vnde Nicolaus Papa scribit Michaeli Imperatori in epistola, quæ incipit [*Proposueramus.*]

¶ Qui inimici sunt, iudices esse non possunt. C. XV.

QVòd† suspecti k, & inimici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis l. ¶ Nam quid m gratius, & amabilius dare quis inimico potest, quàm si ei ad impetẽdum n commiserit, quem lædere

‖ Iudex facilius repellitur quàm testis.

c Hoc est falsum, vt ibi no. & probat extra de offic. iudi. cap. 1.

1. *Tim.* 6.

Anten. l. gebatur, 6 *Iustus*

6 Pr... Do... a&... Chal... Anf...

d Su... beren... cutiendo... cauen... cusando, se... dum Hug...

7 extra de cusc. nul...

al. Anastasius

8 Concor. tex. in l. qui ... fare. licet ... videatur ... sentire ... no. per D. ... C. de accu...

† *al. Quia*

1 Sup. 2. q. 7. c. quærendum. Poly. ibidem. Anf. l. 3. c. 16.

‖ Filius matrẽ quãdoque potest exheredare.

‖ Admonitio quãdoque est necessaria: quãdoque nõ.

2 Anf. l. 3. c. 26.

a Concor. tex. in l. 1. & 2. & per totum tit. ff. & C. de ac.

3 Sup. q. 1. nos sequentes.

l ¶ *Exemplis.*] à quibus licet argumentari. 10. distin. de quibus. C. de ædifi. priua. an in totum. & 10. distin. si in adiutorium.

m ¶ *Nam quid.*] prima ratio.

n ¶ *Ad impetendum.*] id est, ad puniendum vel iudicandum.

a ¶ *Quod*

a *Quod prouide.*] prima auctoritas.
b *Dignoscitur.*] hoc nescio vbi sit.
c *Veniamus.*]primum exemplum.
d *Canonice.*]Forte ideo dicit, canonice, quia tribus edictis citatus erat, vnde debuisset a mississe responsalem. Vel dic quòd sufficit isti protestari suspicionem, & quidquid post illã protestationem fit, non tenet, sicut si post appellationem esset factum. extra de eo qui mit. in pos. causa rei. fer. cum sicut. in fin. immo. licet non protestetur, tamen si postea probat suspicionem, cassatur quod fit cõtra eum, vt extra vt lit. non contesta. accedens 1.
e *Sed solum.*] ergo cum ordinarius recusatur, non est necesse probare causam recusationis, sicut nec causa appellationis assignatur tunc, licet hoc hodie corrigatur, vt extra de appel. vt debitus. & c. cum speciali.
f *Iudicabat.*] argumen. ‖ ordinarium iudicem recusari posse, vt ſ. 2. quæſt. 6. placuit, vt presbyteri. C. de iurisd. om. iu. nemo. & extra de fo. compe. si quis. quod negant quidam, & dicunt associandum episcopum, vt ſ. quæſt. 3. offeratur. in Authen. vt diffe. iudi. §. si vero. coll. 9. C. de iudi. apertissimi.
g *Et si manifesta.*] argum. quòd notorium crimen non obest petenti restitutionem b. ad idem extra de restit. spol. item cum quis. & quòd in notorio crimine etiã iudex recusatur. argum. contra extra de appell. proposuit.
h *Veniat.*] hæc est ſecunda auctoritas.
i *Tunc ægrotantibus.*] id est debilibus in fide.
k *Et testes.*] propter hoc inducit Grat. capitulum.
l *Quòd si iudicio.*] verba Nicolai.
m *Hinc Iustinianus.*] tertia auctoritas.
n *Inchoetur.*] nõ tamen ſemper ante litis conteſt. vt dixi ſ. ead. quæſt. 3. offeratur vſque ad triduum autem cogitur alios eligere. C. de iud. l. vltim. Sed tamen illa lex loquitur, quando eliguntur iudices ad causam principalem audiendam. vnde ſecus videtur, ſi eligantur ad probandã causam recuſationis. Quid autem iuris ſit de ſuſpecto iudice, dixi in conſtitutione illa extra de appell. vt debitus. & c. cum ſpeciali.
o *Nam quodammodo.*] alia ratio.
p *Hinc sanctus.*] hoc est ſecundum exemplum.
q *Intrare.*] miſit tamen excuſatorem forte, vel ideo non venit, quia citatio non tenuit.
Extra prouinciam.]hæc eſt 6. quæſt. in qua probat magiſter, quòd vnuſquiſque debet à iudice proprio iudicari, niſi ex cauſa fuerit appellatum. probat etiam, quòd epiſcopus non debet deponi niſi à ſolo Papa. Et diuiditur in tres partes in quarum prima probat per 9. auctori. quòd vnuſquiſque debet à ſuo iudice iudicari. Secunda ibi, *Aliquando.* Tertia ibi, *Aliàs autem.* Ioan. de Fan.

a De hoc no, ſup. ca. q. 2. epiſcopus.
b Ad hoc facit quod no. In. extra de ex ceſſ. præla. in fin. in prin.
3 In commonitorio ad Faustum.
4. Cod. de iudiciis. l. apertiſſimi.

forte voluerit? 1 Quod prouidea Conſtantinopolitana ſynodus canonum ſuorum ſexto c dinoſcitur prohibere capitulo. *& infra.*
¶ Veniamus d ergo & ad ſanctam Chalcedonenſem ſynodum, & quid nobis de Athanaſio Parænorum epiſcopo referat, audiamus. Is enim antiſtes tertio euocatus ad ſynodum, quia non occurrit, à Patriarcha ſuo canonice condemnatus extiterat: ſed ſolum e, quia cum vocaretur ad ſynodum, quòd inimicus ſuus eſſet ipſe, qui iudicabat f, clamauit, à ſancta Chalcedonenſi ſynodo 2 ad cauſas illatas ſibi, examinandas reſeruatur: & niſi denuo conuincatur, recipere eccleſiam propriam iudicatur. Quòd ſi Athanaſius à patriarcha ſuo depoſitus, quia de inimicitia ipſius conqueſtus eſt, iterato ad iudicium renouandum dirigitur, & ſi β manifeſta g ſibi officiant crimina; tamen ſuæ reddi eccleſiæ præcipitur; quanto magis Ignatius, qui non à patriarcha, ſed ipſe potius exiſtens patriarcha, minime debuit eccleſia propria (inimicis, & ſuſpectis iudicibus decernentibus) expoliari? *& paulo poſt.*¶ 3 Veniath & facundiſsimus noſter Papa Gelaſius, hæreticorum expugnator fortiſsimus, & quod de Cõſtantinopolitanis epiſcopis more ſolito tunc ægrotantibus i dixit, etiam nunc nobis ediſſerat. [Quæro, inquit, tamen ab his iudicium, quod prætendũt, vbi nam poſsit agitari? an apud ipſos? vt iidem inimici ſint & teſtes k & iudices? Sed tali iudicio, nec humana debent committi negotia.] Quòd ſi iudicio l vbi iidem ſunt inimici qui iudices, nec humana debent committi negotia; quanto minus diuina, id eſt eccleſiaſtica? Qui ſapiens eſt, intelligat. ¶ 4 Et re vera hinc Iuſtinianus m Imperator pius legibus ſuis promulgaſſe dinoſcitur dicẽs. [Liceat ei, qui ſuſpectum iudicem putat, antequam lis inchoeturn, eum recuſare, vt ad alium recurratur, Nam quodammodo o naturale eſt ſuſpectorum iudicum inſidias declinare & inimicorum iudicium ſemper velle refugere.
¶ Hinc p S. Athanaſius inimicorum ſæpe declinauit inſidias: Hinc S. Ioannes os aureum concilij contra ſe congregati renuit intrare q collegium.

c Sexto.] *Hic canon eſt ſextus concilij Conſtantinopolitani primi apud Græcos, qui in conciliis in quattuor volumina conjectis (nam ab aliis editionibus abeſt) tomo primo bis affertur; primum in concilio ipſo Conſtantinopolitano, deinde in libello ſynodicarum conſtitutionum De quo capitulo, & aliis canonibus huius concilij 3. diſtin. 22. eſt notatum, & ſ. 4. q. 1. c. quod autem, aliquid dicetur.*

β Etſi manifeſta.] *Vera lectio eſt*, & niſi manifeſta ſibi officiant crimina, ſuæ reddi eccleſiæ præcipitur, *eſtque idem, quod antea retulerat ex ipſo concilio*, & niſi denuo conuincatur, recipere eccleſiam propriam iudicatur. *Verum non eſt emendatum ob gloſſam, & quia Gratianus in verbis ſequentibus manifeſto oſtendit, falſa lectione ſe vſum eſſe: qui etiam, quod hic dicitur de inimicitia iudicis, ad accuſatoris inimicitiam tranſtulit. Nec vero (quod ex tota illa actione 14. facile conſtat) Athanaſius in ea cauſa erat actor, quirestitutionem peteret (quippe cum, licet in concilio Antiocheno depoſitus, poſtea tamen per Dioſcorum epiſcopatum recuperaſſet, tuncque poſſideret) ſed Sauinianus; qui poſt Athanaſij depoſitionem in eius locũ à metropolitano, & comprouincialibus epiſcopis ſuffectus, ab eodem Dioſcoro electus fuerat, ideoque reſtitui ſibi epiſcopatum petebat. In ipſo autem concilio Chalcedonenſi ſtatutum fuit, vt (quando Athanaſius diceret ſe ad concilium Antiochenum ter vocatum ideo non veniſſe, quòd Domnus eo tempore patriarcha Antiochenus ſibi inimicus eſſet) Sauinianus quidem maneret in epiſcopatu, interim vero cauſa Athanaſij apud Maximum tunc Antiochiæ patriarcham ageretur: atque intra octo menſes cognoſceretur, an Athanaſius crimen depoſitione dignum commiſiſſet; ac, niſi commiſiſſe conſtaret, ſuus illi epiſcopatus redderetur. Ex quo toto facto Nicolaus partem illam accepit: quæ ad rem ſuam optime faciebat.*

Patet ergo quòd, etſi manifeſta ſint crimina alicuius, tamen accuſatione inimici condemnandus non eſt.

QVÆSTIO VI.

r *Extra prouinciam autem reus nullatenus eſt producendus.*

Vnde Fabianus Papa ſcribit Hilario epiſcopo, epiſt. 3. cap. 4.

¶ Vbi crimen admittitur, ibi cauſa ventilet. C. 1.

d Vnde fabricius decem epiſcoporum delinquit, & iniuria facta clericis admittit epiſcopi, ſub quo domicilium non habet extra illi epiſcopum: tamen ſub eo reſpondere tenetur, quia ratione clericatus forticiorum eius. C. de epi. & cle. auth. clericos. & ſic etiã nouiſſ. extra de priuil. ex ore.

e Et ſi manifeſta.] argum. quòd notorium crimen non obeſt petenti reſtitutionem. ad idem extra de reſtit. ſpol. item cum quis. & quòd in notorio crimine etiã iudex recuſatur. argum. contra extra de appell. propoſuit.
f *Veniat.*] hæc eſt ſecunda auctoritas.
g *Tunc ægrotantibus.*] id eſt debilibus in fide.
h *Et teſtes.*] propter hoc inducit Grat. capitulum.
i *Quòd ſi iudicio.*] verba Nicolai.
k *Hinc Iuſtinianus.*] tertia auctoritas.
l *Inchoetur.*] nõ tamen ſemper ante litis conteſt. vt dixi ſ. ead. quæſt. 3. offeratur vſque ad triduum autem cogitur alios eligere. C. de iud. l. vltim. Sed tamen illa lex loquitur, quando eliguntur iudices ad cauſam principalem audiendam. vnde ſecus videtur, ſi eligantur ad probandã cauſam recuſationis. Quid autem iuris ſit de ſuſpecto iudice, dixi in conſtitutione illa extra de appell. vt debitus. & c. cum ſpeciali.
m *Nam quodammodo.*] alia ratio.
n *Hinc ſanctus.*] hoc eſt ſecundum exemplum.
o *Intrare.*] miſit tamen excuſatorem forte, vel ideo non venit, quia citatio non tenuit.
Extra prouinciam.]hæc eſt 6. quæſt. in qua probat magiſter, quòd vnuſquiſque debet à iudice proprio iudicari, niſi ex cauſa fuerit appellatum. probat etiam, quòd epiſcopus non debet deponi niſi à ſolo Papa. Et diuiditur in tres partes in quarum prima probat per 9. auctori. quòd vnuſquiſque debet à ſuo iudice iudicari. Secunda ibi, *Aliquando.* Tertia ibi, *Aliàs autem.* Ioan. de Fan.

Bi ſemper.] CASVS. Quæſiuit Hilarius epiſcopus vbi cauſa criminalis debet agi, & qualẽ pœnam calumniator patiatur. Et reſpondet Papa, quòd cauſa ſemper debet agi vbi crimen committitur, & calumniator debet pœna talionis puniri.
a ¶ *Ibi ſemper.*]‖ vel vbi domicilium habet, vel vbi reperitur. C. vbi de cri. agi oportet, l. 1. ſed ſi grauius eſt crimen, remittitur puniendus ad iudicem vbi deliquit: ſi eſt leuius, ibi poteſt puniri, vt in Authen. vt nulli iu. §. ſi vero cognoſcatur. coll. 9. & §. ſed illud. & de re mili. defertorem. in prin. Nec admitto illud, quod quidam dicunt, q̃ ſemper primo cognoſcat iudex ex prouincia de qua reus eſt an crimen commiſerit: & poſtmodum remittat eum ad iudicem vbi deliquit: quia iudex vbi deliquit, cognoſcet & puniet crimẽ. ff. de accu. l. vltim. poteſt tamen ſi vult tranſmittere eum puniendum. cum litteris ſuis ad ſuæ prouinciæ iudicem. quod tamen non facit niſi ex cauſa. ff. de cuſt. & exhib. reo. non dubium. ſicut Pilatus remiſit Chriſtum ad Herodem. Sed numquid idem in clerico, vt ſi clericus Mutinen. delinquat in diœceſi Bononien. epiſcopo. Reſpon. vt extra. de for. comp. poſtulaſti. & c. 1. & ff. de cuſto. & exhi. re. de militibus. & ff. de accu. l. vltim.
b ¶ *Cauſa.*] ‖ Sed quid ſi mẽtropolitanus, vel alter epiſcopus deliquit in alterius diœceſi, nũquid ab illo poteſt puniri? arg. quòd non 9. q. 3. ſi autem. & in Authen. de defen. ciuit. §. nõ habente. coll. 3. 21. diſtin. inferior. & c. nolite. extra de ſen. exc. à nobis. ff. de arb. l. 3. in fi. Sed contra. C. vbi de cri. agi oportet. Auth. qua in prouincia. & reatus omnem huiuſmodi honorẽ excludit, vt C. vbi ſena. vel clariſ. l. 1. in fi. & 16. q. 3. placuit. in fin. a Item pone, quòd ſic tulerit epiſcopus ſententã: Qui hoc fecit, ſit excommunicatus. dicit Hu. etiam ſi archiepiſcopus hoc fecit in diœceſi epiſcopi eſt excommunicatus non ab homine, ſed à canone: quia ſententia ſequitur factum iam damnatum. 24. quæſt. 1. cap. 1. 2. & 3. Sed contra extra de ſen. excom. à nobis 1. Laurentius dicit, quòd archiepiſcopus non ſit de foro illius, cum ipſe ſit iudex ordinarius totius prouincia. 9. quæſt. 3. cap. 2. 85. diſtin. quoniam. vnde eum non poteſt excommunicare, ſed alium quemlibet epiſcopum poteſt excommunicare, non tamen deponere. Ioan. Ego credo H. bene dicere, quia propter crimen efficitur archiepiſcopus ſubiectus epiſcopi propter rationes ſuperius allegatas. B. ff. de offic. præ. l. 3. de hoc per B. extra de ſen. excom. à nobis 1. Ioan.
Si quis epiſcoporum.] CASVS. Quæſitum fuit ſi epiſcopus accuſatur ſuper aliquibus criminibus, coram quibus debet accuſari. Et reſpondet Papa, quòd coram epiſcopis eiuſdem prouinciæ, & non alibi. Sequens autem §. patet.
c ¶ *Ab omnibus.*] ad minus à xxij. vt ſ. ead. q. 8. ſuggero. 15. q. 7. Felix. d ¶ *Exceptio.*]‖ exceptionum alia eſt dilatoria, alia peremptoria, alia media ſiue miſta. Dilatoriarum alia declinatoria iudicij, alia dilatoria ſolutionis. Declinatoria iudicij in principio litis eſt proponenda, & l. vltim. Niſi exceptio illa de nouo ad notitiam eius peruenerit, vt extra de procura. in noſtra. & extra de excep. paſtoralis. vel niſi de nouo competere cœperit, vt extra de offic. deleg. infinuante. & ff. de arbi.

1 Criminoſus eſt debet puniri.
2 Cyprianus l. 1. epiſt. 3.
3 Pol. l. 5. tit. 1. fol. 1. l. c. 57. 3. l. 2. c. 47. l. 10. p. 5. c. 160.
4 Capit. l. 9. c. 36.
5 Pol. l. 2. tit. 7. l. 10. p. 6. c. 323. p. l. 4. c. 223.
6 In cod. Theod. lib. 9. tit. 1. l. x.
7 Auſt. l. 3. cap. 47. p. l. 1. c. 23. l. alij nonnulli. a Hinc patri conuenit ſi dicam ſi ſi ſecundum H. & Ber. vt nec extra de cens. c. 1. de his no. Gof. hoc & de oct. prælat. l. de iudicem ſimile. & c. 1. & 2.
Exceptiones ſunt multiplices, & variæ ſecundum ſpecies ſuas. l. 2. c. 2.
Metropolitanus delinquẽs in alterna diœceſi, an poſſit ibi puniri.
d Vnde fabricius decem epiſcoporum delinquens, & iniuria facta clericis admittit epiſcopi, ſub quo domicilium non habet extra illi epiſcopum: tamen ſub eo reſpondere tenetur, quia ratione clericatus forticiorum eius. C. de epi. & cle. auth. clericos. & ſic etiã nouiſſ. extra de priuil. ex ore.
Forma ſcribendi quia multis inuoluit.
c 11. q. 1. ſi quis clericus. & c. placuit. & c. quidã.

1 IBi † ſemper a cauſa b agatur, vbi crimen admittitur; & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

Idem eadem epiſt. c. 2.[2]

¶ Accuſatus non niſi in foro ſuo audiatur. C. II.

3 CIquis epiſcoporum ſuper cer‖tis accuſetur criminibus, ab omnibus c audiatur, qui ſunt in prouincia ſua epiſcopis: quia non oportet accuſatum alibi, quàm in foro ſuo audiri.

Exceptio d fori dilatoria eſt, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari. Peremptorias autem exceptiones (vt ſunt præſcriptiones longi temporis) ſufficit in initio litis conteſtari.

Idem Fabianus ibidem. 4

¶ De eodem. C. III.

5 PVlſatus ante ſuum iudicem cauſam dicat; & ante non ſuum iudicẽ pulſatus, ſi voluerit e, taceat f. Pulſatis vero, quoties appellauerint, induciæ dentur.

Hoc autem quod de loco dictum eſt, tunc intelligendum eſt, cum veritas cauſæ non niſi in loco admiſsi criminis deprehendi poteſt; aut niſi altera pars iudicium maioris perſonæ interpellauerit, ſiue declinando iudicii, ſiue releuando ſententiam.

Vnde Stephanus ſanctæ & Apoſtolicæ, atque vniuerſalis eccleſiæ Romanæ epiſcopus ſcribit omnibus epiſcopis, epiſt. 2. cap. 7. 6

¶ Intra prouinciam, & à comprouincialibus tantum cauſa eſt audienda. C. VII.

7 VLtra prouinciarum † terminos accuſandi licentia non progrediatur: ſed omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, niſi tantum † Ad Apoſtolicam ſedem fuerit appellatum.

Item Sixtus Papa ij. epiſt. 1. ad Gratum epiſcopum. 8

¶ A comprouincialibus accuſatus, vel iudicatus, Apoſtolicam ſedem appellet.

9 ACcuſatus, vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos eiuſdem retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Põtifex cauſam ſuam agit, nullus alius in eius loco ſ ponatur, aut ordinetur epiſcopus: quoniam quamquam comprouincialibus † epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen diffinire † h incõſulto Romano Pontifice permiſſum eſt.

Item Damaſus Papa Stephano Archiepiſcopo, epiſt. 3. cap. 2.

¶ De eodem. V I.

10 DIſcuttere epiſcopos, & ſummas eccleſiaſticorũ negotiorum cauſas, metropolitano vnà cum omnibus ſuis comprouincialibus (ita vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum concordent negotiis) licet: ſed diffinire eorum, atque eccleſiaſticarũ ſummas querelas cauſarum, vel damnare epiſcopos abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate minime licet; quam omnes appellare, ſi neceſſe fuerit, & eius ſuffragio auxilio oportet.

¶ *Caput hoc in aliquot vetuſtis exemplaribus non habetur, neque in ipſum adeſt gloſſa.*

Item Eleutherius Papa ſcribens ad Galliæ prouincias, cap. 2.

illud cap. ibi, vbi dicitur, quòd ſemper cauſa agitur, vbi crimen committitur. Sed dicit Gratianus, hoc verum eſt, cum alibi de crimine liquere non poteſt. & hoc allegando dicit, vel niſi ad maiorem iudicem recurratur per appellationem, vel per recuſationem primi iudicis.

Vltra.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd vltra ſuam prouinciam reus trahi non debet vel accuſari, niſi ad Papam fuerit appellatum.

Accuſatus.] CASVS. Quidam epiſcopus accuſatus fuit & condemnatus à prouincialibus epiſcopis. Ille volebat appellare, & retractare iudicium; quæritur an poſsit? Et reſpondet, q̃ ſic: & donec iudicium eius pendet, alius nõ ſubſtituatur: quoniam licet epiſcopi comprouinciales poſsint cauſam criminalem epiſcopi examinare, non tamen poſſunt diffinire inconſulto Papa.
g ¶ *Loco.*] 8. quæſt. 4. nonne.
h ¶ *Non tamen diffinire.*] ſuſpendere & excommunicare poteſt metropolitanus. 12. diſtinct. de his. 11. quæſt. 3. ſi quis epiſcopus. & 18. diſtin. propter. Item abſoluere poteſt, ſecundum pleroſque d, ſi eſt innocens. C. vbi ſena. vel clariſsi. l. 3. Ioan. Ego contrarium credo, vt hic. & 5. quæſt. 4. cap. 1. & ſecundo. B. Sed obiicitur. 6. quæſt. 3. denique. & 21. quæſt. 5. ſi quis à proprio. vbi dicitur, quòd primas vel concilium deponit epiſcopum. Sed illud fuit de licentia Papæ. Vel loquitur ſecundum ea tempora quando cauſæ epiſcoporum non deferantur ad ſedem Apoſtolicam. 19. diſtin. ſi Romanorum.

Quamuis.]

b Quod ergo dicit, quæ annua ſunt ad agendum, perpetua tunt ad excipiendum, vt ff. de dol exce. l. pure. §. vltim. C. de exce. licet. ſic eſt examiendum. ſi exceptiones congruo tempore propoſuerit. ſecundũ Gof. qui ita no. in prædic. dec. extra de excep. paſtoralis. in fine.
* *al. tamen*
8 Et Iulius in reſcr. ad cr. ẽt. cap. 3.
9 Poly. ibid. Anſ. l. 2. c. 52. Burc. l. 1. cap. 176. & 144. Iuo par. 5. c. 4. & 257. Pan. l. 4. c. 125.

† *al. à compro uincialibus.*
† *al. diffiniri*

10 Anſ. l. 2. c. 61. Bur. l. 1. c. 179. Iuo p. 5. c. 195.

c Et c. non licebit. 6. q. 3. denique. Arch.

d Vt B. & H. & idem no. 12. diſtin. cap. 2.

Quæsitum fuit à Papa, vtrum comprouinciales episcopi, vel archiepiscopi vel primates possent diffinire causas criminales episcoporum. & respondetur, quòd non, sine auctoritate speciali Papæ; licet possint eas examinare. Sic statutum fuit à tempore Apostolorum, & eorum successoribus: & donec Papa causas eorum diffiniat, alij loco eorū non ponantur. Causas vero aliorum clericorum, & diffinire & ventilare possint.

¶ Comprouinciales, & metropolitani episcoporum causam audire, sed diffinire non possiunt. C. VII.

QVamuis liceat apud comprouinciales† ,& metropolitanos, atque primates episcoporum ventilare accusationes, & criminationes; non tamen licet diffinire a sine huius sanctæ sedis auctoritate: sicut ab Apostolis, eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam diffinitum est. Nec in eorum ecclesiis alij aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuste terminentur negotia. Reliquorum vero clericorum causas apud prouinciales, & metropolitanos, ac primates & ventilare, & iuste finire licet.

a ¶ Diffinire.] *In epistola ipsa sequitur*, secus quàm prædictum est: reliquorum vero, &c. *Superius vero hæc prædicta fuerant*, finitiua episcoporum tantum iudicia huc deferantur, vt huius sanctæ sedis auctoritate finiantur, sicuti ab Apostolis, &c. *vsque ad verbum*, Reliquorum.

Item Leo episcopus vrbis Romæ Anastasio episcopo Thessalonicensi, epist. 82. al. 84. cap. 1.

¶ Ante Apostolicam censuram in causis episcoporum non est diffinitiua ferenda sententia. C. VIII.

MVltum stupeo frater charissime, sed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius indicaueras† ,quàm quòd euocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis a obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoueri; præsertim cum etsi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberem. *& infra.* ¶ Sed etiam si quid grave, intolerandumque gessisset, nostra expectanda erat censura, vt nihil prius ipse decerneres, quàm quid nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tuę credidimus charitati, vt in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde, sicut multum nos ea, quæ à te pie sunt curata, lætificant; ita nimirum ea, quæ perperam sunt gesta, contristant.

Item Iulius Papa orientalibus episcopis, epist. 1.

¶ Præter sententiam Romani Pontificis, nec concilia celebrari, nec episcopum damnari oportet. C. IX.

DVdum à sanctis Apostolis, successoribusque eorum in antiquis† decretum fuerat statutis, quæ hactenus sancta, & vniuersalis Apostolica tenet ecclesia [2], non oporteret præter sententiam† Romani Pontificis concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiā primatem omnium ecclesiarum esse voluerunt b: Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium Apostolorum; ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata (Domino instituente) prima, & caput sit ceterarum; & ad eam, quasi ad matrem, atque apicem omnes maiores ecclesiæ causæ, & iudicia episcoporum recurrant; & iuxta† eius sententiam terminum sumant: nec extra Romanam quidquam ex his debere decerni Pontificem.

2 *Aliquando in consulto Romano Pontifice plerique episcoporū damnati inueniuntur, & alij in eorum locum subrogati, quorum damnationem, & subrogationem pro bono pacis ex dispensatione tolerasse legitur ecclesia.*

Vnde Ioannes Papa Salomoni tertio & vltimo Regi Britonum. 3

¶ Quorundam episcoporum depositionem extra conscientiam Romani Pontificis factam pro pace tolerauit ecclesia. C. X.

HÆc quippe est ordinatio Dei patris tui, & hæc est lex ecclesiæ matris tuæ, videlicet, vt omnes episcopos regni tui ad Turonensem archiepiscopum mittere non detrectes, ipsiusque iudicium postulare nō dedigneris. Ipse enim est metropolitanus, & omnes episcopi tui regni, suffraganei c eius sunt: sicut cōscriptiones prædecessorum meorū euidenter ostēdunt: qui prædecessores tuos, quia illos ab ipsius cura subtraxerant, forte inuectione corripere studuerunt, quāuis nec nostra scripta super hac re missa deesse videantur. Cumque coram designato Turonicæ ecclesiæ præsulæ, & integro numero collegarum, id est duodecim episcoporū celebrato conuentu fuerint electi episcopi regulariter examinati, apparueritque, q canonice fuerint electi, ipsis in sua electione manentibus, qui in locis eorum consecrati sunt potuerunt vtique episcopatus honore potiri. Quòd si episcopi electi insontes fuerint declarati, his amotis d, qui illis subrogati[2] fuut, ecclesias suas ipsi recipiant. Nam cum antecessores mei præsules electionem eorum episcoporum, qui ab ecclesiis suis expulsi sunt, nec admiserunt nec approbauerunt, nec ipsos, qui eis subrogati a post sunt, viuentibus illis legitimos episcopos dixerūt b. Sane, si ad Turonensem forte archiepiscopum mittere præfatos episcopos dedignaris, stude duos episcopos de expulsis c, & duos de subrogatis vnà cum ecclesiæ tuæ legato ad Apostolicam beati Petri sedem transmittere: vbi digna examinatione præmissa, qui legitimi episcopi sunt, appareant, & suas ecclesias irregulariter non amittant: Nihil enim queo aliud in præsenti negotio diffinire. Quia vero magna, quis sit metropolitanus apud Britannos contentio est, licet nullius memoria teneat vos in vestra regione vllam habuisse metropolitanam ecclesiam; tamen si libet (postquam Deus omnipotens pacem intervos, & dilectum filium nostrum Carolum regem gloriosum constituerit) facile hoc poteritis aduertere. Quòd si adeo contentiose creditis agere, ad nostrum Apostolatum destinare contendite; quatenus nostro libramine, quæ fuerit apud vos antiquitus archiepiscopalis ecclesia, luce clarius innotescat: & deinceps omni ambiguitate recisa, quam sequi episcopi vestri debeant d incūctanter e agnoscant. Neque enim ecclesias Dei per discordias regū, diuisionis aliqua pati damna necesse est, cum (quātum ex se est) pacem, quam prædicant, seruare studeant inuicem, & omnes.

a ¶ Subrogati post sunt.] *Sic restitutū est ex aliquot vetustis & valde emēdatis codicibus. Antea legebatur*, subrogari possunt.

3 *Aliàs autem irrita erit episcoporum sententia, & à synodo retractanda.*

Vnde Felix Papa I. epist. prima ad Paternam. 3

tentiam eis fuerat assignatus. Archid.

ALIAS AVTEM. Hæc est tertia pars quæstionis, in qua probat quod probatum fuit in prima parte, scilicet quòd vnusquisque debeat à suo iudice iudicari. Ioan. de Fan. & sic continuatur. Dictum est 5. in §. aliquando, quòd pro bono pacis Papa tolerauit depositiones episcoporū ab aliis factas. Nunc vero dicit Gratianus, quòd aliàs nisi pro bono pacis tolerasset, irrita esset depositio, vt in sequenti cap. dicitur.

¶ Damnatio iniusta irrita est, & à synodo retractanda. C. XI.

Irritam f esse censemus & β iniustam episcoporum damnationem, & idcirco à synodo retractandam; ita vt oppressis ab omnibus, in cunctis subueniatur causis.

β ¶ Et iniustam.] *Sic in originali, & antecedit vox*, aliter: *sed in decretis Iulij, & in concilio Carthaginensi quarto (vnde citatur infra 11. q. 3. c. irritam.) & in capitulis Hadriani, & apud Anselmum est*, irritam esse iniustam episcoporum damnationem, &c. *quæ lectio videtur magis conuenire cum rubrica huius capitis.*

Quòd autem metropolitanū suum contemnere, & aliorum iudicium alicui expetere non liceat, Sixtus Papa III. testatur in epist. ad orientales episcopos, c. 3. dicens. 3

¶ Peregrina iudicia sunt submouenda. C. XII.

4 PEregrina iudicia (salua in omnibus Apostolica auctoritate) generali sanctione prohibemus: quia indignū est, vt ab extraneis † g iudicentur, qui comprouinciales, & à se electos h debent habere iudices; nisi fuerit appellatū.

Item Anacletus Papa, epistola prima, cap. 3.

¶ De eodem. C. XIII.

LEges ecclesiæ Apostolica firmamus auctoritate, & peregrina iudicia submouemus. Vnde & Dñs mentionem faciens Loth, per Moysem i loquitur dicēs [Ingressus es quidem (inquiunt) vt aduena, numquid vt iudices?]

Item Innocentius Papa ad Victricium Rothomagensem episcopum, epistola 2. cap. 3. 5

¶ Nulli liceat aliarum prouinciarum iudicium expetere. C. XIIII.

6 NOn liceat cuiquam (sine præiudicio k tamē Romanæ ecclesiæ, cui γ in omnibus causis reuerentia, & auctoritas debetur) relictis his sacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei ecclesias

---

p Iuo p. 6. cap. 36. Panl. 4. c. 134. & 136.

† al. prouinciales

† gl. iudicaueris

† præfatis loc.

|| Christus ecclesiæ Romanæ primatum dedit.

1 Cyprian. epist. 55. in vi. legio. conc. Carthag.

† al. ecclesia sua seruanda.

2 Ad hoc Dist. 21. Gennisius. c. 1. Papa in 6. c. 1. primo legitur, in 6.

a Ad hoc Dist. 21. Gennisius. c. 1. Papa in 6. c. 1. primo legitur, in 6.

b Si iudex pronuntiat non debere fieri alium actum, huic non fit denegandus iudex, qui quæritur, cui quis possit & recognoscere an illius sit. Archi.

c Ad quæstionem fing. Hadr. 3. c. 1. 2. & 3. fol. mihi.

d ¶ *His amotis.*] Sed quare nocet sententia pro destitutis lata ipsis substitutis, cum res inter alios acta, aliis non præiudicet? vt extra de fi. instru. inter dilectos. & est contra illud quod est ff. de adul. denuntiasse. & extra de adul. significasti. sed hoc est propter causæ cohærentiam. sic 7. q. 1. præsentium. & 81. distin. tantis. in fin. & 45. dist. disciplina. nam. si pronun

1 Et is deberet habit. cast. Cap. Hadrianus. cap. 3.

Dabet no. 3. q. quæ. 8. idem.

a Num liceat alis causa effectibus, sed debat tamen ad depositionem & condemnationem episcoporum, sin ea consta re q legitime fecerit contra illi de crimi secundum. Ibig.

Professor legum nescit fru dices vitur.

e Istam glo. signāt H. & L super verb 3. ea. nisi fuerit appellatum, & melius & clarius ponitur ibi. Archid.

Gen. 19.

d Id est, extranei, & cæcus est qui de hoc dubitat, cum hoc sit certissimum, secundum Hug.

5 Et Marcellus epi. 1. in codice canonū inter decreta Innocentij.

6 Capitulariū l. 6. c. 187. Anf. l. 2. c. 52. & 3. c. 79.

2 11. q. 3. c. irrita. m. ex Carth. 4. cap. 28. Anf. l. 3. c. 69.

3 Et inter decreta Higini, c. 4. in epist. 2. Felicis inter decreta Iulij c. 16. In cap. Hadriani cap. 19. in adiectis capitular.

4 Pol. l. 5. tit. 1. Anf. l. 3. c. 77. Bur. l. 1. c. 147. Iuo p. 5. c. 260. & p. 6. c. 331.

† al. externis

eum potest appellari.argu.ẽ.1.q.7.cap.1. 2. & 3. nam ipse est ordinarius omnium.extra de elec. cum nobis.olim.

a ¶ *Expetere.*] ‖ Hic patet quòd clericus sine cõsensu sui episcopi non potest consentire in alium iudicem. nam sic posset euacuari iurisdictio episcoporum, si omnes consentirent in alium iudicem. ad idem facit 2.q.6.placuit 2.& in authen. de san. episc. §. œconomus.colla.9.Arg. contra.ẽ.ea.pulsatus. Sed extra de fo.comp. si diligenti. expeditum est, q̃ nõ potest per pactum renuntiare foro. De hac materia not. 11. q.1.inolita. Ioan.Quod dicit Io. q̃ expeditum est, in illa decr.extra de fo.compe. si diligenti, nõ est verũ a, quia illa decre. loquitur, q̃ clericus nõ potest consentire in laicum.sed hodie nec in clericum consentire potest,nisi de cõsensu sui episcopi, vt extra de foro compet. significasti. B.

EXVERENTIA. CASVS. Quia ẽ. in c. non liceat. mentionem fecit de reuerentia Papæ: ideo Grat. dicit quæ sit illa reuerentia,scilicet cũ appellatur ad eum, vel cum ab eo iudices extranei conceduntur.

V *Naquæque.*] CASVS. Dicitur hic, q̃ quælibet prouincia proprios debet habere iudices, ad quos cõ.pũiciales recurrãt, nisi sedes Apostolica aliter decreuerit.

Eminem.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q̃ nullus debet trahi extra suam prouinciam vel comitatum, ita quòd actor semper forum rei sequatur, nisi fuerit appellatũ ad maiorẽ iudicem, vel nisi ad iusionem maioris iudicis datus fuerit iudex. In secunda parte dicitur, quòd in qualibet prouincia synodus causas audire debet, & terminare intra suæ prouinciæ terminos, & omnis accusatio fiat intra prouinciam, sicut in Nicæno concilio continetur. Secunda pars incipit ibi, *Illa quæ sunt.*

b ¶ *Neminem.*]Est autem hoc ideo statutum, quia alibi non possunt habere testes vel amicos, vt 33. quæst. 2. siue. 2. q. 2.præceptum.& in auth. vt omnes obed. iud. §. 3. coll. 5. ‖ Vnde dico, quòd si aliquis impetrat rescriptum ad iudicem alterius prouinciæ, non sufficit quòd vltra duas dietas non trahat aduersarium, vt dicit illa constitutio, extra de rescrip. nonnulli. Sed etiam requiritur quòd extra prouinciam b eum non trahat, nisi in litteris fiat mentio de prouincia. Cum enim de iure extra prouinciam nemo sit trahendus, vt hic dicitur, ergo nisi rescriptum principis de eo faciat mentionem, non potest auctoritate rescripti trahi extra prouinciam, licet minus sit spatium ad quod trahitur, quàm duæ dietæ. est tamen argum. contra extra de offic. iud. ordi. significauit. Ioan. Certe tamen non nocet contra.sed illi constitutioni,nonnulli. ſtatur. Ista opinio hodie non habet locum, immo contrarium obseruat Romana curia.

Si quis clericus.] CASVS. Dicitur hic, quòd de quocumque crimine quis accusatur, tantum in sua prouincia respondeat, nec accusator eum ad aliam prouinciam trahere nitatur. Sequens cap. planum est, & per se patet.

nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicia expetere ¶ a, vel pati. Quòd si quis præsumpserit;& ab officio cleri submotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur.

β Cui.] *In epistola & Marcelli & Innocentij legitur*, sine præiudicio tamen Romanæ ecclesiæ, cui ‡ in omnibus causis debet reuerentia custodiri:*quamuis à posterema conciliorum in quattuor tomis editione absint illæ duæ voces*, sine præiudicio: *quemadmodum, & paulo inferius istæ*, vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicia expetere, vel pati:*quæ tamen habentur in aliis locis indicatis.*

Reuerentia autem, quæ Apostolicæ debetur Ecclesiæ,& eius auctoritas intelligenda est,cum vel ad ipsam appellatum fuerit, vel ab ea iudices electi conceduntur.[1] *Vnde Sixtus Papa cum diceret* [*Comprouinciales & à se electos debent habere iudices*] *statim subiungit,* [*nisi fuerit appellatum.*]

Item Anacletus Papa,epist.1.c.3.

¶ Aliquæ Apostolicæ sedis decreto extraneos iudices adire non possunt. C. XV.

V Naquæque prouincia tam iuxta ecclesiæ, quàm iuxta sæculi leges, suos debet iustos, & non iniquos habere iudices,& non extraneos ‡, nisi Apostolicæ sedis huius decreuerit auctoritas.

Item ex Romana synodo.[3]

¶ Nisi per appellationem ad eos pro tribunalia iudices adire non possunt. C. XVI.

4 NEminem exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis, ad quem * fuerit appellatum, ita vt actor rei forum sequatur. *& infra.* 5 Illa β, quæ sunt per vnamquamque prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispensset, sicut in Nicæno constat decretum esse concilio. ¶ 6 Vltra prouinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. ¶ Omnis accusatio intra prouinciam audiatur,& à comprouincialibus ter-

a al. experiri

* al. cuius

a Imo est verum, vt patet ver. cũ ergo. Archid.

1 Sup. ea, peregrina

2 Ansel. l.3.c. 80.

* al. externos

3 In capit. Hadriani, cap. 5. 8. 10. Felix 1, epist. 2.

4 Iuo p.5.cap. 248. & p. 6. c. 331.

5 Sup. eod.vltra.

6 ẽ. 5.q.4.cap. duodecim. ¶. item Hadrianus.

‖ Rescripto nõ potest qs trahi extra suam prouinciam.

b Intellige vulgarem, vt dixi 7. q. 1. §. factus.

minetur, nisi γ prælatus sit, qui accusatur.

* Ad quem fuerit appellatum.]*Hæc sunt addita ex Hadriano, epistola synodica Felicis, & Iuone.*

β Illa quæ.] *Hinc vsque ad finem in capitulis tantum Hadriani sunt inuenta.*

γ Nisi prælatus sit, qui accusatur.] *Verba hæc neque in capitulis Hadriani, neque in antiquioribus Gratiani exemplaribus leguntur, in aliis vero, loco ipsorum, sunt hæc*, nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum.

Item Sixtus.

¶ De eodem. C. XVII.

7 I quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit;in prouincia in qua consistit ille, qui accusatur,suas exerceat ‡ actiones: nec existimet ‡ eum accusator suus alibi, aut longius ad iudicium pertrahendum ‡.

Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epistola Pontificum huius nominis est inuentum.In aliquot vetustis exemplaribus est tantum, Item, *vt videatur citari eadem synodus Romana, quæ in superiori capite, id est quæ continetur in capitulis Hadriani. Iuo autem par. 6. cap. 318. citat. ex Eleutherio:cap. autem 329. citat ex Felice primo.*

Item ex decreto Hadriani Papæ. 8

¶ Vbi crimen admittitur, ibi causa ventilatur. C. XVIII.

9 VI crimen obiicit, sciat ‡ se probaturum. Reuera ibi causa agatur, vbi crimen admittitur.

QVÆSTIO VII.

Vòd iudex c *esse non possit, quem cum reo par, aut maior macula inficiat, multis auctoritatibus probatur.*

Dicit enim sancta Romana synodus.

¶ Infames non iudices esse non possunt. C. I.

10 INfamis ‡ persona, nec procurator e esse potest, nec cognitor.

Tria sunt f*, quibus aliqui impediũtur,vt iudices non fiant.* [*Natura vt surdus,& mutus,& qui perpetuo fu-*

γ Et subintelligitur nisi. Felix 1. c. 2. in decr. Iulij. c. 1. In capit. hadriani, c. 2. Iuo p.6.cap. 8.329. al. esse al. fieri al. procedere.

Ma. capit. hadriani cap. 8 sup. ea. c. ii femperantibiano. c Delatum tertiumdecimum plenarie. In barius Hispanis. Brac. & alii. ff. de off. pr. d. Vrs. n. 1. ff. in fin. de off. dilh. & ca. a. dilh. cap. fi. g Bar. l. 1. n. 3 Iuo p. 6. cap. Pan. l. 1. c. 6. 7. al. fortè.

10 In capit. Hadriani c. 3. 2 in 2. quæst. licit. Ant. l. 3. c. 6. Pol. l. 5. n. 22 Iuo p. 5. c. 248 & p. 6. c. 331. Pan. l. 1. c. 7 Bar. le. cap. tor. ff. de tab. ciis.

‡ Infames a positis differt curator. e Debet tamen non esse tutor. cum Imperatore. Infamis arbitrer esse potest.

canones, vt j. 5. quæst. 4. quia episcopus. nec obstat instit. de excep. §. vltim. quia loquitur hic de infami per sententiam: ibi de tali qui est aliàs infamis,si tamen iudex tolleratur in officio, eius tenet sententia. 8. quæst. 4. nonne. Sed infamis potest esse arbiter, vt j. eod. §. tria. Versi. cognitores.

TRIA SVNT. CASVS. Dicitur in hoc §. quòd tribus de causis repellitur aliquis ne iudex fiat, scilicet natura, lege, & moribus. Natura impeditur surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes. Lege, vt ille qui remouetur à senatu propter suam turpitudinem. Moribus, vt mulier & seruus: non ideo quia iudicare non possunt:sed quia moribus obtentum est ne ciuilibus fungantur officiis. sed si delegatur causa seruo, qui putatur liber, eius tenet sententia.

fi ¶ *Tria sunt.*] hoc est sumptum à lege. ff. de iudi. cum prætor. §. non autem omnes.

g ¶ *Et qui perpetuo.*]secus si ad tempus: vt ff. de iud. cum furiosus.

a ¶ *Amotus.*] immo & si eius electio fuerit cassata propter eius vitium: vt extra de elect. c. super.

b ¶ *Moribus.*] id est, consuetudine. immo etiam lege, siue canone.33. q.5.mulierem. Nec obstat 15.q.3.§.1.dic vt ibi dixi.

c ¶ *Iudicium.*] id est,discretionem.

d ¶ *Verumetiam.*]§. & verba Gratian.

e ¶ *Dum putaretur.*] Decce quantum communis opinio operetur: vt extra de iurepa. consultationibus.extra qui filij sint legit.cum inter. & 1. q.1.fi qui à simoniacis. C. de testa.l.1.ar.contra extra q fi. sint leg.per tuas. & ẽ.24.dist.c.vlt. 29. q. 2. fi quis ingenuus, & dist. 8. veritate. & ff.de iudi.l.2. in prin. Sed núquid idem est si excõmunicatus fuerat sententiam, qui publice habetur pro non excommunicato? not.extra de sententia & re iudi.ad probandum. Et est ratio quare aliud sit in seruo: quia seruus in multis casibus habet personã stãdi in iudicio: vt 12. q. 2. §. q manumittitur. sed excommunicatus in nullo. Vel dic (quod verius credo) quòd nec sententia serui teneret, nisi confirmata esset à principe. Io.

INfames.] CASVS In hac lege hoc ordine proceditur. Primo dicitur, q̃ infames nõ possunt esse ¶ procuratores vel aduocati. Secũdo quid sit postulare. Postulare est.f. desiderium suũ vel amici sui in iudicio exponere. Tertio ponit tres ordines hominũ qui aduocare nõ possunt. In primo ordine ponũtur illi, q̃ nec pro se nec pro aliis possunt aduocare, vt minores xvij. annis. & illi qui nihil audiunt. In secũdo vero ordine ponũtur illi qui possunt pro se postulare: sed pro aliis non,nisi pro pupillis, vel adultis, quorum tutelam vel curam gerunt, in quo ordine sunt quinque genera hominum seu personarum, scilicet mulieres, & vtroque lumine orbati, & illi qui sponte muliebria passi sunt,vt Sodomitæ, vel qui de capitali crimine aut de calumnia sunt damnati, & ij qui locauerunt operas suas, vt cum bestiis seu feris pugnarent in arena. In tertio autem ordine ponuntur alij infames, qui pro se & quibusdam certis personis possunt aduocare, quæ infra continentur, & hoc propter quinque causas, scilicet propter reuerentiam, vt in parente & patrono: propter consanguinitatem: propter affinitatem: propter misericordiam miserabilium personarum: propter tutelam, vel curam eis iniunctam.

riosus est, & impubes; quia iudicio carent. Lege, qui senatu amotus a *est. Moribus* b *feminæ, & serui: non quia non habeãt iudicium* c*, sed quia receptum est, vt ciuilibus officiis non fungantur.*]

¶ *Prior pars huius capituli vsque ad versi.* cognitor.*habetur in epistola secunda Felicis primi:in qua refert synodum à se habitam:quod in principio epistolæ commemorat his verbis,* Nos vero ad supplementum vestrum fratres,& coepiscopos nostros vocauimus amplius quàm septuaginta: Cum quibus hæc, quæ subtus habentur inserta, regulariter tractanda decreuimus. *Eadem pars habetur in capitulis Hadriani quæ(vt superius ead. quæst. 5. cap. accusationes. adnotatum est) nomine Romanæ synodi interdum citantur. Reliqua vero huius capitis videntur esse Gratiani; sumpta tamen fere ad verbum ex l. cum prætor. versi. quidam enim. ff. de iudiciis: quemadmodum & in sequenti capite multa colliguntur ex variis legibus digestorum, & Codicis. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia hæc vsque ad cap. qui sine peccato. coniuncte habentur.*

Veruntamen d *si seruus, dum putaretur* e *liber, ex delegatione sententiam dixit; quamuis postea in seruitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta, rei iudicatæ firmitatem tenet.*

In digestis, tit. de postulando[1].

C. II.

INfames non possunt esse procuratores, vel patroni causarũ. Sũt autem tres ordines eorum, qui ‡ postulare f prohibentur. ¶ 2 Est autem postulare, desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. ¶ Nam,vt præmisimus,nõ postulantium tres ordines sunt. Quidam prohibentur omnino g postulare, vel propter ætatem, vt minores decem, & septẽ annis, vel propter casum, vt surdus,qui prorsus non audit h. Alij prohibentur, ne pro aliis postulent, vel propter sexum, vt feminæ; vel propter casum i,vt vtroque lumine orbati; vel propter notam turpitudinis,vt ij, qui corpore suo muliebria passi sunt,nisi forte vi prædonum k,vel hostium stuprati prohibentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumniæ ‡ causa publico iudicio sunt damnati, vel qui operas suas locauerunt, vt cum bestiis depugnarent in arena l,pro aliis postulare prohibentur. His personis pro se allegare permittitur,pro aliis postulare prohibetur; nisi forte tutelam impuberum, vel curam adolescentium non affectatam,sed necessariam administrent. Pro his enim quorum curam gerunt,eis postulare conceditur. Alij enim m omnes, qui vt infames n notantur, nisi pro se, & pro certis personis, postulare non possunt, nisi in integrum restitutionem acceperint.

¶ 4 Permittitur o autem eis postulare pro parente, pro patrono, patronaue,liberis, parentibusque patroni, patronæque: pro liberis etiam suis, fratribus, & sororibus, vxore, socero, socru, genero, nuru, vitrico,nouerca, priuigno, priuigna,pupillo, pupilla, furioso, furiosa,fatuo,fatua,muto,surdo,prodigo,& adolescente. ¶ 5 Item pro iis, quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. ¶ 6 Omnes autem, qui non sponte, sed necessario funguntur officio p, sine offensa edicti postulare possunt, etiam si ij sint, quibus non nisi pro se ipsis postulare permittitur.

¶ 7 Affinitates vero non eas accipere debemus, quæ quondam q fuerunt, sed præsentes. Nurus & generi appellatione, & soceri, & socrus, & vlteriores, quibus [pro] præpositio r solet accedere, continentur.

s ¶ Arcentur etiam à professione aduocatorum (*sicut in secundo libro Codicis titulo de postulando inuenitur* 8) qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis,quæ tuenda susceperint,emolumentum sibi certæ partis s,cum graui damno litigatoris, & deprædatione poscentes,inueniũtur. ¶ Item si quis adeo procax fuerit, vt non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patiatur. ¶ Præterea non licet aduocato vllum contractum t inire, vllam pactionem conferre cum eo litigatore, quem in propriam recepit fidem, nec ex indu-

a ¶ *Amotus.*] nisi ff. de iudiciis. cõmunis opinio operetur.

b ¶ *Feminæ.*] ff. de iudiciis. ubi alio modo aperatis.

c ¶ *Iudicium.*] ff. de iudiciis. ubi alio modo aperatis.

d ¶ *Veruntamen.*] ff. de iudiciis. ubi alio modo aperatis.

e ¶ *Putaretur.*] ff. de iudiciis. ubi alio modo aperatis.

f ¶ *Postulare.*] ‖ postulare est pro tribunali petere, & non alibi. ff. de dam. infect. dies. §. hoc autem.

g ¶ *Omnino.*] etiam pro se.

h ¶ *Non audit.*] nullus enim adeo surdus est quin aliquid audiat. vt

i ¶ *Vel propter casum.*]digestis,de iud.cæcus.infra 15. quæst.1.§.vlt.

k ¶ *Prædonum*] tunc enim non est imputandum: vt ff. de adult. vim passam. 32. quæst.5. ille.

l ¶ *In arena.*] nisi causa virtutis hoc faciant.ff.eod.l.2.§.quod si.

m ¶ *Alij enim.*] ‖ notãdum, quòd omnes qui maiori infamia sunt notati, non nisi pro se & pro iis quorum sunt tutores, possunt postulare, & illi sunt de secundo ordine. Sed minori infamia notati possunt pro se & pro quibusdam certis personis aduocare, & illi sunt de tertio ordine postulantium, scilicet de minori.

n ¶ *Infames.*] minori infamia.

o ¶ *Permittitur.*]vt sũt illi de secundo ordine.

p ¶ *Officio.*]vt tutores & curatores.

q ¶ *Quæ quondam.*]ergo vno cõiugum defuncto soluitur affinitas. infti. de nupt. §. affinitatis. Sed contra. 35. quæst. 10. cap.1.[a] Sed potes dicere, q̃ quo ad impedimentum matrimonij non deletur, sed quo ad alia, aut quo ad beneficia huius edicti.

r ¶ *Præpositio.*] scilicet patribus istorum,vel viris istarum,& dicitur pro socer,id est, pater soceri. progener, id est, maritus neptis. nã gener filij mei est mihi progener.

ARCENTVR Hæc est secunda pars quæst.in qua ponit 12.articulos legales vsque ad cap. *qui sine.* Ioan.de Fant.

CASVS Dicitur hic,q̃ illi q̃ pacisc̃untur de certa parte litis cũ eo cuius causam defendunt,repelluntur ab aduocando.

s ¶ *Partis.*] de parte litis non licet pacisci: vt ff. de pact. sumptus. sed super certa re licet.ar.C. de sententiam passis, si debitor [b]. licet M. dixerit,q̃ licet de aliquota re pacisci sine graui detrimento partis: vt hic,tamen vltra cẽtum aureos non licet pacisc̃i:vt ff. de va. & extraor. co. l.1. §. inhonorariis.

PRAETEREA. CASVS. Tria prohibet Imperator, vt aduocatus rationibus pugnet, non probris: alioquin erit infamis, vt nullum pactum ineat cum eo quem in propria cura susceperit, post lit. contest. quod intelligit H. si antea fecit pactum. alioquin secus. & vt iurgia ex industria non protrahat.

t ¶ *Contractum.*] ex postfacto,ab initio tamen potest.11.quæst.3.non licet. ‖ sed si non fecit pactum, postea ei dabitur pro modo litis, & facundia aduocati, & pro consuetudine regionis: vt ff. de va. & extraor. cog.l.1.§.in honorariis. Vel loquitur de tali qui sponte se vinci sistinet in aliqua exceptione, vt si asserat se non posse fouere causam nisi augmentetur salarium, quod fieri non debet, argumento medici: vt ff. de var.& extraord.cog.medicus.

1 Infames quãdoque postulare possunt.

2 Ex l. 2. & 3. eod.

3 Ex l 4.& 5.

4 Ex l. 6.

5 Ex l. 3. eod.

6 Secundum Azo. Io. Ber. & L. 8 tit. 6.1.5.

7 Ex l. 9. cod.eo.

‖ Aduocato qualiter fiat satisfactio.

a ¶ *Ex industria.*] quod si fecerit, eum iudex puniat in duabus libris auri. C. de iudi. properandum. §. illo proculdubio.

APVD VRBEM. Casvs. Quæsitum fuit vtrum honorati qui Romæ sunt, id est, qui honorem habent sine administratione, possint aduocare. Et respondet, quòd sic, quamdiu volunt, dummodo tamen turpi lucro pecuniæ, vel alicuius alterius rei non corrumpantur.

b ¶ *Apud vrbem.*] de eadem lege est.

c ¶ *Etiam honoratis.*] etiam melioribus.

d ¶ *Eligendum.*] vt sunt aduocati.

e ¶ *Maluerint.*] id est, quousque tale officiū voluerint exercere. vnde nō est hic argumētum, quòd aduocati tamdiu audiantur, quamdiu volunt allegare b: ‖ quia iudex potest aduocatos remouere cum voluerit: vt ff. de iis quæ in testamēto delentur. l. 3. in fin. & C. de iudiciis, Auth. iubemus.

f ¶ *Non ad turpe.*] id est, ad modicum, & vile. Et est argum. ‖ quòd bona dona danda sunt doctoribus, & ff. de admi. tut. cum plures. & ff. de origine iuris. l. 2. §. vlt.

g ¶ *Pecuniaque.*] modica.

SI VERO. Casvs. Dicitur in hac lege, quòd si duo vel plures in aliquo auditorio prætoris meliores fuerint aduocati, & alter litigatorum velit habere partem bonorum aduocatorū: officio iudicis fiat æqualis distributio causidicorū: & si quis aduocatus monitus noluerit obedire sine iusta excusatione, careat ipse officio aduocādi fine spe aliqua restituēdi.

h ¶ *Si vero.*] C. eodem prouidendum.

i ¶ *Vt par.*] illud olim obtinuit cum salaria dabantur de publico: hodie vtraque pars sibi debet prouidere: vt C. de iud. l. properandum. §. illo. Tamen pueris, & debilibus, & pauperibus prætor dabit aduocatum c; vt ff. de postul. l. 1. §. ait prætor.

k ¶ *Foro.*] ff. de pœn. l. moris. §. 1.

SI QVIS AVTEM. Casvs. Quæsitum fuit ab Imperatore, si alter litigatorum subtraxerit aduersario copiā aduocatorum corrumpendo eos ne ipsum iuuarent, quam pœnam pati deberet. Et respondet, q̄ puniri debet extra ordinē, & ostēdit se iniquam litē fouere.

l ¶ *Iniquam.*] sic extra de testib. cap. intimauit. & extra de testib. cogend. peruenit.

QVAMVIS. Casvs. Quidam fuerunt aduocati fisci, postea volebant præstare patrocinium priuatis contra fiscum. Quæritur fuit an possint. Et respondet, quòd sic hodie, licet olim fuissent secus: dummodo declinent causam illam, in qua fuerunt aduocati pro fisco.

m ¶ *Quamuis.*] verba Gratiani.

n ¶ *Tamen hodie.*] verba legis.

o ¶ *Causam.*] nisi suam, vel parentum suorum, vel pupillorum suorum iniuriam prosequantur. ff. eodem l. pen. §. vlt.

SI CONTRA. Casus sic pone. Ego quondam fui aduocatus contra patrem Petri. pendente causa mortuus est pater Petri, cui Petro datus fum tutor legitimus datiuus, vel testamentarius. Quæritur vtrum possem defendere eamdem causam Petri pupilli mei? Et respondet, quòd sic, quamuis olim ego fui contra patrem eius.

p ¶ *Si contra patrem.*] male ponit litteram, quæ est ff. eod. l. vlt.

q ¶ *Tutor.*] Argum. quòd ratione officij licet quod aliàs non liceret: vt 94. distinct. præcipimus. & C. de administrat. tutor. cum quidam. Item argum. quòd si iudex succesit appellanti, quòd potest propriam sententiam impugnare. ff. de iudic. l. Iulianus ait. ‖ Item argum. quòd si iudex à quo appellatur, efficitur illius iurisdictionis cuius est ad quem appellatur, quòd possit cognoscere: vt 11. quæst. 3. si episcopus 2. quia iam videtur alia persona. ff. quando ap. sit. l. 1. §. fed & si præses. Argum. contra. ff. de iur. om. iud. prætor. Ioan. Sol. consueuit dici, quòd debet causam alicui delegare: vt ff. de iurisd. om. iud. prætor. Vnde glossatur ibi, posset, id est, debet, alioquin posset recusari. B.

COGNITORES VERO. Casvs. Hæc sunt verba Gratiani, & respiciunt ad finem primi capituli huius quæstionis, vbi dictum est, quòd infamis persona non potest esse cognitor, id est, iudex. Sed ne aliquis idem intelligeret de arbitro, dicit quòd arbiter potest esse infamis. Filius (vt lex dicit) potest esse arbiter de re patris.

r ¶ *Cognatores.*] Exponit primum capitulum huius quæstionis.

s ¶ *Non ex arbitrio.*] ff. de arb. Pædius.

t ¶ *Filius.*] ff. de arb. quin etiam.

Aliquando genere pœnæ a: sicut b illi, qui damnantur c in operibus publicum; qui pristinum quidem statum d obtinent; sed damno infamiæ etiam post impletum tempus subiciūtur. Aliquādo genere pœnæ, & delicti declarati e per sententiam f, veluti dum fustibus cæso per præconē dicitur ἐσυκοφάντησας, id est calumniatus es. 1 Aliquando ipso genere facti, vt exercentes improbum fœnus, & illicite exigentes vsuras vsurarum; & mulier, quę intra tempus g, quo moris est lugere maritum, contrahit matrimonium; & qui sciens eam vxorem duxerit.

Idem a testatur Felix Papa & iisdem verbis. ¶ 2 *Item in Euangelio, qui trabem gestat in oculo, probatur non posse educere festucam de oculo fratris sui.* ¶ *Item Dauid in libro psalmorum.* [*Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum? &c.*] ¶ *Item Gregorius:* 3 *Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur* h.

a *Caput hoc (quemadmodum in superiori notatione significatum est) in vetustioribus exemplaribus non est seiunctum à superiori, & est collectio variarum legum facta à Gratiano. Sed quoniam pleraque verba sunt ipsorummet auctorum, & in vulgatis est distinctum caput, ideo iisdem characteribus impressum est, quibus cetera auctorum capita.*

a ¶ Nihil enim refert.] *Verba legis, ex quibus hunc, & versiculum.* seruus arbiter, *Gratianus accepit, sunt hæc.* Pædius libro nono, & Pomponius libro trigesimo tertio scribunt, parui referre, ingenuus quis, an libertinus sit; integræ famæ quis sit arbiter, an ignominiosus. In seruum Labeo compromitti non posse, libro vndecimo scribit, & est verum.

Idem in moralibus, lib. 14. in Iob, capitulo decimoquinto.

¶ Qui aliorum vitia puniunt, sua prius corrigere studeant.

C. III.

5 4 QVi sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.] Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant, Reuocātur itaque intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hinc est, quòd cum qui cum vellent lapidare mulierem peccatricem, à Christo sunt repulsi, & redarguti, & populi Israel, qui cum vellent vlcisci iniquitatem, quam fecerat tribus Beniamin, prostratus cecidit in prælio prima die & secūda: tertia vero die cum iam esset purgatus, deleuit tribū peccatricem.

i ¶ *Vlcisci.*] Arg. ‖ quòd si iudex non exhibet iustitiam de aliquo subdito, ipse conueniendus sit: vt 23. quæst. 2. dominus noster. & in constitutione Friderici. C. ne filius pro patre. authent. habita. vbi dicitur quòd si iudex ciuitatis debitam iustitiam non exhibet conueniri potest.

k ¶ *Pene.*] quia tātum fexcenti remanserunt, & sic hæc dictio, pene, ad magnam quātitatem refertur. sic ponitur 23. q. 5. quali a.

l ¶ *Fŭditus.*] arg. quòd post pœnitentiā restituitur aliquis priori dignitati. 26. q. 5. quicumque. & 50. distin. domino sancto. & cap. quia tua sanctitas. Sed illud intellige quo ad iudicādū & prædicandum: non ad accusandum vel testificādum: vt 6. q. 1. qui crimen.

m ¶ *Vdicet ille.*] Casvs. Docet Ambro. in hoc c. quòd nullus iudex, nisi bonus sit, debeat alios iudicare: cum iudex nō debeat esse criminosus, nec leuitate vel odio debeat ad pronūtiandum adduci: & si rancorē vel amorem habeat aduersus alterum litigatorum in cuius partem voluntas sensualitatis declinaret, non obediat tūc propriæ voluntati: sed secundum leges, & sicut audit, & natura negotij se habet, decernere debet & iudicare. De domo, id est, de corde suo.

n ¶ *Condemnet.*] i. dignum sit cōdemnatione. o ¶ *Nullo odio.*] 11. q. 3. quattuor.

ADDITIO. & 23. q. 4. vindicta, in princ. Hu. & dicit B. ad Eugenium: de vultu illius. iudiciū meū prodeat opto; cui insit amor, error absit, & perturbatio.

p ¶ *Volūtatis.*] Sed nōne iudex potest iudicare secundum quod sibi iustum videtur: vt ff. de arb. qualem. & ex sententia sui animi æstimabit quid aut credat, aut parū esse probatum videatur: vt 4. q. 3. sæpe. & potius debet iudex sequi suā opinionē quàm cōsilium aliorum: vt extra de cōsue. ad nostram. ‖ Sed dico quòd tenetur sequi opinionem suā, sed non voluntatem. quandoque tamen sequitur opinionē aliorū potius quàm suam: vt extra de app. cum cessante.

p ¶ *Audit.*] Argum. quòd secundum allegata est procedendum: vt ff. de offic. præs. illicitas. §. veritas. & 2. quæst. 1. Deus omnipotens. ſ. 11. q 3. illa. & cap. summopere. & cap. ita. & cap. tunc vera. & 6. quæst. 2. si tantum. & cap. placuit. Sed contra. 30. quæst. 5. nullum. & cap. iudicantem. contra. ſ. eod. postulatus. contra. Sed secundum H. delegabit causam, si conscientia non concordat allegatis. sed secundum alios potest de ter-

publ. iud. l. vlti. In priuatis delictis si quis criminaliter sit conuictus & condemnatus: si sit tale crimen quod descendit ex actione famosa, tunc infamatur, vt ff. de iis qui no. infa. quid ergo. §. vlt. sed §. ille non bene dicit: sed hoc expresse habetur. ff. de publ. iudi. l. infamem. Sed si ciuiliter agatur, non ff. de cri. Itel. l. 2. nisi in casibus, scilicet in actione furti, vi bo. rap. iniuriarū, & doli mali: vt ff. de iis qui no. infa. Athletas. §. vlt. Item fallit in crimine expilatæ hereditatis: vt C. de iis qui no. infa. si te expilasse, & in crimine sepulchri violati: vt ff. de sepul. violato. l. 1. Et quādo mulier calumnioſe se mitti facit in possessionē tamquam sit grauida: vt ff. eo. l. notatur. ‖ Sed pro actionibus quę ex contractu descendunt, nemo fit infamis, nisi in quattuor casibus: vt ff. de iis q. no. infa. furti. §. mandati. scilicet cum directe conuenitur actione tutelæ, mādati, depositi, & pro socio, vt ibi dicitur. Per sententiam arbitri nemo infamatur. ff. eo. l. qd ergo. §. ex cōpromisso. sed hæc distinctio nō videtur habere locum secūdum canones: cum omne mortale crimen infamet: vt supra ead. quæst. 5. constituimus, & 6. quæst. 1. infames. & cap. omnes.

2 ¶ *Pœnę.*] Hoc falsum est: quia sola pœna non infamat. C. e. l. nullam.

b ¶ *Sicut.*] aliqua euidenti causa præcedente: ex qua si esset cōdemnatus, infamaretur. ff. de iis qui not. infam. ictus fustium, sicut est in furto, cū quis in manifesto furto deprehenditur.

c ¶ *Qui damnantur.*] sine sententia: & sic non est hoc mēbrū superfluū.

d ¶ *Pristinum quidem statum.*] ſ. libertatem.

e ¶ *Declarati.*] Quandoque etiam si non declaratur, vt cum militi detrahuntur insignia militiæ, licet non dicatur causa: vt ff. eo. l. 2. §. 1.

f ¶ *Per sententiam.*] Istud nō videtur differre à prædictis, nisi quòd duo membra cōiunguntur in vnum: nisi velis dicere, q̄ aliquid operātur ista verba cum dicitur ei, Sycophanteis, i. calumniaris.

g ¶ *Intra tempus.*] Hoc tamen non tenet secundum canones: vt extra de secundis nup. super illa.

IDEM. Casvs. Hoc relatiuum, idem, respicit primum capitulum huius quæstionis. Idem, scilicet quod Romana fy nodus. Cætera quæ sequuntur, plana sunt.

h ¶ *Contemnatur.*] id est, cōtemptibilis habeatur, non tamen contemni debet: vt 1. quæst. 1. si fuerit. & cap. multi. & 15. quæst. vlt. cap. vlt.

Vi sine peccato.] Hæc est tertia pars quæ. in qua probat per quinque auct. quòd criminosi iudices esse non debent: & quòd secundum allegata debent iudicare. Ioan. de Fant.

Casvs. Probat Greg. in hoc cap. iniquum hominem iudicare non posse vel punire: & hoc ostendit duobus exemplis, scilicet Iudæorum tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israel vlcisci iniquitatem voluit; sed tamen semel, & iterum in belli certamine ipse prostratus est. Consulto enim † Domino, si ad vlciscendum ire debuisset, iussum est, [vt † iret,] qui iuxta diuinæ vocis imperium perrexit, & semel, & secundo perdidit; & tunc demum peccatricem tribum valde feriens pene k funditus l extinxit. Quid est, quòd in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur? nisi quòd prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriantur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant.

Item Ambrosius super [*Beati immaculati*] *sermone* 20. *ad vers.* [*Miserationes tuæ Domine.*]

¶ Ille de vita alterius iudicet, qui non habet in se ipso quod p[illegible] mat. C. IIII.

5 I Vdicet ille de alterius errore, qui non habet quod in seipso condemnet m. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit puniendam: ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio n, nulla offensione, nulla leuitate † ducatur. *& post pauca.* ¶ Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis o: sed iuxta leges, & iura pronuntiat; statutis † iuris obtemperat; non indulget propriæ voluntati; nihil paratum, & meditatum domo defert: sed sicut audit p, ita iudicat; & sicut se habet negotij natura, decernit; obsequitur legibus, non aduersatur; examinat causæ merita, non mutat. Discite iudices sæculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. *& paulo post.* Qui iudicat, non voluntati suæ obtemperare debet, sed tenere quod legum est. *& post pauca.* In iudicando magis cordi sit veritatis custodia, quàm obedientia voluntatis.

Item Gregorius præfationis in Iob, cap. 3. al. 6.

‖ Iudex de subditis iustitiam non exhibens potest conueniri. *Iud. 20.*

† *autem* ori.

k *Pene.* absunt istæ duæ voces ab originali.

a In prin. tamē dicitur, q̄ hæc dictio ad modicū quantitatē refertur: & hæc dictio ponitur etiam 7. q. 1. factus. in prin. Arch.

5 Anſl. 3. cap. 34.

† *al. nouitate* orig.

† *scitis* orig.

‖ Iudex opinionem suam potius quàm aliorum sequi debet.

minare secundum allegata:quia aliud facit aliquis in eo quòd iudex est: aliud in eo quòd homo est:vt 23.quæst.4. si ecclesia. & sic iudicare potest [a] secundum conscientiam,quam habet vt iudex, non vt homo.ar. extra de offic.ord.si sacerdos.& extra de offic.deleg.pastoralis. §. quia vero.& extra de elect.quod sicut.

a Id est,debet, secùdum iura. extra de cens. vene abili. in glo.1. ver.respondeo, quia quando, &c.

¶ Grauatus criminibus iudicare non valet. C. V.

IN grauibus [a] peccatis quis positus,dum suis premitur, aliena non diluit. ¶ 1 Cuncti enim liquido nouimus,quia cum is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur [b]. ¶ Scriptum quippe est [Victimæ impiorum abominabiles Deo sunt,vota iustorum placabilia.] 2 Neque enim in omnipotētis Dei iudicio,quid † [c], sed à quo datur, inspicitur.

¶ Hinc est enim, quòd scriptum est [Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Caim autem, & ad munera eius non respexit.] Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera; præmisit solicite, quia respexit ad Abel.Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus,sed munera ab offerente placuerunt.

¶ [Dona [α] quippe iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes eorum;nec in multitudine sacrificium eorum propitiabitur peccatis.[*Item* ¶ Longe est Dominus ab impiis, & orationes iustorum exaudiet.]

1 Past.p.1.c.11.

Prou. 15.

2 14.q.5.scriptum. cit. ex epist 126.l 7. ad Recaredum Regem. † *quid datur* } orig.

Gen. 4.

¶ Orationes malorum an noceant.

Eccli.34.

Prouer. 15.

α ¶ Dona.] *Hæc non leguntur ibi apud B. Gregorium: sunt tamen Eccli. cap. 34. & repetuntur infra 14.quæst.5.cap.scriptum.*

Item Beda, in cap.8.Ioannis de iudicio adulteræ.

¶ Primum nosmetipsos,deinde proximos debemus corrigere. C. VI.

POstulatus Dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, sed prius inclinans se deorsum,digito scribebat [d] in terra; ac si demum, quam obnixe [e] rogatur, iudicat; nos videlicet typice instituens, vt cum quælibet proximorum errata conspicimus, non hæc ante reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi, digito eam discretionis solerter exculpamus, & quid in ea conditori placeat,quidue displiceat,sedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apostoli; [Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto [f], &c.] *& infra.* ¶ Qui sine peccato est vestrum, id est, primo vos ipsi iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus,& mundo corde ad lapidandam ream concurrite.

Item Augustinus ad quemdam comitem.

Gal. 6. Ioan.8.

d ¶ *Scribebat.*] Hoc s. terra terram accusat. vel hoc, si quis sine peccato,&c. & hic est arg. ‖ 9 sufficit si sententia scribatur in pariete: nam & ibi edicta prætorum olim scribebantur in albo. ff.de iurisd.om. iud.l.si quis.

‖ Sententia potest in pariete scribi.

e ¶ *Obnixe.*] id est, instanter.

f ¶ *Delicto.*] Vos qui spirituales estis,iudicate huiusmodi.50.distinct. ponderet. Argum.quòd mali non possunt iudicare.

g *Sacerdos.*] sic 42.distinct.§.1.

h ¶ *Et posłea.*] Argumen. presbyterum post pœnitentiam posse restitui.50.distinct.de his vero.

¶ In vetusta impressione epistolarum B. Augustini extat epistola longissima ad Iulianum comitem: in recentioribus autem omnium operū editionibus habetur quarto tomo sub titulo de salutaribus documentis in cuius libelli ca.52.est hoc caput.

¶ Sacerdos primum sua peccata,deinde aliena detergat. C. VII.

3 SAcerdos [g], vt sapiens, & perfectus medicus,primum sciat curare †peccata sua, & postea [h] aliena vulnera detergere, & sanare;& non publicare [i].

Item in Euangelio sal infatuatum ad nihilum vtile esse dicitur, nisi vt proiiciatur foras, & ab hominibus conculcetur. ¶ *Ex quibus omnibus datur intelligi, quòd criminosus, alterius criminis iudex esse non potest; & seipsum condemnat, dum in alterius crimen sententiam profert. Sed obiicitur. Saul cum à Domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudicium vniuersus populus expetebat. Item, Dauid cum esset adulter & homicida, interrogatus à prophetа sententiam in diuitem dedit, qui ouem pauperis rapuit,dicens [Iudicium mortis est viro huic.] Item Salomon cum amore muliercularum Deos gentium coleret;tamen vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicium confluebat. Sic & Achab [k] quamuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat.Multi etiam alij tam in veteri testamento, quàm in nouo inueniuntur, quorum vita cum esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, qua ex officio suo seruata iudiciarij ordinis integritate processit, inuenitur seruata. Vnde & Dominus ait in Euangelio[Super cathedram Moysi sederunt scribæ,& pharisæi,&c.] Hinc liquido constat, quòd mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibi ipsis nocent,dum sine exemplo suæ emendationis aliorum vitia corrigere curant: subditis vero prosunt, si eorum increpatione correcti, vel sententia coerciti, vitam suam in melius cōmutare didicerint. Ac per hoc, dum ab ecclesia tolerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.*

i ¶ *Et non publicare.*] Ea quæ quis ei in secreto dixerit, aliàs deponitur.infra de pœ.distin.6. sacerdos. hodie ponitur in arctum monasterium ad agendam pœnitētiam perpetuam: vt extra de pœ.& remiss.omnis.in fi. ‖ Confessio secretissima.

k *Sic & Achab.*] 21.quæst. 2.vtilem.

3.Reg.18.

Matth.15.

‖ Episcopus a quibus et quos iudicabit.

b Ad idem 9.q.3.scitote. & 4.q.6.nō. & 8.q.8.fidelium. Arch.

QVÆSTIO VIII.

VOd autem [l] episcopus ab vno tantum audiri, vel † iudicari non debeat, Zepherin[o] Papa testatur epistola prima ad episcopos Siciliæ,dicens.

l ¶ *Vod autem.*] CASVS. Hic intitulāt, 8. quæst. qua quæritur, an episcopus possit ab vno tantū iudicari vel audiri.Et respondet quòd in ciuili potest, & in criminali à Papa vel eius delegato:aliàs nō potest ab vno iudicari vel audiri.Sed in accusatione episcopi debēt esse duodecim episcopi præter metropolitanū: & in accusatione presbyteri sex; i accusatiōe diaconi tres: vt infra 15.quæst.7. Felix, & cap.si autem. Finis tamen causæ criminalis episcopi summo Pontifici reseruatur:vt infra cap.1. & supra ead. quæstio. 6. quamuis. & cap.dudum. I ¶ *Quòd autem.*] Ab omnibus episcopis prouincię debet audiri causa episcopi: vt supra ea.q.6. si quis episcoporū [b],vel a xij. ad minus, quos ipse met ropolitan[o] eligit,vel ipse reus si electos à metropolitano habet suspectos. infra e.quæst.1.ca.1. & tales coepiscopi non sunt iudices, sed assessores: sicut nec clerici sunt iudices,qui debent interesse,cum episcopus audit causam clerici.15.quæst.7. episcopus.arg.tamen est, quòd sint ordinarii:vt 6. quæst.3.scitote.& si Papa delegat causam episcopi, videtur quòd eodē modo intererunt xij.episcopi.5. ead.quæst.6.hæc quippe. & 34.dist. quorundam. *Accusatores.*]

3.Reg.18.

al.9

Accusatores.] CASVS.Hoc cap.diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicit Zepherinus, quòd accusatores episcoporū debent esse bonæ famæ,& sine suspicione. In secunda parte dicitur, quòd sententia à non suo iudice dicta,nullū ligat.In tertia parte dicitur,quòd in accusatione episcopi debent esse duodecim episcopi, qui ab accusando sunt eligēdi: & ifti simul cum archiepiscopo causam examinabūt: sed Papæ ipsius depositio reseruetur. In quarta parte dicitur, quòd absens iudicari non debet. nisi ex cōtumacia fuerit absens. Secunda pars incipit ibi, *Nullum namque.* Tertia ibi, *Iudices* xij. Quarta ibi, *Absens.*

¶ Episcopus non nisi à pluribus audiatur, & iudicetur. C. I.

1 ACcusatores episcoporum [10] omni careāt suspicione, quia colūnas suas Domin[o] firmiter stare voluit, non à quibuslibet agitari. ¶ Nullū [a] namque eorū sententia à non suo iudice dicta constringat; quia & leges sæculi id ipsum fieri præcipiūt. *vt codice a libro septimo,titulo de sentētiis & interlocutionibus omniū iudicum lege penultima.* [Cuius in agēdo quis obseruat arbitriū,eū habere etiā cōtra se iudicem t in eodem e negotio nō dignetur.] ¶ 2 Iudices duodecim quilibet episcopus accusatus(si necesse fuerit)eligat,à quibus ei[o] causa iuste iudicetur.Nec prius audiatur,aut excōmunicetur vel iudicetur,quā ipsi per se eligātur d,& regulariter vocato † ad suorū primo cōuentum episcoporū per eos eius causa iuste audiatur,& rationabiliter discernatur. Finis vero eius causæ ad sedē Apostolicā deferatur, vt ibidē terminetur. Nec antea finiatur(sicut ab Apostolis,vel successoribus eorū olim statutū est.) quàm eius auctoritate fulciatur. *& paulo superius,* ¶ 3 Absens vero nemo iudicetur e, Nisi β ex cōtumacia absens fuerit: quia, & diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges.

1 al.l.2.c.38. dec.5.c.145.

‖ Recōcentio effat in certis casibus.

a Quia nō reperiuntur crimināles sed iurisdictiones defensiones effectuales deputātibus inquit, & 3.c.q.11. arguada i.

‖ Causa recognitionis est eadem ratio quæ in prima capit.

b Vide 8 indices quomodo eligant super causis contra episcopos, & de hoc prouincialiter in causa reconciliationis gratiæ, & pacis ap. glo.in 6. appel. li.vbi decis. Gl. sed ratio re. ne. quidem fa. post in fi. & de. extra de sen. ex. c.n.

α ¶ Vt codice.] *Hinc vsque ad versic. Iudices non sunt in epistola Zepherini, ne-*

que in vetustis Gratiani codicibus.

β ¶ Nisi ex cōtumacia absens fuerit.] *Hæc absunt à plerisque manuscriptis,& epistola ipsa,& Anselmo,& Iuone. Infra vero eadem quæst. 9.cap. Absens.habentur tamquam Gratiani verba.*

Item Felix episcopus dixit in concilio Carthaginensi 2.cap.10.

¶ A quot episcopis audiatur episcopus, qui in reatum meciderit. C. II.

4 SVggero secundum statuta veterū conciliorū,vt si quis episcopus (quod non optamus †) in reatum aliquem incurrerit f,& nimia necessitas ei fuerit non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim audiatur episcopis [7].

7 a Episcopis.] *Quæ hoc loco in capite decimo concilij Carthaginensis secundi addiuntur,referuntur infra 15.quæst.7.cap. Felix,& ibi notabitur varietas.*

QVÆSTIO IX.

1 DE accusatoribus [ps] vero, vel testibus, quòd in absentem, vocē accusationis, vel testificationis exhibere non valeant; multorum auctoritatibus liquet [5]. *Ait enim Telesphorus Papa,epistola vnica.*

¶ Nisi reo præsente, accusator non audiatur. C. I.

6 ACcusatori omnino non credi decernimus, qui absente [h] aduersario causam fugat. Quia non distinguit an lis sit contest. vel non: nam secundum eum non refert an lis sit contest. vel non. Ego tamen dico, quòd cum lis est contest. & liquet de causa, locum habet illud cap. decernimus. Sed si lis non est contest. vel est contest.sed non liquet de causa, locus est illis cap.rursus. & cap. quicumque. nam ante li. contest. numquam sunt recipiendi testes in crimine.extra vt li.non contest.ad hoc Deus. nisi aliquid speciale dicamus de dilapidatione,vbi publica commoda periclitantur: vt supra ea. quæst.2.qui ea.& C.de pœn.ne diu. Nullo enim priuilegio gaudere debet, qui male administrando suos contubernales affligit: vt C. vbi de ratioci. l. 2. c. Idem est in causa inquisitionis:‖ quia testes recipiuntur li.non contest.vt extra,vt li.non contest.quoniam frequenter. Item vbi quis infamatus deficit in purgatione. punitur li. non contest. vt extra de purg.cap.cum Petrus. extra de fi.de hoc. Item in hæresi post mortem:vt 24. quæst. 2. sane profertur. Sed in causa ciuili non proceditur lit.non contest. nisi in casibus qui sunt extra vt lit. non contest. quoniam frequenter. Item in causa appellationis:vt C.de tem.ap.l.vlt. extra de ap. sæpe.& 2. quæst. 6. ei qui. Item in absentia actoris : vt extra de do.& contu.causam. quæ est hodie correcta per decr. quoniam frequenter.sicut credo.C.quomodo & quando iudex.auth. qui semel.Item vbi agitur iudicis officio.C.si mi.se ab hæ.absti.in authen. ibi posita. ff. de min.in causæ.§.causa. Item in causa surreptionis. extra de senten: & re iud.cum olim.Item secundum quosdam in causa libertatis. C.de inge.ma.diffamari.Item in petitione legati,vel fideicommissi. Argumen. C.de vsu.& fru.lega.vel fideicom.l.2. Item in Trebellianica restitutione. C. ad Trebel. l. pe.§.cum autem.Item cum electus non comparet. extra de ele.dudum 1.in fin. Aliàs numquam ferenda est sententia ante lit.contest,sed proceditur contra absentem, prout traditur extra vt lit. non contest.quoniam.in fi.Quod dicitur de officio iudicis, hodie certum est.extra de offic.iud.cap.vlt.

1 Ps.

5 Concor.tex. in l.absentem. C. de accu. & in l. ne diu.C. de pœ.

‖ Absens an possit condēnari. d Ad le ad hāc quæstionē no. in l.secundum §. publice. ff de proc.& in l.2. C.de requi re. 6 Anf.l.3.c.12. & 97.

h *Accusatori.*] *Qui absente.*] quia merita causarum, &c. & C. si per vim vel alio modo. l. vlt. nec etiam in causa restitutionis auditur quis volens de iure suo docere in absentia alterius partis, vt extra de offic.deleg.consultationibus.

e Et sic debet intelligi extra de do. & cōt. veritatis, secundum I. vbi plene de hoc. Archid. ‖ Testes lite non cōtestata possunt quandoque recipi.

ADDITIO. Extra de in integ.rest.cum ex litteris. Archid.

Caueant.] CASVS. Quæsitum fuit ab Eleutherio, an iudices possint sententiare contra absentem non ex contumacia. Et respondet quòd non: & si tulerit, irrita erit sententia ipso iure: vel per sententiam irritabitur: & iudices pœnam sustinebunt: & eius qui semel calumniatus est, accusatio non audietur.

¶ Sententia lata contra eum ad quem citatio non pervenit, an valeat.

a ¶ *Caueant.*] Argum. est hic pro opinione illorum qui dicunt, quòd sententia nulla est cum peremptorio non venit ad notitiam absentis. C. quomodo & quãdo iud. l. ea quæ. & ff. quæ sent. sine ap. rescind. l. 1. §. cum ex edicto. sed ibi nõ peruenit: quia nec propositũ fuit. vnde secundum plerosque bene tenet sententia, licet peremptorium non venerit ad notitiam rei. sed hic expones irrita, id est, irritanda. Vnde satis videtur sufficere si absens sufficienter sit requisitus, ad hoc vt possit ferri sententia, licet non sit inuentus: vt extra de do. & cont. causam. extra de cleric. non resi. ex tuæ. argum. ad hoc. 7. quæst. 1. præsentiũ. C. de iud. properãdum. §. & si quidem. ff. de euict. si ideo. & l. si dictum. §. si præsente. & ff. loc. item quæritur. §. exercitu. Argum. contra extra vt lit. non contest. quoniam. §. si vero 2. nam ibi dicitur, quòd etiam in causa matrimonij non est procedendum contra absentem, licet non inueniatur: quia potest esse quòd habeat iustã causam absentiæ. nec enim videtur cõtumax qui vocem præconis non audiuit. ff. de in inte. rest. l. penult. & vlt. Hoc tamen certũ est, quòd siue peruenerit ad eum citatio, siue non: si probauerit iustã causam absentiæ, retractatur id quod factum est: vt extra de sentent. & re iud. cum Bertholdus. Io. Hoc teneas quòd sufficit si citetur aduersari[x] publice ad domum vbi cõsueuit morari, vt extra de do. & contu. causam. & cap. vlt. & si non veniat lit. non contest. fiat missio in possessionem, vel excõmunicabitur: vt extra vt lite non contest. tuæ. lite vero contest. b ad sententiã proceditur, vt C. de iud. properandũ. §. & si quidem. & §. fin autem. & si postea veniant assignando iustam causam absentiæ, retractabitur quod factũ est: vt extra de sent. & re iud. cum Bertholdus. B.

4 12. q. 8. c. 1. Ans. l. 3. c. 55. Bur. l. 1. c. 171. Iuo p. 5. c. 189.

† *al. qu cũque accusatori*

b Hoc intelligẽ vt no. extra de dolo. prout. & de appel. sæpe. & c. per tuas. & no. Go. in sum. de iud. 5. idem. & post. verſi. ſe ſi. Ar.

5 Ans. l. 3. cap. 62.

6 Ans l. 1. c. 39. Iuo p. 6. c. 347.

b ¶ *Causam.*] i. pœnã. c ¶ *Dabunt.*] id est, substinebunt.

Absente.] CASVS. Quæsitum fuit ab Eleutherio, an absens possit accusari: & an absens possit per epistolam accusari. Et respondet quòd non: sed reo præsente & voce propria, & in scriptis: nisi in casibus exceptis.

d ¶ *Difficile.*] id est, non: vt 2. q. 6. biduum. vel difficile, id est, vix: quia in casibus fit accusatio sine inscriptionis vinculo: vt no. 2. q. 8. in princ.

Omnia.] CASVS. Quæsitum fuit vtrum testes recepti contra absentem, vel sententia lata contra absentem valeat? Et respõdet quòd non: quia nulla lex damnat absentem.

e ¶ *Absentes.*] nõ per contumaciam, & in casibus exceptis in sum. Io.

f ¶ *Agitur.*] Nota etiã quòd gesta, quæ fiunt absente altero, non valent: vt infra eadem chartæ. & supra eadem caueant.

7 Aut. de hæ. ibid. al. primo

g ¶ *Adducit.*] i. punit.

Non oportet.] CASVS. Dicitur hic quòd nullus debet damnari nisi legitimi appareãt accusatores, & præsentes: & tunc locus defendendi accusato præbeatur, id est, inducię dẽtur ad delenda crimina. Idem dicitur in seq. cap.

8 Cod. vbi cri. agi. l. 1. & ibi Theo. lege. 1. in exẽplo ne legatis.

h ¶ *Locumque.*] id est, inducias: vt 7. cap. prox.

i ¶ *Abetur.* & *Examinates.*] Hoc cũ sint ignoti vel suspecti; vt 2. q. 7. cuærendum.

k ¶ *Inducias.*] Argum. sententiam non valere nisi præsefferint legitimæ inducię. extra de dila. dilecti. & 5. q. 2. vocatio.

Vi accusare.] CASVS. Dicitur hic quòd qui vult aliũ accusare, debet præsens hoc facere, & non per procuratorem, vt reo reseruet copia defendendi.

9 Anſ. l. 4. cap. fino. & ibi gl. & De locis. 2. q. 8. in fin.

l ¶ *Præmissa.*] Inscriptio enim semper præcedit accusationem c, vt extra de acc. qualiter 2.

Ignũ.] CASVS. Dicitur hic quòd non debet aliquis accusari nisi præsens fuerit accusator: quia examinari debet, si est idoneus ad accusandum.

10 Ex in Vin. maciſſa. c.

m ¶ *Innocentis.*] Sanctius est enim nocẽtẽ impunitũ relinquere, quàm innocẽtem condemnare: vt ff. de pœn. absentem.

11 Bur. l. 1. cap. 5.

Decernimus.] CASVS. Maximꝰ Valentinę ciuitatis episcopus fuit de multis criminibus accusatus. post lit. cõtest. multoties citatus nõ venit, ita quod causa non poterat terminari. præcipit ergo Papa episcopis Galliæ, vt ante calendas Nouembris synodo congregata illum citent: & si venire noluerit, ferãt sententiam in illum tamquam in cõtumacem: nec curẽt si omnia delicta nõ comprobentur cum per suam contumaciã videatur de omnibus cõstieri. Quidam tamẽ dicunt ꝙ iste fuerat infamatus & procedebatur cõtra eum in modum inquisitionis. Sequens cap. planum est.

12 Ans l. 2. c. 8 Bur. l. 1. c. 18. Iuo p. 1. c. 3. & par. 8. c. 7. al. Decernimus

n ¶ *Decernimus.*] quidam ponunt casum sic, ꝙ episcopus iste fuit infamatus, &

matus, & Papa committit istis vt in modum inquisitionis procedant, & sinon venerit vt se purget, vel si defecerit in purgatione, vt confiteri de crimine. vnde potest condemnari, vt extra de fi. de hoc. & cap. insinuatum. Vel intelliges quòd hic fuit his conte. sicut in summa intellexi hoc cap. vel non loquitur de diffinitiua sententia, sed de interlocutoria,

a Per illo in. c. facit q. sup. q. 3. c. 1. & gl. ibi per contu. mac. & hic in. c. ſi dilectus. Ans.

vel excõmunicatione a, vel missione in possessionem. Videtur tamen ꝙ etiam lit. non conte. ferri possit diffinitiua sententia, sed non de crimine, sed depositionis pro cõtumacia, vt videtur colligi extra de do. & contu. veritatis. Ioan.

a ¶ *Voluerit.*] Maximus Valentinæ ciuitatis epꝰ.

b ¶ *Sententia.*] ferẽdæ. contra. ff. de pœn. absentem. illud secundũ leges.

c ¶ *Manifestum est.*] præsumptiue: vt ff. de re iud. contumacia. §. 1. fi c. 34. q. 3. de illicita. in fi. Sed videtur ꝙ semper liqueat de causa, quia aut probat auctor quod asserebat, & tunc condemnandus est reus. aut non probat, & tunc est absoluendus reus: vt 6. q. vlt. auctor. Respon. istud obtinet cum vterque est præsens & præterea ꝙ reus absoluitur, non procedit ex eo ꝙ de causa liqueat, sed quia partium iura sunt obscura, & in dubio fertur sententia pro reo, vt insti. de interdi. §. cõmodum. extra de fi. instr. inter. in fi. nã quandoque actor probat intẽtionem suam, & tamẽ iudici non liquet de causa. ff. de re iud. l. Pomponius.

d ¶ *Purgandi.*] id est, ostendendi innocentiam suam, vel cãm absentiæ.

e ¶ *Non omnia.*] dum tamẽ illa quæ probata sunt, sufficiant ad condemnationem, & omnia simul obiiciantur: vt 23. distinct. illud. Argu. infra ead. quæst. 10. placuit.

Euera.] CASVS. Quidã conquestus fuit de quodam presbytero absente forte ex iusta causa coram Gallione archiepiscopo, qui testibus receptis sententiam contra eum absentem tulit. & quia sententiæ parere nolebat, dictus archiepiscopus excommunicauit eum, quare facerdos ille appellauit ad sed. apo. sed impediebatur appellationem prosequi, vnde Pa. ipsum archiepiscopum reprehendit, & præcipit ei, quòd si post excõmunicationem suam appellationem voluerit prosequi nullus eius iter impediat.

f ¶ *Monemus.*] id est, mandamus. 2. quæst. 1. notum sit. 28. quæst. 1. fic enim. & no. supra 2. quæst. 7. sicut inquit.

g ¶ *Post excommunicationem.*] nota, quòd excommunicatus appellat. argumen. extra de sententia excommun. per tuas.

h *Absens.*] ¶ *Nisi fuerit.*] Hæc verba ponuntur in authen. vt omnes obe. iu. §. fi vero. coll. 5.

i ¶ *Contumacia.*] sic extra de testi. in nomine domini.

k *Anglicas.*] CASVS. Hermannus episcopus fuit furiosus, quod cõstabat apostolico, qui postea homicidium vel aliud scelus commisit, de quo cum sæpe coram Gallione archiepiscopo accusatus fuisset, appellauit ad Papam. Archiepiscopus autem indignatus rogauit Papam, vt de crimine cognosceret, & ipsum condemnaret. Nicolaus vero dicit, quòd non potest facere tribus rationibus, scilicet quia Hermannus erat absens, & quia non dixerat ei qui fuerunt illi excessus super quibus accusabatur, nec vtrũ tẽpore delicti fuerit sanæ mẽtis, vel non. & ideo

k ¶ *Hermannum.*] iste in furore occiderat hominem.

l ¶ *Quia.*] prima ratio est.

m ¶ *Quamuis.*] secunda ratio est.

rit a, præsens, si confidit, ad obiecta respondeat: si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ b de absentia nõ lucretur. Nam manifestum est c, confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi d se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine non e omnia e, quæ dicta sunt, comprobentur; cum ipsa quoque pro confessione procurata toties constet absentia.

a ¶ *Non omnia.*] *In originali, & apud ceteros, collectores, & in vno pernetusto Gratiani codice est omnia: sed quia idem sensus elicitur, & adest glossa, non est mutatum.*

Item Felix Papa ad episcopos Galliæ epistola secunda 1.

¶ Absentes nec accusari, nec iudicari possunt. C. XI.

2 *Absente aduersario* nõ admittur accusator, nec sententia, absente alia parte, à iudice dicta vllam obtineat firmitatem 3.

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiscopo Senensi †.

¶ Altera parte absente, diffinitiua non feratur sententia. C. XII.

4 Euera iustus mediator nõ est, qui vno litigante, & altero absente, amborũ emergentes lites decidere nõ formidat. His ita præmissis, volumus & Apostolica auctoritate monemus f, vt si presbyter, de quo agitur, post excommunicationem g suam, Apostolicam sedẽ adire voluerit, nullus iter eius impedire præsumat.

Item Zepherinus Papa ad episcopos Siciliæ, epistola prima.

¶ In absentem non est ferenda sententia. C. XIII.

5 *Absens vero nemo iudicetur*: quia & diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges.

Nisi fuerit h *absens ex contumacia. Pro præsenti namque eum contumacia* i *haberi facit.*

Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi † *archiepiscopo.*

¶ De eodem. C. XIIII.

INdicas Hermannum † k episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum: pro quibus (quia l ex parte ipsius, persona deest) nos vni parti ad discrimen alterius credere proculdubio non possumus: quamuis m nec vsque adhuc, qui fuerint nilli excessus, dixeris, nec vtrum n sanæ mentis erat idem antistes, nec ne, cum ipsos excessus perpetrabat, euidenter ostenderis patefactusque arbitremur, quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quàm ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum q sit, & compatiendum, quàm puniendum, vel aliquo modo feriendum.

Item Calistus Papa ad episcopos Galliæ, epistola secunda.

C Vm maiores scientia, & moribus à minoribus accusari prohibeãtur, nõ æquales ab æqualibus, vel minores à maioribus; ab huius [3] *ergo accusatione non sunt hi prohibendi, cũ hæreticus catholico minor sit. Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non* † *definiuit lib. 4. de baptismo contra Donatistas, c. 5. dicens.*

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis exemplaribus comimctum est superiori. Quare coniicere licet hæc esse verba Gratiani.*

¶ *Ab huius ergo.*] *Locus hic emendatus est ex manuscriptis. In impressis legebatur* ab accusatione huiusmodi sunt prohibendi: *ex qua lectione vix apta sententia elici poterat.*

¶ Dubium est, an sciens auarus, an nesciens hæreticus grauius peccet. C. XXI.

Q Væro ergo, quis peccet grauius, an qui nesciens in hæresim incurrerit, an qui sciens ab auaritia, id est ab idololatria non recesserit? Secundum quidem illam [n] *regulã, qua peccata scientium peccatis ignorãtium præponuntur, auarus cum scientia vincit* [o] *in sceleres. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in auaritia scientis admissio, vt hæreticus nesciens auaro scienti coæquetur. Item cap. 20. eiusdem libri.* Vtrum autem catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, præter id, quòd hæreticus est, non inueniunt homines, quod reprehendant [p], præponere debeamus, non audeo præcipitare [p] sententiam.

4 *Verum hoc Augustini, & illud de infamium accusatione de his intelligendum est, quos constat* [q] *esse hæreticos, non de his* [o] *qui se negant in hæresim lapsos. Hic autem in omnibus religiosus apparens* [r], *dum se negat hæreticæ cõmunionis aliquando maculã infectum; infames, atque alios huiusmodi à sua accusatione ipse repellit.*

crimino si & infames contra eos admittuntur. hic autem episcopus de quo in themate agitur, in omnibus religiosus apparet: & ideo infames ab eius accusatione repelluntur.

VERVM. Grat. tamen illi ca. quæro. & illi §. sed licet. in quibus probauerat infames admittendos contra hæreticos: & ita contra simoniacum: & eius solutio durat vsque ad §. hæc licet ratione. & ibi incipit suam solutionem impugnare.

q ¶ *Constat.*] si constat, ergo non est necessarius [d] accusator. expone ergo constat, id est, tale est crimen, quod constat esse hæresim. Vel dic quòd constat per famam: quia sunt malæ famæ.

r ¶ *Apparens.*] Hæc solutio est canonica: quia concordat cum Grego. 2. quæst. 1. in primis, & impugnatio quam ponit in sequens. §. allegando ponitur.

HAEC

[1] Quicumque & est sensus legis.
[2] Vide Abb. quæst. 3. qui peieiurat. Ius enim & ecclesia sua ipse condidit. Inno. ut. de cas. 15. c. 2. capit. ; ut dicit. Ioã. de Fant.
[3] Peccatum ignorãtiæ minus est quã malitia.
[d] 2. q. 1. ideo nihil. arti. de acce. ex. dentia. Arch.

HAEC LICET. CASVS. Obiicit modo Grat. contra supradicta: & dicit quòd licet videantur quæ dicuntur in §. ratione niti: tamen exemplo criminis læsæ maiestatis falsa intelliguntur: in quo non quæritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem lædere: sed an de eius nece tractauerit. eadem ratione non debet quæri, an simonia sit hæresis, sed an cõmiserit simoniam iste episcopus. & ad hoc inducit legem sequentem.

a ¶ *Tractauerit.*] Sic ſupple in simonia non est quærendum, an simonia sit hæresis. iste enim episcopus negauit simoniã esse hæresim, & male, vt 1. quæst. 7. patet. & sic concludit in fin.

S I quis.] CASVS. Statuerunt Imperatores Honorius & Arcadius, quòd si quis contra principem fecerit coniurationem, vel dederit vel susceperit sacramentum de morte, non solum Imperatoris, sed etiã virorum illustrium & senatorum, vel de morte cuiuslibet militis, qui militat Imperatori, cogitauerit, sacramenta dando vel recipiendo, vel etiam aliud faciendo, gladio feriatur, omnibus suis bonis confiscatis. filij vero eius (quibus vita misericorditer reseruatur) sint remoti à consanguineorum, & etiam extraneorum successione: sint etiam perpetuo infames, & illi qui pro his intercedunt: nec vllos habeant honores, nec ad sacramenta perueniant militaria. Et si quis de coniuratoribus in initio prodiderit factionẽ, præmium habeat & honorem: si vero ſero, veniam habeat.

b ¶ *Priuatis.*] Not. milites non dici priuatos, vt 23. quæst. 1. qui contra.

c ¶ *Voluntatem.*] Not. quòd punitur hic sola voluntas, vt 19. distinct. nulli. 22. distin. omnes. quia in maleficiis voluntas spectatur, non exitus. ff. ad le. Cor. de sic. diuus. Arg. contra. 32. dist. erubescant. de pœ. dist. 1. cogitationes. 32. quæst. 5. Christiana. Solu. ‖ regulariter voluntas non punitur nisi ad aliquem actum procedat.

d ¶ *Fisco.*] idem est in crimine hæresis, vt extra de hære. vergentis. a alias bona damnatorum regulariter reseruantur filiis, vt C. de bon. damna. authen. bona.

e ¶ *Filij vero.*] in potestate constitui. si enim eos postea emancipasset, non valet, vt C. eo. l. perpenditur. argum. ff. de bo. damna. l. vlt. §. ex liberis. filij itaque emancipati non patiuntur hanc pœnam. Dicunt tamen quidam, quòd hæc pœna spectat ad filios postea natos, non ad iam natos. sed littera eis contradicit.

f ¶ *Metuuntur.*] iuxta illud: *Sæpe solet similis filius esse patri. Et sequitur leuiter filia matris iter.* 56. dist. si gens. vnde qui emit mancipia de genere eorum quærit, vt ff. de ædil. edict. quòd si nolit. §. qui mancipia.

g ¶ *Et vita.*] supra 74. dist. quorumdam.

h ¶ *Interuenire.*] Sic supra 50. distinctio. miror. Et nota, quòd quandoque prohibetur supplicari pro aliquo. de pœ. dist. 1. prædixerat. & extra de hære. ad abolendam. & C. de transact. si quis maior.

PORRO. CASVS. Supra in §. *hæc licet.* posuit propositionem, in hoc §. ponit assumptionem sui argumenti, sic:

¶ *Hæc licet ratione niti videantur, exemplo tamen læsæ maiestatis vana intelliguntur: ad cuius accusationem* [e] *dum socius initæ factionis admittitur; non quæritur, an cogitare cõtra animã principis sit maiestatem lædere, sed an aliquis de nece eius tractauerit* [a].

Vnde Impp. Arcadius, & Honorius in nono libro Codicis, tit. ad legem Iul. maiestatis, le. 5. scripsisse leguntur.

C. XXII.

S I quis † *cum militibus vel priuatis* [b], *vel barbaris etiam scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis, & consistorio nostro interfuerunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim seueritate voluntatem* [c] *sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt;) ipse quidẽ, vtpote, maiestatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco* [d] *nostro addictis, Filij vero* [e] *eius, quibus vitam imperiali specialiter lenitate cõcedimus (paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hereditarij criminis exempla metuuntur † [f]) à materna, vel auita, omnium etiam proximorũ hereditate, ac successione habeantur alieni; testamentis extraneorum nihil capiant; sint perpetuo egentes, & pauperes; infamia eos paterna semper comitetur; ad nullos vmquam honores, nulla sacramenta perueniant; sint postremo tales, vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita* [g] *supplicium. Denique iubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus vmquam apud nos interuenire* [h] *tentauerint. & infra.* ¶ *Sane-*

[1] Vbi nihil de pœna.
[a] Videbilis quæst. de qui peccat. Ius enim & ecclesia sua ipse condidit. Inno. ut. de cas. 15. c. 2. capit. ; ut dicit. Ioã. de Fant.
[b] Quisquis & est sensus legis.
[c] Peccatum ignorãtiæ minus est quã malitia.
[d] alienationem
[e] Vide Abb. quæst. 3. qui peieiurat. Ius enim & ecclesia sua ipse condidit. Inno. ut. de cas. 15. c. 2. capit. ; ut dicit. Ioã. de Fant.
[f] Vide Abb. quæst. 3. qui peieiurat. Ius enim & ecclesia sua ipse condidit. Inno. ut. de cas. 15. c. 2. capit. ; ut dicit. Ioã. de Fant.

ne, si quis ex his in exordio initiæ factionis, studio veræ laudis accensus, initam prodiderit factionem; præmio & honore à nobis donabitur. Ipse vero, qui vsus fuerit factione, si vel † sero, tamen incognita adhuc consiliorum arcana patefecerit, absolutione tãtum, ac venia dignus habebitur.

¶ *Hoc, & sequens caput in vetustis exemplaribus sunt coniuncta antecedenti; quare nec rubricas habent.*

Porro [i] *simoniæ accusatio ad instar publici criminis læsæ maiestatis procedere debet; sicut Leo Imperator in primo libro Codicis decreuisse legitur, titulo de episcopis & clericis, le. si quemquam.* [1] *Quod de accusatione, non de pœna intelligi oportet.*

Vnde Imppp. Valentianus, Valens, & Gratianus AAA. libro nono Codicis, titulo ad l. Iuliam maiestatis, l. nullus. [2]

C. XXIII.

N Vllus omnino, cui inconsultis, ac nescientibus nobis fidicularum [k] *tormenta inferuntur, militiæ* [m] *vel generis* [n] *aut dignitatis* [o] *vti defensione prohibeatur; excepta* [p] *tantum maiestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est.*

Sed cum omnes illi assumantur in hac accusatione simoniæ, qui possunt accusare de crimine maiestatis; constat, quòd sicut ibi non dubitatur de crimine maiestatis, sed an reus commiserit illud; sic & hic non negatur hæresis; sed impetitur accusatus, an commiserit hæresim.

QVÆSTIO II.

V od autẽ quæritur, si episcopus in accusatorem accusationem vertere voluerit, an suæ simplici assertioni fides sit adhibenda; facile soluitur, si sanctorum Patrum auctoritas di-

i ¶ *Porro.*] Hic ponit assumptionem argumenti sui, præmisit enim primo propositionem.

k ¶ *Pœna.*] in crimine enim simoniæ conuictus deponitur, vt 15. quæst. 3. sane. sed hic capite punitur. Qualiter isti parificentur, notaui 15. q. 3. sane. & cap. nemini. ‖ Sed numquid ordinatus simoniace potest ordinatorẽ sium conuenire de hoc: cũ accusatores cõsequantur præmium, non credo [b]. licet dicatur hic quòd omnes accusatores admittantur.

N Vllus.] (CASVS. Iudex in causa criminali volebat militem, vel nobilẽ aliquẽ, vel in dignitate constitutũ verberibus subiicere. Quæsitum fuit ab Imperatore, an posit se tueri ratione militiæ vel generis vel dignitatis. Et respondet quòd sic, non tamen in crimine læsæ maiestatis, in quo omnib⁹ æqua est conditio.

l ¶ *Fidicularum.*] id est, chordarum, quæ ligantur circa frõtem hominis, & stringitur caput per eas, & est fides idem quod chorda, vt ibi, *Me fide perspicuus Troiæ munitor amauit.*

m ¶ *Militiæ.*] C. de quæstio. milites.

n ¶ *Vel generis.*] C. de pœn. l. decurionum.

o ¶ *Aut dignitatis.*] C. de quæstio. decuriones.

p ¶ *Excepta.*] vbi nullus potest se excusare aliquo priuilegio, tenet lex. 11. q. 1. quicumque.

SED CVM. CASVS. Hic cõcludit Gratianus ex supradictis hoc modo. Cum simonia & crimen læsæ maiestatis paria sint in accusatione, ergo sicut in crimine læsæ maiestatis non dubitatur, an sit crimen læsæ maiestatis, sed an commiserit illud: sic in crimine simoniæ non dubitatur simoniam esse hæresim, sed an commiserit simoniam, licet neget hæresim esse. Sed nota, quòd Gratia. bene soluit in illo §. verum. & illa solutio concordat cum Grego. 2. quæst. 1. in primis. & quæst. 7. accusatio. & quæ postea dicuntur in sequentibus §. sunt allegationes. hoc dicit Ioan. & etiam Bene. H. tamen & Cardinalis non excusant eum, sed dicunt eum male dixisse, nisi in illo §. verum. Posset etiam dici, quòd episcopus iste de quo agitur in principio thematis, infamatus erat, licet religiosus appareret: ideo non prodest ei si negat simoniam esse hæresim, sed an commiserit. vnde infames bene admittuntur contra ipsum, & ita secundum hoc bene dixit Grat. per totum §. nisi in §. illo, *verum.* vbi loquitur allegando secundum hunc intellectum.

Q Vod autem.] CASVS. Hic ponitur secunda quæst. qua quæritur, si episcopus accusatus vertat accusationem suam in accusatorem, an sit suæ simplici assertioni credendum, scilicet sine testibus. Et respondetur quòd non vt j. ea. cap. 1. 2. & 3.

q ¶ *Quod autem soli episcopo creditur.* 4. q. 3. iurisiurandi. nec tenet lex. 11. q. 1. quicumque.

[1] tal. *si vera*
‖ Simoniace ordinatus ordinatorem suum conuenire nequit.
[b] Et bene. ar. 3. q. fi. c. vl. secũdũ Io. de Fan. In his ergo quæ sunt expressa. simonia est accusatio: scilicet vt accusatores admittantur: & solennitates seruentur. secundum. Ber. Isid.
[2] Tit. 3. l. 29.
Tit. 8. l. 4.

[Episcopus.

Piscopus.] CASVS. Dicitur hic, q̃ si episcopus imposuerit crimen aliquod alicui clerico vel laico, probare debet illud in synodo, & connentu clericorum. Et quod dicitur de laico, intelligas de crimine ecclesiastico, vt est crimen vsurarum, hæreseos, simoniæ, adulterij, scilicet quò ad thori separationem, & omne crimen quò ad denuntiationem ad pœnitentiam.

ligenter inspiciatur. *Vt enim sanctiPatres definiunt, nullius personæ quantumlibet exercitatæ confessioni fides est adhibenda, nisi competentes probationes adhibeat.*

Vnde in Carthag. concilio. 4. c. 29. legitur.

¶ Episcopus alicui crimen obijciens in synodo probet, quod obijcit. C. I.

EPiscopus, si clero, vel laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in synodum.

Sed obijcitur. Si se solum alieni sceleris conscium nouerit, probare illud testibus non valet. Quid ergo tunc sibi faciendum sit, ex concilio Vasensi primo, c. 8. sic diffinitur.

¶ Episcopus non proferat quod probare non potest. C. II.

SI tantum episcop' alieni sceleris conscium nouit, quamdiu probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem eius secretis correptionibus elaboret. Quod si forte correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicæ ingesserit. etiã si episcopus in redarguẽdo illo quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus, licet ab iis, qui nihil sciunt, secedere ad tempus, & propersonæ maioris auctoritate iubeatur, illo quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanebit.

¶ Indemnatus. *In originali legitur.* indemnatus licet, ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona maioris auctoritate iubeatur, illo quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanente.

Item ex concilio Africano. c. 99. & 100.

¶ De episcopo, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum. C. III.

PLacuit, vt si quando episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare quamdiu excommunicato non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab alijs non communicetur episcopis, vt magis caueat episcopus, ne dicat in quemquam, quod alijs documentis conuincere non potest.

Communicare.] *Sic in Carthaginensi septimo, c. 5. cui ad verbum respondet hoc caput. In Africano autem, hic sequitur,* secrete tamen interdicat ei communionem, donec obtemperet, *quemadmodum & apud Burchardum. Sequẽtia autem verba,* Quamdiu, &c. *sunt initium capitis centesimi.*

QVÆSTIO III.

Vdicium vero archiepiscopi alterius prouinciæ alicui expetere non licet.

Vnde Gregorius ait respons. ix. ad Augustinum Anglorum episcopum.

¶ Alterius parochianum alicui iudicare non licet. C. I.

SCriptum est in lege [Per alienam messem transiens, falcem mittere non debet, sed manu spicas conterere, & manducare.] Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam segetem, quæ alteri

Sibi soli.] non tamquam Deo, ne sit contra de pœ. dist. 6. sacerdos. & 11. q. 1. quicumque contra. Sed illud non tenet. sic ergo dicto solius episcopi non creditur, nec etiam scripto nisi adsit subscriptio, vt extra de testi. cum à nobis. nisi hoc habeat consuetudo, vt extra de fide instrum. cum delictus. nam litteris suis creditur quibus significat se aliquem excommunicasse, vt 11. q. 3. curæ.

Excommunicato.] id est, quem dicit excommunicatum,

¶ *Caueat.*] ecce pœna illius qui iniuste vitat aliquem vel iudicat sic 2. quæst. 1. nemo.

Vdicium.] CASVS. Hic ponitur tertia quæstio, in qua quæritur, an liceat sibi expetere iudicij alterius metropolitani: & respondet quòd non, vt 7. ea. c. 1. 2. & 3. nisi de licentia sui metropolitani, vt 2. q. 6. placuit. & 11. q. 1. clerum.

Iudicium.] Nulli licet habere iudicem alterius prouinciæ, nisi per appellationem, vt 3. q. 6. non liceat.

Criptum.] CASVS. Docet hic Greg. q̃ iudex iudicare non debet alterius parochianũ, & hoc probat auctoritate legis Mosaicæ, scilicet in Deutero. vbi præcipitur, q̃ transiens per messem alienam falcem immittere non debet, sed conterere spicas manibus potest, & comedere. Hanc auctoritatem exponit Greg. dicens, q̃ in alienã messem, id est, in alienum iudicium non debes manum extendere, sed prædicatione & bonis operibus debes homines à vitiis separare.

Mittere.] nec ordinare, nec aliqua sacramenta dare potest in alterius episcopatu. 9. q. 2. cap. 1. & 2. secus de proconsulibus qui in insignia sua extra prouinciam ferunt, & voluntariam exercent iurisdictionem. ff. de of. proconsu. l. 1. & 2.

2 ¶ *Admo*

2 ¶ *Admonendo.*] non tamen publice eis prædicando tamquam ius in eis habens. 7. dist. hortamur. & 9. q. 2. epm. arg. 13. q. 1. c. 1. 16. q. 1. interdicimus. sed sine solennitate ad bonum monendo, quod quilibet potest facere, & etiam monachus. 16. q. 1. c. 1. & c. quia iuxta. secundum alios possunt prædicare, non tamen concitando turbã. 16. q. 3. placuit 2. quia illud non cõsistit in contentiosa iurisdictione. Nec refert quis prædicet, sed quid prædicet. 19. dist. sacerdotes. Nec refert quis prædicet, sed quid prædicet. 19. distinct. secundum Io.

Citote certum esse.] CASVS. Docet hic Pelagius, q̃ dicatur certa prouincia, scilicet quę habet x. vel xj. ciuitates, & vnum Regẽ, &c. & q̃ ad iudicium comprouinciales omnes causæ episcoporum & reliquorum sacerdotum debẽt referri, vt ab eis voce consona diſcernantur, nisi appellatũ fuerit ad maiorem.

b ¶ *Episcopos.*] Hoc ideo est statutũ, quia causa episcopi coram xij. episcopis tractanda. 15. q. 7. si quis tumidus.

c ¶ *Omnes.*] arg. archidiaconos nõ esse iudices.

d ¶ *Secundum ordines.*] ergo medio prætermisso non est ad superiorem eundum: vt 2. q. 6. ca. anteriorum. ver. illo videlicet, & ca. decreto. & q. 7. metropolitanũ. Et sic est ar. q̃ omisso archidiacono nõ itur ad episcopum: vt extra de offi. arch. c. 1. & 18. q. 2. cognouimus. & arg. contra extra de præben. referente.

ADDITIO Vbi de hoc, & extra de ap. dilecti, dic vt ibi Arch. de hoc etiã habes 25. dist. plectis.

e ¶ *Ab extraneis.*] ergo metropolitan' est extraneus iudex. non est ergo iudex q̃unciæ. Quid iuris sit de hoc, quære 9. quæst. 3. cap. 2. Io.

Denique.] Suffred' episcopus sentiens se criminosum, vel ita infirmitate grauatum, q̃ non poterat prodesse subiectis, adiuit primatem nõ suum, sed episcopos alteri' prouinciæ, & corã eis volebat episcopatui renunciare. Illi autẽ episcopi vel primas crimen eius examinauerunt, & renuntiationem receperunt. Quod quia male actũ est, nec debuit fieri sine auctoritate Papæ: ideo Papa cuidã cõmittit, vt Suffredum restituat, & si postea quid fuerit corrigendum, ab eo diffiniatur: vel ita restituatur, & postea de causa cognoscatur.

f ¶ *Vel infirmitate.*] vel malitia plebis, vel defectu scientiæ, vel irregularitate, vt extra de renun. nisi cum pridem.

g ¶ *Restituatur.*] sed nonne debuit perdere locum suum: quia sponte renuntiando coram extraneo iudice. 11. q. 1. placuit. & 3. q. 6. non liceat? Sed dic, q̃ Papa pepercit ei. ‖ Et est hic argumentum de illicita renuntiatione, quòd non teneat si fiat ignorante prælato suo, vel si fiat in manu alterius. 17. q. 2. Gonsaldus. extra de renuntia. admonet. ff. de offic. præs. legatus. Sed cõtra: quia etiam tacite quis renuntiat iuri suo. extra de iis, quæ fiunt à ma. par. c. ex ore. & 7. q. 1. eos. & extra de renun. quod in dubiis. & 32. q. 1. de beneficio. 7. q. 1. quàm periculosum. Dico, sed ecclesia potest eum repetere, vt 7. q. 1. non oportet. & cap. eos. Vel quòd ipse non potest repetere; quia renuntiatio tenet quantũ ad ipsum: dic, quòd renuntiare potest iis, quæ spectant ad onus, sed non iis, quæ spectant ad honorem. non enim subditus potest abdicare à se iurisdictionem sui episcopi. extra de foro compe. si diligenti. Ioan.

EST TAMEN. CASVS. 5. in c. scriptũ. dictũ est, q̃ aliquis non debet mittere manũ in messem alienã: sed q̃ casus est in quo pòt q̃s alienũ iudicare parochianũ, ideo Grat. ponit istũ 5. vt illũ ostẽdat casum.

videtur esse commissa: sed per effectum boni operis frumenta Dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in ecclesiæ corpus monendo, & persuadendo, quasi mandendo, conuerte.

Item Pelagius Papa secundus, epistola prima. omnibus episcopis.

¶ Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat. C. II.

SCitote certam prouinciam esse, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum metropolitanum, aliosque suffraganeos x. vel xj. episcopos b iudices: ad quorum iudicium omnes c causæ episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac ciuitatum referantur, vt ab his omnibus iuste, consona voce diſcernantur, nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab iis, qui iudicandi sunt, appellatum. Vnde non oportet vt degradetur, vel dehonoretur vnaquæque prouincia: sed apud semetipsam habeat iudices, sacerdotes, & episcopos, singulos videlicet secundum ordines suos; & quicumque causam habuerit, à suis iudicibus iudicetur, & non ab alienis; id est à suæ iustis iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis, nisi (vt iam est prælibatum,) à iudicandis fuerit appellatum.

Item Nicolaus Papa.

¶ Non aliorum, sed primatis sui iudicio quisque se subijciat episcopus. C. III.

DEnique Suffredus, si tale in se crimen nouerat, quo recte posset episcopatu priuari, vel infirmitate se sentiebat forsitan prægrauari, qua impeditus nullis posset proximis sua prælatione prodesse; primatis sui debuerat, & non aliorum diœceseos antistitum præstolari iudicium.

Quòd si quælibet ambiguitas, vel aliqua fortasse super eius examinatione vel episcopatus abrenuntiatione oborta fuisset contentio; ex more ad Apostolicam sedem referri conuenerat; & nostra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omissum hactenus dolemus; dilectissimam mihi gloriã vestram vehementer efflagito, vt iam dictus Suffredus episcopus proprio restituatur episcopio: & si quid reprehensione dignum gessit; postea vel correctione, vel digna animaduersione definietur.

¶ Omissum.] *Locus hic emendatus est ex plerisque vetustis Gratiani codicibus.*

Est tamen casus, in quo episcopus alterius parochianum excommunicare valet.

Vnde in concilio apud Compendium, capit. 5.

¶ Quando episcopus alterius parochianum excommunicare valet. C. IIII.

PLacuit pro communi vtilitate, & instante necessitate, vt nullus episcoporum grauiter ferat; si eius parochianum pro deprædationis causa alter episcopus excommunicauerit.

[*Item ex concilio Meldensi, c. 2.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

DE illis autem, qui intra parochiam beneficium, aut hereditatem habent, & alterius episcopi parochiani sunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinam, & deprædationes peragunt; placuit, vt excommunicentur; nec ante ex parochia exeant, quàm, quæ perpetrarunt digne emẽdent. Quorum excommunicatio seniori eorum, & proprio episcopo significanda est, ne eos recipiat, antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerunt; & ibi omnia pleniter emendent.

Porro.] CASVS. Hic intitulatur 4. quæst. scilicet cuius iudicium sit expetendum, si comprouinciales iudices inter se discordant in causa vel sententia episcopi. Et certe consueuit distingui, vtrum sint iudices delegati, vel ordinarij, vel arbitri. & hæc distinctio consueuit notari 2. quæst. 6. §. diffinitiua. ver. itē si plures. & in pluribus aliis locis, legibus scilicet & decretis & decretalibus.

a *Porro.*] Hæc quæst. expedita est 2. quæsti 6. §. diffinitiua. ver. item si plures.

Si quis.] CASVS. Episcopi xij. examinabant causam criminalem episcopi. Sex dicebant eum absoluendum: alij dicebant eum condemnandum, & sic dicebant eum remittendū ad Papam, diuersas sententias inter se, id est, opiniones habentes. Quæsitum fuit in Laodicēsi cōcil. quid sit in tāta discordia faciēdum. Et responsum fuit, quòd archiepiscopus vicinæ prouinciæ cū aliquot episcopis vocari debet: qui pariter residentes dirimant quæstionē, vt eum absoluant, vel iudicent cōdemnandum, & vt negotium ad Apo. sedē transmittatur. Idem est casus cap. seq. sed in eo non fit mentio de episcopis vicinæ prouinciæ. Et intelliguntur ista duo cap. de iudicibus ordinariis secūdum Beñ.

b ¶ *Si quis.*] istud cap. videtur cōtinere iniquitatem, cum ex eo, quòd nō statur hic iudicio maioris partis[a] tum quia ex eo, quòd alienus iudex iudicat non suum subditum, sed expone prout hic notaui. Io.

c ¶ *Episcopos prouinciæ.*] in pari numero.

d ¶ *Sententias.*] id est, opiniones, quibusdā scilicet volentibus eum absoluere, quibusdam volētibus reseruare sententiam Papæ.

e ¶ *Pronuntiare.*] non sententiando, sed opinionem suam recitando; & ideo sic expone: ne sit contra ff. de re iudi. duo. & l. inter pares. & 2. q. 6. item si plures. vbi dicitur, quòd si discordant delegati, ad delegantem est recurrendum.

f ¶ *Aduocari.*] per Papæ rescriptum, id est, Papa committat metropolitanis, & episcopis vicinæ prouinciæ negotium illud. sic exponitur secundū illos qui de iudicibus à Papa delegatis hoc intelligunt. vel etiam de episcopis ipsis qui sui iudices sunt, intelligas: & secūdum hoc est speciale, quòd par pari potest causam delegare. ‖ Nam quādoque in defectum iudicis ordinarij par in parem habet imperium: vt 65. distinct. e. vlt. sic 2. q. 6. placuit 2. vel forte hoc fit de consensu partium. ar. 11. q. 1. iudices. est etiam hic aliud speciale, q̄ si discordant iudices, non obtinet sententia plurimorum. sic C. de app. iubemus. in fi. & extra de rescrip. pastoralis. aliàs secus. 65. dist. sane. Vel forte hoc tenet cum pares sunt hinc inde iudices: sed contrarium est 21. distinct. cap. subdixi) de consensu partium. Vel dic, q̄ omnia ista specialia sunt in causa episcopi, vbi omnes debent concordare in sententia: vt infra c. 4. Ioan.

1 Bur. l. 1. cap. 150. Iuo p. 5. c. 263. *al. de aliquibus causis criminalibus.*

2 Facit adhūc tex. l. 1. & ibi glo. & Doct. ff de var. & extra. ordin. cogni.

a Contra id ff. de re iud. duo.

‖ Par pari potest causam delegare.

QVÆSTIO IIII.

Porro[1] cuius iudicio sibi expetendum sit, si iudices electi inter se discordare cæperint, in concilio Antiocheno, c. 14. sicinuenitur diffinitum.

¶ A quo sit referenda sententia, quando comprouinciales episcopi discordant. C. I.

1 SI quis[b] episcopus criminaliter † in iudicio episcoporum fuerit accusatus, cōtingat autē episcopos prouinciæ [c], qui conuenerint, diuersas habere sententias[d], & alios quidem innocentem eum pronuntiare[e], alios reum; propter huiusmodi controuersiam amputandam, placuit sanctæ synodo, metropolitanum[α] episcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari[f] [2], & aliquantos cum eo episcopos alios; qui pariter residentes, quæcūque fuerint, dirimant quæstiones: propter hoc, vt firmum sit iudicium, quod ab vnius prouincię episcopis fuerit promulgatum.

Caput hoc in multis etiam vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex cōcilio Laodiceno. In vno tamen perantiquo est ex concilio Antiocheno, in quo etiam extat, & est antiqua versio.

α Metropolitanum.] *Græcum exemplar hic valde dissentit ab hac versione. Nam ex his verbis colligitur cōcilium vnius prouinciæ, in quo necesse est adesse proprium metropolitanū, posse aduocare vicinæ prouinciæ metropolitanū, cum aliquot episcopis. Quod Martinus etiam Bracharensis in sequenti capite, quod ex cōcilio Antiocheno accepit, confirmat. Græce vero locus ita habet:* ἐδόξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸ μὲν ἐπόπτας τὴν ἐπαρχίας μεταπαλεῖσθαι ἑτέρας τινὰς τῶν ἐπισκόπων τὰς, τὴν ἀφορισθησιν διαλύοντας, τὰ βεβαίωσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παρισάμενον. *Quod Dionysius, quemadmodum etiam est in codice canonum, sic vertit,* Sanctæ synodo placuit, vt metropolitanus episcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuersiam tollant, vt per eos simul, & per comprouinciales episcopos, quod iustum visum fuerit, approbetur. *Ac sane, quòd metropolitanus ad alterius metropolitani vocationem deberet venire, atque in eodem concilio duo metropolitani futuri essent, vix videtur conuenire.*

Item ex concilio Martini Papæ, [*id est, episcopi Bracharensis, c. 13.*]

¶ Quando iudices electi de sententia inter se discordes exsterint, de vicina prouincia archiepiscopus aduocetur. C. II.

SI quis episcopus in aliquibus causationibus iudicatur, & vicari non potest: sed sententia firma permanebit, nisi appelletur: vt infra §. proxi. cuius casus planus est.

k ¶ *Ab omnibus.*] per hoc videtur, quòd speciale sit in episcopo, vt ab omnibus debeat absolui, vel condemnari.

derit ipsos episcopos, qui in prouincia sua sunt, inter se iudicio discrepare, & alij videantur eum, qui iudicatur, iustificare, alij condēnare; pro definitione huius dissensionis, hoc placuit sancto concilio, vt de prouincia vicina alter metropolitanus cōuocetur episcopus, vt per eum confirmetur, quod secūdum rectū placuerit canonem.

Nisi eadem prouincia primatem habuerit, ad quem negotia, quæ per metropolitanum terminari non valent, referenda sint.

Vnde Bonifacius Papa, episcopis Galliæ.

β Episcopis.] *Sic est emendatum ex aliquot vetustis codicibus. Burchardo, Iuone, & Polycarpo. Antea erat,* populis. *Similima vero huic capiti legitur Nouella 123. cap. 34. apud Iulianum antecessorem.*

¶ Primati deferantur negotia, quæ metropolitanus explicare non valet. C. III.

4 SI inter episcopos eiusdem concilij dubitatio emerserit de ecclesiastico iure, vel de aliis negotiis [g]; primum metropolitanus eorum cum aliis in concilio cōsiderans rem diiudicet, & si non acquiescat vtraque pars iudicatis, tunc Primas [h] regionis inter ipsos audiat, & quod ecclesiasticis canonibus, & legibus vestris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars calculo eius valeat contradicere [i].

[*Item Alexander Papa.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

5 SI metropolitanus à quocūque cōprouinciali episcopo, in causa propria appellatus eū audire distulerit, in proxima synodo negotij sui habeat licentiā exercēdi; & quidquid per † iustitiam, à cōprouincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

γ Episcopo.] *Burchardus, & Iuo addunt,* bis fuerit in causa, &c.

Sed si omnium comprouincialium concordi sententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis censura.

Vnde in Antiocheno concilio, cap. 15. legitur.

¶ Episcopus, qui ab episcopis suæ prouinciæ confessam sententiam repetauerit, ab aliis iudicari non poterit. C. V.

SI quis episcopus criminaliter accusatus, ab omnibus [k], qui sunt intra prouinciam, episcopis, acceperit † vnam, consonamque

NISI EADEM. CASVS. Dictum est 3. quòd archiepiscopus vicinæ prouinciæ debet vocari: sed dicit Grat. hoc esse verum, nisi eadē prouincia primatem habeat, ad quem recurrēdum est: vt seq. cap. patet.

Si inter episcopos.] CASVS. Hoc capitulum loquitur in causa ciuili: & est casus talis. Cōtrouersia mota est inter duos episcopos eiusdem prouinciæ de rebus spiritualibus, vel aliis negotiis; quæritum est quis debeat negotium terminare? Et respondetur, q̄ metropolitanus eorū cū quibusdam episcopis debet negotium terminare: & si alterutra partiū non pareat sententiæ, deferatur causa per appellationem ad primatem: vt per eum negotiū diffiniatur; cuius sententiæ nullus valebit contradicere.

g ¶ *Negotiis.*] no. pro ciuilibus negotiis posse celebrari synodum: vt 5. distinct. 18. propter.

h ¶ *Tunc primas.*] arg. q̄ maiora negotia prouinciæ non licet facere metropolitano sine auctoritate primatis. sic 66. dist. de persona, & 99. distin. c. 1. & 16. q. 6. placuit. sed illud intellige si appellatur ad ipsum: vt 18. dist. c. 1. & 9. q. 3. conquestus.

i ¶ *Contradicere.*] ecce casus vbi non auditur secundo appellans, vt dixi 2. q. 6. anteriorum.

Si metropolitanus.] SED SI CANVM. CASVS. Dictū est 3. in præcedentibus c. q̄ si prouinciales non concordauerint, recurrendum est ad archiepiscopū vicinæ prouinciæ. Nunc ostendit Gratianus, quòd si concorditer sententiam ferant condemnationis, manebit sententia firma.

Si quis episcopus.] CASVS. Hoc c. de delegatis iudicib[9] loquitur, vt dicunt Bene. & H. & dicit etiā H. quòd prima duo capitula possunt similiter de delegatis iudicibus intelligi: possunt etiam intelligi de iis qui bene habēt priuilegium deponendi episcopos suos. Est ergo casus huius cap. Aliquis episcop[9] accusatus fuit, & depositus cōcorditer ab episcopis prouinciæ. Dicitur hic q̄ de cetero ab aliis iudi-

Quod bene.] CASVS. Quæsitum fuit à Nicolao, vtrum sententia semel bene lata iuramentis etiam interpositis posit retractari. Et rñdetur, q̄ non: nisi ad maiorem fuerit appellatum.

2 ¶ *Definitum est.*] à iudice per sententiam, vel etiam à quocumque. Et intellige de iuramento quod iudex parti defert, non quod pars deferat parti: ‖ quia illud nō potest retractari: vt C. de rebus credi. generaliter. & ff. de iureiur. admonēdi. Item argum. quòd qui iurat stare vel parere sententiæ vel mādato alicuius, quòd potest appellare. ff. rem ra. ha. l. 3. §. fallus. ff. iudi. sol. cum apud. extra de appellat. ad hæc 2. & cap. prēterea. & cap. quæstioni.

b ¶ *Maior.*] extra de iureiur. veniens.

Sius episcopus.] CASVS. Sius in concil. Sardicensi surrexit dicēs, si aliquis episcopus fuit cōdemnatus: si putat se bonam causam habere, appellet ad Papam, & hoc significetur Papæ, vel ab his episcopis, qui eum examinauerunt, vel ab episcopis vicinæ prouinciæ; & si placuerit ei, renouetur iudicium, aut sententia confirmetur. Respōderunt omnes, placet. Casus tamē non facit mētionem de appellatione cōdemnati, & dicit H. *Adiudicatus.* i. male iudicatus.

c ¶ *Sius episcopus.*] ar. aliam esse causam appellationis à principali. argu. contra, 31. quæst. 2. Lotharius, & notaui 2. q. 6. si episcopus. & §. post secundum.

d ¶ *Vel ab his.*] ‖ Ille enim iudex, qui tulit sententiam, si non deferat appellationi, rescribet ei ad quem appellatur opinionem suam, & quare non deferat appellationi: vt ff. de app. reci. vel non. l. sciendum.

Vòd autem.] CASVS. Hęc est quinta quæstio, qua quæritur, an deficiente accusatore reus sit cogendus ad purgationem: & quidem si propter hoc laborat infamia, cogitur adpurgationem: aliàs non, vt 5, 2. q. 5. presbyter. & cap. si mala fama. Eademquæstio tractatur 5. 2. quæst. 5. vbi de hac materia satis dicitur. Et nota, quòd sequentia duo capitula intelliguntur de illis qui non sunt de crimine infamati, & ideo non coguntur ad purgationem.

e ¶ *Quòd autem.*] Reus non est cogendus ad purgationem nisi laboret infamia: vt infra eadem, quod autem. & 2. quæst. 5. presbyter, vbi plene de hoc inuenies. Ioan. de Fant.

Vòd autem.] CASVS. Maximus dum accusaretur à quibusdam supplicauit Greg. vt mitteret aliquem Cardinalem vel Legatum ad eum, vt coram eo probaret se innocentem. Respondet Greg. vtcumque esset excusabile, si ratio vlla cogeret reum ostendere se innocentem: sed quia hoc onus accusatoribus incumbit; ideo mandat ei, vt ad eum veniat sine mora, forte se defensurus. Sequens §. patet.

f ¶ *Qua.*] id est, per quam [a]. sic supra 4. quæst. 3. qui intendit. & extra de præsum. cum in iuuentute.

Accusator.] CASVS. Ad hoc vt lex faciat ad propositum Gratiani, debet hic esse accusator, vt videtur dicere Beneuen. licet in I. C. sit actor. & secundum hoc fic pones casum. Quidam profitebatur coram iudice se non posse probare crimen quod obiiciebat, sed postulabat, vt reus cogeretur probare contrarium. Quæsitum fuit ab Imperatore quid iuris esset. Et respondet, quòd per rerum naturam nulla est probatio illius, qui factum negat: vnde reus ad hoc cogi non debet. Etsi sit ibi actor, idem est casus, sed intelligitur in causa ciuili. Sequens §. patet.

g ¶ *Accusator.*] ex hac lege duæ habentur regulæ. Vna, ‖ quòd nisi actor probet quod intēdit, reus absoluitur [b]. Secunda est, quòd negantis factū nulla est probatio. Prior regula recipit exceptiones. Nam ratione præsumptionis transfertur probatio ad reum [c], vt extra vt ecclesi. benefi. vt nostrū. & ext. de proc. ex insinuatione. in fi. & ff. de don. inter vi. & vxor. quintus. Item cum actor intētionem suam fundauit iure communi, vt C. de prob. siue. 28. distinct. quia sunt culpæ. & 100. dist. contra morem. Item cum reus sponte assumit sibi onus probandi: vt ff. de probat. circa. Item in communibus iudiciis vtriusque probatio auditur, vt extra de probat. ex litteris. Ité cum vterque contēdit se possidere. extra de probat. licet. Item in crimine falsi vtriusque testes audiuntur, vt C. de fal. vbi. Similiter in crimine læsæ maiestatis, & in sacramētis defertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus vtriusque testes audiūtur, vt C. de abol. fallaciter. in fi. ‖ Et de secunda regula notabis, q̄ tripliex est negatiua, facti, iuris, & formæ, siue qualitatis. Negatiua facti est, in qua negatur aliquid factum esse. hæc si non habet determinationē loci vel tēporis, numquam potest probari, vt si quis dicat se citatum non esse, vel se non cōtraxisse cū Berta, tales improbari possunt, sed probari minime. de tali loquitur hic: & hoc ideo, quia negationum non sunt causę. Si autem adiiciatur tempus vel locus, tūc potest probari, si probatū fuerit de alio tempore, & de alio loco, vt extra de testi. ex tenore. & C. de contrah. stipul. optimam. Idem dico de hac negatione, quòd capitulum non fuit citatum: quod cum determinatione temporis potest probari, licet contrarium innuatur extra de electio. bonæ. sed illud non est propter vim negationis, sed potius singularitatis. Quandoque tamen negatiua probatur sine determinatione temporis, vt extra de prob. tertio. Sed illa potius est præsumptiua probatio quàm violenta. Et sic intelligitur quod est extra de testib. tam litteris, in fin. Item negatiua facti probatur cum habet implicitam affirmatiuam, vt extra de renun. super hoc. Item negatiua iuris bene probatur: vt ff. de probat. ab ea parte. quia qui negat aliquid iuste factum, dicit illud iniuste factum: & quia præsumitur aliquid potius iuste quam iniuste factum: ideo illud tenetur probare, Negatiua formæ siue qualitatis dicitur ista: Iste non est idoneus, non est legitimus, non est soluendo. & talis est probanda [d] ab eo qui eam proponit, vt extra de præsumpt. dudum. & ff. de leg. 2. cum quidam. & l. cum pater. §. rogo. &. C. de inoffic. testa. omnimodo.

h ¶ *Per rerum naturam.*] id est, per consuetudinem causarum. Item iste intellectus perpenditur per id quod legitur 35. quæst. 5. cap. vlt. in fi. sic extra de fide instru. inter dilectos. & sic extra de causa poss. & proprie. cum ecclesia. & extra de fide instr. cap. 2.

i ¶ *Negantis.*] sic extra de causa poss. & proprie. cum ecclesia. & extra de probat. quoniam.

‖ Actore non probante reus absoluitur regulariter.

b Cōcor. l. qui accusare. C. de edendo. & in l. actor, q̄ asseuerat. C. de proba.

c Quandoque contra à reo. f. in actorem trāsfertur probatio. ff. de pro. si pactum. & l. si chirographum. & l. cū de indebito. in prin. §. i.

6 Seu cap. 125.

† qua præsente Jorig.

‖ Negatiua est tripliex. 7 tit. 19. l. 23.

† *Actor* ord.

d Scilicet ab eo qui ea obijcit secundum B. quod dic, vt no. extra de ele. bonæ memoriæ magistinensis.

Vidam episcopus.] Casvs. supra 6.q.3. cap. denique. facta fuit mētio de renuntiatione episcopatus. Vnde Grat. nactus occasionem subiicit causam istam, in qua tractat de renuntiatione, & an prælato viuente alius sit ei substituendus, & de mutatione sedis, & quibusdam aliis, quæ omnia, vt competentius agat, thema apponit, duas inde eliciens quæstiones. Est ergo casus. Ad preces cuiusdam ægrotātis episcopi Papa loco eius aliū substituit: postea cū conualuisset, volebat repetere cathedram cui renuntiauerat.

CAVSA VII.

Vidam episcopus loga ægritudine † granatus aliū sibi substitui rogauit, cuius precibus sumimus Pontifex annuit, & quod rogauerat, ei concessit. Postea vero cōualuit idem episcopus, & quod prius fecerat, cupit rescindi: aduersus eum, qui sibi successerat †: quæstionem mouet, suamque cathedram tamquam sibi debitam reposcit.

1 *Hic, primum quæritur, vtrum viuente episcopo alius posit in eadem ecclesia ordinari.*

2 *Secundo, an iste valeat reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit.*

† al inualetudine

QVÆSTIO I.

1 *Quod autē viuente.*] Hæc quæstio diuidit in ix. partes. In prima probat xv. auctoritatibus, ꝙ nullus debet priuari iure suo fine culpa suamnec etiā pro infirmitate, nisi ipse renūtiauit. nec alius potest eligi altero nō renūtiante, nisi de Papæ licentia speciali. Secunda ibi, *Ne autem.* Tertia ibi, *Ecce quōd.* Quarta ibi, *Ambitionis.* Quinta ibi, *Quod vero.* Sexta ibi, *Hoc non solum.* Septima ibi, *Ecce in quibus.* Octaua ibi, *Itē cum aliquis.* Nona ibi, *Hoc etiā tunc obseruandum.* Ioan. de Fant.

Casvs. Hic intitulatur prima q̄stio, in qua quæritur. ‖an viuēte episcopo alius posit loco ei⁹ substitui, & respondet, quòd non, nisi in casibus. f. nisi deponatur vt 50. distinct. postquā. & nisi renuntiet: vt j.ea.q.qualiter. & nisi mutetur sedes de licentia Papæ: vt j.ead. mutationes. & nisi per ambitionē trāstulerit se ad aliam ecclesiam: quo casu carebit vtraque, habita s. & ambita: vt j.e. si quis eps. ad instar inuasoris, qui amittit rem inuasam, & aliud tātumdem: vt C. vnde vi, si quis in tantam. vel nisi intrauerit monasteriū, vel canonicā regulam de licentia Papæ: vt j.ead. hoc nequaquam. Probat ergo primo per conciliū apud Aruerniam celebratum, quòd episcopo viuente alius substitui nō debet, nisi depositus sit.

‖ Episcopo viuente an posit alius subrogari.

1 In concil. Aurelianensi, c. cap. 2. Bur. l. c. 186. Iuo p.5.c.301.

2 ¶ *Quod autē viuēte.*] Dicendum est, quòd non, nisi sit depositus. 50. dist. postquam. vel nisi renuntiauerit de licētia Papæ: vt j.e.c.mutationes. vel nisi per ambitionem se transtulerit ad aliam, quo casu carebit habita, & ambita. j.e. si quis eps ad instar inuasoris, qui amittit rem inuasam, & aliud tantumdem: vt C. vnde vi, si quis in tantam. In ægrotante autem distinguunt quidam, si ægritudo est incurabilis, vt tunc alter substituatur, vel etiam si nimis senex est, ad instar iudicis. ff. de iud. si longius. C. de offic. præfect. orien. l. si quos. Sed hoc non admitto nisi in leproso, qui à dignitate remouetur propter scandalum. extra da cle. ægrotan. tua. Hoc etiam scias, ꝙ epileptici, & alij diuturno morbo laborantes non promouentur: vt 33. dist. cōiter. & extra de elect. cum inter. sed promotum morbus non deiicit: vt hic, & j.c. 2, sed datur ei coadiutor: vt j.ca. 1. sed ex dispensatione magna quandoque viuenti episcopo alter adiungitur: vt j.ead. non autem. & idem de quolibet clerico intelligas. sed abbates facti inutiles remouentur penitus. 18. q. 2. si quis abbas. sicut etiam fit in iudice. C. de offic. præfect. orien. si quos. cum etiam ex modicis causis remoueantur a. extra de si. per tuas. vbi autem electus siue confirmatus ante ordinationem fit inhabilis, remouendus est, vt videtur extra de ætat. & qualit. c. 1. vitæ tamen necessaria recipiat. infra eadem quamuis.

a Dicunt quidam iuris ordine seruato, vt extra de accu. ad petitionem in fin. vbi de hoc approbat Ho. licet Ber. ibi aliud innuere videatur per eū tit. cap qualiter &, In fin.

Scripsit mihi tua dilectio.] Casvs. Ioannes primæ Iustinianæ episcopus tanta ægritudine capitis laborabat, quòd episcopale officium exercere non poterat. Ne igitur ciuitas præfata diuinaretur ab hoste. Anatolius diaconus Constantinopolitanus supplicauit Gregor. vt alium substitueret episcopum. Gregorius vero scribens ei dicit hoc non esse faciendum. Iniustum est enim, vt quis pro ægritudine sua suo priuetur honore; sed coadiutor ei detur, qui vicem eius gerat, vt Deus nō offendatur, & ciuitas non negligatur.

3 Pol.1.2.

b ¶ *Primæ.*] id est, Salonitanæ, quia ibi Iustinianus primo resedit. Alij dicunt Rauennam, & non Salonitanā esse primam Iustiniani sedem.

c ¶ *Et ideo iniustum.*] prēesse enim intelligitur, licet sit infirmus, sicut seruus seruire intelligitur licet sit infirmus. ff. de stat. lib. cum heres.

d ¶ *Dispensator.*] simile ff. de tutel. solet etiam. vbi dicitur ꝙ si tutor propter lōgam ægritudinem non potest adesse, datur ei curator, qui potius dicitur administrator.

e *Curam omnem.*] i. res eius administrare. sed quæ spectant ad pontificale officium, vicini episcopi supplebunt. j. ead. pontifices. Et est hic arg. ‖ quòd coadiutor & administratores vel visitatores debeant habere liberam & generalem administrationē b. vt j.ead. quāuis. & extra de elect. cū nobis olim in fi. & 21. quæst. 1. relatio. Sed quid si iste nōlit habere coadiutorem? Dico eum cogendum per superiorem. extra de censi. Romana. versi. si vero. li. 6. & ar. ff. de mino. l. ait. §. 1. multa enim bona ff̄antur inutilis, vt 45. dist. & gemēdat.

‖ Confirmat deberi vicinum ordinationi.

b Multa bona cōsideranda vide quod dicit Host. & Ant. de Butr. & c. cum venerabilem. de elect. & c. in nostra. de renunt.

4 Cvm percussio corporalis imminet, vtrum pro purgatione f, an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur: & ideo non debet à nobis addi flagellatis g afflictio h 5: ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat.

¶ *In decretalibus tit. de cler ægrotan. ca. 1. affertur initium tantummodo huius capitis, & ex ipso quid agendum sit, definitur.*

Idem Gregorius lib. 3. epist. 13. Maximiano β episcopo Syracusano.

β Maximiano.] *Sic est emendatum ex originali tam impresso, quàm manuscripto. Nam antea erat*, Clementino episcopo primati Bizanceno.

¶ Pro molestia corporis suo honore non priuetur episcopus. C. I.

2 Scripsit mihi tua dilectio, piissimum dominum nostrum reuerendissimo fratri meo Ioanni primæ b Iustinianæ episcopo pro ægritudine capitis, quam patitur, præcipere succedi: ne forte, dum episcopi iura eadem ciuitas non habet, (quod absit) ab hostibus pereat 3. Et quidē nusquam canones præcipiunt, vt pro ægritudine episcopo succedatur: & omnino iniustum c est, vt si molestia corporis irruit, honore suo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum in mea anima ex eius depositione veniat. Sed suggerēdum est, vt si is, qui est in regimine, ægrotat; dispensator d illi requiratur talis, qui possit eius curam omnem e agere, & locum illius in regimine ecclesiæ (ipso non deposito) ac in custodia ciuitatis implere, vt nec omnipotens Deus offendatur, neque ciuitas inueniatur esse neglecta.

¶ *Caput hoc emendatum, & locupletatum est ex originali.*

Item libro secundo, epistola quinta ad Candidum episcopum.

¶ Flagellatis à Domino, afflictio addi non debet. C. II.

4 Cvm percussio corporalis imminet, vtrum pro purgatione f, an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur: & ideo non debet à nobis addi flagellatis g afflictio h 5: ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat.

¶ *In decretalibus tit. de cler ægrotan. ca. 1. affertur initium tantummodo huius capitis, & ex ipso quid agendum sit, definitur.*

Idem Gregorius lib. 3. epist. 13. Maximiano β episcopo Syracusano.

β Maximiano.] *Sic est emendatum ex originali tam impresso, quàm manuscripto. Nam antea erat*, Clementino episcopo primati Bizanceno.

¶ Infirmitatis causa loco suo quis priuari non debet. C. III.

Præsentium latoris Adeodati querelam, qui se à sui presbyteratus loco incongrue dicit expulsum, licet subditæ tibi textus plo deterriti, qui vellent ecclesiæ militare. Et iste casus colligitur ex hoc capitulo, & ex decret. quæ est extra de cle. ægro. cum percussio.

f ¶ *Purgatione.*] id est. probatione. infra eadem aduersitas.

g ¶ *Flagellatis.*] sufficienter, ‖ sed non sufficiēter afflictis addi potest: vt 21.q.5. si quis à proprio. & capit. seq. & est arg. quòd post pœnitētiam non potest quis accusari c de crimine: similiter nec duplici dāno debet quis puniri. ff. de iu. do. iure. & ff. de cond. ob. cau. si pecuniam. §. vlt. militer pœna non debet verti in culpam: vt supra distinct. 5. baptizari. & cap. ad eius vero.

‖ Afflictio deberi sua afflictis. c Hoc angi procedit. a. si non procedit. Quod dic. nec. cum de accu.

h ¶ *Afflictio.*] supra 3. quæst. 9. indicas. & extra de iud. at si clerici. & supra distinct. 5. cap. 1.

Præsentium.] Casvs. Adeodatus presbyter accepit à Quintiano episcopo suo licentiam, vt ad certum tempus abesset ab ecclesia sua pro quibusdam suis negotiis ordinandis: sed cum propter ægritudinem stetisset vltra tempus præfixum ei: episcopus eius, scilicet Quintianus, alium sibi substituit. Gregorius autem cum ex hoc querelam suscepisset, scribit Maximiano episcopo Syrac. vt inquirat veritatem huius rei, & si inuenerit quòd ægritudinis causa per duos menses abfuisset,

absuisset, restituat eum in loco suo: substitutum vero presbyterum si non per simoniam fuit ibi presbyter ordinatus, in alia quacumque vacante ecclesia instituatur: si vero per simoniam, degradetur.

2 ¶ *Per duorum.*] idem forte si per vnum: vt infra ead. si quis in clero a, hic sumit argu. M. quòd si episcopus indeterminate licentiauit clericum, non videtur eum licētiasse vltra duos mēses: sed tamen hoc est referendum ad arbitrium boni viri, cōsiderato negotio, arg. ff. de verb. obl. continuus. Ad hoc c. bene facit ff. de re milit. qui commeatus. nam ibi dicitur, ꝙ si aliquis abest vltra statutum tēpus, pro desertore habetur. simi. bonī arg. 21. q. 2. placuit. potest tamē per modicū tempus purgare moram. 88. distinctio. perlatum. ‖ Non enim festinabit iudex ad sententiā, vbi quis iusta causa absuerit b: vt ff. de dam. in fe, si finita. §. si forte. etiam licet ad præfixum terminum reus non veniat, sed habebitur ratio viarum, tēporis, & ægritudinis, & alterius impedimenti: vt ff. de vaca. mu. tēpus. ff. quibus ex causis ma, si cui. §. 1. potest enim absens iustā habere excusationē: vt extra vt lit. non conte. quoniam frequenter. Lex dicit, ꝙ si qui per licentiam abest, si vsque ad quinquēnium non reuertitur, punitur: vt C. de aduo. diiu. l. vlti. Io.

a Ad hoc principium de verb. signific. ad hoc vide quod dicit Host. & Ant. de Butr. & c. cum venerabilem. de elect. & c. in nostra. de renunt.

QVia frater,& coepiscopus noster Ioannes ecclesiaiticę vtilitatis studio suadente, & naturæ suæ simplicitate c laudabili consideratione tractata, ob hoc,quòd se in gerenda patrimonij gubernandi cura,vel in disciplina ecclesiastica conseruanda minime fateatur idoneum; Constituti d presbyteri ad hæc explenda sibi exposcit adhiberi personam:vt ea, quæ sunt necessaria, competenti disponente solicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel vnutile permittatur. Ideoque præsenti vobis iussione præcipimus,vt seruata primo e in loco episcopo memorato reuerentia,quam vos conuenit inculpabiliter exhibere,in omnibus,quę ad diuini cultus obsequium pertinent, vel quæ ecclesiasticæ vtilitatis peragere cura suaserit,prębeatis obedientiam f Constituto competentem,in nullo dispositionibus eius spiritu contumaci resultantes:immo competēti vigilantiæ vestræ studio,quę pro ecclesiastica vtilitate gerenda Cōstitutus monuerit,adimplentes: vt his ita dispositis, & consueta vobis stipendia ministrentur,& quęcumque in præfatæ ecclesiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis g sunt necessaria, compleantur.

2 *Illud vero Cypriani* h, *de hæreticis intelligendum est, qui catholicorum ecclesias sibi vsurpare contendunt.*

¶ 3 *Illud vero Euaristi* i *Papæ tunc intelligendum est,quando nec ineuitabilis necessitas, (persecutorum videlicet)nec Apostolica, aut regularis mutatio, sed ambitio sola episcopum de ecclesia ad ecclesiam transire cogit.*

¶ *Vnde cum in principio sui capituli diceret;* [*Episcopus non debet dimittere ecclesiam suam;*] *subsequenter adiunxit* [*Absque ineuitabili necessitate,aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungere.*

Via frater.] CASVS. Ioan. episcopus Narnien. ecclesiæ adeo simplex erat, quòd res ecclesiæ ministrare nescíebat.vndepetit à Pelagio quemdam presbyterū nomine Constitutum in adiutorem. præcepit ergo Pelagius clero illius ecclesiæ,quatenus principaliter Ioanni episcopo, secundario vero illi Constituto obedientiam præbeant competentem: ita vt in nullo eius dispositionibus contradicant: & eis consueta stipendia ministrentur. Et fuit enditur constructio vsque ibi, *Constituti presbyteri.*

c ¶ *Simplicitate*.] ¶. distin.39. Petrus.contra, sed illud de ordinando. tamen iste affectare non debuit id in quo sciuit aut scire potuit infirmitatem suam alij damnosam, ff. ad legem Aquiliam, idē iuris.in fine.

d ¶ *Constituti*.] proprium nomen.

e ¶ *Primo*.] ¶. distin. 8.quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in spiritualibus. coadiutori in temporalibus. 8.quæst.1. si Petrus.

f ¶ *Obedientiam*.] Ar. quòd si episcopus præcipit alicui pro vtilitate ecclesiæ ire Romam: q illud teneatur facere 16. q. 1.vos autem b.

g ¶ *Reperendis*.] Ergo qui administrat res ecclesiæ potest agere: & conueniri, vt extra de rescrip.edoceri.

ILLVD. CASVS. Supra in c.quamuis. & c. qualiter. dictum est,quòd episcopo viuente alter potest substitui. Sed quia duo c. superius posita videbantur contraria,scilicet cap. factus est.& c. sicut vir. in quibus videbatur dicere, quod non posset fieri substitutio:ideo Grat. ea exponit,& dicit quod illud ca. factus. intelligitur de hæreticis, idest, schismaticis, qui ecclesias usurpant. sed illud c. sicut vir. intelligitur de illo qui causa ambitionis suā vult ecclesiam deserere, & non causa religionis, vel regularis mutationis:quòd probat per literam eiusdem ca. quam Gratianus de illo capit. subtraxit.

h ¶ *Illud vero Cypriani.*] ¶. ea.factus.& c. Nouatianus.

i ¶ *Euaristi*.] ¶. ead. sicut vir.

AMBITIO

AMBITIONIS Hæc est quarta pars huius quæst. in qua probat per 15. auct. quod nullus sine licentia possit dimittere ecclesiam suam, & transire ad aliam:& si fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in episcopo,& ¶. in aliis autem credo, quòd possint renuntiare si volunt ¶. ead. quàm periculosum. extra de fer. non ord. eo. libentius. aliàs videntur seruti. quod falsum est.

Ioan.de Fant.

CASVS. Dicit Gratia. quod si quis transit causa ambitionis ad aliam ecclesiam, debet reuocari ad suam ecclesiam: & si redire contemnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit sequentia c.

a ¶ *Ambitionis*.] Adhuc enumerat Gratianus causas propter quas fiūt mutationes:& quare clericus amittit ecclesiam suam. ¶ Sunt autem quinque causæ mutationum, scilicet causa leuitatis, cupiditatis, necessitatis a,vtilitatis,& humilitatis.Cum causa necessitatis transit, necessitate cessante recuperat ecclesiam, vt ¶. ea. pastoralis. Cum causa cupiditatis transit, tunc vtraque caret,vt ¶.e.c.eos.& si quis episcopus.fed tamen ecclesia potest eum repetere, vt ¶. e. c.1. & cogitur tunc redire, vt ¶. e. si qui vero. In causa leuitatis est vis aliquanta. H.dicit quod idem sit in causa leuitatis, quod in causa ambitionis,quòd scilicet fine admonitione potest priuari si ex causa leuitatis adhæserit alij: nisi prior ecclesia velit eum repetere. si autē non adhæserit alij: aut ecclesia habet eum pro derelicto, aut non.si habet.puta si contrahat matrimonium, vel sit miles: tunc potest priuari. Item secundum H. si defuerit per tres septimanas vel duos menses,& sine iusta causa, & absque licentia prælati est in studio vel in peregrinatione.in his omnibus sine admonitione potest priuari, vt dicit.honestum tamen est,vt admoneatur, vt ¶. e. si quis presbyter. & c.si quis in clero,& extra de coha.cler.& mu. cap.si quisquam. verius credo quòd semper primo admonendus est,vt ext.de ap. peruenit. 2.& ter admonendus est: vt extra de sen. excomm. in audientia. Item argu.ad hoc ¶. ea peruenit. extra de cle.non resi. ex parte. & extra eo. ex tuæ. Nec enim de facili credendum est aliquem habere ecclesiam suam pro derelicto.extra de renun. super hoc. nec enim ex sola absentia præsumitur habere ecclesiam pro derelicto, cum potest quis ex iusta causa abesse, vt extra vt li. non conte. quoniam frequenter. si autem non inuenitur, fiat prout dicitur in illa decreta.ex tuæ. De vtilitate patet:quia causa vtilitatis transire potest ad aliam ecclesiam auctoritate maioris,vt ¶. ea. mutationes. Item si causa humilitatis transit ad monasterium,non potest eam repetere, vt ¶. eo.hoc nequaquam. Alio modo etiam consueuerunt quidam distinguere.vt inuenies in illa glossa,cum quis.

a ¶ *Ambitionis*.] Cum quis sine licentia prælati recedit de ecclesia,si quidem ex causa necessitatis,adhuc eam retinet,vt ¶.eod. præsentium.si ex causa voluntaria,perdit eam. 21. q. 2. si quis iam translatus.si autem ex vtili causa recedat, non perdit eam. sed punitur alio modo à iudice.de conf.dist. 5.non oportet 2. & 91. dist. clericus. Sed si accedit ad aliam ecclesiam. videtur renuntiare primæ b, vt extra de præb. de multa.& de concef.præb.litteras.in fi.populus tamen eum si vult repetere potest.¶.ea.nō oportet. Si autem prælatus per tres septimanas abest,per triennium suspenditur.¶.e. si quis in clero. Si per duos menses, tra de cler.non resi.c.2.¶.ea.præsentium.Si per quinque annos,deponitur.execcclesia.punitur.¶.ea.si quis in clero. immo & clericus si vna hora defuerit.92.dist.c.vlt.ibi deponitur.

b ¶ *Non oportet*.] Hoc cap.respicit primam partem.

c ¶ *Restituatur*.] ecclesiæ,si ecclesia eum repetit c, ¶. ea. si quis episcopus.& tunc cogitur redire,vt ¶.ea.si qui vero.

PEruenit.] CASVS. Pimenius Amalphitanæ ciuitatis episco us non residebat in ecclesia sua:sed foris per diuersa loca vagabatur. Præcepit ergo Gre. Anthemio subdiacono, vt illum admoneat ad ecclesiam suam redire : & si contemnat, detrudat eū in monasterium : & hoc Papæ significet, vt quid sit postea facturus agnoscat.

4 PEruenit ad nos Pimenium Amalphitanæ ciuitatis episcopum d in ecclesia sua residere nō esse contentum; sed foris per diuersa loca vagari. *& infra.* ¶ Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus,vt supradicto episcopo interminari nō desinas, quatenus hoc de cetero facere nō præsumat;sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quē si forte non emendari post tuam interminationem e cognoueris; in monasterio eum deputare f, & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere g debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

d ¶ *Episcopum*.] Episcopus ad plus secūdum iura canonica per sex mēses aberit, vt extra de cleri.nō residē.ex tuæ.tamen dat annū,vt in auth. quomodo opo. episcopos.¶.illud.colla.1.

e ¶ *Interminationem*.] Ergo admonendus est.

f ¶ *Deputare*.] ¶ Hic subditus suspendit suum prælatum. sic 74. dist.honoratus.hoc etiamlaicus posset. 32. dist. ¶.verum. & femina,vt 2.q.5. Mennam. Sed certe in hoc non erat subditus : quia faciebat hoc ex delegatione domini Papę. Idem est de aliis.

g ¶ *Facere*.] Arg.quòd si Papa mandat alicui vt excommunicet aliquem, idem non potest eum absoluere,vt arg.27.q.1.si homo. Sed hoc verū est, cum hoc alicui specialiter demandatur.si autem mādatur decisio causę aliquis iudici, & alteram partem excommunicet, potest illam absoluere.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc ca. vt nullus prælatus relicta cathedra principali ad aliam diœcesim se præsumat conferre:ne propter propriam vtilitatem suam,curam ecclesiæ posset negligere.

h ¶ *Relicta*.] Clericus inconsulto episcopo non potest dimittere ecclesiam suam. extra de renun. admonet. & si transit de vna ecclesia ad aliam de eodem episcopatu, ibi sufficit tacitus consensus episcopi: quia tacitus dissensus dissoluit matrimoniū carnale, vt 33. q.5.qui vxorem. Sed si transfert ad aliam diœcesim, tunc quasi liberatur à patria potestate : quod non potest fieri nisi expresso d consensu episcopi. C. de emanci,liber.l.3.& expresse dicitur 71.dist.cap.1.& 19.q.2.c.1.& 21. q.2.c.1.

i ¶ *In diœcesi*.] nisi causa visitandi,vt 10.quæ.1. placuit.seruato quod dicitur.¶.de consec.dist.3.episcopus.

k ¶ *Propriæ*.] No.quòd prælatus non debet præponere suam vtilitatem vtilitati ecclesię.& si in hoc passa sit ecclesia damnum,illud de proprio resarciet.12.q.4.quicumque.

CONstitutum est.] CASVS. Quidam intercessores vel visitatores vacantium ecclesiarum nitebantur retinere illas ecclesias studiis populorum,vel seditionibus. Facta est ergo constitutio, vt hoc de cetero non fiat:sed det operam intercessor, quatenus intra annum episcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapso remoueatur, & alius intercessor detur.

1 ¶ *Constitutum*.] Curam debet habere visitator in electione e: & ideo prohibetur eligi. ne possit malignari : sicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia,ne possit malignari. C.de interdict.ma.si tutor.fic nec creditori licet sibi pignus addifcere. C. qui boced.pos.l.4.Item visitator non debet sibi honorem assumere. 8. q. 1. in scripturis.& sic ratione officij aliquid prohibetur,vt 10.q.2.hoc ius porrectum.in fi.& ff.de contrahen.emp.si in emptione.¶.tutor. & est cōtra regulam illam quòd nulli debet suum officium esse damnosum.extra de fideiussori.peruenit.ff.de fur.si seruus communis.Iste visitator mortuo episcopo constituitur : & iste debet admonere clericos vt eligant futurum episcopum,vt 61.dist.obitum.& c. Catinensis. & si plures eligantur,potest examinare,quis sit melior,vt 85. dist. Florentinum. Item custodit redditus ecclesiæ,vt 61.dist.quoniam. Quandoque tamen redditu,ecclesiæ custodiuntur ab œconomis,si eos habeat ecclesia, vt 75. dist.quoniam quidam.

a ¶ *Vt in*

c Et ita hoc statutū est in fauoré ecclesiæ, scilicet qđ pōt cū repetere, sed nō cogit cū recipere. Ar. 32.q.1. de benedicto. Archid.
4 Anſ.l.6.cap. 178.

d De hoc no. 71. dist.c.3. & 21. q. 2. c.1.& hanc sententiam sequitur V. & Tan. in prædic. capit. admonet.

e Et etiam eligat secundum Hu. Alij contra de hoc no. 61.di.obitum. Archid.

¶ Officiū quādoque est dānosum.

6 Anſ.l.6. ca. 176.

7 Et in Africano c.41.

a ¶ *Vt intra annum.*] §.63.dist.obeuntibus.

Si qui vero.] CASVS. Dicitur hic quòd nullus clericus relicta sua ecclesia debet recipi in aliena ecclesia,sed cogi debet redire : quod si non fecerit,excommunicetur.

b ¶ *Cogantur.*] si.ff.de decu.l.1.

c ¶ *Vt redeant.*] si ecclesia vult eum repetere [a], ipse tamen non potest. extra de renun. quòd in dubiis. 32. q. 1. de benedicto. sic 33. q. 5. mulier. Sed nonne hodie ipso iure perdit priorem ecclesiam, vt extra de præb. de multa? Respond. perdit quantum ad se,sed non quantum ad priorem prælatum.

a Non tamen cogitur.j.ea.si quis presbyter. & ea.si qs episcopus secundū. Hug. † *al. exempto*

1 Anſ.l.7.cap. 107. Burc.l 2.c.98. Iuo p.6.c.175.

Si qui presbyter.] CASVS. Quæsitū fuit in concilio Antiocheno quam pœnam debet pati clericus ille, qui sua auctoritate ad alienam transit ecclesiam. Et respondet quòd si monitus ab episcopo suo non redierit, debet suspendi. & si postea contumax fuerit, debet deponi sine spe restitutionis. episcopus autem qui depositū receperit, à coepiscopis increpabitur.

2 & in Chalcedunen. ca.20. In Aquisgranen.c.71. Anſ.l.7.c 170.

d ¶ *Spem.*] Ergo restitui non potest clericus depositus ab episcopo, & hoc verum ; cum pro crimine deponitur,secus si pro contumacia. 50. dist.contumaces.

e ¶ *Alius episcopus.*] si ab vno ep̄o quis suspenditur , vbique habendus est suspensus, vt hic,& 4. q.5.quisquis. quia quantum ad officium sententia ius facit. Secus si est suspēsus à beneficio. sed in excōmunicato idem est,quia cum sit extra ecclesiam,nihil potest possidere nomine ecclesiæ. 23.q.7.c.2. & 3.& 8. dist. quo iure.& arg. 11. q.3.si quis à proprio. §.70.dist. sanctorū. & extra de appel.pastoralis.In fine b.

‖Excōmunicatus nihil potest possidere nomine ecclesiæ.

b Vbi de hoc i gl.quæ enim ibi vide. & 7. 32.q. 6.præceptum.Archid.

Episcopū.] CASVS. Dicit , q̄ nullus ep̄s sua auctoritate ad alienā migret ecclesiam, etiam si a populis fuerit violenter attractus , vel ei ab episcopis suadetur,sed in sua permaneat. Sequentia duo c.plana sunt.

3 9. q.2.nullū. Burc.l.1.c.72. Iuo p.5.c.179.

† ἀναπαλόμενον

f ¶ *Lacuit.*] 13. q. 1. cap.1.

Episcopus.] CASVS. Statuitur hic, quòd nullus ep̄s debet in aliena diœcesi clericos ordinare, vel altaria cōsecrare:quod si fecerit, clerici deponentur : sed altaria manebunt consecrata,& ordinator episcopus vno anno cessabit à Missarum celebratione.

4 supra.ca.nō oportet.ex Nicæna synodo. lib. capitular. 6.c.23.

g ¶ *Amotis.*] 7.16.q.5. c.1.9.q.2.Lugdunen. cōtra. Sed ibi nomine alterius consecrauit , & ille ratum habuit, hic nomine proprio,vt 13.quæst.1. ram , vt intra annum [a] eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit,anno expleto † interuentor alius tribuatur.

Item ex concilio Nicæno, c.16.

¶ Excommunicentur clerici,qui relicta sua ecclesia ad eam redire noluerint.

C. XXIII.

1 SI qui vero sine respectu agentes,& timorem Dei ante oculos non habentes , neque ecclesiastica statuta custodientes recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus , vel in quocumque ecclesiastico ordine positi fuerint; hi non debent suscipi in alia ecclesia:sed cum omni necessitate cogantur[b] ,vt redeant[c] ad ecclesiam suam. Quod si permanserint, excommunicari eos oportet.

Item ex concilio Antiocheno,c.3.[2]

¶De eodem. C. XXIIII.

j SI quis presbyter, vel diaconus,vel quilibet clericus, deserta sua ecclesia,ad aliam trāseundum esse crediderit,& ibi paulatim tentet,quò migrauit,perpetuo manere; vlterius ministrare nō debet, præsertim,si ab episcopo suo adreuertēdum fuerit exhortatus. Quòd si post euocationem sui episcopi, non obedierit, sed inobediens perseuerauerit; omni modo ab officio suo deponi debere , nec aliquando spem[d] restitutionis habere: si vero propter hanc culpam depositum, alius episcopus[e] susceperit;& ipse à communi synodo pœnam merebitur increpationis[a] , tamquam ecclesiastica iura dissoluens.

a ¶ Increpationis.] *Græce est,τιμίας τυχάνειν quod in aliis versionibus est,* arguatur,*vel* coerceatur,*vel* puniatur.

Item ex eodem Antiocheno,c.21.

¶Non licet episcopo ecclesiam suam relinquere & ad aliam transire. C. XXV.

3 EPiscopū de diœcesi ad diœcesim alteram non debere transire, neque si se ipsū ingesserit, neque si à populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur† : manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare , secundum regulam super hoc olim a patribus constitutam.

Item ex concilio Chalcedonensi,c.5.

¶De eodem. C. XXVI.

PRopter eos episcopos , siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à sanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginensi, 3.cap.20. 4

quam ad paren.extra de transla. cum ex illo. & est hic præsumptio canonis,quia eo ipso q̄ transit ad maiorē,præsumitur esse ambitio potius quā leuitas: quia nullus transit ad minorē.extra de cleri.non resident.c.1.

QVI VERO. CASVS. Dictum est §. de ambientibus. Nunc vero dicit de his qui pretio vacantem ecclesiam ingrediuntur, qui sunt deponendi.

Ancitum.] CASVS. Statutum fuit in Rothomagensi concilio , vt quicumque pecuniam dederit , vel aliud munus clerico vel laico pro aliqua ecclesia vacante , ab officio suo repellatur.

a ¶ *Aut aliam pecuniam.*] Aliam bene dicit, quia quidquid habēt homines,pecuniæ nomine censetur.1.q.3.per totum.

ADDITIO. Ad idem 18.q.1.si infidelis. in fine. Archid.

QVOD VERO. Hæc est 5. pars quæst.in qua probare intendit, quòd de licentia Papæ ex iusta causa bene possunt fieri mutationes , & quòd vnus debet esse prælatus in vna ecclesia. & hoc probat per sex auctoritates. Ioan.de Fant.

CASVS. iste §. respicit illum §.3. eod. illud vero Cypriani. vbi facta est mentio de mutatione episcoporum, quòd possit fieri auctoritate populi,& communi consilio episcoporum. probat hoc vsque ad §. *Hoc non solum.*

Mutationes.] CASVS. Docet Anterius Papa in hoc capitulo , quòd mutationes episcoporum possunt fieri pro communi vtilitate, vel necessitate, & auctoritate sedis Apostolicæ:& hoc probat tribus exemplis , scilicet Petri, Eusebij, & Felicis: qui de minoribus locis ad maiora sunt translati ; nec dicuntur isti transire, vel sedem mutare , cum hoc non faciunt per ambitionem, sed inspecta cōmuni vtilitate vel necessitate hoc faciunt.

b ¶ *Petrus.*] 22.dist.sacrosancta.

c ¶ *Parua.*] scilicet Vercellina. & regulare est , vt à minori promoueatur ad maius , vt 93. distinct. leginus. in fin. ff. de mune. & hono. vt gradatim. sed non econuerso.

d ¶ *Nec transfertur.*] præsumit enim canon locum non mutari , cum animus non sit mutatus: sicut virgo censetur,cum non sit animus corruptus , licet corpus sit corruptum.32.q.5.ita ne.sic propter animum bonum iudicat canon etiam iniustum factum bonum. 23.q.8.occidit.& quæ. 7. quod autem.& 32. q. 3. proposito,

per auaritiam concupiuit ; nec illis,quos per superbiam spreuit.Suis igitur terminis contentus sit quisque:nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

Item ex concilio Meldensi,c.30.

¶ Vtraque careat ecclesia,qui contemptu minoris ecclesiæ ad maiorem aspirat. C. XXVII.

1 SI quis de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesiæ ambitiose , & improbe ad potiorē aspirauerit† ; canonica erga eum definitio conseruetur; hoc[a] est, vt vtraque careat,

[a] ¶ Hoc est,vt vtraque careat.] *Hæc non sunt in Meldensi impresso,habentur tamen apud ceteros quoque collectores.*

Qui vero pretio ecclesiam vacantem ingressus fuerit,ab officio suo deponendus est , sicut in Rothomagensi concilio legitur.

¶ Ecclesiasticos, qui muneribus ecclesiam acquirere tentat. C. XXVIII.

2 ANcitum est , atque omnibus modis prohibitum , vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare , vel dedisse , aut aliam[a] pecuniam tribuere,vt alterius presbyteri ecclesiam surripiat β,aut vacantem pretio redimat;pro hac cupiditate,seu rapina , seu præsumptione turpis lucri gratia deiiciatur à clero , & alienus existat à regula.

β ¶ Surripiat, aut.] *Additæ sunt istæ duæ voces ex Burchardo.Nam viuente presbytero possessore non potest dici vacans ecclesia.In libro 7. capitularium,c.206.est verbum,* furripiat,*sed deest alterum membrū,* aut vacantem pretio redimat.*Iuo.& auctor Pannormiæ habent vt antea Gratianus,* ecclesiam vacantem pretio redimat.

5 *Quòd vero communi consilio,atque aliorum vtilitate mutationes episcoporum fieri possint , & in ecclesiis , à quibus recesserint, eis viuentibus alij substitui valeant , Anterus Papa demonstrat epistola septima scribens episcopis Bæticæ, & Toletanæ prouinciæ.*

¶ Necessitatis,vel vtilitatis causa episcoporum mutationes fieri possunt. C. XXXIIII.

3 MVtationes episcoporum scitote communi vtilitate,atque necessitate fieri licere;sed non propria † cuiusquam voluntate,aut dominatione. Petrus [b] sanctus magister noster, & princeps Apostolorum de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parua ciuitate,Apostolica auctoritate mutatus est ad Alexādriam. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat,electione ciuium propter doctrinam,vitāque bonam quā habebat,[auctoritate[γ] huius sanctæ sedis,&] communi episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est,Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem , nec transfertur[d] de minori ad maiorem , qui hoc non ambitu , nec propria voluntate facit;[e] sed aut via propria sede pulsus,aut necessitate coactus,aut vtilitate loci,aut populi,non superbe, sed humiliter ab aliis translatus, & intronizatus est.*& infra.* ¶ Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos, & reliquos sacerdotes;sic quoties vtilitas,aut necessitas coegerit, suprādicto modo & mutare,& intronizare potestatem habent. [non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate& licentia.]*& infra.* ¶ Alia etenim † est causa vtilitatis,& necessitatis; alia auaritię, ac presūptionis,aut ꝓpriæ voluntatis.

γ ¶ Auctoritate huius sāctæ sedis,&c.] *Hęc verba non leguntur in epistola Anteri , neque in Pannormia , neque apud Burch. & Iuonem.Sunt tamen apud Anselmum , & in Polycar.& vetustis Gratiani exemplaribus.Id em quoque est de verbis illis prope finem capitis* , non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate, & licentia : *quæ propter hanc causam virgulis sunt inclusæ.*

Item Pelagius Papa secundus Benigno Archiepiscopo, epist.2.

¶ Causa necessaria mutationes episcoporum fieri possunt. C. XXXV.

5 SCias frater dilectissime,aliud esse causam necessitatis , & vtilitatis ; aliud causam præsumptionis,ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, id est,qui non causa auaritiæ,aut dominationis, aut propriæ voluntatis,vel suæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur. Nam [6] plurimorum [e] vtilitas vnius vtilitati , aut voluntati præferenda est [f]. Aliud [g] est enim mutare , & aliud mutari. *& infra* ¶ Nam aliud est sponte trāsire,& aliud est coacte, aut necessitate venire. Vnde non isti mutant ciuitates , sed mutantur : quia non sponte,sed coacte hoc agunt.*& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel vtilitatis fieri posse , quoties communis vtilitas, aut necessitas persuaserit.

Idem in eadem epistola paulo inferius.

¶ Christum negare conuincitur, qui necessitatem patientibus misericordiam nō impendit. C. XXXVI.

OMnis,qui gemebat,& vexabatur à Saul , fugiebat, & veniebat, [auctoritate[γ] huius sanctæ sedis,&] communi episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est,Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem , nec transfertur[d] de minori ad maiorem , qui hoc non ambitu , nec propria voluntate facit;[e] sed aut via propria sede pulsus,aut necessitate coactus,aut vtilitate loci,aut populi,non superbe, sed humiliter ab aliis translatus, & intronizatus est.*& infra.* ¶ Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos, & reliquos sacerdotes;sic quoties vtilitas,aut necessitas coegerit, suprādicto modo & mutare,& intronizare potestatem habent. [non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate& licentia.]*& infra.* ¶ Alia etenim † est causa vtilitatis,& necessitatis; alia auaritię, ac presūptionis,aut ꝓpriæ voluntatis.

γ ¶ Auctoritate huius sāctæ sedis,&c.] *Hęc verba non leguntur in epistola Anteri , neque in Pannormia , neque apud Burch. & Iuonem.Sunt tamen apud Anselmum , & in Polycar.& vetustis Gratiani exemplaribus.Id em quoque est de verbis illis prope finem capitis* , non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate, & licentia : *quæ propter hanc causam virgulis sunt inclusæ.*

Item Pelagius Papa secundus Benigno Archiepiscopo, epist.2.

¶ Causa necessaria mutationes episcoporum fieri possunt. C. XXXV.

5 SCias frater dilectissime,aliud esse causam necessitatis , & vtilitatis ; aliud causam præsumptionis,ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, id est,qui non causa auaritiæ,aut dominationis, aut propriæ voluntatis,vel suæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur. Nam [6] plurimorum [e] vtilitas vnius vtilitati , aut voluntati præferenda est [f]. Aliud [g] est enim mutare , & aliud mutari. *& infra* ¶ Nam aliud est sponte trāsire,& aliud est coacte, aut necessitate venire. Vnde non isti mutant ciuitates , sed mutantur : quia non sponte,sed coacte hoc agunt.*& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel vtilitatis fieri posse , quoties communis vtilitas, aut necessitas persuaserit.

Idem in eadem epistola paulo inferius.

¶ Christum negare conuincitur, qui necessitatem patientibus misericordiam nō impendit. C. XXXVI.

OMnis,qui gemebat,& vexabatur à Saul , fugiebat, & venie-

Cias.] CASVS. Quidam dicebant, quòd nec causa vtilitatis , nec causa necessitatis poterunt episcopi mutare sedes. quare Benignus Archiepiscopus quæsuit à Pelagio,vtrum bene dicerent. Et respondet, q̄ non : quia plurimorū vtilitas præferenda est vnius vtilitati vel voluntati. Nec dicuntur isti transire vel mutare, qui hoc non faciunt per ambitionem, sed potius mutari. Vnde male dicebant illi qui afferebant episcopos non posse sedes mutare causa necessitatis vel vtilitatis.

c ¶ *Plurimorum.*] illuc potius accedat prælatus vbi plus lucri potest facere , licet maior sit ibi pœna sua, vt 7. eo. c.1. & hic apparet ratio , quare episcopus non debeat fieri monachus inuito Papa : quia ibi consulit propriæ vtilitati tantum: vt 2. q. 7. sancta. sed hic communi & propriæ, quæ duo sunt præferenda propriæ tantum , vt 2. q. 7. sancta.

4 Plura sunt verba in originali.

f ¶ *Præferenda est.*] ‖nūcum quis vocatur ad prælaturam , non præponet priuatum commodū cōmuni,vt hic, & 8. q. 1. in scripturis.& 16. q. 6. vos autem. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatū. aliàs enim suam vtilitatem potest præferre. ff. de iudi. si longius. ff. de arbi. licet autem ff. ad legem Aquil. l. si quis sumo. ff. de præscri.ver. l. qui seruandarum. aliud tamen videtur in prælato , vt ille semper teneatur præponere vtilitatem ecclesiæ, suæ propriæ vtilitati,vt 12.q. 4. quicumq; [a]. Cum ergo detrimentum quis patitur pro publica vtilitate,potest suam præponere vtilitatem. 19. q. 2.duæ.14.distin.quòd ait. quia ordinata charitas à se incipit. 23.q.5. si non licet. de pœn. distinct. 6. qui vult. Vel dic , quòd quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur communis , vt est in prælatura,vt argu.ff.pro socio.l. actione.§.Labeo. Vel distingue aut vtilitas in acquirendo consistit, aut in in damno vitando ; tunc secus,vel econuerso.

‖ Vtilitatem suam an possit qs præferre publicæ.

† *al. quoque*

ADDITIO. De hoc no. extra de postu, prælа. bonæ. 1. de reg. licet. Archid.

g ¶ *Aliud.*] vt §. dist.6. testamentum. & extra ꝙ metus cau.sacris.

a De hoc leg. & no. 7, ca. c. placuit.

Omnis.] CASVS Quidam dicebant episcopos expulsos à ciuitatibus non esse recipiendos,& in aliis ecclesiis collocandos.Item asserebant,quòd causa vtilitatis non debebant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exemplo Dauid eos esse recipiendos, qui si sciret esse peccatum , expulsos à Saule non rece-

5 Pol. l.1.ti. 9. Anſl.6.c. 97.

† *al. electionis* ‖ *al. dilectionis*

6 Concor.tex. cum gl.in vet. eo tempore. 1. actione. 1. Labeo. ff. pro soc. & gl. in l. 1. & ibi Pet. Cyn.& Bar.ff. solu.matri.

1 *Reg.*22.

non recepiſſet.non enim peccant expulſi:ſed potius qui cogunt eos fugere.Similiter cauſa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorem, & qui contradicunt,miſericordiam negant,ſcilicet qui nolunt mutare, ideſt,mutando tradere epiſcopum cauſa vtilitatis vel neceſſitatis, vel deiectum recipere.

a ¶ *Sciret.*] argu. quòd eo ipſo videtur aliquid bonum & iuſtum, quòd à bono factum eſt. 37. diſt.qui de menſa.& 9.q. 2.Lugdunenſis.

b ¶ *Coactę.*] precibus ſuperiorum,ſic ſ. e. qualiter.videtur enim, quòd non poſsit cogi,vt 74.di. vbi. Vel dic, quòd poteſt quis cogi, vt de nolente fiat volens [a], vt 23. q. 4. diſplicet.& 74. diſt. placuit.Papa tamen abſolute poteſt aliquem cogere,vt 9.q.3.per principalem.

c ¶ *Minor.*] ſed numquid tenetur minor populus ſuum epiſcopum maiori cõcedere. cũ nemo cogatur de ſuo beneficium facere.10.q.2.preceptę? Reſp. ſic, ſi alium poteſt habere [æ] que idoneũ [b],vel loquitur in eo caſu cum ibi magis vtilis erit, vt ff.locati.ſi domo.

d ¶ *Doctiorem.*]omnia cõparatiua poſitiue hic ponuntur.

e ¶ *Et vtiliorem.*] ſcilicet illis.

Piſcopus.] Conſtituit Carthaginen.concilium, quòd nec epiſcopus nec clericus inferioris ordinis trãſeat de loco ignobili ad nobilẽ per ambitionem: ſed ſi vtilitas exegerit, epiſcopus trenſeat auctoritate Papæ, & in præſentia ſynodi, decreto clericorum & laicorum porrecto epiſcopis pro eo,quòd debet transferri. Alij vero clerici transferuntur de volũtate ſuorum epiſcoporum.

f ¶ *Gradus.*] quod verum eſt de iis qui ſubſunt epiſcopis nullo mediãte,vt 71.di.clericos. & extra de renun.admonet. ſed ſi aliis ſubſunt,vt abbatibus vel aliis, eorum conſenſus requirendus eſt,vt 54.diſt. c. 1. & 2.& 9.q.3. conqueſtus.& 63. diſ.quanto.

¶ Quid ſi clericus non vult transire de minori ad maiorem? Dico, ꝙ non poteſt cogi ab epiſcopo, quia nemo creſcere cogitur inuitus. 74.diſt.geſta. & 63. diſt. quanto. hoc autem Papa poteſt.Sed ſi ad aliũ epiſcopatum vocatus eſt epiſcopus,neceſſarius eſt conſenſus epiſcopi.71.di. per totũ.85. diſt.Florẽtinũ.Ioannes.Ego credo [e], ꝙ epiſcopus poteſt cogere clericum vt transeat ad maiorem locum,cum maiora facere poſsit, vt extra de exceſ.præl.ſicut. & ad hoc facit extra de æta.& quali.quæris.B.

bat ad Dauid] Si ergo piiſsimus, atque iuſtiſsimus Dauid ſciret [a] peccatum eſſe perſecutionem ſu- 10
gientes, & tranſeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere; tales nequaquam reciperet,nec ſecũ teneret, nec in aliis ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur Domini epiſcopos,eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt; non 20
eos tantum perſequũtur,quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, quoniam non ſponte, ſed coacte [b] hoc agunt; ſed illi, qui eos perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari põt, ſed illis qui eos hoc 30
agere cogunt. *& infra.* ¶ Qui autẽ negant miſericordiam faciendam fugientibus,ac neceſſitatem patiẽtibus,ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia,& veritas. *& infra.*

¶ Negat miſericordiam neceſſitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis miniſteriis [†], 40
& non habentibus propriũ epiſcopum,qui eos inſtruat,cauſa vtilitatis,atque neceſſitatis,ex alia ciuitate,licet minor [c] ſit,in eam, quæ nõ habet epiſcopum doctiorem [d],vel vtiliorem [e], meliori conſilio, non ſponte tranſeuntem,ſed maiorum exhortatione mutare [†], aut epiſco- 50
pum eiectum, & perſecutionẽ patiẽtem cauſa vtilitatis, aut neceſſitatis inthronizari non permittit.

Item ex concilio Cartaginenſi 4.c.27.

¶ Non ambitione,ſed ſynodali auctoritate, de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat. C. XXXVII.

EPiſcopus de loco ignobili ad 60
nobilem per ambitionem nõ tranſeat : nec quiſquam inferioris ordinis clericus.Sane,ſi vtilitas eccleſię fiendum popoſcerit; decreto pro eo clericorum, & laicorum epiſcopis porrecto in præſentia ſynodi transferatur; nihilominus alio in locum eius epiſcopo ſubrogato. 70
Inferioris vero gradus [f] ſacerdotes,vel alij clerici conceſsione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Item ex eodem Carthaginenſi, 4.c.33.

¶ In proprio gradu epiſcopi, vel presbyteri in aliena ſuſcipiantur eccleſia. C. XXXVIII.

EPiſcopi vel presbyteri, ſi cauſa viſitandi ad eccleſiam alterius epiſcopi venerint, in gradu [g] ſuo ſuſcipiantur; & tam ad verbũ

[g] *Piſcopi.*] ¶ *In gradu.*] ideſt,honore.

[h] ¶ *Inuitentur.*] aliàs non licet. 9.q.2.nullus.& 6.q.3.ſcriptum.

Sicut alterius vxor.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd ſicut vxor alicuius non debet cognoſci vel diſponi niſi à proprio viro; ita eccleſia, vel parochia epiſcopi nõ debet iudicari vel diſponi niſi à proprio epiſcopo: & ſicut vxor (vt dicit Apoſtolus) mortuo viro ſuo poteſt nubere cui vult; ita defuncto epiſcopo eccleſia poteſt alteri cõcedi. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi epiſcopus non poteſt permanere in ſua eccleſia, fugiat ad aliam. hoc probat auctoritate Chriſti. In tertia parte dicitur, quod epiſcopus cauſa vtilitatis & fratribus inuitantibus poteſt mutari; ſed hoc cum auctoritate ſedis Apoſtolicæ fiat. Secunda pars incipit ibi, *Si vos perſecuti.* Tertia ibi, *Si autẽ vtilitatis.*

facièdum, quam ad oblationem conſecrandam inuitentur [h].

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum epiſcopis,epiſt.2.c.3.

¶ Eccleſia vnius epiſcopi ab alio diſponi non debet. C. XXXIX.

SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari [i], aut diſponi, niſi à proprio viro, eo viuente,permittitur; ſic nec vxor epiſcopi [†], quæ eius eccleſia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente, abſque eius iudicio, & voluntate alteri [†] iudicari,vel diſponi,aut eius concubitu frui, ideſt ordinatione, conceditur. Vnde ait Apoſtolus [Alligata eſt vxor legi, quamdiu vir eius viuit,eo vero defuncto,ſoluta eſt à lege viri.] Similiter & ſponſa epiſcopi (quia ſponſa,vxorque eius dicitur eccleſia)illo viuente ei eſt alligata : eo vero defuncto ſoluta eſt. [Et cui voluerit,nubat, tantum in Domino] id eſt regulariter [k].3 Si enim eo viuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, ſi alteram ſponte duxerit, adulter exiſtimabitur,& communione priuabitur. Si autem perſecutus fuerit in ſua eccleſia;fugiẽdum illi eſt ad alteram, eique eſt aſſociãdus, dicente Domino:[Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam.] Si autem vtilitatis cauſa fuerit mutandus: non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitantibus, & auctoritate huius ſanctæ ſedis faciat, non ambitus cauſa,ſed vtilitatis.aut [æ] neceſsitatis.

[æ] ¶ Aut neceſsitatis.] *Hæc non ſunt in ipſa epiſtola, ſed habentur apud Anſelmum. Neceſsitas autem præbet iuſtam cauſam tranſlationi.* ī. *ead.c.*ſcias.

6 *Hoc non ſolum de epiſcopis,verum etiam de quibuſlibet eccleſiæ miniſtris intelligitur,ne videlicet in locum viuentis alter obrepat.*

Vnde beatus Gregorius ſcribit Natali Salonitano epiſcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius ſe promoueri conſenſerat, libro ſecundo indictio. 10.epiſt.14.& 16.

¶ Deponatur, qui locum alterius inuadere non timet. C. XL.

3 EVm, qui contra iuſtitiæ regulam in archidiaconatũ [l] alterius ſe prouehi conſenſit, ab eiuſdem archidiaconatus honore deponimus. Qui,ſi vlterius in loco eodem miniſtrare præſumpſerit;ſe participatione communionis ſacræ nouerit eſſe priuatum.

Item Hieronymus ad Ruſticum monachum,epiſt.4.

CASVS. Natalis epiſcop [m] Salonitanus iniuſte repulit Honoratum ab archidiaconatu, & eo viuente alterũ ſibi ſubſtituit.ſed Gre.depoſuit illum ſubſtituti.& ſi præſumeret in eodem loco vlterius miniſtrare,ſacra communione ſe nouerit eſſe priuatum.

[l] ¶ *Archidiaconatũ.*] ¶ *Archidiaconatus.*] ſed nonne iſte debuit deponi,vt 3.

poni,vt 3. queſt. 2. audiuimus.& 2.quæſtio. 1. in primis? Sed iſte excuſabatur auctoritate maioris [a], qui hoc fecerat. 14.q.5.dixit Dominus. & 28.diſt.diaconi.

Napibus.] CASVS. Hieronymus probat hic ſex ſimilitudinibus plures prælatos non debere eſſe in eadem eccleſia:ſed ſinguli prælati debent eſſe in ſingulis eccleſiis.

¶ In vna eccleſia duo prælati eſſe non debent. C. XLI.

1 INapibus princeps [†] vnus eſt, 10
grues vnam ſequuntur ordine litterario:Imperator [a] vnus [b], iudex [c] vnus prouinciæ [3]. Romã [4] vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccæ vtero Eſau & Iacob bella geſſerunt: ſinguli eccleſiarum epiſcopi,ſinguli archipresbyteri,ſinguli archidiaconi [5],& omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur.

7 Ecce in quibus caſibus epiſcopo viuente, alius poteſt ei ſubſtitui : quamquam ſecundum rei veritatem non viuente epiſcopo talis probetur ſucceſſor. Tranſlatus enim ab vna ciuitate ad aliam deſinit eſſe epiſcopus illius ciuitatis, à qua tranſfertur, atque ideo, qui huic ſuccedit, non viuente, ſed defuncto [6] quodammodo epiſcopo, probatur ſubſtitui. Sed inter eum qui hoſtilitatis neceſſitate, & eum, qui vtilitatis cauſa tranſfertur, hoc intereſt; quòd ille, qui metu hoſtilitatis ad aliam tranſit. ſi priorem contigerit aliquando ab hoſtibus liberam fieri, ad eamdem illum redire oportet.

Vnde Gregorius Papa ſcribit Ioanni epiſcopo Scyllatino † lib. 2. indict. 10.epiſtola25. [2]

¶ Qui metu hoſtilitatis ad alium locum tranſierit,poſtea ad ſuam eccleſiam redire oportet. C. XLII.

3 PAſtoralis officij cura nos admonet, deſtitutis eccleſiis proprios conſtituere ſacerdotes, qui gregem Dominicum debeant paſtorali ſolicitudine gubernare [i]. Propterea te Ioannem ab hoſtibus captiuatæ Liſsitanæ ciuitatis epiſcopum in Scyllatina eccleſia Cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem : vt ſuſceptam ſemel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas:& licet à tua eccleſia ſis hoſte imminẽte depulſus, aliam, quæ paſtore vacat, eccleſiam debes gubernare:ita tamen,vt ſi ciuitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem ſtatum cõtigerit reuocari [k] ad eam, in qua prius es ordinatus, eccleſiã reuertaris [l]. ſin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur; in hac in qua à nobis incardinatus [æ] es, debeas eccleſia permanere.

[æ] ¶ Incardinatus.] ī. *dist.71. c. fraternitatem. de huius vocis notione eſt adnotatum.*

Qui vero vtilitatis cauſa tranſfertur,nequaquam ad priorem redire cogitur. Eſt etiam alius caſus, in quoeꝑs viuẽti epiſcopo ſuſtituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathedra, ſua auctoritate ad aliam tranſierit; ſi alius ei ſubſtitutus fuerit, licet ille prioris eccleſiæ epiſcopus eſſe non deſierit ; ſubſtitutus tamen epiſcopatum habebit.

Vnde Damaſus vrbis Romæ epiſcopus ſcribit ad Paulinum Antiochenum,dicens.

¶ De ſacerdotibus,qui relictis ſuis eccleſiis ad alias migrarunt. C. XLIII.

4 EOs ſacerdotes,qui ab eccleſiis ad eccleſias migrauerunt, tamdiu à noſtra communione habemus alienos, quãdiu ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus ſunt conſtituti. Quòd ſi quis alius alio tranſmigrante, in locum viuentis ordinatus [m] eſt; tamdiu pone econuerſo quòd epiſcopus ſit captus, & non ciuitas. tunc bene conſtituetur alius, vt dicunt quidam. quia ſi tutor eſt captus ab hoſtibus,alius dandus eſt; & tamen ſi captus redierit, omnia recuperat iure poſtliminij,& ille alius definit eſſe tutor : vt inſti.de Attilia. tuto. §. ab hoſtibus. quòd non concedo [e], quia ſic offenderetur illa regula. 16.q.7. inuentum.

QVI VERO. CASVS. Dictum eſt ſ. quid iuris ſit, ſi cauſa neceſsitatis transfertur. Nunc vero oſtendit, quòd ſi cauſa vtilitatis tranſfertur,non poteſt ad priorem eccleſiam redire. Eſt etiam alius caſus, in viuente epiſcopo ſubſtituitur alius, ſcilicet cum eccleſia ſua derelicta eſt cauſa ambitionis, & ſua auctoritate tranſit ad aliam, quo caſu licet non deſinat eſſe prælatus prioris eccleſiæ, tamen ſubſtitutus eam habebit.

Eos ſacerdotes.] CASVS Dicitur in hoc ca. quòd ſacerdotes auctoritate propria de eccleſia ſua migrantes ad aliam,tamdiu à cõmunione remoueantur,quamdiu ad ſuas redierint ciuitates. ſed ſi alius iam eſt ſibi ſubſtitutis:tamdiu vacet qui deſeruit ſuam ciuitatem,donec ſubſtitutus quieſcat in Domino.

m ¶ *Ordinatus.*] arg. quod re integra poteſt repeti eccleſia,quæ habita eſt pro derelicto,nam ſi ceſsit quis bonis rebus nondum diſtractis, poteſt eas repetere,vt arg.C. de repu.here.l.vlt.& argu.ff.de ceſ.bonis qui. ſimile. ff. de decu. qui ad tempus. Sed quæro, cum iſte ſubſtituebatur,aut vacabat epiſcopatus, aut nõ? non vacabat, qualiter ſuccẽſsit in locum viuentis ? arg.ff.de ver. ob.l.1. Non poteſt etiam dici, quòd vacabat, quia non fuit eccleſia adiudicata, maxime cum dicatur,quòd

a Hoc no. ſupra. 1. q. 6. ſicut. ibi videas

b Arg. ff. ſol. mac.l.2. in prici. ff. de euic. in creditorẽ, cũ ſuis ſimil. ſecundum.Io. de Fan.

† *myſteriis*

† *al. mutari*

[a] Iuo p.5. cap. 125. Pan.l.3.c. 70.

‖ Clericus an poſsit per epiſcopum cogi transire ad maiorẽ eccleſiã.

e Et male. in prædic. c, geſta ſecundũH, & L. ſe compellipõt à Papa ſolũ, vt ſupra dicit ſecũdũ L. & H.

[a] Pol.l.1.ti. 18.l.1.tit.14. Anſ.l.6.c.93. Bar.l.1.c.13. Ino p.5.cap.

[a] ¶ *Imperator.*] arg. quòd omnes reges coronabit Imperator, vt dixi 63.diſt. Hadrianus 2.cum plures ſunt reges,vt 6.q. 3.c.2.Ioan.

b ¶ *Vnus.*] tamen quãdoque fuerunt duo Imperatores de facto,vt 21. diſt. nunc autem. Quid ergo dicemus de græculo [b], videtur, quòd iſte ſit Imperator:quia Conſtantinus illuc tranſtulit imperium, vt 96.dif.Cõſtantinus. & Imperator appellatur, vt extra de maio. & obed. c. ſolitæ. ſed nõ eſt ita,ꝙ Romana eccleſia tranſtulit imperium ad Alemannos ab oriente.extra de elect.c. venerabilem.Ioan.

c ¶ *Iudex vnus.*] ſed immo decẽ ſunt iudices prouinciæ,vt 6.q.3.ſcitote. ſed hic appellat iudicem regem.alibi tamen videtur, quod vnus ſit iudex prouinciæ præter regem, vt 23.q.4.duo iſta.

d ¶ *Roma.*] ff. de rer. diui.l.vlt.contra ibi dicitur,ꝙ ideo Romulus interfecit Remũ, quia muros tranſiliit:Reſpondeo. Nam potuit hoc idem feciſſe ex inuidia.

e ¶ *Parricidio.*] large ſumpto nomine,vt ff. ad legem Pompeiã de parricidiis.l.1.

f ¶ *Archidiaconi.*] id eſt,in quolibet archidiaconatu erit vnus archidiaconus. non autẽ prohibet quin in vna eccleſia poſsint eſſe plures archidiaconi, vt 93. diſtin. diaconi.

ECCE IN QVIBVS. Hæc eſt 7. pars q. in qua probatur de mutatione cauſa neceſsitatis, & leuitatis. Io. de Fan.

CASVS. Oſtendit ī. Grat. in quibus caſibus viuenti prælato alius poteſt ſubſtitui. Nunc oſtendit,quòd ſi veritatem inſpiciamus, ſupradictis caſibus non ſuccedit quis viuo,ſed mortuo. Nam ex quo quis renuntiat eccleſiæ vel transfertur in aliam ciuitatem, quodammodo dicitur eſſe mortuus quo ad eccleſiã primam; quia in ea definit eſſe prælatus. Ideoque qui ſuccedit huic, non dicitur ſuccedere viuo,ſed defuncto. Et oſtẽdit differentiam inter iſtum qui neceſsitate hoſtilitatis,& illum qui vtilitate transfertur:quoniam qui in hoſtilitate transfertur:hoſtilitate recedente redit ad eccleſiam ſuam quam dimiſit:ſecus ſi vtilitate.

g ¶ *Deſinit.*] 21.q.2.ſi quis iam translatus.

h ¶ *Defuncto.*] cum.n.loco eius ſuccedit,pro mortuo habetur.ff.pro ſoc.l.actione.§.publicatione.

[3] *Paſtoralis.*] CASVS. Ioannes Liſsitanæ ciuitatis epiſcopus ab hoſtibus eſt repulſus,& ideo Gre.dedit eccleſiam Scyllati nã ei hac conditione, vt ceſſante hoſtilitate ad ſuam eccleſiam reuertatur. Si ve-

i ¶ *Gubernare.*] videtur, quòd iſte epiſcopus ſub conditione [c], vel ad certum tempus fuerit inſtitutus : ‖ ſed beneficia ſub conditione non ſanctorum.nec conuenit moribus noſtris temporales filios habere. ff. de adoptionibus,quæſitum.ſic ff. de reg. iur.actus.ſicut nec libertas ad tempus datur. ff. de manu. teſta. libertas. nec hereditas. inſtitu. de heſſe inſtitutionem, ſed ſub conditione reſoluitur,vt ff.de in diem addic. l.2. ſimile extra de ſil.presbyt.veniens.& ſimile extra de pignoribus. c.

[4] Pol.l.1.t.9. Anſ.l.9.c.95.

‖ Eccleſia pro derelicto habita,an poſsit repeti re integra.

f Sub. contra id ī. c. eſt qui. cũ ſimilibus. Arch.

tur, quòd non ipso recessu perdat quis ecclesiã[a]. Sed breuiter potest dici, quòd ille fuit admonitus, & per sententiam fuit ecclesia adiudicata. Vel dic, quòd cum de iure debuit vacare, licet super hoc non esset lata sententia, potest alij adiudicari, vt extra de renun. ex transmissa. extra de concess. præben. & eccle. non vacan. c. litteras.

a De hoc no. 5. ea. 5. ambitio nis. & vide qđ no. 92. distin. si quis epi scopi. in gl. j. in quo. Arch.

a ¶ *Tamdiu vacet.*] & sic videtur, quòd eo mortuo possit repetere ecclesiam; sed non est verum. sic ergo quod hic dicitur, in fauorem ecclesiæ dicitur; quia eum non vult repetere. Vel ideo quia ecclesia post mortem huius eum potest repetere. ‖ Sed pone, morif substitutus, ecclesia repetit primum. ille non vult redire, potest ne compelli? Non videtur. videtur enim ecclesia renuntiasse iuri suo non repetendo, cum potuit eũ repetere, & noluit, sed alium prælegit. immo videtur, quòd ipse repetere possit ecclesiam viuo secundo: & si obiicitur ei, quòd habuerit ecclesiam pro derelicto, replicabit, quod illa alij adhæsit, vt extra de diuor. significasti. quòd non credo, vt 22. q. 6. nihil. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. idem ait. Ioan.

b Yo. Diac. in vita B Gre. l. 3. c. 17. Anf. l. 6. c. 98. Burc. l. 3. c. 89. Ito p. 3. c. 179. Pann. l. 2. c. 37.

† *al secure.*

‖ Substituto mortuo, ã possit qui renuntiauit ab ecclesia repeti. *al. quem Havenata ad S. Andream apostolic docunt.*

EPISCOPALIVM. CASVS. ostendit Gratianus de mutatione episcoporum. Nunc vult ostendere, quod ecclesia episcopalis mutari potest hostilitatis metu. & hoc probat seq. cap.

Temporis.] CASVS. Ciuitas Vellitrensis multas patiebatur angustias à Barbaris, & ideo Grego. Papa præcepit Ioanni episcopo, vt sedem episcopalem transferret ad sanctum Andream apostolum, vt barbaricum periculum facilius posset declinari, & diuina officia celebrentur festiue.

b ¶ *Transponere.*] ℣. de consec. dist. 1. tribus. ℣. 16. q. vltim. si quis, & q. 1. & temporis. vbi de hoc notaui plene.

ITEM. Hæc est 8. pars. q. in qua quæritur de illis qui causa pœnitentiæ relinquunt episcopatum, vtrum possint fieri episcopi. Quid iuris sit, habes extra de renun. post translationem. Dicas tamen breuius, quòd si fuerint postulati, potuerunt fieri episcopi, nisi pro crimine dimiserint episcopatum. Et hoc probat per v. c. Ioan. de Fant.

vacet [2] sacerdotij dignitate, qui suam deseruit ciuitatẽ, donec successor eius quiescat in Domino.

Episcopalium etiam sedium mutationes, metu hostilitatis interueniente nonnumquam fieri solent.

Vnde Gregorius scribit Ioanni Episcopo Vellitrano, libro secundo, epist. II.

¶ Necessitate temporis episcopalium sedium mutationes fieri possunt.

C. XLIIII.

1 TEmporis qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas ad alia, quæ securiora putamus, eiusdem diœcesis loca transponere [b]; quo et habitatores nunc †degere, & barbaricum possint periculum facilius declinare. Propterea te Ioãnem fratrem coepiscopum nostrũ Vellitrensis ciuitatis, sedemque tuam in loco quondam †Arenata ad sanctum Andream apostolum præcipimus exinde transmigrari: quatenus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic cõsuetudinem [a] solennium festiue disponas.

a ℭ Consuetudinem.] *Apud Ioannem Diaconum legitur*, consuetudine solenni festa disponas. *Apud Burchardum & Iuonem*, consuetudinem solennium festorum. *In variis B. Gregorij epistolarum editionibus*, consuetudinum solennium festa disponas.

8 *Item cum aliquis causa humilitatis Apostolica concessione de episcopali sede ad monachalem descenderit subiectionem, alius loco eius subrogari poterit; ille vero ad pontificatum resurgere nequaquam vlterius valebit. Vnde in quinta* β *actione Constantinopolitanæ synodi* CCCLXXXIII. *Patrum, sub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus episcopus, & Eugenius Ostiensis episcopus Apocrisarij Papæ dixerunt.*

β ¶ In quinta.] *Apud Iuonem par. 7. cap. 149. pro indice huius capituli leguntur hæc,* Ex actione quintæ synodi Constantinopolitanæ trecentorum & octoginta trium Patrum sub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus episcopus, & Eugenius Ostiensis eps. *Initiũ vero ipsius capitis est*, Apocrisarij Papæ dixerunt, Hoc nequaquam, &c.

¶ Episcopus, qui causa humilitatis monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet. C. XLV.

2 HOc nequaquam apud nos habetur, vt quicumque de pontificali ordine ad monachorũ, ideſt pœnitentium descenderit vitam, vlterius [c] possit ad pontificatũ reuerti. *Item.* ¶ Præcepit sancta synodus, vt quicumque de pontificali dignitate ad monachorum vitam, & ad pœnitentiæ descenderit locum, nequaquam iam ad pontificatum resurgat. Monachorũ enim vita subiectionis habet † verbum, & discipulatus, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios.

¶ *Hæc synodus sub Ioanne octauo extat græca in Vaticana bibliotheca. Cuius synodi tres tantum canones cum explanatione Balsamonis editi sunt Lutetiæ, & apud ipsum inscribitur, Synodus in templo sapientiæ habita sub Photio Patriarcha. In secundo autẽ trium illorũ capitulo habetur sententia huius capitis. Visum autẽ est, vt omnia melius percipiantur, locũ hunc græce, & cum noua interpretatione esse adscribendum.*

2 Pol. l. 5. tit. 1, Iuo p. 6. c. 345. Anſ. l. 6. c. 158.

3 Et in conci lio ipſo. c. 16.

4 Pan. l. 4. cap. 30.

5 3. de pœ. diſt. 1. c. aliud.

k *Si quis ex fratribus.*] Fratres hic

c Infra ead. q. 3. ad menſam.

[Omnia licēt, sed non expediunt.

1. Cor. 6.

a Argu. ad hoc 14. q. 1. §. 1.

2 ¶ *Postulantem.*] pœnitentes enim sub regula ecclesiastica viuere debent: vt hic, & infra eadem de persona. & infra de pœn. distinct. 5. contrarium. & cap. falsas.

b ¶ *Omnia mihi licent.*] ‖ tunc non expedit id, quod licitū est, quando vsus ipsius aliis infert impedimentum: vt 28. quæst. 1. sic enim. Licet quod fidelis discedat ab infideli, sed non expedit, vt ibi dicitur. Vel aliter, mihi licet mea repetere, sed non expedit ad vitam consequēdam, quia scandalizantur illi à quibus repetūtur [a], vel sic: Omnes cibi liciti sunt, sed nō expediunt propter infirmos fratres, qui tunc quosdam cibos reprobabant, vel sic. Licitum est prædicatori sumere sumptus ab illis quibus prædicat: sed non expedit propter Corinthios qui aliari erant.

c ¶ *Pœnitens.*] scilicet solenniter, & loquitur de actore pœnitēte, & cum est de voluntate rei, vel loquitur cum ipse pœnitens conuenitur.

d ¶ *Ecclesiasticum.*] supple vel reus: quia de actore minus videbatur.

e ¶ *Quamlibet.*] supra in cap. nullus episcopus.

Sed illicitorum veniam postulantem[2] oportet etiam à multis licitis abstinere, dicēte Apostolo [Omnia mihi licēt[b], sed non omnia expediunt.] Vnde si quis pœnitens[c] habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum[d] quàm forense iudicium.

Non ait propter criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet[e] causam, tam ciuilem, quàm criminalem intelligens.

Vnde Theodosius Imperator[1].

¶ Cuicūque licet sacrosanctę sedis antistitis iudicium eligere. C. XXXV.

QVicūque[f] litem habens, siue possessor siue petitor fuerit, vel in † initiolitis, vel decursis tēporū curriculis, siue cū negotiū peroratur, siue cū iam cœperit promi sententia, iudicium elegerit sacrosanctæ sedis † antistitis; illico sine aliqua dubitatione, etiam si alia pars refragatur, ad episcoporum † iudicium cum [h] sermone litigantium dirigatur [α].

Quicumque.] CASVS. Hæc lex diuiditur in tres partes. In prima parte dicit, ꝙ quicumque. Item habet siue actor, siue reus, potest appellare à iudice sæculari ad episcopum ante litem contestatam vel sententiam, etiā aduersario refragante cui debent apostoli dari cum gestis causæ. In secunda parte dicitur, ꝙ causæ terminatæ p episcopos retractari non debēt. In tertia parte dicitur, quòd vbi vnus solus episcopus fert testimonium, alius contra ipsum non audiatur: sed habeatur firmū & incorruptū quod per os episcopale profertur. Secunda pars est ibi, *Omnes*. Tertia ibi, *Testimonium*. Et not. ꝙ hæc lex est tota abrogata, nec habet locū hodie.

f ¶ *Quicumque.*] supra in hac lege quinque notantur. Primū, quòd à iudice sæculari appellatur ad episcopum. Secūdum quòd ante sententiam appellatur. Tertium, quòd ab episcoporum sententia nō appellatur. Quartum, quòd vnius episcopi testimonio fides adhibetur. Quintum, quòd alij non audiuntur post testimonium episcopi. Prima pars tollitur per id extra de appell. si duobus. Secunda per id. 2. q. 6. non ita. Tertia per id. 2. quæst. 6. omnis oppressus. Quarta per id 6. q. 2. si tantum. & c. placuit. Quinta per id quod testimonium solius episcopi non valet. 4. q. 3. §. iurisiurandi. Et licet hæc lex sit abrogata, tamen Inno. argum. ex ea extra de iud. nouit. non vt confirmet eam, sed vt ostendat quantam affectionem Imperatores habuerunt erga sacerdotium.

g ¶ *Decursis.*] id est post litem contestatam [b].

h ¶ *Cum sermone.*] in allegationibus.

Omnes itaque.] HAEC SI QVIS. CASVS. Ne forte aliquis opponeret Gratian. dicens supradicta esse antiquata: ideo Grat. respondet dicens, quòd Carolus ea per legem sequentem confirmauit, in qua præcepit Romanis & Francis, & omnibus hominibus sui imperij vt legem illam teneant quam ad interrogata Ablauij ducis illi & omnibus transmisit, extractam de 17. Theodosij Imperatoris libro, hanc inquam sententiam. *Quicumque litem habens, &c.* Et nota, quòd talis confirmatio nulla est, cum per legem illam Longobardam quæ est inualida, aliam confirmet inualidam. vnum enim inualidum aliud inualidum confirmare non potest. & non loquitur de Longobarda, quæ nunc est, quia in ea hoc non inuenitur, sed in ea quæ est in Gallia.

i ¶ *Capitularibus.*] id est, in Longobarda, non tamen inuenitur quæ in ea nunc est, sed in Gallia.

k *Olumus.* ¶ *Vel cōsuetudinario.*] extra de eo qui mit. in pos. cap. 3.

De persona.] CASVS. Quidā presbyter Hispan[3] accusatus fuit corā iudice sæculari, & conuictus ab aduersario, expulsus est ab ecclesia sua, & in exilium missus, quod cū significatum esset Gregor. delegauit hāc causam Io. defensori eunti in Hispaniam, docens, quòd non debuit accusari nisi coram episcopo suo. Et ad hoc p̄bādum induxit legem Iustiniani, in qua cauetur ꝙ quæcūque sit persona ecclesiastica, non nisi sub proprio episcopo debet conueniri: cuius sententiæ si altera partium non acquiescat, iudex sæcularis eā debet executioni mādare, & si quis obiiciat ꝙ lex hæc loquitur de clerico, & non de presbytero, sciat ꝙ nomine clericorū presbyteri & diaconi cōtinentur, sicut superius in eadem cōstitutione legitur, cuius verba infra ponuntur.

l ¶ *De persona.*] de hac habes 2. q. 1. in primis.

m ¶ *Non ab alio.*] id est, nō à cōtrario. ‖ quandoque enim ab inferiori potest iudicari c. H. tamē huic litteræ adhæsit, qui dixit solum episcopum esse ordinarium iudicem clerici: & per hoc quod dicit, doceat prius, &c. Sed tu dicas quòd prælati ecclesiæ collegiatæ habent iurisdictionē: vt 15. quæst. 4. cap. 1. extra de immu. eccles. non minus. extra de iud. c. 2, C. de iurisdic. om. iud. l. vlt. extra de offic. ord. cum ab ecclesiarum. sed quod hic dicitur, prius doceat, &c. dicas prius quā sæculare. Hug. tamen dixit solum episcopum habere potestatem excommunicādi: vt 16. quæst. 2. visis. in fi. vbi dicitur ꝙ excommunicatio sit mucro episcopalis. & ꝙ solus episcopus debeat de causis matrimonialibus cognoscere. 35. q. 6. multorum. & melius dicit noua constitutio, extra de excess. prælа. accedentibus. confuendo tamen in talibus dat iurisdictionem: vt 9. quæst. 3. conquestus. C. de eman. lib. l. 1.

n ¶ *Aut monachum.*] conuentum nomine monasterij ratione alicuius successionis, quæ obuenit monasterio per eum, alias non competit eis actio contra monachum, cum nihil habeat. vel intellige quòd fideiussit de mandato ecclesiæ suæ, vel etiam sine mādato: sed pecunia est consumpta in vtilitatem ecclesiæ, vt noua constitutio dicit, quòd quibusdam extra de fideiuss. Si autem monachus contra aliquem deliquit, ipse monachus conueniendus est, non ecclesia [d]: vt 18. q. 2. hoc tantum. sicut seruus

3 Olumus, atque præcipimus, vt omnes ditioni nostræ, Deo auxiliante, subiecti, tam Romani, quàm Franci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Frisones, Galli, Brittones, Longobardi, Guascones, Beneuentani, Ghoti, Hispani, ceterique nobis subiecti omnes quocūque videantur legis vinculo constricti, vel consuetudinario[k] more connexi, hanc sententiam, quam ex sextodecimo Theodosij Imperatoris libro, capitulo videlicet vndecimo, ad interrogata Ablauij Ducis illi, & omnibus rescriptam β sumpsimus, & inter nostra capitula pro lege tenendam consultu omnium fidelium nostrorū tam clericorum, quàm & laicorū posuimus, lege[1] cuncti perpetua teneant, id est 4, Quicūque litē habens, siue possessor, siue petitor fuerit, & c. [vt sup.]

β ¶ Rescriptam sumpsimus.] *Sic est emendatum ex capitulari. Antea legebatur,* per scripturam misimus.

Item Gregorius, lib. 11. epist. 54. Ioanni defensori eunti in Hispaniam monendo dicit.

¶ Presbyter apud episcopum tantum iudicari debet. C. XXXVIII.

5 DE persona[l] presbyteri hoc attēdendū est; quia, si quā causam habuit, non ab alio[m] teneri, sed episcopus ipsius adiri debuit: sicut nouella cōstitutio manifestat, quæ loquitur de sanctissimis, & Deo amabilibus, ac reuerentissimis episcopis, clericis, & monachis [6 Imp. Iustinianus Augustus Petro glorioſissimo præfecto α prætorio. Si quis contra aliquem clericum, aut monachum[n] aut diaconissam, aut monastriam,

seruus conuenitur qui deliquit, non eius dominus. C. de noxa. l. penult. & vlt. in fi. Primo autem loco castigatio monachi spectat ad abbatem: vt 24. q. 3. corripiantur. & extra de offic. ordin. quanto. extra de ap. reuocan. fuit. vbi autem procedendum est secundum ordinē iuris, tunc solus episcopus est iudex secundum H. vt hic dicitur. Alij dicunt quòd abbas habet ordinariam iurisdictionē sup monachos suos, & excōicare eos pōt: vt extra de maio. & obed. cum in ecclesiis.

a ¶ *Aut ascetriam.*] id est inclusam, quæ semper assidue moratur ibi.

b ¶ *Doceat.*] i. adeat.

c ¶ *Iudicē hæc.*] si ipse met non pōt. & est simile C. de epis. audi. epale.

d ¶ *Ne vero.*] hæc sunt originaliter verba Greg.

Peruenit.] CASVS. In Sicilia erat quidā defensor Papæ, nomine Romanus, qui despectis episcopis cōpellebat clericos in suo iudicio laicis respōdere. quod cum Gregor. audiuit, præcepit ei ne de cetero hoc faceret: sed sub proprio epō conueniantur, vt vel ipse cognoscat, vel det iudices delegatos, vel p̄ executorē ipsius partes arbitros eligere cōpellantur, si alicui partium episcopus fuerit suspectus. Si vero laicus vel clericus cōtra episcopū causam habuerit, tunc se interponere debet ille Romanus, vt vel ipse cognoscat, vel eo admonēte iudices eligantur. & si aliter fiat, ordo ecclesiasticus confunditur.

e ¶ *Aut si forte.*] extra de foro compet. si quis contra.

f ¶ *Executio.*] id est, executor ad hoc deputatus, scilicet archidiacon[o]: vt 25. distinct. perlectis. & extra de fo. cōp. nulli [a]. Cum autem iudex accusatur, in optione actoris erat an vellet quòd recusat[b] delegaret causam aliis, vel quòd partes cogerentur ad eligēdos iudices: vt extra de foro compe. licet. & c. si quis. ‖ Hodie autē si iudex recusatus fuerit, & probata fuerit causa recusationis, ad arbitrium recusatoris ipse qui recusatus fuerit, dabit iudices, vel transmittet negotium ad superiorem, vt in constit. cū speciali. extra de appell. ‖ Sed quæro an iudices delegati ab episcopo possint partes punire, si non venirent ad iudicium? Nō videtur, quia solus delegatus à principe potest citare: vt in authen. de litig. §. omnem. collat. 8. nec alij possunt suas sententias mandare executioni, quàm ordinarij vel delegati à principe: vt C. de bo. auctor. iud. possi. authen. & qui iurat. ff. de re iud. à diuo. & sol[o] delegat[o] à principe potest mittere in possessionem. ff. de iurisd. om. iud. iubere. Potest tamen dici, quòd secundum iura nostra subdelegatus habet coercionem, quia potest interdicere ecclesiam: vt extra de of. deleg. ex litteris. in fi. & secundum legem, modicam saltem habebunt coercionem subdelegati. C. de sportul. l. 2. & ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. l. vlt. in fi.

aut ascetriam [a] habeat aliquam actionem; doceat † [b] prius sanctissimum episcopum, cui horum vnusquisque subiacet [1]. Ille vero causam inter eos diiudicet. Et si quidem vtraque pars his, quæ iudicata sunt non acquieuerit [β], iubemus per loci iudicem hæc [c] † executioni perfectè mandari, &c.]

2 Ne vero [d] obiiciatur, quia de clerico hoc loquitur, non de presbytero, sciendum est, quia superius in eadem constitutione lib. † cod. 1. legitur appellatione clericorum, etiam presbyteros, & diaconos contineri. Verba autem legis ista sunt [Presbyteros autem, & diaconos, & subdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos ap pellamus, & reliqua.]

α ¶ Præfecto prætorio.] *Græce est, μαγίστρῳ θείων ἡμῶν ὑπερτίων, id est,* magistro diuinorum nostrorum officiorum.

β ¶ Non acquieuerit.] *In Authentica de sanctiss. episcopis, & apud Iulianum abest negatio.*

Item Gregorius lib. 9. epist. 32. Romano defensori Siciliæ.

¶ Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat. C. XXXIX.

PEruenit ad nos, quòd si quis cōtra clericos quoslibet causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, quia valde constat esse incongruum; hac tibi auctoritate præcipimus, vt denuo hoc facere non præsumas: sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat; vt aut ipse cognoscat, aut certe ab eo iudices deputentur: aut si forte ead arbitros eundum est, partes ad eligendos † iudices ab ipso executio f deputata compellat. Si quis vero clericus, vel laicus contra episcopum causam habuerit; tunc te interponere g debes, vt inter eos, aut ipse cognoscas, aut certe te admonente sibi iudices eligant. Nam si sua vnicuique episcopo iurisdictio non seruatur; quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?

Idem Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.

¶ A laicis iudicibus clerici non sunt opprimendi. C. XL.

FRatris & coepiscopi nostri Felicis & Ciriaci abbatis relatione cognouimus, quòd in insula Sardinia sacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatem tuam ministri sui despiciant: dumque solum simplicitati h à vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur.

Idem Gregorius Mauricio Imperatori, lib. 4. epist. 31. seu cap. 75.

¶ Sacerdotes à Regibus sunt honorandi, non iudicandi. C. XLI.

SY Acerdotibus autem nō ex terrena potestate dominus noster citius indignetur; sed excellenti consideratione propter eum, cuius serui sunt, eis ita dominetur, vt etiam debitam reuerētiam impendat. 3 Nam in diuinis eloquiis sacerdotes aliquando Dij, aliquando angeli vocantur. Nam & per Moysem de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur [Applica illum ad Deos] id est ad sacerdotes. Et rursus scriptum est [Diis non detrahes] scilicet sacerdotibus. Et propheta ait [Labia sacerdotis custodiunt i scientiam, & legem requirent ex ore eius; quia angelus Domini exercituum est.] Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipse etiam appellat k Deus? 4 Ecclesiastica quoque historia testatur; quia cum piæ memoriæ Constantino principi, scripto oblatæ accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit l, dicens. Vos Dij estis, à vero Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras discutite: quia dignū non est, vt iudicemus Deos. In qua tamen sententia sibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præstitit ex reuerentia impensa.

¶ Ante eum quippe pagani in rep. principes fuerunt, qui verū Deum nescientes, Deos ligneos, & lapideos colebant; & tamen eorum sacerdotibus honorem maximū tribuebant. Quid ergo mirū, si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani, vt prædiximus, principes, honorem impēdere sacerdotibus noluerunt, qui Diis ligneis & lapideis seruiebant? Hæc y ergo non tantum specialiter m, quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus: quoniā adhuc nescimus, quis in terribili iudicio Dei qualis fu-

g ¶ *Interpenere.*] hoc verum est in modicis vel minimis causis: nam maiores causę episcoporum ad metropolitanum deferuntur: vt 6. quæstione 4. si inter. 9. quæstione 3. conquestus. & 80. distinctione cap. 1.

Fratris.] CASVS. Ianuarius episcopus Carolitanus intantū erat simplex, quòd clerici sui eum despiciebant, & sacerdotes in Sardinia à sęcularibus iudicibus opprimebantur. Quod cum Gregorius audiuisset per episcopum Felicē & Ciriacum abbatem, præcepit ei vt hoc fieri non permittat, ne dum simplicitati studet, disciplina negligatur.

h ¶ *Simplicitati.*] supra 39. distinctione. Petrus.

Sacerdotibus.] CASVS. Mauricius Imperator cōpellebat clericos sub se respondere: & eis debitam reuerentiam non impendebat. quare Gregor. scribit cōtra ipsum, docēs quòd omnes sacerdotes debet generaliter honorare, cū nesciatur qualis quisque sit futurus in futuro iudicio: & quòd ipsos debeat honorare, probat vna ratione, scilicet quia Deus vocauit eos deos, & Malachias ꝓpheta ipsos Angelos appellauit: & duobus exēplis, scilicet Constantini, & paganorū imperatorum, qui sacerdotibus sui temporis reuerentiam exhibuerunt. Ratio incipit ibi, *Nam in diuinis eloquiis.* Exemplum cōst intini ibi. *Ecclesiastica quoque.* Exem plum paganorum est ibi, *Ante eum.*

i ¶ *Custodiunt.*] id est, custodire debent: vt infra eadem quæst. 3. nolite.

k ¶ *Appellat.*] ergo ex sola appellatione nominis aliquis consequitur ius b. sic 32. quæst. 4. dicat. C. de lati. lib. tol. §. penult. extra de præsumptio. illud. insti. de ado. §. vlt. arg. cōtra. 2. q. 1. multi. in fi. vbi dicit, quòd sola nominatio nō sufficit. C. de prob. non epistolis. & l. fi.

l ¶ *Intendit.*] hīc vides, quòd iudex debet destruere libellum, qui non est legitime compositus: vt 2. quæst. vlt. cap. vlt.

m ¶ *Specialiter.*] pro bonis, sed etiam generaliter pro bonis & malis c, vel non tantum pro præsentibus qui nunc accusantur, & non conuin-

[Omnia licēt, sed non expediunt.] 1. Cor. 6. a Argu. ad hoc 14. q. 1. §. 1. 1 Cod. Theodos. l. 16. de episcopali iudicio, le. j. §. quicūque ext. de iudic. c. nouit. Capitul. l. 6. c. 281. Aufl. l. 1 c. 108. Iuo p. 16. c. 112. ‖ *al. inter initia* * *al. regis.* † *al. episcopū. cum* 2 Capitul. ibidem Anſ. ibidem Iu. ibidem Pann. l. 5. c. 23. † *al. testimonio* b Sub. Ante conclusionem secundum In. Vel ante diffinitiuam sententiam quandoque quę secundum Hug. 1 Delegatus episcopi ut potest citare. 2 Idem statu. In. extra de iudic. cum olim propter. in glo. & ante in materia eorum cauſis potest procedere, vt ff. de iurisd. om. iud. l. 1. extra de offic. ordi. cap. quicumque. 3 Nicolaus epist 7. ad Michaelem Imp. cap. 35. *Exod. 22.* Ibidem. *Malach. 2.* 4 Sup. ea contenta in Edicto Constantini. B. Aug. epist. 66. b Arg. ad hoc 91. dist. de minus vbi ff. hoc. ar. to. tra. C. de test. neque C. de libe. cau. iubemus. ar. c Secundum H bene in textu auctoritas Apostoli. sed quod equitur sola sententia M & H. I. si secundū L.

cuntur, sed etiam pro omnibus aliis.13.quæst.2.non æstimemus.

I *Nolita.* CASVS. Relatum fuit in Mileuitano concilio, quòd clerici clericos suis episcopis relictis ad sæcularem iudicem traherent, quare statuit concilium, vt hoc de cetero non fiat & si quis de cetero præsumet, super hoc cõuictus causam perdat, & etiam à communione repellatur. *Inolita,* id est, consueta. Et loquitur hoc capitulum de actore. sequens de reo.

1. Cor. 4.

a ¶ *Inolita.*] hoc cap. de actore, & sequens de reo loquitur. ‖ Et not. q̃ si actor traxerit reum ad iudicem nõ suum, perdit causam. sed si reus traxerit actorem, pro cõuicto habetur: vt C. de iurisdic. om. iu. in criminali. hoc tamẽ intelligas lite contestata: quia si ante litis contestationem desistit, non incidit in pœnam [a]: vt infra eadem cap. prox. & ff. rẽ rat. hab. amplius. & ff. de in ius voc. quamuis. licet sit arg. contra. C. de transact. si quis maior. supra eadem placuit. Et quod dicit, quod causam perdit, dicunt quidã ipso iure, verius credo, q̃ per sententiam, & hoc innuit hoc verbum, conuentus.

‖ Actoris punitio reum ad iudicẽ non suum trahentis.

[a] Idem Bart. B. l. An. Cy. & Paul. de Castro in d. l. in criminali. in glo. alleg.

b ¶ *Pontifice.*] hic manifeste habes, q̃ in causa ecclesiastica neuter potest adire alium iudicem, siue in ciuili, siue in criminali negotio; laici autem sine consensu ordinarij eligunt alium iudicem in ciuili negotio: vt ff. de iud. l. 1. C. de iurisd. om. iud. l. 1. sed nõ in criminali: vt C. de iurisd. om. iud. in criminali. infra eadem ca. si quis cum clerico. ‖ sed in clerico requiritur consensus episcopi, & etiam proprius consensus. argu. hic, & 9. q. 2. cap. 1. & supra eadem clericum, & nullus. & ca. inolita. & 6. quæst. 3. denique. & 3. q. 6. nõ liceat. extra de fo. comp. significasti. Et est triplex ratio quare laicus potest, & nõ clericus: quia laicus potest iurare sine licẽtia sui iudicis, sed clericus non, vt extra de iur. cal. inhærentes. Sed nõ posset coram laico litigare, nisi ibi iuraret. Item ab alio episcopo non potest ordines accipere, ergo nec iudicium, quod maius est: vt 9. quæst. 2. nullus primas. Item non potest ab alio, quam à suo prælato petere iudicium animæ, quod est occultum, ergo multo fortius nec manifestum: vt de pœn. distinct. 6. placuit. Item inconueniens iam esset, quòd vnus episcopus iudicaret clericos alterius episcopi, quod esse non debet: vt 9. q. 2. per totum. & sic omnes de vno episcopatu possent sibi alium episcopum eligere in iudicem: nec renuntiare potest clericus huic iuri. extra de fo. compe. si diligenti. credo tamen, q̃ licet non possint renuntiare expresse, quòd tamen sponte, id est tacite possunt consentire in alium iudicem [c]. nam arbitrum sponte eligunt & iudicem delegatum, alioquin exsufflatum erit priuilegium clericorum, quòd clericus potest eligere coram quo iudice velit litigare. in constit. Fed. Auth. habita. C. ne fil. pro pa. Item multa possum facere sponte, ad quæ non possum me pacto adstringere. nam possum instituere aliquem hæredem, non tamen pacto ad hoc me adstringere possum: vt C. de pac. l. vlt. Item tacite possum renuntiare foro, licet non expresse, sicut tacite Papa renuntiat priuilegio suo: vt 2. q. 7. nos fi. & q. 5. mandastis. Sicut tacite possum renuntiare exceptioni procuratoriæ contra militẽ, sed non expresse: vt ff. de proc. filiusfa. §. veterani. similiter tacite possum renunciare iuramento cal. sed non expresse. C. de iur. cal. l. 2. in fi. & quòd sponte posit respondere, habes 3. quæst. 6. pulsatus. Io. Quidquid dicat Io. hoc tene, quòd in laicum nullo modo consentit clericus: vt extra de for. comp. si diligenti. nec in clericum sine consensu episcopi, vt extra de fo. comp. significasti. B.

‖ Clerici ‖ possint in iudicẽ non suum cõsentire.

[c] Et in cone. apud Palatiũ Vermis habito, c. 18.

[c] Suo p. 6. cap. 362. 6. item plagnit.

b Hoc non puto verum secundum Go. vt 3. q. 6. non liceat, vt ibi dixi. Arch.

turus sit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit: [Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, & reliqua.] Nam sunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortasse, quæ vos laudatis, ille reprehendet; & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

γ ¶ Hæc ergo.] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum in epistola, cuius initium,* proposueramus: *sed in originali pro istis hæc leguntur,* Hæc ergo pietati dominorum non pro me, sed pro cunctis sacerdotibus suggero. *Et multis interiectis, quæ hic non referuntur, subdit.* Nam adhuc nescimus, quis sibi, qualis sit. & Paulus egregius prædicator, &c. *præstatque omnino integrum illum locum legere Apostolicæ libertatis plenum.*

Item ex concilio Mileuitano.

¶ *In concilio Mileuitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipso tamen citatur etiam ab Innocentio iij. in c. si diligenti extra de foro compe. Habetur autem in Toletano. 3. cap. 13.*

¶ Quæ pœna feriatur clericus clericum ad sæcularia iudicia pertrahens. C. XLII.

1 INolita [a] præsumptio vsque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, vt clerici concleric os suos, relicto põtifice [b] suo, ad iudicia publica pertrahãt. Proinde statuimus hoc de cetero non præsumi. Si quis hoc præsumpserit facere, conuentus [x] & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

x ¶ Conuentus. *dictio ista in nullo concilij exemplari aut impresso, aut manuscripto est inuenta.*

Ité ex concilio Carthaginensi 3. c. 9. [2]

¶ Clericus apud ciuilem iudicem iudicari non debet. C. XLIII.

ij 3 PLacuit, vt quisquis episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, seu clericorum, cum in ecclesia ei crimẽ fuerit intentatum [c], vel ciuilis causa fuerit commota, si derelicto ecclesiastico iudicio, publicis iudiciis purgari [d] voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum [e] suum amittat. Et hoc in criminali actione. In ciuili vero perdat quod

2 Et in cone. apud Palatiũ Vermis habito, c. 18.

3 Suo p. 6. cap. 362. 6. item plagnit.

c Idem vsque Gili de clericis 1. cum. pal. glo. C. de iudi. omni. iud. & Ang. in Lom. procurator. 6. dominus. de appellat. nouum. & 1. quamuis. de dãno infecto.

d Vide hic in fine capitis

euicit, si locũ suum obtinere maluerit: siquidem β ad eligendos iudices inique [f] de ecclesiæ cõsortio iudicat, qui de vniuersa ecclesia male sentiendo, de iudicio sæculari poscit auxilium: cum priuatorum Christianorum causas Apostolus etiam ad ecclesiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

β ¶ Siquidẽ.] *In ceteris cõciliorũ editionibus, & vno Vaticano codice legitur,* siquidẽ ad eligẽdos iudices sibi de ecclesię cõsortio dubitat vileq; ecclesię cõsortiũ iudicat, q̃ de vniuersa, &c. *In recentiore autem quattuor tomorum editione hoc modo,* cui enim ad eligẽdos iudices vndique patet auctoritas, ipse se indignũ fraternq; consortio iudicat, qui de vniuersa, &c. *eodemque fere modo est in codice Lucensi Regio, & refertur in concilio apud Palatiũ Vermis habito, c. 18.*

Item ex eodem.

¶ Clericus non accusetur, nisi ante ecclesiasticum iudicem. C. XLIIII.

4 DE diuersis ordinibus ecclesiæ seruiẽtibus, si quis in causam criminis incurrerit, & abnuerit iudicium ecclesiasticum; debet periclitari [g].

¶ *Est summa capituli præcedentis, & in conciliis olim Coloniæ ac Lutetiæ impressis, duobus exemplaribus Vaticanis, & codice canonum omnino est loco summæ nec multo aliter apud Iuonem p. 6. c. 362.*

Item constitutione 74. cap. 15.

¶ Qui cum clerico litigium habet, episcopum ipsius adeat. C. XLV.

ij 6 SI quis cum clerico litigiũ habuerit, si quidem de causa pecuniaria, adeat prius episcopum, cuius iudicio clericus suppositus est. Ille enim sine damno [h], & sine dilatione competentem finem liti impositurus est. Sin autem noluerit [i] episcopus litem dirimere; tunc ad ciuilem iudicẽ disceptatio causæ perueniat. Vbi autem episcopus causam dirimere vult; sine scriptura [k] omnia procedant, & diffinitiua sententia sine scriptis ab eo proferatur [l].

¶ Quòd si de criminali [c] causa litigium emerserit; tunc competentes iudices in hac ciuitate, vel in

5 Nouellis. apud Iulianũ.

6 Inp. de. 457. hic cap. 1.

e Idem vsque Gili de clericis 1. cum. pal. glo. C. de iudi. omni. iud. & Ang. in Lom. procurator. 6. dominus. de appellat. nouum. & 1. quamuis. de dãno infecto.

f Vide hic in fine capitis

g Vide hic in fine capitis

h Vide hic in fine capitis

i Vide hic in fine capitis

k Vide hic in fine capitis

l Vide hic in fine capitis

primis. vbi dicitur sententia nulla, quæ sine scripto proferetur. illud enim tantum tenet in criminalibus & maioribus negotiis.

a ¶ *Duorum.*] hoc non tenet: vt 3. quæstio. 3. §. spatium.

b ¶ *Puniatur.*] nec illud tenet, vt extra de iud. cum non ab homine.

SI *clericus.* CASVS. Quattuor articuli cõtinentur in hoc cap. Primus est, quòd si clericus litẽ habeat aduersus clericum, coram suo episcopo conqueratur. Secũdus est, quòd si episcopus litem habeat contra suum clericum, coram arbitris ab vtraque parte electis negotiũ terminetur. Tertius est, quòd si clericus habeat causam aduersus suum aut alium episcopum, recurrat ad synodum prouinciæ. Quartus est, quòd si episcopus vel clericus litẽ habeat contra metropolitanũ, pergat ad primatem, vel ad vrbem Constantinopolitanam. Secundus articulus incipit ibi, *Vel certe.* Tertius incipit ibi, *Et si clericus.* Quartus ibi, *Si vero contra ipsius prouincia.*

c ¶ *Arbitros.*] Et hæc est ratio: quia metropolitanus non est iudex clerici: vnde sub eo non debet contineri, nec coram episcopo debent contineri: cum non possit esse actor & iudex. vt extra de restit. spol. cõquerente. & extra de concess. præben. & eccles. non vacan. post electionem. in fi. ‖ Sed quis coget eum eligere arbitros? Respondetur, episcopus, licet sit ei suspectus, vt extra de ap. secũdo requiris. Item in alio casu cogit ipsum eligere arbitros. s. cũ recusat eum vel delegatum ab eo: vt supra eadem peruenit.

d ¶ *Audiatur.*] supra 6. quæst. 2. episcopus. cõtra. sed ibi soluitur.

e ¶ *Synodi.* Ergo si habetur ciuilis causa cõtra episcopum, solus metropolitanus non potest audire: vt hic, & 6. quæst. 4. si inter. sed forte hoc non tenet in maioribus causis: vel loquitur secũdum antiqua tempora, quando pro singulis causis fiebat concilium: vt infra eadem quæstio. 3. cap. 2. & 3.

AVTHENTICA OMNIS. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit ex supradictis dicens, q̃ ad sæcularem iudicẽ nec in ciuili, nec in criminali causa est clericus producendus, nisi episcopus ci-

d Vide vsque ibi. in fi. Sed contra Auth. de ecclesi. hi qui autem propriam. vbi et hoc.

prouinciis interpellati, consentaneum legibus terminũ causæ imponant: ita tamen, vt disceptatio litis duorum [a] mensium spatium non excedat, à litis contestatione numerãdum [b]. *Item.* [¶ In criminalibus vero causis numquam sine scriptura procedere debet.] Non aliter autem punitur [b] clericus, nisi obnoxius repertus, sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo, vel clericatus honore. Sin autem crimen ecclesiasticum est; tunc secundum canones ab episcopo suo causæ examinatio, & pœna procedat, nullam communionem aliis iudicibus in huiusmodi causis habentibus.

1. Cor. 6.

γ ¶ Noluerit.] *Ita etiam apud Iulianum, & Iuonem, & sic legit auctor glossæ: sed in nouella ipsa Iustiniani additur*, vel non potuerit.

A ¶ Proferatur.] *In nouella ipsa sequuntur hæc,* nisi forte partes voluerint, vt in scriptis ea inferatur. Quòd si, &c. *Apud Iuonem loco dictionis,* proferatur, *est,* inferatur; *quod suspicionem facit intermedia scriptoris vitio deesse.*

ε ¶ De criminali.] *In nouella Iustiniani additur,* ciuili tamen.

ζ ¶ Numerandum.] *Quæ sequuntur vsque ad versi.* Non aliter: *neque in nouella, neque apud Iulianum, aut Iuonem, nequc in vetustis Gratiani codicibus habentur: sed ob doctorum citationes non sunt expuncta.*

Item ex concilio Chalcedonensi, cap. 9.

¶ Clericus aduersus clericum negotium habens, sæcularia iudicia non exercear. C. XLVI.

1 SI clericus aduersus clericum habeat negotium; non relinquat suum episcopum, & ad sæcularia iudicia non concurrat: sed prius negotium agitetur apud proprium episcopum: vel certe [x] si fuerit negotiũ † ipsius episcopi, apud arbitros [c] ex vtraque parte electos audiatur [d] negotium. Si quis vero contra hæc fecerit, canonum subiaceat correptionibus. ¶ Et si clericus aduersus suum, vel alium episcopũ habeat causam, apud audientiam synodi [e] prouinciæ eius conquiratur. ¶ Si vero contra ipsius prouinciæ metropolitanum episcopum episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diœcesis primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi negotium exquiratur †.

x ¶ Vel certe si fuerit.] *Græce est* Ἤγουν σύνοδος ὡστὸ τὴν ἐπισκόπου πᾶρ οἷς ἂν τὰ ἀμφίσβητα μέρη βάλοιτο), τὰ τοῦ λόγου συγχωρεῖσθω: id est, vel certe ex ipsius episcopi sententia, apud eos, quos vtraque pars voluerit, ea quæ ad iudicium pertinent, agitentur. *Nec longe aliter vertit Dionysius, cuius versionem attulerunt Burchardus, & Iuo, & Innocentius. extra de foro compet. cap. 1. sententia vero, quæ hoc loco ex prisca versione elicitur, habetur paulo post in ver.* Etsi cle-

c Vide vsque ibi. Arbitros.

d Vide vsque ibi. Arbitros.

e Vide vsque ibi. Arbitros.

ricus aduersus suũ. *Quare non bene hic inculcatur: sed ob glossam non est mutatum.*

[*Item ex concilio Agathẽsi, c. 32.*]

PALEA. C. XLVII.

iij 2 CLericum nullus præsumat apud sæcularem iudicem episcopo non permittente pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio sæculari proponere.

2 Sup. ead. Clericum nullus. Iuo p. 6. c. 362.

¶ *Abest à plerisque vetustis exemplaribus, & frustra hic repetitur, quòd plane idem habetur supra eadem c. clericum nullus. De lectionis autem varietate ibi notatum est.*

Ex his omnibus detur intelligi, quòd clericus ad publica iudicia nec in ciuili, nec in criminali causa est producendus: nisi forte ciuilem causam episcopus decidere noluerit, vel in criminali, sui honoris cingulo eum nudauerit. ¶ 3 *Illud autem quod in epistola Clementis dictum est,* [*Non cognitorem sæcularium negotiorum te vult Deus esse,*] *ex episcopali vnctione intelligendum est. Non enim in episcopum vngitur, vt cognitor sæcularium negotiorum resideat, sed vt procurator animarum, & distributor spiritualium existat. Prohibetur ergo sæcularibus negotiis occupari, non ad tempus sequester fieri. Vel sæcularia iudicia, non de rebus sæcularibus, sed sæcularium virorum intelligenda sunt. Iudicia de rebus sæcularibus sæcularia appellantur, iuxta illud Apostoli* [*Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, constituite.*] *Iudicia vero sæcularium, sæcularia appellantur, iuxta illud Apostoli in epistola Clementis: quod ex subsequentibus datur intelligi, cum dicitur.* [4 *Hæc opera, quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant sibi inuicem vacantes laici.*] *Prohibentur ergo clerici à cognitione negotiorum sæcularium virorum, non sæcularium causarum. Negotia quippe clericorum, siue criminalia, siue ciuilia fuerint, non nisi apud ecclesiasticum iudicem ventilanda sunt.*

3 Sup. ead. te quidem.

Vnde Hadrianus Papa ait, cap. 35. [5]

5 In capit. Hadriani. c. 35.

¶ Non nisi in foro suo audiatur clericus. C. XLVIII.

6 CLericus, siue laicus, si crimine, aut lite pulsatus fuerit, non alibi, quam in foro suo prouocatus audiatur.

6 Ansel. 3 c. 88.

Idem ibidem, cap. 40.

¶ De eodem. C. XLIX.

7 IN clericorum [f] causa, huiusmodi forma seruetur, ne quemquam eorum sententia à non suo iudice dicta constringat.

7 Ans ibidẽ. Deusdedit. p. 4.

Res vero in litigio posita ante legitimum cognitionis euentum in nullam debet omnino transferri personam.

Vnde Gelasius Papa Quingesio θ *episcopo.*

θ ¶ Quingesio.] *In antiquis exemplaribus partim est ista vox, partim* Lucio, *partim* L. *partim* quinquagesimo.

¶ In nullam transferatur personam res in litigio posita ante cognitionis euentum. C. L.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

QVIa res] CASVS Iste dupliciter poni solitus est. Et primo sic. Reus possidebat rem litigiosam; quæsitum est à Gelasio, vtrum actor possit exigere pensiones. Et respondetur, quòd non, ante legitimæ cognitionis euentum: sed res debet apud reum permanere, donec apparuerit cui res potius debeatur: & si quid factum fuerit lite pendente in præiudicium alterius partis, nihil valeat: & secundum hoc expone, *Non finiatur*, supple nisi sit possessor. Potest etiã alio modo poni, vt Beneuentanus ponit. Cũ de quadam re inter actorem & reum litigiũ verteretur, nec aliquis eorum esset in possessione illius rei: quæsitũ fuit quis debeat de illa re recipere & exigere pensionẽ. Et respondet Gelasius Papa, quòd nec actor, nec reus: sed res debet permanere in eodem statu, in quo posita est, vsque ad sententiam diffinitiuam: cessatis omnibus priuilegiis. vel rescriptis, quæ cõtra hoc possunt dari lite pẽdẽte.

† al. constitutionis istem

† V. q. 1. inolita.

a ¶ *Quia res.*] Nec etiã actionem potest quis cedere alij, postquã res est deducta in litigium, vt C. eod. l. 2. nec valet priuilegium imperatum tẽpore litis, vt extra de ref. causam. 16. quæst. 6. placuit. C. vnde vi. authoritatem. C. de fund. & saltibus reipub. lib. 11. l. si qua nec res litigiosa potest dedicari. ff. de liti. l, vlt. qui autẽ rem litigiosam alienat: & alienatio nulla est & præterea punitur venditor & emptor si sciuit rẽ litigiosum: vt extra vt lite pendẽ. ecclesia. C. eod. l. vlt. ‖ In casibus tamẽ licite alienatur res litigiosa, scilicet ex causa dotis, vel transactionis, vel donationis propter nuptias, vel ex causa legati, vel diuisionis rerum hereditariarum: vt C. de litig. l. vlt. Item licite alienatur res litigiosa, quæ seruari non potest. ff. famil. erciscun. alienationes. & ff. de peti. hered. diuus.

‖ Litigiosa res certis in casibus alienari potest,

QVia [a] res in litigio [b] posita in nullam transferri potest omnino personam, donec legitimæ cognitionis euentu, cui potius debeatur, iudiciaria disceptatione possit agnosci; ex eadem re quispiam non sinatur exigere [c] pensiones: sed in eodem statu, re eadem posita, in quo videtur (sicut dictum est) ante constituta †, quisquis sibi putat quidpiam posse competere, iuridico pulset examine, præiudiciis omnibus inde submotis.

QVÆSTIO II.

VÒd vero [d] culpa illa suspensione digna sit, ex capitulo illo Mileuitani concilij liquido constat. Si enim communione priuandus est, qui clericum ad ciuilem iudicẽ crediderit pertrahendum; multo magis suspensione dignus est, qui sui episcopi iudicium interpellantem ad iudicium sæculare pertrahere non dubitauit.

QVÆSTIO III.

I ps *Sed ponatur [e], quod hæc culpa suspensione digna non fuerit; quæritur, vtrũ sit deponendus, qui officium cõtra prohibitionem episcopi celebrare ausus est. Sed quod sententia episcopi, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda sit, Gregorius homilia 26. in Euangelia testatur dicens.*

¶ Timenda est sententia pastoris. C. I.

SEntentia pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est [f].

¶ *Ipsa prorsus B. Gregorij verba leguntur infra eadem cap. Non soluꝫ vers. vtrum iuste.*

Item ex concilio Antiocheno [2], c. 6.

¶ A suo episcopo excommunicatus, non est ab alio recipiendus. C. II.

SI quis à proprio episcopo excommunicatus est; non eum prius ab aliis debere suscipi, nisi aut à suo fuerit receptus episcopo, aut concilio [h] facto episcopis [a] occurrat, & respondeat, & si synodo satisfecerit, quòd [i] statuerit: sub alia sententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes, qui in clero sunt, conuenit obseruari.

[a] ¶ Episcopis.] *Apud auctores indicatos prior tantum pars huius canonis refertur, & ex versione Dionisij: quæ etiam in toto hoc loco longe melior est.* aut certe (*inquit*) ad synodum, quæ congregatur, occurrens pro se satisfaciat, & persuadens concilio, sententiam suscipiat alteram. *Græce enim est,* πάσας τε τῶν σύνοδον, καὶ ἀδέξασθαι ἑτέραν ἀπόφασιν.

Item Nicolaus Papa ad Lotharium Regem in epistola, cuius initium [*Audito.*]

¶ Excommunicationis meretur sententiam, qui excommunicatis communicat. C. III.

PRæcipue Gualdradæ pellicis tuæ & iamdudum à te repudiatæ communionem declina: excommunicata est enim, & vsque ad præsentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequestrata. Quamobrem ca-

uendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac prouinius mulierculę passione victus, & obligatus ad perenne tra haris exitium. [1] Deterius quippe in populis prælati delinquunt: ac per hoc ipli crudelius, quàm ceteri puniũtur [2], vt ait beatus Gregorius [Scire etenim prælati debent, quia si peruersa vmquam per petrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde ne cesse est, vt tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quæ faciunt, non soli moriantur.] *& infra.* ¶ Ceterum præcaue, ne quando nobis secundum Domini præceptum duos [b], aut tres testes adhibeamus, immo vero, ne hoc sanctę ecclesiæ dicamus, & (quod non optamus) de cetero fias cunctis sicut ethnicus, & publicanus.

Sumptum est caput hoc ex epistola Nicolai, quæ incipit, Audito reuertente nuncio vestro, *& extat Romæ in monasterio Dominicanorum. est autem quasi in epitomen redactum, multis verbis omissis. Huius epistolæ bonam partem refert Regino libro secundo chronicorum.*

Item ex concilio Sardicensi, c. 17. [3]

¶ De eodem. C. IIII.

[1] SI episcopus quis forte iracundus [c] (quod esse non debet) citò & aspere [e] commouetur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare cum de ecclesia voluerit; prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habet potestatem [f] is, qui abiectus est, vt episcopos finitimos interpellet [g], & causa eius audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum abiecit, patienter accipiat; vt negotium discutiatur: vt vel probetur sententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen, priusquam omnia diligenter, & fideliter examinentur; eum qui fuerit à communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, vt communioni societ.

[a] ¶ *Pœnituerit.* infra 25. q. 1. nulli fas.

[b] ¶ *Duos.*] Ergo in causa denuntiationis idem potest esse iudex, accusator & testis. extra de sim. licet. Item est hic arg. & Euangelica admonitio non solum habet locum in occultis, sed etiam in manifestis. 2. q. 1. si peccauerit [a].

Si episcopus quis forte.] CASVS. Quidam episcopus iracũdus iniuste suũ clericũ excõmunicauit. quæsitum fuit in concilio Sardicẽ. quid super hoc fit faciendum? & respondet quòd excõmunicatus vicinos episcopos debet interpellare, vt cognoscatur vtrum iuste vel iniuste sit excõmunicatus: & episcopus qui excommunicauit, patienter ferat, vt eius sententia probetur vel reprobetur; sed antequã causa diligenter examinetur, nullus excõmunicato communicet. Hoc autem hodie per nouas cõstitutiones corrigitur: quia excommunicatus statim absoluitur per metropolitanum, & non recurritur ad synodum sed ad metropolitanum.

c ¶ *Iracundus.*] idest, vt ex animo sit iniusta.

d ¶ *Cito.*] idest, non seruato ordine iuris.

e ¶ *Et aspere.*] quia nõ adsit causa.

f ¶ *Potestatem.*] auctoritate huius canonis.

g ¶ *Interpellet.*] Secundum hæc iura quilibet excommunicatus audiebatur, qui volebat se probare iniuste excommunicatum: hodie secus, nisi sit post appellationem excommunicatus. vel nisi dicat errorẽ expressum in sententia, vt extra eo. tit. per tuas. ‖ Si quis ergo conqueritur metropolitano de iniusta excõmunicatione: aut appellauit ad eum, aut non. Si appellauit, primo præstabit cautionem absoluendus quòd stabit iuri: deinde in optione habet, an velit eum absoluere, vel remittere absoluendum ei à quo appellauit, vt extra de senten. excõ. per tuas. Si non appellauit ad eum: secundum priora iura debet remittere absoluendum: & si ille noluerit absoluere, tũc metropolitanus poterit eum absoluere, vt extra de of. ord. ad reprimendam, si tamen viderit sententiam excommunicationis euidẽter iniustam, poterit pronuntiare iniustam iniustam, licet non sit appellatum ad eũ, vt extra de app. solicitudinem. Item econuerso, si est appellatum ad eũ, & viderit iustam esse causam excommunicationis: tenetur eum remittere absoluendum, vt extra de sent. excom. per tuas. in fi. hodie autẽ licet non ap. elletur ad superiorem: si tamen est periculum in mora, potest esse statim absoluere, vt extra ead. sacro.

‖ Excommunicationis meretur sententiam iniusta rogitem. Arist gran. qu. 3.

‖ Excommunicationem conquirens metropolitanus absit, finitimum adeundi. ac rogandi. vt extra ead. sacro.

Si quis presbyter.] CASVS. Quidam episcopus suspẽdit quẽdam suum presbyterum ab officio & sacramentis: quæsitum fuit qualiter super hoc fit procedendum? Et respondet quòd suspensus apud vicinos episcopos conqueri debet, vt per eos suo episcopo reconcilietur. si vero inflãmatus schisma faciens diuina contra suspensionem præsumpserit celebrare, anathematizetur, & postea deponatur.

h ¶ *Correptus.*] idest, suspensus vel excommunicatus minori excõmunicatione, vt patet per id quod sequitur, anathematizetur.

Si quis

κλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστιν μὴ ἀξρόον τὸν τοιοῦτον καλακρίνειαν, & τῆ κοινωνίας ἀποστερῆσθαι. πάντες εἰρήκασιν, ὁ σκεβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τὸν μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καλαφυγεῖν. Εἰ ὁ τὸν μητροπόλεως ἀπέρχοιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον καλαρέχθω, καὶ ἀξιούτω, ἵνα μὴ ἀκριβείας αὐτῶ ἐξετάζῃ τὸ πρᾶγμα. ἃ χρὴ δὲ μὴ ὑπέχθω τοῖς ἀκοαῖς τοῖς ἀξίοσιν. κἀκεῖνος ὁ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως σκεβαλὼν τὸν τοιοῦτον, φιλανθρώπως φέρθω ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τῶ πράγματος γένῃ), & ἢ κυρωθῇ αὐτῶ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν ὃ ἐπιμελῶς ἢ μὴ πίστεως ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆ διαλύσεως τῶ πράγματος ἑαυτῶ σὺν ὀφείλει σκδικεῖν τὴν κοινωνίαν:

Osius episcopus dixit. Quod autem me vndequaque commouet, tacere non debeo. Si quis episcopus existat ad iracundiã procliuis (quod quidem à tali viro longe abesse debet) & cito aduersus presbyterum, vel diaconum commotus, ex ecclesia quemlibet eiicere voluerit; rouidendum est, ne is repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes dixerunt. Qui eiicitur, facultatem habeat confugiendi ad episcopum metropolis eiusdem prouinciæ: sinautem metropolitanus absit, finitimum adeundi, ac rogandi, vt ipsius causa diligenter cognoscatur. Minime enim decet aures non præbere rogantibus. Et ille vero episcopus, qui iure, vel iniuria istum eiecit, generose ferre debet causam cognosci. ipsiusque sententiam vel confirmari, vel corrigi. Verum, priusquam diligenter, ac fideliter singula quæque examinata fuerint, qui communionem non habet, ante causæ cognitionem non debet suo sibi iure communionem vendicare.

Item ex concilio Carthaginensi secundo, c. 8.

¶ De eodem. C. V.

ij [5] SI quis presbyter ab episcopo [α] suo correptus [h] fuerit; debet vtique apud vicinos episcopos cõqueri, vt ab ipsis eius causa posit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus secernendum se ab episcopi sui cõmunione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Deo obtulerit; anathema habeatur, & locum amittat. At [β] si quærimoniam [γ] iustam habuerit aduersus episcopum, inquirendum est †.

5 Bunc. l. 2. ca. 194. Iuo p. 6. c. 239. Anſ l. 12. c. 38. Pol. l. 7. tit. 1.

† al. erit

[α] ¶ Episcopo.] *In secundo Carthaginensi, c. 8. cum Alipius proponit, ita legitur,* Si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cum ab vniuersis episcopis canon fertur, loco episcopi affertur nomen præpositi, & ita in Carthaginensi codicis canonum. c. 11. legitur,* à præposito suo correptus, *Græce est.* ὑπὸ τῆ ἁγιωτάτη ἀυτῆ καθολικῆς ἐκκλησίας, *idest,* in tã sua vitæ agendæ ratione condemnatus fuerit. *Burchardo autem & Iuoni conuenit cum Gratiano.*

† al. in sua conuersatione condemnatus

[β] ¶ At si. *In codice canonum, & Carthaginensi græco, & apud collectores nihil hic est interiectum. Verum in exemplaribus concilij impressis & manuscriptis ante istam clausulam hæc inseruntur,* Nihilominus, & de ciuitate, & de congregatione, in qua fuerit, longius repellatur: ne vel ignorantes, vel simpliciter viuentes serpentina fraude decipiat: quoniam secundum Apostolum ecclesia vna est, vna fides, vnũ baptisma. Et si querimoniam, &c.

[γ] ¶ At si querimoniam.] *Locus hic ita habet apud Burchardum, & Iuonem,* Si querimoniam iustam aduersus episcopum non habuerit, inquirendum erit. *Græce est.* σκεπτέον, μάλιστα ἐὰν τὸ ἐπισκόπε μέμψιν ἔχοι δικαίαν. *idest,* hoc considerato, numquid aduersus episcopum iustam habeat expostulationem.

Eph. 4.

Si quis episcopus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd si episcopus presbyter. vel diaconus fuerint excommunicati, non audeant in excommunicatione manentes diuina officia celebrare: quod si præsumpserint, spem restitutionis non habeant: communicantes vero cum eis scienter, debent ab ecclesia separari. Idem est casus sequentis cap. sed in eo additur, quòd si talis incorrigibilis manserit ecclesiam concitãdo, excelli debet per secularem potestatem tamquã seditionarius ab omni plebe: & intellige, *maxime*, ideſt tantum.

a ¶ *In alia.*] ‖ Ergo episcopi non possunt dispensare cum talibus qui post excommunicationem celebrant, cum nec concilium hoc possit Argu. contra 2. quæst. 5. quæ de causa. posset tamen dici, quòd episcopus, cum talibus posset dispensare: & expone quòd spem, & c. ideſt ipsi sic delinquentes non debeant habere spem restitutionis: quia sibi inclusserunt. sic 7. quæst. 1. si quis presbyter. ℣. 82. distin. plurimos. in fi. constat tamen quod ipse potest in casibus talibus dispensare.

b ¶ *Maxime.*] ideſt tãtum. sic 12. dist. illud. 18. dist. peruenit. 16. q. 3. per singulas.

c *Si quis.*] Videtur q̃ isti clerici qui communicant excommunicato in diuinis officiis, pari excommunicatione ligentur, vt extra de sententia excommunicationis significauit.

d ¶ *Per forinsecam.*] i. manu laicali. simile ℣. 17. dist. nec licuit.

Episcopi si sacerdotali.] CASVS. Quidam episcopi quosdam innocentes vel pro minimis causis culpabiles excommunicauerunt: & ad baptismum festinantes recipere neglexerunt; quæsitum fuit quam pœnam propter hoc patiãtur? Et respondetur quòd si à vicinis episcopis cõmoniti parere noluerint, ab aliorum episcoporum communione vsque ad tempus synodi separentur: & non maiori tempore in excommunicatione diu manentes, morte præueniantur. Sequens cap. patet.

e *Minimis.*] Ergo pro ¶ minoribus causis non est quis excommunicandus: quod verum est, vt infra. ead. nullus. ‖ Sed contra: nonne pro sola contumacia est quis excommunicandus, vt C. de sta, & ima. l. vlt. nec aliquis debet illud appetere per qđ̃ honor aliorum minuatur, vt 99. dist. nullus. nec tibi debes consulere cum alterius iniuria. 22. q. 2. primum. nec aliquid facias in domo tua, quod vicino noceat, vt ff. de reg. iur. do mum. si tamen facias aliquid eo proposito, vt tibi prosit, licet alij noceat: non peccas. ar. ff. de aqua pluuia arcen. l. 1. §. *Denique* ff. de damno infecto, fluminum. §. vlt. & l. seq.

c ¶ *Ad deformationẽ.*] C. de sta, & ima. l. vlt.

d ¶ *Iterum arguas.*] ideſt, multoties.

Abſit.] CASVS. Quidam subditi propter suspicionem delictorum suis episcopis non obediebant. vnde q̃stium fuit ab Anterio Papa, quam pœnam pati deberent. Et respõsum est, quod in veteri lege tales lapidabãtur vel decapitabãtur. sed in nouo testamento debent anathematizari.

e ¶ *Sinistrum.*] Hoc est verum in his quę possunt trahi ad bonum & ad malum: vbi semper in meliorem partem est interpretandum, vt 41. dist. cap. 1. & extra de regu. iur. estote. ‖ Si ergo clericus amplectitur mulierem, inter retabitur quòd causa benedicendi eam hoc faciat, vt 96. distinctio. in scripturis. tamen quandoque canon solam confabulationem interpretatur in deteriorem partem, vt 27. quæstio. 1. nec

f ¶ *Aut gladio.*] ‖ Hic habes q̃ olim inobedientia capite puniebatur: ergo & hodie repelleret à promotione. 54. distinct. multos. non tamen quælibet inobedientia capite puniebatur, sed sola illa quæ schisma inducebat, vt 7. q. 1. denique. in fi. & de hoc notaui 4. q. 1. in princ.

d ¶ *Aer.*] Aer cõmunis dicit quo ad vsum, vt inst. de rerum diui. 3. 1. sed quo ad ius ædificãdi cuius est solum, eius est aer vsq; ad cœlũ, vt ff. quòd vi aut clã. l. vlt. in fine. potest enim ædificare homo quàm alte velit: tamẽ non excedat vsitatum modũ altitudinis, vt C. de ædi. priua. l. 1. e ¶ *Cor vnum & anima vna.*] scilicet vt sint vniti vinculo charitatis.

f ¶ *Possidebat.*] Ergo aliquis potest possidere rem, cuius nõ potest habere proprietatẽ. Arg. cõtra, extra de præscrip. causam. Sed dic possidebat, id est, detinebat sicut seruus dicitur possidere. ff. de acquirend. pos. quod seruus.

g ¶ *Et Sapphira.*] infra 23, quæst. 8. legi. & c. Petrus,

h ¶ *Propter peccatum.*] || propter peccatũ moritur quis citius, 23. q. 4. ea vindicta.

i ¶ *Recordatione.*] alias retractatione.

k ¶ *Præcipimus.*] id est, monemus. simile 28. q. 1. sic enim. videt tamẽ q̃ hoc fuit præceptũ b, quia primitiua ecclesia hoc potuit præcipere: sicut continentiam. sed si hoc hodie præciperetur, deformaret statum ecclesiæ vniuersalis: q̃d non debet esse. 1. q. vlt. & si illa. Vel dic quòd præceptum erat eis qui tunc renuntiauerãt pro priis, non aliis. 17. q. 1. cap. 1.

NEcessaria.] CASVS. Hic repre-

cum dilectissimo fratre Iacobo coepiscopo habitãtibus, Clemens episcopus. Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maxime his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. ¶ Communis enim [1] vsus omnium [2], quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatem [b] alius hoc suum esse dixit, & alius illud; & sic inter mortales facta diuisio est. ¶ Deniq; Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse, ait, communia debere esse amicorum omnia. [In omnibus [a] autem sunt sine dubio, & coniuges [c].] Et sicut nõ potest, inquit, diuidi aer [d], neq; splendor solis: ita nec reliqua, quæ cõmuniter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, diui di debere: sed habenda esse cõmunia. Vnde & dominus per prophetã loquitur dicens [Ecce quàm bonũ, & quàm iucundum, & c.] ¶ Istius enim consuetudinis more retento etiam Apostoli, eorumq; discipuli, vt prædictum est, vnã nobiscum & vobiscum cõmunem vitam duxere. Vnde, vt bene nostis, erat multitudinis eorum cor vnum, & anima vna [e]: nec quisquam eorum, aut nostrum de his, quæ possidebat [f], aliquid suum esse dicebat: sed omnia illis & nobis erant communia: nec quisquam egens erat inter nos. ¶ Omnes autem, qui domos, vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorũ, & reliquas res, quas habebant, afferebant ponentes ante pedes Apostolorum (sicut nobiscũ quidam vestrum cognouerunt, & viderunt:) & diuidebãtur singulis, prout cuiq; opus erat. ¶ Ananias autem vir austerus, & Sapphira [g] vxor eius, qui mentiti sunt Apostolis de pretio agrorum suorũ, quos vendiderant, nobis præsentibus, in conspectu omnium circumadstantium à conspectu Apostolorũ propter peccatum [h] eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui elati sunt ambo. Cetera, quæ de talibus cognouimus, & vidimus, nec recordatione [i], nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apostolorũ obedire præcipimus [k]; quia hi, qui mandata eorum postponunt non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum vobis cauenda, sed & omnibus prædicanda sunt. *& infra.* ¶ Vnde consilium dantes, vel tram prudentiam hortamur, vt ab Apostolicis regulis non recedatis: sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quæ Domino

1 Anfl. 7. c. 5. & 1. 4. c. 2.

vouistis, adimplere satagatis.

a ¶ In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges.] *Verba hæc absunt ab originali in recentioribus conciliorum editionibus impressõ, & duobus ipsius manuscriptis codicibus vno Vaticano, altero bibliothecæ sancti Marci Florẽtiæ, & ab Anselmo. Hanc vero sententiam à Platone acceptam hæretici quidam volebant in Christianam religionem inuehere. Ita enim scribit Epiphanius hæresi 32.* Primum quidem, quòd ipse Epiphanes cum patre suo; & sectæ antitite Carpocrate, ac sodalibus eius, communes esse hominum vxores sanciuit, ex Platonis de repub. libris occasione nactus, & propriam concupiscentiam perficiens. *Verum apud veteres etiam Christianos hanc vxorum communionem vehementer damnari solitam Tertullianus in Apologetico euidẽter testatur his verbis.* Omnia indiscreta sunt apud nos præter vxores. In illo loco consortium soluimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent: qui non amicorum solummodo matrimonia vsurpant, sed & sua amicis patientissime subministrant, ex illa credo maiorum & sapientissimorum disciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores suas amicis communicauerunt, &c.

Itẽ Eugenius Papa II. & Leo quartus, c. 7.

¶ Iuxta ecclesiã clericorum claustra constituantur. C. III.

1 NEcessaria [l] etenim res exigit, vt iuxta ecclesiã claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus vnum sit refectorium, ac dormitorium, seu cæteræ officinæ [m] ad vsus clericorum necessariæ. Ministri vero post episcopum super eos eligantur; quorum vita, atq; doctrina illos potius exornet, quàm dehoneste.

¶ *Est caput septimum concilij Romæ ab Eugenio II. primum habiti, & postea à Leone IIII. innouati. Antea citabatur Leo nonus.*

Nec in atrio ecclesiæ alia ædificia, ni si clericorum ponantur.

Vnde Nicolaus Papa. 2

¶ Quæ in atrio ecclesiæ, nisi clericorum ædificia ponantur. C. IIII.

3 NVlla ædificia in atrio [o] ecclesiæ ponantur, nisi tantũ clericorum.

¶ *Fere eadem leguntur in concilio Salegunstadiensi, c. 12. quod habetur in fine collectionis Burchardi, & refertur ab Ivone par. 15.*

Item Hieronymus ad Nepotianum.

¶ Clericus nihil sæculare possideat. C. V.

CLericus, qui Christi seruit ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum: & nominis definitione prolata nitatur [p] esse quod dicitur. Si enim κλῆρος græce, sors latine appellatur; propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus sors, id est pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet; talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino,

l ¶ *Necessaria.*] id est, vtilis & honesta.

m ¶ *Claustra.*] Idem dicitur de conse. dist. 5. in omnibus. 3. dist. 32. præter.

n ¶ *Officinæ.*] 3. dist. 32. si qui vero, cont. 2, 3. 1. q. 2. sacerdos. contra, 3. ea. quia tua. sed ibi loquitur de ecclesiis collegiatis: hic non. vel contra fuetudo diuersarum ecclesiarũ soluit cõtrariũ.

ADDITIO. Quia prouideretur eis vt pauperibus, nõ vt clericis, secundum H. hic autẽ loquitur quando viuunt in communi, & de communi, secundum Laurẽ.

o NVlla.] ¶ *Intrio.*] id est, in cœmeterio, quod habebit xl. passus in circuitu ecclesiæ maioris capellæ, vel minoris ecclesiæ xxx. vt 3. 17. q. 4. sicut antiquitus. sic palatium Imperatori non est priuatorũ parietib⁹ coarctandum. C. de ope. publi. quicumque.

|| Atrium est cœmeterium.

Clericus.] CASVS. Nepotianus rogauit Hier. vt dictaret sibi libellum de clericorum vita. quod Hier. fecit. hoc ergo cap. quod est pars illius libri, tria ostẽdit, 3. quòd clericus debet nomen suum interpretari: & iuxta interpretationem viuere. Secundo ostendit, q̃ clericus non debet habere diuitias: quia cũ is qui talia possidet dominus esse dedignatur, necvult fieri pars eorum. Tertio ostendit, quòd clericus de decimis & oblationibus viuere debet, & relinquere hereditatem parentibus. Hoc vltimũ est de cõsilio, quod datur perfectis. Vel secundum vetus testamẽtum quando leuitæ de decimis & oblationibus cõtenti erant, sicut dixit H. cum hodie etiam monachi ab hereditate paterna vel materna non excludãtur, vt 18. q. 1. statutũ. & 19. q. 3. præsens.

p ¶ *Nitatur.*] Argu. à nominis interpretatione 16. q. 1. si cupis. nomina enim debent esse cõsona rebus. insti. de donat. 3. est & aliud.

2 In conc. Salegunst. c. 12.

3 Iuo p. 15. c. 178.

2 ¶ *si*

‖ Diuitias habere peccatū non est.

a ¶ *Si aurum,*] ‖ non tamen est peccatum habere diuitias, si adsint bona opera, vt 35. dist. hæc autem scripsimus. sed tunc est peccatum, si propter eas iustitia deseritur. ℣. ea habebat. vel cum homo in eis spem suam ponit, vt 8. q. 1. sunt in ecclesia.

‖ Funiculus quid sit.

b ¶ *Et funiculus.*] ‖ Funiculus hic dicitur mensura quædã, qua diuidebatur hereditas post funus defuncti, secundum illud: Funes cecidерunt mihi in præclaris. & dicitur à funere.

Psal. 15.

c ¶ *Nec accipio,*] Monachus tamen succedit in hereditatem, vt 19. q. 3. non liceat. & ecclesia nomine eius recipit, vt 18. quæst. t. cap. 1. Vnde Ouidius.

Alterius vires subtrahit alter amor,

Psal. 15.

d ¶ *Inter ceteras.*] sed singulariter: & est arg. quòd clerici non debẽt partiri hereditatem cũ fratribus.

1. *Tim.* 6.

C *Vi,*] CASVS. Quidam rogauit Ambro. vt scriberet sibi qualiter posset sæculum fugere, & Deo seruire: cui Ambro. rescribit dicens, quòd sæculum duobus modis fugitur, scilicet renuntiando rebus propriis & sæcularibus curis: & abdicando se à domesticis personis & consanguineis, vt suis se abneget, qui Deo seruire eligit.

e ¶ *Necessitatis.*] id est, solicitudinis.

f ¶ *Officia,*] scilicet sæcularia.

g ¶ *Decerpitur.*] id est subtrahitur. sic. 99. dist. ecce.

† *gestis.*] *ori.*

h ¶ *Abdicatio,*] quo ad carnalem affectum, vel copulam.

D *Vo sunt.*] CASVS. Quidam legitima rogauit Hieron. vt assignaret sibi differentiã inter clericos & laicos: & quod esset officiũ vniuscuiusque. Hiero. ergo rescribit ei assignando duo genera hominum, scilicet clericos & laicos. clericorum est officium diuina cõtemplari, orationibus & diuinis officiis insistendo: & ab omni strepitu temporaliũ cessare conuenit: vt sunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi i κλῆρος enim græce, latine sors. Inde huiusmodi homines vocantur clerici, id est sorte electi. Omnes enim Deus in suos elegit. Hi namq; sunt reges, id est se, & alios in virtutibus regentes; & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ ecclesiæ in signum regni, quod in Christo expectatur. Rasio vero capitis, est temporalium omnium depositio k .. 1 Illi enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem l habentes, debent habere omnia communia. Aliud vero genus est Christianorum, vt sunt laici, λαὸς enim græce, est populus latine. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum m .. Nihil enim miserius est, quàm propter nummum Deum contemnere. His concessum est vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes n super altari apponere, decimas reddere: & ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, responsionum, c. 1. & 2. 2

¶ Clerici nihil proprium possideant. C. VIII.

3 Q *Via tua fraternitas monasterij regulis erudita seorsum* o *non debet fieri* † *à clericis suis in ecclesia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta est; hanc debet instituere conuersationem, quæ in initio nascentis ecclesiæ fuit patribus nostris: in quibus nullus eorum ex iis, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia.* ¶ 4 *Si qui vero* p *sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se non possunt cõtinere; sortiri vxores* q *debent, & stipendia sua exterius accipere: quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, [quòd diuidebatur singulis, prout cuiq; opus erat.] De eorum ergo stipendio cogitandum, atque prouidendum est: & sub ecclesiastica* r *regula sunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent. Communiter† autem viuentibus iam de faciendis portionibus* s, *vel exhibenda hospitalitate, & adimplẽda misericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod superest, in causis piis, ac religiosis dum est, quòd clericus sit dominus fructuum collectorum. sed licet proprietas fructuum sua sit: tamen non potest eam in morte eius alicui largiri ratione testamenti, sed intuitu eleemosynæ sic, vt extra de testa. ad hæc, sicut hæres licet sit dominus rerum quas tenetur per fideicõmissum restituere alij: tamen nihil potest inde alienare. ff. ad Trebel. deducta. §. vlt. & l. quidam. §. si quis.*

m ¶ *Ad vsum.*] ‖ Prohibetur etiam laicis ne seruent pecuniã, vt 47. dist. sicut hi. hoc ideo ne quis in auaritiam incidat: aliàs bene licet: quia non debet quis omnia bona sua statim effũdere, vt 86. dist. non satis. & dic non nisi ad vsum, id est, non ad abusum. bene enim possunt habere proprium.

n ¶ *Oblationes.*] immo præcipitur eis oblationes dare, vt 16. q. 1. sta tuimus. ℣. de conf. dist. 1. omnis Christianus. 10. q. 1. quia sacerdotes.

Via tua.] CASVS. Tres quæstiones fecit Aug. Gregorio: quibus quæstionibus Greg. tres dat responsiones. Prima fuit, an clerici Anglorũ debeant propriis renuntiare, & cõmuniter viuere. & respõdet q fic, vt habetur in principio c. Secunda fuit, an clerici cõiugati, & in minoribus ordinibus constituti debeant habere stipendia ecclesiastica. Et respondetur q fic, sicut estis patribus scriptum q diuidebant, &c. qui sub regula ecclesiastica sunt tenẽdi. Tertia fuit si quid superest cõmuniter viuentibus de annuo reditu, quid debeat inde fieri. Et respondet q debet pauperibus erogari: & hoc probat auctoritate Christi dicentis, Quod superest, &c. Secunda pars ibi, *Si q vero sunt.* Tertia ibi, *Communiter autem viuentibus.*

o ¶ *Scorsum.*] ‖ Ergo monachus episcopus status non potest habere proprium. sed si hereditas aliqua deuoluitur ad eum, erit ecclesiæ, vt 18. q. 1. c. 1. in fi.

p ¶ *Si qui vero.*] ℣. distin. 32. si q. vero. & cap. placuit. hoc hodie non tenet a, extra de cle. coniuga. Ioannes. & cap. 1.

q ¶ *Vxores.*] si sint clerici, num quid ergo dormiunt cum aliis, vt ℣. ea. necessaria. nonquia esset inhonestum in vxore rato. Item, cantabunt ne cum clericis? quod videtur: quia non aliter perciperent stipendia. & quod hic dicitur, speciale est in Anglicis: nec enim simul habebit quis ecclesiasticum beneficium & vxorem. extra de cleric. coniuga. diuersis. & cap. Ioannes.

r ¶ *Sub ecclesiastica regula.*] Hic patet, quòd si aliquis in minoribus ordinibus constitutus ducat vxorem, non tamẽ potest more laicorum viuere: nec potest conueniri coram sæculari iudice: nec verberari sine sacrilegio, vt 20. q. 3. eos. & 81. dist. dictum. Io. quod falsum est, vt extra de cle. coniug. Ioannes. B.

s ¶ *Portionibus.*] id est, dandis decimis. ‖ monachi enim communiter viuentes non dant decimas, vt ℣. 16. q. 1. decimas. extra de decimis. fraternitatem.

2 ¶ *Quod*

‖ Conuersum verberans incidit in canonem.

‖ Diuitias solus pauper potest tenere. ℣. 12.

2 ¶ *Quod superest.*] ‖ Videtur ergo quòd si aliquis ita pauper est: quòd ei non sufficiant sua, videtur quòd non teneatur dare decimas: quia nullo præcepto sibi aliquis tenetur subtrahere necessaria, vt 86. dist. non satis. infi. quod non est verum.

Cimus.] CASVS. Quidam clerici catholici vouerant se nihil proprium velle habere: quod votum male seruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes ad communem vitam habendam, exemplo Apostolorum, quibus erant omnia communia: & vt votum quod fecerũt Domino, fideliter custodiãt, ne damnationẽ, sed præmium sibi acquirant: quoniam melius est non vouere, quàm votum prout melius potest non adimplere: grauius enim puniuntur qui votum vel fidem non seruauerunt, quàm illi qui numquam votum fecerunt, & semper sine fide fuerunt.

‖ Pollicitatio sola quando sit obligat.

b ¶ *Pollicitationem.*] ‖ Nota q ex nuda pollicitatione, quam quis facit Deo, potest conueniri. 22. q. 5. c. iuramenti. sic ex nuda pollicitatione facta reipublicæ, vt ff. de pollicit. l. 1.

c ¶ *Aut fidem.*] Hic videtur Vrbanus soluere quæstionem Aug. 6. q. 1. quæro. in fin. Dicunt tamen quidam magis puniendum esse illum, qui semp fuit infidelis: quàm illum qui quãdoque fuit bonus. nam istius opera quandoque viua fuerunt. tamen hæc littera contradicit eis a.

N *Olo.*] CASVS. Ad euidentiam huius cap. nota quòd Augu. fecit tres constitutiones. Primo constituit nullum ordinare clericum, nisi propriis renuntiet: sed quidam vt clerici fierent, propriis renuntiabant; quod postea male seruabant. quare Augu. videns hoc esse multis occasionem peccandi, primam constitutionem retractauit, vt ℣. cap. certe. volens potius habere claudos quàm mortuos. Tertio iuxta volũtatem suorum clericorum primam constitutionem confirmauit: sicut continetur in hoc cap. in quo statuit, vt nullus clericus habeat proprium. Quod multipliciter ostendit, rationes plures assignando. & si habuit, non potest facere testamentum: immo deponetur. facit etiam mentionem de prima constitutione, & eius retractatione. ℣. c. certe. Sequens ¶. *Qui non vult.* patet.

erogandum est? Domino & magistro omnibus dicente. [Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.]

Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epistola vnica, cap. 1.

¶ Clericis omnia communia esse debent. C. IX.

1 S *Cimus vos nõ ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes* † *Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos, qui in sortem Domini sunt electi, id est clericos: sicut in actibus legitur Apostolorum [Multitudinis autem credentiũ erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat: sed erant illis omnia communia.] & infra.* ¶ 2 *Quicumque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere; videat, ne pollicitationem* b *suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat: quoniam satius est non vouere; quàm votum, prout melius potest, non perficere. Grauius enim puniũtur, qui votum fecerũt, aut fidem* c *perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierũt; quàm illi, qui vitam sine voto finierunt; aut sine fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera.*

Item Augustinus in sermone de communi vita clericorum 3.

¶ De ordeu. C. X.

4 N *Olo* d *vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem. Prouidemus enim bona, vt ait Apostolus, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos, conscientia nostra sufficit nobis: propter vos fama nostra non polluit, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atque distinguite. Duæ res sunt cõscientia, & fama. Conscientia necessaria* e *est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens cõscientiæ suæ negligit famam suam, crudelis est. &* ¶ *infra.* ¶ Nulli liceat in societate nostra habere aliquid propriũ: sed si forte aliqui ‖ habent, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. *& infra.* ¶ Enthecam nobis habere non licet. Non enim episcopi est seruare aurum f, & à se reuocare mendicantis manum. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellunt: vt plures tristes relinquamus: quia, quod possimus dare omnibus, non habemus. Non habeamus ergo enthecã. *& infra.* ¶ 5 *Qui habere voluerit proprium, & de proprio viuere, & contra ista præcepta facere; parum est vt dicam, non mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixeram* g *enim, & scio me dixisse, quòd si nollent suscipere vitam socialem mecum; non illis tollerem* h *clericatum: sed seorsum manerent, seorsum viuerent: quomodo nossent, Deo viuerent; & tamen ante oculos posui, quantum mali sit à proposito cadere. Malui enim habere cœcos, vel claudos* i, *quàm plangere mortuos* k. *Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo, quicumque voluisset extra manere, & de suo viuere, non tollerem ei clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, socialis hæc vita, quisquis cũ hypocrisi vixerit, quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat testamentum; sed delebo eum de tabula clericorum. Item supra.* ¶ 6 *Qui* α *non vult mecum manere, & in communi viuere, habeat libertatẽ; sed videat, vtrum habere possit felicitatis hereditatem* β.

α ¶ *Initium huius capitis vsque ad vers. Qui habere voluerit. Legitur in sermone 2. de communi vita clericorum, seu 52. ad fratres in eremo: cetera vero partim in sermone 53. ad fratres in eremo, siue sermone 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. siue 2. de quibus sermonibus adnotatum est* ℣. *dist. 86. Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. Cor. cap. 8. sub hoc titulo,* Ex sermone de vita & moribus clericorum.

β ¶ *Qui non vult.*] *In sermone ipso præcedit, cap. certe ego.* ℣. *ead. & paucis interiectis sequitur, qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.*

Idem sermone tertio de communi vita clericorum 7.

¶ Non licet habere proprium iis, qui suis renuntiant, & communiter viuere spondent. C. XI.

N On dicatis l aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. *& infra.* ¶ Qui cumque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occulte ab aliquo litteras, vel quodlibet munus accipiat; si hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque conuincitur; secundum arbitrium presbyteri, vel præpositi grauius emendetur. *& infra.* ¶ Cum γ *huius nostræ cõgregationis fratres non solum facultatibus, sed voluntatibus propriis in ipsa ordinationis susceptione renuntiauerint, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperiis in Christo, & pro Christo subdiderint; certum* δ *est eos nihil habere, possidere* m, *dare, vel accipere debere sine su-*

5 Serm. 53.

al. æternitatem

6 Serm. 52. in eremo.

7 Ex epist. 109. ad monachas.

‖ Religiosus etiam in veste propria est non habet.

vt ff.de acquir.poss.quod seruus. Item qui ab alio possidetur, ipse nihil possidet, vt ff.de adulter.l. fic euenit. Sed dicas quòd ex permissione prælati sui possunt possidere, vt extra de stat.monach.cap.monachi. Et nota quòd monachus ratione contractus nec agere potest, nec conueniri [a]: sicut ille qui cessit bonis, vt ff.de arbit.item si vnus, in princ. Sed hoc notaui 11.q.1.de persona. Item cum monach' dicatur seruus, vt 54.dist. multos. ergo non habet liberum arbitrium, vt 32. q.3. cap. vnico. nec enim velle videtur qui ex necessitate obtemperat. ff. de regu. iur. l.velle. Item agere non potest de iniuria sibi illata: sed tamē eius prælatus potest agere [b], nisi prælatus absit, nec reliquerit procuratorem, ad instar filij familias. ff.de iniu. sed si vnus. §. ait prætor.

[a] Extra de fideiuss. de quibusiam. vbi de hoc.
[1] In prima regula, cap.4.
[b] Quod dic vt not. extra de sent. exc. mm. parochianis.

[a] ¶ *Sine superioris.*] extra de offi. ordi. quanto. habet tamen ius eligendi [c] & ius accusandi suum prælatum siue abbarem: & illud potest facere sine licentia abbatis, quia hoc ire ius conceditur. extra de accus. ex parte.

[c] Vt extra de fetcript. cum dilecta. de cōfuet. cum dilectus. Arch.

Exemplum.] Casvs. Dictum est §. quòd clerici non debent habere propria. Sed quia posset aliquis dicere, ꝙ ecclesia non debet habere propria eadem ratione, quia si haberent clerici non possent ea possidere: ideo Gratianus ab hoc loco vsque ad §. his omnibus. probat quòd ecclesia potest habere propria, & possessiones, & quòd clerici nomine ecclesiæ possidere possunt, etsi nomine suo nihil possideant. Probatur ergo in hoc cap. quòd ecclesia loculos & possessiones habere potest: & hoc probat exemplo Domini, qui loculos habuit, & qui furem admisit, vt ostenderet. ꝙ quando ecclesia persecutionem patitur à furibus, id est. malis, patienter ferat. B.

[‡] Et in conc. Aquisgr. c.15.

[b] ¶ *Exemplum.*] Ab hinc ostendit quòd ecclesia possit habere proprium: & hoc vsque ad §. econtra.

[c] ¶ *Fures.*] id est, occultos peccatores. simile 23. quæstio. 4. tu bonus. extra de tempor. ordin. cap. vlti.

[‡] *quæ sunt profecto communia* } orig.

Expedit.] Casvs. In hoc cap. ostendit Prosper, quòd ecclesia potest habere possessiones. & hoc probat duobus exemplis. scilicet Paulini, qui sua pauperibus erogauit: nihilominus tamen factus episcopus, possessiones ecclesiæ possedit & dispensauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus: qui factus episcopus non solum res ecclesiæ possedit, sed etiam acquisitis innumerosis hereditatibus fidelium possessiones ecclesiæ augmentauit, qui episcopi si sciuissent esse peccatum ecclesiam habere possessiones, numquam eas dispensandas suscepissent.

‖ Ecclesiasticarum rerum dominiū apud quem est.

d ¶ *Communes.*] ‖ quæritur quis sit dominus rerum ecclesiasticarum, numquid pauperes dicuntur esse domini? argu. quòd sic. 16.q.1. quoniam quidquid. Potest dici, quòd ecclesia sit domina, vt 16.quæst.3. inter memoratos. sicut hereditas est domina, vt ff.de acquir. re do. hereditas. Alij dicunt quòd ipse Deus [d], vt 7. ead. quæst.2. qui Christi. & cap. qui abstulit. Vel dic dominium esse apud clericos, sicut dominium rerum vniuersitatis apud ciues. instit. de re.di. §. vniuersitatis. dicuntur etiam pauperes domini, quia inde sustentantur.

[d] Et ecclesia dicitur hoc tenere. Sic quicunque. Salomon. vbi quidam. Sic quicunque. vers. si. Sic. & hoc verum. secundū. Sic. & Vide. 3. Addita. 12. ori. glo. distinc. fusa.

ADDITIO. De hoc etiam not. extra de verb. signific. causa. & per Innocen. & Hostien. extra de causa poss. cum super. & ibi videas. Archid.

[e] ¶ *Cum præpositus.*] & confirmatus. nam ante nō potest administrare, nisi fit valde remotus, vt extra de elect. quòd sicut. & cap. nihil.

[f] ¶ *Si scirent.*] simile 7.q.1. omnis qui arb. bonum pro illis qui suis renuntiauerunt, quòd semper præsumitur illos iuštam causam & litem fouere. & est bonum. simi. extra de nou. oper. nunt. cap. 1.

[g] *Quoniam.*] ¶ *Velina.*] Not. plurium ecclesiarum visitationem vni committi. Et est argum. quòd ratione propinquitatis aliquid statuitur contra ius. sic extra de postul. ad hoc. & sic ratione remotionis. 63. dist. cum longe.

[h] ¶ *Constituta.*] 7.q.1. constitutum. & 3.61. dist. obitum.

[i] ¶ *Melchiades.*] falsus est titulus: quia Melchiades fuit proximus ante Siluestrum, & eius tempore est Constantinus conuersus. 96. distin. in illa Palea, Constantinus.

[i] Polycarp. l. 1. tit. 19. Barch. l. 4. c. 3. & p. Ino p. 3. c. 6. & p. Paton. l. 1. c. 9.

[k] ¶ *Romani.*] Ergo Imperator est dominus totius mundi. 3.7. quæst. 1. in apibus.

[l] ¶ *Primæ.*] Videtur ergo quòd ecclesia beati Petri sit prior ecclesia beati Ioannis Apostoli Lateranen. [e] 10.q.1. sanctorum. sed expone primæ beati Petri, id est, Apostolicæ.

[m] ¶ *Concederet.*] ergo imperium est apud ecclesiam Romanam, vt 96. distin. in illa Palea, Constantinus.

a ¶ *Synodo.*] nam ante eum non fuerunt generales synodi congregatæ, vt 15. distin. cap. 1.

b ¶ *Basilicas.*] de consecrat. distin. 1. nemo.

Vturam.] Casvs. Dicebant quidam, quòd ecclesia nō debeat recipere prædia: & hoc probant exemplo Apostolorum, qui in Iudæa prædia non recipiebant sed pretia prædiorum, vt pauperes substentarētur. quibus Melchiades Papa respondet dicens, ꝙ ideo Apostoli in Iudæa prædia non recipiebant, quia præuidebant ecclesiā ad Gentes trāsituram. quod cum factum esset, principes Romanorum facti sunt Christiani: de quibus Constantinus fuit vnus, qui legem dedit, vt quicumque vellet fieri Christianus. & ecclesiam fabricaret, & prædia ecclesiæ donaret. & ipsemet multa donauit: & ecclesiam beati Petri instituit: & sedem imperialem ei reliquit. & ab illo tempore cœpit ecclesia possessiones habere: & Christiani cœperunt ecclesias ædificare, & seipsos consecrare.

[k] ¶ *Romani.*] Ergo Imperator est dominus totius mundi. 3.7. quæst. 1. in apibus.

[l] ¶ *Primæ.*] Videtur ergo quòd ecclesia beati Petri sit prior ecclesia beati Ioannis Apostoli Lateranen. [e] 10.q.1. sanctorum. sed expone primæ beati Petri, id est, Apostolicæ.

[m] ¶ *Concederet.*] ergo imperium est apud ecclesiam Romanam, vt 96. distin. in illa Palea, Constantinus.

[a] *Synodo.*] Idem vero præsidens in sancta synodo [a], quæ apud Nicæam congregata est, cum querelam quorumdam conspiceret coram se delatam, ait; Vos à nemine diiudicari potestis: quia solius Dei iudicio reseruamini. Dij etenim vocati estis: & idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religiosissimi non solum possessiones, & prædia, quæ possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrarunt, ædificantes basilicas [b] in suis fundis in honorem sanctorum martyrum per ciuitates, ac monasteria innumera: in quibus cœtus Domino seruientium conueniret.

[c] ¶ *Ceteri etiam collectores Melchiadem citant: quod constare non posse recte animaduertit auctor glossæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicænæ synodi: quo tempore (vt ex ipsa synodo, Eusebio, & ceteris historicis apparet) iam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in cripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini: quod in collectione Isidori, Lutetiæ bis impressa, sequitur statim post decreta Melchiadis, quemadmodum 3. dist. 88. ad cap. decreuit. adnotatum est.*

Item Vrbanus Papa, epistola vnica, cap. 1.

¶ Quare prædia fidelium hodie ab ecclesia non alienentur. C. XVI.

Videntes autem summi sacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis posse conferre, si hereditates, & agros, quos vendebant, ecclesiis, quibus præsidebant, episcopi traderent; eo quòd ex sumptibus eorū, tam præsentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent fidelius communem vitam† ducentibus, quàm ex pretio ipsorum: cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus [c] ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum viuere. ¶ Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarum episcoporum (qui locū tenent Apostolorum) [d] erant, & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. ¶ Ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. *& infra. cap. 3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantum ecclesiæ, quibus episcopi præsidēt, Domino adminiculante creuerūt, & tantis maxima pars earum abundat rebus; vt nullus sit in eis communem gerens† vitam, indigens: sed omnia necessaria ab episcopo [e], suisque ministris percipit. ¶ Ideo, si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur; iam dicta damnatione feriatur.

† *al eligens* } *al. degins*

Item Augustinus tractatu 62. in Ioannem. [2]

¶ De eodem. C. XVII.

Habebat Dominus loculos: & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus [f] tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta: vbi intelligeremus, quod præcepit, non cogitandum [g] esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruet à sanctis; sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.

His omnibus auctoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quòd si habuerint, non clerici erunt; non tamen clericatus eis tollendus est.

Vnde Augustinus in serm. 2. de communi vita clericorum [4].

¶ Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium.

C. XVIII.

Certe ego sum, qui statuerā, sicut nostis, nullū ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere: aut si vellet recedere [h] à proposito; recte illi tollerem [i] clericatum: quia desereret sanctæ societatis promissum, cœptumque consortium. Ecce [k] in conspectu Dei, & vestro, muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus, & ecclesia sua; maneant vbi volunt, & vbi possunt: non eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malum [l] enim esse quis nescit? Malum [m] est cadere [n] à proposito: sed peius est simulare propositum. *& post pauca.* ¶ Si non† seruat sanctitatem [o] foris; dimidius cecidit: si vero intus habuerit simulationem; totus cecidit. Nolo vt habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere.

Econtra sunt aliæ auctoritates, qui-

[2] Et Beda ad cap. 13. Ioan. & ibi glos. ord.
[3] Anil. 5. c. 31. Polycarp. l. 3. tit. 24.

[a] Non habet proprietas. nō enim inde cadit qui nō suscipit de unius Hu. Facto pr. prio pōt cuis contrauenire. *Matt. 6.*

[4] al. 52. ad fratres in eremo.

[5] Anil. l. 7. c. 8.

† *Si seruat* } orig.

‖ Hypocrita plus peccat quàm manifeste delinquens.

ECONTRA. Casvs. Amodo vult Gratianus, quòd clerici possint habere propria. quod verum est iis qui nō renuntiauerunt proprijs: in quo casu loquitur vsque ad §. *De rebus.*

[1] In c. 6. Barch. l. 3. c. 3. Ino p. 3. c. 5. Apostolorū bonum tenent vti ecclesiastic. dispensatc.

[1] al. fideles

[1] Ecclesiastic. res sicut pos. in. alienari hodie quàm olim.

[1] Hodie tamen ecclesia est propria.

E *Piſcopi,*] CASVS. Statuitur in hoc cap. quòd ſi epiſcopi habent aliquid de rebus propriis, poſſunt relinquere cui velint. Sed quidquid de rebus eccleſiæ habuerunt, totum eccleſiæ reſeruetur.

a ¶ *Acquiſitis.*] de proprio. Vel dic, acquiſitis non occaſione eccleſiæ, vt extra de teſta. quia nos.

‖ Clerici nihil poſſunt dare in vltima voluntate.

b ¶ *Habent.*] de hoc dicemus ℑ. ea. q. 4. cap. 1.

c ¶ *De prouiſione.*] ‖ clerici de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate poſſunt dare, niſi talis ſit eccleſiæ conſuetudo, vt extra de teſta. ad hæc. & c. relatum. § licet,

d ¶ *De fructibus.*] nõdum perceptis. argu. ff. quemadmo. vſusfruct. amit. ſi vſusfructuarius, in fin. immo etiam de perceptis non poſſunt condere teſtamentum. extra de teſtam. quia nos admonet.

† *al. frugibus*

† *al. omnia ſunt*

MAniſeſta.] CASVS. Dicitur, ꝙ mãifeſtũ debet eſſe iis qui circa epiſcopos morantur, quæ ſunt res eccleſiæ. & quæ ſunt res ꝓpriæ epiſcopoꝝ, ne ſi tranſitus inopinatus emergat, propter confuſionem res epiſcopi pro rebus eccleſiæ, vel econuerſo detrimentum patiantur.

‖ In capitul. Martini Bracharẽſ. ex ca. 4. concil. Antio heni mutatis verbis, ſed ſalua ſententia.

e ¶ *Manifeſta.*] facit ergo inuentarium, vt 28. diſt. de Syracuſanæ.

f ¶ *Iis qui circa.*] id eſt, vicedominis, vt 89. diſt. volumus. & cap. ſequi erit teſtis adminiſtrationis ſuæ. alij erunt teſtes vitæ ſuæ. ℑ. 2. q. 7. cum paſtoris.

2 Anſel. l. 6. cap. 167.

Sint manifeſtæ.] CASVS. Dicitur; quòd res ꝓpriæ epiſcopi, & res eccleſiæ debent eſſe ſeparatæ, vt epiſcopus in obitu ſuo ſine interdictione vel contradictione quibus voluerit, propria relinquere poſsit iuſtum enim eſt, vt nec eccleſia nec propinqui epiſcopi detrimentum patiantur, & in cauſas incidant vel lites. Seq. cap. planum eſt, & indicitur à contrario ſenſu, quaſi nõ ſufficiant ei ſua propria.

g ¶ *Sint manifeſtæ.*] id eſt, diſtinctæ.

h ¶ *Dominicæ.*] id eſt, eccleſiæ.

i ¶ *Probãtur.*] ex hoc cap. & in auth. de eccleſ. tit. §. interdicimus. colla. 9. ff. de dona. inter virum & vxor. Quintus Mutius. C. eo. tit. ‖ etiam videtur quòd ſemper res acquiſitæ præſumuntur eſſe de bonis eccleſiæ, niſi probetur contrarium. Argu. contra. C. arbit. tut. ſi defunctus. ibi enim dicitur, quòd tutor qui nihil ante habebat, poſtea per induſtriam ſuam multa potuit fuiſſe lucratus. vnde pupillus cogitur probare illas ſuas eſſe. Tu dicas, quòd, ſi epiſcopus vel alius prælatus permiſtim vtitur rebus ſuis & eccleſiæ, cum non ſit facta diſtinctio, cogentur heredes epiſcopi probare illas res non eſſe eccleſiæ: ſicut vxor cogitur probare res aliquas non eſſe mariti: quia promiſcue vtitur rebus mariti vt ſuis. Vel aliter diſtinguas. Si certum eſt, quòd epiſcopus ante epiſcopatũ habuit proprium, tunc incumbit eccleſiæ onus probandi res acquiſitas eſſe tantum de rebus eccleſiæ. argu. ℑ. q. 4. c. 1. & 2. Vel dic quòd ſi poſt mortem epiſcopi eccleſia inuenitur in poſſeſsione rerum, tunc heredibus incumbit probatio. Sed ſi heredes ſunt in poſſeſsione, tunc eccleſia probabit, vt ℑ. ead. q. 5. c. 1. in fine.

‖ Clericorum bona an præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ.

† *al. diuerſimode*

Item ex concilio Martini Papæ, cap. 15. [1]

¶ De eodem. C. XX.

MAniſeſta [e] autem debẽt eſſe, quæ ad eccleſiam pertinẽt, his qui circa [f] ipſos ſunt, preſbyteris, & diaconis; vt ſi epiſcopo contigerit inopinatus tranſitus, res eccleſię nullo modo poſſint minui, & perire; neque res propriæ epiſcopi importunitatem patiãtur pro rebus eccleſiæ: vt nec eccleſia incurrat damnum, nec epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccleſiæ proſcribatur.

1 In capitul. Martini Bracharẽſ. ex ca. 4. concil. Antiocheni ſed ſalua ſententia.

Idem ſtatutum eſt in canonibus Apoſtolorum, cap. 40. vbi legitur.

¶ De eodem. C. XXI.

2 SInt manifeſtæ [g] res ꝓpriæ epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ Dominicæ [h]; vt poteſtatem habeat de propriis moriens epiſcopus ſicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: nec ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum ea, quæ epiſcopi eſſe probantur [i], intercidant. Fortaſſis enim aut vxorem habet, aut filios [k], aut propinquos, aut ſeruos [l]. Et iuſtum eſt hoc apud Deum & homines, vt nec eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis; nec epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas [m] incidant, qui ad eum pertinent, morſque [α] eius iniuriis malæ famæ ſubijciatur.

α ¶ Morſque eius.] *Antea legebatur*, mortiſque eius iniuriis infamentur. *Reſtituendum eſt locus ex priſca verſione, cui totum reliquum caput conuenit.* Græce *eſt*, καὶ τὸν αὐτὸν θάνατον διυφημίας † περιβάλλεσθαι. *Id eſt*, & eius mors maledictis vndique appetatur.

Item in eiſdem canonibus, cap. 41.

¶ Ex rebus eccleſiæ epiſcopus, ſi indiget, ſibi, & ſuis neceſſaria ſumat.

C. XXII.

bus conceditur propria habere, non ſolum alijs, ſed etiam epiſcopis.

Vnde in concilio Agathenſi, cap. 48. legitur,

¶ De rebus propriis, vel acquiſitis epiſcopi heredibus ſuis derelinquant.

C. XIX.

EPiſcopi dẽ rẽbus propriis, vel acquiſitis [a], vel quidquid de proprio habent [b], heredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouiſione [c] ſuæ eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus † [d] ſiue de oblationibus; omnia † in iure eccleſię reſeruare cenſuimus.

Item ex concilio Antiocheno, c. 25.

¶ Res eccleſiaſticas epiſcopus diſpenſet.

C. XXIII.

4 EPiſcopus [e] eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpẽſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget (ſi tamen indiget) tam in ſuis, quàm in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis vſibus [f] profuturis: ita vt in nullo qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem [Habentes victum, & tegumentũ, his contenti ſumus.] Quòd ſi cõtentus iſtis minime fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius commoda, vel agrorum fructus [g], non cum presbyterorum conſcientia [g], diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis [s] aut fratribus, filiiſque cõmittat, vt per huiuſmodi perſonas occulte [γ] res lædantur eccleſiæ; ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea, quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent; ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi vero, & blaſphemiis tam ſermo prædicationis, quàm ij, qui diſpenſant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo id quod condecet, approbante.

γ ¶ Occulte res.] *In verſione Dionyſij legitur,* vt per huiuſmodi perſonas occulte ceteri † lædantur fratres eccleſiæ, *& concordat tum alia antiqua verſione, quæ & ipſa eſt in tomis conciliorum*, vt per eorum ſecretam diligentiam eccleſiaſtici lædi videantur. *Græce in codicibus, qui lecti ſunt, habetur ἂς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λεληθὸς τοὺς βλάπτεσθαι τὰς λύπας τῆς ἐκκλησίας. Id eſt*, vt ex his rationes eccleſię latenter lædantur.

Item in canonibus Apoſtolorũ, c. 41.

¶ Res eccleſiæ ſint in epiſcopi poteſtate.

C. XXIIII.

† PRæcipimus, vt in poteſtate ſua epiſcopus eccleſiæ res an epiſcopi debent habere poteſtatem de rebus eccleſiæ. Et reſpondetur quòd ſic ad diſpenſandum eas per presbyteros & diaconos cum timore &

Præcipimus.] CASVS. Quæſtio fuit, quòd ſic ad diſpenſandum eas per presbyteros & diaconos cum timore &

more & ſolicitudine. Et hoc probatur argumento à maiori, quia animæ hominum multo pretioſiores rebus ſunt illis commiſsis.

a ¶ *Pretioſiores.*] ſic ℑ. 16. quæſt. 7. cap. 1.

b ¶ *Multo magis.*] ſimile eſt quod oſtendit ius. ex quo mulier credit ſe viro de corpore, dignum eſt vt credat de dote reſtituenda. ‖ vnde non tenetur vir dare fideiuſſorem de dote reſtituenda, niſi vir laberetur in facultatibus, extra de don. int. vir. & vxor. per veſtras. C. ne fideiuſſ. dona. demonſt. l. 1.

c ¶ *Presbyteros.*] ℑ. 89. diſt. cap. volumus.

CVM ERGO. CASVS Cõcludit Gratia. ex c. epiſcopi. & ex c. manifeſta. & ex cap. ſint manifeſtæ. & ex c. epiſcopus. quòd epiſcopis licet habere propria. ſed ex hoc mouet quamdam queſtionem, cum epiſcopus habeat propria, quare dicitur ℑ. in cap. nolo. ꝙ clericus habẽs propria nõ erit clericus? cui quæſtioni reſpondet Gratia. pro ſuo arbitrio, dicens quoſdam epiſcopos in oriente habere vxores & filios, & quoſdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere vxores & filios, quibus licet habere propria: aliis vero clericis qui ab infantia clerici facti ſunt, non licet habere propria niſi retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineãt. & ad hoc inducit ſequẽs capitulum.

d ¶ *Cum ergo in concilio.*] concludit quòd clerici poſſunt habere propria.

e ¶ *Quomodo ergo.*] modo quærit de contrarietate illorum capitul. ℑ. c. nolo. & ℑ. ea. expedit.

f ¶ *Sed notãdum eſt.*] male ſoluitur [a]. Sed dic vt dixi ℑ. ead. in princip. quæſtionis.

‖ *Vlli autẽ.*] CASVS. Quidam clerici propriis renuntiare nolebãt. quæſitum eſt à Proſpero, an ſine peccato poſſint hoc facere? Et reſpondet quòd ſic, ſi præbendam diſpenſatori relinquant: quia quodammodo ſua relinquunt, quando contenti rebus propriis nihil de reb' eccleſiæ accipiũt.

g ¶ *Infirmi.*] ſcilicet animo.

h ¶ *Diſpenſatori.*] ſcilicet ſuo: vel diſpenſatori, id eſt, epiſcopo.

i ¶ *Nihil habentibus.*] id eſt, pauperibus. 16. q. 1. cap. fin.

k ¶ *Sine peccato.*] hic patet, quòd ſi clerico ſufficiant propria, non habebit eccleſiaſtica, vt 16. q. 1. quoniam quidquid. 1. quæſt. 2. clericos. & cap. paſtor. & ℑ. ead. ſi priuatum. 10. quæſt. 3. cauendum. Sed contra, nemo ſuis ſtipendiis cogitur militare. extra de ſimon. cum ſit Romana. & qui altario deſeruit, &c. vt ℑ. ead. ex his. Solu. hoc cap. de conſilio loquitur; vel de clericis vagabundis, vel loquitur de oblationibus quæ illis non ſunt communicandæ: vel poſſunt habere dona eccleſiaſtica, non vt ibi referuent, ſed vt diſtribuant pauperibus. 16. quæſt. 1. cap. fin.

DE REBVS. CASVS. Hic Gratia. mouet quamdam quæſtionem incidentem, an poſſeſsiones eccleſiæ poſsint diuidi per prębendas. Et primo probat, quòd non, exemplo Apoſtolorum, & duobus cap. ſequen. Sequens cap. patet.

1 REs eccleſiæ.] ¶ *Propriæ.*] ſi ergo de rebus eccleſiæ emiſti vendiceſt. *Hoc non poſſe fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici ſucceſſores eorum ſunt, de quibus dicitur* [*Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.*] *Neceſſe eſt ergo, vt eorum ſequantur vitam, quorum in eccleſia gradum adminiſtrant. Non ergo aliquid proprium ſibi vendicabunt, ſed erunt eis omnia communia.*

Item Vrbanus Papa ait in epiſtola vnica, cap. 2.

¶ Res eccleſiæ quaſi communes epiſcopus diſpenſet. C. XXVI.

2 REs eccleſiæ non quaſi propriæ [i], ſed vt communes, & Domino oblatæ, cum ſummo timore nõ in alios, quàm in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ.

Item ex ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. cap. 16.

¶ Non liceat epiſcopo res eccleſiarum in proprios vſus conuertere.

C. XXVII.

NVlli epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de ſubiectis plebibus, aliiſque piis locis in proprio vſu habere: ne maiores enormiter [m] locupletentur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens, canonica auctoritate coarctatus exiſtat.

Si ergo res eccleſiæ, non quaſi propriæ, ſed quaſi communes habendæ ſunt; cum de communi nullus dicat, hoc meum eſt [n]; *nec de rebus eccleſiæ, hæc eſt mea, poteſt aliquis dicere: ne videatur nõ imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium; ſed erant illis omnia communia. His ita reſpondetur. Sicut perfectione charitatis manente, ſecundum diſcretionem eccleſiarum, diſtributio fit eccleſiaſticarum facultatum, dum alijs poſſeſsiones huius eccleſiæ ad diſpenſandum committuntur, ex quibus, licet res eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes, primum tamen ſibi, & ſuæ eccleſiæ deſerientibus neceſſaria ſubminiſtret* †, *reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium vſibus miniſtraturus; ita & præbendæ eccleſiarum, eadem charitate manente, pie & religioſe poſſunt diſtribui: nec tunc rebus eccleſiæ, vt propriis, ſed vt communibus vtilitatibus deſeruituris: vt ex his, quæ ſibi aſsignata ſunt, primum ſibi neceſſaria percipiat: ſi qua vero ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes vſus eccleſiæ expendat* [o].

‖ Clerici quæ bona habent.

Act. 4.

b Ad hoc facit quod leg. & no. 44. diſt. in prin. verſ. ſi facerdos. & 47 diſt. ſicut hi. verſ. proprijs. & ſup. ea epiſcopi. ver. quod quid. vbi de hoc. Arch.

2 Anſel. l. 5. cap. 35. Polycarp. l. 6. tit. 15.

† *al. epiſcopus ſubminiſtret.*

c Argu. extra de vſu pal. c. 1. & de præben. pro illorũ. in prin. & de prælegi. paſtoralis. in princip. argu. ff. de cõtrahen. empt. qui tabulas. Archid.

biguum eſt pro toto, & pro parte. & qui iurat ſuum non eſſe, iurabit etiam ſibi commune non eſſe. ff. de verb. ſignific. pupillus. §. vlti. & cum quis legat ſeruos ſuos, tam illi qui ex toto ſui ſunt, quàm qui pro parte, intelliguntur legati, vt ff. de legat. 3. ſi quis ſeruos. Si autem eſt aliquid vniuerſitatis vel ciuitatis, illud non eſt cuiuſlibet. ℑ. ead. quæſt. 2. qui manumittitur.

o ¶ *Expendat.*] mirum eſt quare Gratianus non inducit cap. quòd

possessiones ecclesiæ possunt diuidi, quæ longe melius faciunt ad propositum,vt ẏ.q.2. quisquis. & cap.sæpe fit. 10.q.2.casellas. in fin. & 16. quæst.1. possessiones & quæst.3. clerici. argum.contra.ẏ.quæst.2. vobis. 10.quæst.3. vnio. & ẏ.ead.quia tua. & cap.necessaria.

a *SI priuatum.*] Potest intelligi si, id est, quamuis priuatum, separatim aliquid ecclesiasticum possidemus: non tamen illud est nostrum. quorum procurationem, id est, quia tantum illius procuratio nobis est commissa.Vel dic, priuatum,id est, propriũ.

b ¶ *Non illa nostra sunt.*] id est, à nobis recipienda & retinenda.

c ¶ *Procurationem.*] ‖ ergo prælati dicuntur procuratores rerum ecclesiasticarum, vt hic, & 14.q.1.§.1. quandoque domini dicuntur. 16.q.1. & temporis. quãdoque defensores. 16.q.1. in canonibus. quãdoque patres, vt 68. distin. quorum vices. non tamen habent liberã & generalem administrationem sicut procurator Cæsaris, vt ff. de officio procur. Cæsaris.l. 1.modicum tamen donare possunt. extra de don. ceterum.tamen loco domini habentur, cum bene administrãt;loco prædonis,cum male,vt ff.pro empto. qui fundum. §. si tutor.

† *priuatim, quæ nobis sufficiant. possidemus*] orig. & ẏ. 23.q.7. q autem.] ē. ſi autem priuatim.

‖ Prælati dicuntur procuratores rerum ecclesiasticarum.

*Vnde Augustinus ad Bonifacium comitem, epist.*50.

¶ De eodem. C. XXVIII.

SI priuatum † [a] possidemus, Quod nobis sufficiat; non illa nostra sunt [b], sed pauperum:quorum procurationem [c] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicamus.

Ostensum est, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non. Item, quomodo res ecclesiæ per prębendas diuidi possint.

QVÆSTIO II.

1 ps *NVnc quæritur* [d], *si sacerdotes aliqua de rebus ecclesiæ dedisse noscuntur, an hos, qui eas acceperunt, aliqua firmitate constabit. Quòd res ecclesiæ nullo modo distrahi possunt, & distractæ possideri, multis auctoritatibus probatur.*

Ait enim Stephanus Papa.

¶ Ecclesiæ pecunias auferens velut homicida damnatur. C. I.

1 QVi Christi pecunias [e], & ecclesiæ aufert, fraudat [f], & rapit [g]; vt homicida [h] in conspectu iudicis deputabitur.

¶ *In epistolis Stephani primi, quæ extant, caput hoc non habetur: sed in epistola prima Anacleti, ex quo citatur à Burchardo, & Iuone, & in concilio Triburiensi, & ẏ. ead.cap.qui abstulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papam.*

Item Pelagius Hostilio episcopo.

¶ Quidquid de sacratis vasis, vel ministeriis à quolibet clerico vsurpatum fuerit, ecclesiæ restituatur. C. II.

AVgustino [i] nostræ sedis notario suggerente didicimus, quòd ei dilectio tua directis apicibus indicasset, quosdam de clero tuo,& maxime parochiarum ad te pertinentium nõ pauca sacrata vasa,vel ministeria distraxisse, & aliqua huiusmodi perpetrasse, quæ à religioso aliena sunt ,ppositо.Charitatem vero tuam (vt hoc competenti solicitudine debeat insequi, vel vlcisci) nostrę præceptionis auctoritate cupis communiri [k].Qua de re præsentibus mandamus affatibus ; vt competentis viuacitatis instantia, quidquid de sacratis vasis,vel ministeriis à quolibet clericorum vsurpatum , vel distractum fuisse compereris ; sine cuiusquam moræ interuentu exigere non dimittas , & ecclesiasticis vsibus reformare.

Item Bonifacius † *Papa* [2].

¶ Quidquid Domino consecretur, ad ius pertinet sacerdotum. C. III.

3 NVlli [l] liceat ignorare,omnẽ, quod Domino consecratur [m], siue fuerit homo,siue animal [n], siue ager, vel quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum [o] Domino erit,& ad ius pertinebit sacerdotũ.Propter quod inexcusabilis erit omnis,qui à Domino, & ecclesia , cui competunt, aufert, vastat, inuadit [p], vel eripit, & vsque ad emendationem, ecclesiæque satisfactionem , vt sacrilegus iudicetur : & si emendare noluerit, excommunicetur [q].

*Item Gregorius Septimus, lib.6.Regesti, in concilio, cap.*1.

¶ Excommunicationi subiaceat, qui ecclesiastica prædia inuadit. C. IIII.

4 QVicumquè militum [r], vel cuiuscumque ordinis, vel professionis persona, prædia ecclesiastica à quocumque [2] rege, seu sæculari principe, vel ab episcopis inuitis,seu abbatibus [b], aut aliquibus ecclesiarum rectoribus [c] susceperit,vel inuaserit,vel de rectorum deprauato , seu vitioso consensu [d] tenuerit ; nisi eadem prædia ecclesiis restituerit , excommunicationi subiaceat.

*Item Pius Papa, epist.*2.

a ¶ Iustino, &c.] *Antea legabatur*, Idem eisdem. *Emendatum est, & posita istorum virorum nomina ex Iuone: ad quos etiam scriptum est superius penultimum caput, vobis enim. Nec vero hæc, quæ nunc afferentur pertinere posse ad episcopos, quibus proxime præcedens caput scribebatur, indicant non modo quæ à Gratiano hic referuntur, sed etiam apertius verba, quæ apud Iuonem post vltima huius capitis sequuntur.* Si quis vero in ecclesiæ vestræ damnum, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ prohibita, pontificem vestrum videritis admittere, &c.

¶ De eodem. C. XXV.

2 VIterànæ † ecclesiæ actus, vel patrimoniũ, quod hactenus cõperimus destitutum, post damnationem Eucharisti, quofue ecclesiæ Vulteranæ dissipauerat, commisit Papa quibusdam episcopis vt reuocent prædia & mancipia male alienata, similiter & possessiones quas Emancius & Opilio episcopi, vel ceteri quocumque modo detinent, reuocent: & emptores recursum habeant ad venditores. Pensiones vero vel oblationes deferant ad episcopum: de quibus fiant quattuor portiones, vt dictum est in cap. supra dicto, vobis.

e ¶ *Reuocentur.*] C. si tu. vel cu. inter. l. vlt.

f ¶ *Emptoribus.*] ℣. 10. quæst. 2. hoc ius porrectum, in fin. §. qui vero res. Sed contra. 16. quæst. 3. vniuersas. C. de euic. ſi fundus. Solu. hoc cap. loquitur de possessore bonæ fidei: contraria de possessore malæ fidei. sed ad hæc obiicitur: male fidei dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agri. & censi. quemadmodum. lib. 11. Respondeo: quantum ad hoc est malę fidei possessor, quia non vſucapit: sed quantum ad hoc est bonæ fidei possessor, ꝙ habet recursum contra suum venditorem.

g ¶ *Locum.*] Arg. ‖ ꝙ secundũ priorem locum & maius meritum conferendæ sunt dignitates, vt ℣. cap. proxi. & ℣. dist. 1. ius militare, & 1. quæst. 2. clerici. & 75. b distin. cap. vltim. & ille gradus ceteros antecedat, quem ſtipendia longiora & labor prolixior fecerunt anteire, vt C. de of. ma. offi. l. nemo. 61. dist. c. t. & c. miramur. & ſtipendiorum ratio habenda est, vt ff. de re mili. l. non omnes. in prin. Arg. contra 16. q. 7. omnes decimæ. & c. 1. in fin. & extra de consti. cum omnes c.

‖ Diuersum constituunt secundum antiq.

b Aliàs, 76.

Idẽ clero, & ordini, & plebi Brũdusij.

¶ Redituum. & oblationum duæ portiones clericis committatur. C XXVI.

3 COncesso vobis, quem petistis, antistite fratre iam & coepiscopo meo Iuliano, necessarium fuit (eodem ad ecclesiã suam mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceretis eidem fuisse præceptum, ne vmquam ordinationes præsumat illicitas. *& infra.* ¶ Reditus, & oblationes fidelium in quattuor partes diuidat: quarum vnam sibi ipse retineat: alteratã clericis pro officiorum suorum sedulitate h distribuat: fabricis tertiam: quartã pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum ratione diuino est redditurus examini.

c Vbi detestatium & grauius extra de ma. Nobis. Instituimus. Arch. 3. cap.

Epistola Gelasij, in qua est hoc caput, missa est cum aliis ex Hispania. Eadem vero inter epistolas Gregorij II. impressas est tertia clero, & plebi Turingiæ scripta. Talis quædã epistola, sed breuior, refertur in libro, qui inscribitur Ordo Romanus, & formata episcopo danda nuncupatur.

Idem in epistola ad episcopos per Lucaniam, & Brutios, cap. 29. 4

¶ De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuiquæ proueniat. C. XXVII.

5 QVattuor autẽ tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) cõuenit fieri portiones: quarũ sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem; sic clerus vltra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorũ doceat a instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his deputata conuertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quãquam diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur; tamen iuxta quod scriptũ est [Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est] oportet etiã præsenti testificatione b prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. 1 Quapropter nec clericorum quispiam, &c.

Clerici soli ad reparationem fabricæ compelluntur.

a Argu. quòd quia principaliter tenentur ad hoc. 96. dist. c. vlt. l.

b ¶ *Testificatione.*] Argu. quòd res semper sunt gerendæ in illorum præsentia quorum interest, vt 8. quæst. 1.

Matt. 5.

Item Simplicius Papa Florentino, & Equitio, & Seuero episcopis, epi. 3.

¶ De reditibus oblationum, & reditum ecclesiæ quattuor portiones presbytero dispensandæ credantur. C. XXVIII.

1 q. 7. q. propter.

2 DE reditibus ecclesiæ, vel oblatione fidelium quid deceat nescienti nihil licere permittat: sed sola episcopo ex his vna portio remittatur: duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro † presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur: vltima inter se clericis pro singulorũ meritis diuidatur. *& infra.* ¶ Cui, *id est Gaudentio*, hoc specialiter præcipimus, vt tres illas portiones, quas triennio † e dicitur sibi tantummodo vendicasse, restituat.

Matt. 5. ch. 66.

† al. ab Ons.

c ¶ *Triennio.*] licet iste episcopus per triennium possederit res ecclesiæ mobiles, non tamen vſucapiebat eas. quia furtum commisit in eis, vt 10. quæst. 2 cap. vltim.

¶ *Addita sunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad sententiam facere aliquid videbantur.*

Item Gregorius Maximiano episcopo Syracusano, lib. 3. epist. 11. 3

¶ De reditibus ecclesiæ etiam nouiter quæsitis quarta pars clericis erogetur. C. XXIX.

4 COgnouimus de reditibus ecclesiæ nouiter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minime prouenire: sed episcopos locorum distribuere tãtummodo quartam antiquorum redituum; nunc vero quæsita suis vſibus retinere. Quam rem † prauam subintroductamque consuetudinem fraternitas tua viuaciter emẽdare festinet: vt siue de præteritis reditibus, siue de his, quæ obuenient † d, vel obueniẽtibus quartæ secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruũ namque est vnam, eamdemque ecclesiæ substãtiam duplici a quodammodo iure censeri, id est † vsurpationis, & canonum.

† al. omnium

a Iuo. p. 3. c. 150. & p. 4. c. 185.

Idem Augustino episcopo Anglorũ in respon. ad primã interrogationem.

¶ De dispendio ecclesiæ quattuor debent fieri portiones. C. XXX.

5 MOs est Apostolicæ sedis ordinatis episcopis præceptum tradere, vt de omni stipendio, quod accedit, quattuor fieri debeant portiones, vna videlicet episcopo, & familiæ eius propter hospitalitatem, & susceptionem, alia clero, tertia vero pauperibus, quarta ecclesiis reparandis.

5 Anſ. l. 5. cap. 64. Pann. l. 2. c. 8.

[Item ex concilio Toletano.]

¶ De eodem. PALEA. C. XXXI.

SAncimus omnibus episcopis curam laicorum instare, vt si quos in fide Christi inuenerint, nimio affectu diligant. Insuper cõfirmam⁹, vt si aliqua ab ipsis accipiãt dona ℣ statim in quattuor diuidãt partes: ita, vt prima pars secundũ α Apostolorũ præcepta, titulorum g, necnon cœmeteriorum restaurationibus diligenter attribuatur, secunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta vero aduenis.

¶ *Caput hoc (quod in omnibus vetustis exemplaribus, exceptis duobus, & sine Paleæ nomine habetur, & glossam habet) in nullo Toletano concilio aut impresso, aut manuscripto inuentum est. In collectione canonum incerti auctoris, quæ asseruatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Siluestro: quamuis in synodo Romana sub ipso habita, cap. 4. paulo aliter hæ partes assignentur, id est, vt in præcedentibus huic capitibus.*

α ¶ Secundum Apostolorum præcepta.] *In ea collectione non sunt hæc verba. In vno vetusto Gratiani codice est*, secundum Apostolicorum præcepta.

Item ex concilio Agathensi, c. 22.

¶ Omnes presbyteri secundum iussionem episcopi res ecclesiæ dispensare studeant. C. XXXII.

6 Poly. l. 3. tit. 12.

6 STatuimus (quod omnes canones β iubent) vt ciuitatenses, siue diœcesani presbyteri, vel clerici, saluo iure ecclesiæ, rem ecclesiæ, sicut permiserunt episcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitus non præsumãt. Quod si fecerint, vel fecerunt; & facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent proprias, indemnem h ecclesiam reddant, & communione priuentur.

β ¶ Canones.] *Restituta est hæc vox ex originali. Antea legebatur*, epi. *In Polycarpo autem tantum est*, quod omnes iubent.

Item ex eodem concilio, c. 26.

¶ De clericis, qui documenta ecclesiæ supprimunt, aut aduersariis tradunt. C. XXXIII.

7 SI quis de clericis documẽta i quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere k, aut negare, aut aduersariis fortasse tradere, dãnabili, & puniẽda obstinatione præsumpserit; quidquid l, per absentiã documentorũ, damni

i Addita ex or.

7 Ferend si quis de clericis. Bor. l. 1. c. 183. Iuo p. 3. c. 156.

intereſſe, quod eſt extra rem [a]. ſed illud non eſt extra rem: quia inſtrumento tradito poſſeſsionis, & poſſeſsio tradi videtur, vt C. de dona. l. 1.

a Idem L. & idem no. extra de iniur. in noſtra d. ſent. ex. com. ſacro. in. gl. 1. Arch.

EPiſcopus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathenſi, vt epiſcopus qui non habet filios vel nepotes, nō inſtituat alium heredem quàm eccleſiam ſuā. ſi verò illicite de rebus eccleſiæ aliquid alienauerit, alienatio talis irrita habeatur: & ad eccleſiam quod alienatum eſt reuocetur. ſi verò filios habet quibus ſua bona relinquit, de bonis illis indemnitati eccleſiæ conſulatur.

† al. pari

a ¶ *Alium.*] hoc eſt conſilium, quia etiam vxorem & ſeruum ſuum poſſet inſtituere heredē, vt ff. ead. quæſt. 1. ſint manifeſtæ.

2 & in Hiſpalen. 1. c. 1.

3 Pol. l. 3. tit. 32.

b ¶ *Ab heredibus.*] Hic duo contraria dici videntur, ſcilicet quòd eccleſia debeat eſſe heres defuncti: & quòd eccleſia poſsit cōuenire filiū defuncti de eo quod male alienauit defunctus. nā ſi eccleſia eſt heres de functi; etiam ſi defunctus aliquid indebite alienauit, illud nō poteſt reuocare eccleſia, vt C. de re. alie. l. 3. & C. de lib. cau. l. ſi ab eo. & C. de rei ven. cum à matre. tenetur enim ſequi voluntatem defuncti, vt 11. q. 1. Silueſter. ideo ſic exponas. eccleſiam ſibi relinquat heredem. ſed ſi eccleſiā nō inſtituit heredem, ſupple tunc ſi quid de eccleſia. & c. ‖ Generaliter enim omnis heres tenetur ad omnia onera defuncti, niſi fecerit inuentarium, vt C. de iur. deli. ſancimus. hoc tamen teneas quòd ſecundum canones in contractibus & in delictis ſiue aliquid peruenerit ad heredem, ſiue non: ſiue lis ſit conteſtata cum defuncto, ſiue non, heres ſemper tenetur inſolidum, vt 16. q. 6. ſi epiſcopum b. in fi. extra de rap. in litteris.

‖ Heres onera defuncti ſuſtineat.

b Vbi de hoc & ſupra 1. q. 4. § item peccato[ciuium. vt ibi ſatis dixi Arch.

DIaconi.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd diaconi, presbyteri vel epiſcopi de rebus eccleſiæ nil debent illicite alienare: quod ſi fecerint, de hoc conuicti deponantur, & de ſuo proprio tantumdem reſtituant. In ſecunda parte dicitur, quòd liberti eccleſiæ, negotia eccleſiæ proſequi debent: quod ſi contempſerint, in ſeruitutem adducentur. Secunda pars incipit ibi, *Libertos etiam.*

c ¶ *Fecerint.*] æſtimatione ſeruorum reddita de proprio: alioquin reuocarentur, vt ff. ead. & ſi illi niſi ſint bene meriti, vt ff. ead. ſi quos de ſeruis. Et eſt in hoc dura conditio libertorum eccleſiæ, quòd propter operas non præſtitas reuocantur in ſeruitutem. aliud in liberto priuati, vt C. de lib. cau. ſolo obſequij. quod eſt hic ſpeciale. ‖ Item aliud ſpeciale, quòd filij iſtorum liberrorum ſunt obnoxij eccleſiæ. ff. ead. de libertis. ſecus in aliis, vt C. de lib. & eorum lib. l. 1. & 2. Item aliud ſpeciale quòd liberti tenentur ſeruire eccleſiæ nulla eis opera impoſita, vt hic, & ff. ead. liberti. hodie tamen diſtinguitur, vt extra de ſeruis non or. eo. libentius.

‖ Liberti eccleſiæ differūt à libertis priuatorum.

d ¶ *Aliud.*] id eſt, ipſam rem reſtituet, & aliud tantum de ſuo. ſic 89. diſt. decenter. & 10. q. 2. hoc ius. ver. qui vero res.

damni eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus reddat, & communione priuetur. Hi etiam, qui in damno eccleſiæ impie ſolicitati, à traditoribus aliquid acceperint; ſuperiorii† ſententia teneantur.

† al. papæ

Item ex eodem, cap. 33. [1]

¶ Epiſcopus heredem non habens, non alium, quàm eccleſiam ſibi heredem inſtituat. C. XXXIIII.

EPiſcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit [a]; aliū[2] quàm eccleſiam non relinquat heredem. Si quid de eccleſia non in eccleſiæ cauſa, aut neceſsitate præſumpſerit; quod diſtraxit, aut donauit, irritum habeatur. Qui verò filios habet; de bonis, quæ reliquit, ab heredibus[b] eius, indemnitatibus eccleſiæ conſulatur.

2 & in Hiſpalen. 1. c. 1.

a ¶ Non habuerit.] *In originali impreſſo, & manuſcripto & in Polycarpo legitur,* non habens alium, quàm eccleſiam reliquit heredem; ſi quid, & c. *& ad hanc lectionem propius accedunt verba Hiſpalenſis concilij primi, cap. 1. ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item ex eodem, cap. 49.

¶ Qui in clero conſtituti ſunt, de rebus eccleſiæ nihil alienare præſumant. C. XXXV.

3 Iuo p. 3. cap. 261.

DIaconi, vel presbyteri in parochia conſtituti de rebus eccleſiæ ſibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res ſacratæ Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes nihil de rebus eccleſiæ ſibi cōmiſſæ (vt ſuperius comprehenſum eſt) alienare præſumant. Quod ſi fecerint[c]; conuicti in concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo aliud[d] tantum reſtituant, quantum viſi ſunt præſumpſiſſe *ß. & infra.* ¶ Libertos tamen, quos ſacerdotes, vel diaconos de eccleſia ſibi commiſſa facere voluerint, actus[e] eccleſiæ proſequi iubemus. Quod ſi facere contempſerint, placuit eos ad proprium reuerti ſeruitium.

ß ¶ Præſumpſiſſe.] *Si hic interponas. cap. ſi quis qualibet. infra eadam, habebis integrum canonem 49. ipſius concilij Agathenſis.*

e ¶ *Actus.*] id eſt, negotia.

Vidquid.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſi presbyter illicite alienat aliquam poſſeſsionem eccleſiæ, irrita ſit talis alienatio: ita vt emptor nullam habeat actionem ad poſſeſsionem petendam: nec venditor ad pretium habendum.

Item ex eodem, cap. 53. [4]

¶ De poſſeſsione eccleſiaſtici iuris quidquid a presbytero diſtrahitur [4 & in Ro. ancilla. cap.] latine habeatur, & vacuum. C. XXXVI.

5 QVidquid parochiarū presbyter de eccleſiaſtici iuris poſſeſsione diſtraxerit; inane habeatur & vacuum vēdicatione [f] comparantis, & actione vendētis.

5 Iuo p. 3. cap. 160.

f ¶ *Vendicatione.*] in emptorē enim non trāſfertur dominium. vnde non poteſt rem vendicare: habet tamen contra venditorem actionē ex empto, vt ff. ea. Vulteranæ. in authen. de non alie. aut permu. §. quia vero leonis. colla. 2. Sed nonne venditor poteſt petere pretium re nondū euicta? quia venditor non ad aliud tenetur, niſi vt faciat emptorem habere rem non enim tenetur rem eius facere: vt ff. de act. empt. ſeruus quem. §. ſi ſciens ſed hic contractus eſt nullus.

Lienationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. in prima parte dicitur, quòd alienationes, quæ fiūt ab epiſcopis vel abbatibus intruſis, vel canonice electis; ſimiliter ordinationes factæ ſine conſenſu clericorum, vel per ſimoniā, irritæ ſunt. In ſecunda parte dicitur, q̄ ſi quis clericus ſuam præbendā alienare præſumpſerit, olim, vel modo præſumat alienare, irritum ſit, & canonicæ ſubiacebit vltioni. Secunda pars incipit ibi. illud etiam.

g ¶ *Alienationes.*] hoc ad canonice electos refe ras: quia intruſi vel ſchiſmatici, nec etiā cum conſenſu capituli poſſunt ali quid alienare. ff. c. precariæ. extra de ſchiſma. q̄d à prædeceſſore c. 7. q. 1. factus. 25. q. 1. omne. ff. de rebus eorum, qui ſub tu. vel cu. l. quicumque. arg. contra. ff. de confec. diſt. 2. & dixit. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. 3. quæſt. 7. tria, in prin.

h ¶ *Conſecrandus.*] id eſt benedicendus ‖ abbas. nam non conſecratur, niſi cum ordinatur in ſacerdotē: ſed tamen dicitur, quòd ei manus imponitur ab epiſcopo. 69. diſt. quoniā videmus. vnde abbas ſine benedictione poteſt monachos benedicere. extra de ſup. ne. prælā. ſtatuimus.

i ¶ *Ordinationes.*] hoc non poteſt facere ſine conſenſu capituli ſui: vt 24. diſt. c. vlt. & pe.

‖ Abbas non conſecratur.

k ¶ *Præbendam.*] fructus poteſt. extra ne præla. vices ſuas. c. vlti. ad inſtar fructuarij. ff. de vſufru. arboribus ‖ ſicut fructus decimarum & oblationum poſſunt vendi, licet hoc nō ſit honeſtum: quia prohibitum non inuenitur d ſed tantum cum conſenſu epiſcopi extra de re. ec. non alien. nulli. niſi ad modicum tempus. arg. extra de cen. præterea. & extra de tranſa. de cetero. Sed quid ſi obligauit ad quinquennium: numquid ſtabit ſucceſſor contractui? ita, ſi nomine eccleſiæ contraxit, & cum epiſcopi auctoritate. extra de ſol. c. 1. ſecus ſi nomine ſuo. ff. de loca. pi. l. lex vectigali ff. qui mo. pi. vel hy. ſol. ſi res diſtracta ff. de loca. ſi quis domum. §. hic ſubiungi ſolet. Ioan. Sed certe quidquid dicat Ioan. ego credo, quòd ſicut clericus poteſt vendere fructus præbendæ ſuæ ſine conſenſu epiſcopi, ita obligare, maxime ad modicum tempus: ſicut tutor vendit fructus ſine auctoritate iudicis, vt C. de admi. tuto. lex quæ. nec aliqua decre. contradicit legi. B.

‖ Beneficia ſine cura venūdari ſunt.

d Hoc plane olim probatum erat de empt. & vend. c. 1. vbi habetur ſtatuta vetera hic poſita per Ioan.

Hæc

Hæc huius placiti.] CASVS. quærimonia facta fuit in concilio Herdēn. de clericis, qui poſt obitum epiſcopi omnia bona defuncti antiſtitis vſurpabant. facta eſt conſtitutio ne hoc de cetero fiat. ſed œconomus adiuncto ſibi vno vel duobus fidelibus viris paſcat ex illis bonis clericos, ſi qui ſunt in domo epiſcopali: vel ſeruet ad vſum ſucceſſoris, qui vti debet bonis illis cum clericis ſui anteceſſoris. clericus autē contra hāc conſtitutionem faciens, anathematizetur.

ſeruet ad vſum ſucceſſoris, qui vti debet bonis illis cum clericis ſui anteceſſoris. clericus autē contra hāc conſtitutionem faciens, anathematizetur.

1 HÆc huius [a] placiti [b] conſtitutione inter nos cēſura placuit cuſtodiri; vt defuncto antiſtite, vel etiam adhuc in ſupremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusve ſit, quidquam de domo præſumat, vel quod de vtilitate inſtrumenti domus eſſe agnoſcitur, id eſt mobilis & immobilis rei eccleſiaſticæ conetur inuadere; nihil furto [α], nihil dolo ſupprimens, auferens, atque abſcondens. Sed is, cui domus commiſſa eſt, ſubiunctis ß ſibi vno, vel duobus fidelibus ſimis clericis omnia vſque ad tempus pontificis ſubſtituendi debeat conſeruare [c]; & his, qui in domo inueniuntur, clericis cōſuetam alimoniam adminiſtrare. Subſtitutus autem antiſtes ſuſceptæ [γ] ſedis commoda ordinabit, velut Deus imperabit: vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit diſciplinæ, & charitati prædeceſſoris ſui fideliter paruiſſe. Quòd ſi quiſquam poſt hæc cuiuslibet ordinis (vt ſuperius dictum eſt) clericus quacumque occaſione de omni facultate quidpiam probatus fuerit abſtuliſſe, vel forſitan dolo aliquo ſuppreſsiſſe; reus ſacrilegij proſtrioni anathema te condemnetur, & vix [d] quoque peregrina ei communio concedatur: quia [e] durum eſt, vt hi, quos contigit in ſeruitio Domini cū primæ ſedis antiſtite deſudaſſe, ab his, qui ſuarum rerum incubatores †, vel vtilitatibus ſeruientes, atque vacantes fuiſſe noſcuntur, deſpecti aliquatenus crucientur.

a ¶ *Hæc huius.*] Sic cōſtrue, hæc cēſura placuit cuſtodiri placiti conſtitutione. & ſecundū hoc verbum, placuit, eſt perſonale verbum.

b ¶ *Placiti.*] id. decreti.

c ¶ *Conſeruare.*] Arg. ſucceſſori omnia ſeruanda à morte prædeceſſoris. extra de of. & po. iu. or. cum vos plerumque. & extra de teſt. relatum. Item argum. quòd mobilia prædeceſſoris pertinent ad ſucceſſorem, vt ff. ea. de laicis.

d ¶ *Et vix.*] Quod vix ſit, tamen ſit. 5. diſt. 19. in memoriam argu. contra ff. ad Vell. tutor. in prin.

e ¶ *Quia.*] hoc refertur ad id quod ſ. dixit.

Eſti illi.] CASVS. Quæſtū fuit in concilio Toletano, an ſucceſſor poſsit reuocare in ſeruitutem illos quos an teceſſor manumiſit, qui nihil de rebus ſuis eccleſiæ contulerat. Et reſpōdet quòd ſic. & ideo qui hoc faciunt, in futuro dānabuntur. & hoc probatur vna ratione: quia ſi illi qui nihil pauperibus erogant, in futuro damnabuntur; multo magis illi qui pauperibus auferunt quod nō dederunt: cum iniquum ſit, vt illi qui nihil eccleſiæ contulerūt, ius eccleſiæ alienare contendant.

f ¶ *Diſtribuunt.*] neceſſitatis articulo. de hoc notatur 47. diſt. ſicut hi.

g ¶ *Quanto magis.* innitur hic q̄ magis ſit auferre quàm non dare: cum tamen quandoque æquiparentur, & ſic eſt contra 67. diſt. ſicut.

h ¶ *Non contulerit.*] ſic videtur, q̄ ſi res ſuas cōtulerit eccleſiæ, q̄ tunc alienare poſſit. arg. ff. ea. ſi quis qualibet. extra de rebus eccle. non alie. epiſcopi. ad hoc dicunt quidam, q̄ nullus caſu poteſt alienare, niſi commuſi conſenſu canonicorū. ſed hoc nihil eſt: quia ſi habet conſenſum cleri, quare reſtituet tantūdem de ſuo: cum nec alienare poſſet, licet adeſſet omnium conſenſus, niſi eſſet communis vtilitas eccleſiæ, vt ff. ea. fine. ‖ Sed intellige cum ille manumiſſus non erat benemeritus: & ſic erat malæ fidei poſſeſſor, aliàs poſſet præſcribere libertatem, vt C. de præſcrip. longi tempo. l. 1.

i ¶ *Succeſſor.*] vel ipſemet. 35. q. 9. q̄d quis. & eſt arg. q̄ ſucceſſor reuocat maleſactū ſui anteceſſoris [a] vt 16. q. 3. ſi ſacerdos. extra de precar. c. 2.

k ¶ *Reuocabit.* niſi per decē annos ſteterint in libertate. ff. qui & à qui. ma. heut. §. Ariſto. ſic ergo reſtituitur contra libertatem eccleſiæ: quod non eſt in minore, niſi ex magna cauſa, vt ff. de mino. ſi ex cauſa, in fin.

I quis de clericis.] caſum iſtum habes ſ. ead. in ca. ſi quis de clericis. & ideo ibi videbis.

Abbatibus.] CASVS. conſtitutum eſt in concilio Aurelianen. vt abbates, presbyteri, vel alij prælati nil de rebus ſuarum eccleſiarum alienare præſumant ſine licentia & ſubſcriptione epiſcopi: & qui hoc præſumpſerit, deponatur. & quod teneme alienatū eſt, per epiſcopum reuocetur.

1 ¶ *Subſcriptione epiſcopi.*] ‖ licet abbas non poſſet ſine conſenſu epiſcopi alienare rem eccleſiæ, vt hic, & ff. 17. quæſt. 4. in venditionibus. & extra de rebus ec. non ali. nulli. tamen ſi conſuetudo loci habet, bene poteſt dare modicū. extra de do. cap. 2. & 3. & infeudare poteſt. extra de rebus ecc. nō alie. ad noſtram. & hoc poteſt epiſcopus vel abbas ſine cōſenſu capituli; ſi ſubeſt neceſsitas, & res eſt modica. ff. e. cap. terrulas. Ioan. quod falſum eſt, niſi in paruis rebus.

‖ Abbas an poſsit donare. † *al libertos ex familiis*

† al. libertos

m ¶ *Siqua de rebus.*] CASVS. Vacāte epiſcopali eccleſia, quidam presbyter vendidit eccleſiaſticam poſſeſsionem: tempore præcedente epiſcopus eſt ſubſtitutus. qua ſitum eſt in ſynodo Ancyrana, vtrū talis venditio poſsit reſcindi. Et reſpondet q̄ ſic. in arbitrio tamen epiſcopi erit, vtrum pretium recipiat, vel recuperet poſſeſsionem: quia quandoque magis expedit habere pretium quàm poſſeſsionem. Sequens cap. planum eſt, & per ſe patet.

3 Iuo p. 3. cap. 256.

4 lib. 7. ca. c. 275.

n ¶ *Presbyteri.*] id eſt, canonici.

5 Pol. l 3. c. 12. ‖ Sede vacante non poſſint clerici de rebus eccleſiæ diſponere.

o ¶ *Reſciſſo.*] ‖ hic patet quod tede vacante clerici nihil diſponere poſſunt de rebus eccleſiæ, vt 10. quæſt. 2. ſi quis epiſcopus. & 75. diſtin. quoniam. immo potius ſede vacante non poſſunt immutare ſtatum eius. extra, ne ſede vacan. cap. nouit. tamen ſi eſt magna neceſsitas, clerici poſsūt aliqua alienare, ſecundum H. vt dixi 71. diſt. fraternitatem. & argumen. ff. ea. precariæ. tamen de auctoritate ſuperioris. Nā & iudex præſtat auctoritatem facto minoris eo tempore, cum nō habet curatorē, vt C. qui admit. ad bon. poſſ. l. bonorum. Item in minoribus eccleſiis poteſt epiſcopus aliqua alienare mortuo ſacerdote [b] tempore neceſsitatis, vt 10. quæſt. 2. ſi quis epiſcopus. & not. quòd contractus ipſo iure tenet, quem faciunt clerici mortuo epiſcopo, ſed reſtituitur eccleſia ſi probat ſe læſam, ſicut eſt in contractu minoris, qui non habet curatorem, vt C. de in inte. reſt. ſi curatorem. & ideo bene dicit, hic reſciſſo contractu, ſcilicet per in integrum reſtitutionem.

c Anſl. 6. cap. 202.

† al. ſi conſtituunt pretiū

† ἀνάξιον τῆς οὐσίας τιμήματος

b Videtur eſtra extra. li. 6. de reb ec. non alien. ducū. ſed poteſt intelligi quod ibi dicitur ſit hac determinati. nec ita hoc non corrigetur ad hoc ſ. ea precariæ. Archid.

p ¶ *Recipi.*] ab emptore.

q ¶ *Propterea quòd.*] id eſt, quia ſæpe contingit ampliorē ſummam reditus diſtractarum rerum reddi, ſ. emptori pretio accepto, hoc eſt dicere, q̄ emptor amplius ſæpe percipit de reditibus, quàm ſit pretium quod

quod dedit, vel quàm ecclesia inueniat pro pretio quod accepit: & ideo magis expedit episcopo repetere fructus perceptos, quàm retinere pretium.

a NOn liceat.] ¶ *Post mortem.*] Narrat, quod contingere solet, vnde sub. maxime. ſ. ea. hæc huius.

b ¶ *Rapere.*] vitium. no. j. ea. de laicis & c. illud. ea. q. 5. ficubi. H.

Precariæ.] CASVS Statuitur in hoc c. vt precariæ, & commutationes, quæ factæ sunt ab intrusis vacantibus ecclesiis, rescindantur: & si expediat, fiant secundum canones, vel secundum leges.

c ¶ *Precariæ.*] ergo clerici possunt alienare ecclesia vacante, quia capitulum supplet defectū episcopi. extra. de hære. ad abolendam. Io. quod falsum est, vt extra ne sede vacan. cap. 1. B.

d ¶ *Vel ciuili.*] ℨ. 96. dist. bene. in fi. Vel dic ciuili, id est, principis: cuius auctoritas requiritur in rebus ab ipso collatis. 10. quæst. 2. precariæ.

Haritatem.] CASV. Hoc cap. duas habet partes. In prima præcipit Gregor. Maximiano episcopo Syracusano, quem fecerat in Sicilia legatum, vt si quis episcopus moriatur vel deponatur, conueniant œconomus & clerici ecclesiæ & prælati: & in præsentia eius de rebus ecc. faciant inuentarium: propter quo neque species, neq; pretium aliud scriptori tribuatur. In secunda parte præcipit ei, vt cum visitatores parochias vacātium ecclesiarum, visitant; eo disponēte, ipsi & clerici eorum qui cum eis visitant; aliquid emolumenti propter suum laborem percipiant, vt illi consequantur stipendium, &c. *Subsidij.* Dicit Hug. q̄ nomine subsidij intelligitur procuratio tantum, licet posset etiam aliter intelligi. Secunda pars incipit ibi, *Visitatores.*

e ¶ *Pro faciendi.*] hoc intellige cum habet Hilarius de publico, vt 23. q. 1. militare. in fi. & 1. q. 3. si quis episcopus. aliàs secus. 10. q. 2. precariæ.

f ¶ *Stipendium.*] arg. quòd ad quem onus spectat, & emolumentum. j. e. quicumque. 7. quæst. 1. pontifices. 16. quæst. 6. de lapsis. Item est hic argu. quòd iudices licite possunt petere sumptus à partibus, vt dixi 11. q. 3. non licet. & est simile quod dicitur alibi, quòd labor non debet esse sine fructu, vt 7. quæst. 1. ibi.

DE laicis.] Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd in Aluernia erat quædam praua consuetudo, scilicet, quòd morientibus episcopis siue aliis clericis laici res defunctorum inuadebant. Statuit ergo Vrbanus Papa in concilio Aluerniæ cōgregato, vt si quis decetero talia præsumpserit, excommunicetur donec resipiscat. In secunda parte dicitur, quod res episcoporum defunctorum per archidiacones, archipresbyteros & secūdum defunctorum iudicium paupertibus erogentur, aut successori reseruentur. Idem etiam seruari debet de rebus aliorum clericorum defunctorum: & qui contra fecerit, anathema sit. Secunda pars incipit ibi, *Episcoporum vero.*

1 Et in Aquisgran. c. 88.

2 In Meldensi cap. 20.

3 Burch. l. 3. c. 166. Iuo p. 3. c. 227. ex Belluacēsi.

rerum reditus ampliorē summam pro accepto pretio reddi α.

α Reddi.] *Sic in quibusdam exemplaribus priscæ versionis. In aliis vero est*, reddidisse *Græce legitur* διὰ τὸ πολλάκις τὴν ἔκδοσιν τῶν ὑπεναγομένων ἀποδιδόναι αὐτοῖς τούτοις πλέονα τὴν τιμήν, *id est*, propterea quòd sæpe rerum venditarum reditus maius pretiū his ipsis reddiderit. *Sed ob gloſſam non est mutatum.*

Item ex cōcilio Chalcedonensi. c. 22. 1

¶ Post mortem episcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant. C. XLIII.

NOn liceat clericis post mortem a episcopi sui rapere b res pertinētes ad eū: sicut iam præcedentibus regulis constitutū habetur. Si vero hoc fecerint, periclitari se nouerint in proprio gradu.

Item ex concilio Mediomatricis 2.

¶ Rescindantur precariæ, & commutationes ab inualoribus factæ. C. XLIIII.

3 PRecariæ c, & commutationes tempore viduatarū ecclesiarū factæ ab his, qui loca episcoporū occupauerant, rescindātur; & cū auctoritate ecclesiastica, vel ciuili d, si faciendæ sunt, fiant.

* *Quod hic ex concilio Mediomatricis citatur, in concilio Meldensi refertur ex cōcilio Belluacensi, ex quo etiam citant Burchardus & Iuo. Sed quia in conciliis Gallicis, & Germanicis sæpe eadem repetuntur, non est mutata inscriptio. In adiectis capitularibus quæ ex Gallia sunt habita, inter cetera leguntur quædam capitula excerpta à domino Rege Carolo & Principibus suis ex his capitulis, quæ anno* DCCCXLVI. *ediderūt episcopi in synodis, &* c. *Quorum capitulorum vnum est hoc*, vt precariæ & commutationes tempore viduarum ecclesiarum factæ ab his, qui loca episcoporū occupauerunt, rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel ciuili denuo si fienda fiant.

Item Gregorius Maximiano Syracusano episcopo, lib. 3. epist. 11. 4

4 Ioan. Diacō nus lib. 3. c. 23.

¶ Pro labore inuentarij nihil accipiat œconomi de rebus ecclesiæ. C. XLV.

GHaritatem tuam commonemus, & curauimus; vt si quispiam episcoporum de hac luce migrauerit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excessibus; conuenientibus œconomis β, cunctisque clericis ϒ prioribus, atque in sui præsentia inuentarium ecclesiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus ecclesiæ, quasi pro faciendi e inuentarij labore tollatur. *& infra.* ¶ Visitatores ecclesiarum, clericique eorum, qui cum ipsis per non suæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium. Iustum namque est, vt illi † consequantur stipendium ζ

† al. illic

qui ϑ pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.

β Œconomis.] *Sic etiam in omnibus vetustis: sed in originali tam impresso, quàm manuscripto legitur*, hierarchicis. *Ioannes Diaconus habet*, hieraticis.

Item ex cōcilio Vrbani Papæ Aluerniæ celebrato.

¶ Excommunicentur laici, qui morientium clericorum audent bona diripere. C. XLVI.

DE laicis quæstio facta est, qui morientibus episcopis, siue aliis clericis res defunctorum inuasas, ecclesiæ, pauperibusque subripiunt. Contra quos cōmune totius concilij anathema prolatum est, ipso Papa huiusmodi sententiā promulgante. Si quis post interdicti præsentis cognitionem ι episcoporum, seu presbyterorum, aut aliorum clericorū res ι inuaserit; vsque ad satisfactionē excommunicetur. ¶ Episcoporum vero deficientium res per archipresbyterorum seu archidiaconorum manus, aut secundum mortuorum iudicium κ pro ipsorum salute in elemosynas dispensentur; aut succedi, qui futurus est reseruentur. Idipsum de presbyterorum, seu clericorum aliorum rebus per episcopum, vel supradictas personas, aut cui deficientes commiserint, fiat. Si quis autē aduersus ista præsumpserit, anathema sit.

ϑ Qui pro.] *Sic in originali tam impresso, quàm manuscripto legitur*, hierarchicus. *Ioannes Diaconus habet*, hieraticis.

¶ *In titulis capitulorum concilij Clarmōtensis (quod Aluerniæ celebratum est) titulo penultimo hæc legūtur ad caput hoc spectātia.* Ne aliquis clericus res episcoporum, vel clericorū, vel in vita, vel post mortem eorum diripiat, vel in vsus proprios conferat. Quod si quis fecerit, anathema sit: & dictum est ab omnibus, fiat.

Item Innocentius Papa secundus in concilio Lateranensi, c. 4.

¶ De eodem. C. XLVII.

ILlud, quod in sacro Chalcedonensi concilio constitutum est, irrefragabiliter cōseruari præcipimus: vt videlicet decedentium bona episcoporum à nullo omnino hominū diripiantur: sed ad opus ecclesiæ, & successoris λ sui in libera œconomi m, & clericorum permaneāt potestate. Cessetigitur decetero illa detestabilis, & sæua rapacitas. Si quis autem amodo hoc attentare præsumpserit; excōmunicationi subiaceat. Qui vero morientium γ presbyterorum, vel clericorum bona rapuerunt, simili sententiæ subiaceant.

γ Morientium.] *In vulgatis sequebatur*, episcoporum: *quæ vox & à vetustis, & ab ipso concilio manuscripto ab est, & frustra repetebatur. Sunt autem ex originali addita, paulo superius aliquot verba.*

HOC NON SOLVM. CASVS. Supra dictum est, quòd laici bona clericorum defunctorum inuadere non præsumant: nunc vero docet idem Gratian. de metropolitanis, & de quibuslibet aliis clericis, & ad hoc inducit se. c.

NOn liceat.] CASVS. Constitutum est in sexta synodo, vt moriente episcopo, res illius, vel ecclesiæ suæ nō presumat auferre metropolit. sed seruentur à clericis eiusdem ecclesiæ. si vero clerici non sunt ibi idonei, metropolitanus futuro episcopo omnia illibata reseruet. Seq. §. cum cap. seq. per se patet.

a SIcut.] ¶ *Alienam.*] Ré alienam semper tenetur restituere: nisi illa iam sit consecrata: vt 17. quæst. 4. contra. quia nihil, & cap. 54. distinct. generalis. & 14. quæst. vlt. comperimus.

HIS OMNIBVS. CASVS. Infert G. ex omnibus fere supradictis cap. quòd prælati res ecclesiasticas alienare non debēt; & si alienatæ sunt, restitui debent: quod verum est si illicite alienerūtur. Nūc vero dicit, q̄ ex causa necessitatis vel vtilitatis licite possunt res ecclesiæ alienare. De necessitate probat per cap. prima. De vtilitate probat per tria sequentia c. sine exceptione. itē domus & terrulas. Sed. cap. patet. *Vt meliorari.* vt causa vtilitatis.

b ¶ *Sed notandum.*] nunc incipit ostendere quando possunt alienari res ecclesiæ.

c NOn habenti.] ¶ *Sui tituli.*] id est, ecclesiæ, vel sui tituli, id est, ad suum commodū: vt ſ. ea. monemus. d ¶ *Vsurpare.*] id est, alienare. & ponitur in mala significatione, cum non subest necessitas.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc ca. vt sine cōsensu episcoporum presbyteri non vendant res ecclesiarū, sicut nec episcopi vēdere possunt prædia ecclesiarum inconsulto cōcilio. & inducit hoc cap. à cōtrario sensu. *Concilio*, hoc quo ad res matricis ecclesiæ. *Vel cuncto presbyterio.* hoc quo ad res aliarum ecclesiarum quarū prædia alienantur. & sic concilium dicitur collegium matricis ecclesiæ, presbyterium dicitur collegium aliarū ecclesiarum.

e ¶ *Concilio.*] scilicet clericorum: vt ℨ. c. proxi.

ADDITIO. Et vide quod not. 17. distinct. in sum. 33. distinct. quando. in gloss. vlt. vbi hoc cap. placuit. allegatur. Arch.

f ¶ *Presbyterio.*] hic habes, quòd episcopus requiret cōsensum sacerdotum in alienatione: vt 10. q. 2. si quis episcopus.

Hoc non solum de laicis, verumetiam de metropolitanis, & quibuslibet aliis clericis intelligendum est: sicut in sexta synodo, cap. 35. legitur.

¶ Res [illegible] morientis [illegible] episcopi [illegible] inuadere.

NOn liceat alicui metropolitano, mortuo episcopo, qui sub eo est, aut res eius, aut ecclesiæ suæ auferre: sed sint sub custodia cleri ecclesiæ defuncti episcopi, vsque dū alius ordinetur episcopus. Si vero clerici in ecclesia non fuerint; tunc metropolitanus illibata omnia episcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.

Sicut autem res ecclesiæ nulli vsurpare licet; ita ecclesiæ aliena inuadere non permittitur.

Vnde Gregorius, lib. 2. epist. 43. ad Bonifacium episcopum.

¶ Aliena, ecclesiæ non licet inuadere. C. XLIX.

SIcut ecclesia proprias res amittere non debet; ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas a non oportet.

His omnibus auctoritatibus perspicue monstratur, quòd nulli sacerdotum res ecclesiasticas alicui tradere licet: & ille qui de manu sacerdotis facultates ecclesiæ acceperit, nullo iure eas vendicare poterit: sed potius cogeretur restituere quod illicite accepit. Sed notandum b *est, quòd quibusdam causis exigentibus res ecclesiæ distrahi possunt. Causa enim necessitatis cum cōsilio clericorum, vel vt meliora prospiciant, res ecclesiæ à sacerdotibus distrahi possunt.*

Vnde in Africano concilio legitur 1.

¶ Nisi causa necessitatis nec episcopo rem ecclesiæ suæ vsurpare licet. C. L.

2 NOn habenti † necessitatē nec episcopo licet matricis ecclesiæ rem sui tituli c vsurpare d.

¶ *Gratianus citat hoc ex concilio Africano, & sequens ex Carthaginēsi. Sed in vnico Carthaginēsi inserto in codice canonum hoc quidem est pars posterior, sequen. vero prior capitis eiusdē, quod est vltimum, id est, xxxiij. & Burchardus & Iuo integrum caput referunt ex Carthaginensi.*

a ¶ Ecclesiæ.] *In codice canonum, & apud Burchardum sequitur*, nec presbyterorum: *apud Iuonem vero legitur*, nec episcopo liceat rem matris ecclesiæ ignorante concilio, vel presbyteris, suis titulis vsurpare. *Post sequens autem caput apponetur integer canon græce noua cum versione.*

Item ex concilio Carthaginensi vnico, cap. vltimo.

¶ Nec presbyteri ignorantibus episcopis, nec episcopi ignorante concilio rem ecclesiæ vendant. C. LI.

3 PLacuit, vt presbyteri non vendant rem ecclesiæ, vbi sunt constituti, nescientibus episcopis suis; quomodo nec episcopis liceat vendere prædia ecclesiæ inconsulto concilio e, vel ß cuncto presbyterio f sine vlla necessitate g.

ß Vel cuncto.] *In canone vnici Carthaginensis legitur*, vel presbyteris suis. Non habente ergo necessitatem, & c. *vt proximo superiore capite, quemadmodum apud Burchardum etiam, & Iuonem: licet ipsi legant* habenti: *Græce autem ita totus canon habet.*

Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥςτε τὸν πρεσβύτερον παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρωνται. ὃν δρόμον καὶ τοῖς ἐπισκόποις ὅτι ἐξέστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ ὄντος τοίνυν ἀνάγκης, μὴ δὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καλαχρήσασθαι πράγματι ὡς τῷ τίτλῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτερος.

Similiter placuit, vt presbyteri præter suorum episcoporum sententiam non vendant rem ecclesiæ, in qua consecrantur: quemadmodum neque episcopis licet prædia ecclesiæ vendere insciente synodo, vel propriis presbyteris. Ergo, nisi adsit necessitas, neque episcopo liceat abuti re aliqua ex titulo ecclesiasticæ matricis.

Item ex epistola Leonis Papæ, vniuersis episcopis per Siciliam cōstitutis.

¶ Nisi vt melioret prospiciens rem ecclesiæ non licet distrahere episcopo. C. LII.

4 SIne exceptione h decernimus, ne quis episcopus de rebus ecclesiæ suæ quidquam donare i, vel commutare, vel vendere k audeat; nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat, & cum totius l cleri tractatu m: atque consensu id eligat; quod non sit dubium profuturum n ecclesiæ. *& infra.* ¶ s Episcopus rebus ecclesiæ tamquam commēdatis, non tamquam propriis vtatur. Irrita enim episcoporum vēditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit absque conniuentia γ o, & subscriptione clericorum.

γ ¶ Conniuentia.] *Antea legebatur*, absque omnium conniuentia. *Inducta vero est dictio*, omnium; *quia neque in vetustis exemplaribus, neque in Decretalibus, ca. 1. de his quæ fiunt à præl. neque apud ceteros collectores habetur. Apud Iuonem, qui citat concilium Carthagin. 4. & in Pancritat concilium Carthagin. 4. & in Pannormia, qui Leonem ex concilio apud Valentias, loco istius vocis*, conniuentia, *est*, collaudatione.

Item domus vrbium, vel castrorum, quæ ecclesiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, licet rectoribus ecclesiarum (sicut in superiori

a Dic q̄ si tanta imminet necessitas, q̄ concilii canonicorum expectari non possit, tunc episcopus alienare poterit. ar. ff. de adm. tut. §. 1. ff. de pet. here. l. diuus. dummodo id gerat quod de iure erepto tutori non debeat. arg. ff. de ritu nupt. si filius.

b Intelligo ex causa, vt j. sequitur. arg. ſ. 44. distinct. in prin. Arch.

4 Anſl. 5. cap. 69. & l. 6. cap. 189.

c Tenere. q̄ſt est æquissima & tenere Doctor. l. unic. ff. eam tradition. nem. de rei vindicat.

5 in fin. Carthaginens. j. c. 10. ibidem. c. 32. & ext. de his, quæ fiunt à prael. c. 1. in 3. p. j. c. 231. Pan. l. 2. c. 86. d Aide Bal. & Alexan. de Imol. in l. cum aliena. C. de leg.

e Tener. Dē glo. ſ. c. in fin ma. fed communiter reprobantur à Doct. possūt tamen seruari, secundū Ant. Bur. in 3. cum Apostolica. de his, quæ fi. à præla. fine. Ōsen. per gl. ibi, ver. profuturum. quando alienatio cōmuni opinione reputabatur vtilis ecclesiæ, licet non esset. Ant. n. Cons. in singu. versi. lienatio.

Terrulas.] Hæc est 6. pars q. in qua proponit seu proponere intendit casus in quibus posit alienatio fieri, capitulo inconsulto, credo tamen, quòd non in omni casu capitulum sit consulendum. extra de iis quæ fi. à ma. parte. c. per totum. Io. de Fant. sed hic contra dicit.

a Ista fuit sententia Lau. vel dic melius secundum Host. cõsuetudinem terræ & facultates eccl. & rei vẽditæ vel datæ facultate attendendam. vt in decret. hic in fi. gl. l. & hoc ipse Host. not. in sum. de his quę fiunt à prælat. §. vlt. in prin. & hoc etiam tenet Goff. vt no. in sum. e. tit. § in summa notandum est, &c. Arch.

1 Sup. ead.

2 Ita p. 3. cap. 160.

3 Ca. 45. & hoc c. terrulas, seruantur in praxi. & ita consuluerunt Io. Cal. consil. 11. de ju. ju. consil. 7. de reb. eccle. nõ alie. Bald. in l. 156. lib. 1. Soc consil. 203. col. 3. Fab. 1. Guid. Papæ decis. delphin. 156. Idem Paul. c. vt sup. de reb. eccl. non alie. Phi. Frac. cons. col. 6. co. in 6. Fabia. de Monte, in tract. de emp. & vend. q. 5. in principali in fin. Franc. Curtij, tract. feudo. parte 2. q. 21.

al. Carisiacẽsem ext. de rerũ permut. et iniuriam. Bur. l. 3. c. 174. Iuo p. 3. c. 235.

al. remedio

Exiguas.] forte exiguas vocat non valentes vltra xx. solidos [a], vt infra ead. si quos. variis enim modis dicitur aliquid esse modicum, vt dixi 2. q. 6. anteriorum. vbi dicitur, q̃ sine decreto non possunt alienari res exiguæ: vt ff. de reb. eo. q. sub tu. l. vlt. in prin. 17. q. 4. quicunque. & ff. de transact. cum hi. §. si in annos singulos. quod cõcedo, dum tamẽ sint vtiles, nec ineſt necessitas, vt alienentur: aliàs secus. & hoc verũ est, nisi consuetudo sit cõtraria. arg. contra, extra de dona. ceterum.

Vgitivi.] CASVS. Quidam serui eccle siarum fugitiui erant, & si reuocentur siue vocabantur, non poterant teneri. Statuit ergo concilij, vt ab episcopis si voluerint distrahantur tales fugitiui. Idẽ potuerunt episcopi facere. si illi serui meruerint aliàs. Vel forte de aliis seruis, & non fugitiuis loquitur quod dicit cap. in fi.

b *Fugitivi.*] sed quãdiu est in fuga, vendi non potest. C. ad legem Flauiã de plag. in fuga. Item potest fugitiuus vẽdi sub ea conditione, si apprehendatur. ff. eod. l. 2. ideo autem prohibetur vendi seruus fugitiuus: quia fuga est quędam species libertatis. ff. de ædil. edict. quis sit fugitiuus. §. idem recte.

Meruerint. in alio. *Iniustum.*] ITEM. Hæc est 7. pars quæst. in qua dicit, quòd si alienator reddat ecclesiã indemnem, s. spõte, euadet depositionem. Io. de Fan.

CASVS. Ponit quartũ casum Grat. in quo possunt prælati ecclesiæ res alienare licite, scilicet si tãtũdẽ velint de propriis facultatibus recompẽsare, quod probatur sequẽti cap. cuius casus patet. Qualiter tamẽ illud cap. intelligatur, melius dicitur in apparatu.

d *Si quis.*] ¶ *Contulerit.*] Ergo si de suo tãtum ecclesiæ dedit, euadit pœnã depositionis, & sic est contra supra ead. monemus, & cap. statuimus & ca. diaconi. vbi non euadit pœnam depositionis, licet tantum de suo det. sed hic loquitur in eo casu, quando prius habitus est tractatus cum clericis, quòd de suo tantum vellet dare, vt posset rem illam alienare, & clerici hoc permiserunt [b]. Vel dic, quòd si episcopus primo aliquid dedit ecclesiæ, sed postea tantumdem alienat ab ecclesia, hoc intelligitur fecisse ex voluntate ecclesiæ. argum. ff. sol. mat. dotem.

b Ad hoc fuit sententia H. qui credit sufficere consensum clericorũ in genere. fuit etiam sententia. L.

ITEM SI SERVOS. Hæc est octaua pars quæst. in qua ponit quid iuris sit de libertis ecclesiæ: & hæc est sententia, quòd serui bene meriti possunt manumitti, & de rebus ecclesiæ habere vnde viuant, &c. Ioan. de Fant.

CASVS. Ponit hic Gratian. quintum casum, in quo prælatus potest aliquid de rebus ecclesiæ alienare. Nam cum manumittit seruum, potest ei donare vsque ad xx. solidos, & non vltra: & ad hoc inducit seq. c. *capitulo Symmachi* [1 *Non liceat Papæ, &c.*] *continetur) vendere, vel commutare.*

Item, sicut in Agathensi concilio, cap. 45. legitur.

¶ De eodem. C. LIII.

6 2 TErrulas [3], aut vineolas exiguas [4], & ecclesiæ minus vtiles, aut lõge positas paruas, episcopus sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.

Capitulum hoc in aliquot vetustis codicibus est coniunctum superiori.

Seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non possunt, similiter episcopis distrahere licet.

Vnde in eodẽ concilio, c. 46. legitur.

¶ Alienentur fugitiui, qui retineri non possunt. C. LIIII.

FVgitiui [b] domos suas, aut familias deserentes, qui etiam si reuocati fuerint, non possunt teneri, simili ratione ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint [c], distrahantur.

[*Item ex concilio apud Tansiacum* [†], *cap. 2.*

PALEA. C. LV.

4 INiustũ videtur, & impium, vt mancipia, quæ fideles viri, seu feminæ pro redemptione [†] animæ suæ Deo, & sanctis eius consecrauerint, cuiuscumque muneris pretio, vel commutationis commercio iterum in sæcularem seruitutem redigãtur: cum canonica auctoritas seruos fugitiuos tantummodo distrahi permittat. Et ideo omnes rectores ecclesiarum summopere caueãt, ne vnius eleemosyna, alterius peccatum fiat: & est absurdum, vt ecclesiastica dignitate seruus decedens, humanæ obnoxius sit seruituti.

A Burchardo, & Iuone citatur ex concilio apud Carisiacum, in Decretalibus vero tit. de verum permut. ex concilio apud Syluanectum. Et habetur hæc palea in pleriſque vetustis Gratiani exemplaribus.

Item si rectores ecclesiæ de rebus propriis tantumdem ecclesiæ restituere voluerint; ecclesiasticas facultates li-

Si quos.] CASVS. Quidam episcopus quosdam seruos suæ ecclesiæ bene meritos manumisit, & eis quædã de rebus ecclesiæ donauit, quos successor eius voluit in seruitutem reuocare, & ea quæ eis donata fuerant. quare quæsitum fuit in concilio Agathen. vtrum hoc facere posit. Et respondetur, quòd non potest eos in seruitutem reuocare, nec quod datum est vsque ad xx. soli. poterit reuocare. vltra vero datum reuocabit.

e ¶ *Benemeritos.*] sed qui dicuntur benemeriti. ‖ Sunt tales qui aliquod insigne seruitiũ fecerunt ecclesiæ. & ponas exemplum 79. dist. si quis Papa. Nam pro præmio remunerãdus est seruus libertate: vt 7. e. §. in criminali. C. de fer. qui pro præl. ac per totum: large tamen bene meritus dicitur quicumque non demeruerit: vt ff. de manu. testa. seruos. sic quilibet dicitur dignus, qui non est indignus, vt extra de præsum. dudum.

f ¶ *Libertatem.*] supra e. q. & si illi. ar. contra. ff. si quid in frau. pa. vnius.

g ¶ *Amplius.*] & ita donatio pro parte valet, & pro parte non. Item est hic ar. quòd vtile non vitiatur per inutile. si. C. de don. sanctimus. infra de consec. dist. 4. si non sanctificatur. 7. 17. q. 4. quęsti, & 7. ead. q. 5. quia. Ioan.

h ¶ *Post manumissoris.*] & ante posset, sed postea magis commode reuocare posset.

SED NOTANDVM EST. CASVS. Supra dictum est quòd serui ecclesiarum possunt manumitti quidoque. Nunc vero docet, q̃ ipsa manumissio nó est facienda nisi retento patrocinio, nisi manumissor recompenset ecclesię alium seruum eiusdẽ meriti, & eiusdem peculij, tamẽ dicit c. de duobus.

Piscopus qui mancipium.] CASVS. Quidã episcopus quemdam seruum ecclesiæ suæ manumittere desiderabat nullo patrocinio in ipso retento: quæsitũ fuit in concilio Toletan, qualiter hoc fieri posset. Et respondetur, quòd si manumissor conferat ecclesiæ duos seruos eiusdem meriti & eiusdem peculij de consensu canonicorum subscribẽtium in commutatione, rata erit commutatio & manumissio talis: quia quem episcopus manumisit, iam iuri proprio acquisierat: ita tamen vt præfatus libertus non habeat licentiam accusandi, vel testificandi contra ecclesiam, quod si præsumpserit, commutatione manente reuocabitur in seruitutem.

i ¶ *Parrocinio.*] talẽ, scilicet, quod consistit in faciendo, scilicet in seruiendo: ‖ sed patrocinium quod consistit in non faciendo, scilicet, quòd eum non vocet in ius, illud non potest remittere: vt patet per id quod sequitur. vtrum autem patronus ex toto possit remittere ius patronatus, no. taui 54. distinct. quicunque. Sed quæritur quare pro vno seruo dantur duo serui, & non pro vna re ecclesiæ datur duæ res: vt supra ead. cap. si quis? Respondeo: quia si seruus est bonus, diligenter gerit res ecclesiæ & negotia, & non permittit fieri fraudem. si est malus, per eum potest extorqueri veritas. hanc rationem assignat lex. C. de admi. tut. lex quæ. in princ.

a ¶ *Diffinitio.*] id est, voluntas.

b ¶ *Iuri proprio.*] id est, seruus ipse proprij iuris est factus.

c ¶ *Accusandi.*] ergo videtur, quod alter quàm libertus possit accusare ecclesiam, vt si accusatur, quòd simoniace elegit aliquem, vt extra de si. veniens. vel quòd metum intulit alicui: vt ff. quod met. cau. metum. §. 2. Sed contra, vniuersitas non potest dolum committere: vt ff. de dolo, sed si ex dolo. sic nec dicitur aliquid possidere. ff. de acq. poss. l. 1. §. vlt. Nec ciuitas potest excõmunicari: vt 24. q. 3. si habes. Item vniuersitas per actorẽ vel procuratorem suum debet se defendere: sed in crimine non interuenit procurator: ‖ ergo vniuersitas nó potest de crimine cõueniri. quod verũ est. Dicas ergo hic poni verbũ accusandi pro verbo agendi 2. Vel intellige cũ episcopus accusatur de crimine, quod commisit de consilio vniuersitatis [b]: vt 16. q. 6. placuit. Item per modum inquisitionis potest agi cõtra vniuersitatem, prout legitur extra de si. veniens 2. Vel dic, q̃ non procedit cõtra vniuersitatem, sed potius contra singulos. Io. ego credo, q̃ vniuersitas (nisi sint infantes & similes personæ) accusari potest: quia dolum committere potest, nec ob. lex illa, ff. de dolo, sed si ex dolo. quia quod ibi dicitur, nó potest cõmittere dolum, sup̃le de facili. & videmus, quòd sæpe capitulũ accusatur, & excommunicatur cõcilium vniuersitatis. Et delictum quod maiores de vniuersitate cõmittũt, ad omnes refertur. ff. de re iu. l. aliud. B.

d ¶ *Vt stãte.*] ergo pœna soluta remanet cõtractus in sua firmitate. 25. q. 2. quæcumque. q̃ aliàs nõ est verum nisi sit hoc dictum: vt ff. de transact. qui fidem. Nam iniquum est, quòd simul habeatur pœna & res. ff. de doli excep. apud. Labeo. extra de pœn. suam.

LIBERTVS. CASVS. Supra dictum est, quòd libertus suum patronum accusare non potest, vel contra ipsum testificari. Nunc vero docet G. quòd in ciuili causa non potest eum in ius vocare, nisi venia impetrata à maiori.

e ¶ *Nisi venia.*] id est, licentia agendi.

SI SINE. CASVS. Quidam libertus licentia non impetrata patronum suum in ciuili causa in ius vocauit, quæsitum fuit quam pœnam libertus ille pati debeat. Et respondet quòd si patronus conqueritur, puniatur libertus pœna aureorum. 50. si fuerit diues. si fuerit pauper, tamquam inofficiosus verberibus castigabitur.

f ¶ *Quinquaginta aureos.*] nisi pœniteat ante litis contesta. vt ff. de in ius voc. quamuis.

g ¶ *Inofficiosus.*] id est, impius.

h ¶ *Si inopia.*] pauperes em̃ semp puniunt verberib⁹. ℨ. e. fraternitas.

SI VERO. CASVS. Supra dictum est, quòd si quis manumittitur à corpore aliquo, id est, à societate cerdonum vel pelliparíorum, vel à collegio clericorum, vel à ciuitate, singulos de vniuersitate in ius vocabit sine venia impetrata: quia non est libertus singulorum, sed vniuersitatis tantum. sed si aduersus ciuitatem vel vniuersitatem aliam cuius est libertus, habeat actionem, non potest in ius vocare rectores vel actorem ipsius ciuitatis vel vniuersitatis, nisi venia impetrata. Sed si princeps aliquem faciat ingenuum, nullam reuerentiam debet patrono. *Corpore*, Corpus dicitur societas hominum non habitantium simul. Collegium vero simul habitantium dicitur.

i ¶ *Singulos.*] sed communis libertus duorum neutrum potest in ius vocare. ff. de in ius vo. commuuis libertus. quia res communis omnium est. ff. de ritu nuptia. illud.

k ¶ *Actorem.*] glossauerunt autem quidam hæc in propria causa, non in causa vniuersitatis: hæc glossa falsa est: quia bene potest conueniri procurator [c] patroni, licet nõ ipse patronus: vt ff. de obseq. l. licet. ff. de in ius voc. sed & si. §. vlt. ‖ sed ipse patron⁹, siue suo, siue alieno nomine agat, non potest conueniri à liberto, vt per eandem legem probatur, sed econuerso est in liberto; quia licet libert⁹ suo nomine non possit conuenire patronum: tamẽ nomine alterius potest: vt ff. eod. quæsitum.

l ¶ *Ingenuum.*] restituendo eum natalibus: vt ff. de natalibus resti. l. 2.

IN CRIMINALI. CASVS. Dictum est §. in l. si fine. quid iuris sit cum libertus vocat patronum in ius fine venia in causa ciuili: Nunc vero docet Grati. quòd si vult patronũ accusare de crimine, de quo patronus caput & diuitias perderet si probaretur, ante litis contestat. debet decapitari libertus: nisi in crimine læsæ maiestatis, & nisi patrona cum seruo suo concubuerit: quo casu cum munere libertatis seruo permittitur accusare. & ad hoc inducit l. seq.

SI QVA CVM SERVO. CASVS. Quædam mulier cũ seruo suo concubuit. quæsitum fuit quam pœnam debeat pati vterque? Et respondetur, quòd femina debet decapitari, seruus autem cõburi debet, & dat licẽtia omnib⁹ accusandi de hoc crimine, & officialibus copia nũtiãdi. Seru⁹ ẽt poterit de hoc crimine accusare, & si crimẽ ꝓbauerit, ꝓ mune re libertatem habebit.

c Id est tutor vel curator. & est pro causa patroni, sed in simplici procuratore sec⁹ secundũ quosdam. ff. de obseq. honori. & quia tunc sem per patronus conuenitur, & habet iurare de calũnia. C. de iura. calũ. l. 2. Archid. ‖ Patronus à liberto nõ potest cõueniri. 5 Cod. qui accus. non poss. 6 tit. 11. le. vnica.

Capitali.] hodie adultera verberatur, & detruditur in monasteriũ: vt C. de adult. auth. sed hodie. Vel dic, quòd auth. intelligitur quando non adulteratur cum proprio seruo. ‖ Sed nunquid seruus potest accusare dominam suam si cum alio seruo adulteratur? Respon. quòd non: quia hic loquitur de proprio tantum seruo. similiter nec domina virum suum potest accusare, si cum ancilla sua iacet vel cum aliena [d], cum hoc cautum non inuenio. hoc ideo, quia detestabilius est hoc crimen in muliere, quã in viro. Io. Male dicit Io. quia accusari potest mulier, & vir si cum ancilla sua fornicetur, aut femina si adulterium committat, vt extra de diuor. ex litteris. B.

d Adde quod no. glo. Bar. Pe. & Cy. in l. 1. C. de adul. Spec. in tit. de adult. versic. sed nũquid.

n ¶ *Verberone.*] id est, seruo qui post verbera comburitur.

IN PATRONOS. CASVS. Supra dictum est quòd liberti patronos suos accusare non possunt. Nunc vero dicit, quòd contra eos testificari non possunt, nisi in casibus quibusdam, in quibus serui contra dominos, & liberti contra patronos verberari iubentur.

Væstionem.] Lex ista diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd serui contra dominos in criminibus non admittuntur sine indiciis aliis, nisi in exceptis criminibus, in quibus serui contra dominos torquentur etiam soli, etsi alia indicia non præcedant. In secunda parte dicitur, quòd in certis criminibus non creditur solis seruis contra dominos, sed eis fides cum aliis probationibus adhibetur. In tertia parte dicitur, quòd in pecuniaria causa, nec soli, nec cum aliis probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi, *In ceteris autem.* Tertia ibi, *In pecuniariis.* Sequens c. patet per se.

o ¶ *Census.*] reipub. vel etiam ecclesiæ: quia ecclesia comparatur reipub. vt C. de sacr. san. eccles. l. vt inter diuinum.

p ¶ *Si aliis.*] dicunt quidam, quòd nec in exceptis criminibus seruus contra dominum admittitur, nisi aliqua præsumptio præcedat. nam

¶ Væstionem de seruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati census [o] accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principis pertinet. ¶ In ceteris autẽ, quamquam ea, quæ seruus contra dominum dixit, iudicaturi sententiam formare non debeant; tamen, si aliis [p] quoque probationibus fides veritatis inuestigetur,

bertus patronum in ius vocauerit, caput eius, & fortunas petiturus; ante litis exordium capite puniendus est.

5 *Crimen vero læsæ maiestatis excipitur, vel si patronum illicito serui concubitu vti deprehenderit: quo casu, etiam seruo cum munere libertatis dominam accusare permittitur: sicut Codi. lib. nono, titulo de muliebribus, quæ se proprius seruis iunxerunt.* 6 *leg. vnica Imperator Constantinus constituisse legitur.*

[*Si qua cum seruo suo occulte rem habere detegitur; capitali* [m] *sententia subiugetur* 7, *tradendo ignibus verberone* [n]. *Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: sit officio copa nuntiandi: sit etiam seruo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur.*] ¶ *In patronos etiam testificari non possunt, nisi in quibusdam casibus, in quibus etiam serui in dominos torqueri iubentur.*

Vnde in libro eo. Codicis, tit. 8 *de quæstionibus. l. prima. Impp. Antoninus & Verus.*

¶ De eodem. C. LIX.

Væstionem de seruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati census [o] accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principis pertinet. ¶ In ceteris autẽ, quamquam ea, quæ seruus contra dominum dixit, iudicaturi sententiam formare non debeant; tamen, si aliis [p] quoque probationibus fides veritatis inuestigetur,

m ¶ *Capitali.*] hodie adultera verberatur, & detruditur in monasteriũ: vt C. de adult. auth. sed hodie. Vel dic, quòd auth. intelligitur quando non adulteratur cum proprio seruo. ‖ Sed nunquid seruus potest accusare dominam suam si cum alio seruo adulteratur? Respon. quòd non: quia hic loquitur de proprio tantum seruo. similiter nec domina virum suum potest accusare, si cum ancilla sua iacet vel cum aliena [d], cum hoc cautum non inuenio. hoc ideo, quia detestabilius est hoc crimen in muliere, quã in viro. Io. Male dicit Io. quia accusari potest mulier, & vir si cum ancilla sua fornicetur, aut femina si adulterium committat, vt extra de diuor. ex litteris. B.

n ¶ *Verberone.*] id est, seruo qui post verbera comburitur.

IN PATRONOS. CASVS. Supra dictum est quòd liberti patronos suos accusare non possunt. Nunc vero dicit, quòd contra eos testificari non possunt, nisi in casibus quibusdam, in quibus serui contra dominos, & liberti contra patronos verberari iubentur.

Væstionem.] Lex ista diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd serui contra dominos in criminibus non admittuntur sine indiciis aliis, nisi in exceptis criminibus, in quibus serui contra dominos torquentur etiam soli, etsi alia indicia non præcedant. In secunda parte dicitur, quòd in certis criminibus non creditur solis seruis contra dominos, sed eis fides cum aliis probationibus adhibetur. In tertia parte dicitur, quòd in pecuniaria causa, nec soli, nec cum aliis probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi, *In ceteris autem.* Tertia ibi, *In pecuniariis.* Sequens c. patet per se.

o ¶ *Census.*] reipub. vel etiam ecclesiæ: quia ecclesia comparatur reipub. vt C. de sacr. san. eccles. l. vt inter diuinum.

p ¶ *Si aliis.*] dicunt quidam, quòd nec in exceptis criminibus seruus contra dominum admittitur, nisi aliqua præsumptio præcedat. nam

‖ Domina adultera an possit à seruo suo accusari.

7 Concor. tex. in l. quoniam Alex. & in l. confitenti. cum ibi not. C. de adult.

8 tit. 41. l. 1.

seruì & viles personæ semper quæstionibus subduntur: vt 4.quæst. 3.si autem ea rei conditio sit. ‖Sed à quæstionibus numquam est incipiendum, nisi præcedant indicia: vt extra de reg. iur. cum in contemplatione. sed littera ista hoc non patitur [a]. Dico ergo hoc speciale, vt initium sumatur à tormentis. similiter cum maritus dicitur vxorem occidisse. C. ad le. Cor. de sic. l. vlt. & cũ agitur de occiso domino. ff. ad Sylla. & si certus sit percussor.

‖ Initiũ quandoq; sumitur à tormentis.

a Dicunt quidam quòd de facto hoc actũ sit hic. q; fortes fuerunt quia sufficienter fuit aliàs probatum. vnde licet dominus dicat non debere torqueri seruum cõtra eum, & vtrũ dicat: non tamẽ per hoc absoluitur, cũ aliàs in sufficienter ãs probarum: & sic domini exceptio nulla est. nrgu. extra de re iudi. cum Io. &c. Arch.

a ¶ *Præscriptionis.*] i. exceptionis talis, s. iste est seruus meus, & ideo non audietur contra me.

b ¶ *Interrogari.*] nisi cum de facto suo interrogatur: vt 4.quæstio. 3. item seruì.

c ¶ *Nisi olitũ.*] ¶ *Matrem.*] Nam mater quãdoque gerit tutelam filiorũ: vt C. quando mut. tut. offic. fungi. l. 2. & finita tutela potest agi contra eos, qui non habẽtur loco dominorum, cum pupillum spoliant. ff. de vsucap. pro emptore. qui fundum. §. si tutor.

SI VERO. CASVS. Dictum est s. in c. episcopus. qui. q. libertus à patrocinio ecclesiæ recedere potest, si episcopus duos seruos eiusdem meriti & peculij pro eo dederit. Nunc vero dicit Grat. quòd si sua auctoritate à patrocinio ecclesię recedat, nisi admonitus resipiscat, reuocetur in seruitutem: & hoc probat per seq. cap.

Liberti.] CASVS. Cõstitutum fuit in Toletano concilio, vt si liberti ecclesiæ ab eius patrocinio decesserint: si commoniti ad ecclesiam non redierint, reuocẽtur in seruitutem. *Ingrati actione*, id est, actione intẽtata propter ingratitudinẽ. s. actione in factum.

d ¶ *Redire.*] sed quare coguntur isti redire, cum nullæ operæ sint eis impositæ: ‖ libertus enim nõ tenetur præstare operas, nisi sint ei impositæ. C. de ope. lib. l. 1. licet honorẽ eis exhibere teneatur. & etiam alere ipsum: vt C. de ope. lib. l. 1. & l. mater. Sed dicas aliud esse in libertis ecclesiæ: vt s. ead. diaconi. tamẽ licet liberti ecclesiæ teneantur ei præstare operas, non tamẽ tales quales serui. aliqua enim debet esse differentia: vt ff. de oper. lib. si libertus.

‖ Bur. l. 3. cap. 184. Iuo p. 3. c. 244.

‖ Libertus an teneatur ad operas.

† *al. maleficis*

e ¶ *Ingrati actione.*] id est, actione in factũ, quæ datur propter ingratitudinem. non enim est hoc proprium nomen actionis, sic dicitur actio oneris aduersi. i. quæ datur propter onus aduersum: vt ff. loc. in naue.

Octaua.] CASVS Elisæus seruus Agabrenſ. ecclesiæ, statim cum fuit ab episcopo manumissus, non solũ voluit ipsum episcopum interficere, sed etiam patronam ecclesiam in quadam causa ciuili, vbi arbiter residebat, iniuste damnauit, vel eius bona propter rapinam vsurpauit: quare quæsitum fuit de isto in Hispalensi concilio in octaua die ipsius concilij, quam pœnam debeat pati iste libertus. Et respondet quòd debet in seruitutem reuocari, vt cuius libertas erat perniciosa, sit seruitus salutifera: & qui adepta libertate voluit superbire, discat obedire subiectus. & dicit H. *damnauit*, id est, damnificauit, vel ad damnificandum ecclesiam alios instigauit, vocando ecclesiam in ius sine venia.

f ¶ *Discussio.*] id est, quæstio.

g ¶ *Prædamnauit.*] id est, valde damnificauit.

præscriptionis [a] inuidia euanescit.

¶ In pecuniariis vero causis ex [a] inopia probationum seruos contra dominum posse interrogari [b] manifestum est.

** In aliquot vetustis codicibus caput hoc coniunctum est superiori.*

a ¶ Ex inopia.] *In antiquis codicibus Gratiani legitur*, nec inopia. *& sic videtur etiã legisse auctor glossæ. In antiquiore etiam editione codicis Iustiniani tit. de quæstionibus, le. quæstionem. eodem modo habet, & eamdemquem lectionem secutus est auctor illarum glossarum, & in Basil. tit. 50. de quæst. ead. est lectio. Sed quia in codice ab Haloandro edito legitur*, ex inopia. *& in l. Diuus. ff. de quæst. videtur statutum, ex inopia probationum etiam in causis pecuniariis posse torqueri seruos, nihil est mutatũ.*

Item ibidem. l. secunda.

De eodem. C. LX.

INsolitum est, & graue exemplo, audiri seruos aduersus tutores, vel matrem [c] dominorum suorum, nisi tutelæ agatur.

Si vero libertus sua auctoritate à patrocinio ecclesiæ recesserit, si admonitus redire contempserit, in seruitutem reuocabitur.

Vnde in eodem concilio Toletano quarto, cap. 70. legitur.

¶ De libertis ecclesiæ, qui ab eius patrocinio discedunt. C. LXI.

ILiberti ecclesiæ, qui ab eius patrocinio discedẽtes quibuslibet personis adhæserunt; si admoniti redire [d] cõtempserint; manumissio eorum irrita sit: quia per inobedientiæ † contemptum ingrati actione [e] tenentur.

Item ex concilio Hispalensi 2. cap. 8.

¶ Reuocentur in seruitutem ecclesiarum liberti, qui contra eius libertatem superbirunt. C. LXII.

OCtaua discussio [f] agitata est de quodam Helisæo ex familia Agabrensis ecclesiæ: qui ab episcopo suo traditus libertati, de libertate confestim ad contumaciæ morbum transiluit; sicque per superbiam non solum eiusdem episcopi veneficis † artibus salutem

† *al. obedientiæ.*

lædere voluit, sed etiam patronam ecclesiã libertatis immemor præ damnauit [g]. Aduersus quẽ ingrati actio, canonum, & legum auctoritate, iuste dirigitur: scilicet, vt immeritæ libertatis dãno mulctatus ad seruitutis nexum reuocetur [b].

b Talium enim status, qui contra episcopum suum, vel patronam ecclesiam nituntur; decidi potius quàm conseruari cõuenit: vt quorum libertas pernicio sa est, sit salutifera seruitus: & qui superbire nouerunt adepta ß libertate, prodi-, discant obedire subiecti.

ß ¶ Adepta libertate.] *Magna hoc loco est varietas in vetustis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata. partim habent*, adempta libertate prodi-, *partim*, adepta libertate prædi-, *vt concilium ipsum impressum, & manuscriptum, etiam in codice Lucensi regio. Apud Iuonem vero legitur.* adepta libertate elati, perdita discant obedire subiecti.

Item ex concilio Toletano 3. c. 6.

¶ A patrocinio non discedant ecclesiæ liberti ad tempus exclusi. C. LXIII.

DE libertis autem hoc præcipit sancta synodus, vt si qui presbyterij, vel diaconi ab episcopis facti sunt secundum modum, quo canones antiqui dant licentiam; sint liberi: & tamen à patrocinio ecclesiæ tam ipsi, quàm ab eis progeniti [k] non recedant [l].

¶ Ab aliis quoque libertati traditi, & ecclesiis commendati, patrocinio episcopi † colligantur: & ne cuiquam donentur, à principe hoc episcopus postulet.

ß Libertum ecclesiæ filij sunt ecclesiæ obnoxij.

† *al. obligati sibi reganter*

y ¶ Presbyteri, vel diaconi.] *In conciliis Coloniæ quattuor tomis impressis, & in codice Lucensi regio legitur.* De libertis autem id Dei præcipiunt sacerdotes, vt si qui ab episcopis, &c. *nulla presbyterorum, aut diaconorum mentione facta.*

Ne vero longinquitate temporis obscuretur conditio originis; tempore suæ manumissionis scribant liberti professionem, qua se profiteantur de familia esse ecclesiæ, & ab eius obsequio se numquam recessuros.

tura prole, quòd ab ecclesiæ patrocinio se non potest subtrahere. Ideo quidam dixerunt istud speciale esse in libertis ecclesiæ, vt filij nati post manumissionem patrum suorum sint liberti ecclesiæ. Tu dicas quòd filij nati post manumissionem sunt ingenui: sunt tamen obnoxij ecclesiæ quo ad quasdam operas, quæ consistunt in honore, in assurgendo, & in salutando: item quòd non vocabunt eam in ius. aliàs reuocantur in seruitutem: vt in cap. seq. Ioan.

l ¶ *Non recedant.*] hic habet locum distinctio decret. extra de ser. non ordin. eo libentius. Est tamen hoc speciale in libertis ecclesiæ, quòd etiam licet facti sint sacerdotes, quòd propter ingratitudinem reuocantur in seruitutem: vt 54. distinctione qui ex famulis. secus tamen in famulis priuatorum.

NE VERO. CASVS. Supra dictum est, quòd liberti ecclesiarum non debent ab eorum patrocinio recedere: sed quia factum sæpe longinquitate temporis obscuratur; ideo hic docetur, vt liberti tempore

pore suæ manumissionis scribant professionem, qua confiteantur se esse libertos ecclesiæ, & ab eius obsequio numquam recessuros: & ad hoc duo cap. seq. inducuntur.

Onginquitate.] CASVS. Statutum fuit in concil. Toletano, vt liberati ecclesiarum professionem facere debeant, qua confiteantur se esse libertos ecclesiæ, & ab eius obsequio non recessuros. Sed cum idem concilium fuit iterum congregatum, adiecit vt cum episcopus ecclesię fuerit defunctus, & ei alius substitutus [a]: omnes liberti ecclesiæ. vel ab eis progeniti substituto põtifici intra annum à tẽpore suę ordinationis charulas suas in cõspectu ecclesiæ debeant publicare & renouare: quatenus illi suum statum teneãt, & ecclesia eorum obedientia nõ careat. si vero hoc contemnent, reuocentur in seruitutem.

a Iuniores. in aliqua fact. Ivo p. 3. cit. 2. Bero. 3. c. 185. Iuo p. 3. c. 245.

a ¶ *Longinquitate.*] quia si per decem ann. steterit in libertate, amodo liber habetur, vt extra de coniu. ser. licet. ff. qui & à qui. ma. si. cũ. §. Aristo. Vel si mater alicuius tẽpore mortis eius se pro libera gesserit, & filius eius per quinquennium vixerit vt liber, amodo liber erit: vt C. ne de sta. defun. l. 2. & 3. sed licet seruus fugitiuus se pro libero gesserit, non ideo est in possessione libertatis: vt C. de agri. & cens. cũ simus. in fi. lib. 11. & ff. de acquir. pos. l. per eum, in fi.

b ¶ *In anteriori.*] non determinat hic de quo dicat.

c ¶ *Intra annum.*] similiter si vasallus intra annum non petit inuestituram, cadit à iure feudi, vt in constit. Friderichi, imperialis. §. præterea. de feud. nec obstat quod legitur extra de iureiu. veritatis. vbi dicitur quòd nõ iuratur successori Papæ. potest enim dici specialem ibi esse indulgentiam: in emphyteota secus est, quia licet nõ soluat canonẽ intra annum, tamen non expellitur: vt 10. q. 2. hoc ius. No. ‖ quòd hic excursus anni priuat aliquem libertate, sicut excursus anni probat crimen. 11. q. 3. rursus. sic 20. q. 2. puella. sic extra de offic. ordin. pastoralis. sic 54. distinct. si seruus.

Iuniores. in aliqua fact. Ivo p. 3. cit. 2. Bero. 3. c. 185. Iuo p. 3. c. 245.

Liberti.] CASVS. Statuitur in ca. isto, vt liberti ecclesiæ à patrocinio ecclesiæ nũquã recedant: quia eorum patrona, s. ecclesia nũquam moritur, nec posteritas eorum, sicut antiqui canones decreuerũt. & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, quòd liberti & eorum filij faciãt professionem, qua profiteãtur se esse libertos ecclesiæ, & quòd ab eius patrocinio non recedent, ne libertas in futura prole non pateat: & ipsa posteritas à patrocinio ecclesiæ se non subtrahat.

d ¶ *Moritur.*] ecclesia enim non potest esse nulla [a]: vt 24. q. 1. pudẽda.

e ¶ *Geniti.*] propter hoc dixerunt quidam, q; speciale esset in ecclesia q; filij libertorum ecclesiæ sint liberti ecclesiæ: quod non est verum, sed tamen quò ad quid sunt adstricti ecclesiæ, vt ei assurgant, vt eam non accusent. supra eadem episcopus qui. cum §. seq.

a Iſtam gl. sequitur Alexã. de Imol. in l. pactum quòd col. 2. C. de pact & idem Alexan. in l. extraneũ. col. 3. de here. insti. vbi vide concor.

Pro remuneratione etiam impensi obsequij res ecclesiasticæ vtiliter possunt donari.

Vnde in Toletano concilio 4. ca. 36. legitur.

¶ Quæ de rebus ecclesiæ in remunerationem obsequij præstantur, rata permaneant. C. LXVI.

QVicumque episcopi suffragio [f] cuiuslibet aliquid ecclesiasticæ vtilitatis prouiderint [g], & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint [h]; promissi solutionem eos exoluere oportebit: ita vt id ad cõcilium prouinciale deferatur †, vt eorum consuetudo cõfirmetur; quia (sicut Paulus ait) dignus est operarius mercede sua.

† *al. deducti eorũ consuetudo confirmetur*

Item Gregorius, lib. 2. indict. 11. epist. 18. Theodoro consiliario.

¶ Serui ecclesiarum in eorum dominium conferri possunt, qui ecclesiasticis vtilitatibus deseruiunt. C. LXVII.

ECclesiasticis vtilitatibus desudantes, ecclesiastica dignũ est remuneratione gaudere; vt qui se voluntariis [i] obsequiorum necessitatibus sponte subiiciunt, digne nostris prouisionibus consolentur. Quia igitur te ß Theodorum virum eloquentissimum consiliarium nostrũ mancipiorum cognouimus ministerio destitutum; ideo puerum nomine Acosimum natione Siculum iuri, dominioque tuo dari, tradique præcipimus: quẽ quoniam traditum ex nostra voluntate iam possides; huius te necesse fuit scripti †, profuturi temporis testimonio [k], ac robore largitatis, auctoritate fulciri: quatenus, Domino protegente, secure eum semper, & sine vllius retractationis suspicione, quippe vt dominus, valeas possidere γ.

f ¶ Suffragio.] id est, quia suffragium præstitit ecclesiæ concilio vel auxilio.

g ¶ *Prouiderint.*] alicui.

3 Pol. l. 3. ti. 13.

h ¶ *Promiserint.*] videtur q; aliquis obligetur nudis verbis, licet nõ intercesit stipulatio, vt extra de testa. indicante. 22. q. 5. iuramẽti. & infra ea. q. 5. quia Ioannes. quod verum est. & potest dici, quòd competit actio ex nuda promisione [b], scilicet cõdictio ex canone illo. j. 22. q. 2. iuramenti.

ß ¶ Te.] *Addita est vox ista, & cetera sunt emendata ex originali, vt intelligatur eumdem esse cui scribitur, & cui fit donatio.*

γ ¶ Possidere.] *Apud B. Gregorium hæc sequuntur.* Neque enim quẽquam fore credimus, qui tam paruam largitatem pro tua tibi deuotione concessam desideret, vel tentet vllo modo reuocare: cum vno eodemque tempore & verecundum sit à decessoribus bene gesta resoluere, & verecundum sit docere ceteros in sua quandoque resolutoriam proferre largitate sententiam.

Miserationis quoque intuitu serui ecclesiarum libertati donari possunt.

Vnde Gregorius Montanæ †, & Thomæ lib. 5. epist. 12. seu, cap. 112.

b Hoc nõ habet locũ apud Cathelanos, apud quos nõ datur actio ex promisso. teneri tamẽ debet Cathelanus qui vanis promissionibus & inutilibus inuitationibus detinet viatorem, saltem de dolo. ff. si quis cau. si actio. secundum Vin. qui ita nota. extra in prooem. Rex pacificus. Archid.

† abest ab ori.

† *al. Mõtano*

MISERATIONIS QVOQVE. CASVS. Ponit hic Gratianus vij.

casum, in quo serui ecclesiarum miserationis intuitu libertate donari possunt, & sic quodam modo alienantur.

Vm redemptor nostrer.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd Gregor. intuitu pietatis duos seruos Romanæ ecclesiæ, scilicet Montanum & Thomam manumisit, & eis omne peculium quod habebant relaxauit: & hoc fecit ad instar Iesu Christi, qui venit in mundum, vt vinculum diabolicæ seruitutis rumperet, quo tenebamur adstricti. vñ præcipit Paterio notario, vt scriberet instrumentum, cui Gregor. Papa propria manu subscripsit cũ tribus presbyteris & tribus diaconis.

a ¶ *Cum redemptor.*] hic habetur forma sub qua fiũt manumissiones, & planum est.

b ¶ *Iustentium.*] alibi dicitur, quòd iure diuino est inducta seruitus. Sed de hoc dixi supra distin. 1. ius gentium.

c ¶ *Relaxamus.*] Sed nonne eo ipso, quòd aliquis inter viuos manumittitur, videtur ei peculium datum, nisi expresse hoc adimatur. C. de pe. eius qui li. meruit. l. vnica? Sed dicas, quòd aliud est in libertis ecclesiæ. nã eis in manumissione non licet dari vltra summam viginti solidorum: vt supra eadem si quos.

d ¶ *Cum tribus.*] ergo non requiritur consensus omnium vbi libertas datur [a], & hoc in fauorem libertatis sit: vt C. de cõmuni seruo ma. l. 1. argu. contra. 54. distinct. cap. 1. supra eadem episcopus qui. Itẽ videtur hic, quòd sigillum b Papę non facit chartam authẽticam, nisi adsit subscriptio. Io.

ITEM SERVI. CASVS. Dictum est 3. ead. q. 2. c. prædia. q. possessiones ecclesiarũ non debent à laicis fatigari. Idem nunc dicit Gratianus de seruis ecclesiarũ.

Ecclesiarũ seruos.] CASVS. Relatum est in cõcilio Tolet. quòd quidam iudices & administratores publicorũ officium seruos ecclesiarum vel episcoporũ, vel aliorum clericorum diuersis angariis fatigabãt. Quare concilium postulauit à Greg. vt tales præsumptores prohiberet, & statuit conciliũ, vt si quis de cetero talia præsumeret, ab ecclesiastica communione repelleretur.

e ¶ *Clericorum.*] arg. q. eodem priuilegio gaudẽt serui clericorum quo ecclesiæ. infra 16. quæst. 1. similiter. si. 87. distinct. eos qui. & 89. dist. indicatum.

‖ Clerici enim & eorum mancipia sunt exempta ab omnibus muneribus ciuitatum, nisi subsit magna necessitas extra de immu. eccles. non minus. C. de episc. & cler. l. 2.

¶ Miserationis, & pietatis intuitu serui ecclesiarum possunt manumitti. C. LXVIII.

CVm redemptor [α] noster totius cõditor creaturæ ad hoc propitiatus humanã voluerit carnem assumere, vt diuinitatis suæ gratia, diruptо, quo tenebamur captiui, vinculo seruitutis, pristinæ nos restitueret libertati; salubriter agitur, si homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium [b] iugo subsitituit seruitutis, in ea, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque ideo pietatis intuitu, & huius rei consideratione permoti vos Mõtanam † ,atque Thomam famulos sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui, Deo adiutore, deseruimus, liberos ex hac die, ciuesque Romanos efficimus; omneque vestrum vobis relaxamus [c] seruitutis peculium α. *& infra.*

¶ Hanc autem manumissionis paginam Paterio notario scribẽdam dictauimus, & propria manu vna cum tribus [d] presbyteris prioribus, & tribus diaconis pro plenissima firmitate subscripsimus, vobisque tradidimus. Actum in vrbe Romana.

α ¶ Peculium.] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorij bibliothecæ Vaticanæ legitur*, periculum.

Item serui ecclesiarum publicis angariis non debent fatigari.

Vnde in concilio Toletano 3. cap. 21. legitur.

¶ Serui ecclesiarum publicis angariis non fatigentur. C. LXIX.

1 ECclesiarum β seruos, & episcoporum, vel omnium clericorum [e] à iudicibus, vel actoribus publicis in diuersis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne concilium à pietate gloriosissimi Domini nostri popoſcit; vt tales deinceps, ausus inhibeat: sed serui suprascriptorum officiorum in eorum vsibus, vel ecclesiæ laborent. Si quis vero iudicum, aut actorum, clericum, aut seruum clerici, vel ecclesiæ, in publicis, ac priuatis negotiis occupare voluerit, à communione ecclesiastica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

β ¶ Ecclesiarum.] *In ceteris huius concilij exemplaribus impressis, & manuscriptis, quæ collata sunt, & apud Iuonem legitur quemadmodum apud Gratianum; præterquam in editione quattuor tomorum, & codice Lucensi regio: in quibus initium capitis 21 sic habet.* Quoniam cognouimus in multis ciuitatibus ecclesiarum seruos, &

ITEM PRO ALIMONIA. CASVS. Ponit hic Grat. viij. casum in quo res ecclesiæ licite distrahi possunt, scilicet pro alimonia pauperum: & redemptione captiuorum. Et ad hæc sequentia cap. inducuntur vsque ad §. item largitate.

Vrum.] CASVS. Beneuen. hunc casum sic posuit. Ambr. in hoc ca. ponit tria genera largitionis. Primũ est, cum res ecclesiæ pauperibus vel captiuis largiũtur. Secũdum est, cum alienantur pro tẽplo ædificãdo. Tertiũ est, cum largiũtur pro cœmeterio emẽdando vel ampliando. in istis tribus generibus docet aurum & pecuniam ecclesię non esse seruãdam, sed erogandam tempore necessitatis: quod si prælatus nõ fecerit, asportabit hostis: sicut Assyrij aurum & argentum de templo Domini sustulerunt. Et hoc primo debet fieri de auro & argento, quod non cõstitit in vasis diuino officio deputatis. Si vero sunt vasa diuinis officiis deputata, primo non consecrata, sunt largienda, deinde etiam ea quæ sunt consecrata, in pios vsus sunt expendenda: ita tamen, vt forma calicis in sua forma non remaneat, nisi alij ecclesiæ distrahatur; laicis vero confracta & conflata, H. hunc casum sic ponit. Ambros. intendit ostendere, quòd res ecclesiasticæ debent dari & alienari tẽpore necessitatis. Et ponit quinque casus, quibus licite alienantur res ecclesiæ, scilicet pro alimonia pauperum, pro redẽptione captiuorum, pro loco religioso ædificando, pro cœmeteriis amphidis, pro sepulturis mortuorum extruendis. In his quidẽ vasa pretiosa & sacrata debent alienari alij ecclesiæ in eadẽ forma; laicis confracta & cõflata. *Tribus.* Quinque possunt, non dicit tribus, sed duos primos ponit sub vno mẽbro, & duos vltimos sub alio, mediũ vero sub tertio.

f ¶ *Assyrij.*] id est, Babylonij, q. cũ Nabuchodonosor ceperũt Hierusalẽ, & abstulerũt vasa de templo Domini. infra de consec. dist. 1. vestimenta.

g ¶ *Ministrasses.*] id est, ministrare debuisses.

h ¶ *Occisi sunt.*] ergo tũc demum cum timeatur mors [e], redimi debẽt captiui: vt not. supra ead. sicut omnino.

i ¶ *Quid.*] i. simile illi.

k ¶ *Timui.*] sic forte se excusabat.

l ¶ *Spatia laxata.*] id est, ampliata.

m ¶ *In his tribus.*] in alimonia pauperũ, in redẽptione captiuorum, in ædificatiõe tẽpli, vel augmentatione cœmeterij.

n ¶ *Mysticis.*] i. in forma calicis, in quo mysticum po-

cum poculum sanguinis Christi conficitur. Et quod dixi de ecclesia, intelligunt quidam de ecclesia in qua est: quia cum sit res sacra, non potest vendi etiam alij ecclesiæ. Et de hoc notaui 10. q. 2. hoc ius.

Loria episcopi.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in quattuor partes. in prima parte Hier. reprehendit episcopos, qui cum pauperes erant, vili cibo libenter reficiebãtur: cum vero facti sunt diuites, vel delitiis incumbentes, cibos delicatos abhorrẽt. & vt eos liberius redarguat semetipsum talibus connumerat. In secunda parte reprehẽdit episcopos, qui ornant templum gemmis & lapidibus ad instar sacerdotum veteris testamenti: sed de clericis per quos ecclesia gubernatur, nullam curam habent. & dicit, quòd in veteri testamẽto factus fuit ex præcepto Domini ornatus in templo. In tertia parte dicit, quòd amico aliquid rapere, furtũ est: ecclesiam vero fraudare, sacrilegium est. & de his quę pauperibus sunt erogãda subtrahere prędonis superat crudelitatem. In quarta parte inuitat nos ad contemptum dignitatiarum exemplo Cratis, qui cũ Athenas pergẽret ad philosophandũ, aurũ proiecit quod portabat, cum non crederet se posse virtutes simul & diuitias possidere. Secũda pars incipit ibi, *Multi ędificant.* Tertia ibi, *Amico rapere* Quarta ibi, *Crates ille Thebanus.*

a ¶ *Cibario.*] [. familiæ.

b ¶ *Rugientem.*] id est, famelicum.

c ¶ *Parietes.*] id est, imperitos [a], sic 46. dist. sunt nonnulli.

d ¶ *Columnas.*] id est, peritos.

e ¶ *Subtrahunt.*] id est, non recipiunt.

f ¶ *Opponat.*] argu. ab exemplis non esse argumentandum.

g ¶ *Hæc probãtur.*] sed nõne hæc hodie probantur à Domino. infra de consecra. distinct. 1. & calixita: sed non in superabundantiam, vt non habeatur delectus personarum. 86. distinct. non satis. 47. distinct. sicut.

h ¶ *Peccatorum.*] venialium: quia cęremonialia tollebant tantum venialia peccata, sicut hodie aqua benedicta: vt 7. de consecr. dist. 3. aqua.

i ¶ *Crucem.* sustinendo contumelias.

k ¶ *Vel cautum.*] cum ideo fit quia expectatur maior necessitas.

l ¶ *Timidum.*] si ideo facit, quia timet ne sibi deficiat.

m ¶ *Diuitias.*] nam vere philosophantes contemnunt, [b] pecuniam.

n ¶ *Aliena.*] id est, res ecclesiæ.

o ¶ *Plenus venter.*] id est, prælatus plenus diuitiis.

p ¶ *Non Hierosolymis.*] id est, non tantum esse prælatum: sed opera Prælati facere laudabile est. 27. quæst. 5. cauete.

ITEM LARGITATE. CASVS. Ponit Grat. nonum casum, in quo epi res ecclesiasticas possunt alienare quo ad vsumfructũ, dando eas clericis sub nomine precariæ: & ad hoc probandum inducit seq. ca.

Aepe fit.] CASVS. Quidam episcopus volebat concedere prædium ecclesiæ cuidam clerico quo ad vsumfructum. Quæsitum est in concilio Toleta. qualiter ei concedere posset, ne ecclesia præiudicium patiatur propter diuturnam retentionem. Et respondet, sub precario nomine debet clericus ab ecclesia recipere, & professionem suam scribere, & quod ab ecclesia recepit, fideliter colere: ne res deteriorentur: quod si quis facere contempserit, à precaria repelletur.

q ¶ *Obsistat.*] de facto, non de iure: vt supra ead. cap. longinquitate.

r ¶ *Cuiusquam episcopi.*] infra 16. quæst. 3. si episcopus. & cap. clerici.

s ¶ *Largitate.*] Sed quomodo est largitas, si dicitur precaria; cum de precaria certa pensio statuatur. 10. quæst. 2. precariæ? respon. non est precaria, sed donatio gratuita quoad vsumfructũ: & ideo dicit, quòd interueniet scriptura, ne posit allegare præscriptionem. nam per quantumcũque tempus possideret, numquam præscriberet: vt 16. quæst. 3. clerici. ‖ Fructuarius enim nõ potest præscribere. instit. per quas perso. no. acquiri. §. fructuarius. nec ille qui alieno nomine possidet: vt extra de præscript. si diligenti. C. de præscript. triginta annorum, male.

t ¶ *Sub precariæ.*] id est, sicut solet fieri in precaria. non enim est hic contractus precariæ: sed donatio vsusfructus episcopi. 16. quæstio. 3. si episcopus. & cap. clerici.

v ¶ *Laborare.*] id est, colere.

x ¶ *Priuare.*] arg. clericum posse remoueri ab ecclesia si negligit agros, vel alias vtilitates ecclesiæ. sic ff. de pe. here. ei qui partes. §. cum prædia. & C. locat. l. 3. nam propter negligentiam aliquis deponitur: vt 81. distinct. dictum.

RELIGIONIS. CASVS. Ponit hic G. decimum casum. in quo potest episcopus aliquid alienare de rebus ecclesiæ suæ tradẽdo eas monasteriis causa religionis: dũmodo ecclesiam suam non lædat enormiter. Et ad hoc inducit sequentia cap.

I episcopus.] CASVS. Quidam episcop[o] volebat facere monasterium de quadã ecclesia parochiali: & aliquid de rebus episcopalis ecclesiæ ei conferre volebat. Vnde quæsitum fuit in concilio Toletano vtrum hoc facere posset? Et respondetur quòd sic, dummodo de consensu cap. hoc faciat, & ecclesiæ suæ detrimentum non exhibeat.

80 y ¶ *Si episcopus.*] ‖ hic habes quòd de sæculari ecclesia potest fieri ab episcopo monasterium, vt extra de eccles. ædif. ad audientiam, sed econuerso non potest: vt 19. quæstione 3. quæ semel. extra de relig. don. inter quattuor. nisi fiat auctoritate Papæ, vt extra de censib. cum venerabilis. & extra ne cleric. vel monac. cap. relatum. vel vbi aliter non possit locus reformari, nisi per canonicos sæculares: vt extra in eadem decret. inter quattuor.

a Scilicet à Papa, vt hic fuit: quod non obtinet in aliis prælatis secundum L. & Hug.

b Circa istam materiam, an notarius possit committere in instrumentis sũum solitum signum & apponere aliud, de quo vide per Arch. hic, cui adde G. de Cu. in comparatione & ibi Bal. in vlt. col. C. de fide instru. & per Bald. in princ. C. col. 2. & Aug. in Auth. de instru. cau. & fi. in prin.

‖ Clerici sunt à muneribus ciuilibus, ex. empti.

‖ Ecclesia sæcularis potest reduci in monasterium, sed non econtra.

1 lib. 6. capitul. cap. 290. Iuo p. 3. c. 138.

1 al. Montanũ

2 Polyb. Lacedæmonius. Iosephus. Ant. Lacedæmonius. 4. Reg. 24.

3 Iuo p. 6. cap. 372.

4 Iuo p. 3. cap. 168.

† al. retentionem

a ¶ *Detrimensum.*] graue. si enim læderet ecclesiam grauiter, posset reuocari: vt supra eadem Apostolicos. in fi. & infra cap. proxi.

b ¶ *Consensum.*] quæro de quorum clericorum consensu hoc intelligas, an detur clericis episcopalis ecclesiæ, an de clericis parochiæ illius? respondetur de clericis ecclesiæ cathedralis. ‖ Nã consensus clericorum

‖ Episcopus conuertens ecclesiam sæcularem in regularem quorum clericorum consensum requirere debeat.

ecclesiæ cathedralis requiritur circa ordinationẽ & depositionem clericorum: vt 24. distinct. episcopus. 67. distinct. reliqui. supra eadem. alienationes. Lau. tamen. & H. intelligunt etiam requirẽdum cõsensum clericorum parochialis ecclesiæ. Nam isti sine culpa non debent priuari suis stipendiis. 16. quæst. 7. inuẽtum. videtur a tamen sufficere, si episcopus eis prouidet necessaria, vel ibi vel alibi: vt extra de eccles. ædific. ad audientiam. & sic videtur quòd eis inuitis possit hoc facere. ar. extra de except. præ. sicut vnire.

† *assensit um* a Allegando dicit: quoniã non est ve um secundũ Lau. Vin. G. F. & B. vt ipsi nota. extra de rebus ec. non alie. possessiones. de hoc not. in decre. ad audientiã. alie. in glo. Arch. 1 Tuo p.3.cap.170.

B *Onærei.*] CASVS. Quidam episcopus volebat ædificare monasterium in parochia sua, vel aliquã ecclesiam sæcularẽ magnificare: apud quam forte sepeliri volebat, & desiderabat ditare monasterium vel ecclesiam de rebus ecclesiæ suæ. quæritur est in concilio Toletano quantum monasterio vel ecclesiæ dare posset? Et respõdet, quòd monasterio dabit quinquagesimã partẽ de rebus ecclesiæ suæ, dummodo ei dãna grauia non infligat: ecclesiæ vero sæculari non amplius quam centesimã dabit partem, & in arbitrio episcopi erit vt vel monasteriũ tantum, vel ecclesiam tantum debeat de rebus ecclesiæ ditare.

† *al. munificare*

† *al. remunerandam*

c ¶ *Quinquagesimã.*] Sed nunquid ‖ episcopus potest dare centesimam vel quinquagesimam sine consensu canonicorum? videtur quòd sic extra de iis quæ fi. à prælat. sine consen. cap. pastoralis. etiam non obstante iuramento de non alienandis rebus ecclesiæ: vt extra de ecc. ædific. tua. nemo enim potest accusare episcopum, quòd templum Dei ædificauerit: vt supra eadem aurum. Item quia sufficit semel à iure esse concessum: vnde non est necesse requirere nouum consensum. ff. de condit. instit. quæ sub conditione. §. vlt. sed contra de don. pastoralis. extra de iis quæ fi. à prælat. cum vos. Tu dicas, quòd licet à iure permittatur ei talis donatio, tamen facit eãdem de consensu clericorum: vt supra eadem cap. proxi. supra eadem Apostolicos. vehementer tamen obuiat illa decret pastoralis. nisi vis fiat litteræ. Vnde dic, illis decret. standum est. ‖ Sed quid si episcopus plures donationes fecit, ita quòd omnes simul excedant quinquagesimam, an dices vltimam reuocari, vel omnes? Videtur quòd tantum vltimam: quia sola illa fuit vitiosa: vt supra eadem. si quos. & 17. q. 4. questi. e contra videtur, quòd de qualibet donatione est detrahendum: vt C. de inoffic. don. si totas. ff. ad leg. Fal. pœnales. §. annua. Hæc quæstio soluitur extra de don. Apostolicæ. Io. quid iuris sit de hoc, in quæstionibus notaui. B.

‖ Quæstio singularis.

ADDITIO. Quæstio venerialis est, & incipit, esto quòd episcopus, &c. vbi dicit quòd Tan. dicebat, quòd tantum vltima reuocatur: quod verum credit ipse B. Brix, nam non restituitur minor, nisi in quo quod detrimentum[2] ecclesiæ non exhibeat, eidem loco donauerit; sit stabile. Rei enim bonæ statuendæ sanctum concilium dat consensum[b].

Item ex Toletano 9. cap. 5.

¶ Non vltra quinquagesimam partem rerum ecclesiæ, monasterio, quod constituit, episcopo licet conferre.

C. LXXIII.

1 BOnæ rei dare cõsultum†, & præsentis habetur vitæ subsidium, & æternę remunerationis expectare cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasteriũ construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ, cui præsidet, ditare decreuerit; non amplius ibidem, quàm quinquagesimam[c] partẽ dare debebit: vt hac temperamenti æquitate seruata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat. Ad ecclesiã vero quæ monasticis non informabitur regulis, aut quã pro suis magnificare† voluerit sepulturis; non amplius quàm centesimam partem census[d] ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela seruata, vt vnam tantummodo, quę placuerit, ex his duabus remunerationẽ† assumat.

Item Gregorius, lib. 2. indict. II. *epist. 17. Gratioso subdiacono.*

¶ Iure proprietatis res ecclesiæ monasteriorum ædificiis tradere licet.

C. LXXV.

2 REligiosam[e] vitam eligentibus cõgrua nos oportet consideratione prospicere, ne cuiusquam necessitatis occasio, aut desides faciat, aut robur (quod absit) cõuersationis infringat. Idcirco præsenti tibi auctoritate præcipimus, quatenus domum positam in hac vrbe, regione quarta, iuxta locum, qui appellatur, ad gallinas albas, vel hortum iuris sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui auctore Deo præsidemus, in qua Cãpana quondam vxor[a] Patritij mansisse dinoscitur, simul & hortum, atque hospitia, quæ intra eamdem domum ianua concludit, Floræ† abbatissæ debeas tradere proprietatis iure proculdubio possidendam: in qua domo monasterium virginum (vbi cum congregatione sua habitare possit) Christo queat adiuuãte cõstruere: &† tam ipsa, quàm quæ in eius loco, honoreque successerit, prædictam domum, & hortum cum omnibus ad se pertinentibus (sicut diximus) quieto, inconcussoque iure à nobis pietatis consideratione cõcessa valeat possidere.

a ¶ Vxor.] *In aliquot epistolarum editionibus, & nonnullis Gratiani exemplaribus non est ista dictio. In vetusto autem Vaticano epistolarum codice legitur*, quondam patritia.

Ecce ostensum est, quomodo res ecclesiæ sine culpa dari possint, & constare his, quibus datæ fuerint.

QVÆSTIO III.



Vnc quæritur[f], *si ante tẽpus suæ ordinationis nihil habere videbantur, quid de his fieri debeat, quæ post ordinationem suam inuenisse noscuntur.*

De his ita statutum est in concilio Carthaginensi 3. cap. 49.[3]

¶ De his, qui primum nihil habentes, tempore suæ administrationis aliqua acquirunt. C. I.

4 PLacuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, vel, quicumque clerici, qui nihil habentes[g] ordinantur, & tempore episcopatus, vel clericatus sui agros, vel quæcumque prædia nomine suo[h] comparant; tamquam rerum Dominicarum inuasionis crimine teneantur†; nisi admoniti ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis propriæ aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis[i] obuenerit; faciant inde, quod eorum proposito congruit. Quòd si à suo proposito retrorsum exorbitauerint; honore ecclesiastico indigni tamquam reprobi iudicentur.

Item ex concilio Toletano 9. c. 4.

¶ De ministris, qui nulla ecclesiæ occasione, sed sui vtilitate aliquæ acquirunt. C. II.

3 QVicumque de sacerdotibus, vel ministris pro sui vtilitate, atque amicitia, vel prælatione, aut quocumque modo, aut per scripturę seriem aliquid meruerint à quolibet percipere[k]; in rebus ecclesiæ non poterit numerari: Sed quod exinde voluerint facere ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. Quòd si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit; ecclesia, cui præfuit, vel minister extitit, hoc sibi in perpetuum vendicabit[b].

Ecce quod illa, quæ non ex officio ecclesiastico, sed ex aliqua prælatione suæ vtilitatis lucratus est, potest dare quibus voluerit.

Sed quæritur de his, quæ sibi communiter cum ecclesia, vel sequestratim pro remedio animæ offeruntur, vel de tertia parte, quã de rebus parochialium ecclesiarum sibi debitam accipit; si ea poterit dimittere quibus voluerit.

De his ita diffinitur in concilio Agathensi, c. 6.

¶ De pontificibus, quibus ab extraneis, vel cum ecclesia, vel sequestrat m aliquid dimittitur. C. III.

2 POntifices[l], quibus in summo sacerdotio cõstitutis ab extraneis† d aliquid aut cum ecclesia, aut sequestratim aut dimittitur, aut donatur (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis offerre probatur) non quasi suum proprium, sed quasi dimissũ ecclesiæ inter facultates ecclesiæ computabunt: quia iustum est, vt sicut sacerdos habere quod ecclesiæ dimissum est; ita & ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti. ¶ Sane quidquid per fidei commissum aut sacerdoti, aut ecclesiæ fortasse dimittitur, cuicumque alij postmodum profuturum; id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit.

Item ex concilio Toletano 9. c. 6.

¶ Episcopus tertiam partem sibi debitam ecclesiæ relinquere potest. C. IIII.

3 EPiscopus, si tertiam partem, quam de rebus parochialiũ ecclesiarum sanctione paterna sibi debitam nouit, aut ipsi ecclesię, cuius res esse patebit, aut alteri ecclesiæ, quam elegit, conferre decreuerit; & licitum maneat, & irreuocabile robur eius sententia ferat.

QVÆSTIO IIII.



Vod autem quæritur si de suis, & ecclesiæ rebus aliqua acquisisse noscuntur, cui proueniant; ita diffinitur in eodem concilio Toletano 9. c. 4.

¶ De his, qui de suis & ecclesiæ rebus aliqua acquisisse noscuntur. C. I.

4 SAcerdotes, vel quicumque illi sunt quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est; quæcumque administrationis suæ tempore emerint; si de rebus propriis vel vile, vel clarũ habuerint; ad ecclesię nomẽ, cui præsunt, charitarum conficere instrumenta procurent[m]: nõ enim conuenit, vt ecclesia, quem susceperit extraneũ, efficiat in alieno diuitẽ, & in suum retineat fraudatorem. ¶ Hi vero, qui suarum rerum noscuntur habere compendium; ex omni re, quam post ordinationis suæ diem visi sunt acquisisse, siue nulla, siue aliqua sint instrumenta confecta; compensatione[n] tam iuris sui, quàm ecclesiasticarum rerum habita, si se vtriusque rei quantitas debent æqualiter diuidi inter ecclesiam & decedentis heredes, si se vtriusque rei quantitas exequauerit. Secunda pars incipit ibi, *Hi vero.* vile vel charum ideo dicit, quia si constaret eos nihil habere: siue suo nomine siue nomine ecclesiæ emerint, totum ecclesia vendicabit. Et licet c. videatur loqui in prælato tantum, tamen ego Bar. Brix. idem intelligo in quolibet clerico, vt 3. ea. q. 3. placuit.

k ¶ *Procurent.*] vt faciant quantum habent de rebus ecclesiæ; & quantum de propriis rebus.

ADDITIO. Sed pone prælatum fuisse confessum plus esse in bonis ecclesiæ quam esset in veritate. numquid ei præiudicatur? dicit Lau. quod non: nisi hoc scriberet. C. de arb. tut. l. vlti. Arch.

l ¶ *In alieno.*] idest, in rebus propriis ipsius facerdotis, quæ sunt alienæ ecclesiæ, vel propriæ intelligas poni.

m ¶ *Et in suo.*] idest, rebus ecclesiæ.

n ¶ *Compensatione.*] idest, computatione, vel comparatione, vel collatione. ‖ hoc vult dicere, quòd computabit quantum de suis rebus, & quantum de rebus ecclesiæ dedit pro re empta, vt secundum hoc diuidatur

‖ Legata ecclesiæ, an possint defalcari

3 Tuo p. 3. ca. 171.

4 Tuo par. 3. c. 169.

‖ Acquisita de bonis ecclesiæ & de bonis clericorum ad quos pertinebunt.

diuidatur inter ecclesiam & heredes defuncti [a]. Sed pone, postquam adeptus est ecclesiam: nullos sumptus voluit facere de patrimonio proprio: sed quidquid emit, emit de patrimonio proprio tantum: & solis reditibus ecclesiæ fuit vsus. Videtur quod computandi sunt illi sumptus, quos facere consueuit, vel quos facturus fuisset de proprio patrimonio, ac si non haberet ecclesiam, vt ff. de pe. her. sed & si. §. adeo autem. in fi. Et sic proprie ponitur hoc verbum cõpensatione. Item non debet negligere lucrum ecclesiæ propter lucrum suũ, vt 7. cap. proxim. Vel intellige quòd hic dicit, quando dubium est, an de rebus ecclesiæ, an de suo patrimonio emerit. nam tunc diuidi deberet secundum quantitatem sui patrimonij, & rerum ecclesiæ [b].

a ¶ *Conquisitio.*] idest, conquisitum, sic C. communi diuidendo, ad officium. ff. de vsufruct. sed & si quis. §. interdum.

SI QVIS. CASVS. Supra ostensum est quid iuris sit de rebus propriis clericorum, & de rebus ecclesiæ, sed quia occasione rerum ecclesiasticarum clerici in rebus propriis patiũtur detrimentum, vel econuerso: ideo dicit Gratianus, quòd vicissim debent sibi restituere detrimentum, & ad hoc inducit seq. cap.

Vicumque.] CASVS. Docet in hoc cap. concilium Bracharense, quòd si prælatus res proprias augmẽtando, aliquod detrimẽtum vel damnum rebus ecclesiasticis intulerit: totum debet ecclesiæ resarcire. Si vero aliquid de rebus propriis pro vtilitatibus ecclesiasticis expenderit, vel occasione ecclesiæ in rebus propriis passus est detrimentum: si hoc probare poterit, totum sibi de rebus ecclesiæ restituatur. Quæ autem sequuntur plana sunt vsque ad quæstionem.

b ¶ *Neglectu.*] idest, quia negligit res ecclesiæ, augendo suas.

c ¶ *Laborare.*] idest, periclitari vel colere.

c ¶ *Tricennalis.*] hic tacite annectit secundam ‖ quæst. s. an ius decimarũ, vel ẽt ius funerandi possit præscribi. Et* est expeditum, q̃ ius, id est, libertas non dandi [b] decimas à clerico nomine ecclesiæ suæ potest præscribi, vt contra episcopum, vt extra de præscrip. de quarta. Item vna ecclesia potest præscribere decimas intra parochiam alterius ecclesiæ, vt extra de præscrip. ad aures. similiter ius funerandi præscribitur secundum leges, vt C. de reli. monumentorum. similiter alia sacramenta ecclesiastica præscribuntur, vt extra de reli. do. constitutus. Si quæras qualiter præscribuntur decimæ, cum non continue dentur, & seruitutes præscribi non possunt, cum non continuo possideantur, vt ff. de ser. seruitutes? Resp. licet perceptio decimarum non sit continua, tamẽ ius percipiendi est continuum. Vel aliter, licet perceptio non sit continua: tamẽ causa percipiendi (scilicet præceptum Domini, quod perpetuum & continuum est) perpetua est & naturalis, & hoc sufficit ad præscriptionem, quod causa sit perpetua & naturalis, vt ff. de ser. vrba. præd. foramen. ibi enim dicitur, si causam à cælo habet, continuum dicitur.

Aduersus hæc dictio ad hæc adue. bialiter & continuatiue ponitur. idem in l. 1. §. ad hæc. C. de anna. excepti.

‖ *Actiones plures habẽs, an vna electa g dat alias.*
a *Adde an hoc sit indistincte verũ per Cyn. in l. edita & ibi etiam Bal. C. de eden.*

‖ *Decimæ an possint præscribi.*
b *De hoc etiã not. 10. q. 3. quia in gl. 2.*

nis enim possessio tricennaria præscriptione tollitur, vel quadragenaria (sicut possessiones religiosorum domorũ) vel centenaria, sicut prædia sanctæ Romanæ ecclesiæ.

Vnde Gelasius Papa ait episcopis Siciliæ, epist. 2. c. 2.

¶ Quæ originaliter ab ecclesia [illegible] dentur, iure ab eis [illegible]

ACultates ecclesiæ, necnon & diœceses, si quæ ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vendicent, quod tricennalis lex concluſit: quia & filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus excluſit.

At illi econtra. Cuius auctoritate nobis silentium imponitis; eiusdem auctoritate vestra ora claudimus. Ait enim idẽ Gelasius [4] *Nulla præsumptione statum parochiarum, &c.] Si ergo temporalis obiectio diœcesim semel constitutam diuellere non potest; patet, quòd nec vobis patrocinabitur, vt statum parochiæ nostræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime assignatas, vindicabili usurpatione vobis vendicetis.* ¶ *Quomodo autem distinguendæ sint hæ auctoritates, in causa monachorum* [5] *inuenietur.*

Nunc autem [k] *quæritur de iure funerandi: quæ harum ecclesiarum habeat ius tumulandi istos. Sicut Hieronymus scribit, coniugati in vno sepulchro videntur esse ponendi.*

g ¶ *Appellare.*] idest, interpellare.

ATTILI CASVS. Per cap. 3. dictum videbatur imponi silentium actoribus: & ideo actores ecclesiæ nituntur claudere os reis eiusdem Gelasij auctoritate, quæ est 16. quæ. 3. licet in regulis, vbi dicitur, quòd status parochiarum temporali præscriptione diuelli non potest & ideo decimationes priori ecclesiæ assignatas nullus sibi debet vsurpare.

h ¶ *Nulla.*] j. 16. q. 3. licet in regulis.

i ¶ *Vindicabili.*] idest, iniusta, Io. de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non soluit hic G. contrarietatem duorum præmissorum capit. Gelasij: sed feruat resolutionem j. 16. q. 3. Postea autem annectit secundum articulum huius quæstio. scilicet, vtrum ius funerandi præscriptione tollatur. & certum est, quod sic, cum quadragenaria præscriptione omne ius & omnis actio tollatur. procedit G. sic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos respondentes. Probant ergo actores, quòd ius funerandi ad suam ecclesiam debet pertinere: quia vxores & filij in sepulchro virorum & parentum sunt collocandi: quod probat ix, auctoritatibus & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc est 2. pars q. in qua probat per ca. Hieronymus. (superficialiter tamen) quòd omnes consanguinei debent simul sepeliri. Ioan. de Fan.

k ¶ *Nunc autem.*] hic explicatur alter articulus primæ quæstionis, scilicet, vbi isti sint sepeliendi. De hac materia loquuntur varie iuristæ. Hug. dicit quòd quilibet potest sepeliri in sua ecclesia, vbi audiuit. Hug. dicit quòd quilibet potest sepeliri in sua ecclesia, vbi audiuit diuinum officium, vt extra de sepul. in nostra. nisi in tribus casibus. diuinum officium, vt extra de sepul. in nostra. nisi in tribus casibus. si velit transire ad episcopalem ecclesiam, vt j. ead. vbicumque. vel si si velit transire ad episcopalem ecclesiam, vt j. ead. vbicumque. vel si elegit sepulturam in loco magis religioso, vt extra de sepul. fraternitatem. vel si velit sepeliri in sepulchris parentum suorum, vt j. ea. placuit. ‖ Ego credo, q̃ libere potest quis eligere sepulturam vbicumque voluerit.

5 16.q.4.

‖ *Sepeliatur clericus vbicunque elegerit.*

voluerit [a], vt extra eo. tit. cum liberum sit. dum tamen legitimam portionem relinquat priori ecclesiæ, vt eo. tit. nos instituta. etiam apud lotionem relinquat priori ecclesiæ, vt eo. tit. nos instituta. etiam apud lotionem minus religiosum, vt extra eo. in nostra. & omnia contraria intelligas, quando est illectus, vel quando ex contemptu vel temeritate deserit suam ecclesiam, vel quando legitimam portionem non vult relinquere ecclesiæ priori, parentes tamẽ non possunt filiis intra annos discretionis eligere sepulturam, nisi hoc habeat consuetudo, vt extra de sepul. de vxore. & extra eo. tit. in nostra. in fi. si quis autem in casu non concesso receperit corpus alienum, etiam sepultum reddere cogentur. cum omnibus quæ occasione ipsius receperat, vt extra eo. fraternitatẽ. in fi. & extra eo. c. 1. & 2.

Ait enim. 1

¶ In sepulchro parentum suorum filij sunt collocandi. C. II.

EBron dicitur esse ciuitas quattuor [a] virorum; quia in ea sepulti sunt tres patriarchæ in spelunca [a] duplici cum tribus vxoribus suis, ideſt, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia, præter [b] ipsum Adam, & Euam vxorẽ suam. Tobia dicit ad filium suum. [Cum acceperit Deus animã meã; corpus meum sepelies, & honorẽ habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipsa compleuerit tempus suum; sepelias eã iuxta me in vno sepulchro. *Ibidem.* ¶ 3 Quos coniunxit [c] vnum coniugium; cõiungat vnum sepulchrum: quia vna caro sunt; & quos Deus coniunxit, homo non separet.

a ¶ Quattuor.] *Sic emendatum est, cum antea legeretur, triũ. Sic enim legitur apud B. Hieronymum in quæstionibus hebraicis in Genesim, de locis hebraicis, & in epitaphio Paulæ. Ac dictio hebraica significat quattuor, & quattuor Patriarchæ hic numerantur, qui ibi sepulti sunt: Abraham, Isaac, Iacob, & Adam cum vxoribus suis.*

Item Augustinus. 4

C. III.

VNaquæque mulier sequatur [d] virum suum siue in vita, siue in morte [e]. *Ité Gregorius.* ¶ 6 Soror beati Benedicti sepulta est in sepulchro quod ipse sibi præparauerat: vt quorum mẽs vna fuit semper in Domino, eorum quoque corpora sepultura non separaret.

[f] In plerisque vetustis caput hoc coniunctum est superiori, nec ipsa prorsus auctoris verba afferuntur.

Item Ioseph moriens in Aegypto rogauit fratres suos, vt tempore visitationis [g] *suæ ossa sua secum deferrent, & in sepulchro patrũ suorũ ea collocarent.* ¶ *Item. Dictum est prophetæ* [h], *qui contra præceptum Domini comederat in Bethel.* [*Non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.*] ¶ *Item. De nonnullis legitur in libro Regum* [*obijt, & appositus est ad patres suos*] *hoc est in sepulchro patrũ suorum.* ¶ 7 *Item. In nouo* [i] *testamento beatus Philippus legitur ædificasse sibi sepulchrum, in quo ipse, & filiæ eius quieuerunt.* ¶ 8 *Item. Beatus Seuerus Rauennatum archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se, & vxorẽ, & filiam collocauit.* ¶ *His omnibus exemplis colligitur. quòd in sepulchris parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores ecclesias sepulti sunt; & hi apud eas dem debent tumulari.* ¶ *Ecõtra* [j], *Adam, vt asseritis, in ciuitate Arbee* [k] *tumulatus est. Sed numquid omnes filij eius sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo non tam facile posset includi.* ¶ *Item Abraham ibi sepultus est. Sed numquid Ismael, & Madai, & alij, quos de Cethura* [l] *genuit, ibi sepulti sunt?* ¶ *Item Isaac ibi sepultus est. Sed numquid Esau cum eo tumulatus est?* ¶ *Item Iacob ibi collocatus est. Sed nũquid aliquis filiorũ eius præter Ioseph ibi sepultus est? Rachel* [m] *quoque non in Ebron, sed iuxta Bethleem* † *tumulata legitur. Exemplo igitur istorũ liquet, quòd liberum est filijs sepeliri in sepulchris patrum suorum, & liberum est eis alibi pro locorũ & temporũ opportunitate corpori suo hospitiũ inuenire. Non ergo hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulchris patrum suorum.* ¶ *Item, quæ legibus definita sunt mutari non licet. Quæ autem legibus expressa non sunt, arbitrium* [n] *sequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitũ est, quibus decimæ sint persoluendæ; & ideo danti mutare nõ licet. Vbi autem quisque tumulandus sit, legibus expressum non est; & ideo in voluntate tumulandi consistit.*

Vnde beatus Gregorius ait. 9

¶ Vltima voluntas defuncti seruari debet. C. IIII.

VLtima [o] volũtas defũcti modis oĩbus conseruari debet.

¶ *Sententia huius capituli habetur li. 3. ep. 9. in verbis, quæ referuntur j. 16. q. 1. admonere. itemque li. 9. ep. 20.* Necesse est inquit, vt si impletũ hoc fuerit, defuncti dispositio conseruetur. *Sic enim in manuscriptis: licet in vulgatis sit*, depositio conseruetur.

4 *Quod de libero, & non de seruo intelligendum est. Seruus enim testamẽti paginam condere non potest.*

Vnde Gelasius Papa scribit Honorio episcopo.

¶ Seruus testamentum facere non potest. C. V.

parentela & coniugati omnes sunt in eodem sepulchro ponendi, & hoc probat exemplis v. & auctoritatibus.

f ¶ *Visitationis.*] ideſt, cum Deus eos visitaret, & educeret eos de terra Aegypti. i. Aegyptiaca seruitute: ‖ & hoc petiit, quia ignominiosum erat tunc, quòd aliquis non sepeliretur in sepulchro patrum suorum, vt ſtatim sequitur. ‖ vel quia in spiritu viderat, quia dominus resurgere deberet ibi, & præuiderat multos resurrecturos ibi cum illo, & ipse forte erat vnus ex illis.

‖ *Ioseph in sepulchro maiorũ sepultus fuit certa ratione.*

8 *in vit. SS. to. 1. & in pomerio ecclesiæ Rauennatis.*

g ¶ *Prophetæ.*] Abdo. f. hanc historiam habes. 1. q. 1. si quis inquit.

h ¶ *In nouo testamento.*] i. tẽpore noui testamenti. nõ fuit iste Philippus Apostolus, sed vnus de septem diaconibus.

Gen. 25.

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludunt actores ex supradictis x. auctoritatibus vel exemplis, q̃ isti parochiani, q̃ supersunt, apud ecclesiã suam cum parentibus sunt tumulandi, quia parentes apud illam sepulti fuerunt.

Gen. 35. 49. & 50.

ECONTRA. CASVS. Nũc respõdẽt rei, q̃ vxores vel filij non coguntur virorũ suorũ vel parentũ sepulturas sequi: sed vbicũque voluerint, suo corpori sepulturam possunt q̃rere pro locorũ & temporum opportunitate. hoc probant tribus exemplis, vna ratione, & vna auctoritate. Et omnia plana sunt vsque ad §. *quod de libero.*

Gen. 35. ‖ in vulgatis legitur, Bethel

i ¶ *Econtra.*] respõsio defensorum.

k ¶ *Arbee.*] i. Ebron.

l ¶ *De Cethura.*] quæ etiam Agar dicitur.

m ¶ *Rachel.*] vxor Iacob.

n ¶ *Arbitrium.*] sic extra de offic. deleg. de causis.

o VLtima.] ‖ Vltima voluntas defuncti pro lege seruanda est, vt in authen. de nupt. §. disponat. coll. 4. & si quis eã nõ seruat, hoc ipsum q̃ ei est relictum, ab eo aufertur, vt 11. q. 1. Silueſter, & hoc intelligas cum voluntas est rationabilis. nã si moriens exheredare vult filium sine causa, hęc voluntas non est seruanda, vt j. ead. si quis. similiter si quis præcipiat corpus suũ iactari in mare, vt ff. de cond. insti. quidã. sed ipse moriẽs bene põt mutare voluntatẽ suam. nã ambulatoria est voluntas defuncti, vt ff. de adimen. leg. l. 2. Sed pone, quod quis iurauit, quod non veniret contra voluntatem suam, numquid potest venire contra? Videtur quod non [d], quia hoc iuramentum non vergit in interitum salutis æternæ, ergo est seruandum, vt extra de iureiu. si vero. Sed contra nemo potest sibi indicere legem [e], vt non liceat sibi recedere à priori voluntate, vt ff. de leg. 3. si quis. in princ. & libertatem supremi iudicij nemo potest constringere, vt ff. pro soc. cũ duobus. §. Papinianus, in fin. argum. contra extra de iureiu. cum contingat. Ioan. hoc plene notaui in quæstionibus. B.

‖ *Defuncti voluntas in hoc semper seruãda.*

9 *16. q. 1. admonere.*

QVOD DELIBERO. Hæc est quarta pars q. in qua probat contra, scilicet, quòd seruus non potest facere testamentum. & hoc probat per c. seq. Ioan. de Fant.

d *Quod & verum est hic ar. C. si aduersus vẽn. auth. ita. contra de iure in. cũ contingat. secundum Io. de Fan.*

e *Dicas, quod nemo pot sibi imponere legem, nisi in ter fit alterius. ff. de ser. quo ties. secundũ Goff. qui ita not. extra de constit. extitit. Arch.*

CASVS.

CASVS. Dictum est §. quod vltima voluntas defuncti modis omnibus est seruanda. Nunc vero dicit Gratian. quod hoc intelligendum est de voluntate liberi hominis, & non serui. seruus enim testamentum condere non potest. & ad hoc inducit seq. cap. & non facit iste §. ad principale propositum Gratiani.

Illud etiam.] CASVS. Ampliatus seruus Romanę ecclesię cõduxerat quædam prædia, de quibus tertiam partem vel quartã iuxta Sicilię prouincię morem Papæ reddebat: qui cum ægrotaret, condidit testamentum. Præcepit ergo Gelasius Honorio episcopo, vt omne peculium & omnem substantiam eius, filiis eius fideli descriptione faciat tradi, vt per eos ecclesia reddatur indemnis. sic posuit Ben. hunc casum. H. vero ponit sic. Ampliatus iste seruus erat ecclesiæ Romanæ, & cuiusdam patrimonij ecclesiastici procurationẽ gesserat cum quibusdam filiis suis: ex qua administratione adhuc non rediderat ratiocinia. Testamentum tamen licet esset seruus, facere volebat. Scribit ergo Gelasius Honorio episcopo mandans ei, vt non permittat illum facere testamentum, & si contigerit eum mori, totum patrimonium ecclesię sibi cõmissum faciat describi, & intactum apud filios seruari, donec ipsi pro tempore ratiocinia reddant, & ecclesiam seruẽt indemnẽ. Sed certe ego Barth. Brix. magis approbo casum. H.

a ¶ *Conductor.*] impropriè dicitur seruus conductor. Nam nec seruus aliquid debet, nec aliquid ei debetur: sed potius per talia verba respicitur factum quàm ius, vt ff. de pecu. nec seruus.

b ¶ *Obstrictum.*] non intellige obstrictum, idest, obligatum: quia cum peculium quod seruus habet, sit domini, domino non potest res suas obligare, vt ff. de reg. iur. neque.

c ¶ *Contradicat.*] non tanquam heredibus, ‖ quia seruus non põt habere heredẽ, vt C. commu. de suc. feruus. sed consuetudo est plurium locorum, quod filiis relinquatur peculium, quod pater habuit.

QVIA ERGO. Hæc est 5. pars in qua dicitur, quod nullus sine causa debet dimittere sepulturam patrum, & hoc probat per tres auctos. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic reuertitur G. ad principale propositum, & concludit ex illo c. Greg. s. vltima voluntas. quod quilibet potest sibi eligere sepulturam pro arbitrio suo, & non pro arbitrio prioris ecclesiæ, & ad hoc probandum inducit seq. cap.

Vbicumque.] CASVS. Triburien. conciliũ statuit, q̃ si q̃s potest, debet sepeliri apud eẽdem ecclesiã: sinautem, apud aliquod monasterium vel ecclesiã regularem. Sed si hoc apte fieri nõ põt, sepeliatur apud illam ecclesiam vbi viuus decimas magis persoluebat. Et dicit H. quòd illud quod dicitur de episcopali ecclesia, intelligitur de illis qui habent antiquam sepulturam in episcopali ecclesia: quia de omnibus ciuibus non posset intelligi, quia non impediuntur ratione loci vel temporis: nec de illis qui sunt in episcopatu, cum ratio & consuetudo non obtineat, nec de peregrinis potest intelligi, cum eis cap. contradicat: quia tales, ibi decimas non persoluunt.

d ¶ *Vbicumque.* ‖ sed nonne quilibet sepeliendus est, vbi recepit sacramenta ecclesiastica? vt ʒ. c. proxi. & extra eod. tit. in nostra. Ad quid ergo diuisa essent cœmeteria. ã. ead. cap. 1. Respon. verum est. Sed istud can. instruit, quod si quis vult eligere aliam sepulturam, quòd hunc seruabit ordinem in eligendo. potius enim eligat episcopalem ecclesiã q̃ alterã. si tamẽ alio modo eligit, stãdum est voluntati suæ: dum tamẽ habeat iustam causam eligendi, eo autem non præfigitur talis doctrina.

1 Iuo p. 16. ca. 141.

† al. vnam. mitatem

§ 16. q. 1. vbicumque. Bur. l. 3. c. 237. Iuo p. 3. c. 278.

‖ Seruus heredem habere non potest,

‖ Sepulturam an possit aliquis sibi eligere,

1 ILlud etiam sinceritatem tuam volumus non latere; ad nos fuisse perlatum, quòd Ampliatus conductor[a] (quem non solum seruum constat esse ecclesiæ, sed ita eius rationibus à multis temporibusimplicatũ, vt etiã si esset ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti: cuius omne peculiũ ecclesiastico iuri legibus non dubitetur obstrictum[b]. Quapropter his præsum ptionibus vice nostra, tua fraternitas contradicat[c]: nec fieri prorsus aliqua surreptione permittat. Ac, si idem quidquam humanitus forte contigerit, quia grandæuus esse memoratur; mox eius sine dilatione substantiam præcipiat humanitas† tua filiis eius dũtaxat, quibus patrimonium probatur esse commissum, sub fideli descriptione cõtradi; donec vniuersis temporibus, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes,

5 *Quia ergo scdm Gregorium vltima voluntas defuncti conseruanda est; pro istorũ volũtate corpora eorũ sũt tumulãda, nõ pro arbitrio vestræ dispositiõis.*

Item in Triburiensi concilio legitur.

¶ *In Triburiẽsi impressio. c. 15. habetur eadẽ sñia, sed non ysdẽ omnino verbis expressa.*

¶ Vbi quisque decimas persoluerit, ibi et sepulturam eligere debet. C. VI

2 VBicumque[d] temporum, vel locorum facultas tulerit; apud maiorem ecclesiam, vbi sedes est episcopi, sepulturæ celebrẽtur. Si autem propter temporis, vel loci asperitatem hoc difficile fuerit visum; apud ecclesiam, in qua religiosorum canonicorum, vel monachorum, vel sanctimonialium religiosa congregatio cõmuniter degerit, sepeliatur. Si autem & hoc ineptum visum fuerit; vbi quis decimas persoluebat ab ecclesiã isti parochiani sint tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis cap. scilicet, quia viui episcopo ecclesiæ decimas persoluerunt: ergo ibi sepeliendi sunt. secunda ratio, quia postquam quis transit de prouincia in prouinciã, liber factus est à iurisdictione prioris iudicis, & subiicitur illi in cui⁹ pro uincia sedem collocauit: vnde isti subiiciuntur iurisdictioni secundæ ecclesiæ, & apud eam debent sepeliri.

e ¶ *Decimam.*] personalem.

f ¶ *Liber factus.*] hoc est verum, quando plene se transtulit, vt 21. q. 2. si quis iam translatus. secus si transferret se ad secundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum. tunc enim retinet primum locum & secundum, vt ff. ad municip. si quis institutus. ‖ Et quod hic dicitur, intelligo quod quis potest se transferre de vno foro ad aliud re integra. nam si quis in vno loco est conuentus, licet transeat ad aliud forum, tamen in priori foro respondebit, vt ff. de iurisd. om. iud. l. penul. Item & hic scias quòd sola habitatio non facit aliquem eẽe de iurisdictione alicuius, nisi per x. annos steterit ibi a, vt C. de inco. l. 2. lib. x. nisi quo ad hoc q̃ ibi respõdebit b, vt ff. de iudi. heres.

SED OBIICIT. Adhuc obiiciunt actores contra reos & inducunt seq. c. sed per illud non respondẽt vltimæ allegationi reorum, sed solũ illis quas collegerunt ex illo cap. vltima voluntas. & etiam ex illo cap. vbicumque.

PLacuit. CASVS. Quæritum fuit à Melchiade Papa, vtrum aliquis potest sepulturam nouam propria temeritate eligere? & antiquam parentum suorum deferre? Et respondet quod non. si quis prælatus contra fecerit, debet excommunicari.

g ¶ *Temeritate.*] istud verbũ soluit contrariam: nam aliàs potest q̃s sibi eligere sepulturam, vt extra eo. c. 1. & ca. cũ sit liberum. & ca. in nostra.

h ¶ *Nisi infirmitatis.*] hoc est contra Hu. qui dicit, quod in tribus casibus potest mutari sepultura, vt dixi, in summa hic habet locum distinctio decret. extra eo. tit. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iste §. diuiditur in 3. partes. In prima parte ponit G. quandam solutionem pro reis, dicẽs q̃ aliquis ex temeritate, scilicet superbia, vel odio, vel vanis persuasionibus, vel muneribus illectus non debet eligere sepulturam nouam, & contemnere sepulturã parentum suorum, sed rationabili causa, & iusta nouam eligere potest. Nec obstat quod dicit Grego. quòd vltima voluntas libera debet esse: quia libera est cũ quis certa ratione ductus, nouam sibi quærit sepulturam. In secunda parte ponit quamdam solutionem aliorum, quę videtur eam. In secunda parte ponit quamdam solutionem aliorum, quę videtur facere contra reos, dicentium, q̃ libera est voluntas vltima cuiuscumque, non in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Vnde

liter si locus est sacer. Tertio modo dicitur ius inferendi in sepulchrum, nec pro hoc aliquid recipi potest. Quarto dicitur ipse actus vel officium sepeliendi, & illud non possunt vendere clerici, qui ex officio suo ad hoc tenentur, vt j.ea. præcipiendum. & 1.q.1. dictum. & extra de simo. non satis.

¶ Pro sepultura nihil muneris exigendum est. C. XII.

1 QVesta est nobis Nereida fe
mina clarissima, quòd ab
ea centum [a] solidos pro filiæ suæ
sepultura fraternitas vestra velit† exigere. *& infra.*¶ Hoc autem vi-
tium & nos, postquam, Deo auctore, ad episcopatus honorem acces-
simus, de ecclesia nostra omnino
vetuimus; & prauam denuo con-
suetudinem nequaquam vsurpari
permisimus: memores, quia dum
Abraham à filiis Ephron [b], hoc est
à filiis Seor[2], sepulchri terrã pre-
tio ad humandum corpus coniu-
gis postularet, præmium accipere
renuit[b]: ne commodum videre-
tur de cadauere consecutus. Si er-
go tantæ considerationis paganus
vir fuit; quanto magis nos, qui sa-
cerdotes dicimur, hoc facere non
debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vi-
tium vel in alienis denuo tentari
præsumatur, admoneo: Sed si quã-
do aliquem in ecclesia vestra sepe-
liri conceditis; siquidem parentes
ipsius proximi, vel heredes pro lu-
minaribus spõre quid offerre vo-
luerint: accipi nõ vetamus. Peti ve-
ro aliquid, aut exigi omnino pro-
hibemus; ne (quod valde irreligio-
sum est) aut venalis fortasse (quod
absit) dicatur ecclesia, aut vos de
humanis videamini mortibus gra-
tulari; si ex eorũ cadaueribus itu-
deatis quærere quolibet modo cõ-
pendium [γ].

Poly.l.8.ti.5. in pr. c.tot.

† *al. non cruciat aut*

Gen.23. Act.7.

[a] ¶ Centum.] *Dictio ista abest à nonnullis exemplaribus Gratiani, & epistolarum B. Gregorij. Sed quia in aliis earumdem codicibus etiam manuscriptis legitur, non est inducta.*

[b] ¶ Ephron.] *Locus hic varie legitur. In epistolis B. Gregorij magis recepta lectio hæc est*, à filius Emor: hoc est Ephron filio Seor. *& Gen.23. habetur*, intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

[γ] ¶ Compendiũ. *Post hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitãtur duo Vrbani secundi. quæ placuit hic afferri, ne plane interirent, quòd alibi non facile inueniuntur. & vnum eorum citatur extra de sepul. c. certificari.* Vrbanus II. Gothfredo Migalonensi episcopo.

¶ Mortuorum, qui in monasteriis sepeliri desiderant, aut omnino iuxta prædecessoris nostri Leonis decretum, partem eleemosynarum mediam, aut iuxta dispensatio nem nostram in Lateranensi concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus ecclesiis statuimus derelinquendam. Idem eidem.

¶ Capellanos quoque monachorum, sicut reliquos parochiæ tuæ clericos, debitam tibi obedientiam persoluere volumus.

Item Hieronymus in quæst. Hebra. ad c.23. Gen.

¶ Etiam coacti de sepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

2 POstquam pretio victus est Epiron, vt sepulchrũ venderet argento, licet cogẽte Abraham; vau littera, quę apud illos pro od legitur, ablata de eius nomine est, & pro Ephron[c] appellatus est Ephran [d]; significante scriptura non eum fuisse consummatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vẽdere mortuorũ. ¶ Sciãt igitur, qui sepulchra venditant nec coguntur, vt accipiant pretium, sed à nolentibus quaq; extorquẽt, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occulte, qui inultus acceperit.

Item ex concilio Triburiensi, c. 16.

¶ De eodem. C. XIIII.

3 IN Ecclesiasticos namque li-
bro scriptum est [Mortuo nõ
prohibeas gratiam, sc. ẽs, quoniam
omnes moriemur.] & item [om-
nia, quę de terra sunt, in terram cõ-
uertuntur] Quid terra terram vẽ-
dis. memento, quoniam terra es, &
in terram ibis [e], & quoniam mors
tibi futura e: appropiat, & nõ tar-
dat. Recordare, quoniam non ho-
minis est terra: sed, vt psalmista cõ-
memorat [Domini est terra, & qui
habitant in ea] ut terram[f] vendis,
inuasione alienæ† rei reus teneberis. Gratis accepisti à Deo: gratis
da pro eo. Quare interdictum sit
omnibus omnino Christianis, ter-
ram mortuis vendere, & debitam
sepulturã denegare: nisi forte pro-
xim, & amici defuncti propter no-
men†, & redemptionem animæ
viri gratis aliquid dare velint.

Psal.23.

al omnia

Eccle.

[c] ¶ Ibis.] *In codicibus vulgatis erat*, reuerteris, *& sequebantur hæc, &* alibi de homine dictum est: terram teris, terrã ceris, & in terram conuerteris, qui de terra sumeris: *quæ sunt expuncta: quia absunt à plerisque vetustis, & ab originali.*

Item est concilio Varensi.

¶ De eodem. C. XV.

4 PRæcipiendum est secũdum
canonum auctoritatem, vt de sepulchris, & hominibus sepe-
liendis nihil muneris exigant: nisi
forte qui sepelitur, viuens inferit
ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur,
aliquid de suis rebus tribuere, aut
etiam post mortem ipsius, illi, qui-
bus commissum est eius eleemosy-
nas facere de rebus illius aliquid
sponte dare voluerint: & tamen
nullatenus à presbyteris ecclesię †
illius aliquid exigatur; siue ab illis,
qui locis, & villis† præsunt. ¶ Pro
hibẽdum est etiam secundum ma-
iorum instituta, vt in ecclesia nul
latenus sepeliãtur; sed in atrio, aut
in porticu, aut in† exhedris ecclesiæ. Intra ecclesiam vero, & pro-
pe altare, vbi corpus & sanguis
Domini conficitur, nullatenus se-
peliantur [b].

Extat in concilio Nannetensi, c. 6. ex quo citatur à Burchardo, & Iuone: sed quia potuit esse repetitum in aliquo Vasensi, seu Vasensi, non est mutatum. In epitome quidem conciliorum est in Vasensi, c.3.

Item Augustinus.

¶ A sacris locis non auferantur post mortem, quibus peccata non sunt dimissa. C. XVI.

1 QVibus peccata dimissa
non sunt, à sacris locis [c]
post mortem adiuuari nõ possunt:
quia, quos peccata grauiora deprimunt, si in sacris locis se sepeliri
faciunt, restat, vt de sua præsumptione iudicentur: [2] quia eos sacra
loca non liberant, sed culpa teme-
ritatis accusat.

Vm gratia pecca ta.] CASVS. Quæritum fuit à Grego. vtrũ prosit mortuis in cœmeterio sepeliri. Et respondet q; sic, si cũ mortali delicto non decesserint: quia proximi eorum sepulturas aspicientes pro eis orãt ad Dominum. si vero cum mortali decesserint, potius obest, quã prodest. Sequẽs cap. cũ. §. patet.

Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone citatur ex Augustino, & nonihil ad hanc rem faciens, habetur in libro de cura agẽda pro mortuis, c.1. sed videtur confectum ex duobus locis lib. dialog. B. Gregorij; vno quidem in c.51. altero autem in c.53. quod refertur in conc. Tribur. c.17. Nam capite quidem. 51. cum narrasset quãdam sanctimonialem, quæ in ecclesia sepulta fuerat, visam fuisse ibi cremari, ex eo colligit, Qua ex re aperte datur intelligi, quia hi, quibus: eccata dimissa non fue int, ad euitandum iudicium sacris locis post mor tem non valeant adiuuari. *In c. autem 53. cum memorasset corpus cuiusdã Valentini è sepulchro per dæmonas fuisse extractum, & extra ecclesiam proiectum, hæc subiungit.* Ex quo Petre collige; quia his, quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, vt etiam de sua præsumptione iudicentur: quatenus eos sacra loca non liberent: sed etiam culpa temeritatis accuset.

Item Gregorius lib. 4. dial. c. 50. 3

¶ Quibus prosit in ecclesia sepeliri. C. XVII.

4 CVm† grauia peccata non
deprimunt, hoc prodest
mortuis, si in ecclesia sepeliãtur; &
quòd eorum proximi quoties ad
eadem sacra loca veniunt, suorum,
quorum sepulchra aspiciunt, recor
dantur, & pro eis Domino preces
fundunt. Nam quos peccata gra-
uia deprimunt; non ad absolutio-
nem potius, quàm ad maiorẽ dam-
nationis cumulum, eorum corpo-
ra in ecclesiis ponuntur.

Itẽ ex concilio Moguntiaco 1.c.52.

¶ Qui sepeliantur in ecclesia. C. XVIII.

5 NVllus mortuus intra ec-
clesiã sepeliatur, nisi epi-
scopi, aut abbates, aut digni pres-
byteri, vel fideles [e] laici.

Quid vero mortuis prosit iuxta ecclesiam sepeliri, quidve ad eos perueniat, Augustinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. vlt. ostendit dicẽs.

¶ Quare mortui iuxta ecclesiam sepeliemur. C. XIX.

6 NOn æstimemus† ad mor
tuos, pro quibus curã ge-
rimus, peruenire: nisi quòd pro eis
siue altaris, siue orationum, siue e
leemosynarum sacrificiis [f] solen-
niter supplicamus. Quamuis non
pro quibus fiunt, omnibus prosint:
sed his tantũ, quibus dum viuunt,
comparatur, vt prosint. Sed quia
non discernimus [g], qui sint; oportet ea pro regeneratis omnibus [h]
facere 7: vt nullus eorum præter-
mittatur, ad quos hæc beneficia
possint & debeant peruenire. Me-
lius enim supereruntista eis, qui
bus nec obsunt, nec prosunt, quàm
eis deerunt, quibus prosunt. ¶ Di-
ligentius tamen facit hoc quisque
pro necessariis suis, quo [i] pro illo
fiat similiter à suis. ¶ Corpori au-
tem humando quidquid impẽdi-
tur; non est præiudium salutis, sed
humanitatis officium, secundum
affectum, quo nemo vmquam car-
nem suam odio habet. Vnde opor-
tet, vt quam potest, pro carne pro-
ximi curam gerat, cum ille [k] rece-
serit, qui gerebat†. Et si hæc fa-
ciunt, qui carnis resurrectionem
non credunt; quanto magis debent
facere, qui credunt? vt corpori mor
tuo, sed tamen resurrecturo [l], &
in æternitate mansuro impensum
eiusmodi officium, sit etiam quo-
dammodo eiusdem fidei testimo-
nium. ¶ Quòd vero quisque apud
memoriam martyrum sepelitur;
nati, siue non: dum tamen hoc non conster: sed speciali oratione non
est orandum pro eis mortuis, quos constat esse damnatos. sic loqui-
tur illud c. pro obeuntibus. sed pro illis qui non sunt damnati ora-
tione speciali & generali oramus licite. nisi sint valde boni, vt j. ead.
tempus.

Eccl.7. Eccle.40. Gen.3.

Psal.113.

al. Domini

Decret. 2. caus. 13. Iuo p.3.c.

Poly. ibidẽ. Decr.1.c.113. Iuo p.3. cattis. 1 Quæst. or.

Vic. ad confess. Bulgaror. num.6.99.

Burch.3.20 Iuo p.3.c.

Ecclesiast. 38.

Tob.4.

Matth.25.

Ecclesiast. 9.

Psal.48.

Ecclesiast. 12.

Ecclesiast. 3.

*Ecclesiast. 9

a ¶ *Econtra.*] contra id quod dicit, quod possumus orare pro mortuis. Ioan,

b IN *præsenti,*] ¶ *Iob.*] id est, coniugati.

c ¶ *Daniel,*] id est, virgines vel continentes.

d ¶ *Noe.*] id est, rectores ecclesiarum. & hoc intellige si decesserint in mortali. sic 25. distin. qualis.

e ¶ *Sed laborabit.*] id est, punietur æternaliter.

PRo obeuntibus.] CASVS. Bonifacius archiepiscop⁹ quæsiuit à Gregorio si liceat specialiter pro defunctis celebrare diuina, & oblationes offerre. Et respondet quòd pro catholicis licet: pro impiis autē specialiter hoc fieri non licet.

f ¶ *Pro impiis.*] ‖ Sed quæritur quid ecclesia orabit pro illis quos cōstat decessisse in mortali? Videtur ꝙ sic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24, q. 2. sane. arg. cōtra 21. q. 3. Cyprianus. Respon. si euidens est aliquē decessisse in mortali, vt cum quis suspēdit se, vel præcipitat aut alio modo se interficit, pro illo nō est orādum, vt 23. q. 5. placuit. & q. 8. quicunque clericus, secus si est dubiū. vnde si aliquis occisus est in ebrietate: non oratur pro illo, vt extra de reliquiis, audiuimus. & 23. q. 5. placuit.

‖ Quæritur ne est pro his qui in mortali peccato decesserunt.

Psal. 48.

AN*imæ.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ quatuor prosunt defunctis, scilicet oblatio sacerdotum, preces sanctorum, amicorum eleemosynę, & ieiunia cognatorum. In secūda parte dicitur, ꝙ illa obsequia quę fiūt circa corpus mortui, magis sunt solatia viuorum, quā defunctorum subsidia: nō tamen ideo corpora defunctorum, & maxime iustorū sunt abiicienda. istud tamen ieruitium quod corpori impēditur, apud Deū non perit. multo magis eleemosyna quā viuentibus & sentientibus facimus, apud Deum perire non debet.

1 Poly. l. 8. ti. 7

† *al. Idem*

2 Poly. l. 8. tit. 6. Burc l. 19. cap. 112. Iuo p. 15. c. 224

3 Aug. de cura pro mortuis, c. 2, & lib. 1. de ciuit. c. 12. & 13

g ¶ *Animæ.*] Hoc cap. est quasi pars illius, non æstimemus.

h ¶ *Examinis.*] id est, examinatis. i. mortuis. & est hic arg. ‖ ꝙ magis meretur homo impendēdo aliquid viuis quā mortuis. Vnde patet ꝙ sicut ieiunium alicuius liberat mortuum, multo potius alterius ieiunium prodest viuo. quod concedo si ille est vicine coniunctus illi, vt dixi 83. dist. presbyter. in gl. & ita.

‖ Ieiuniū plus prodest viuis quàm defunctis.

Econtra[a] *Hieronymus in epistola ad Gal. c. 6. ad ea verba* [*vnusquisque onus suum.*]

¶ Post mortem orationes viuentium mortuis damnatis non prosunt. C. XX.

IN præsenti sæculo scimus siue orationibus, siue consiliis inuicē posse nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus; nō Iob[b], nō Daniel[c], nec Noe[d] rogare posse pro quoquam; sed vnumquemque portare onus suum.

¶ *Verba B. Hieronymi sunt hæc.* Obscure licet, docemur per hanc sententiolam nouū dogm. quod latitat, dum in præsenti sæculo sumus, siue, &c.

Verum hoc de impœnitentibus accipiendum est, de quibus propheta dicit. Non dabit Deo placationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ: & ideo frater non redimet eum, sed laborabit[e] *in æternum, & viuet adhuc in finē. De alijs autē intelligi non potest.*

Vnde Gregorius Papa II. Bonifacio episcopo, epist. vltima.

¶ In pœnitentia defunctis bona prosunt viuentium. C. XXI.

1 PRo obeuntibus quippe cōsuluisse dignosceris, si liceat oblationes offerre: sancta sic tenet ecclesia, vt quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat: & quamuis omnes peccatis subiaceamus; cōgruit, vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriā faciat, & intercedat: non tamē pro impiis[f] (quāuis Christiani fuerint) tale quid agere licebit,

Item †.

¶ Animæ mortuorum quattuor modis soluuntur. C. XXII.

2 ANimæ[g] ‖ defunctorum quattuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. ¶ 3 Curatio vero funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorū. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa; oberit pio vilis, aut nulla. *& infra.* ¶ Nec ideo tamen contemnenda, & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximeq; iustorum, ac fidelium. *& infra.* ¶ Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viuentibus, & sentientibus exhibemus; si neque hoc apud Deū perit, quod exanimis[h] hominum membris officij, diligentiæque persoluitur.

‖ Hoc ideo tamen non est contra p. Augustinū in epistola 3. ad Simplicianū, quæ. 2. ar. 14 & Sent. 4. dist. 45. Anselm. q. 4.

[a] ¶ Animæ.] *Horum verborum vsque ad vers.* curatio. *nullus auctor inuentus est. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Augustinus in Enchiridio, c. 109. *&* 110.

¶ Ante diem iudicij, sacrificijs, & eleemosynis mortui iuuantur. C. XXIII.

39 4 TEmpus, quod inter hominis mortem, & vltimam resurrectionē interpositum est, animas[i] abditis[k] receptaculis continet, sicut vnaquæq; digna est vel requie, vel ærumna pro eo, quod sortita est in carne, dum viueret.

¶ Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosinæ in ecclesia fiunt. Sed hæc eis prosunt, qui cum viuerent, vt hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt. ¶ Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem; nec tam malus, vt ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono, vt ista non requirat: & est rursus talis in malo, vt neq; his valeat, cum hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam, vel gratiari. *& post pauca.* ¶ Cum sacrificia altaris, siue quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis[l] defunctis omnibus offeruntur; pro valde bonis gratiarū actiones sunt: pro non valde malis propitiationes[m] sunt: pro valde[n] malis, etsi nulla sint adiumenta mortuorum, qualescumque viuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt; aut ad hoc prosunt, vt fit plena remissio; aut certe, vt tolerabilior fiat ipsa damnatio.

i ¶ *Animas.*] nō summe bonas: nāmrales credo stare ad cœlos volare, iuxta illud: Gaudet in cœlis anima sanctorum. 25. di. sanctorum.

k ¶ *Abditis.*] id est. locis nobis occultis. Ex his verbis videtur quòd Augustinus dubitabat quo animæ defunctorū recedant. cum inferus sit sub terra, & cœlū sit ē. vt 23. q. 4. hæc autem.

l ¶ *Pro baptizatis.*] Tantum prosunt orationes cuilibet, si fiant generaliter * pro omnib⁹, sicut si fierent specialiter pro quolibet vt 1. de conse. dist. 5. non medio critor.

* Hoc etiam p. dictum in ep. ad Dardanum, vide 3. Thom. quæ. 2. art. 14 4 Sent. 4. dist. 45. Anselm. q. 4.

m ¶ *Propitiationes.*] id est, vt Deus propitius sit eis.

n ¶ *Pro valde.*] ‖ Hic Augustinus distinguit quatuor genera hominum, scilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis nō est orandum. iniuriā enim facit martyri, qui orat pro martyre, vt extra de celeb. Miss. cum Marthæ. §. vlt. Item nec valde malis prosunt sed mediocriter bonis prosunt, vt ci tius liberentur ab igne purgatorij * mediocriter malis prosunt ad hoc vt minus puniantur, nunquam tamen liberabuntur: & secundum hoc etiam patet, ꝙ oratione speciali oram⁹ pro illis qui decesserūt in mortali: quommodo non sint summe mali. licet arg. contra. 3. ea. pro obeuntibus. ‖ sed pone ꝙ aliquis dat eleemosynam pro eo qui decessit in mortali peccato, qui est mediocriter malus, eleemosynæ vel orationes prosunt talibus ad mitiorem pœnam, vt hic dicit, ergo aliquantulum de pœna sublatum est[a]. Ponamus ꝙ centesima pars pœnæ sit sublata per vnam eleemosynam. si ergo dentur centum eleemosynæ, tota pœna erit remissa, ergo iste liberabitur: quod hic negatur. Ad hoc dico, ꝙ si prima eleemosyna tollit centesimam partem pœnæ, secunda eleemosyna etiam tollit tantam pœnam, sed non tantam in quantitate, sed tantam in proportione, & sic semper aliquid remanet de pœna: & sic soluo illud quod obiicitur de indulgētiis. quòd si propter oblationem vnius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium vel venialium, per oblationem secundi denarij tollitur tātum in proportione, nō tantum in quantitate: & semper aliquid remanet, licet omne argentum effunderetur.

* Vide S. Tho. 4. Sent. dist. 45. quæ. 1.

‖ Hominis genera quatuor sunt.

[a] Hoc vide S. quæ. 2. ar. 14. ad 3. vbi dicit, quòd pœna non tollitur tota, sed quantum ad effectum, & ad hoc dicit, quòd pœna non tollitur quantum ad essentiam, sed quantum ad effectum. Anselm.

DE OBSERVATIONE. Hæc est 9. pars q. in qua continetur quod in seq. cap. declaratur. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est 5. ꝙ sacrificia, vel eleemosynæ, & huiusmodi fiūt pro mortuis: sed qa hęc obseruātur circa diuersos dies: ideo vnde sumpsit initium talis obseruatio, videamus: & propter hoc inducit seq. c.

Poly. l. 8. ti. 7. auct. 7. c. 165. Gen. 50.

Via.] CASVS. Quęsitum fuit ab Ambro. vnde sumpsit initiū obseruatio iij. vij. & xxx. & xl. diei in officiis mortuorū. Et rndet ꝙ à veteri testamento: & hoc probat auctoritate Gen. & Deut. nā filij Iacob seruauerunt eū aromatibus conditū in Aegypto xl. diebus: & cum portarent eum sepelien dum in spelunca duplici, luxerūt eum vij. diebus. Similiter legitur, ꝙ filij Israel luxerunt Moysem xxx. diebus. De initio tertij diei nō dicitur aliquid in hoc cap.

Deut. 34.

a ¶ *Lectio.*] scilicet Genesis 50. cap.

LVGERE. Hic incipit x. pars quæ. in qua probat per 4. c. ꝙ non debemus plangere mortuos ex diffidentia tamquam non debeant resurgere. Io. de Fan.

CASVS. Supra facta est mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter sit lugendum, & ꝙ lugere nimiū ex desperatione futuræ resurrectionis nō licet, sed intuitu pietatis licet, vt infra ea. habent.

Vàm præposterum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ostēditur, ꝙ sicut serui rebelles à dñis suis non remunerātur, sic nos cælestib⁹ præmiis nō honoramur. cū quotidie dicamus, Fiat volūtas tua sicut in cœlo & in terra: & tamen dolētes & inuiti de hoc sæculo recedimus. qñ vocamur à Dño. In secunda parte dicit Cyprianus, ꝙ Deus multoties sibi reuelauit, vt inter homines ꝓdicaret mortuos nō esse lugēdos: quia nō amittur, sed præmittūtur in patriā vbi ꝙ ad in⁹ar proficiscentiū & nauigatorū. Secunda pars incipit ibi, *Nobis quoque.* Seq. cap. planum est *Efficiatur*, id est, debitum officij funeris impleatur.

b ¶ *Postulemus.*] cum dicimus, Fiat voluntas tua. & est arg. ꝙ opere id complere debemus quod voce ptestamur.

d. accus. sine

c ¶ *Inuiti.*] sic 23. q. 5.

9 *De obseruatione autem tertij, septimi, trigesimi, vel quadragesimi, diei quæritur, vnde exordium sumpserit.*

Ambrosius in lib. de obitu Theodosij imperatoris dicit fere in principio.

¶ Quare certo die in mortuorū cōmemoratione ieiunetur. C. XXIIII.

1 QVia alij tertium[α] diem, alij tricesimū, alij septimum, alij quadragesimum obseruare consueuerūt; quid doceat lectio[a], cōsideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioseph pueris suis sepultoribus, vt sepelirent eum, & sepelierūt sepultores Israel, & repleti sunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerantur dies sepulturæ. Et luxit eum Israel β septem diebus.] Hæc ergo sequenda solennitas, quā præscribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio scriptum est [Quia plā xerunt filij Israel Moysem diebus triginta; & consumati sunt dies luctus.] Vtraque ergo obseruatio habet auctoritatem, qua necessarium pietatis[2] impletur officium.

α ¶ Alij tertiū.] *Apud B. Ambrosiū legitur* Quia alij tertium diem, & tricesimum, alij septimū, & quadragesimū. *Verum in missalibus Romanis tam antiquis, quàm recentioribus, & Ambrosianis nulla est mentio diei quadragesimi, neque in c. nullus. 3. dist. 44. & infra de consec. dist. 5. ex concilio Nannetensi. Est tamen frequens apud Græcos.*

β ¶ Israel septem.] *Codices B. Ambrosij habent,* & luxit eum Aegyptus septuaginta diebus: *quemadmodum habet editio. 70. & vulgata. Sed tamen visa est ferri posse lectio hæc, quæ est in omnibus etiam Gratiani manuscriptis: quoniā paulo post in eodem, c. 50. Gen. hæc adduntur de Ioseph, & ceteris filijs Israel.* Veneruntque ad aream Adad, quę sita est trās Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno, atque vehemēti impleuerunt septem dies.

10 *Lugere autem, & tristari tam pro nostra, quàm pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in sermone de mortalitate.*

¶ Nec pro nostra, nec pro aliorum morte tristari debemus. C. XXV.

QVàm præposterū est, quàmq; peruersum, vt cum Dei voluntatem fieri postulemus[b], quādo euocat nos, & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: & peruicaciū more seruorum ad cōspectum Domini cum tristitia, & mœrore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: & volumus ab eo præmiis cœlestibus honorari, ad quem venimus inuiti[c]. *Idem paulo inferius.*

¶ Nobis quoque ipiis minimis, & extremis quoties reuelatum est, quàm frequenter, atque manifeste, de Dei dignatione, præceptum est; vt contestarer assidue, & publice prædicarem, fratres nostros non esse lugendos accersione † Domi-

nica de sæculo liberatos: cum sciamus non eos amitti, sed præmitti; recedentes præcedere, vt proficiscentes, & † nauigantes solent.

Item Ioannes Chrysostomus hom. 26. in c. 11. epistolæ ad Hebræos.

¶ Vt pusillanimitate mortuos lugere contingit. C. XXVI.

10 VBicumq;[d] sepeliamur; Domini est terra, & plenitudo eius. Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autem, & deplorare, & lamētari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit.

Hoc autem ex desperatione futuræ resurrectionis intelligitur. Vnde & Apostolus non simpliciter ait. [*Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini,*] *sed addidit* [*sicut & ceteri, qui spem non habent.*] *Pietatis namq; affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere nō prohibemur: sicut nonnullos sanctorum, aliorū exequiis pias lacrymas impēdisse legimus.*

Hinc etiam Anastasius Papa, epist. 2. ad Nerianum. 3

¶ Quòd non futuræ resurrectionis habēt, de mortuis tristari nō debet. C. XXVII.

4 HAbent forsitan illi iustam lōgi doloris excusationē; qui vitā alteram nesciunt[e], qui de hoc sæculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus; contristari nimium de obeuntibus nō debemus: ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentiæ quodammodo genus est, contra hoc, quod quisque prædicat, torqueri[γ] mœstitia, dicente Apostolo. [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.

γ ¶ Torqueri.] *Sic est emendatum ex epistola B. Gregorij, in qua hoc idē habetur. In epistola Anastasij legitur,* contra quod quisq; prædicator queritur, iustitiā amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuscriptis videbatur mista esse lectio ex vtraque hoc modo,* contra hoc, quod quisque prædicat quærere, iustitiam amans, dicente, &c.

Item ex concilio Toletano 3. c. 22.

¶ De eodem C. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt; eū psalmis tantūmodo, & psallentium vocibus debent ad sepulchra deferri. Nā funebre[f] carmē, quod vulgo defunctis cātari solet, vel in pectoribus se aut proximos, aut familias cædere omnino prohibemus. Sufficiat autem, quòd in spe resurrectionis, Christianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apostolus nostros lugere defunctos, dicens [De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem non habent.] Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad vitæ huius plorauit æruinnas resuscitandum. Si autem † potest hoc episcopus omnes Christianos prohibere, agere nō moretur. Religiosis[g] tamē omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

d ¶ *Bicumque.*] *Libera fortuna mors est: capit omnia tellus. Quæ genuit: cœlo tegitur qui nō habet vrnam.* arg. contra. *Mollius ossa cubant manibus tumulata suorum.*

HOC AVTEM. CASVS. Nunc soluit Grat. dicens non esse lugendum ex desperatione futuræ resurrectiōis: & hoc ꝓbat auctoritate Pauli. sed propter pietatem lugere non prohibemur, sicut multos sanctos legimus fecisse: & ad hoc inducit duo seq. cap.

Psal. 23.

1. *Thess. 4.*

HAbēt.] CASVS. Non est mirū, si pagāni lugent mortuos suos, quia excusationē habent, cum de alia vita non confidant. Sed nos Christiani nimiū contristari de obeuntibus nō debemus, ne quodāmodo diffidere videamur; & hoc probatur exemplo Apostoli dicētis: Nolumus vos ignorare, &c. *Apud alios,* id est, laicos aut idiotas.

e ¶ *Nesciunt.*] id est, non credunt. Ioan.

1. *Thess. 4.*

QVi diuina.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toleta. vtrum mortui sepeliendi sunt cum psalmodia & luctu. Et respondet ꝙ cum psalmodiis sic: & lugere non debemus. quod probatur auctoritate Apostoli dicentis: De dormientibus autē, &c. & hoc quilibet episcopus parochianis suis prohibeat. religiosis tamē hoc specialiter prohibetur.

f ¶ *Religiosis,*] illi enim magis tenētur abstinere ab huiusmodi q laici.

DE

3 Et in regesto B. Gregorij li. 7. epist. 111.

4 Ansel. l. 7. cap. 171. Burc, l. 19. ca. 129. Iuo p. 15. c. 139.

† *al. vt*

† *al. Religiosis*

DE MORTVIS.

Hæc est 11. pars quæst. secundum Io. de Fant.

CASVS. Facit Grat. quã dam incidentẽ quæstionẽ, vtrum defuncti sciãt quæ in mundo gerũtur à viuis? & respondet q̃ non: & hoc probat auctoritate Esaiæ.

Esa. 63.

a *Sciant.*] ‖ mali nesciũt nisi quod eis scire p̃mittitur. similiter nec boni qui adhuc sunt in igne purgatorio: q̃a adhuc nõ fruuntur visione Dei. vt ¶ ea. facẽdum. sed boni q̃ fruuntur visione Dei, sciũt q̃d agatur hic: iuxta illud Gregor. Quid est q̃ nesciãt q̃ videntẽ omniavidẽt? Et alij dicũt, q̃ boni dicuntur scire omnia quę sunt eis necessaria.

‖ Defuncti vtrum sciant quæ hic agantur.

a Dicunt quidam, q̃ animæ immediate vidẽt in speculo trinitatis sicut Angeli. vide Beda super Lucã in illo euãgelio, Homo quidã erat dives, &c. vbi dicitur q̃ iusti q̃ vident claritatem, nihil est in creatura q̃d videre nõ possint; sed. si liceat quantũ permittit diuina potẽtia, secundum Ioan. de hoc fatis notar. inf. a prox. cap. ¶ *

* *3. dist. vide S. Tho. 4. sent. distinct. 45. q. 3. art. 5 & distinct. 49. q. 2. ar. 5.*

b *Nesciuit.*] q̃a nõdũ erat hostia oblata, p̃ quam aperta fuit ianua paradisi, vt extra de baptis. maiores. Ioan.

Etendum.] CASVS. Quæritum est ab Aug. vtrum mortui sciãt quid in hoc mũdo agatur à viuis? & respõdet q̃ nõ, donec aliquid agitur hic. sed postea p̃ mortuos qui vadunt ad eos sciũt nõ omnia, sed quæ illis p̃mittũtur audire, & q̃ stos recordari licet: aut per Angelos q̃ præsentes sunt rebus q̃ in mundo aguntur, aut per ipsos qui quandoq; ad nos venire credũtur, sicut econtrario Paulus viuus dicit esse raptus in paradisum.

1 Et in Vorma cien. c. vlt.

c ¶ *Credunt.*] & male quia sunt phantasmata, vt 26. q. 5. episcopi.

DE MISA VTEM.

Hæc est 12. pars quæst. secundum Io. de Fant.

3 Burc. l. 11. c. 76. Ivo p. 14. c. 124 Pann. l. 3. c. 22.

CASVS. Quæritur an homines qui suspenduntur in paribulis, sint sepeliendi in cœmeterio. Et respondetur q̃ sic, si ipsi pœnituerint.

3 ALiquos scimus subito dementes factos fuste, ferro, lapidibus, morsibus, multis nocuisse: quosdam etiam occidisse: captos autem industria, & iudiciis † [h] oblatos, minime reos [i] factos: eo quod non voluntate, sed impellente vi [k] nescio qua hæc gesserint nescientes. Quomodo enim reus constitueretur, qui nescit [l] quid faciat?

Item Ambrosius in Hexameron in tractatu primi diei [4].

¶ Reus voluntate, non necessitate constringitur. C. VI.

ILla cauenda sunt, quæ ex nostra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationabiles passiones corporis. Quorum igitur nos fumus domini [m], horum [n] principia [o] extrinsecus [p] non requiramus, nec deriuemus in alios: sed agnoscamus [q] ea, quæ proprie nostra sunt. Quod enim possumus non facere, si volumus; uius electionem mali nobis potius debemus, quam aliis adscribere. Ideo etiam in iudiciis istis voluntarios [r] reos, non ex necessitate compulsos culpa stringit, pœna condemnat. Neque enim si per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti est: quin etiam ipsius diuinæ legis [s] oracula, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugij facultates

2 Ita pæn. cap. 30.

2 An furiosis vel prodigis alienare q. fr. ante interd. sinentes, vel post, si furiis dom. ff. de cur. furi. l. 2. & ff. cit. ff. de iur. eius. ‖ al. subdit.

4 Lib. 6. c. 8.

uitates refugij vltra Iordanem [a], & tres citra [b]: quarum talis erat vsus, quòd si quis hominem nolens occidisset, & fugiebat ad vnam illarum: ibi de consanguineis occisi erat tutus. sed si antequam illuc peruenisset inuentus fuisset, ille qui poterat esse vltor sanguinis effusi, impune occidebat eum. sed postquam illuc venerat, si propinqui occisi volebāt eum

a Antea ista tres ciuitatum nō erāt, Bamoth, Ramoth, Gaulon. Fuerunt Cadesi, Sichem, Hebron.

tem, vt possit euadere. Hoc igitur [a] de eo, quod proprie malum videtur, dictum sit. Mala enim nō sunt, nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Cetera pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauerit: quia nec [α] contraria istis in bonis habentur maximis: quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur.

a Nec contraria istis.] *Emendatum est ex originali. Nam antea legebatur*: quia necessaria ista in bonis, &c. *In multis tamen antiquis finis huius capituli est in verbo*, numerauerit.

Idem in libro de Patriarchis, cap. 6. lib. de Abraham.

¶ [illegible]

Ane discimus vitandam ebrietatem; per quam crimina cauere non possumus. Nam quæ sobrij cauemus; per ebrietatem ignorantes committimus. *& paulo post.*

Nesciunt quid loquātur, qui nimio vino indulgent; iacent sepulti: ideoque, si qua per vinum deliquerint; apud sapientes iudices venia [β] quidem facta donantur, sed leuitatis damnantur [γ] auctores.

Item Augustinus libro primo de ciuitate Dei, cap. 25. [1]

¶ [illegible]

I concupiscentia [β], vel inobedientia [δ], quæ adhuc in mēbris moribundis habitat [ε], præter nostræ voluntatis legem, quasi lege sua mouetur; quanto magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque [ζ] culpa est in corpore dormientis [η]?

β Concupiscentia vel.] *In originali legitur.* Quòd si illa concupiscentialis inobedientia.

Idem lib. 22. contra Faustum, c. 44.

¶ [illegible]

3 Nebriauerunt Loth filiæ eius, & se nescienti miscuerunt. Quapropter culpādus est [θ] quidem: non tamen, quantum [ι] ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas.

Item Ambrosius libro primo de Iacob, & vita beata, cap. 3.

i ¶ *Quantum.*] Tripliciter exponitur hoc. Quidam sic exponunt, q punitur pro incestu, & pro ebrietate. vel aliter: non punitur quantum incestus meretur, scilicet si esset commissus ex deliberatione. Alij dicunt quòd nullo modo punitur pro incestu: sed tantum pro ebrietate: ‖ quæ ebrietas tantum est veniale peccatum, vt 25.dist. §. criminis. Laur.

‖ Loth etiam ebrius peccauit.

¶ Nemo trahitur ad culpam, nisi ductus propria voluntate. C. X.

On est, quòd cuiquam nostram adscribamus ærumnam [γ], nisi nostræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus. Voluntaria tantum commissa sequitur delictorum inuidia [κ], quam in alios deriuamus [λ]. Voluntarium sibi militem legit Christus: voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur [μ]. Neminem iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi se prius peccatorum ære [ν] ei vendiderit.

γ Aerumnam.] *Apud B. Ambrosium legitur*, culpam: *sed ob glossam non est mutatum.*

μ Auctionatur.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, & acquirit iuri suo: *quæ sunt expuncta, quoniam absunt à manuscriptis, & originali.*

Idem in lib. 2. de Cain & Abel, c. 4.

¶ [illegible]

Ec is, qui inuitus [ξ] aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est. Si quidem lex ait de eo [Quia Deus dedit eum in manus eius [ο].] Manus ergo eius, instrumenti modo, diuinæ vltioni ministerium præbuerunt. Leuites [π] igitur minister remissionis [ρ] est. Percussor autem, qui tamen non ex dispositione, sed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinæ minister est vltionis. [σ] Illud quoque spectat: quia cū interficitur impius, Christus [τ] infunditur [υ]: & vbi abominatio [φ] aboletur, sanctificatio consecratur [χ]; quia Dominus dixit [In ea die, qua interfecero omne primogenitum [ψ] Ægypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel.] Quod non ad vnum [ω] diem afflictionis Ægypti referes, sed ad omne tempus [ζ].

κ Consecratur.] *Apud B. Ambrosium legitur*, congregatur.

ζ ¶ Omne tempus.] *Post hæc in originali sequitur, cap. cum remuntiatur.* j. 32. q. 1.

Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit, minister Dei sit, cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius sit, cum subito dementes, eorum, quæ faciunt, reatum minime gestent; patet hunc sacerdo-

Exod. 21. Deuter. 19.

Num. 3.

ξ [illegible] Quidam sic exponunt. *On est.*] CASVS. Quidam peccata quæ committebant, in alios deriuabant: sed probat Ambros. quòd crimina ex propria voluntate committuntur, per quæ quis se diabolo subijcit: sicut quis ex propria voluntate miles Christi efficitur.

ο *Aerumnam.*] id est, pœnam vel culpam.

π *Reluctantibus.*] id est, ex toto dissentientibus, scilicet cum est absoluta coactio. 50. distin. presbyteros.

ρ *Inuidia.*] id est, pœna.

σ *In alios deriuamus.*] id est, aliis exemplum damus.

τ *Auctionatur.*] id est, emit. Vel auctionatur, id est, per auctionem petit.

υ *Peccatorum ære.*] id est, peccatis delectantibus. nam ipsum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.

φ *Ec is.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q si quis casu interfecerit aliquē, minister Dei est: quod probat auctoritate Deuteron. sicut leuita minister est remissionis. In secūda parte dicitur, quòd cum interficitur aliquis impius, Christus diffunditur per orbem. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo: In ea die, &c. Secunda pars incipit ibi, *Illud quo que. In manus eius*, id est, occidentis casu.

χ *Inuitus.*] Hoc vult dicere, quòd cum aliquis casualiter occidit hominem, non peccat, vt 23.q. 5. si homicidium.

ψ *Eius.*] scilicet occidentis.

ω *Leuites.*] id est, sacerdos.

ζ *Remissionis.*] peccatorum.

ν *Christus.*] id est, gratia Christi.

ξ *Infunditur.*] aliis. alij enim per hoc emendantur.

ο *Vbi abominatio.*] id est, persona abominabilis.

π *Consecratur.*] in aliis.

ρ *Primogenitum.*] totum hoc mystice potest legi: & sic appellantur primogenita Aegypti, vitia quæ quotidie facimus. primogenita Israel, virtutes.

σ *Non ad vnum.*] Ecce qualiter indifinita exponitur vniuersaliter. sic 1.q.3. Saluator. circa fin. 28.q.1. idololatria.

τ [illegible] CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, q sacerdos iste non est reus homicidij: & ideo sacerdotio priuari non debet. sed contra hoc statim obijcit seq. cap. cuius casus patet.

¶ *Si quis.*] ¶ *Pœnitentia.*] Istis imponitur pœnitentia: & tamen non deliquerunt. sed hoc fit ad cautelam, vt 50.dist.presbyteros. & 34.q.2. in lectum. & ne disciplina ecclesiæ deseratur, vt 23.quæst.5. excommunicatorum. Ioan.de Fant.

SED HOC. CASVS Modo soluit supradictum cap.G.& dicit quòd potest de eo intelligi, qui sua culpa incidit in furorem. Postea obijcit contra hoc, & dicit quòd quædam sunt, quæ non deijciunt promotū, nec imputantur ad pœnam, sed impediunt executionem. Vnde sicut parentum ambitio impedit promouendum, etsi ad pœnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur ad pœnam, etsi executionem impediant. & ad hoc inducit sequēs capitulum.

b ¶ *Propria.*] hæc opinio non est approbanda: quia satis ipso furore punitur, vt 3.quæst.9. indicas.ff.de offic.præsid. l. diuus.

c ¶ *Obest.*] vt 1.q.5.c.1. Ioan.de Fant.

Si quis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd si quis corrigendo discipulū suum casu eum occiderit: non imputatur ei quo ad Deum, qui voluntatem respicit, & non factum: sed quantum ad legem promotionis est reus: in qua opus requiritur, & voluntas. & hoc probat Hieron. exemplo virginis oppressæ, quæ & si non peccauerit, inter virgines tamen consecrari non potest.

d ¶ *Propter disciplinam.*] Iuuis autem castigatio permittitur magistro, vt ff. ad leg. Aquil. sed & si.§. vlti.

e ¶ *Quantum autem ad legem.*] Mosaicam, quæ permittebat quòd si quis casu occidisset hominem, dummodo non inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occisi interficere occisorem secundū quosdam: similiter secundum leges canonum impeditur à promotione [a] secundum quosdam: quod non concedo, vt dixi 150. distinct.de his. Vel intellige quod hic dicit, quando excessit modum in corrigendo.

f ¶ *Lege.*] canonica: quia non potest inter virgines consecrari, vt 33. quæst.5. ille.

g ¶ *Voluntatem.*] sic 14.quæst.5. si quid inuenisti. infra ead.quæst.6. cap.1. in fine.

SICVT. CASVS Infert G.ex supradicto cap.dicens, quòd iste sacerdos innocens est quo ad Deum: sed quantum ad executionem officij reus habetur.

h ¶ *Ad gratiam.*] scilicet Dei.

HIS ITA. CASVS. Modo ponit G. veram solutionem, dicens quòd multa impediunt promouendum, quæ non deijciunt iam promotum. Vnde sacerdos iste & si promoueri non possit, non carebit sacerdotio. iam suscepto: nisi forte numquam ad sanam mentem rediret. & ad hoc inducit cap.5.7.q.1. quamuis sit triste.

i ¶ *Deijciunt.*] vt 68.distin. sicut. 89.dist. Petrus. & turpius eijcitur, & cap.50. distinct. quicumque 2. & extra de iureiurand. quemadmodum.

k ¶ *Quamuis.*] scilicet 5.7.quæst.1. quamuis.

1 In concil. Vvormatien. cap.18.

2 Burchar.l.6. cap.25 Iuo par. 10. cap.154.

3 Auctor operis imperf. in Matth. ho.28.

4 32.q.5.de pudicitia.

a Quia talis de cetero non poterit promoueri, non quia peccauerit: sed propter horrorem facti, & propter ecclesiasticam disciplinam seruandam. Sed H. credit q̄ iste non debeat repelli à promotione. sed quid quid hic dicatur, dic quòd bene per eum distinguitur. 50.dist.5.casu. Archid.

[2] SI quis insaniens aliquem occiderit; si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est.

¶ *In concilio Vvormacien si, & apud Burchardum, & Iuonem hæc sequuntur,* quam ei, qui sana mente tale quid commiserit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quē propriæ culpa ad furorem perduxit.

¶ *Item obijcitur. Sunt quædam, quæ etsi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt sacramenti signaculū. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obest ad ecclesiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienata fiunt; etsi non imputentur ad pœnam, tamen sacri muneris executionem impediunt.*

Vnde Hieronymus ait. 3

¶ Innocens est, qui non iratus, sed propter disciplinam casu aliquem interfecit.

C. XIII.

[3] SI quis non iratus, sed propter disciplinam palmam alicui dederit, & euentu occiderit, sicut fieri solet; quantum ad gratiam innocēs est: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autē ad legem, reus est: quia opera requirit. ¶ 4 Item si in persecutione virgo fuerit oppressa; repellitur lege: quia opus inspicit, non voluntatem. In gratia autem quasi virgo suscipitur: quia non opera quærit, sed voluntatem.

¶ *Verba huius capitis vsque ad vers.* Item si in persecutione, *leguntur in homil.28. operis imperfecti, ad cap.11.Matth. Reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & similima in commen.B.Hieronymi in idem 11.cap.Matth. Ipsa autem prorsus B. Hieronymi verba referuntur infra 32. quæst.5. cap.de pudicitia.vers.finge.*

Sicut ergo, qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam homicidij reum non esse: vnde nec sacerdotio priuari debet.

Obijcitur autem illud, quod est in pœnitentiali Theodori [1].

¶ In se reuersus pœnitentiam agat, qui infantem aliquem occidit.

C. XIV.

[4] SI quis insaniens aliquem occiderit; si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est.

¶ *In concilio Vvormacien si, & apud Burchardum, & Iuonem hæc sequuntur,* quam ei, qui sana mente tale quid commiserit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quē propriæ culpa ad furorem perduxit.

¶ *Item obijcitur. Sunt quædam, quæ etsi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt sacramenti signaculū. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obest ad ecclesiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienata fiunt; etsi non imputentur ad pœnam, tamen sacri muneris executionem impediunt.*

Vnde Hieronymus ait. 3

¶ Innocens est, qui non iratus, sed propter disciplinam casu aliquem interfecit.

C. XIII.

[5] SI quis non iratus, sed propter disciplinam palmam alicui dederit, & euentu occiderit, sicut fieri solet; quantum ad gratiam innocēs est: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autē ad legem, reus est: quia opera requirit. ¶ 4 Item si in persecutione virgo fuerit oppressa; repellitur lege: quia opus inspicit, non voluntatem. In gratia autem quasi virgo suscipitur: quia non opera quærit, sed voluntatem.

¶ *Verba huius capitis vsque ad vers.* Item si in persecutione, *leguntur in homil.28. operis imperfecti, ad cap.11.Matth. Reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & similima in commen.B.Hieronymi in idem 11.cap.Matth. Ipsa autem prorsus B. Hieronymi verba referuntur infra 32. quæst.5. cap.de pudicitia.vers.finge.*

Sicut ergo, qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam innocens: sic iste sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem reus probatur. ¶ *His ita respondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt* [i]. ¶ *Non enim potest ad sacerdotium prouehi, qui aliquando insanuit* [5]. *Verumtamen si post sacerdotium furere cœperit; non ideo sacerdotio carebit: nisi forte numquam ad sanæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quodam episcopo Gregorius scribit in regesto ad Eleutherium episcopum.* [6] *Quamuis triste sit nobis, &c.*] *vt supra in causa* [*Longa inualetudine grauatus.*]

QVÆSTIO II.

*Pro impensis vero patrocinijs in Tarraconensi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo sic statutum legitur, cap.*10.

¶ Pro patrociniis impensis clericus nunquam exigere non debet. C. I.

OBseruandum quoque decreuimus, ne quis sacerdotum, vel clericorum, more sæcularium iudicum pro impensis patrociniis munera audeat accipere; nisi [7] forte in ecclesiis gratuito oblata: quæ non fauore muneris, videantur accepta, sed collatione deuotionis illata. Quòd si quis ista probatur accipere; veluti exactor fœneris, aut vsurarum possessor, secundum statuta patrum se nouerit degradandum.

Hoc autem de illis intelligendum est, qui canonicam vitam professi regulariter se victuros proposuerunt. Generali namque ecclesiæ consuetudine receptum est, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impensis suscipiant.

[1] Femina an possit esse iudex. Ephes.5.

[2] Mulier an possit testificari in crimine contra clerum.

[3] Clerici in publico aduocare.

[4] Concor.ext. in l.4.§.fecundo loco. vers. ferem. ff. de politi.

[5] Alijs iudex est in minoribus. vide in l.2.ff. de offic. eius. & ibi notant. de spania.

[6] 31.quæs.

[7] al. forte. [7] Aliter dicit Ioan. de Fant. quòd potest accipere si sint in paupertate, vel de consuetudine. non habet locum. si adiuncta sint. ff. de vsur. & canonicus. cap. si in hac. 5. posse. de postula. vel. ita

[a] Clericus an possit esse aduocatus. Ioan. de Fant.

[b] Vide quæ not. 12.q.2. in fin. glos.

Obseruandum.] CASVS Quæritur fuit in Tarraconensi concilio, vtrum clerici more sæcularium aduocatorum pro patrociniis munera exigere possent? Et respondet q̄ non: sed sponte oblata possunt recipere: & si quis contra fecerit, tamquam vsurarius deponatur.

¶ *Iudicum.*] id est, aduocatorum. Vel dic istum esse tenorem cap. quòd licet pro sæculari honore aliquid dari, vt ff. de pol. pactum. & l.si quis ob honorem. non tamen pro ecclesiastico aliquid potest peti. Item not. quòd licet pro sæculari honore aliquid possit promitti, non tamen pro sæculari administratione, vt 1.q.7. fancimus [b] Ioan.

HOC. CASVS Dicit Gra. q̄ hoc c. de regularibus loquitur. sæculares vero clerici de consuetudine eccl̄æ p impēsis patrociniis munera exigere pñt. *Tertio.*]

Tertio.] CASVS. Hic ponitur tertia quæstio, in qua quæritur, vtrum ex mulieris confessione presbyter iste sit condemnandus: & certum est quòd non, vt 7.eo.nemini. Primo tamen probat, quòd mulier sacerdotem accusare non valet duabus rationibus. Prima est, quia secundum canones nullus potest sacerdotem accusare, nec in eum testificari, qui non est sacerdos: nec potest ad sacerdotium promoueri: sed mulier ad sacerdotium promoueri non potest, nec etiam ad diaconatum, & ita mulier accusare non potest: ad quod inducit cap.2.q.7. ipsi Apostoli. Secunda ratio est, quia mulier secundum leges apud iudices postulare non potest, nisi suam vel suorum iniuriā prosequatur. Quare cum ista mulier nec suam nec suorum iniuriam prosequatur: ad accusandum admitti non debet. Postea probat contrarium. Nam mulier admittitur ad maius, scilicet ad iudicandum: & hoc probat exemplo Delboræ prophetissæ: quæ populum Israel in veteri testamento iudicauit. ergo etiam potest ad accusandū admitti, cum non prohibeatur per diuinam scripturam.

a ¶ *Tertio.*] ‖ per mulieris testimonium non potest clericus conuinci de crimine, tum quia mulier non est, nec potest esse eiusdem ordinis, vt 3.2.q.7. ipsi Apostoli. & cap. testes. tum quia ipsa quæ confitetur proprium delictum, non potest testificari de alterius delicto, vt 7.ea.nemini. & regulariter confessio vnius alteri non præiudicat, vt 2.q.5.interrogatum. ‖ admittitur tamen mulier cum agitur de crimine in modum denuntiationis, vel inquisitionis, vt extra de testib. quoniam. vel cum agitur in modū exceptionis, vt extra de testi. tam litteris.

b ¶ *Prohibitum.*] vt 3.33.q.5. mulierem. & extra de verb.sign. forus.

c ¶ *Generaliter.*] excipit.

d ¶ *Legibus.*] ff.de regul.iur.feminæ.3.3.quæst. 7.§. tria.

e ¶ *Econtra.*] intēdit.

f ¶ *Mulieres.*] femina de iure non potest esse iudex, vt 33.q.5. mulierem. & 3.q.7.§.tria.ff.de reg.iur. feminæ. nisi ei princeps scienter deleget causam, vt 2.q.5. Mennam. & 23.q.4. si quos. 12.q.2. cum deuotissimam. Vel nisi ex præscripta consuetudine hoc habeat, vt extra de arbi. dilecti. Item nec docere potest, vt 23.dist.mulier.

g ¶ *Iudicum.*] ibi enim legitur, quòd Delbora prophetissa posuit tentorium suum in monte Effraim sub arbore palmæ, quæ dicebatur palma Delboræ: & ibi iudicabat populum Israel.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Respondet Gratia. obiectioni supradictæ, dicens quòd licet in veteri testamento populum iudicasset, hodie tamen non permittitur, sed potius propter peccatum quod induxit mulier, debet verecundari, & viro subijci: in cuius signum iubetur habere caput velatum. Postea probat, quòd in quibusdam casibus mulier admittitur ad accusandum, & probatur per leges sequentes.

h ¶ *Indicitur.*] vt 3.33.q.5. mulierem.

De crimine.] CASVS. Quæsitum est ab Imperatore vtrum mulier in publico iudicio quemquam valeat accusare. Et respondetur, quòd non, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, & nisi in criminibus, in quibus est ei specialiter concessum accusare sine inscriptione: & ideo discretus iudex examinabit, vtrum tale sit crimen ad cuius accusationem posit admitti.

i ¶ *Publicorum.*] 3. 32.q.5. publico. quæ sint publica, habes institu. de public.iudic.in princ. & per totum.

k ¶ *Antiqui iuris.*] hoc vult dicere, quòd in quibus casibus antiqua iura permittunt, quòd possit fieri accusatio sine inscriptione, in illis femina nō tenetur inscribere [a]. Qui autem sunt illi casus, habes 4.q.4.§. aliquando. & 2. quæst.8. in summa. Quidam tamen dicunt ex hac lege, quòd femina in nullo casu tenetur inscribere.

Ex eo.] CASVS. Lex Iulia de adulteriis prohibet mulierem condemnatam testificari: ergo à contrario sensu non condemnata ad testimonium potest admitti.

l ¶ *Colligitur.*] argu. quod de vno negatur, de aliis omnibus conceditur [b]. Item argum. quòd possumus argumentari p argu.à contrariis, vt hic, & 25.distin.qualis.& 45. dist.disciplina. & 23.q.4. quæsitum. Et lex dicit, q̄ fortissimū est argumentum à contrario sensu, vt de offic. eius cui manda. est iurisdi.l.1.

m ¶ *Testimonium.*] secundum leges mulier in omni causa potest testificari, siue sit ciuilis, siue criminalis: nisi tantum in vltimis voluntatibus. secundum canones vero mulier in nullo crimine potest testificari, nisi in exceptis, sed in ciuilibus potest testificari. Nec ob. 33.q.5. mulierem. & extra de verb. signific. fortius. vbi dicit, quòd mulier nō potest esse testis, sed intelligas de crminalibus causis, & vltimis voluntatibus. Quidam tamen dicunt, quòd mulier secundum canones, non potest testificari nisi in causis à iure expressis.

NON EST PRESSVM. CASVS. Mulier non potest quemquam in iudicio publico accusare: nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam.

Certis de causis.] CASVS. Dicitur in hac l. quòd concessum est mulieribus accusare si suam vel suorum iniuriam prosequantur contra quos non coguntur inuite dicere testimonium. similiter si volunt dicere testimonium suorum consanguineorum, vt liberti paterni vel materni esse falsum: admittuntur ad accusandum. pupillus vero vel pupilla mortem patris vel aui exequi potest auctoritate tutoris: similiter de testamento patris potest experiri.

n ¶ *Inuitæ.*] quædam enim personæ sunt contra quas non cogitur aliquis testificari, vt 4.q.3. item lege Iulia.

o ¶ *Testamentaria.*] vt mulier posit accusare testamentum falsum, si testamentum ad se vel ad suos pertineat.

p ¶ *Paterni.*] quia filij patronorum, & etiam hi qui ex transfuso veniunt vsque ad quintum gradum vocantur ad successionem liberti, vt in instit.de succes.lib.§.si autem sine liberis.

q ¶ *Pupillis.*] ‖ regulare est, quòd minor annis sine tutore, vel curatore nec agere potest, nec conueniri, vt C.de aucto. præstan. l.clarum. alioquin sententia lata contra ipsum nulla est: si tamen lata fuerit pro

[a] Aliter ponit H. & dicit, q̄ antiqua iura fuerunt quæ feminas in certis crimi. sine inscriptio ne accusari p̄mittunt. alia statuta nō habentur in usu ergo. forte apud Græcos habent in forte contingit de crimine lasciua. & de crimine abigeatus. 4. q.4. c. quibus. 5. aliquando secundum H. *al. antiqua tum statuta*

[b] l.ff.12.tit.5. & Text. est pro hoc in l. cum lex. ff. de leg. & in l. cū prætor. cum concor. ff. de iudi.

al. testimonij

[6] lib.48. tit. 2. l. 1.

‖ Minor agere & conueniri non potest, ni si in certis casibus.

ipso, tenet, vt C.de procur. non eo minus. quandoque tamen agit vel conuenit sine tutore vel curatore, vt in casibus hic positis. Item si impetrauit veniam ætatis, vt C.de his qui vet.æta. impetr.l.3. Item si agatur de libero homine exhibendo, vbi etiam pupillus admittitur, vt ff.de lib. ho.exhib.l.3.§. pen. item si agatur de recuperanda possessione, vbi etiã impubes sine tutore auditur, vt C.qui legit. person.l.vlt. item minor potest agere de thoro suo violato, vt ff.de adult.l. si maritus.§. lex Iulia. licet autem minor pro se non posit agere, pro aliis tamen potest si habet mandatum, vt ff.de mino.cum mandato.& ff.de procur.

1 Lib.9. tit.1. l. vxor.

filiusfamilias.in fi.Vtrum autem in causis spiritualibus, vt in matrimonio, vel pro ecclesia possit minor litigare pro se? Dicunt quidã quòd sic: quia in his censetur maior. sed certe cum ibi maius periculum vertitur, magis esset ibi consulendũ minoribus, vt ff.ad Carbo. l.1.§.3. nam circa maiora maius periculum vertitur, vt 42.distin. quiescamus. Item video, quòd in matrimonio locum habet in integrum restitutio, vt extra de in integr. restit.ex litteris. similiter in aliis causis spiritualibus, scilicet in religione assumenda. 20. q.1. illud. in ordine sacro. 77. distin. cap.1. & 2. Item cum filius agit contra patrem secundum canones. 2. q. 7. quæritur. in matrimonio certum est, quòd minor pro se admittitur ad agendum, vt extra de restit. spol. ex parte. sed de hoc posset dubitari, vtrũ ibi locum habeat restitutio. sed de hoc dixi super illa decret. ex parte. §. de restit.spol.

2 Lib.48.tit. 4 l.in quæstionibus.
3 Adde contra quos potest ad mitti.no. in l. si familia. ff. de iurisd. omn. iud. & in l.nemo.C.de epis. aud.
† al. Sergij
2 tit.3.de episcopis & cler. l. si quemquã.
3 Cum sane si quis } orig.
† vel. instar

a ¶ *Testamentaria.*] id est, lege Cornelia de falsis.

b ¶ *Per interdictum.*] scilicet per interdictum de tabulis exhibendis: quo experitur omnis ille cuius interest, vt ff.de tabulis exhiben.locum a.

2 Sub. §. condemnatio. in cuius tamẽ locum successit hodie actio in factum, vt testamẽtum exhibeatur. ff.de auct.p. præstan. l.4.ff.de tabu. exhiben.locũ. Laur.

IN QVAESTIONIBVS. CASVS. Dicitur hic quòd in crimine læsæ Maiestatis mulier põt accusare, quod probat exẽplo mulieris Fuluiæ, quæ Catilinam coniurantem Marco Tullio detexit.

QVAECVMQVE. CASVS. Dictum est supra, quòd mulier admittitur in publico crimine, & in crimine læsæ Maiestatis ad accusandum. Nunc vero probat, quòd admittitur in crimine simoniæ, cum admittitur in publico crimine, & in crimine læsæ Maiestatis. Et ad hoc inducit legem sequentem.

c ¶ *Quæcumque.*] hoc non facit ad propositum: sed hoc ponit vt inducat sequen. cap.

SANE quisquis. CASVS. Statuit Leo Imperator in hac l. vt si quis Romanam sedem per pecuniam acquisierit, vel alium per pecuniam ordinauerit vel elegerit, ad instar criminis læsæ Maiestatis actusatus & conuictus deponatur, & perpetuo infametur, cum ipsi sint in crimine pares.

d ¶ *Sane.*] Hæc lex est pars illius C.de episcop.& cler.si quemquam.

e ¶ *Ad instar.*] ‖ non tamen est ibi omnimoda similitudo inter crimen simoniacum, & crimen læsæ Maiestatis: quia pro crimine simoniæ imponitur pœna depositionis, sed pro crimine læsæ Maiestatis pœna mortis, vt 6.quæst.1.§.verum. sed quo ad accusationem & testimonium

‖ Simonia, & crimen læsæ maiestatis nõ omnino conueniunt.

patris mortem: item pupillæ aui sui mortem exequi concessum est lege testamentaria 2. Nam & de patris quidem testamento pupillis agere diuus Vespasianus permisit. Sed etsi non exhibeantur tabulæ, per interdictum b possunt experiri. *Codice de iÿs, qui accusare possunt, vel non, lege quarta.* 1 Imp. Alex. Dionysio. Vxor tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat adeat præsidem prouinciæ. *In digestis ad legem Iuliam Maiestatis, lege octaua, Papinianus libro secundo responsorum.* 2 ¶ In quæstionibus læsæ Maiestatis etiam mulieres audiuntur 3.

¶ Et coniurationem denique Lucij† Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium consulem indicio suo instruxit.

Quæcumque c vero persona ad accusationem publicorum iudiciorũ, vel læsæ Maiestatis admittitur; eadem accusationem simoniæ subire non prohibetur.

Vnde in primo libro Codicis Imp. Leo Armasio præfecto Præt. leg. 29. 4

¶ Læsæ Maiestatis, & publicorum iudiciorum, & simoniæ accusatio æqualiter proponatur. C. IIII.

SANE† d quisquis hanc sanctã, & venerandam antistitis sedem pecuniæ interuentu subijsse, aut si quis, vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepisse detegitur; ad † instar e publici criminis, & læsæ Maiestatis accusatione proposita, à gradu sacerdotij retrahatur. Nec solum hoc deinceps honore priuari; sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: vt eos, quos f facinus par coinquinat, & æquat; vtrosque similis pœna comitetur.

Cum autem sacris canonibus accusationes omnino submoueantur, quas leges sæculi non asciscunt, è diuerso videntur admittendæ, quæ legibus g *sæculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. Quicumque enim clericorum sacris canonibus nuptias contrahere prohibentur; & legibus Imperatorum. Non autem consequenter omnium copulam leges admittunt; quorum coniunctionem sacri canones non prohibent. Legibus a enim soli cantores, & lectores: canonibus autem etiam acolythi vxores ducere possunt. Quamuis igitur sacris canonibus submoueantur accusationes, quas leges sæculi non asciscunt; non ideo consequenter recipiuntur, quascumque principum leges admittunt.* ¶ *Sed (sicut circa huius operis initium* h 5 *præmissum est) toties legibus Imperatorum in ecclesiasticis negotijs vtendum est; quoties sacris canonibus obuiare non inueniuntur.* ¶ *Vnde aut specialiter sacris canonibus mulier ab accusatione læsæ Maiestatis, & simoniæ ostendatur prohibita: aut præmissis rationibus ad huiusmodi accusationem admittẽda probetur. Necquisquam distinguere quærat ad aliorum, non ad sacerdotum accusationem in hoc casu simoniæ mulieres esse admittendas* 6. *Cum enim generaliter i legibus hoc eis permissum inueniatur; nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit, eius distinctio locum non habebit. Verum, cum contra generales regulas quædam crimina specialiter excepta sint, in quibus mulieri accusare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur; patet, quòd huius accusatio dupliciter infirmatur; & quia fornicationis crimen intendit; & quia dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet.*

Vnde Iulius Papa scribit in decretis, cap.18. dicens 7.

a ¶ Legibus enim.] *Discrepantia hæc legum, & canonum vera non est. Sed fortasse in hanc opinionem venit Gratianus ex quibusdam verbis nouellæ vigesimæ secundæ, quæ in vulgatis authenticis habetur colla. 4. tit. de nuptijs.* §. sed & si quis inter reuerendissimos constitutus clericos (vltra lectorem, aut cantorẽ dicimus) omnino contraxerit nuptias; hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituimus, atque volumus. *Iulianus autem antecessor eadem nouella. 22. num. 27. illud*, supra lectorem, & cantorem, *exponit*, veluti subdiaconus, & diaconus. *Hos autem canones etiam nuptijs prohibent. Et Leo in cap.* lex continentiæ. 3. *distin. 31. fere iisdem verbis vsus est, quibus Iustinianus in hac nouella, & nomine lectorum omnes minores ordines significauit.*

¶ Rei professio aduersus quemliber admitti non debet. C. V.

1 NEmini (præterquam a de crimine læsæ Maiestatis 2) de se confesso credi b potest† super crimen alienũ: quoniam eius, atque omnis rei professio periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet.

a ¶ Præterquam de crimine læsæ Maiestatis.] *Hæc exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, præterquam apud Anselmum.*

Quia ergo ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet; sed contra eam sua confessio interpretanda est.

QVÆSTIO IIII.

QVòd vero c die Dominico nec episcopo, nec presbytero causam aliquam ventilare liceat, in Tarraconensi concilio prohibetur, in quo sic statutum est, cap. 4.

¶ Ministri ecclesiæ die Dominico causas ventilare non debent. C. I.

Vòd vero die.] CASVS. Hic intitulat quarta quæstio, qua quæritur vtrum die Dominico liceat causas ventilare? Et respondetur, q̃ nec die Dominico, nec aliis diebus feriatis, vt 3. ead. cap. 1. 2. & 3. nisi tractetur de pace, vt 3. 22. q. 5. decreuit. & nisi partes in hoc spõte consentiãt, vt ff. de fer. l. 1. Item si res sit tempore peritura, agitur diebus feriatis. Liberalia quoque iudicia diebus illis tractantur, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & atrocibus iniuriis, & vt aliquis in possessionem causa rei seruandæ mittatur, agitur diebus istis, vt ff. eod. l. 2. & 3. & contra insignes latrones agitur diebus feriatis, vt C. eod. l. prouinciarum. & in quibusdam aliis casibus, qui notantur. C. eod. titu. & in summa huius quæstionis.

1 Ioa p.4. c.12

† al. indicare

al. corrupta criminalibus negotijs.

7 Et Diosc. epist.2.

c ¶ *Quòd vero.*] ‖ Diebus feriatis causæ non sunt tractandæ, vt 3. c. 1. & vlti. nisi tantum de pace, vt 22. q. 5. decreuit. agitur tamen in quibusdam casibus, scilicet cum actio est tempore peritura. Item cum agitur de tutoribus dandis, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & de atrocibus iniuriis, & de liberalibus causis, vt ff. de fer. l. 1. 2. & 3. Item contra insignes latrones agitur: vt C. de fer. prouinciarum. Item si partes spontaneæ velint litigare feriatis diebus, possunt: aliàs non tenet sententia: vt ff. eo. l. 1. libellus autem potest porrigi die feriato, vt ff. de adul. miles. §. fexaginta. Ioan. tamen dixit, quòd partes mutuo consensu possunt litigare diebus feriatis. hoc tantum intelligendum est de feriis messium, vel vindemiarum: alioquin consensus earum non sufficeret, vt litigent aliquo solennissimo die, vt extra eod. cap. vlti. B. Item satis videtur, quòd causæ matrimoniales possunt tractari diebus feriatis, cum ibi sit periculum adulterij, vel incestus. similiter vbi agitur de electione episcopi vel prælati, propter periculum moræ: quia non debet ecclesia vacare vltra tres menses, vt 50. dist. post quam. & quia in his casibus multa sunt specialia, vt extra vt lite non contest. quoniam. Ioan.

‖ Feriatis diebus an possit litigari.

quòd si dormierit. & 55. distinct. si Euangelica.

NEmini.] CASVS. Quæritum est à Iulio Papa, vtrum alicui de se confesso contra socium criminis sit credendum? Et respondet quòd non; nisi in crimine læsæ Maiestatis: quia omnis confessio accusanti periculosa est adeo vt sua quemlibet. Item §. qui postea sequitur planus est.

a ¶ *Læsæ Maiestatis.*] & præterquam de crimine simoniæ, vt 79. dist. si quis Papa. & §. ead. sane. licet sit argu. contra extra de testib. veniens 1. Quidam tamen dicunt, quod in crimine simoniæ non auditur socius contra sociũ. & ad illud decretum 79. distin. si quis Papa. Respondet, quòd ibi socius admittebatur contra socium. hoc ideo fuit: quia non fuit ibi tantum crimen simoniæ, sed etiam crimen læsæ Maiestatis. ‖ Item auditur cõfessio vniùs latronis contra alios, vt C. de fer. prouinciarum. Item falsarius contra socium suum auditur a, vt C. de fals. mon. l. 1. numquam tamen valet confessio talium ad conuincendum socium, nisi adsit aliqua præsumptio, vt ff. de cu. re. diuus. Ioann.

1 Confessio latronis contra socium audiur.

a Alia fuit sententia. B. Isid. qui dicebat, quamquã valeat confessio socij contra socium, nisi aliqua sit præsumptio contra ipsum: sed Azo dicit semp valere, nisi expressum inueniretur. Arch.

b ¶ *Credi.*] præiudicatur tamen alteri ex tali confessione, intantum, q̃ ei indicitur purgatio, vt extra de adulter. significasti, quod verum est si laboret infamia: aliàs non, vt extra de purgat. cap. nos inter alios. & extra de confess. cum monasterium.

b Et nota hic n. 9. q. 3. & per quæ probetur. Ancha. Ad hoc l. 8. q. 4. quæ sit timenti.

c Concor. tex. in Ligurea. de cum quibus epist. & dec.

¶ Ministri ecclesiæ die Dominico causas ventilare non debent. C. I.

2 NVllus episcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die Dominico propositum cuiuscumque causæ negotium audeat ventilare †; nisi hoc tantum, vt Deo statuta solennia peragant. Ceteris vero diebus, conuenientibus personis illa, quæ iusta sunt, habent licentiam iudicãdi, excepto † criminali c.

Item ex concilio apud Erphesfurt β *habito præsente rege Henrico.*

β ¶ Erphesfurt.] *In vulgatis legebatur, Ephesum, quasi hoc esset decretum aliquod concilij Ephesim habiti tempore Cælestini Papæ, & Theodosij iunioris. Hoc vero est Germanicum concilium habitum præsente Henrico rege, prout etiam apud Burchardum, & Iuonem dicitur. Et codices Gratiani manuscripti habent, quemadmodum est restitutum. In hoc autem oppido petijt Bonifacius à Zacharia Papa constitui episcopum, & impetrauit. Quod apparet ex prima epistola Bonifacij ad Zachariam, & vltima Zachariæ ad Bonifacium.*

¶ Solemnibus diebus, & legitimorum ieiuniorum sæcularia placita non agantur. C. II.

3 DLacita sæcularia Dominicis diebus, vel aliis præcipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decernim⁹. Insuper etiam sancta synodus decreuit, vt nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, id † est septẽ dies ante Natalem Domini vsque in octauas Epiphaniæ, & à Quinquagesima e vsque in octauas Paschæ, & septem dies ante natiuitatem sancti Ioannis Baptistæ: quatenus adeundi ecclesiam, orationibusque f vacandi liberius habeatur facultas.

3 Burch. l. 1. ca. cap. 118. Iuo p. 5. c. 3

Item Hadrianus Papa in capitulis, cap. 64.

¶ De eodem. C. III.

4 NVllus episcopus, vel infra positus die Dominico causas iudicare præsumat.

QVÆSTIO V.

PVrgationem g *vero neganti esse præstandam Stephanus scribit Leoni episcopo Theanensi.*

¶ *Idem est titulus in cap. de manifesta. supra 2. quæst. 1.*

4 Burch. l. 1. cap. 112. Iuo p. 5. c. 3

NVllus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Tarraconensi, vt in diebus Dominicis, vel aliis solennibus diebus episcopi vel alij clerici causas ventilare non audeant: sed in aliis diebus possunt, excepta causa criminali, vbi agitur ad sanguinis effusionem.

d ¶ *Criminali.*] scilicet cum agitur de effusione sanguinis, tunc clerici non possunt esse iudices, vt 23. q. 8. his à quibus. delegari tamen potest clerico criminalis cã, vt tamen princeps iuret de impunitate rei, vt 23. quæst. 8. sæpe.

DLacita.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, vt in diebus Dominicis & præcipuis festiuitatibus, vel in legitimis ieiuniis sæcularia placita nõ tractentur. In secũda parte dicitur, quòd in septem diebus ante natiuitatem Domini vsque ad octauam Epiphaniæ, & à quinquagesima vsq; ad octauam Paschæ, & septem diebus ante festum sancti Ioannis Baptistæ, non liceat iudici ad placitum aliquem vocare. Secunda pars est ibi, *Insuper.* Sequens capitulum patet.

e ¶ *A quinquagesima.*] alibi dicitur à septuagesima, vt 22. quæst. 5. decreuit. hoc tamen hodie non seruat Romana curia. Ioan.

& } fortasse

f ¶ *Orationibusque vacandi.*] ratio secunda est ob reuerentiam dierum, & tertia fauore partium, vt sic partes à litibus respirẽt, vt C. de feriis, dies. Quarta ratio est, quia talibus diebus non præstatur iuramentum nisi pro pace, vt 22. quæst. 5. decreuit. 1. & sic non posset præstari sacramẽtum calumniæ. Sed pone quòd Papa commisit alicui, q̃ intra triginta dies terminaret causam aliquam, & illi dies incidant intra dies quadragesimales; videtur quòd cum res sit peritura tempore, quòd iudex inuitis partibus ꝓcedere possit. quod quidam concedunt: sed non est verum hoc: quia licet litteræ pereant, lis tamen salua manet coram alio b.

b Idem sentit Inno. extra de offic. dele. de causis. Arch.

Sed pone quòd iudex citet aliquem die feriato; numquid tenetur citatus venire, & allegare priuilegium suum? Videtur, quòd sic: quia si post appellationẽ citat aliquem, tenetur venire, & allegare priuilegium suum, vt extra de appellat. si duobus. & cap. cum parati. Item etsi non teneatur quis respondere die illa: tamen potest ad hoc citari, vt libellus ei detur c, vt ff. de adulter. miles. §. fexaginta. Item quid si sub hac forma fiat citatio, Mando tibi, vt hinc vsque ad diem Dominicam hic compareas, vt extra de dol. & contum. cum dilecti? Respondeo, si citat vt compareat die feriato, bene tenet citatio. Sed si citat vt respondeat, non tenet: quia talis citatio nulla est d, vt ff. de fer. l. 1. & vbi citatio nulla est, & hoc liquet quòd est nulla. non tenetur venire ad allegandum priuilegium suum. sed vbi dubium est an teneat, tenetur venire. vt dixi 3. quæst. 2. si episcopus. Ioan.

c Idem tenet Alex. de Imo. in 1. 1. col. 2. ff. de feriis. & B. in l. 1. 1. 9. nuntiatio. de op. no. nunt. & in l. 1. in ver. cõpellendi. ff. de fer. & in gl. 1. l. iure. in ver. ei⁹. & ibi Bal. C. de adult. & not. glos. in c. fin. & ibi vide doc. de iudic. extra.

d Concor. Alex. de Imol. in l. ex quæsitum. col. 2. ff. si quis i ius vocat. non ier. & c⁹. in l. dies. ff. de feriis. & per Bar. in l. 1. nuntiatio. de op. no. nunt.

DE crimine.] CASVS. Aldericus diaconus habebatur suspectus de quodam crimine: & ideo per ipsum Aldericum Menen. episcopus consuluit Stephanum Papam, qualiter super hoc esset procedendum? Et respondet, si accusatores & testes idonei reperiuntur, coram certo numero episcoporum accusetur ipse Aldericus, & si cõfessus fuerit, vel legitimis testibus conuictus, canonica sententia feriatur. Si vero crimen non confiteatur, nec testibus potest probari, & infamatus est de crimine nõ in publico, sed coram te, & aliquot testibus, presbyteris, & diaconis, secreto se purget, præstito iuramento, & deinde commoneat clericos ne præfatum diaconum infamare præsumant, exemplo Cham, qui maledictus fuit in filiis, quia verenda patris derisit.

¶ Diaconus si de crimine conuinci non poterit, apud episcopum seipsum secreto purificet. C. I.

1 DE crimine sibi illato diaconus tuus verissime fatebatur se esse immunem. Verumtamen si suspicio habetur, & accusatores idonei reperiuntur, & tales testes, quales sacri canones sanciũt; accito tecum certo episcoporum numero [2] veniant accusatores [b], vocetur & ipse Aldericus diaconus: & si negauerit; ventiletur causa canonice: & si vel sponte confessus, vel legitimis testibus fuerit approbatus, canonica feriatur sententia. Qui si nec sponte confitetur, nec accusatores, & testes legitimi reperti fuerint, & mala fama crebuerit; non publico [c] examine, sed coram te, & aliquantis reuerendissimis presbyteris, & diaconis tuæ ecclesiæ secreto iuramento se purificet. Et tu deinceps boni testimonij eum annuntia: & compesce, & commone ecclesiæ tuæ filios, ne sacerdotem [d] Dei vlterius infamare præsumant; timentes, quòd Cham [e] maledictus est, qui patris verenda derisit.

Item Nicolaus Solomoni Constantiensi episcopo.

¶ Non est spoliandus presbyter, vel diaconus, nisi sponte confessus, vel legitime conuictus fuerit. C. II.

2 PResbyter, aut diaconus, quẽ asseris crimina nolle publice confiteri, sed velle cum sacramento [f] defendere se; & si tamen notum sit episcopo esse scelus ab ipso perpetratum; non potest per aliquam pœnitentiam [g] sacerdotali, vel diaconali officio potiri: sed mirandum est [h], si ipse confessus non fuerit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore forte idoneo per testes idoneos approbante. Vnde si examinante episcopo causam presbyteri, vel diaconi, non fuerit per testium approbationem presbyter [†], vel diaconus forte conuictus; non est scelus episcopo legitime manifestum; nisi sua sponte scelus ipse confiteatur. Quod nisi fecerit, interim non videmus suo debere presbyterũ, vel diaconum officio priuari. Sola ergo spontanea confessio, & canonicus numerus, & qualitas testium (decernentibus episcopis, & accusatore, quod obiecerat, comprobante) clericum priuat proprio gradu.

QVÆSTIO VI.

VOd vero [i] confessio cruciatibus extorquenda non sit, Alexander Papa testatur scribens omnibus orthodoxis, epist. 1. cap. 2.

¶ Ministrorum confessio non sit extorta, sed spontanea. C. I.

3 SI quandoque à sacerdotibus, & auctoribus [α] ecclesiæ, clerico suspicemur, vt 11. quæst. 3. absit. Alij dicunt, quòd delegabit purgationem. Tertij dicunt, quòd non peccat audiendo purgationem: quia auctoritate canonis facit. 23. q. 4. qui peccat.

g ¶ *Pœnitentiam.*] quia pœnitentia non restituit aliquem dignitati, sed gratiæ tantum, vt 7. de pœnit. distin. 6. qui vult. nisi quandoque, vt quãdo crimen occultum est, vt 50. distin. domino sancto. & cap. quia tua. sed per restitutionem in integrum vel dispensationem.

h ¶ *Sed mirandũ est.*] arg. quòd non secundum conscientiam iudicãdum sit [c], vt 3. q. 7. iudicet, & per hoc decretum intelligo illud 32. dist. nullus. intelligo enim illud de scientia iuris, non facti, licet aliàs verbum scindi large sumatur, vt 22. q. 5. hoc videtur.

Vòd vero.] Hæc quæstio, diuiditur in duas partes: in quarum prima dicitur, qp confessio extorta non præiudicat. Secunda ibi, *A fidelitatis.* Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur 6. quæst. qua quæritur, an confessio sit cruciatibus extorquenda. Et respondetur, quòd viles testes possunt cruciari, vt 5. q. 6. presbyteri. & 2. q. 1. in primis. accusator vero non est cruciandus à iudice, nisi in crimine excepto propter inopiã probationum: vel ne falsitatem dicat. C. ad legem Iul. læsæ Maiestatis, si 9. vbi quilibet accusator & reus & testis torqueatur: aliàs à reo veritas non est cruciatibus erunda, vt 7. ead. cap. 1. nisi sit præsumptio contra eum, vt 23. quæst. 5. cap. 1. De hoc satis notatur in summa huius quæstionis.

i ¶ *Quòd vero.*] ab aduersario numquam est extorquenda confessio cruciatibus, vt 7. ead. cap. 1. & 2. sed à iudice licite extorquetur confessio tormentis & quæstionibus. ‖ Nam à iudice quandoque torquetur testis: quandoque reus; quandoque accusator. Testis torquetur tam in ciuili quàm in criminali, vt si est seruus, vel vilis persona: vel etiam si sit liber & sit criminosus & infamis, vel obscurus vel ignotus. tales enim non recipiuntur ad testimonium sine quæstionibus, licet sint clerici. 4. quæst. 3. si res. & 5. quæst. 5. illi qui. & quæst. 6. presbyteri. & 2. quæst. 1. in primis. & in authen. de testi. §. nos igitur. & §. licet. collat. 7. & C. de fals. si quis decurio. Torquetur etiam libera persona licet non sit vilis, dumtamen vacillet in testimonio, vt ff. de quæstioni. ex libero. extra de pœnis. super his [d]. Item reus quandoque torquetur, licet raro, scilicet cum est suspectus, & non potest aliàs res probari, maxime si est vilis persona, & hoc in ciuili causa, vt 14. quæst. 6. si res aliena. similiter in criminali quæstio. Torquetur vero in ciuili causa numquam torquetur, sed accusator in criminali causa quandoque torquetur, vt in crimine læsæ Maiestatis cum criminaliter non potest probari, vt C. ad legem Iulia. Maiestat. si quis. ibi enim qualicumque dignitate sit prædictus, nullo priuilegio se potest tueri, siue sit accusator, siue reus vel testis, vt 6. quæstio. 1. §. porro. & 50. distinctio. nullus omnino. Ioannes.

SI quandoque à sacerdotibus.] CASVS. Significatum fuit Alexandro Bapæ, quòd quidam capiebant episcopos vel sacerdotes, vel auctores ecclesiarum, vel ab eis per metum vel fraudem, aut per vim confessiones extorquebant in scriptis, vt sic suis bonis eos spoliarent, vel vt suas causas non requirerent, vel vt de secta eorum esse confiterentur, & hoc coram populis eos confiteri faciebant. quare statuit Papa Alexander, vt propter hoc nullam infamiam vel calumniam vel præiudicium aliquod patiantur: quia Deus respicit potius ad cogitationes & voluntates hominum, quàm ad actus, qui per simplicitatem vel necessitatem fiunt. nam in talibus non extorta, sed spontanea confessio est exigenda. *Fides non est*, id est, non facit fidem.

a ¶ *Per metum.*] dummodo talis sit metus, qui cadat in constantem virum, vt extra quod met. causa. ad audientiam. ‖ Si quæris qualis metus debeat cadere in constantem virum: dico quòd qui cõtinet metum mortis, vel cruciatum corporis, vt extra eod. tit. cum dilectus. Coactio autem verborum non sufficit, etiam si Rex sit qui minetur, vt extra qui clerici, vel vouen. infinuante. C. de translat. interpositas. ibi merelius dicitur, licet sit arg. contra. 31. quæst. 2. Lotharius. & 5. distin. 7. fuerunt. ff. de acqui. here. l. 6. §. vlt. vbi dicitur, quòd non fit heres qui propter metum verborum adiit hereditatem. Et nota qp canon hic tria æquiparat, vim, metum, & fraudem, vt 3. quæst. 1. re integranda. metus tamẽ pro reuerentia à lege accipitur, & hęc accusat ff. quare. actio non datur. l. 1. §. quæ onerandæ.

b ¶ *Præiudicium.*] benefit præiudiciũ ei quãtum ad hoc, quòd ille cui per metum traditur res, dominus fit rei: sed quantum ad hoc non fit ei præiudicium, quin detur ei actio, quod metus causa ad repetendum; si tradidit, vel exceptio, si non tradidit, vt ff. eod. metum 2. §. sed quod prætor. & §. ex hoc edicto. si tamen primo coactus promisit, & postea spontanee tradidit: non excusat coactio, vt C. quod metus caus. l. 2. & extra qui cle. vel vo. infinuante. ibi, patientia tẽporis, &c. & est simi. extra de eo qui duxit in matrimonio. significauit.

c ¶ *Litteras.*] in quibus fatentur aliqua se debere.

d ¶ *Requisitione.*] id est, confiteantur quòd absoluerũt aliquos à debito, in quo illi tenebantur.

e ¶ *Erroris.*] id est, qui confitentur se tenere aliquam hæresim. Sed nonne peccat mortaliter ille qui confitetur hoc? Respon. fic: nec excusat eũ aliqua coactio: ‖ quia talis coactio non est absoluta: & coactio conditionalis neminem excusat, vt 50. distin. presbyteros. & de consecr. dist. 4. eos. potius enim debet quis pati mortem, quàm malo consentire, vt 32. quæst. 5. ita ne. & occisores corporis non sunt contra iustitiam timendi, vt 11. quæst. 3. non solum. & c. nolite. 31. quæst. 2. Lotharius. Solu. hic non excusantur tales à toto, sed à tanto. metus enim vel coactio conditionalis non excusat peccatum, sed attenuat, vt extra quod metus cau. sacris. Et nota hic quòd contra ea quæ publice facta sunt, admittitur probatio in cõtrarium. sic 31. quæst. 1. Lotharius. extra quod metus causa, perlatum. quod est contra regulam generalem. 8. quæst. 1. licet.

f ¶ *Quę fiunt.*] potius respicienda est causa facti quàm ipsum factum, vt 23. quæst. 8. occidit. de pœn. distin. 1. aut facta.

AVctoritate.] CASVS. Archiepiscopus Treuereñ. & præpositus eius, & multi alij clerici capti fuerũt à quibusdam prædonibus, & coacti fuerunt ab eis se obligare iuramento, & aliis obligationibus: occasione quarum obligationum res ecclesiasticas perdiderunt. quare Nicolaus scribens episcopis Galliæ, absoluit eos ab omni vinculo iuramenti & obligationis, & dicit quòd propter huiusmodi iuramentum vel obligationes, nullam infamiam vel calumniam aut suorum bonorum amissionem, illos habere permitteret. Sed præcepit præfato archiepiscopo & defensoribus Treuereñ. ecclesiæ, vt spirituali & materiali gladio tamdiu malignos illos persequantur, donec ablata reddantur.

g ¶ *Absoluimus.*] Hic cõsueuit dubitari circa duo: scilicet ‖ an iuramentum per vim extortum obliget. Item an Papa possit dispensare in illicito iuramento. Et quòd non obliget tale iuramentum, videtur hic: quia dicitur hic, quòd non debet esse vinculum iniquitatis, vt 22. q. 4. inter. & extra de iureiur. verum. & extra de resti. spo. solicite. & extra quod metus causa. perlatum. Item quia inconueniens esset, quòd male factor ex improbitate sua consequeretur actionem, vt ff. de fur. itaque fullo. Præterea, si malefactor petit rem, potest se reus tueri exceptione metus causa, cũ illa exceptio per iuramentum non sit sublata. Præterea non obstante tali iuramẽto potest petere rem si eam tradidit, cum illud non iurauerit, vt extra, de iureiuran. debitores. & extra quod metus causa. ad audientiam. Ergo cũ potest rem petere, multo fortius potest se tueri exceptione: quia cui damus actionem, multo fortius exceptionem. ff. de superfi. l. 1. extra de iureiuran. quemadmodum. Et contra probatur, quòd obliget: quia licet fuerit coactus, tamen voluit, quia coacta voluntas, est voluntas, vt §. ea. quæst. 1. merito. Item quia non vergit in interitum salutis æternæ. est ergo obseruãdum, vt extra de iureiuran. si vero. nec prodest quòd cõpulsus fuit. 22. quæst. 5. qui cõpulsus. & c. si quis coactus. Solu. quidam dicũt quòd talis sunt metus qui cadit in constantem virum, quòd iuramentum ob talem metum factum non obligat [a]. & secundum eos exponitur hic hoc verbum absoluimus, id est, absolutos ostendimus. Alij dicunt quòd qualiscumque fit metus, tenetur seruare iuramentum factũ de rebus propriis. sed nullum iuramentum adstringit ipsum pro rebus ecclesiæ non repetẽdis, quia istud est illicitum. & hoc magis probabile videtur, ex quo licitũ est quod iurat, & potest adimplere, vt 22. q. 4. si aliquid. Qui priorem opinionẽ substinent, distinguunt inter promissoria iuramẽta, & assertoria. In promissoriis iuramentis excusat metus; in assertoriis non: quia potius debet quis omnia mala pati, quàm falsum asserere, vt 32. q. 5. ita ne. Dicas ergo qp omne iuramentum obligat. Si tu obiicis mihi, quòd iste habet exceptionem quod metus causa; hoc bene concedo: non potest tamen vti ea, ratione iuramenti. si tamen fuerit vsus ea, bene dico quòd repellit agentem, & obtinebit in iudicio non obstante iuramento. peccat tamen vtendo ea. si ergo quis iurauit rem suam per metum alij dare, petat à iudice vt cogat illum non recipere, vel quòd absoluat ipsum à iuramento, vt extra de iureiur. ex administrationis. sed si ad hoc induci non potest, soluat, & postea repetat. si autem iurauerit se non repetere, tunc denuntiet ecclesiæ factum illius. si autem iurauerit quòd non denuntiet, illud iuramentum non est seruandum. vt extra ea. quemadmodum. in fi. quia ex præcepto ad hoc tenetur. 2. q. 1. si peccauerit. Io. Tu breuiter dicas, qp iuramentum super re illicita, ipso iure non obligat, siue quis faciat sponte, siue coactus, vt si iurauit hominem innocentem interficere. & hoc probatur 22. q. 4. in malis. & c. seq. & cap. quòd Dauid. Iuramentum tamen super re licita metu extortum, ipso iure obligat: sed datur exceptio quòd met. causa. ad rescindendum, vt ff. quod me. causa, per totum. &

‖ Iuramentum pervim extortum, vtrum obliget.

a Sup. in hoc eod. cap.

Matt. 5.

a Dummodo sit tale, quòd possit seruari sine interitu animæ: aliàs secus vt legi. & c. extra de iureiur. si vero.

al. iuramentis illis

a Pol. l. 6. tit. 11.

a Iuo par. 6. cap. 46o.

a Item argu. contra. 6. q. 1. testamentum. ibi sol.

Gen. 9.

a Iuo par. 6. cap. 12.

‖ Episcopus an possit clericũ infamatũ cogere ad purgationem.

b Hoc ideo quia leg. permittente fit, &c. C. de adul. Gratchus. C. de cõcu. l. antepe. argu. 32. q. 1. hac ratione 23. q. 4. qui peccauit. in prine.

c Adde an & quando se fecundum conscientiam iudicãdum sit. ter. in l. illicitas. 5. t. ff. de offi. præsi. & in l. ff. de fer.

d Ad idem arg. C. de test. nullum. & 4. q. 3. qui falso. idem videtur & si non vacillet. ff. de quæstio. l. vnius. & testes. secundũ Ioan. de Fant.

al. ille presbyter

Zanem

Torquere potest iudex aliquas personas.

Codicio est cum.

nulla) poti.

C. eo.tit.1, 1. & 3. nisi in casu, vt ff.eo.l.si mulier. §. si dos. Item in matrimonio. extra de spon. cum locum. Item in voto. extra quod met. causa. perlatum. B. Vtrum autem in iuramento Papa posit dispensare, quæritur. Hoc cap. videtur dicere quòd sic, per prædictas decretales, vt extra de vo. & vo. re. magnæ. immo in omni iuramento est exceptа auctoritas maioris, vt extra de iureiur. venientes. & extra de rescri. constitutus. Item Imperator dispensat in eo. ff. ad munici. Imperatores. Item videtur ꝙ non: quia iuramentum est de iure naturali, vt 22. quæst. 4. si ad peccatum. sed in talibus Papa non potest dispensare. 25. q. 1. sunt quidam. Item argumen. ad hoc extra de statu mona. cum ad mosterium. ‖ Hug. dicit ꝙ in nullo iuramento licito potest Papa dispensare, nisi ad hoc solum quòd non habeatur infamis qui transgreditur illud. & hos non absoluit, sed absolutos denuntiat, quoniam iurauerunt de rebus ecclesiæ non repetendis, vt dicit. Tu dicas quòd in voluntariis iuramẽtis nõ dispensat, sed in coactis bene. si tamen absoluit aliquem, tenet absolutio. Dico enim quòd cõtra ius naturale potest dispensare, dum tamen non contra Euangelium, vel contra articulos fidei: tamen contra Apostolum * dispensat. 34. distin. lector. 82. distin. presbyter. Ioan.

Esa. 58.

‖ Papa an possit in iuramento dispensare.

* *Papa quando contra Apostolum dispenset. Vide 34. c. lector.*

a ¶ *Materiali.*] ‖ Argu. quòd iudex ecclesiasticus bene potest indicere bellum, & in bello insequi hostes. vt 23. quæst. 8. igitur. & cap. hortatu. & cap. vt pridem. & 63. distin. Hadrianus. Item argumen. quòd iudex ecclesiasticus potest præcipere iudici sæculari vt puniat maleficos, vt 23. quæst. 4. si quos. & q. 5. relegentes. & q. 8. vt pridem. Argum. contra 23. q. vlt. his à quibus.

‖ Bellum potest iudici à iudice ecclesiastico.

A FIDELITATIS. Hæc est secunda pars quæst. in qua probat ꝙ laicus incorrigibilis per ecclesiam possit deponi à sua dignitate. & hoc probat per tria c. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra in duobus proximis cap. absoluit Papa ab obligationibus & iuramentis coactis. Nunc vero vult ostendere Gratian. quòd idem possit facere de iuramẽto fidelitatis, cum aliquos à suis dignitatibus deponit.

Lius.] CASVS. Gelasius Papa scribens contra Anastasium Imperatorem dicit, quòd potest eum deponere propter malitiam suam, & hoc probat exemplo Zachariæ Papæ, qui Regem Francorum deposuit, non tantum propter sua delicta, quantum pro eo quòd inutilis erat, & loco eius Pipinum patrem Caroli posuit: & omnes Francigenas à fidelitate eius absoluit: & milites à vinculo iuramenti in depositionibus episcoporum. Alij habent verba ista vlti. pro §. Gratiani, qui sic incipit, quod ex frequenti.

b ¶ *Alius.*] quia de alio Papa præcesserat sermo: qui idem fecerat.

c ¶ *Inutilis.*] non intelligas inutilis, id est, insufficiens. tunc enim debuisset ei dari coadiutor, vt 7. quæst. 1. quamuis. & cap. petisti. sed dissolutus erat cum mulieribus, & effeminatus.

‖ Imperator potest à Papa deponi.

a Adde idem tenuisse Bal. in l non ambigitur. ff. de i.

d ¶ *Deposuit.*] ‖ ergo Papa deponit Imperatorem a, vt 96. dist. duo. & c. si Imperator. nam & tranferre potest imperium, vt extra de ele. venerabilem. Argu. contra 93. dist. legimus. in fin. & 96. dist. cum ad verum. Solu. dicitur deposuisse, qui deponentibus consensit.

e ¶ *Iuramento.*] supple ratione dignitatis præstito, non ratione personæ. Ioan. de Fan.

Nos sanctorum.] CASVS. Quidam sacramento fidelitatis quibusdam excommunicatis erant adstricti. quærebatur vtrum tem pore excõmunicationis deberent eis seruire? Et respondetur ꝙ non: nisi mento, id est, sacramento fidelitatis: & etiam sine sacramento faciunt quidam fidelitatem aliis. & ideo hæc diuersificare potes.

tatis, quod illi fecerant, absoluit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit sancta ecclesia, cum milites absoluit à vinculo iuramẽti: quod factum est his episcopis, qui Apostolica auctoritate à pontificali gradu deponuntur.

Item Gregorius vij. Romanæ synodo præsidens dixit 2.

¶ Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxij. C. VII.

NOs sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate e, aut sacramento constricti sunt g, Apostolica auctoritate à sacramento absoluimus: & ne eis fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemns: quousque β ipsi ad satisfactionem veniant.

β ¶ Quousque, &c.] *Verba hæc non sunt in codice manuscripto Vaticano.*

Item Vrbanus II. episcopo Vapicensi.

¶ Antequam reconcilientur, fidelitatem excommunicatis nullus seruare cogitur. C. V.

IVratos milites Hugoni comiti, ne ipsi, quamdiu excommunicatus est, seruiãt, prohibeto f. Qui si sacramenta prætenderint; st moneantur oportere Deo magis seruire, quàm hominibus. Fidelitatem enim quã Christiano principi iurarunt, Deo eiusque sanctis aduersanti, & eorum præcepta calc anti nulla cohibenturauctoritate persoluere.

QVÆSTIO VII.

Absque synodali vero audiẽtia sacer dotem damnari, in Hispalensi secundo concilio, cui Isidorus interfuit, cap. 6. sic prohibetur.

Vnde Gregorius Papa.

¶ *In manuscriptis est vt in vulgatis* Gelasius Papa Anastasio Imperatori. *Cuius Gelasij esse non potest. Zacharias enim & Carolus magnus, quorum in hoc capite mentio fit, multo post Gelasium vixerunt. Habetur autem in regesto Gregorij vij. lib. 8. epist. 21. Herimanno Metensi episcopo scripta quam refert Iuo. In qua quidem epistola paulo ante multa ex epistola Gelasij Anastasio Imperatori scripta afferuntur.*

¶ Constitutalis auctoritas à iuramẽto fidelitatis nonnullos absoluit. C. III.

ALius b itẽ Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, regem Francorũ non tam pro suis iniquitatibus, quàm pro eo, quòd tantæ potestati erat inutilis c, à regno deposuit d: & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum substituit; omnesque Francigenas à iuramento e fidelitatis, quod eos proinde infamiam, vel calumniam, aut à suis bonis sequestrationem vmquam auctore Deo, & sanctis Apostolis, & nostris prædecessoribus substinere permittimus: sicut per prophetam Dominus dicit [Dissolue colligationes impietatis.] Quinetiam præfato fratri nostro, filiisque Treuerensis ecclesiæ, illiusque defensoribus hæc in mãdatis damus; vt spirituali simul, & materiali a gladio tamdiu malignos illos, eorumque fautores insequantur; quousque cum integritate possessiones, vel quæcumque res ecclesiasticæ hoc facto, vel quocũque pacto distractæ, seu direptæ sunt reuocentur.

Esa. 58.

a ¶ Alexandri.] *Nicolaus citat epistolam Alexan. 1. de qua re notatum est 8. dist. 19. si Romanorum.*

A fidelitatis etiam iuramento Romanus Pontifex nonnullos absoluit, cum aliquos à sua dignitate deponit.

Vnde Gregorius Papa.

¶ *In manuscriptis est vt in vulgatis* Gelasius Papa Anastasio Imperatori. *Cuius Gelasij esse non potest. Zacharias enim & Carolus magnus, quorum in hoc capite mentio fit, multo post Gelasium vixerunt. Habetur autem in regesto Gregorij vij. lib. 8. epist. 21. Herimanno Metensi episcopo scripta quam refert Iuo. In qua quidem epistola paulo ante multa ex epistola Gelasij Anastasio Imperatori scripta afferuntur.*

¶ Constitutalis auctoritas à iuramẽto fidelitatis nonnullos absoluit. C. III.

ALius b itẽ Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, regem Francorũ non tam pro suis iniquitatibus, quàm pro eo, quòd tantæ potestati erat inutilis c, à regno deposuit d: & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum substituit; omnesque Francigenas à iuramento e fidelitatis, quod illi fecerant, absoluit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit sancta ecclesia, cum milites absoluit à vinculo iuramẽti: quod factum est his episcopis, qui Apostolica auctoritate à pontificali gradu deponuntur.

Item Gregorius vij. Romanæ synodo præsidens dixit 2.

¶ Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxij. C. VII.

NOs sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate e, aut sacramento constricti sunt g, Apostolica auctoritate à sacramento absoluimus: & ne eis fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemns: quousque β ipsi ad satisfactionem veniant.

β ¶ Quousque, &c.] *Verba hæc non sunt in codice manuscripto Vaticano.*

Item Vrbanus II. episcopo Vapicensi.

¶ Antequam reconcilientur, fidelitatem excommunicatis nullus seruare cogitur. C. V.

IVratos milites Hugoni comiti, ne ipsi, quamdiu excommunicatus est, seruiãt, prohibeto f. Qui si sacramenta prætenderint; st moneantur oportere Deo magis seruire, quàm hominibus. Fidelitatem enim quã Christiano principi iurarunt, Deo eiusque sanctis aduersanti, & eorum præcepta calc anti nulla cohibenturauctoritate persoluere.

QVÆSTIO VII.

Absque synodali vero audiẽtia sacer dotem damnari, in Hispalensi secundo concilio, cui Isidorus interfuit, cap. 6. sic prohibetur.

Vratos milites.] CASVS. Hugo comes excommunicatus erat: propter qđ scribit Vrbanus secundus cuidã epo, vt prohibeat ne milites ratione fidelitatis seruiant ipsi comiti quamdiu fuerit excõicatus quia magis oportet Deo seruire, quàm comiti ecclesiæ aduersanti.

Absque synodali.] Hæc quæ. diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per quinq; c. ꝙ solus episcopus nõ potest deponere presbyterum, Secunda ibi, *Solus.* Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 7. quæ. vbi quæritur, an episcopus sacerdotem condemnare valeat absque synodali audientia: Et rñdetur, ꝙ solus episcopus presbyterum suspendere potest, vt j. ea. q. 8. hiqui. & in causa ciuili inter suos clericos cognoscere, vt 3. 10. q. 3. quia. Deponere vero non potest presbyterum, nisi cum sex episcopis, diaconem cum tribus: reliquos vero clericos solus deponere potest, vt j. ea. quæst. 1. Felix. & c. si autem. episcopum vero solus Papa deponere potest. 3. quæst. 6. dudum. De hoc not. in summa huius q.

h ¶ *Absque.*] ‖ si agatur contra clericum de crimine criminaliter, necessaria est præsentia episcoporũ, secundum quod traditur j. ea. si quis. & c. Felix. Distinguitur tamen, quia si agatur de crimine ad depositionem ordinis; tunc habet locum cap. Felix. & c. si quis. Si autem agatur ad depositionem beneficij; tunc solus episcopus potest cognoscere cum clericis suis, vt 18. quæst. 2. si quis abbas. & 16. quæst. 7. inuentum. & extra

‖ Clerico criminoso quis pœnitentiam imponit.

& extra de iud. at si clerici. & 11. quæst. 3. quis episcopus damnatus. & extra de coha. cleri. & mulie. cap. sicut. & c. de sacerdotibus. Item si agatur de crimine in modum exceptionis, solus potest cognoscere. extra de accu. super his. licet sit argumen. contra 23. distin. illud. Tamen quocumque modo agatur de crimine, semper accusator punitur vt calumniator, vt extra de accu. super his. & c. cum dilectus.

‖ Ordinatio clericorum fit ab epo, quam deponitur.

Exta actione.] CASVS Fragitanus Cordubensis ecclesiæ presbyter iniuste à suo episcopo depositus, in exilium est condemnatus. Tandem ab eodem episcopo vel synodo fuit restitutus propter quam præsumptionem remouendam statuit Hispalen. concilium, vt absque synodali præsentia nullus episcopus presbyterum deponat, vel diaconum: & hoc probat ad instar libertorum, qui licet fiãt ingrati: non tamen auctoritate dominorũ, sed in tribunali foro apud iudicem accusati & conuicti in seruitutem reuocantur. Casum sequentis cap. inuenies 86. dist. si quid vero.

a ¶ *Concilij.*] ergo tres episcopi faciunt concilium: quia tres episcopi examinant causam diaconi, vt j. ea. si quis.

b ¶ *Solus.*] incorporalia enim facilius construuntur quàm destruantur. extra de translat. inter. Hæc est vna ratio quare in promotione clericorum non requiruntur plures episcopi, sed in remotione sic. ‖ Item quia sæpius ordinantur clerici, quàm deponuntur: vnde graue esset tot ties vocare tot episcopos. Item quia depositio frequenter fit causa odij, sed ordinatio causa electionis. solus autem confert dignitates, si hoc habet ex consuetudine, vt extra de his quæ fi. à præla. ea noscitur.

‖ Idem 86. fi. & 18. q. 2.

I quis tumidus.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd in causa criminali vbi agitur ad depositionem diaconi, debent tres episcopi interesse: in causa presbyteri sex: in causa vero episcopi xij. qui causam debent diligenter examinare.

c ¶ *Natu.*] quantum ad ordines.

d ¶ *Pro personis.*] i. prout personæ sunt constitutæ in sacris ordinib9.

e ¶ *Ab his.*] id est, ab episcopis.

¶ *Sine concilij examinatione presbyter, vel diaconus non deijcitur.* C. I.

SExta actione cõperimus, Fragitanum Cordubensis ecclesiæ presbyterum iniuste olim à pontifice suo deiectum, & innocentem exilio condemnatum. Quẽ rursus ordini suo restituentes α, id denuo aduersus præsumptionẽ nostram β decreuimus, vt iuxta prisco rum Patrum synodalem sententiã nullus nostrũ, sine concilij a examine quemlibet presbyterum, vel diaconum deiicere audeat. Nam multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant. Et sicut nõnullos gratia fauoris sublimant; ita quosdam odio, inuidiaque permoti humiliant: & ad leuem opinionis auram condemnant; quorum crimen non approbãt. 1 Episcopus enim sacerdotibus, ac ministris solus b honorem dare potest: solus auferre non potest. Si enim hi, qui in sæculo a dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in seruitutis nexũ non reuoluũtur, nisi publice apud prætoris, ac præsidis tribunal in foro fuerint accusati; quanto magis hi, qui diuinis altaribus cõsecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto, nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterunt honoris sui priuilegiis exui: sed præsentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit, diffiniri.

α ¶ Restituentes.] *Sic est emendatum ex codicibus conciliorum impressis, & manuscriptis. Sic enim apertius declaratur illum canonice à concilio esse restitutum, quàm ex lectione Gratiani vulgata*, restitutum esse comperimus.

β ¶ Nostram.] *Antea legebatur*, vestram. *in recentioribus autem conciliorum editionibus est*, nouam, *Emendatum est ex antiquioribus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Lucensi regio, quemadmodum & paulo post*, nullus nostrum. *cum antea esset*, nullus vestrum. *Modesti enim & religiosi episcopi sibi etiam metuunt. Alia vero quadam sunt ex ijsdem codicibus emendata.*

Item Gregorius Ioanni episcopo Panormitano, lib. II. epist. 49.

¶ Causas clericorum episcopus non nisi cum senioribus ecclesiæ audiat. C. II.

2 SIquid de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste posit offendere; facile non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita: sed præsentibus seniorib9 ecclesiæ tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tunc, si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

Item ex concilio Carthaginensi tertio, cap. 8.

¶ Absque præsentia clericorum nullius cognitionem episcopus audiat. C. VI.

3 EPiscopus nullius causam audiat absque præsentia suorum k clericorum: alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur.

SI quis tumidus, vel cõtumeliosus extiterit in maiorẽ natu c, vel aliquam causam habuerit; à tribus vicinis episcopis, si diaconus d est, qui arguitur: si presbyter, à sex: si episcopus, à duodecim cõsacerdotibus audiatur. Vniuersi episcopi dixerunt. Contemptus debet contumaciæ, & superbiæ in omnibus frangi. Causæ vero pro personis † ab his e statuto numero audiantur.

d ¶ Si diaconus est.] *In vulgatis conciliorum editionibus legitur*, si diaconus est, arguatur, presbyter, &c.

Itẽ ex cõcilio Carthaginensi 2. c. 10.

¶ De eodem. C. III.

3 FElix episcopus Selemsselitanus dixit. Etiam hoc adijcio secundum statuta veterum conciliorũ, vt si qui episcopus (quod nõ optamus) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare; ne in crimine remaneat; à duodecim episcopis audiatur, & à sex presbyter f, & à tribus diaconus cum proprio g suo episcopo.

e ¶ Presbyter.] *Sic legitur in cõcilio, quod est in codice canonum, cap. 12. graco, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis, & vno alio perantiquo, & concordat cũ sequenti capite. In editionibus autem conciliorum Pharisiensibus, ac Colonien sibus habetur*, & à se presbyteris, & tribus diaconis, *quemadmodum & in multis Gratiani manuscriptis.*

f ¶ *Cum proprio.*] id est, præter proprium episcopum. 2. quæst. 5. presbyter.

g ¶ *Si autem.*] hoc c. est pars illius. 4. quæst. 5. quisquis.

h ¶ *A cõmunione.*] id est, eædem dilationes dantur accusatori, quæ & reo: & æque excommunicabitur accusator si non venerit, sicut reus: vt 4. quæst. 5. quisquis.

i ¶ *Solus.*] id est, sine aliis episcopis: nõ tamen sine clericis suis, vt j. ea. cap. proxi. Ioan.

SOLVS. Hæc est 2. pars q. in qua dicitur, quòd causas aliorum ele ctorũ à sacerdote & diacono in capitulo suo potest episcopus diffinire, supple excepto subdiacono: qui hodie cum diacono pari passu ambulat. extra de feruis non ord. miramur. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est, quòd solus episcopus po test tractare causas criminales clericorum: sed ne aliquis putaret, quòd alij clerici non deberent interesse: ideo dicit Grat. quòd hæc dictio, solus, non excludit clericos: sed alios episcopos. Sequens cap. planum est.

k *Piscopus.*] ¶ *Suorum.* ‖ Sufficit tamen maior pars, si absentes præbeat assensum, vt 64. distin. cap. 1. & 2. Sed numquid & isti clerici sunt iudices istius? Non videtur, cum quilibet eorum sit forte minor eo Quidam dicunt quòd ipsum concilium siue capitulum habet iurisdictionẽ ordinariam: nullus tamen per se est iudex. Alij dicunt, quòd sunt assessores episcopi: & sententia sine talibus assessoribus lata, nulla est: sicut sententia nulla est quæ fertur contra fiscum absente aduocato fisci, vt ff. de iure fisci, si fiscus. sicut videtur dicere lex, vt sententia quæ fertur officio iudicis ipso absente, ꝙ nulla sit, vt C. de sent. & inter. om. iu. cum sententiam. Quòd tamen clerici sint iudices, est argu. 6. q. 3. scitote.

Episcopus.]

al. Causa ad. diatur

al. versus. statuto

33. q. 8. fuggero. Anf. I. c. 125. Bur. I. 1. c. 149. Iuo p. 5. c. 242.

al. opinamur

4 Anf. I. 3. cap. 133. Bur. I. 2. c. 205. Iuo p. 6. c. 280.

cum proprio episcopo

al. discutiãt al. dicrum dilatione

‖ Episcopus an possit solus delinquentem condemnare.

5 Bur. I. 1. c. 114. Iuo p. 5. c. 214.

E *Episcopus.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd episcopus solus dare honorem potest, quem solus auferre non potest. Si enim libertus in seruitutem reuocari non potest, nisi apud iudices legitime fuerit conuictus; quanto magis diuinis altaribus consecratus, ab vno solo non poterit damnari.

DE *vltima.*] CASVS. Hic intitulatur 8. q. vbi quæritur, si aliquis sponte confitetur vel conuincitur peccasse ante ordinationem, vtrum possit officio suo frui. Et respõ. quòd si in præsentia confiteatur, non abstineat, vt 50. distin. de his vero. in fi. si extra ius, non præiudicat sibi, vt ẽ. ead. quæst. 5. presbyter. Si vero in iure confiteatur, & timore probationum deponitur: siue ante ordinationem siue post cõmiserit illud, vt 24. dist. c. vlt. si sponte confiteatur, remouetur ab executione sacerdotij: in aliis tamen ordinibus dispensatiue remanebit, vt ẽ. ead. cap. 1. Si vero confitetur crimen quod fecit post ordinationem, acta pœnitentia dispensatiue in suo ordine permanebit, vt ẽ. cap. 2. & in vtroque istorum casuum de rigore iuris esset deponendus. & hoc verum est in magnis criminibus, quæ inducunt depositionem. Sed pro paruo crimine acta pœnitentia stat in ordine suo, vt 5. quæstio. 4. in loco. & consecr. distinct. 2. relatum. & hoc inuenies in summa hui⁹ quæstionis planius.

a ¶ *De vltima vero.*] Hic quæritur, si aliquis confitetur crimen quod fecit ante ordinationem suam vel conuincitur peccasse ante ordinationem suam, an possit fruit officio suo? Distinguas ergo: quia aut est tale crimen quod inducit depositionem, aut non: si non inducit, acta pœnitentia remanet in ordine suo, vt & hic, 68. dist. sicut. Itẽ si inducit depositionẽ; tunc si cõfitetur illud in pœnitentia, non abstinebit ab officio, vt 50. dist. de his vero. in fin. similiter si confitetur illud extra ius, quòd talis confessio ei non præiudicat, vt ẽ. ea. quæst. 5. presbyter. licet sit argu. contra extra de excess. prælat. quàm sit graue. Si vero confitetur in iure crimen suum commissum ante ordinationem suam, deponitur ab officio sacerdotali: retinebit tamen nomen presbyteri, & omne inferius officium, vt ẽ. ea. c. 1. & c. si quis presbyter. & hoc cum sponte illud confitetur. Si vero cõfiteatur illud timore probationum: tunc siue ante, siue post ordinationem suam illud commisit, deponitur irreparabiliter, vt 24. dist. cap. vltim. 50. dist. ex pœnitentibus. 81. dist. si quis sine examinatione. & c. si quis episcopus. Si ergo quis sponte confitetur crimen commissum post ordinationem, ad tempus debet suspendi ad agendam pœnitentiam: sed postea restituitur ex dispensatione, vt ẽ. ea c. 2. ¶ Si quæras quæ crimina inducũt depositionem, dico quòd non est à canone expressum. videmus enim q̃ quædam non inducunt: nam clericus tumultũ faciens in synodo, non deponitur, vt 5. quæst. 4. in loco. Item qui cantat duas Missas sub vno canone, vt de consec. distin. 2. relatum. Item si episcopus citatus non venit ad synodum. 18. dist. si quis autẽ. &c. decernimus: & tamen quodlibet tale est mortale. Similiter pro temerario iuramẽto non deponitur aliquis, vt extra de iureiuran. sicut. Tradunt autem quidam pro regula, q̃ omne crimen inducit depositionẽ: nisi specialiter à canone excipiatur. Alij dicunt q̃ nullum crimẽ inducit depositionẽ, nisi specialiter à canone excipiatur b. & hæc opinio maiori æquitati innititur: quare tenenda est. Io. Sed hæc materia est hodie determinata extra de tem. ord. c. vlt. B. c.

b Idem tenet Alex. de Imo. in 1. Simon. circa prin. C. de iure delib. per tex. in § cum igitur. in authen. de non eligendo nec eligendo. & c. De hoc etiã no. 81. dist. c. extra de tem po. ord. c. etsi. & extra de cler. non resid. c. vlt. & in prædecret. sicut de quòd ista sententia à quam verior sit tenenda hic. nat. H.

1 Sup. c. sexta actiõe. & dist. 67. episcopus.

¶ *al. nexũ non euoluuntur*

Item ex concilio Hispalensi 2. c. 6.

¶ Nisi ia sanctorũ canonicè vocati sacerdotes damnari non possunt.

C. VII.

1 EPiscopus sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi, qui in sæculo à dominis suis honorẽ libertatis adepti sunt in seruitutis iugum non reuocantur, nisi publice apud prætoris, ac præsidis tribunal in foro fuerint accusati; quanto magis hi, qui diuinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterunt honoris sui priuilegiis exui: sed præsentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit, definiri.

QVÆSTIO VIII.

DE vltima vero a *quæstione sic statutum est in concilio Neocæsariensi, cap. 9. & 10.*

¶ Presbyter qui ante ordinationem confitetur se corporaliter lapsum, postea non offerat. C. I.

2 QVi admisit corporale b peccatum, & hic postea presbyter ordinatus est; si cõfessus fuerit c, quòd ante ordinationẽ suam peccauerit, non quidem offerat d: maneat autem † in aliis officiis propter α eius studij ε vtilitatem. Nam cetera ϛ peccata censuerunt plurimi etiã ordinatione priuari β. Quòd si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus poterit manifeste conuinci; huic ipsi de se potestas g est committenda. Similiter & diaconus in eodem culpæ genere fuerit inuolutus; sese à ministerio h cohibebit.

2 Rabanus lib. pœnit. c. 1. Pol. l. 4. ti. 39. Bur. l. 2. c. 49. Iuo p. 6. c. 150. Pan. l. 3. c. 152. Cap. 10. ibid.

‖ Crimen ante ordinationem commissum, an impediat frui officio.

al. tamen

a Non contradicit. quoniã ibi accipit propter accidens, f. propter scãdalum & infamiam. non propter cõfessionem, vt ibi no. per Vincen. & B. sed de hac materia dic vt plene notat. in. B. Com. & Hu. extra de ele. per inquisitionem.

‖ Crimina quæ sunt depositione digna.

α ¶ Propter eius studij vtilitatem.] *Græce est διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν id est*, propter studium, ac diligentiam, quam ceteroquin adhibet.

β ¶ Priuari.] *Græce legitur τὴν χειροθεσίαν ἀφέναι id est*, per manus impositionem dimitti. *quemadmodum fere vertit Dionysius, cuius versionem ceteri collectores attulerunt, hæc tamen clausula omissa. Nam hæc versio, quam Gratianus affert, est prisca, quæ in collectione Isidori. Ita ex his verbis longe alia elicitur sententia, atque auctor glossæ putarit.*

Item ex concilio Ilerdensi, cap. 5.

¶ Deseruientes altario, si carnis fragilitate deliquerint, episcopi arbitrio subiacebunt. C. II.

3 HI, qui i altario Dei deseruiunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint k, & Domino respiciente digne pœnituerint, ita vt mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneat in potestate l pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri. Quòd si iterato m velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & veluti sues in volutabris luti iacuerint; non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

3 Dist. 51. hi qui. altario. Rabanus l. pœnit. c. 1. Bur. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

Item ex concilio Toletano 9. c. 10.

¶ Ex ministris ecclesiæ geniti, in seruitutem deuocentur eiusdem. C. III.

4 CVm multæ super incontinentia † ordinis clericorũ hactenus emanauerint sententiæ patrum, & nullatenus ipsorũ reformari quiuerit correctio morum; vsqueadeo sententiam iudicãtium protraxere commissa culparum, vt non tantum ferretur vltio in

‖ Fornicationem pauci euitant.

4 Iuo p. 6. cap. 425. *al. innocẽtia*

i *Hi qui.*] Hoc cap. ponitur ẽ. distin. 50. hi qui. 2.

k ¶ *Corruerint.*] Loquitur ergo de eo qui post ordinationem deliquit. ‖ Sed nonne magis delinquit ille qui delinquit in dignitate, quàm qui extra dignitatem delinquit, vt 40. dist. homo Christianus. & & 25. quæst. 1. nulli? Resp. sic. sed ideo magis punitur, quia sciens se permisit ordinari 50. dist. ex pœnitentibus.

l ¶ *In potestate.*] Si intelligas hoc capit. de clerico depositio, tunc est hic argumen. quòd episcopus potest restituere clericum depositum. Si autem de suspenso, tunc patet quòd relinquitur arbitrio episcopi, an velit suspenso reddere officium suum. sed cum iste clericus ratione criminis non possit promoueri ad sublimiorem gradum: quomodo ergo potest ipsum restituere famæ: cum per pœnitentiam non tollatur infamia, vt 2. quæstio. 3. §. hinc colligetur? Potest dici, quòd ex quo Papa dat potestatem dispensandi: ergo per consequens restituẽdi famæ.

m ¶ *Iterato.*] argumen. grauius puniri iteratum delictum, vt 25. quæst. 2. ita nos. extra de coha. cleri. clericos. & de hæreti. ad abolendam. Ioan. de Fant.

CVm multæ.] CASVS. Constitutiones multæ factæ fuerant, vt clerici in sacris ordin. constituti viuerent continenter: quod cum non facerent, statutum fuit in concilio Toletano, vt quicumque deinceps ab episcopo vsque ad subdiaconum ex detestando connu

connubio liberæ vel ancillæ liberos procreauerit, canonica censura damnetur: filij vero eius in seruitutem ecclesiæ ad cuius ignominiam nati sunt, redigantur.

a ¶ *Ex ancilla.*] Sed quare punitur Dñs ancillæ illius? Respon. in fauorem ecclesiæ: vel dico quia ratione criminis illa facta est de foro.

b ¶ *Ingenuæ.*] Specialis est iste casus, vbi filius conditionem matris liberæ non sequitur, contra id quod est 32. quæst. 4. liberi.

c ¶ *Connubio.*] Ergo patet quòd loquitur de sacerdotibus, qui legitime ducunt vxores, tales enim grauius puniuntur, vt 32. distin. eos. 81. dist. quidam. & 28. dist. presbyter. Quidquid tamen hic dicatur: cuna ecclesia non sit isto iure vsa, perdit ius istud, sicut & illud, quòd posset exigere pœnam sacrilegij, vt 17. q. 4. quisquis.

d ¶ *Hereditatem.*] scilicet paternam. ‖ nam matri etiam succedit spurius filius: & testamentum matris potest dici inofficiosum, vt ff. de inoffic. testa. si suspecti. §. 1. Ioan. hodie spurij omni beneficio excluduntur, vt C. de natu. lib. authen. licet. B.

SI quis presbyter.] CASVS. Dicitur in hoc capit. quòd si quis presbyter confessus fuerit sponte ante ordinationem feciſſe fornicationem, non habebit executionem sacerdotij, quia non celebrabit: sed tantum nomen sacerdotis habebit. Si autem nõ fuerit spõte cõfessus, sed ab alio conuictus: tunc nec nomen sacerdotis habebit. Idem est de diacono, quod dictum est de sacerdote.

e ¶ *Nomen.*] Si quæris quid ei valeat retinere nomen presbyteri? Dico quòd in omnibus retinet priuilegium presbyteri in loco subscriptionis, & in aliis: præter hoc solum quòd non potest Missam celebrare, vt ẽ. ea. quæst. 7. Felix.

CIscitantibus.] CASVS. Bulgari quæsierunt à Nicolao, vtrũ à sacerdote in adulterio deprehenso, vel tantum de hoc infamato debeamus communionem recipere? Et respõdet quòd sic: quousque episcoporum iudicio reprobetur: quia non potest aliquis quantumcumque pollutus diuina polluere sacramenta. Et quòd recipere debeamus, tribus rationibus probat. Prima est, quia sicut cereus accensus seipsum consumit, aliis vero lumen præbet: sic presbyter peccando nocet sibi, aliis vero ex officio prodest. Secunda est, quia sacramenta non habent

auctores scelerum, verũ & in progeniem dãnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo vsque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ a, vel ex ingenuæ b detestando connubio c in honore constituti filios procreauerint; illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur. Proles autem aliena d pollutione nata, nõ solum hereditatem d nũquam accipiet, sed etiam in seruitutem eius ecclesiæ, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.

Item ex concilio Martini Papæ, cap. 35.[1]

¶ Qui abiicitur se ante ordinationem peccasse, non sacrificare conuictus autem suspenditur. C. XIII.

2 SI quis ante ordinationem peccauerit, & post ordinationẽ confessus fuerit, quòd ante peccauerit; non offerat, sed tantum pro religione nomen presbyteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit conuictus; ne hoc ipsum habeat, vt nomen presbyteri portet. Similiter & de diaconis obseruandum est, vt si ipsi confessi fuerint, ordinem subdiaconi accipiant f.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, cap. 71.

¶ De manu sacerdotis, qui ab ecclesia volebatur, licite sacramenta sumuntur. C. V.

3 CIscitantibus f vobis, si à sacerdote, qui siue deprehensus in adulterio, siue de hoc sola fama respersus est, debeatis cõmunionem suscipere, nec ne, respondemus. Non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramẽta diuina polluere; quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt: nec potest solis radius per cloacas, & latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiscumque sacerdos sit; quæ sancta sunt coinquinare non potest. Idcirco ab eo, vsquequo iudicio episcoporũ reprobetur, communio percipienda est: quoniã mali bona administrando se tantum modo lædunt: & cerea α fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lumen in tenebris administrat: & vnde aliis cõmodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite ergo intrepidi ab omni sacerdote Christi mysteria: quia omnia fide Christi g purgantur. Fides est enim, quæ hũc mundum h vincit: & quia, non dantis i, sed accipientis fit, dicente beato Hieronymo β. [4 Ad credendum in anima omni baptismus est perfectus: & in omni sacerdote corpus Christi est perfectũ.] ¶ Qui rursus sacræ scripturæ concordans ait [Priusquàm audias, ne iudicaueris quemquam:] atque ante probationem accusationis illatæ neminem à tua communione suspendas: quianon statim, qui accusatur k, reus est; sed qui conuincitur, criminosus.

1 *Liuti Ilerdensis* proem.

f Spiritus sacramenti. in capitul. Petri Bracatensis. Extra. Neocæsariensis. & c. 1. Bur. l. 2. c. 48. Iuo p. 6. c. 149. Pan. l. 3. c. 150.

d Similiter

e Ioan. de Fant. in cap.

α ¶ Et cerea.] *Antea legebatur*, &c. *Restitutum est ex originali, ex quo alia etiam sunt emendata, & addita.*

β ¶ Hieronymo.] *Est in epistola de septem gradibus, quemadmodum & quod sequitur*: priusquam audias, &c. *est ibidem superius.*

CAVSA XVI.

VIdam abbas habebat parochialem ecclesiam: instituit ibi monachum, vt officium celebraret populo: possedit eam per quadraginta annos sine aliqua interpellatione: tandem querela aduersus abbatem mouetur à clericis baptismalis ecclesiæ, in cuius diœcesi parochiana ecclesia illa consistebat.

1 *Hic primum quæritur, vtrum monachis liceat populis officia celebrare, pœnitentiam dare, & baptizare.*

2 *Secundo, si contigerit eos capellam habere episcopali beneficio, an ab eis sint instituend.e, an ab episcopis.*

3 *Tertio, an iura ecclesiarum præscriptione tollantur.*

4 *Quarto, si ecclesia aduersus ecclesiam præscribat, an etiam monasterium aduersus ecclesiam præscribere possit.*

5 *Quinto, si capellam in suo territorio ædificatam iure territorij sibi vendicare valeat.*

6 *Sexto, si archipresbyter, vel episcopus sua auctoritate, non iudiciaria sententia capellam illam irreperit, an cadat à causa: vt ecclesia, cui præsidet, non vltra habeat ius reposcendi, quod suus pastor illicite vsurpauit.*

7 *Septimo quæritur, si laici capellam illam tenebant (vt quibusdam moris est) & in manibus abbatis eam refutauerint, & ordinandam tradiderint, an consensu episcopi, & clericorum abbas possit eam tenere.*

purgantur. Fides est enim, quæ hũc mundum h vincit: & quia, non dantis i, sed accipientis fit, dicente beato Hieronymo β. [4 Ad credendum in anima omni baptismus est perfectus: & in omni sacerdote corpus Christi est perfectũ.] ¶ Qui rursus sacræ scripturæ concordans ait [Priusquàm audias, ne iudicaueris quemquam:] atque ante probationem accusationis illatæ neminem à tua communione suspendas: quianon statim, qui accusatur k, reus est; sed qui conuincitur, criminosus.

a Hic argum. de occulto vel alias manifesto secundum 11. *Act.* 15. 1. *Ioan.* 5.

‖ Infamis nec est in adulterio deprehensus.

7 *al. dantis meritum Eccl.* 11.

4 In epistola de septem gradibus tomo. 4.

α ¶ Et cerea.] *Antea legebatur*, &c. *Restitutum est ex originali, ex quo alia etiam sunt emendata, & addita.*

β ¶ Hieronymo.] *Est in epistola de septem gradibus, quemadmodum & quod sequitur*: priusquam audias, &c. *est ibidem superius.*

Vòd monachi.] Hæc quæſt. diuiditur in 7. partes: in quarum prima probat, quòd monachi debent eſſe in monaſterio, & flere ſua & aliorum peccata. Secunda ibi, *Quod vero.* Tertia ibi, *His autem omnibus.* Quarta ibi, *De his vero.* Quinta ibi, *Quod autem.* Sexta ibi, *Ius ergo.* Septima ibi, *Quàm vero.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, vtrum liceat monachis officia celebrare populis? Et reſpõdetur quòd in monaſteriis ſuis poſſunt celebrare, vt ĵ.18. quæſt. 2. & ĵ. ea. placuit. & in capellis monaſterij pleno iure poſſeſsis, vt ĵ. ead. quæſt. 2. viſis. ſimiliter ſi committitur eis regimen parochialium eccleſiarum, vt ĵ. ead. in parochia. de licentia tamen abbatis, vt ĵ. 58. diſtin. cap. 1. & 2. olim tamen non eligebãtur in ſæcularibus eccleſiis niſi propter neceſſitatem, vt 55. diſt. priſcis. Sed hodie vtilitate tantum inſpecta eliguntur, vt ĵ. ead. cum pro vtilitate. & ſi eliguntur, ſoli morari non debent, vt in concilio Laterañ. de ſtatu monachorum. monachi. Et credo quòd iure communi poſſunt eligi, ſi ſocios ſecum habeant monachos. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat, quòd monachis non licet populo officia celebrare. vſque ad §. *His ita.* Poſtea allegat pro contraria parte reſpondendo allegatis. B.

a ¶ *Quòd monachi.*] De hac materia canones varie loquũtur. ‖ Dicas ergo quòd ſi regimen populi committitur monacho ab epiſcopo cum abbatis licentia: tũc poteſt celebrare officium. 58. diſtin. cap. 1. ſ. ead. doctores. & c. moderamine. & ex auctoritate. Sed an ipſo iure poſsit committi, vel tantum ex diſpenſatione: de hoc dubitatur. Dicunt quidam, quòd hodie iure communi, ſed olim ex diſpenſatione tantum. 55. diſt. priſcis. Alij dicunt quòd nec hodie niſi ex diſpenſatione. extra de capel. mo. in eccleſiis. & extra de ſta. mo. c. 2. Satis poteſt admitti, q̃ ſecundum antiqua iura monachi non poterant præeſſe parochialibus eccleſiis niſi ex neceſsitate, vt 55. diſt. priſcis. hodie vero poſſunt vtilitate etiam ſuadente: quia magis probati ſunt quàm ſæculares: & ſic magis ſunt vtiles, vt ĵ. ea. cum pro vtilitate. & 47. diſt. quantũlibet. & hoc ſi abſit conſenſus epiſcopi & abbatis: ſed ſi monaſterium habet eccleſiam aliquã pleno iure, ſufficit conſenſus abbatis [a], vt ĵ. e. q. 2. viſis. De regularibus canonicis non eſt dubium, quin licite poſsint præſici eccleſiis: ſed in hoc eſt differentia, quòd monachus ſecũ debet habere ſocios ſui ordinis: ſed regularis non tenetur, niſi commode poſsit, vt extra de ſta. mo. quòd Dei timorem. Ioan. & ita de iure communi poteſt præfici monachus eccleſiæ parochiali, ſi poteſt habere ſecum ſocium ſui ordinis, vt extra de ſta. mo. cap. 2. B.

a Dic etiam ſolius ſine ſuo conuentu, vt extra lib. 6. de ele. ſi religioſus. in fin. de hoc etiam ſatis dixi 7. q. 1. epiſcopus de loco. Archid.

‖ Monachus verum poſsit præſici eccleſiæ parochiali.

QVESTIO I.

Vòd monachi officia populis celebrare nõ poſsint. multis auctoritatibus probatur: quarum prima eſt illa ſanctæ Nicenæ ſynodi, quæ dicitur.

Caput hoc neque in prima Nicæna ſynodo, neque in ſecunda hodie habetur. Eſt aliquid ſimile in canonibus Nicænis perſis ex Arabico, can. 76.

¶ [illegible]

LAcuit omnibus reſidentibus in ſancta Nicæna ſynodo, vt monachorum conuerſatio, & vita ſecundũ etymologiam nominis ab omnibus diſcrepet. Monachus enim græce, latine ſingularis dicitur. Vnde monachum per omnia ſingulariter agere oportet. Quamobrem firmiter, & inſolubiliter omnes præcipimus, vt aliquis monachus pœnitentiam nemini tribuat, niſi ſibi inuicẽ, vt iuſtum eſt, mortuum nõ ſepeliat, niſi monachum in monaſterio ſe cum commorantium: vel ſi fortuitu quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit.

Item Gregorius Ioanni Rauennati epiſcopo, lib. 4. epiſt. 1.

¶ [illegible]

EMo poteſt & eccleſiaſticis obſequiis deſeruire, & in monaſtica regula ordinate perſiſtere: vt ipſe monaſterij diſtrictionem teneat, qui quotidie in miniſterio eccleſiaſtico cogitur permanere.

Item Innocentius ad Victricium, epiſt. 2. cap. 10.

¶ [illegible]

DE monachis, qui diu morantes in monaſteriis, ſi poſtea ad clericatus ordinẽ peruenerint, ſtatuimus non debere eos à priore propoſito diſcedere.

Si ergo (ſicut Innocentius definit) à ſuo propoſito eis diſcedere non licet: & ſicut Gregorius teſtatur, in monaſtica regula deuote perſiſtere, & eccleſiaſticis obſequiis ſimul deſeruire non poſſunt; patet, quòd parochianis eccleſiis monachi præfici non poſſunt.

Item Hieronymus ad Riparium presbyterum aduerſus Vigilantium.

¶ [illegible]

MOnachus non docentis ſ, ſed plangentis habet officium [3]: qui vel ſe, vel mundum lugeat [4], & Domini pauidus præſtoletur aduentum.

Idem ad Panlinum de inſtitutione monachi, epiſt. 13.

Hoſtien. in ſum. ma. de cle. & rem. fa. cui. & conſan. fil. & Gof. in ſum. ti. 8. in fin. ſcientia eſt.

‖ Deliquere in alterius territorio non licet. nec ibi reconciliari. 2 Ioa. p. 3. q. 18.

al. officiat

3 Poly. ibid. Anſ. l. 7. c. 118. Ino. p. 7. c. 118. Pan. l. 3. c. 175. addoctum

4 Poly. ibidẽ. Anſ. l. 7. c. 118. Ino. p. 7. c. 118. Pan. l. 3. c. 175. addoctum

GVla. Hoc cap. eſt pars illius 18. q. 2. peruenit 2. Et non loquitur de monachis, ſed de ſæcularibus clericis, qui volebãt monaſterijs præeſſe: & dicit q̃ non poſſet fieri. Si vis hoc c. de monachis intelligere, tunc dicas q̃ cum monachus præficitur eccleſiæ, non tenetur ſeruare diſtrictam regulam vt prius, ſcilicet in ieiuniis & orationibus & vigiliis.

DE *monachis.*] CASVS. Statuit Innocentius in hoc c. vt quamuis monachi ad ſæculares eccleſias eligantur, à monachali tamen proposito non diſcedant.

g ſ. *Diſcedere.*] quantum ad ea quæ ſunt de ſubſtantia monachatus, vt de habitu ſeruando, & continentia, & de non habendo propria. in his enim non abſoluitur, licet tranſeat ad eccleſiam ſæcularem: ſed in ieiunio, ſilentio, & vigiliis abſoluitur, vt ſ. cap. proxi. Diſtinguitur tamen: quia ſi monachus tranſit ad epiſcopatum, ex toto abſoluitur à iuriſdictione abbatis, vt 18. quæſt. 1. cap. vnico. Si vero tranſfertur ad eccleſiam ſæcularem, quæ non eſt ſubiecta abbati ſuo, vel in ſpiritualibus vel temporalibus, ex toto eximitur à iuriſdictione abbatis, vt ĵ. ead. in parochia. Si vero eccleſia ſubeſt abbati ſuo quo ad temporalia reſpondebit abbati ſuo: ſed quo ad ſpiritualia eximitur ab obedientia abbatis, vt ĵ. quæſt. 2. viſis. & cap. ſane. & extra de capel. mona. in eccleſiis. Si vero eccleſia illa ex toto eſt ſubiecta abbati quoad omnia, tunc remanet obediens abbati niſi in ieiuniis & in aliis, vt dixi. vnde non debet regere eccleſiam illam ſecundum officium monachale. nam ad quãcumque eccleſiam veneris, illius conſuetudinem ſeruabis. 12. diſtinct. illa. 41. diſtin. quiſquis. Sed numquid in comeſtione carnium eximitur à regula monachali? non videtur: quia canon tantum infirmitatis cauſam excipit in monachis, vt ĵ. de confec. diſt. 5. carnem. tamen poteſt ſatis dici q̃ ſic: ne aliis ſit ſcandalum, vt 41. diſt. quiſquis.

SI IRASCATVR CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis duobus cap. prox. quòd monachi parochialibus eccleſiis præfici non poſſunt: quod ipſe allegando dicit. Sequens cap. patet.

h ¶ *Onachus.*] ſ. 7. q. 1. præcepit. & cap. hoc nequaquam

i ¶ *Habet officium.*] non habens curam animarum.

k ¶ *Lugeat.*] ſe vel mundum, id eſt, peccata ſua vel aliorum qui in mundo ſunt lugeat [d].

d vt ĵ. dege. diſt. 1. qui ſunctus.

Si cupis.]

Si cupis.] CASVS. Beñ. ſic ponit hunc caſum. Hieron. de quattuor reprehendit Paulinum. Primo, quia libenter morabatur in vrbibus. Secundo, quia propter ſimplicitatem ſuam aliorum ſupplantabatur inſidiis. Tertio, quia loquentem de pecunia libenter audiebat. Quarto, quia truphatoribus malis monaſterij bona donabat.

¶ In populari frequentia monachi eſſe non debent. C. V.

SI cupis eſſe, quod diceris [1], monachus, id eſt ſolus; quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorũ habitacula, ſed multorum? *& infra.* ¶ Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos; & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidiis. Non multum diſtat in vitio, vel decipere poſſe, vel decipi. Chriſtianum ĵ, quem ſenſeris tibi aut ſemper, aut crebro de nummis loquentem (excepta eleemoſyna, quæ indifferenter omnibus patet) inſtitorẽ potius habeto, quàm monachum. Præter victum & veſtitum, & manifeſtas neceſsitates nihil cuiquã tribuas: ne filiorum panem canes comedant.

Idem ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ, epiſt. 1.

¶ Monachus paſcitur, clerici paſcuntur. C. VI.

ALia cauſa eſt monachorum, alia clericorum. Clerici paſcunt oues, ego paſcor illi de altario viuunt, mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris ponitur ad radicem, ſi minus ad altare non defero. *& infra.* ¶ Mihi ante presbyterum ſedere nõ licet. Illi, ſi peccauero, licet me tradere ſatanæ in interitum carnis: vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu.

Idem ad Ruſticum 3.

¶ Non licet aliquid monachis agere ſine presbyterorum conſilio. C. VII.

ECcleſia habet ſenatum cœtum presbyterorum: ſine quorum conſilio nihil monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros ſuos. Senatum quoque Romani habebant, cuius conſilio cuncta agebant: & nos habemus ſenatum noſtrum, cœtum presbyterorum.

Item Eugenius Papa.

¶ Secundum etymologiam nominis ſolitariam vitam ducat monachus. C. VIII.

PLacuit communi noſtro concilio, vt nullus monachorũ pro lucro terreno de monaſterio exire nefandiſsimo auſu præſumat, neque pœnitentiam dare, neque filium de baptiſmo accipere, neque baptizare, neque infirmũ viſitare, neque mortuum ſepelire, neque ad eccleſiam ſæcularem tranſire, neque aliis qualibuſcumque negotiis eſſe implicare; ſit clauſtro ſuo contentus: quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita; ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaque ſolitarius, & taceat: quia mundo mortuus eſt, Deo autem viuit. ¶ Agnoſcat nomen ſuum. Monos enim græce, latine eſt vnus: achos græce, latine triſtis ſonat. Inde dicitur monachus, id eſt, vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet.

¶ *Anſelmus etiam citat ex decretis Eugenij, & ex eodem habetur in vetuſto Decretorum libro.*

Item Paſchalis I I. Victori Bononienſi epiſcopo.

¶ Abſque epiſcoporum conſenſu epiſcopalia iura monachi non vſurpent. C. IX.

PEruenit ad nos (vnde valde miramur) quòd quidã monachi, & abbates in parochia veſtra contra ſanctorum patrum decreta epiſcopalia iura, & officia ſibi diacono. & extra de offi. archidiacon. cap. vlt. eccleſia enim quæ eſt intra territorium alicuius, ſub illius eſt iuriſdictione, vt ĵ. q. 7. omnes. arg. contra 18. q. 2. peruenit 2. & c. dudum. & extra de capel. mo. dilectus.

Eccleſia.] CASVS. Ruſticus monachus erat, nolebat tamen acquieſcere conſilio presbyterorum. de hoc Hieron. eum reprehendit: quia eccleſia habet ſenatum cœtum presbyterorum, ſicut Romani olim habebant ſenatum: ſine quibus monachis nihil agere liceret. vnde dicit eum puniendum. & hoc probat exẽplo Roboam filij Salomonis: qui perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros ſuos.

Statim.] Filij iuramentum debet pater reuocare; quam cito scit [c], vt hic dicitur: sed votum religionis non tenetur statim reuocare cum scit: sed vsque ad annum & diem contradicere potest, vt 20. q. 2. puella. aliter tamen est ⅋. distinctum, scilicet 20. quæst. 2. in prin.

Onestum.] *Hoc ieiunus.*] similiter testimonũ debet dicere ieiunus, vt extra de testi. placuit. Quæ à ieiunis fieri debeant, not. de consec. dist. 1. sacramenta. tamẽ quod hic dicitur, magis est honestũ, quàm iustum. Ioan.

Decreuit.] *Vt à Septuagesima.*] in his etiam diebus cautæ exerceri non debent. 15. quæst. 4. cap. 1. & 2. huic tamen cap. & præcedenti obuiat cõsuetudo præscripta. Ioan.

In litaniis maioribus.] vt in festo sancti Marci.

DE FORMA.

Hæc est 5. pars quæst. in qua dicitur, ⅋ in sequẽti. c. continetur. Io. de Fan.

CASVS. Supra facta est mentio de iuramẽto: sed quia fidelitas fit iureiurando: ideo nunc ostẽdit Grat. quid fidelis domino, & econuerso debeat facere.

De forma.] CASVS. Quidam rogauit Fulbertum episcopũ vt scriberet sibi quot debeant contineri in iuramẽto fidelitatis, quam facit vasallus domino: qui rescripsit sex debere ibi contineri scilicet incolume, tutũ, honestum, vtile, facile possibile: quæ vasallus semper debet in memoria habere. Et ponit exemplum de illis sex, in quibus omnibus debet vasallus domino consilium & auxilium præstare, si vult beneficio dignus videri, & saluus esse de fidelitate, & dominus in his omnibus vasallo vicem reddere debet.

h ¶ *Honestum.*] Sic ergo honestas & possibilitas in omni iuramento sunt intelligenda, vt ⅋. ea. q. 4. vnusquisque. & extra de iureiur. quemadmodum. sed illud sacramentum, præstant archiepiscopi Romano Pontifici, vt extra de iureiur. ego. & subditi suis episcopis, vt 23. distin. quanquam. ‖ & Imperator Papæ. 63. distin. tibi domino. & licet generaliter iuret vasallus domino, scilicet quòd in omnibus causis iuuabit ipsum, & contra quemlibet: tamen contra propriam patriam non iuuabit ipsum, vt ff. de reli. minime. nec contra Papam, vt extra de iureiur. venientes. Sed quid si dominus vult filium vasalli impetere: numquid iuuabit ipsum contra filium? videtur quòd non: quia nec contra filium excommunicatum iuuabit 11. quæst. 3. quoniam multos. & ar. ad hoc. ff. de reli. minime. & contrarium tamen dicit lex feudi in cita. quẽadmo. feu. amit. dicitur enim ibi, quòd vasallus obligatus est filio suo tantum vinculo naturæ: sed domino suo obligatus est vinculo iuramenti. Item non tenetur ipsum iuuare si iniuste impetit alium. nec enim opem fert qui ad peccandum nos adiuuat, vt 14. quæst. 6. si res. ‖ Item numquid vasallus potest accusare dominum? Non, vt hic potest colligi: nisi prosequatur suam iniuriam. alioquin si accusat, perdit ius feudi: sicut patronus qui accusat libertum, perdit bonorum possessionem, vt ff. de bo. lib. qui cum maior. nec etiam testimonium potest contra ipsum ferre, nec in criminali causa, nec etiam pro ipso, vt extra de offi. dele. causam.

i ¶ *De secreto.*] ‖ ille qui prodit secreta alicuius, capite punitur, vt ff. de re mili. omne. §. 3. & C. de commer. & mer. l. 2. & sic potest quis iurare ne prodat secreta alterius. argumen. tamen est contra. 13. distinct. nerui.

femel periurus perdit ius accusandi. ff. de iureiur. propter falsum. ff. de testa. imperitum. concord. Alexand. de Imol. in l. non existimo. §. quod si. ximus. ff. de quis cau. & per Bal. in authen. & quibus ret. C. de hered. auct. iu. ff. col. ibi in princi. c Addidem. concordat H. qui exponit fratrum, i. ex eo fuisse, & potuit.

6 In vitas fratrum, lib. 2. tit. 6

7 Iuo par. 12. cap. 76. Pan. l. 8. c. 121.

8 Adde ⅋ fem le. obsequium debet clericus ec. lesiæ. l. 2. & ibi Alber. de Ro. C. de ad. uo. diuer. iu.

‖ Imperatoria rat Papæ.

‖ Vasalles Dominum non accusat.

‖ Secretorum proditor capite punitur.

2 ¶ *Munitionibus.*] Qui munitiones cedit hostibus, vel litteras, vel nuntium vel aliquod signum eis mittit, incidit in crimen læsæ maiestatis, vt ff. ad leg. Iul. maiestat. l. 2. & 3.

b ¶ *Ad honestatem.*] vt nec cum vxore nec cum filia commisceatur: nec aliquid inhonesti faciat in domo Domini, vt de pœni. distinct. 5. consideret.

c ¶ *Consilium.*] Vide quomodo interpretatur hoc iuramentum: Ego iuro quòd nullum faciam tibi damnum, id est, ego iuro quòd nec ego faciam, & etiam quòd alios faciẽtes prohibebo. sic interpretatur lex tale pactum, vt si aliquis fecit pactum ⅋ syluam nõ cederet, vel vreret, etiã cistodire teneatur ne alius vrat vel cedat, vt ff. loc. l. in lege. ‖ idẽ videtur in omnibus negatiuis promissionibus, vt cum dicitur; promitto quòd non faciam: non solum teneor non facere, sed etiam curare debeo ne fiat, vt ff. de verb. sig. facere. & de verb. obli. in illa stipulatione.

d ¶ *Dignus.*] Ergo si clericus præstat patrocinium contra ecclesiam suam, vel episcopum suum, potest priuari beneficio suo. 96. distinct. si Imperator. & extra de postu. cap. fi. Ioannes, a

e ¶ *Vicem.*] Et sic eadem fide tenetur quis subdito suo, sicut subditus domino, vt 95. distinct. esto subiectus. & extra de iureiur. peruenit. & 32. quæstio. 6. nihil iniquius. & si non fecerit, priuatur illo. vel dominio quod habet in vasallo, & transit feudum ad superiorem, vt in lib. de feu. quemadmodum feu. amit.

VLTAQVE.

Hæc est sexta pars quæstio, in qua dicitur quòd non solum verbis mentimur, sed etiam factis. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, dicens quòd mendacium nec simplici loquela, nec in iuramento est assumendum. Postea ostendit quòd mendacium & verbis & factis fieri potest: quòd per seq. cap. probat.

Auete fratres.] CASVS. Ambrosius monet fratres suos vt mendacium vitent: ostendens quòd mendacium fit duobus modis, scilicet verbis & factis. Nam si quis dicit se Christianum & clericum, & non facit opera Christiani vel clerici, mendax est in operibus suis.

‖ Factis mentimur, sicut verbis.

f ¶ *Operibus.*] ‖ Argumen. quòd factis mentimur, sicut verbis, & factis negamus Christũ, sicut verbis. 11. quæstio. 3. æstimant. & factis appellamus. extra de appella. dilecti 1. & factis prædicamus 43. distinctio. sit rector.

3 Pann. l. 8. c. 127.

Voties vero.] CASVS. Docet Hieronym. in hoc cap. quòd si quis non congruo tempore & loco, & quod non conuenit audiẽtibus loquatur: potius destruit audientes quàm ædificet. Vnusquisque enim considerare debet quid vel quando loquatur: quia pro quolibet verbo otioso reddituri sumus rationem. seq. §. per se patet.

g ¶ *Audientibus.*] forte instruit rudes magna & subtilia, quod esse non debet. simi. 8. quæstio. 1. oportet. & 43. distinct. cap. 1. Ioan.

IVRAMENTVM.

Hæc est 7. pars quæstio. in qua dicitur quòd clericus non debet iurare laico, nec episcopo sine causa. Ioan. de Fan.

Vllus.] CASVS. Quæritum fuit in concilio Remen. vtrum clericus accusatus coram laico iudice, possit præstare iuramentum calumniæ, vel innocentiæ ad se purgandum. Et respondetur quòd non: sed coram ecclesiastico iudice corrigatur, vel expurgetur: sed coram laico iudice dicat, est est, non non. Quæ autem postea sequuntur patent.

h ¶ *Laico.*] ‖ hoc cap. intelligas de iuramento expurgationis [b], quòd clericus non debet facere coram laico, sed tantum coram episcopo vel eius delegato, nisi hoc fiat auctoritate Papæ, vt 2. quæstio. 5. Mennam. si enim clericus peteret aliquid coram laico, bene tenetur ibi præstare iuramẽtum calumniæ. Vel dic quòd sine licentia episcopi nullum debet facere iuramentum laico. Imperatori tamẽ iurant episcopi fidelitatem.

4 Burc. l. 2. c. 188. Iuo p. 6. c. 233. Pann. l. 5. c. 11. ‖ Iuramentum expurgationis non debet clericus præstare coram laico. b ista fuit sententia M. & B. secundum L. & ⅋ hoc ea fu intelligatur ca. patet ex fi. secundum H. sed vrget illa littera, quidquam.

munitionibus [a], per quas tutus esse potest. Honestum; ne sit ei in damnum de sua iustitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem [b] eius pertinere videntur. Vtile; ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile; ne id bonum, quòd dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile; neue id quod possibile erat, reddat ei impossibile. Vt fidelis hæc nocumenta caueat, iustum est. Sed [c] quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat id, quod bonum est [1]; restat, vt in eisdem sex supradictis consilium [c], & auxiliũ domino suo fideliter præstet: si beneficio dignus [d] videri vult, & saluus esse de fidelitate, quam iurauit. Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem [e] reddere debet. Quod si non fecerit; merito censebitur malefidus: sicut ille, qui [β] in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus, & periurus.

¶ *Epistola hæc Fulberti missa est è Gallia, descripta ex vetusto codice ecclesiæ Belluacensi: cuius hic est titulus,* Glorioso duci Aquitanorum VV. Fulbertus Carnotensis episcopus orationis suffragium.

α ¶ Sed quia non sufficit.] *In ipsa epistola legitur:* Sed non ideo casamentum meretur: non ei sufficit. *Apud Iuonem vero* Sed non ideo cassamentum [f] meretur. Non enim sufficit, &c.

β ¶ Qui in eorũ.] *in epistola legitur,* si mox præuaricatione, *apud Iuonem*, si in eorum præuaricatione, *In Pannormia vero vt apud Gratianum.*

Augustinus.

¶ De eodem. C. XIX.

2 SI quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi, & domino suo iurat, & postea peruerse, & dolose eius regnum tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur; quia sacrilegium peragit, in Christum Domini manum mittens; anathema sit: nisi per dignam pœnitentiæ satisfactionem emendauerit, sicut constitutum à sancta synodo est, id est, sæculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ suæ: verumtamen communionem in exitu vitæ suæ cum Eucharistia percipiat. Episcopus vero presbyter, diaconus, si hoc crimen commiserit; degradetur.

¶ *Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Burchardus & Iuo citant ex dictis Augustini. Simile autem habetur in concilio Toletano 16. cap. 8. ex Hispania misso.*

Vt itaque ex præmissis apparet, mendacium nec simplici sermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in verbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur.

Vnde Ambrosius ait in sermone habito in Dominica de Abraham.

¶ *Initium huius sermonis est*, Scitote fratres.

¶ Mentitur, qui professionem suam operibus non ostendit. C. XX.

3 CAuete fratres mendacium; quia omnes qui amant mẽdacium, filij sunt diaboli γ & *infra.*

¶ Non solum in falsis verbis, sed etiã in simulatis operibus [f] mendacium est. Mendacium namque est, Christianum se dicere, & opera Christi non facere. Mendacium est, episcopum, sacerdotem, vel clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari.

γ ¶ Diaboli.] *In codice Vaticano, vbi hic sermo habetur, sequuntur hæc*, quia non solum mendax est, sed etiam & pater & inuentor ipsius mendacij est. Omnis enim simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum, & c.

Item Hieronymus in cap. 4. epist. ad Ephesios.

¶ Quoties sermo malus de ore nostro procedat. C. XXI.

QVoties vero loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non vt conuenit audientibus [g]; toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Consideremus itaque quid loquamur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij.

Iuramentum vero clericus laico præstare non debet.

Vnde in Rhemensi concilio legitur.

¶ Cuiquam laico clericus nihil iurare præsumat. C. XXII.

4 NVllus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico [h], quidquã super sacrosancta Euangelia iurare præsumat: sed simpliciter cum veritate, & puritate, dicat, est est, non non. Sed si est aliquid, quod sibi obijciatur [d], prout iudicauerint, qui eiusdem ordinis sunt aut corrigatur, aut expurgetur.

d ¶ Obijciatur.] *Apud Burchardum & Iuonem sequitur*, ad episcopum, in cuius territorio est, deferatur; & iuxta id quod illi, qui eiusdẽ sunt ordinis, diiudicauerint aut corrigatur, aut expurgetur.

Episcopo similiter clericus iuramentum præstare non debet, nisi forte, is cui ecclesiæ procurationem committit.

Vnde Vrbanus I I. ait.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus finis huius causæ est in vers.* expurgetur. *absunt autem hæc verba, & sequens caput,* nullus. *In vno autem non modo ista habentur, sed etiam caput primum de iuramento calumniæ, & constitutio noua Henrici.*

¶ De eodem. C. XXIII.

5 NVllus episcopus clericos suos, nisi forte, quibus ecclesiasticarum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat.

Quidam

5 Ext. de iureiur. c. nullus.

CAVSA

QVidam episcopi.] CASVS. Supra tractatum est de catholicis, & dictum est, quòd non sunt cogendi ad malum. Nunc vero subnectit Grat. 23. causam, in qua de hæreticis tractat, quærens an episcopi sint cogendi ad bonum. Item quæritur an militare sit peccatum, & quod bellum debeat dici iustum, & quod iniustum, & an vindicta sit inferenda, & an peccatum sit iudici malos occidere, condemnãdo scilicet. Sed vt hæc & alia competentius faciat, thema proponit, de quo octo elicit quæstiones.

CAVSA XXIII.

QVidam episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt; circũadiacentes catholicos minis & cruciatibus ad hæresim compellere cæperunt: quo comperto Apostolicus catholicis episcopis circumadiacentium regionum, qui ab Imperatore ciuilem iurisdictionem acceperant, impersuit, vt catholicos ab hæreticis defenderent, & quibus modis possent eos ad fidei veritatem redire compellerent. Episcopi hæc mandata Apostolici + recipientes, conuocatis militibus, aperte, & per insidias contra hæreticos pugnare cæperunt. Tandem nonnullis eorum neci traditis, aliis, rebus suis, vel ecclesiasticis, expoliatis, aliis carcere, & ergastulo recluſis, ad vnitatem catholicæ fidei coacti redierunt.

1 *Hic primum quæritur an militare peccatum sit.*

2 *Secundo, quod bellum sit iustum, & quomodo à filiis Israel iusta bella gerebantur,*

3 *Tertio, an iniuria sociorum, armis sit propulsanda.*

4 *Quarto, an vindicta sit inferenda.*

5 *Quinto, an sit peccatum iudici, vel ministro reos occidere.*

6 *Sexto, an mali sint cogendi ad bonum.*

7 *Septimo, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi, & qui possidet ab hæreticis ablata, an dicatur possidere aliena.*

8 *Octauo, an episcopis, vel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, vel Apostolici, vel + Imperatoris præcepto arma mouere.*

QVÆSTIO I.

VOd militare [a] *alienũ videatur ab Euangelica disciplina, hinc videtur posse probari: quia omnis militia vel ob iniuriam propulsandam* [b], *vel propter vindictam inferendam est instituta: Iniuria autem vel à propria persona, vel à socio repellitur: quod vtrumque Euangelica lege prohibetur. Cum enim dicitur* [Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe [c] *ei & alteram.*] *& iterum* [*Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo duo millia* [d] ..] ¶ *Item cum Apostolus dicat* [*Non vos defendentes* [e] *charissimi, sed date locum iræ;*] *quid aliud prohibemur, quam propriæ personæ iniuriam repellere?* ¶ *Item, cum Petro, gladio magistrum defendente, Christus dixerit* [*Conuerte gladium tuum in vaginam an putas, quia non possum* [f] *rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum?* [*denique, sicut de B. Andrea legitur,* [1] *cum fieret concursus populorum, vt de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & ab iniuria mortis illum defenderent; ipse econtra & exẽplo & verbo patientiam docens, rogabat eos, ne suum martyrium impedirẽt; quid aliud monemur, quàm sicut proprias, ita & sociorum iniurias patienter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorũ exemplo ad similia ferenda animũ præparare?* ¶ *Item, cum in prouerbiis* [a] *dicatur* [*Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus,*] ¶ *Item, cum in Euangelio dicatur* [*Nolite iudicare* [g], *& nõ iudicabimini,*] *Item; cum pater familias dicat seruis volentibus colligere zizania* [h] [*Sinite vtraque crescere vsque ad messem: & tunc dicam messoribus, colligite zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum.*]

¶ *Item cum Rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus suis, angelorum videlicet, dicatur perditurus homicidas prophetarum, & Apostolorum, qui vocati ad nuptias venire contempserunt credendo: Item, cum Paulus dicat in epistola ad Romanos,* [*Nolite iudicare inuicem,*] *Item* [*Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat, aut cadit: Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur:*] *in his omnibus quid aliud præcipitur, quàm vt vindicta delinquentium diuino reseruetur examini? Cum ergo, vt supra dictũ est, militia videatur instituta vel ob iniuriam propulsandam, vel ad vindictam inferendam, vtrumque autem lege Euangelica prohibeatur; apparet, quòd militare peccatum est.*

a ¶ In prouerbiis.] *Sententia ista solet quidem prouerbij loco vsurpari: sed non habetur in libro Prouerbiorum. Affertur à B. Paulo ad Rom. cap. 12. (conuincte cum alia sententia ex cap. 25. Prouer.) & ad Hebræos 10. Deuteronomij, cap. 32. In Cantico sic scriptum est,* Mea est vltio, & ego retribuam.

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Bella carnalia bellorum spiritalium figuram gerunt. C. I.

2 NIsi bella ista carnalia figurã bellorum spiritaliũ gerent; nũquam, vt opinor, Iudaicarum historiarum libri discipulis

b Et inconstanti repelli debet, sed exinterualla repelli potest] impune: collectis, & amicis, & quãm citius potest. ff. de acqui. possess. quod meo. §. vlt. & l. clam. §. quia dominas. quando non est iniusta illata possessio: quamuis præsumatur ratio secundum Iwan. de San. & In martyrio ipsius. *Deut. 32. Rom. 12. Matt. 7.*

Matt. 13.

Rom. 14.

[1] Origenes homiliã 5. super Iosue.

1 Cor. 10. Actor. 5. a ¶ *Ab Apostolis*] Ergo non tantum ex præcepto vel constitutione ecclesiæ legimus libros Iudæorum: sed etiam ex præcepto Apostoli. Sed quæro vbi hoc præcepit Apostolus? Dic quòd loquitur præsumendo. ¶ quod enim vniuersalis ecclesia tenet, credendum est hoc ab Apostolis esse institutum. 12. dist. ecclesiasticarum.

b ¶ *Vindicantes.*] Ideo enim iudiciorum vigor in medio positus est, ne quis sibi vltionem sumere præsumat. C. de Iudæ. nullus 16. quæst. 1. ad hoc Ioan.

Ioan. 14.

1. *Cor. 6.*

HIS ITA. CASVS. Dictum est in §. 1. quòd militare est peccatum: quia patientiam habere debemus. Et ad hoc inducit proximum capitulum. Nunc vero dicit Gratia. quòd illa patientiæ præcepta non tantum sunt in corporis ostẽsione retinenda quãtum in cordis præparatione: quasi dicat, interius debet esse homo patiens: sed extra debet corrigere delinquẽtes: quod probat per sequens cap.

PAratus.] CASVS. Ostendit Gratia. in hoc cap. quòd præcepta patientiæ magis inducẽda sunt ad præparationem cordis, & animi beneuolentiam, quàm ad opera exteriora: quibus delinquẽtes inuitos possumus corrigere & castigare, patientia, vel beneuolentia animi interius obseruata. Et hoc probat quinque exemplis: scilicet Christi, Pauli, & Petri, & Reipublicæ, & Ioannis Baptistæ. Primum exemplum incipit ibi, *Hinc liquido.* Secũdum ibi, *Nec Paulus.* Tertium ibi, *Agenda sunt.* Quartum ibi, *Ac per hoc,* Quintum ibi, *Item paulo post.*

Ibid. p. 17. Ad hæc 23.

c ¶ *In aperto.*] Argu. quòd non semper per exteriora cõprehenduntur interiora [2]. 5. quæst. 5. non omnis. & cap. non oculatur.

2. 23. contra pal. cap. 1. Sic ait hic dictum initio nouæ partis: hæc cũ antecedentibus.

d ¶ *Prodesse.*] Sic ergo prodesse dicimur illi quẽ verberamus. vt 45. dist. & qui emendat. Ioan.

Ioan. 18.

e ¶ *Si verba.*] Argu. quòd non debemus inhærere verbis: sed potius menti. vt dixi. 22. quæst. 5. humanæ. 26. quæst. 5. nec mirum. verba enim in rescriptis posita, vel in lege, confirmare debemus æquitati: & licet verba hoc non patiantur. extra de rescrip. cauſam. & extra de consue. cum dilectus. & ff. de in ius voc. l. quamuis. & ff. qui per tut. l. vltim. argumen. contra 19. dist. in memoriã. & ff. qui & à quib. manumis. l. proſpexit, vbi dicit, sufficit ita scriptum esse, & si illud durum est.

Luc. 23.

Act. 23.

f ¶ *Quia nesciunt.*] pro illis qui ex ignorantia hoc fecerunt, rogauit. 1. quæst. 1. §. cum ergo.

g ¶ *Secundum legem.*] Iudex secundum leges iudicabit: & non secundum motum animi sui, vt extra de constit. cap. 1. & 11. quæst. 3. summopere. alioquin punitur vt falsarius, vt ff. ad leg. Corn. de fal. l. 1. §. 1.

Christi, qui venit pacem docere, legẽdi in ecclesiis fuissent ab Apostolis traditi. Quo enim eis bellorũ proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Iesu [Pacẽ meam do vobis, pacẽ meã relinquo vobis?] & quibus per Apostolũ iubetur, & dicitur [Nõ vos metipsos vindicãtes, sed magis iniuriã accipite, & magis fraudẽ patimini?] Vnde deniq; sciẽs Apostolus nulla nobis iã vltra bella esse carnaliter pagẽda; sed animę certamina cõtra spiritales aduersarios desudãda; velut magister militię, præceptũ dat militib⁹ Christi, dicẽs [Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.]

His ita respõdetur. Præcepta patientiæ non tũ ostentatione corporis, quàm præparatione cordis sunt retinenda.

Vnde Augustinus ait in sermone de puero Centurionis.

¶ *Sic etiam citat Anselmus. Polyc. non affert auctorem. Habetur autem in epist. 5. Aug. ad Marcellinum.*

¶ Præcepta patientiæ, virtute animi, non ostentatione corporis seruanda sunt. C. II.

PAratus debet esse homo iustus, & pius patienter eorum malitiã subſtinere, quos fieri bonos quærit, vt numerus potiũ crescat bonorum, non vt pari malitia se quoque numero addat malorũ. Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere, quàm ad opus, quod in aperto [c] fit (vt teneatur in secreto animi patientia cũ beneuolentia; in manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse posse, quibus bene velle debemus;)

1. q. 1. contra pal. cap. 1. Sic ait hic dictum initio nouæ partis: hæc cũ antecedentibus.

[2] hinc liquido ostenditur: quòd ipse Dominus Iesus exemplũ singulare patientię, cum percuteretur in faciem; respondit, [Si male dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cedis?] Nequaquã igitur præceptum suum, si verba intueamur, impleuit. Neque enim præbuit percutienti alterã partem: sed potius prohibuit, ne, qui fecerat iniuriam, augeret. Et tamen paratus venerat non solũ percuti in faciem, verum etiam pro his quoque, à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi; pro quibus ait in cruce pendens, [Pater ignosce illis, quia nesciunt [f], quid faciunt.] ¶ Nec Paulus apostolus præceptum Domini, & magistri sui videtur implesse, vbi etiam ipse percussus in faciem, dixit principi sacerdotum [Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iudicare me secũdum legem [g]; & contra legem [h] iubes me percuti?] Et cum à circumstantibus diceretur [Iniuriam facis principi sacerdotum;] irridens + eos admonere voluit, quid dixerit: vt qui saperẽt, intelligerent iam destruendum [i] esse aduẽtu Christi parietẽ dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotij Iudæorum. Ait quippe. [Nesciui fratres, quia princeps est: Scriptum est enim Principi populi tui non maledices:] cum proculdubio, qui in eodem populo creuerat, atque + in lege fuerat eruditus; illum principem sacerdotũ nescire [k] non posset; nec eos, quibus ita notus erat, vllo modo falleret, quòd nesciret. Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda: ipsaque beneuolentia, ne reddatur malũ pro malo, semper in voluntate complenda est. ¶ Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis: quorum potius vtilitati consulendum est, quam voluntati [l]. *& infra.*. Nam in corripiendo filio quamlibet aspere, numquam profecto amor paternus amittitur. Fit tamen, quod noluit, & doleat, qui etiam [m] inuitus videtur dolore sanandus. ¶ Ac per hoc, si terrena ista respublica [n], præcepta Christiana custodiat; & ipsa bella sine beneuolentia non gerentur: vt + ad pietatis, iustitiæque pacatam societatem victis facilius consulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur: quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior, roboratur. *& paulo post.* ¶ [3] Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet; hoc potius militibus consilium salutis petentibus in Euangelio [o] diceretur, vt abiicerent arma, seque militiæ omnino subtraherent. Dictum est autem eis [Neminem concusseritis [p]: nulli [q] calumniam feceritis: sufficiant vobis stipendia vestra.] Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit.

Luc. 3.

q ¶ Nulli.] *Repositus est integer locus Euãgelij, vt est in ipsa epistola, & libro 22. contra Faustum, cap. 74. Antea erat,* Contenti estote stipendiis vestris.

Item eiusdem ad Bonifacium, epist. 207.

¶ In bellicis armis nihil nisi Deo placere possunt. C. III.

NOli existimare neminẽ deo placere posse, qui in armis

h ¶ *Et contra legem.*] ‖ Lex enim dicit, quòd liber homo non debet verberibus cædi, vt C. de repud. consensu. vltra medium. nisi in casu, vt no. 5. q. 5. illi, qui. & no. 15. q. 6. in summa.

‖ Homo liber verberari non debet.

i ¶ *Destruendum.*] Dixit eum non esse principem: quia non erat apud eũ duraturus principatus, vt extra de verb. signific. nam & ego. & j. de pœn. distinct. 1. diuortium.

Exod. 22.

k ¶ *Nescire.*] ‖ argum. quòd non potest quis se excusare [b] prætextu ignorantiæ de re quæ facta est inter vicinos suos, vt extra de præsumpt. quoddam. & cap. quanto. 54. dist. nulli. & 12. q. 2. qui & humanis. similis. præsumptio est C. de integr. restit. minor. de tutela.

‖ Vicinorum facta præsumi mur scire. *al. dic*

b Idem Alexãder de imo. in l. bene ad cognitionem. colla. 5. ff. fi cer. pet. & Bald. in l. de tutela. C. de in integrũ restit. quem ibi sequitur Sali. & Pau. de Castro.

l ¶ *Quàm voluntati.*] j. ead. quæst. 4. displiccet. ẽ. 45. distinct. & qui emendat.

m ¶ *Qui etiam.*] vel quin etiam.

n ¶ *Respublica.*] id est, aliquis gerens rempublicam. Ioan.

o ¶ *In euangelio.*] Ioannis.

p ¶ *Concusseritis.*] ‖ Cõcutere est aliquid petere vltra debitum rationę alicuius officij, vt j. ead. q. quid culpatur. dicitur autem concutere, qui per oppressionem & minas, extorquet pecuniam, vt ff. de concu. l. 1. & 2.

‖ Concutere quid sit.

q *al. sed vt* Vide quod leg. & not. §. 1. q. 1. concussionis.

Luc. 3.

3 *Pan. l. 8. cap. 42.*

NOli existimare.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quòd Bonifacius quęsiuit ab Aug. an aliquis possit Deo placere in armis militaribus. Et respond. q. sic, si virtutem corporalem putat esse donum Dei, hoc probatur exemplo Dauid & aliorũ patrum vete. testa. & exemplo Centurionis. In secunda parte quæsiuit vtrum fides sit amico seruanda pro quo pugnatur. & respondet quòd non solum amico: sed etiam hosti. est seruanda. Tertio quæsiuit ex qua causa bellum quis sumere debet. Et respondet quòd causa necessitatis tantum, ad hoc, scilicet vt pax & salus acquiratur vel conseruetur. vnde cum aliquis vincit hostes, nõ interficiat eos: sed ad vitam reseruet, & ad pacem perducat. Secunda pars incipit ibi, *Fides enim.* Tertia ibi, *Pacem habere.*

4 *Polyc. l. 7. tit. 1. Anſ. l. 13. c. 4. Iuo p. 10. cap. 126.*

a ¶ *Sanctus Dauid.*] si aliquis existens sanctus potest vti armis in bello: ‖ quare ergo prohibetur pœnitẽtibus vti armis,vt 33.q.2. admonere? Respondeo:ideo,quia pœnitentes viuunt sub regula ecclesiastica,vt 11. q.1.aliud. Vel ideo quia arma possunt dare occasionem peccandi.

‖ Pœnitentes armis vti non possunt. ‖ Fides hosti seruanda est.

b ¶ *Hosti.*] ‖ Hosti ergo fides seruanda est,vt hic, & 22. quæst. 4. innocens. Argum. contra 22. quæst.2. vtilem.quod verum est si ipse nobis seruat fidem [a]: aliàs non tenemur ei seruare. 95. distinct. esto subiectus. extra de iureiuran. peruenit. 28.quæst. 1. si infidelis.ff.loca.quæro.§. inter. C. de transact.l. cum proponas. in fi.arg. contra 11.q. 3. inter verba. in fi. & 33.q.5.quod Deo.

a Adde de hac quæstione late per legistas l. cum proponas. & ibi Cy. C.de pactis.& ibi glo. Bal.in l.vt resp̃sum. C.de transact.

c ¶ *Iam debetur.*] Arg. misericordiam esse debitam. & ita hic arg. quòd dispensatio potest peti tamquam debita, vt 50. dist. domino sancto.in fi. & 86. distin. non satis.in fi. Item habes hic, quòd aliquis tenetur parcere hosti suo, vt 2.q.5. quanto. in fi. dum tamen non timeatur periculum incurrere ex hoc [b], vt ȝ. ea. q. 4. est iniusta. Ioan.

Matth. 8,

b Nam si timeretur,& desperaretur de ei⁹ correctione: nõ est eius miserendum :vt in hoc c. hic alleg.est iniusta. secundum Hugo.

Vid culpatur.] Casvs. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd Manichæi reprehendebant bella: quia homines ibi moriebantur. Sed Aug. dicit quòd hoc timidorum est, & non religioforum : scilicet reprehendere bella propter morituros : sed hæc sunt in bellis reprehendenda, scilicet, nocendi cupiditas,vlciscendi crudelitas, & libido dominandi, & his similia. In secunda parte dicitur, ꝙ propter ista vitia puniẽda siue Deo iubente, siue aliquo principe sæculari, iuste pugnãt milites Christiani. quod probat auctoritate Ioannis [c], qui milites à bello non prohibuit : & auctoritate Christi, qui tributa Cæsari reddi præcepit , ex quibus stipẽdia militibus erogabãtur. In tertia parte dicitur quòd auctoritas suscipiendi belli penes principes consistit, quibus obediendum est, nisi præcipiant contra Deum. Si autẽ incertum est vtrũ sit contra Deum, debent ipsi milites obedire, nec propter hoc puniuntur:principes autem propter humanã cupiditatem quã habent, à Domino punientur. Secũda pars incipit ibi, *Quæ plerumque.* Tertia ibi,*Ordo autem. Quæ plerumque* scilicet vitia.

c Non tamen excommunicato. & sic non ob.15.q.6.non sanctorum.

d ¶ *Quandoque.*] Certe hæc ratio non est sufficiens:nam si quis hominem interficiat etiã mortifere vulneratum , nihilominus tenetur , vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus.in prin. & est similis ratio ȝ. 24. q. 3.si habes. ff. ad leg. Rhod. de iac. qui leuandæ. & l. nauis.§. sed si nauis. & quod vi aut clam. si alius. §. est & alia.

e ¶ *Dominentur.*] scilicet victores.

f ¶ *Siue Deo.*] id est , diuina reuelatione.ȝ. ea. q. 2. Dominus.

g ¶ *Ordine.*] id est,potestate.

1 Pan.l.8.c.45.

Vnde ß neque Ioannes ab armis iubet discedere milites : & Christus tributa [h] Cæsari monet reddi:quia propter bella necessario militi stipendium præbetur. Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit , vt suscipiendi belli auctoritas, atque consilium apud principes [i] sit.*& infra.*

Luc. 3. *Matt.* 22.

¶ Sed si humana cupiditate bellũ geritur;non nocet sanctis , in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non enim est potestas, nisi à Deo, siue iubente, siue finente [k]. Ergo vir iustus, si forte sub Rege homine etiam sacrilegos [l] militet, recte potest illo iubente bellare , si vice † pacis ordinem seruans, quod † sibi iubetur,vel non esse contra Dei præceptum , certum est , vel , vtrum sit,certum non est : ita vt fortasse reum faciat regem iniquitas [m] imperandi : innocentem ostendat ordo seruiendi.

*Ioan.*19. *Rom.* 13.

h ¶*Tributa.*] vt infra eadem q. 8.tributum.

i ¶*Principes.*] vt ȝ. ea. quæst. 2. iuitum. Nullus ergo bellare potest sine auctoritate principis,vt hic , & C. vt armo. vlus l. 1. libro 11. similiter princeps ecclesiasticus potest indicere bellum, vt infra ead. quæst.8. igitur. & cap. omni. & capitu.sequenti.

k ¶ *Sinente.*] vt 8. q. 1. audacter.

l ¶ *Sacrilego* [c].] 11. quæst. 3. Iulianus Imperator.

c Non tamen excommunicato. & sic non ob.15.q.6.non sanctorum.

m ¶ *Iniquitas.*] habes quòd licet dominus peccet præcipiendo , tamen subditus nõ peccat obediendo , vt 100. distin. contra morem in princip. sic 33. quæst. 5. manifestum. extra de iureiurand. debitores. ‖ Item habes hic quòd in dubiis semper est obediendum.19.distin. in memoriam.Argu.cõtra 50.dist. si quis præpostera. 11. q. 3.quid ergo. Item est hic argu. quòd in dubiis humanior & tutior via est eligenda. extra de sponsal. iuuenis. & 14. distin. cap.vltimo.

Luc. 3.

ß ¶ Vnde neque.] *Hinc vsque ad vers.* ordo. *Gratianus summatim retulit sententiam B. Augustini , quæ ab eo copiosius,& clarius exponitur:sicut etiam à vers.* Sed si humana. *vsque ad vers.* Non enim.

Item eiusdem in libro de verbis Domini tractatu,siue sermone 19: [2].

¶ Militare non est peccatum. C. V.

Militare non est delictum: sed propter prædam militare peccatum est; nec rẽ publicam gerere criminosum est. Sed ideo gerere † rempublicam,vt rẽ familiarem potius augeas [n] , videtur esse damnabile.Propterea enim prouidentia quadã militantibus sunt stipendia constituta ; ne dum sumptus quæritur , prædo † grassetur.

Item infra. ¶ Dicit ipse Dominus [Redite quæ Dei sunt,Deo;& quæ Cæsaris,Cæsari.]Igitur,quod Cæsar præcipit [o] , ferendum est:quod Imperator indicit,tolerandum est: sed fit intolerabile , dum prædam exactores accumulant. *Item infra.*

Luc. 3.

¶ [Interrogauerunt Ioannem & milites, quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes neminem cõcutiatis, neque calumniam faciatis:sed cõtenti estote stipendiis vestris.] Hic iam cognoscere se debet omnis homo,qui militat.Non enim tantum de his militãtibus scriptura loquitur,qui armata militia detinentur: sed quisquis militiæ [p] suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles adscribitur : atque ideo hæc sententia potest dici (verbi gratia) militibus protectoribus, cunctisque rectoribus.Quicumque sibi stipendia pu-

2 Beda,& glos fa.ordin.Lu.3.

3 Iuo p.10.c. 125. Pan.l.8.c.66.

† agere} oli.

† preda} oli. *Matt.* 22.

‖ Aduocati militant.

‖ Concordia cum.

2 ¶ *Condemnatur.*]Sed qualiter punitur cõcussor? ‖ Dic quòd secundum canonem pœna quadruplitvt 18.distinct. quoniam. secundum leges videtur quòd extra ordinem punitur , cum non sit publicum crimen:vt ff.de concuſ.l.2. sed certe. & secundum leges pœna quadrupli punitur:vt 1.q.7.sancimus.

Summa.] Casvs. Hug. hunc casum sic ponit Grego. deputauerat ad custodiã Neapolitanæ ciuitatis Cõstantinum tribunũ, cui milites Neapolitani deuote obedierunt.Scribit ergo Gregorius eis,& cõmẽdat eos de tali obedientia: & admonet eos & hortatur vt sicut bene fecerunt,perseuerẽt in tali obediẽtia: vt per eorum vigilantiam augmẽtetur quod bene hactenus ab eis gestum est. Casus autem iste melior videtur quàm casus Beneuen. & ideo ponit hunc casum.

b ¶ *Vtiliter.*] ‖ Arg. quòd si episcopus præcipit alicui ire Romã pro vtilitate ecclesiæ , quòd tenetur obedire [a]: vt 7. q.1.quia. & si clericus se excuset, & dicat; mittatis illum qui ditior me est: respondet ei episcopus, sicut Christus respondit Petro: cum enim Dominus diceret Petro: Tu me sequeres; respõdit Petrus : Domine,hic autem quid? demonstrato Ioanne, & dixit ei dominus : Quid ad te? si eum volo manere,tu me sequere.Ioan.

‖ Episcopi p̃ cum etiam clericis est obediendum.

a Idem vt supra ergo.

‖ Obediẽdi est etiã in dubiis.

Iustus reip. obsequi.

Vbi autẽ.] Casvs. Hic intitulatur secunda quæstio,qua q̃ritur quod bellum sit iustũ,& quod iniustum.Et respõdet, ꝙ bellum dicitur iustũ vel iniustũ quattuor modis, scilicet rõne præcipientis : vt supra quæstio. 1. quid culpatur. vel ratione obedientis: quia monachus vel spiritualis obedire nõ debet,sed laicus:vt 1.quæst.8. clerici. Ratione rei propter quã pugnatur: quia si bellum sit causa dominandi, iniustum est:si causa necessitatis,iustum reputatur. Ratione personarũ contra quas pugnatur: vt supra quæst.1. paratus.

c ¶ *Quòd autẽ.*] ‖ Bellũ dicitur iniustũ quinque modis : vel ratione personæ: vt si fuerint personæ ecclesiasticæ : quibus non est licitum fundere sanguinem: vt infra ea.quæst.8.clerici. & casus à quib⁹. Ratione rei, vt si non est de repetendis rebus:vel pro defensione patriæ:vt ȝ.ea. c.1. & ȝ.ead.q.8.si nulla. Vel propter causam,vt si propter voluntatem,& non propter necessitatẽ pugnatur:vt ȝ.e.q.1.noli.Ex animo est iniustũ, vt si animo vlciscẽdi fiat:vt ȝ.ead.q.1.quid culpatur. Itẽ est iniustum, si nõ sit indictũ auctoritate principis [b]:vt ȝ.e c.1. & ȝ.e.q.1.q.d culpatur. Quæ alia adhuc requirantur, habes ȝ.ea.q.1.in gl illa,qui repellere.Io.

‖Dicitur de crudelitate,vt supra ead. not. ‖ Item de ‖ spel. o. vl.

Vtilius.] Casvs. Hoc capit. duas habet partes. In prima dicitur , quòd illud bellum est iustum quod fit ex præcepto principis de rebus repetendis , vel propter iniuriam repellendam. In secunda parte dicitur quòd iudex ideo dictus est , quia ius dictat populo : vel quia iure disceptat:vnde non debet dici iudex nisi sit in eo iustitia.

d ¶ *De rebus.*] ablatis.

e ¶ *Iure autem.*] Et si aliquid inique determinat iudex,iustum est, id est,tamquam iustum seruari debet:vt ff.de iustitia & iure.l.penultima, & tenent sententiæ suæ quamdiu tolerantur:vt 3.quæst.7.§.vlt.

¶ Quod sit iustum bellum. C. I.

3 Ivstum est bellum , quod ex edicto [a] geritur, de rebus [d] repetẽdis [†], aut propulsandorum hostium causa. *& cap.* 15.

¶ Iudex dictus , quasi ius [4] dicens populo , siue quòd iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare.Non est autem iudex,si non est in eo iustitia.

3 Iuo p. 10. c. 116. Pan. l.8.c.54.

† *al. repetitis* Et lib. 9.c.4.

4 Adde Alexan.de fmo. i l.1.col.2.ff. de iu.om.iu. dic. vbi dicit quòd ius dicens , & dictio , iudex, sunt synonyma.

a ‖ Edicto.] *In codicibus Isidori etiã manuscriptis legitur,* ex prædicto. *Citat enim Ciceronem ex libris de rep. qui negat iustum esse bellum, nisi denuntiatum,nisi indictum, nisi de repetitis rebus.*

*Item Augustinus in libro quæstionum 6.quæst.*10.

¶ Nihil [5] iustitiam interest, siue aperte, siue cum militibus aliquis pugnet. C. II.

Dominus noster iubet ad Iesum Naue, vt constituat sibi retrorsus insidias , id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemur hoc † non iniuste fieri ab his,qui iustum bellum gerunt ; vt nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus,nisi vt iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum autem iustum bellum susceperit ; vtrum aperta pugna, vtrum insidiis [f] vincat , nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent, quæ vlciscuntur [g] iniurias , si qua gens , vel ciuitas [h] , quæ bello petenda est , vel vindicare neglexerit quod à suis improbe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli, sine dubitatione iustum est quod Deus imperat , apud quem non est iniquitas , & nouit quid cuique fieri debeat : in quo bello doctor exercitus, vel ipse populus non tam auctor belli,quàm minister iudicandus est.

Dominus noster.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima quæstum fuit ab August. an sit peccatũ pugnare per insidias. Et respondet, quòd non: quod probat exẽplo Iesu Naue ,quẽ Dominus docuit vt hostibus retrorsũ insidias poneret. In secunda parte quæsitum fuit quæ bella sint iusta.Et respondet,quòd illa quæ iniurias vlciscũtur, dũmodo fiãt auctoritate principis. Similiter & illa quæ fiunt ex præcepto Domini: in quibus bellis ductor exercitus vel populus minister Dei est. Seq. §. cum cap. patet.

f ¶ *Insidiis.*] ‖ sic ergo per insidias & per dolũ possumus licite vincere hostes nostros : vt 22.q. 2. vtilem. 43. distinct. in mandatis.dum tamen fidem nõ rũpamus hosti: vt supra ea.quæst. 1.noli. Idem dicas de aduocato, quòd si habet iustam causam,licite potest decipere aduersariũ suum: vt argum. 4.quæst.4.c.1.

g ¶ *Vlciscuntur.*] i.repelluntur,& sic non obstat 46. distinctio. seditionarios.

h ¶ *Ciuitas.*] iudex ergo qui nõ facit iustitiam [6] ita conueniendus est episcopus vel quilibet prælatus, si iustitiam nõ facit de subdito, si ille subditus est solũdo, vel ipse prælatus,aliàs delictum eius non est conuertendum in damnum reipubli. vel ecclesiæ, secũdũ L.vt no.ȝ.e.q. 3.cap.fi. in gl. 1. in fin.

‖ Deceptio quãdoque per mittitur.

Iosue. 8.

† abest ab or.

‖ Interesse cõsecutus in bello,vtrum possit adhuc de hoc agere in iudicio.

c Dicit L. illud respicit,ꝙ ita conuenien dus est episcopus vel quilibet prælatus, si iustitiam nõ facit de subdito, si ille subditus est solũdo, vel ipse prælatus,aliàs delictum eius non est conuertendum in damnum reipubli. vel ecclesiæ, secũdũ L.vt no.ȝ.e.q. 3.cap.fi. in gl. 1. in fin.

d Hoc vult dicere,ꝙ in hoc q̃d sic passus est, videtur esse passus propter contumaciam,& in casu non damnã tantum , sed contumacia attenditur,& ad ueſsus contumaciam, &c. vt sequitur in gloss.

QVÆSTIO II.

Quòd autem [c] quæritur, quod sit iustum bellum, Isidorus Etymol. l.18. c. 1. *inquit.*

Decreti ij. pars. S

a NOtandum est.] num agrum ius non sit: vt ff. distin. 1. c. 1. tamē quia necessarius & innoxius erat iste transitus, isti prohiberi non debuerunt: vt ff. de aqua plu. arcend. in summa. §. item varus. Item quia via publica erat, & nemo prohibetur via publica uti: vt C. de seruit. per agrum. Ioan.

¶ Innoxius transitus filiis Israel negabatur, atque ideo iusta bella gerebant. C. III.

1 NOtandū est sane, quem admodum iusta bella gerebantur [à † filiis Israel contra Amorrhæos.] Innoxius enim transitus [a] denegabatur, qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat.

QVÆSTIO III.

Qvòd vero [b] iniuria sociorum armis propulsanda nō sit, exēplis, & auctoritatibus probatur. Dominus enim cum ab Herode quæreretur ad interficiendum; non patrocinium sibi quæsuit armorum, cum occulto instinctu posset in eum conuertisse manus Iudeorum: sed fugiens [c] in Aegyptum, latuit ibi per septennium. Sic etiam, cum à Iudeis lapidibus peteretur; abscondit se, & exiuit de templo: Sic etiam cum duceretur ad crucem; noluit commouere aduersus seniores Iudeorum turbam, quæ nuper ei obviam processerat, & cum palmis & laudibus eum receperat. Sic etiam interrogatus à Pilato, an rex esset; ait [Regnum meum non est de hoc mundo: Si enim esset de hoc mundo, ministri mei vtique decertarent, vt ego non traderer Iudæis:] insinuans illos ad regnum huius mundi pertinere, qui auxilio humanarum virium, non diuino præsidio ab imminenti iniuria se tueri contendunt. Item, cum discipulis suis ait. [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam;] non arma armis, sed fugam persequentibus docuit opponi. ¶ *Item, sicut legitur in Esaia, Aegyptus à Nabuchodonosor deuastata est, quia filiis Israel contra Assyrios, & Chaldæos protectionis & defensionis auxilium promisit. Vnde dictum est. [Baculus arundineus rex Aegypti: super quem si aliquis innixus fuerit, confringetur, & perforabit manum innitentis.] Ipsi etiam Iudei captiui ducti sunt: quia spem suæ liberationis non in solo Deo, sed in hominē [e] posuerunt. Sic etiam de primis credentibus legitur [f] quòd rapinam suorum bonorū cum gaudio suscipiebant, non quærentes sibi aliorum patrocinia, sed gaudentes, quoniam digni [g] inueniebantur pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic & [h] Apostolus in prima epistola suadet Corinthiis, vt iniuriam, & fraudem patienter ferant, potius quàm repetendo fratres scandalizent. Sic ab idolothytis, & à qualibet esca censet abstinendum potius, quàm cum scandalo fratrum edamus: Sic & à sumptibus abstinet, ne aliquod offendiculum Euangelio Christi præstaret. Cum ergo ille, qui ab iniuria armis arcetur, non minus scandalizetur, quàm ille, à quo ablata coram iudice reposcuntur; patet, quòd ad propulsandam iniuriam non sunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est; illud iure præstari non debet [i]. Sed econtra multa rite præstantur, quæ tamen iure non petuntur. Bonus enim non rite [k] iniuriæ vindictam petit, quia malum pro malo redderet: quam tamen iudex recte infligeret; nec nisi bonum pro malo redderet.*

Vnde Augustinus in expositione Psalmi 108. ait. [2]

¶ Quæ sint differentiæ retributionum. C. I.

SEx differentiæ [1] sunt, reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis; hæc duo bonorum sunt, & prius melius. Non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis; hæc duo malorum sunt, & posterius deterius. Reddere bona pro bonis, mala pro malis; hæc duo mediocrium † [m] sunt: prius propinquū bonis conuenit [α] etiam malis: quod Christus non arguit [n], sed plus oportere dicit, quia & Ethnici hoc faciunt: posterius propinquum malis, conuenit tamen etiam bonis. Vnde & lex modum vltionis statuit. [Oculum pro oculo.] Quæ, si dici potest, iniustorum [o] iustitia est; non quia iniqua est vltio, quam lex statuit: sed quia vitiosa est libido vlciscendi, magisque ad iudicem [p] pertinet hoc inter homines decernere †, quàm bonum hominem sibi expetere. Hic enim redderet malū pro malo: iudex [β] vero punit, non delectatione alienæ miseriæ, quod est malum pro malo; sed dilectione iustitiæ, iustum [q] pro iniusto [r], quod est bonum pro malo: cui bono deus iudex facit.

¶ *B. Augustinus in explanatione Psalmi 108. has sex differentias aptissime explicauit: cuius sententiam auctor glossæ ordinariæ in eodem loco breuiter retulit, ex qua glossa videtur acceptum hoc caput.*

α ¶ Conuenit etiam malis.] *Verba hæc non sunt in plerisque vetustis, neque in glossa: sed non longe discedunt à verbis B. Augustini.*

β ¶ Iudex vero.] *In glossa ordinaria & plerisque Gratiani manuscriptis legitur,* iudex vero non, sed dilectione iustitiæ, quod est bonum pro malo, quod & Deus iudex facit. *Non sunt tamē reliqua inducta, quoniam apud B. Augustinū in eadē explanatione aliquāto inferius eadē fere habentur.*

d ¶ *Baculus.*] id est, fragilis defensio.

e ¶ *In homine.*] quod non licet. 7. de cōsec. dist. 1. omnis Christianus.

e ¶ *In homine.*] id est, in Aegyptiis.

f ¶ *Legitur.*] in actibus Apostolorum.

g ¶ *Digni.*] id est, de hoc gaudebant, quia digni erant qui patienter poterant sustinere omnia aduersa.

h ¶ *Suadet.*] Non præcipit: quia licite potest quis petere satisfactionem [2]: vt 14. quæstio. 1. quod debetur.

i ¶ *Non debet.*] hæc regula falsa est [b]: quia multa licite præstantur, quæ illicite petuntur. 8. quæstione 1. qui episcopatum. 18. distinctio. de eulogiis. ff. de var. & extraordin. cogn. l. 1. §. est quidem.

k ¶ *Rite.*] sic ergo iudex ex officio suo debet punire crimen, licet accusator accusare non possit [c]: quia quandoque sanctitas ignoscendi gloriam derelinquit: vt C. de episcop. & cleric. si quis in hoc. 1. respon. & est simile extra de ap. constitutus, in fine. Ioan. d

Ex differentia.] In hoc c. assignat Augustinus sex differentias retributionum: quarum duæ cōueniunt bonis tantum: aliæ duæ malis: aliæ vero duę mediocribus. Et ponit exēpla de omnibus, & ne aliquis excederet modū vlciscendi in retributione, lex ibi modum statuit, cum dixit: Oculum pro oculo. quæ vltio iniustorum iustitia dicebatur: nō quòd vltio, quam lex statuit, mala sit: sed quia ad iudicem magis pertinet vlcisci, quàm ad bonum hominem petere vltionem.

l ¶ *Sex differentiæ.*] retributionum.

m ¶ *Mediocrium.*] hic mediocres appellat illos, qui non sunt summe boni, vel summe mali. Ioan.

n ¶ *Non arguit.*] cum dicit in Euangelio: Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne etiam Ethnici hoc faciunt?

o ¶ *Iniustorum.*] quia vltionis causa sæpe aliqs petit à iudice vt aduersarius puniatur. iste iniuste facit: licet non faciat contra legem.

p ¶ *Ad iudicem.*] qui enim sine iudicis auctoritate violentiam facit, punitur. 16. quæstione 6. placuit.

q ¶ *Iustum.*] scilicet factum iudicis est iustum.

r ¶ *Iniusto.*] id est, ei qui hoc tantum iniuste petit, id est causa vltionis. Simile supra eadem quæstione 1. quid culpatur. ver. fin.

[a] Licet enim quis teneatur dimittere iniurias [com]munes secundum [exc]eptiones [q]. 4. fi. illic. Archidia. b Et ideo dic quòd hic sophistice argumentatus est Goffr.

c Adde alibi nota. per Bal. in l. Libellum. §. fin. ff. de excu. no. Anth. 2. quæst. 7. si quis. infi.

2 Glossa ord. ibi ad ver. [Proco, vel diligerent me] d' Vndecunque enim claruerint crimina, sunt punienda. infra ca. 9. de eccet. Arch.

[1] Ulcisci pro ut cōis cōfessionem licet occidi ut, an tenetur.

[2] Psal. 59. Psal. 19.

[a] al. mediocris

Matt. 8.

Exod. 21.

Act. 17.

Ioan. 10.

[b] al. discerne re

[1] Roby. l. 2. tit. 1. vlim. l. 3. p. 2. c. 55.

[2] Alibi ab exp.

Act. 13.

P Ro membris Christi.] CASVS. Petilianus dicebat, quòd milites Christiani armari non debebant contra se, vel alios hæreticos: quia peccatum est. Sed Augustinus econtra dicit, scilicet, quòd milites pugnantes contra hæreticos non peccant: quia pro defensione ecclesiæ hoc faciunt: & eo animo quo Petrus ferrum euaginauit pro Christi defensione, Hæretici autem cum pugnant aduersus ecclesiam, similes sunt seruo sacerdotis: q aduersus Christum pugnabat. Sequentia duo capit. plana sunt, & per te faciliter videbis. *Facitis*, id est, qui estis inter tales qui similia faciunt.

f ¶ *Petrus fuit.*] ‖ sed nōne Petrus peccauit vtendo gladio: cum hoc non fecit auctoritate superioris: vt infra eadem quæstione 4. ille. & clericis permissum est tantum seipsos defendere: vt extra de homi. suscepimus. & cap. 2. Sed dic, quòd adhuc non fuerat hoc prohibitū clericis.

g ¶ *Ecclesia.*] nō enim est alicui obediendū cōtra ecclesiam. 24. quæst. 1. hæc est fides. & 11. q. 3. Iulianus.

F *Ortitudo, quæ.*] h ¶ *Patriā.*] Hoc casu nō tenetur qui patrem propriū interficit: vt ff. de reli. minime.

i ¶ *Latronibus.*] ‖ quos licet sine auctoritate iudicis interficere: vt infra eadem quæstione 5. cum homo. & C. quando licet vnicuique sine iudic. se vindi. l. prima. 17. quæstione 4. ficut.

Ita fortitudinē.] k ¶ *Eneruat.*] Hoc intelligas de famosis latronibus, ‖ qui licite in furca suspendūtur: vt ff. de pœnis capitalium. §. famosos. sed si non est famosus latro, tantum castigari iubetur: nec debet tunc vitā aut membrum perdere: vt C. de seruis fugitiuis authentic. sed nouo iure. Ioan.

N *On in inferēda.*] CASVS. Ostēdit Ambrosius in hoc c. quòd iniuriam repellere à socio, virtus est: quod probat exemplo Moysi: & auctoritate Salomonis. Sequens capit. patet.

l ¶ *Si potest.*] id est, si est in potestate positus. & ita exponunt quidam b. alias non tenetur: vt infra eadem quæstione 4. forte. in fi. si enim quilibet teneatur alium defendere: ergo si aliquis reciperet pecuniam pro defensione alicuius, teneretur eam restituere: quod non est verūm c: vt ff. quod met. cau. l. metum. §. sed licet. & ff. de don. si pater. §. 1. Cuilibet tamen licitum est defendere alium, si vult. ff. quod met. causa. sed & partus. Sed istis obuiat, infra eadem capit. vltim.

[1] Latronum punitio. Ioan. 18.

cet,cui rerum ordine potestas data est, & ea voluntate vindicet, qua pater γ paruulum filium flagellat, quem per ætatem odisse a nondum potest. Hinc enim aptissimum + exemplum datur, quo satis apparet posse peccatũ amore potius vindicari, quàm impunitum relinqui; vt illũ, in quem + vindicat, non pœna miserum, sed correctione beatum velit: paratus b tamen, si opus sit, æquo animo plura tolerare ab eo illata, quẽ vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi, siue non habeat. c 1 Magni autem, & sancti viri, quamquam + optime scirent mortem istam, quæ animam dissolvit à corpore, formidandam non esse; secundum eorum tamen animum, qui illam timerent, nõnulla peccata morte punierunt: quo & viuentibus vtilis metus incuteretur: & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatũ, quod augeri posset, si viuerent, diminueretur + d. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat Deus. Inde est, quòd Helias morte multos affecit & propria manu, & igne diuinitus impetrato: cum + & alij multi, & magni viri eodem spiritu consulendo rebus humanis non temere fecerint +. De quo Helia cum exemplũ dedissent discipuli Domino commemorantes, quid ab eo factum sit, vt etiam ipsis daret potestatem petẽdi de cælo ignem ad consumendos eos, qui sibi hospitium non præbuerant + reprehendit in eis Dominus nõ exemplum prophetæ sancti: sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animaduertens eos,non amore correctionem, sed odio e desiderare vindictã. Itaque postquam eos docuit, quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiã spiritu sancto, quem decem diebus completis post ascensionem + suam desuper, vt promiserat, misit; non defuerũt tales vindictæ; quamuis multo rarius, quàm in veteri testamento: Ibi enim ex maiori parte seruientes timore premebantur: hic autẽ maxima dilectione liberi nutriebantur. Nam & verbis Apostoli Petri, Ananias & vxor eius (sicut in actibus Apostolorum legimus) exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti.

α ¶ Ea vindicta.] *Apud B. Augustinum, & Anselmum sic legitur*, Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valet etiam. Ipsa enim pertinet ad misericordiam, nec impedit, &c.

β ¶ Seruus.] *Totus hic locus restitutus est ex Euangelio, & Beato Augustino, multaque alia emendata.*

γ ¶ Qua pater.] *in originali legitur*, qua pater in paruulum filium, quem, &c.

Item Augustinus contra Cresconium grammaticum,lib.3.c.51.

¶ Quæ verberi coercendi sint Christiani persequi debeant. C. LII.

2 QVisquis Christianum (inquis) persequitur; Christi est inimicus. Verum dicis e non hoc in illo persequitur, quod Christo est inimicum. Neq; enim dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sint vtrique Christiani, non debent persequi vitia Christianæ contraria veritati. An vero, si non persequantur, non rei negligentiæ merito tenebuntur?

d ¶ Christianum.] *Antea legebatur.* Quisquis Christianus iniquum non persequitur. *Emendatum est ex originali. Sunt enim verba Crescõnij, quod etiam auctor glossæ animaduertit.*

e ¶ Si non.] *Apud beatum Augustinum est,*sed hoc in illo, *Verum Iuo,& Pannormia cum Gratiano concordant.*

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 52.

¶ Quemadmodum homo debet diligere proximum sicut seipsum. C. LIII.

3 DEbet homo diligere proximum tanquã seipsum: vt quem potuerit hominem, vel beneficentiæ consolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum.

Item Augustinus ad Donatum presbyterum,epist.204.

¶ De eodem. C. LIIII.

MAli sunt prohibendi à malo,& cogendi ad bonum.

¶ *De hac re copiosè disputat B. Augustinus in c.dilplicet. Supra ead. Hic vero summa illius disputationis paucis verbis collecta est.*

Ex his omnibus colligitur, quòd vindicta est inferenda non amore ipsius vindictæ, sed zelo iustitiæ: non vt odium exerceatur, sed vt prauitas corrigatur. Sed cum vindicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte; quæritur, an sit peccatum iudici, vel ministro reos morti tradere.

QVÆSTIO V.

1. PVod autem + nulli liceat aliquem occidere; *illo præcepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit dicens.* [*Non occides.*] *Item in Euangelio* [*Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.*]

Item Augustinus ad Marcellinum comitẽ de Donatistis captis, epist.159.

CASVS. Concludit Gratian.ex supradict.s, q vindicta est inferenda zelo iustitiæ, & non amore vindictæ, scilicet nõ vt odiũ exerceatur, sed vt prauitas corrigatur.Cũ vindicta quãdoque inferatur dãnis rerũ, quãdoque flagellis, & quandoque ipsa morte, quæritur an peccet iudex vel minister reos occidendo.

Vod autẽ.] Hæc q.diuiditur in 7. partes. In prima intẽdit probare per 6. auctoritates, q ecclesia pro eis debet intercedere.Secũda ibi, *Hinc apparet.* Tertia ibi. *Seipsum.* Quarta ibi,*Miles.* Quinta ibi, *Ipsis autem.* Sexta ibi, *Præterea,* Septima ibi, *Non solum.*Io.de Fan.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio,qua quæritur an peccet iudex vel minister occidendo reos? Et respondet,q nõ,vt 3.ea.miles. & cap. cum minister, dummodo faciat hoc amore iustitiæ, vt 5.q. proxi. ea vindicta. & quandoque qui non est iudex,sine peccato potest aliũ occidere, scilicet si se defendẽdo occidat, vt 3.ea.c.cũ homo.& 3.50.dist.quia te obnoxiũ. Similiter publicum latronem, vel nocturnum depopulatorem agrorum potest occidere, vt C.quando licet vnicuiq; sine iudice se vindicare, lege vna. Et procedit hoc ordine Gratianus. Primo probat,q mali non sunt interficiendi, vsq: ad §. hic apparet. *Exinde probat,*quòd possunt interfici, vsque ad §.*Si ergo.*& tandẽ dat solutionem.

k ¶ *Quòd autem.*] ‖Nulli licet occidere nisi habeat potestatem gladij, nec tũc licet nisi cũ hoc facit amore iustitiæ, vt 5.q. proxi.ea. vindicta.& 3.e.c.miles. Item si spes est correctionis,nõ debet occidere.sed si non est spes correctionis,potest occidere,vel reddere cum inutilẽ ad malefaciendum,vt 5.quæst.proxi. est iniusta.3.eo. cap.rex debet.si autẽ parat' sit corrigi: nec occidi debet, nec debilitari in mẽbris,vt hic, & 3.e.c. 1. 2. & 3. & hæc vera sunt,q iudex solus potest occidere, nisi sint aliqui nocturni depopulatores agrorum,vel sint latrones in publicis stratis, quos quilibet potest occidere, vt C.

‖ Occidere an sit alicui permissum.

quando liceat vnicuique sine iudi. sesipsum vindi. l. r. & supra eā. q. 3. fortitudo. vel nisi defendendo se, occidat aliquem. extra de homic. c. 2. circa fi. i. ea. c. cum homo. Hug.

Circumcelliones.] CASVS. Quidam hæretici Donatistę interfecerunt quędam presbytorū catholicum nomine Restitutum. quędam vero aliū presbyterū, scilicet Innocentiū verberates eius efoderūt oculū, & digitum præciderunt, propter quæ scelera cū ducti essent ad comitem Marcellianū, verberibꝰ fustigati, rei veritatem sunt confessi. Sed quia Aug. timebat nē propter talia scelera interficerentur, ideo rogat præfatū comitē vt eos non interficiat, licet posset hoc sub dissimulatione transire, cū non fuerūt à clericis accusati, sed à notariis quorū interest, præsentaū. vnde rogat eū vt in monasteriū detrudantur, vel alicui tali deputētur operi, vt eorū audacia refrenetur, & mala quæ fecerunt salutifere valeant emendare.

a ¶ *Restitutū.*] proprium nomen.

b ¶ *Confessor.*] corā laico. & sic est contra, extra de iudi. at si clerici. in fin. sed isti propter hæresim sunt facti de foro eius.

c ¶ *Solicitudo.*] qui eos accusauerat [a], licet non ex nomine, vnde timuit, ꝙ esset reus mortis ipsorū, vt infra c. 5. vnum. in fin.

d ¶ *Nō facias.*] arg. ꝙ in criminibus potest iudex pœnam temperare, arg. contra. i. q. 3. §. notandum.

e ¶ *Interitu.*] ‖ arg. ꝙ iudex secularis potest corrigere clericos incorrigibiles, vt infra c. 5. si audierit. extra. de sent. exc. perpendimus.

f ¶ *Sed illorum.*] iudicum.

g ¶ *Notariis.*] id est officiarius qui deferunt trimina iudicibus, vt 4. q. 4. §. aliquando. sicut testes synodales deferunt crimina episcopis. 35. q. 6. episcopus.

h ¶ *Seruorum.*] id est, quas patiuntur seruii Dei.

ADDITIO. Vel dic ꝙ seruos Dei eos vocat, quia iam egerant pœnitentiā, vt infra ca. proxi. secundum L.

i ¶ *Parte corporis.*] 5. quæstio. proxi. est iniusta. contra. sed hic de corrigibilibus: ibi non.

k ¶ *Damnatio.*] not. iudices posse remittere pœnam. sic 22. quæst. 4. innocens.

l ¶ *Succense.*] id est, irasci.

m ¶ *Inquisitione.*] id est, per inquisitionem criminum.

[a] Hoc nō habetur ex text. vnde dicebat Gof. quòd isti accusati sunt à notariis curiæ. & hoc dehotatur vers. ideoque. ibi, iuxta non accusantibus nostris, &c.

‖ Clerici incorrigibiles possunt à iudice seculari corrigi.

[b] habetur

¶ Mali non sunt interficiendi, sed flagellis emendandi.

1 CIrcūcelliones illos, & clericos partis Donati, quos de Hypponensi ciuitate ad iudicium pro factis eorum publicæ disciplinæ cura deduxerat, à tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorū de homicidio, quod in Restitutum catholicum presbyterum commiserunt, & de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effosso, & de digito præciso fuisse confessos [b]. Vnde mihi solicitudo [c] maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum seueritate plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoq; his literis obtestor fidem tuam, quā habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, vt hoc ne facias [d], nec omnino fieri permittas. Quamuis enim ab illorum interitu [e] dissimulare possemus, qui nō accusantibus nostris, sed illorum [f] notariis [g], ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini, nolumus tamen passiones seruorum [h] Dei, quasi vice talionis, paribus suppliciis vindicari: non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri: sed hoc magis sufficere volumus, vt viui, & nulla corporis [i] parte truncati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coercitione dirigantur, vel à malignis operibus alicui vtili operi deputētur. Vocatur quidem & ista damnatio [k]: Sed quis non intelligat magis beneficium, quàm supplicium nanœupandum; vbi nec sęuiēdis relaxatur audacia, nec pœnitendi medicina subtrahitur? Imple christiane iudex pij patris officium: sic succense [l] iniquitati, vt consulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinē: sed peccatorū vulneribus curandi adhibeas volūtatem. Noli perdere paternam diligētiam, quā in ipsa inquisitione [m] seruasti: quādo tantorum scelerum confessionem non extendente equuleo, non fulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, sed virgarum verberibus cruisti: qui modus coercitionis & à magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in iudiciis solet ab episcopis adhiberi †. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenius inuenisti: inquirendi, quàm puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim & mitissimi homines facinus occultatū diligenter, atque instanter examināt, vt inueniant, quibus parcant.

a ¶ Notariis.] *In libris B. Augustini excusis partim est*, notaria: *partim*, notoria. *In codice Vaticano epistolarū vbique legitur*, notaria: *& epistola 160. in qua de eadem re agitur, in codicibus impressis, ac manuscriptis legitur*, notaria: *itemque in Breuiculo in collatione primi diei secundi, & secūdi bis. De notoriis vero mentio est in lege, ab accusatione. §. nuntiatores. ff. ad S. C. Turpil. & C. de accusat. l. ea quidem. Apuleius etiam libro 7. de asino aureo habet*, notoriam: *Et in glossario legitur*, notoria, ἀναφορὰ.

b ¶ Succense.] *Sic est emendatum, additis etiam nonnullis ex originali, Anselmo, & Polycarpo. Antea erat*, Sic iuce ese iniquitati memineris, vt non in peccatorum, &c.

Idem Marcellino, epistola 158.

¶ Præter suppliciū mortis, ei sint puniendi, &c. III.

2 POena illorum, quamuis de tantis sceleribus cōfessorum, rogo te, vt præter suppliciū mortis sit, & propter conscientiam nostrā, & propter catholicam mansuetudinem commēdandam. Ipse enim fructus ad nos peruenit confessionis illorum; quia inuenit catholica ecclesia, vbi suam erga atrocissimos inimicos seruēt, atque exhibeat lenitatē. In tanta quippe crudelitate, quæcūque præter sanguinē vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris illa [a] atrocitatē commotis videtur indignum, & quasi dissolutionis, & negligentiæ simile; transactis [b] tamen motibus animorū (qui recentioribus factis solent turbulentius excitari) egregie luculenta bonitas apparebit.

Idem Donato, epistola 127.

¶ Mali prohibendi sunt a malo, & cogendi ad bonum. C. III.

3 VNum solū est, quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte, quoniā quidquid mali cōtra Christianā societatem ab hominibus impiis, ingratisque committitur, profecto grauius est, & atrocius, quàm si in alios talia cōmittantur; tu quoque pro immanitate facinorū, ac non potius pro lenitatis Christianæ consideratione censeas coercendum. Quod te per Iesum Christum, ne facias, obsecramus. *& paulo post.* ꝙ Ex occasione terribiliū iudicū, ac legū, ne æterni iudicij pœnas luant †, corrigi eos cupimus, non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec suppliciis, quibus digni sunt,

a ¶ *Per*

a ¶ *Et à magistris.*] ‖ Magistri nō incidunt in canonē verberando clericos causa disciplinæ. extra de sent. excō. super eo. dum tamē non eat ultra castigare, habes 5 ei. q. 4. duo ista. 7. q. 1. ficut. datur autem licet tamē ordo non liberet a patria potestate. vt 54. dist. si seruus. 2. vnde maiorē potestatē habet magister in discipulū, quā pater in filiū: cū magister adhuc post ordinem habeat cum in potestate, per illam decret. super eo. extra. ea. cum voluntate.

‖ Magister & Pater habent aliquā in istis potestatem.

o ¶ *Ab episcopis.*] ‖ non tamen manibus propriis hoc facere potest, vt 86. dist. non liceat. nec per laicum potest hoc facere, sed per clericum, vt extra de sent. exc. vniuersitatis. Est ergo hic argu. ꝙ iudex ecclesiasticus virgis potest punire [b], & quòd clerici virgis possunt puniri, not. 5. q. 5. illi qui. & 45. dist. cū beatus. Ioan.

‖ Episcopus neque laicus potest per seipsum, neque per alios corrigere clericos.

b De hac cōsuetudine. 9. q. 3. his verbis. in gladiis, virgis tamen, &c.

POena.] CASVS. Quidam catholici scelerū atrocitate cōmoti iudicabant Donātistas interficiēdos; qui homicidium & cædem commiserunt in Restitutum & Innocentium catholicos sacerdotes. Sed Aug. scribit comiti Marcelliano, rogans eū vt non interficiat eos, tū propter conscientiā suam, tum propter mānsuetudinē ecclesiæ cōmendandam: sed imponat eis aliam pœnam: quæ quantumcumque fuerit, mitissima reputabitur, dūmodo pœna sanguinis nō irrogetur.

2 Polyc. l. 7. tit. 11. Anſ. l. 11. c. 16.

P ¶ *Pœnā.*] Hic dicitur quòd propter tria parcendum sit istis: tū quia vident ecclesiam læsam habere cōscientiam si ad denūciationem suā isti occidūtur: tū propter spem correctionis: tum propter mansuetudinē ecclesiæ. q ¶ *Tristitiis.* Arg. ꝙ executio sententiæ in causa ciuili vel criminali differenda est. 11. q. 3. cum apud. Argu. contra. 2. q. 1. sicut.

3 Polyc. ibidē. Anſelm. c. 11.

V ¶ *Num solum.*] Augu. rogat Donatum suppliciter sicut potest, ne quosdam hæreticos captos occidat, quos occidi timebat: eo quòd grauius contra Christianos cōmittitur quā contra alios: sed aliis dignis suppliciis coerceantur, vt de suis peccatis valeant pœnitere: alioquin ecclesia operā non exhibebit vt tales hæretici capiantur: quo cōperto licentius contra ecclesiam insultabunt,

a ¶ *Per*

a ¶ *Per operam nostram.*] id est, per querelas nostras. & est hic arg. quòd si iudex suspēdit aliquē ad querelam clerici, ꝙ clericus non possit promoueri, vt 5. cap. prox. & de pœ. dist. 1. periculose. & extra de excess. præla. ex litteris. arg. contra. 5. q. 3. Maximianus. & 7. ea. non vos. & ff. de bo. lib. qui cum maior. §. 1. & est expressum extra de homi. postulasti. & c. tua.

b ¶ *Occidi.*] Argu. est hic pro Hug. qui dicit, ꝙ clericus debeat potius permittere se occidi, quàm quòd ipse occidat, vt dixi supra ead. q. 1. in princ. [a]

[a] Intelligo ergo hoc casū, vbi aliter quæ possumus, non defendere cum ipso, vt ibi dicitur. & hic not. illa lata, occidi in veritis iudicis ingerat. secundū Lo.

Rodest. CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte commendat Aug. Imperatorem, eo quòd per ipsum ecclesiā adiuuatur. In secunda parte rogat eū ne malos morte puniat, sed ad vitam referuet, vt desistere possint peccata quæ cōmittunt. si vero aliter cum sint incorrigibiles, eos punire voluerit, officiū dilectionis contra eos exerceat: & non cupiditatem nocēdi. & ad hoc eum multipliciter hortatur. Secunda pars incipit ibi, *Non vobis.* Seq. cap. non facit ad principale propositū quæstionis, sed cōtinuatur præcedenti cap. vbi dicitur, quia & plectendo.

Rom. 13.

c ¶ *Et nostra.*] Mutuū enim præstant sibi auxilium. 5. ea. principes.

d ¶ *Corrigatur.*] q. d. siue per verba, siue per pecuniam, siue alio modo, non refert. sic supra ead. quæ. 4. ea vindicta. Ioan.

Vid ergo.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. in prima parte redarguit Hieron. quosdam qui dicebāt Deum fuisse crudelem, rigidum & cruentum, quia in diluuio genus deleuit humanum: Sodomam & Gomorrham subuertit: Aegyptios in fluctibus submersit, Israelitas in deserto prostrauit. Et ostēdit quòd ideo Deus hæc fecit in vita præsenti, ne in æternum puniretur, quod probat vno argumēto cornuto, dicens: ea quæ prophetæ dixerunt, aut vera sunt, aut falsa. si vera sunt, ergo in alia vita iterū non punientur, quia prophetā dicit: Non iudicabit Deus bis in idipsum. Si vero falsa sunt, ergo & falsum est quod dicitur, Non consurget duplex tribulatio, & Deus quæ

Deprecatio tradita 3. c. sequenti. c. in fin.

coerceri †. Sic igitur eorum peccata compesce, vt sint, quos pœniteat peccasse. *& paulo post.* ꝙ Proinde, si occidendos in his sceleribus homines putaueritis; deterrebitis nos, ne per operam nostram [a] ad vestrum iudicium aliquid tale perueniat. Quo comperto illi in nostram perniciem licentiori audacia grassabūtur, necesitate nobis impacta, vt etiam occidi [b], ab eis eligamus potius †, ꝙ quàm eos occidendos vestris iudiciis ingeramus.

Idem Macedonio, epistola 54.

¶ Quies ecclesiæ principum seueritate iuuatur. C. IIII.

1 PRodest & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra [c]. Prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur & vestra. Non vobis displiceat, quòd rogamini à bonis: quia nec bonis displicet, ꝙ timemini à malis. ¶ Nam hominum iniquitatem etiam apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verumetiam de præsentibus vestris sæcularibus [a] potestatibus terruit, asserens & ipsas ad dispensationem diuinæ prouidentiæ pertinere. [Omnis, inquit, anima potestatibꝰ sublimioribus subdita sit, &c.] Hæc verba Apostoli vtilitatem vestræ seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionē iussi sunt terrentibus debere, qui timent; ita dilectionem iussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat; sed omnia consulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris; vt nec intercessoris religio contemnatur: quia & plectendo, & ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur [d]. Quòd si tāta est peruersitas, & impietas, vt ei *β* corrigendæ nec disciplina possit prodesse, nec venia; à bonis tamen intentione, atque conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate, siue lenitate, non nisi officium dilectionis impleatur.

a ¶ Sæcularibus.] *Antiquioribus editionibus epistolarum B. Augustini in margine est adscriptum*, de præsentibus vestris securibꝰ terruit. *In Antuerpiana vero est in textu hæc eadem lectio, sed sine dictione*, præsentibus.

β Ei corrigendæ.] *Sic est emendatum ex originali. Antea legebatur*, vt corrigendis reis nec disciplinæ, nec veniæ remedia suffragentur, ab omni tamen intentione, &c.

PALEA. C. V.

2 HOc tamen intelligendum est de illis, quos præsentia supplicia in melius cōmutant, non de illis, qui obstinati sunt in malos qui si semper viuerent; semper peccarent: quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit.

Abest hæc palea à vetustis exemplaribus, quæ collata sunt, vno excepto, in quo est coniuncta capiti superiori.

Item Hieronymus in Naum prophetam ad c. 1.

¶ Inpræsentiarum nonnulli puniuntur: ne in æternum flagellentur. C. VI.

3 QVid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? ipse qui creauit mundum; & consummationem eius faciet. Quòd si vobis videtur crudelis, rigidus, & cruentus, quòd in diluuio genus deleuit humanum, super Sodomam & Gomorrham ignē & sulphur † fluit, Aegyptios submersit fluctibus, Israelitarum cadauera prostrauit in eremo; scitote eum ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternū puniret [e]. Certe aut vera sunt, quæ prophetæ loquuntur, aut falsa. Si vera sunt, quæ de seueritate eius videntur dicere; ipsi dixerūt. [4 Nō vindicabit Domin⁹ bis in idipsum in tribulatione:] Sin autem falsa sunt, & falsum est, quod dicitur [Nō cōsurget duplex tribulatio;] falsa est ergo & crudelitas, quæ in lege descripta est. Quod si verum est, vt negare non poterunt, dicente propheta [Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione;] ergo qui puniti sunt, postea nō punientur: Si autem illi postea punientur; scriptura mentitur, quod dicere nefas est. Receperūt ergo & qui in diluuio perierūt, & Sodomitæ, & Aegyptij, & Israelitæ in solitudine mala sua in vita sua. ¶ Quærat hic aliquis; si fidelis deprehensus in adulterio decolletur; quid de eo postea fiat: Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur, [5 Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:] aut nō punietur, & optandum est adulteris, vt impræsentiarū breui, & cita pœna cruciatus frustrētur æternos. Ad quod respōdebimus, Deum vt omnium rerum, ita & suppliciorū quoq; scire mensuras; & non præueniri [g] sententia iudicis [h]: nec illi in peccatorem [i] exercendæ de hinc pœnæ auferri potestatem: & magnum peccatum magnis, diutur nisque lui [k] cruciatibus. Si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis [l] maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat; tales postea non puniri, quia culpa leuis [m] præsenti supplicio compensata sit.

3 Polyc. l. 7. tit. 11. Anſel. l. 11. c. 16.

Item Gregorius Papa. [6]

Qui rei sunt sanguinis, ab ecclesia non defendi debent. C. VII.

7 REos [n] sanguinis defendat [γ] ecclesia [δ], ne effusione † sanguinis particeps fiat.

γ ¶ Defendat.] *Apud Burchardum & Iuonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, legitur*, non defendat.

Exod. 15.

Gen. 7. & 19.

al. sulphur?

4 Num. 1. secundum 70.

‖ Temporaliter remunerātur aliqui vt puniātur æternaliter.

b Alias, testimonium.

5 De pœnitentia. dist. 1. quærat hic.

c Alias, scilicet terrent. *Leuit. 24 Num. 15.*

al. elui.

B. Hieronymus non videtur putasse illum maledixisse Deo, sed Israelitis: & ita apud interpretes dubia est.

6 Supr. 14. q. 6. hi, qui in sortiis. 7 Bure. l. 19 c. 102. Iuo. p. 11. c. 121.

al. effossionis

8 Ex illo text. inferitur, q. in rebus pōt esse aduocatus pro accusato in crimine. facit tex. in l. 1. ad l. Iul. C. de ep. & cleric.

17.q.4.reum.& hoc verum est siue rei sint, siue non: nisi in casibus extra de immu.eccle.inter.& c.vlt.Sed illos qui non fugerint ad ecclesiam, quandoque iuuabit, quandoque non. si enim est spes correctionis, debet eos iurare, vt supra ead.quæst.proxi.est iniusta. Item si iniuste sint ‖ cõdemnati aliqui, omnibus modis iuuabit eos: si autem iuste, tunc temperate & non importune iuuabit eos: sed tantum intercedendo pro eis, ne ex indiscreta defensione incidat ecclesia in malã opinionem, vt 14.q. vlt. hi qui.& 3.quæst.3. non inferenda. Et licet teneatur aliquos defendere, non tamen tenetur pro eis bellũ mouere, vt C. de episco. aud. addictos supplicio. Ioan.

‖ Condemnati & iuste & iniuste, sunt ab ecclesia iuuandi.

Exod.22. Leuit.20.

HIC APPARET. Hæc est secunda pars q. in qua magister probare intẽdit quòd iudices non peccant occidendo secundum legem: sed illi tantũ peccant qui sine auctoritate & sine iussu diuino hominem occidũt. & hoc probat per multos patres veteris testamẽti. Io. de Fan.

CASVS. Hucusq; probatum est, q mali non sunt morte puniendi. Nunc contrarium probat sex auctoritatibus & exemplis. Postea soluit dicens, q qui habet potestatem occidendi, licite occidere potest malos: sed auctoritate propria hoc nõ potest. quod probat seq.cap.

a ¶ *Illo præcepto.*]nõ occides.

1 Poly.l.7.tit. 11. Anſ.l.13.c.18. Iuo p.10.c.1. Pan.l.8.c.1.

DE occidendis hominibus.] CASVS. Beneuenta. ponit hunc casum, dicens q Publicola dè duobus q̃siuit ab August. primo vtrum quis iuste possit interficere malos, ne ipsi alios occidant. Et respõdet quòd non: nisi sit miles, vel potestas, qui faciat non pro se, sed pro vtilitate aliorum. Secundo an sit peccatũ repellere malos obstaculum interponendo: & si aliquid cõtingat inde præter volũtatem nostram, an nobis imputetur? Et respon. non esse peccatum: nec nobis imputari debet, si aliquid inde contingat. & hoc probat viij. exemplis, scilicet exemplo muli & bouis, equi & canis, Pauli & ferramentorum, arboris & fenestrę. Secunda pars incipit ibi, *Qui vero repelluntur.*

Matt.5.

b ¶ *Miles.*] sub potestate aliqua constitutus, vt infra eadem miles. nisi hoc fiat iniusto bello, vt infra eadem, si homicidium. & in casibus positis in summa huius quæstionis.

‖ Officiũ quandoque est damnosum.

c ¶ *Pro se.*] sic ergo officiatus nõ potest esse aduocatus in propria causa. & ita ‖ officium suum est ei damnosum. ſi. 10.q. 2. hoc ius. sicut nec in causa sua potest quis esse iudex, vt 3.q.4.inter[a]. Vel dic pro se, id est, pro priuato odio [b]. Io. Quod primo dixit, falsum est: cum non inueniatur hoc prohibitum. nec littera ista contradicit. Bar.

a Concor. rex. in l. qui iuriſdicti. m.C. de iurisdict. om. iud. & C. ne quis in ſua cau. per to tum.

b Hoc etiam ſequitur L. 3. q. 7. iudex. 11. que. 3. quattuor. & his abſurdum eſt ali quẽ alij & non

d ¶ *Personæ.*] hoc dicit propter episcopos qui habent iurisdictionem sæcularem, sed non possunt præsidere causis sanguinis, vt 15.q.4. cap.1. & infra eadem, quæst.8. his à quibus. & cap. fæpe.

e ¶ *Vnde.*] quasi dicat cum quis ex officio suo occidit aliquem, nõ est ei imputãdum si ex officio tali sequantur homicidia. Ita cõtinuantur sequentia exempla. Vel sic continua. si aliquis repellendo malos occidat aliquem. hoc non est ei imputandum.

f ¶ *Reus est.*] nisi equus ille fuerat calcitrosus: vel bos fuerat cornupeta. nam si talis nocuerit, bene tenetur dominus, vt ff. si quadrupau. fe. dic. l.1. §.1. & 2. & generaliter si habuerit tale animal quod cõsueuit nocere, vt vrsum, leonẽ, vel aprum, siue ligatum siue non, si occondẽnabitur secundum arbitrium iudicis: sed in ceteris rebus condemnatur pœna dupli, ff. de ædil. edict. hi enim. & l. sequenti.

ſibi, & c. de na. libe. expoſ. ſecundæ. de Pan. ſ. hic teneas. ſi quid ſ. sequitur.

g ¶ *Paulus.*] Arg. q non imputatur clerico qui ad defensionem sui iuris vocat milites, ſi ali quis ibi occidatur. ſic ſupra ead.quæſt.3. Maximianus.

al. Chry. Tiani

Aſt. 23. oti.

h ¶ *Bonum.*] Argu. q ſi aliquis dat operã rei licitæ, quòd non est ei imputandum ſi aliquid mali inde ſequatur, vt 50. diſtinct. ſæpe. & cap. quia te. & diſtinct. 6. teſtamentum. nam Deus eſt inſpector cordis, & non operis, vt 15. quæſt. 6. cap. 1. Item est hic argum. ‖ quòd non omnis qui occaſionẽ damni dat, damnum dediſſe videtur. & hoc habes in brocardis 31. quæſt. 2. de neptis. & diſtinct. 50. ſæpe. ff. ad leg. Aqui. qui occiderit. §. penultimo.

‖ Damni dans occaſionẽ; nõ ſemper damnũ dediſſe videtur.

c Et contra de iniu. c. vlt. & legi. & not. ea tra de teſta. ſi qui. & not. in præd. ca. ſæpe. Arch.

i ¶ *Non poſsit.*] Arg. quòd non ſemper prohibetur bonum propter malum quod ſequi poteſt. Argu. contra 22. q. 1. in nouo. contra 21. diſt. denique. Ioan.

SEIPSVM. Hæc eſt tertia pars quæſt. in quaprobat magiſter per quattuor auctoritates, quòd nullus occidat ſeipſum: quia in illo præcepto, Non occides, intelligitur, nec te nec alium: quia bene ordinata charitas à ſeipſo incipit. Ioan. de Fan.

CASVS. ſupra oſtenſum eſt an aliquis poteſt alium interficere iuriſdictionis poteſtate: nunc vero oſtenditur quòd ſeipſum nulli interficere permittitur. quod probatur per ſeq. capitul.

¶ Ex officio non est peccatum hominem occidere. C. VIII.

1 DE occidendis hominibus, ne ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium: niſi forte ſit miles [b], aut publica functione teneatur, vt non pro ſe [c] hoc faciat, ſed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi etiam ipſe eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius cõgruit perſonæ [d]. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant: etiam ipſi aliquid fortaſſe præſtatur. Hinc autem dictum eſt. [Non reſiſtamus malo,] ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum paſcit, non vt correctionem hominum ne gligamus. Vnde [e] nec reus eſt mortis alienæ: qui cum ſuæ poſſeſsioni ex lapidibus [a] murum circumduxerit, aliquis ex ipſorum vſu percuſſus intereat. Neque enim reus eſt [f] Chriſtianus, ſi bos eius aliquẽ feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat: aut ideo non debent Chriſtianorum [g] boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis. An [h] vero, quoniam Apoſtolus Paulus [i] ſatis egit, vt in Tribuni notitiam perferretur inſidias ſibi à quibuſdam perditis præparari, & ob hoc deductores accepit armatos; ſi in illa arma ſcelerati homines incidiſſent; Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret? Abſit: vt ea quę propter bonum [k], ac licitum facimus, aut habemus; ſi quid per hæc præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioqui nec ferramenta domeſtica & agreſtia ſunt habenda; ne quis eis vel ſe, vel alterum interimat: nec arbor aut reſtis, ne quis ſe inde ſuſpendat: nec feneſtra facienda eſt, ne per hanc ſe quiſquã precipitet. Quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non poſſem? Quid enim eſt in vſu hominum bono, ac licito, vnde non poſsit etiam pernicies irrogari?

Hincapparet, quòd mali flagellis sunt coercendi, non membrorum truncatione, vel temporali morte plectendi. Sed obiicitur illud, quod Dominus ait ad Moyſem [*Maleficos non patieris viuere.*] *Item* [*Qui coierit cum iumento, morte moriatur:*] *Adulterio etiam, vel blaſphemiæ crimine notatus immiſericorditer lapidari iubetur.*

¶ *Item, Moyses, qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit. Samuel etiã Agag pinguiſſimum regem in fruſta conſcidit. Phinees quoque Iudæum cum Madianita coeuntẽ gladio tranſfixit: quod eſt ei reputatũ ad iuſtitiam. Similiter nonnulli in veteri teſtamento inueniuntur malos trucidaſſe: nec tamen tranſgreſſores legis, ſed defenſores appellantur. Prohibetur ergo illo præcepto* [2] *quiſquam ſua auctoritate in necem alicuius armari, non legis imperio reos morti tradere. Qui enim publica poteſtate functus, ipſius legis imperio malos perimit; nec illius præcepti tranſgreſſor, nec à cœleſti patria alienus habetur.*

Vnde Auguſtinus ad Publicolam, epiſt.154.

¶ Ex lapidibus.] *Sic eſt emendatum ex codice Vaticano epiſtolarum B. Auguſtini. Nam in impreſsis deſunt iſtæ voces. Apud Gratianum vero erat,* ſuæ poſſeſsioni murorum ambitum circumduxit.

Seipſum etiam perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur.

Vnde Auguſtinus libro primo de ciuitate Dei, c.17. & 18.

¶ Qui Deo auctore bella geſserunt, præcepta non occidendi nequaquam tranſgreſsi ſunt. C. IX.

2 SI non licet priuata poteſtate alicui hominẽ occidere vel nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit; profecto etiã qui ſeipſum occidit, homicida

2 Tuo p.10.c.4 Pan.l.8.c.1.

terficere, ne ab alio interficiatur: vel vtrum liceat ipſum interficere causa immortalitatis, id eſt, gloriæ adipiſcendæ: vel causa cauendi, id eſt, vitandi futura peccata: vel curandi criminis, id eſt, remouendi? Et reſpondet quòd non: & hoc probat quattuor modis. Primo, argumento à minori: quia non licet occidere alium innocentem: ergo multo minus ſeipſum. Secundo, quia Iudas fuit reprehenſus, quia ſeipſum occidit quamuis ſceleratus fuiſſet: multo magis reprehendi debet qui ſe innocentem occidit. Tertio, quia in lege prohibitum eſt (vt ibi dictum eſt) Neminem occides. Quarto probat hac ratione quia ſi contra ſe nemo falſum teſtimonium dicere debet, ergo multo minus contra ſe mortem inferre debet. Secundo quæſitum fuit an liceat alios interficere? Et reſpõdet quòd non, niſi vel lex vel Deus iubeat occidi. propter quod Abraham, Iephte, & Sampſon, excuſati fuerunt. Secunda pars incipit ibi, *Sed his exceptis.* Et quod dicitur ibi *mortalitatis*, id eſt, gloriæ habendæ: quia credens ſe iuſtum volens migrare ad gloriam, ſeipſum occidit. vel immortalitatis, id eſt, inanis gloriæ, vt aliquid dicatur de ipſo, quòd ſic videtur deſpiſcere mundum.

2 ¶ *Et*

1 Concor.l.2. Cyprian. & c. de. 2. regula. Iſtit. 27.

2 ¶ *Et tanto.*] id eſt, magis peccat bonus ali quis ſe occidẽdo quàm malus: quia malus credit ſe mereri per hoc.

b ¶ *Cauendique.*] id eſt, q̃a cauere volumus ne aliquis nos lædat.

Eleemoſyna ſit primo gſſeruãda de-

c ¶ *Semetipſo.*] ‖ Vnde quilibet primo ſibi faciat eleemoſynã: deinde proximo. de pœni. diſt. 3. cap. qui vult. vnde poſſum mihi conſulere cum damno alterius, vt ff. ad legem Aquiliam. ſi quis ſumo. arg. cõtra 12. q. 2. primum. & 11. q. 3. ſi quis vero.

d ¶ *Exceptus.*] Arg. q̃ perſona ad quam loqui mur, nõ intelligitur excepta in generali ſermone [2], vt ff. de pig. Paulus. §. vlt. Item arg. eo ipſo q̃ qui nõ excipitur, intelligitur includi, vt 3. 55. diſt. ſi Euangelica. & extra de iure pat. ex litteris. Item eſt hic arg. quod id quod de vno dicitur, de omnibus aliis intelligendum eſt, vt 2. q. 1. multi. & 3. diſt. 4. denique. & diſt. 5. ad eius. Item arg. ‖ q̃ verbum indiffinite prolatum, generaliter intelligẽdum eſt, vt 31. q. 1. q̃ ſi dormierit.

2 Secus per ſonas loquens. in. diſt. deinde hoc. Cath.

‖ Verbum indiffinite prolatum eſt generaliter intelligendum.

3 extendi] orig. Zab. 10.

Vidiſti.] CASVS. Petiliani dicebat quòd Iudas & alij ſimiles qui ſe pro peccato interimunt, debeant martyres reputari quòd puniant in ſe quod dolent commiſiſſe. Et reſpondet Aug. hoc non eſſe verum: quia nõ debent martyres reputari qui collum ſibi ligauerunt. Seq. cap. patet: & quod dicitur ibi, *Aſq; eo.* inclusiue tenetur, id eſt, nec in eo caſu.

e ¶ *Tu dixiſti.*] Iſte dixit Iudã martyrem eſſe, cum pœnitentia ſit vindicta puniẽs in ſe quod ſe commiſiſſe dolet, vt 3. de pœn. diſt. 3. pœnitentia. vnde dicebat q̃ licitum eſt cuilibet pro peccatis ſuis ſe occidere.

Matt.22.

f ¶ *Talibus.*] ſi ſunt verba Aug. dic talibus, id eſt, malis.

g ¶ *Martyrum.*] 3. 1. q. 1. vide. 3. 24. quæ. 3. quod autem.

h *Non eſt.*] ¶ *Abſq; eo.*] dicunt quidã quòd vbi fides eccleſiæ & caſtitas corporis impugnatur, licet alicui ſe occidere, vt hic innuitur: ‖ cum tamen Aug. dicat quòd ad quodcunque malũ quis cogatur, non poteſt ſe occidere, vt 3. ead. q. 4. diſplicet. melius poteſt legi hæc dictio, abſque, inclusiue b. q. d. nec in iſtis (in quibus magis videtur) licet alicui ſe occidere. ſic ponitur ibi, Pulchræ ſunt genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet. ſic ponitur hæc dictio abſque, inclusiue 35. q. 3. progeniem. & ff. de pig. act. l. 1. 13. q. 2. Ebron.

‖ Mortuus etiã ſine pœnitentia, admittitur ad eccleſiæ orationes.

i ¶ *Submittere.*] id eſt non reſiſtere.

Lacuit.] CASVS. Quæritũ fuit in cõcilio Bracharenſi vtrum commemoratio debeat fieri in altari pro iis qui aliquo modo mortẽ ſibi inferunt, vel qui pro ſuis ſceleribus interfiũtur, vel vtrum eorũ cadauera ſint ſepelienda cum pſalmis? Et reſpondet quòd non.

† *al. ius legis*

k ¶ *Voluntarie.*] ſecus ſi per furorem: tunc non imputaretur, vt 15. q. 1. ſi quis inſaniens. & cap. illa.

Gen.22.

Iud.11.

Iud.16.

l ¶ *Commemoratio.*] ſed nonne cum illi communicauimus viuo, ergo illi mortuo communicabimus? vt 24. q. 2. ſane? Sed illud intelligas de cõmunione ſacramẽtorum, quæ datur in fine. Sed hæc ſolutio non eſt ſufficiens. ‖ nam ſi q̃s mortuus eſt ſine ſacramentis illis, & ſine pœnitentia (ſi tamen fuit honeſta cauſa mortis) bene admittitur ad orationes eccleſiæ, ſi. extra de ſepul. ex parte.

‖ Sepultura quandoque cõtrito denegatur.

m ¶ *Ad ſepulturam.*] videtur ergo q̃ tales ſepelientur, vt hic, & 3. ea. q. 8. quicunque. ſed hoc non eſt verum. & intelligas illud de canina ſepultura ‖ nam & contrito quandoque denegatur eccleſiaſtica ſepultura, vt extra de tornea mentis, c. 1. & extra de rapt. ſuper eo.

a ¶ Pro

Matt.5.

Non autem.] *Sic eſt emendatũ ex originali præſertim Antuerpiano. Nam antea totus hic locus multo aliter ſe habebat. ſunt autem & alia multa reſtituta.*

Item contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 49.

¶ Nemini licet ſibi manus inijcere. C. X.

3 TV dixiſti [c], laqueo traditor periit, laqueum talibus [d] dereliquit. Hoc ad nos omnino non pertinet. Neque enim veneramur nomine martyrum [g], eos, qui ſibi collum ligauerunt.

3 Tuo p. 2. c. 99. & par. 10. c. 7.

Item Hieron. in Ionam prophetam ad c. 1. non longe à fine.

De eodem. C. XI.

4 NOn eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter excipere. Vnde & in perſecutionibus non licet propria perire manu (aſque eo [h], vbi caſtitas periclitatur,) ſed percutienti colla ſubmittere [i].

4 Pan.l.8.c.3.

Item ex concilio Bracharenſi primo, c.34.

¶ Nulla ſit oratio pro his, qui ſeipſos interficiunt. C. XII.

5 PLacuit, vt qui ſibi ipſis volũtarie † [k] aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitiũ, aut per ſuſpendium, vel quolibet modo violentam † inferunt mortem: nulla prorſus pro illis in oblatione cõmemoratio [l] fiat: neq; cum pſalmis ad ſepulturã [m] eorũ cadauera deducantur

5 Burc.l.19.c. 130. Iuo p.10. cap. 188. & p.15.c. 140.

† abeſt ab orig.

† *al. violente*

a ¶ *Pro suis scelerib⁹.*] ſicut fures & latrones, vt extra de fur. fures. niſi fuerint contriti, vt 13.q.2.c.vlt.

Miles.] Hæc eſt 4. pars quæſtio. in qua probat magiſter per 11. auctoritates, q̄ non peccant iudices vel miniſtri ſi malos occidũt: ſ tamẽ non animo vlciſcendi, ſed animo iudicandi faciunt. Io. de Fan.

CASVS. Quæſitũ fuit ab Aug. vtrum miles ſit reus homicidij, qui ſuæ poteſtati obediens hominem interfecit? Et reſpondet q̄ non. Si autẽ ſponte & propria auctoritate hoc fecerit, reus eſt homicidij. Sequentia tria capitula per te formare poteris.

b ¶ *Imperij.*] Arg. q̄ ratione mãdati excuſatur aliquis etiam ſi contra conſcientiam faciat, vt ea.q.1. quid culpaẽ. in fi. extra de offic. iudi. dele. paſtoralis. §. quia vero.

c ¶ *Spõte.*] Arg. q̄ non excuſatur vxor, quæ reddit debitum illi quem ſcit cõſanguineũ ſuum, de mandato eccleſiæ. ſed diſtinguitur, vt extra de ſenten. excom. inquiſitioni. & de reſti. ſpol. litteras.

d *Ex æterna.*] ¶ *Siſpõtaneus.*] ſi. 14.q.5. dixit. Ad hoc facit. 22.q.2. Abraham.

e *Officia vindictæ.*] id eſt, vindicta ex officio.

f ¶ *Quomodo lex.*] in extraordinariis, vbi non eſt ſtatuta pœna criminis. a

g ¶ *Iudex.*] id eſt, vbi eſt ſtatuta pœna criminis ad vtrumq;, extra de offi. & pote. iudi. deleg. de cauſis. verſus finem.

h *Non eſt.*] ¶ *Criminis.*] ſupra 45. diſt. & qui emendat.

i *Non fruſtra.*] ſupra diſtin. 4. factæ ſunt.

k ¶ *Modos.*] ad quid fiãt, vt 8.q.4. qui peccat.

l ¶ *Cauſas.*] nam ſine cauſa nemo puniendus eſt. 16.q.vlt. inuentum.

m ¶ *Rationes.*] nam ſecundum leges iudicandum eſt. 3.q.7. iudicet.

n ¶ *Vtilitates.*] nã hoc ſolum bene agitur, vt vita hominũ corrigatur, vt ſ. ea. prodeſt. Ioan.

1 Iuo p.10.cã. 98. Pann.l.8.c.35.

Vm homo.] CASVS Macedonius de duobus quæſiuit ab Aug. Primo vtrũ ſit peccatum occidere hominem? Et reſpondet quòd quãdoq; eſt peccatum, vt ſi fiat ab inimico, vel latrone. & quãdoq; nõ, vt ſi fiat à iudice, vel officiali, vel milite. Secundo quæſiuit an qui præſtat alicui occaſionem mortis, ſit homicida? Et reſpondet q̄ quandoque homicida eſt, vt contingit de eo qui fideiuſſorẽ decipit. & quãdoq; nõ, ſicut contingit in puella à qua ſtuprum petitur:

3 Iuo p.10.ca. 106. Pan.l.8.c.40.

4 Iuo p.10.ca. 107.

deducãtur. Multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus a puniuntur.

Impœnitentes, ſubaudiatur. Item Auguſtinus in eodem lib. primo de ciuitate Dei, cap. 26.

¶ Nõ eſt reus homicidij miles, q̄ poteſtati obediens hominẽ occidit. C. XIII.

Miles cum obediens poteſtati, ſub qua legitime cõſtitutus eſt, hominem occidit; nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij: immo, niſi fecerit, reus eſt impe rij b deſerti, atque contẽpti. Quòd ſi ſua ſponte, atque auctoritate feciſſet; in crimen effuſi humani ſanguinis inciderit. Itaque vnde puniatur, ſi fecerit iniuſſus; inde puniatur, niſi fecerit iuſſus.

Item in quæſtionibus Exodi, quæſt. 39. ad c. 11.

¶ Homicida eſt, qui ſponte occidit, quos iudex iubet occidi. C. XIIII.

Vm miniſter iudicis occidit eum, quem iudex iuſsit occidi; profecto ſi id ſponte c facit, homicida eſt, etiam ſi eum occidat, quem ſcit à iudice debuiſſe occidi.

Idem lib. 22, contra Fauſtum, c. 73.

¶ Sicut iuſta iudicum obediẽtia, ita reprehenditur, qui ſibi non conceſſa vſurpat. C. XV.

Ex æterna ita medio quodam loco poſuit aliqua hominib⁹; vt in eis vſurpandis merito reprehendatur audacia: in exequẽdis autem iure obediẽtia laudetur. Abraham d, ſi ſpontaneus in occidendo filio motus fuiſſet; execrabilis haberetur: at iubenti Deo obſecundans famulatus eſt.

d ¶ Abraham.] *Confectum eſt hoc caput ex verbis B. Auguſtini, ſed collectoris arbitratu immutatis. Atq; hæc quidem pars ſic apud illum habet.* Quapropter ſi in occidendo filio ſpontaneus motus execrabilis, Deo autem iubente obſecundans famulatus non ſolum inculpabilis, verum etiam laudabilis inuenitur; quid Moyſem Fauſte reprehendis, q̄ expoliauit Aegyptios, &c.

Item in quæſtionibus ſuper Euangelia, lib. 1. q. 10.

¶ Bono animo e ſ. officia vindictæ poſſunt impleri. C. XVI.

Officia vindictæ e poſſunt impleri bono animo: quo modo lex f, quomodo iudex. g.

Item ad Macedonium, epiſt. 54.

¶ Non eſt iniquus, ſed humanus, qui crimẽ, perſequitur, vt hominem liberet. C. XVII.

Non eſt iniquitatis, ſed potius humanitatis ſocietate deuinct⁹; qui, propterea eſt criminis h ꝓſecutor, vt ſit hominis liberator.

Idem in eadem epiſtola.

¶ Quare ſint inſtituta regia poteſtas & legalia tormenta. C. XVIII.

& in patre à quo timet filius verberari: & in eo pro quo, quia liberatus eſt, alius ſe occidit. Secunda quæſtio incipit ibi, *Et aliquando.*

o ¶ *Latro.*] Furem nocturnũ licet occidere: ſed diurnũ non, niſi te lo ſe defendat, vt extra de hom. ſi perfodiens. ſi autem fur nocturnus poterat deprehendi ſine læſione, tenetur ille qui eum occidit, vt ff. de fica. furẽ nocturnum. Item latronem inſidiantem in itineribus licet cuilibet occidere, vt C. quando lib. vni. ſi. iur. fe vin. l. 1. & 2.

p ¶ *Potius.*] ſ. proxi. q. vlt. qui aliorum.

p ¶ *Potius.*] ſic magis punitur conſulens quã faciens b, vt infra proxi. q. vlt. qui aliorum. & 86. diſt. tanta. Inquirendum etiã eſt quis primo cauſam mali præbuerit, vt C. ad legem Iuliam. de vi pu. ſi qui. & ff. ſi quadru. pau. fecif. dica. l. 1. §. cũ arietes.

q ¶ *Supplicium.*] ſed certe illud nullo iure c inuenitur, q̄ fideiuſſor poſsit occidi ſi non exhibet illũ pro quo fideiuſſit, licet fideiuſſerit ꝓ reo criminis. ſed ſi fideiuſſor ſine dolo reũ criminis non exhibet, pecuniariter punitur. ſed ſi dolo eum non exhibet, punitur arbitrio iudicis, vt ff. de exhi. re. l. ſi quis reum. & C. ad Tur pil. l. 2. potius ergo reſpicitur hic factum vel conſuetudo alicuius loci, quàm ius.

Rincipes.] CASVS. Dicit in hoc cap. quòd principes fæculi ad hoc ſunt inſtituti, vt eccleſiaſticam diſciplinam defendant, vt quos ſacerdotalis ſermo non corrigit, coerceat ſæcularis poteſtas. De quo, ſi non fecerint, apud Deum reddituri ſunt rationem. Seq. cap. planum eſt.

r ¶ *Principes.*] Hæc quattuor capit. ad hoc inducuntur, vt principes eccleſias defendant, & reos non permittant viuere.

s ¶ *Intra eccleſiam.*] laici habent iuriſdictionem multipliciter intra eccleſiam. Quandoque in perſonis ipſis cum ſint incorrigibiles, vt 32. diſtinct. eos qui. & infra ead. queſt. de Liguribus. Item quandoque propter ambitionem alicuius, vt 79. diſtinct. ſi quis pecunia. Item cum fidẽ volunt ſubuertere, vt diſtinct. 8. quo iure. & ſupra eod. cap. primo & 17. diſtinct. nec licuit. Item cum falſarius eſt clericus, vt extra de cri. fal. ad falſariorum. Item cum & ſchiſma faciunt clerici, & cum contemnunt excommunicationem, vt infra ead. quæſt. de Liguribus. Item & vbicumque eccleſiaſtica poteſtas deficit, vt hic.

¶ Fœt nocturnum, ſ. non diurnum, licet occidere.

¶ Latronẽ inſidiantẽ in itinere licet cuilibet occidere.

5 Iuo p 10.ca. 108.

a Quia in eis Deo ſeruitur, dominantur.

b Arg. l. 1. ſ. ſi plures. & ibi Bart. ff. de excer. & per. Salicin l. 1. C. de ſe. fu git.

6 Iuo ibidem.

c Diuino & humano. l.

7 Poly. l. 6. cita. Burc. l. 15. c. 43 Iuo p. 16. c. 44.

hic. Item & cum tributũ petunt ab eccleſia, vt 7. ea. q. 8. conuenior.

a ¶ *Non prævalet.*] 5. diſt. 96. duo. 5. diſt. 10. quoniam. 5. 11. q. 1. iſtud.

b *Reſ autem.*] ¶ *Cõfeſsionẽ.*] id eſt, ad eccleſias Chriſtum confitentes. a

Neſtuoſi.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̄ mali qui per eccleſiam non poſſunt corrigi, volentes in ſuis criminib⁹ perdurare, coerceri debent per brachium ſæculare.

c ¶ *In priſtinis.*] §. 82. diſt. plurimos. Io.

Egum.] CASVS. Dicit Hier. in hoc c. quòd principes debẽt defendere vi oppreſſos & peregrinos, viduas & pupillos. Et hoc probat auctoritate Hieremiæ, q̄ incipit ibi, *Nolite ò reges Iudæ. Intulit*, ſcilicet Hieremias.

d ¶ *Oppreſſos.*] Hic videtur, q̄ ad iudicii ſæcularis ſpectet defendere oppreſſos & viduas & pupillos, vt ſ. ea. admiſtratores. & ſ. ea. q. 3. ab Imperatoribus. & C. qñ imperat. inter pupil. & vid. l. vnica. Sed cõtra ſ. 23. quæſt. vlt. ſi quis de potentibus. 87. diſt. deſolatis b. & cap. 1. & 2. & 12. q. 2. omnis ætas. Dicquòd ad vtrumq; pertinet, potius tamẽ ad eccleſiã. extra de foro cõpet. ex tenore.

e ¶ *In loco iſto.*] id eſt in eccleſia. Ioan.

IPSIS AVTEM. Hæc eſt 5. pars quæ. in qua magiſter probat, q̄ fides debet ſeruari principibus & hoc probat per duo ca. Io. de Fan.

CASVS. Grat. dicit q̄ principibus exhibere debemus fidem & reuerentiam. De fide tractat in cap. ſi apud. de reuerentia in cap. dicat.

Sapud.] CASVS. Oſtendit Hiero. hic, quod illi qui carnali domino in minimis fuerũt fideles, maiora præmia apud Deum conſequentur: quia ſeruant doctrinam domini, qui ſuæ cõditioni impoſita non denegat. Nec potẽſt eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui carnali domino fidẽ non exhibet.

f ¶ *Conditioni.*] Nota, q̄ quilibet debet facere quæ ſuæ cõditioni cõueniunt, vt 93. diſt. legimus. & 7. q. 1. ſi quis epiſcopus. & eſt hic argu. contra clericos, quibus diſplicet conditio ſua, qui comã volunt nutrire. extra de vita & honeſta. cleri. clericus.

g ¶ *Qui cõtradictor.*] 5. 17. q. vlt. ſi quis ſeruũ.

a Quia in eis Deo ſeruitur, dominantur.

b Iuo p. 10. ca. 98.

1 Iuchl. 7. q. 29. in p. 5. q. 5.

2 ā cap. Ia. q. 4. ℓ Alias inciſi, defenſio. in fine ſ. c.

3 Iuchl. 7. q. 29.

diſciplinam, quam eccleſiæ humilitas exercere non prævalet a, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat: & vt veneration em a mereatur, virtutem poteſtatis impertiat. Cognoſcant principes ſæculi Deo debere ſe rationem reddere propter eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax, & diſciplina eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuã eccleſiam credidit.

a ¶ Veneration em.] *In variis editionibus huius libri legitur*, & vt veneratione mereatur, virtute poteſtatis impertiat. *In concilio Pariſienſi ſub Ludouico, & Lothario lib. 2. c. 2. vbi hoc refertur, legitur*, & vt veneration em mereatur, virtutem poteſtas impertiat. *Apud Iuonem vero (Nam Burchardi codex manifeſtum habet mendum) hoc modo*, & ſic veneration em mere tur, vt virtutem poteſtatis impertiat.

Item Leo Papa, epiſt. 29. ad Pulcheriam Auguſtam.

¶ Et regia poteſtas, & ſacerdotalis defenſio auctoritas, qua ad diuinam conſeſſionẽ pertinent. C. XXI.

Es autem humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt; niſi quæ ad diuinam confeſsionem b pertinent & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas.

Item ex concilio Turonenſi 3. c. 41. 2

¶ Sacerdotalis admonitio, quos corrigere non valet, ſæcularis potentia coerceat. C. XXII.

Neſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur: ſed aliqui ex illis ſacerdotum nolunt admonitionibus aurẽ accõmodare, volentes in priſtinis c perdurare criminibus: quos oportet per ſæcularis potentię diſciplinam à tam praua conſuetudine coerceri; qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt reuocari.

Item Hieronymus ſuper Hieremiã, ad c. 22.

Malos coercere, & bonos fabricare, Regum officium eſt. C. XXIII.

Egum officiũ † eſt propriũ, facere iudicium & iuſtitiam, & liberare de manu calumniatorũ vi oppreſſos d, & peregrino, pupilloq; & viduæ, qui facilius opprimũ tur à potẽtibus, præbere auxilium. Et, vt curam eis præceptorum Dei maiorem iniiceret, intulit, [Nolite contriſtare,] vt non ſolum non eripiatis, ſed ne patiamini quidem per veſtram conniuentiam ab aliis contriſtari, [& ſanguinem innocẽtem nõ effundatis in loco e iſto.] Homicidas enim, ſacrilegos, &c. *& poſt pauca.* ¶ 4 Si, inquit, hæc feceritis ò Reges Iuda; tenebitis priſtinam poteſtatem.

5 *Ipſis autem principibus, & poteſtatibus fidem, & reuerentiam ſeruari oportet: quam qui nõ exhibuerit, apud Deum præmia inueuire non poterit.*

Vnde idem Hieronymus in epiſtola ad Titum, c. 2. ad verſ. Serui dominis.

¶ Aeterna mercede fraudatur, qui fidem, & reuerentiam proteſtatibus ſeruare contemnit. C. XXIIII.

SI apud carnales dominos in mi nimo fideles fuerint; incipient eis apud Deum maiora committi. Ornat autem doctrinam Domini qui ea, quæ conditioni ſuæ apta ſunt, facit: & è diuerſo confundit eam; qui non eſt ſubiectus in omnibus; cui conditio ſua diſplicet; qui contradictor g, atque fraudator, in nullo fidem bonam oſtendit. Quomodo h enim poteſt fidelis eſſe, in ſubſtantia Dei; qui carnali domino fidem exhibere nõ potuit?

Item Ambroſius in lib. 1. de Patriarchis, id eſt de Abraham, c. 3.

¶ Militaris diſciplina Regi omnia ſeruiat. C. XXV.

Dicat † aliquis, cũ ipſe vicerit quomodo dicit Abrahã i ad rẽgem Sodomorũ, [nihil ſumam abs te,] cum præda vtique in poteſtate victoris fuerit? Docet † militarem diſciplinam, vt regi ſeruentur omnia k. Sane his, qui ſecum fuiſſent in adiumentum fortaſſe ſociati, partem emolumenti tribuendam aſſerit, tamquam mercedem laboris. Ideoque, quoniam ſibi mercedem ab homine non quæſiuit; à Deo accepit: ſicut legimus ſcriptũ; quia poſt hæc factum eſt verbum Domini ad Abraham in viſu dicens. [Noli timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit valde.]

6 *Præterea, ſicut principibus, & poteſtatibus fidem & reuerentiam exhibere cogimur; ita ſæculariũ dignitatum adminiſtratoribus, defendendarũ eccleſiarum neceſſitas incumbit. Quod ſi facere contempſerint, à cõmunione ſunt repellendi.*

Vnde Ioannes octauus.

¶ Quorimonias eccleſiarum, qui indigentibus agunt, attentius debent audire. C. XXVI.

Dminiſtratores plane ſæcularium dignitatũ, qui ad eccleſiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumque refrænationem conſtituti eſſe proculdubio debẽt; quoties ab epiſcopis, & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint; eorum querimonias attentius audiant, & ſecundum quod neceſsitas expetierit, abſque negligentia examinent, & diligẽti ſtudio corrigant. Quòd ſi Dei timorem præ oculis non habentes negligere poſt ſecundam & tertiam admonitionẽ inuenti fuerint; omni ſe nouerint communio-

h ¶ *Quomodo.*] arg. ſ. 2. q. 7. non poteſt.

Dicat.] Ambroſ. docet in hoc c. q̄ qui reuerentiã domino ſuo exhibet, à domino præmiũ reportabit. Et hoc probat exẽplo Abrahæ: qui quoniã exhibuit reuerentiã regi Sodomorum cedẽdo ſibi prædã, quam ab inimicis receperat: præmiũ à Domino meruit.

i *Abraham.*] cum reuerteretur de cæde quattuor regum.

k ¶ *Omnia.*] Hæc litera videtur ſibi contradicere in eo q̄ dicit hic q̄ regis ſint omnia, & iam dixit quòd omnia ſint vi ctoris. & etiã in Geneſ. dixit, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt. Ad hoc dicas q̄ Abraham non ſuberat iſti regi, nec de regno ſuo erat: & ideo præda erat in ſua poteſtate: alioquin ſi non fuiſſet ſua, non potuiſſet inde dediſſe decimas Melchiſedech: ‖ ſed ſi ſub aliquo militetur, præda tota domini eſt: ſed ipſe tenetur æqualiter diuidere ſecundum perſonarum qualitates, vt ſ. diſtin. 1. ius militare. ſicut decimæ dantur epiſcopo vt eas diuidat. 12. q. 2. conceſſo. quod ergo dicitur quòd de iure gentium noſtra fiunt quæ capimus in bello, vt ff. de acqui. re. do. naturale. §. vlti. verum eſt quòd capiẽtis eſt: ſed tamẽ tenetur domino dare, vt diuidat ſecundum merita hominum. Io. de Fan.

† *Dicet* ſcripſit *Gen. 14.*

‖ Præda publica eſt dominis, ſub quo militatur.

† *al. Decet*

Gen. 15.

PRAETEREA. Hæc eſt 6. pars quæſt. in qua ꝓbatur, quòd principes tenentur eccleſiam defendere: aliàs excommunicẽtur. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra oſtenſum eſt quòd principibus & poteſtatibus fidẽ & reuerentiam exhibere debemus: nunc oſtendit Gra. quòd vice verſa principes eccleſiam defendere debẽt: alioquin à communione ſunt repellendi. Et ad hoc induc it ſeq. cap.

Dminiſtratores.] CASVS. Statuit Ioannes in hoc c. q̄ principes ſæculi, qui conſtituti ſunt ad malorũ audaciam refrænandam, & ad tuitionem viduarum & pupillorum: quoties ſuper hoc admoniti fuerint ab epiſcopis, diligenter audire debent: & quę corrigenda fuerint, corrigere: ſi autem poſt ſecundam & tertiam admonitionem fuerint negligentes: vſque ad dignam ſatisfactionem debent

5 Anſ. l. 3. cap. 107.

debent à communione repelli. Illa ca. quæ sequuntur vsque ad capit. si audieris. plana sunt per se.

a ¶ *Priuatos.*] Videtur ergo q̃ ipso iure sit excommunicatus princeps, qui non facit iustitiam clerico.

On solum.] Hæc est septima pars quæstionis, in qua probat magister, q̃ mali sunt puniẽdi per iudices & per reges, & quandoque occulto iudicio diuersi; modis, & tales vltores non peccant, dum tamẽ amore iustitiæ hoc faciant, & hoc probat per 24. cap. Io. de Fan.

b *Minister.*] simile 15. q. 1. nec eis.[a]

c ¶ *Fortitudines.*] id est, dæmones, & ita est bonũ, q̃ dæmones sunt, vt ſ. ea. §. vlt. sic bonum est, quòd hæretici sunt. vt ſ. proxi. 11. q. vlt. c. vlt.

d *Vi malos.*]

Vasa interfectionis.] i. potestatẽ.

e ¶ *Minister.*] & tales qui mittuntur ad puniẽdum malos, dicũtur abesse causa reipublicæ, vt ff. ex qui. cau. ma. q. mittuntur. §. quæritum.

f ¶ *Homicidas.*] ‖ Hic habes quòd homicidæ, & sacrilegi, & venefici, capite puniũtur. de homicidis patet, vt de pœn. dist. 1. si quis cum telo. De veneficis similiter patet, vt ff. ad legẽ Corneliã. de sic. l. 3. De pœna sacrilegorum habes 17. q. 4. p totum. ff. ad legem Iuliam. pecu. sacrilegij.

Si audieris.] Cyprianus fuit interrogatus an mali post aduentum Domini in hũc mũdum morte sunt puniendi? Et certe respondet quòd sic: quia si ante aduẽtũ Christi hoc fiat, vt probatur auctoritate Deuteronomij, & exemplo Mathathiæ, multo fortius post aduentum Christi hoc fieri debet. Auctoritas durat à principio vsque ibi, *Cuius præcepti.* postea sunt verba Cypriani.

g ¶ *Si audieris.*] Hæc verba sumpta sunt de Deutero. vsque ad illum locum *Cuius præcepti.*

h ¶ *Necabis.*] Tu qui cunque sis: & sic quandoq; ille qui non est iudex, potest punire maleficos, vt ſ. ea. q. vlt. legi.

i ¶ *Omnes qui.*] Si ergo aliqui hæretici sunt in vna ciuitate, tota ciuitas potest exuri: ‖ & sic ecclesia vel ciuitas punitur pro delicto personarum puniti potest. 2. ita nos. & C. de sac. san. eccl. iubemus nullã. argu. cõtra 26. q. 6. si episcopum. Quid iuris sit de hoc, notatur in illo brocardo, an delictum personæ, &c. Item habes hic quòd hæretici occidi possunt, vt ſ. ea. q. 1. quando. 40.

1 Iuo p. 10. ca. 111. Pan. l. 8. c. 48.
a Et 8. q. 1. audaciter. al. et
2 Iuo p. 10. ca. 112. Pan. l. 8. c. 49.
‖ Sacrilegi, homicidæ & venefici capite puniuntur.
3 Et ibi gl. or. ſ. ea. q. 8. quicunque percutit.
4 In Tribur. sub Arnulpho. cap. 3. Burc. l. 6. c. 43. Iuo par. 10. cap. 114. Pan. l. 8. c. 51.
5 Iuo p. 10. ca. 115. Pan. l. 8. c. 52.
6 Iuo p. 10. ca. 115. Burc l. 6. c. 43. Pann. l. 8. c. 53.
Deut. 13.
‖ Ciuitas pro delicto personarum puniti potest.
1. Mach. 2.

Nunc.] id est, vsque in futurum
b. sic 11. q. 3. nolite.
l *Cuius.*] hæc sunt verba Cypriani.
m *Mathathias.*] vt legitur in libro Machabæorum.
Ibidem.] Petilia. conquerebatur de principibus, à quibus ipse & alij hæretici puniebantur. dicebat enim hoc fieri non debere, ꝓpter duo, scilicet quia nullus est cogendus ad fidẽ: & qa boni mores nõ legũtur nisi libero arbitrio. Et respondet Aug. dicens, q̃ ipsi non coguntur, vt beneficiant, sed vt eorũ perfidia corrigat, à malo abstineant, & vt cogitent quare ista patiãtur: quia si patiuntur ꝓpter iustitiam, beati erunt; & qui eos persequuntur, mali sunt. Si vero propter hæresim, infeles erunt & in hoc sæculo & in futuro. *Sed perseueritatem*, verba sunt August.

b Altior accipit clericũ. ff. de iudiciis, ca. iudicem. ff. de condit. & dem. si homo. ff. si ita legatum est aliquis. ff. cui, si fuerit. cetera hoc vide. adu. autor. & ea tunc dereliquerit, vsu te. ff. cessferit, nõ deb. cui legatũ, sed arguit de can. dis. 1. ca. 1. ante. Lau.

7 Iuo p. 10. ca. 75.

n *Cogendus.*] sic 45. dist. de Iudæis.
o *Integritate.*] id est, securitate.
P *Præpostera.*] id est, inordinata.
q *Nisi cura.*] id est, nisi delinquẽs primo instruatur ad bonum, vel nisi corripiens præbeat prius exẽplum bonæ vitæ, vt 3. q. 7. §. porro.
r *Cogimini.*] ‖ qui enim ex timore benefacit, reputatur non facere, vt extra de reg. iur. q timore. & qui cogitur mutare locum, non mutat locum, sed mutatur, vt 7. q. 1. mutationes. nec præmium aliquod debemus consequi ex hoc quod facimus inuiti, vt 13. q. 2. quàm præpostera. Vnde si aliquis cogitur adire hereditatẽ, quam ex causa fideicõmissi rogatus est restituere, nullum consequitur cõmodũ: ex tali additione, nec potest vti beneficio legis Falcidiæ. ff. ad Tre. cog. §. Metianus.
s *Nisi elegerit.*] potest enim aliquis malefacere propter voluntatẽ coactã, vt 15. q. 1. merito. sed non potest bene facere ꝓpter voluntatẽ coactam, vt hic dicitur.

‖ Timor tollit meritum.

Matth. 5.

Ante aduẽtum Christi circa Deum colendum, & idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt; quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt? quando ille veniens non verbis tantum nos hortatus est, sed & factis?

Item Augustinus contra litteras Petiliani, lib. 2. cap. 83.

¶ [illegible]

7 AD fidem nullus est cogendus[n] inuitus: sed per seueritatem, immo & per misericordiam Dei, tribulationum flagellis solet perfidia cagistari. Numquid, quia mores optimi libertate vo-
luntatis eliguntur; ideo mores pessimi non legis integritate[o] puniuntur? Sed tamen male viuendi vltrix disciplina præpostera[p] est; nisi cura[q] præcedens bene viuendi doctrinam prætendat. Si quæ igitur aduersus vos leges cõstitutæ sunt; non eis benefacere cogimini[r], sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest; nisi elegerit[s], nisi amauerit: quod est in libera voluntate. *& infra. c. 84.*

¶ Cum aliquid aduersus vos reges constituunt; admoneri vos credite, vt cogitetis, quare ista patiamini. Si propter iustitiã; reuera illi persecutores vestri sunt, vos autem beati, qui persecutionem passi propter iustitiam possidebitis regnum cœlorum. Si autem propter iniquitatem chismatis vestri; quid illi, nisi correctores vestri sunt; vos autem, sicut ceteri diuersorum scelerum rei, qui pœnas legibus pendunt, profecto infelices & in hoc, & in sæculo futuro?

Item Augustinus libro de exhortatione martyrij, c. 5.

¶ [illegible]

5 VIdex non est auctor sceleris, nequam homines vinciendo.

Idem super Hieremiam, libro 4. ad cap. 22.

¶ [illegible]

6 HOmicidas[f], & sacrilegos, & venenarios punire, non est effusio sanguinis; sed legum ministerium.

Item Cyprianus libro de exhortatione martyrij, c. 5.

¶ [illegible]

SI audieris[g] in vna ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic, dicentes, Eamus, & seruiamus Diis aliis quos non nouisti; interficiens neca bis[h] omnes[i], qui sunt in ciuitate, cæde gladij: & incendes ciuitatem igni: & erit sine habitaculo in æternum: non reædificabitur etiam nunc[k], vt aduertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. Et dabit misericordiam tibi, & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, & obseruaueris præcepta eius.] Cuius[l] præcepti, & vigoris memor Mathathias[m] interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quòd si

8 SI propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, quia scelus in sanctum Danielem commissum iustissime vindicauit; quomodo vindicandũ est à regibus, q̃ Christi sacramenta exsufflantur; si prophetæ membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt.

Idẽ in lib. de vnitate ecclesiæ, c. 17.

¶ [illegible]

9 SI vos contra ecclesiam Christi altare erexisse, & à Christiana vnitate, quæ toto orbe diffunditur[a], sacrilego schismate separatos esse, & corpori Christi (quod est ecclesia toto orbe diffusa) & rebaptizando, & blasphemando, & quantum potestis oppugnando aduersari sancta, & canonica scriptura conuincit; vos impij, atque sacrilegi: illi autem, qui vos pro tanto scelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecuniæ[b] priuatione deterrendos, coercendosque decernunt, vt cogitantes, quare ista patiamini; sacrilegium vestrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini; & rectores diligentissimi, & consultores piissimi deputantur.

Idem super epistolam Ioannis, tractatu 7.

¶ [illegible]

1 NOn putes tunc te amare ſeruum tuum, quãdo eum non cædis[c], aut tunc te amare filium tuum, quando ei non das disciplinam[d]: aut tunc te amare vicinum[e] tuum, quando eum non corripis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, ad emendandum. Si sunt boni mores; delectent; si sunt mali, emendentur.

Item in lib. 19. de ciuitate Dei, c. 16.

¶ [illegible]

3 NOn est[f] innocentiæ[g], parcendo sinere, vt in malum graui[o] incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini[h] malum inferre, verũ etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum; vt aut ipse qui plectitur β, corrigatur experimento[i]; aut alij terreantur exemplo.

α ¶ Non est.] *Integer locus apud B. Augustinum sic habet*, Sicut enim non est beneficentiæ, adiuuando efficere, vt bonum, quod maius est, amittatur; ita non est, &c.

β ¶ Plectitur.] *Sic ex originali Antea legebatur*, prius odio habetur, *nec multo aliter Iuo.*

Idem ad Lotharium. †

¶ [illegible]

4 VI vitiis nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem; tam non est misericors, quàm qui non vult cultrum rapere[k] puero, ne audiat plorantem: & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum.

Item Haymo super epistolam ad Romanos, c. 13.

¶ *In vulgatis citabatur ex Augustino, sed in vetustis tribuitur Haymoni, apud quẽ habetur.*

a ¶ *Diffunditur.*] licet ecclesia sit vbique diffusa: tamen eadem in-
solidum vbique est, vt ſ. proxi. q. 1. loquitur.
b ¶ *Vel pecunia.*] ‖ Et ita puniri possunt hæretici ab ecclesia in rebus, in honore, vel exilio, vt 5. q. 4. quando. & c. nõ inuenitur. & ſ. eo. de Liguribus. in fi. & ſ. q. 7. cap. 1. Sed contra, ecclesia non debet in delictis recipere pœnã pecuniariam, vt extra de pœ. licet? Respon. quòd ecclesia potest infligere pœnã pecuniariã quãdo magis illa timetur[a]. Vel dic quòd tunc potest infligere cũ hoc inuenit expressum. extra de offi. deleg. de causis.

Non putes.] Hoc cap. tractat de tribus generibus hominũ, scilicet de seruis, filiis, & vicinis, qui si sunt mali, corrigi debẽt nec diligũtur nisi in eis vitia corrigãtur & emendẽtur; si vero boni sunt, de ipsis est gaudendum. Sequens cap. patet ꝓ se.

c *Eum non cædis.*] qui alios posſint corrigere, habes 5. q. 4. duo ista. & ſ. ea. cap. 1.

d *Vicinum*] arg. est hic pro. H. ‖ qui dicit q̃ illud præceptũ, si peccauerit, ad omnes spectet. Sed tu intelligas istud ꝺ illis qui aliquam habẽt potestatem super alios. Vel intelligitur de canonica denuntiatione, ad quam quilibet tenetur, vt dixi 22. q. 5. hoc videtur. Vel dic vt dixi ſ. ea. duo ista. Ioan.

On est.] Dicitur hic q̃ ad innocentẽ & ad bonum virum non pertinet malitiæ parcere, vt in malum grauius incidat: sed pertinet ad innocentem non solum nemini malum inferre, verumetiã alios à peccato cohibere, & peccatum punire, vt ipsi corrigantur, qui propter peccatum non diliguntur, vt alij propter hoc terreantur. Seq. cap. planum est, & per se patet.

e ¶ *Innocẽtia.*] id est, boni viri.

f ¶ *Nemini.*] ſi. 22. q. vlt. de forma.

g ¶ *Experimento.*] ſi. 2. q. 7. quapropter.

h *Vi vitiis.*]

¶ *Rapere.*] simile 22. q. 2. ne quis. Io.

Vnt quædã.] Cas. Oſtẽdit Haymo in hoc c. q̃ cõmittentes enormia delicta, vt interfectores pontificũ, presbyterorum, & aliorum clericorum, potius sunt puniendi per reges & principes, quàm per rectores ecclesiarum. Sunt enim principes cõstituti ad puniendũ homicidas & raptores. Sequen. cap. patet.

i ¶ *Pontificem.*] pœnam talium habes ſ. 17. q. 4. qui subdiaconũ. 25. q. vlt. c. vlt.

k ¶ *Ex.*] *Adulteria.*] Contra ſ. 33. q. 2. inter hæc.
l ¶ *Parricidas.*] pœnã parricidarum habes. ff. ad legem Pompe. de parrici. l. penul.
m *Et peierantes.*] quod hic dicitur, q̃ periurus punitur pœna capitis, intelligas de teste qui fert falsum testimoniũ in causa criminali: talis enim mortẽ meretur. ff. de fic. l. 1. §. 1. aliàs enim si in cõtractib⁹ qs periurus est[b], notatur infamia. C. de transact. fi quis maior. aliàs solum Deum habet vltorẽ, vt C. de re. cre. l. 2. Vel si periurus est per principem fustibus castigatur. ff. de iureiu. si duo. §. vlt. Aliã pœnam habes 6. q. 1. quicumque[c].

Homicidium est.] Docet Aug. in hoc cap. q̃ licet fit peccatũ hominẽ occidere, potest tamẽ hoc quandoque occidere sine peccato, quod probat quattuor exemplis, videlicet militis, iudicis, & ministri, & de eius manu cuius præter voluntatem ipsius telũ effugerit. Isti etiã homicidæ appellari non solent.

n *Nam & miles.*] tres casus ponit hic, alij duo sunt cũ facit defendendo se, vel alij subueniẽdo, vt ſ. ea. cũ homo.

o *Inuito.*] fortuitus enim casus nõ imputat, vt extra de homi. lator. dũ tamen nõ præcesserit culpa. 5. o. distin. sæpe.

p *Imprudenti.*] non videtur, quòd imprudẽtia excuset eum, ‖ quia imperitia culpæ annumeratur. ff. de regul. iur. imperitia. Sed dic imprudẽti, id est, ignoranti.

q *Lex eum occidit.*] fic 33. q. 2. quos Deº. Io.

On vos.] Pelagius præcepit cuidã principi, vt hæreticos persequeretur: qđ cum facere veller, hæretici ei obiiciebãt quòd nulli est persecutio faciẽda. Vnde super hoc consuluit ipsum Pelagium: qui respõdet dicens nõ appellari persecutionẽ, nisi cũ quis cogitur ad malum. sed si quis malum punit vel prohibet ne fiat, non debet persecutor appellari: quia diligit & bene facit. Et hoc probat duabus auctoritatibus. ſ. Chalcedon. cõcilij, & Aug. vno exẽplo: Auctoritas Chalcedõ. cõcilij, incipit ibi, *Qui à cõmunione.* Auctoritas Aug. incipit ibi, *Multa etiam cum inuitis.* Exemplum incipit ibi, *Recolere enim.*

r *Vaniloquia.*] Vanę voces populi non sunt audiendę. extra de elect. Osius. C. de pœn. l. decurionum.

s ¶ *Ad malum.*] quãdoq; persecutio largius sumitur, vt ead. q. 4. si ecclesia.

a ¶ *Exteras.*

1 Iuo p. 10. ca. 111. Pan. l. 8. c. 48.
a Et 8. q. 1. audaciter. al. et
2 Iuo p. 10. ca. 112. Pan. l. 8. c. 49.
abſunt ab orig.
‖ Sacrilegi, homicidæ & venefici capite puniuntur.
3 Et ibi gl. or. ſ. ea. q. 8. quicunque percutit.
4 In Tribur. sub Arnulpho. cap. 3. Burc. l. 6. c. 43. Iuo par. 10. cap. 114. Pan. l. 8. c. 51.
5 Iuo p. 10. ca. 115. Pann. l. 8. c. 52.
6 Iuo p. 10. ca. 115. Burc l. 6. c. 43. Pann. l. 8. c. 53.
Deut. 13.
‖ Ciuitas pro delicto personarum puniti potest.
1. Mach. 2.

Fercula varia mensarum apponuntur ecclesiarum.

a ad hoc facit quod leg. 8. cod. quando imperator. & hoc plene n. Hostia. in summa. de offic. ord. & per tex. vbi vide.

1 Iuo p. 10. ca. 96.

b Addit quãdo quis dicat aliquando amare. & quãdo nõ. gl. in laſtitionis. ff. de bon. & in tenore. ff. de aq. pluu.

2 Iuo p. 10. ca. 76. Pann. l. 8. c. 25.

c Scilicet meritorie: quæ nes voluntate meritũ constituit. ar. hic. & 15. q. 1. non est. & 20. q. 3. præterea. ſ. ea. q. 6. vlt. iuxta finem.
8 Iuo ibidem.
Dan.

3 Iuo p. 10. ca. 77.

d Et hoc ſ. quod dicit, quòd ecclesia non debet in delictis recipere pœnã pecuniariam, vt extra de pœ. licet. Respon. quòd ecclesia potest infligere pœnã pecuniariã quãdo magis illa timetur. Vel dic quòd tunc potest infligere cũ hoc inuenit expressum. extra de offi. deleg. de causis.

e ¶ *Ad malum.*] quãdoq; persecutio largius sumitur, vt ead. q. 4. si ecclesia.

a ¶ *Exteras.*] *Adulteria.*] Contra ſ. 33. q. 2. inter hæc.
b ¶ *Parricidas.*] pœnã parricidarum habes. ff. ad legem Pompe. de parrici. l. penul.
c *Et peierantes.*] quod hic dicitur, q̃ periurus punitur pœna capitis, intelligas de teste qui fert falsum testimoniũ in causa criminali: talis enim mortẽ meretur. ff. de fic. l. 1. §. 1. aliàs enim si in cõtractib⁹ qs periurus est[b], notatur infamia. C. de transact. fi quis maior. aliàs solum Deum habet vltorẽ, vt C. de re. cre. l. 2. Vel si periurus est per principem fustibus castigatur. ff. de iureiu. si duo. §. vlt. Aliã pœnam habes 6. q. 1. quicumque[c].

Homicidium est.] Docet Aug. in hoc cap. q̃ licet fit peccatũ hominẽ occidere, potest tamẽ hoc quandoque occidere sine peccato, quod probat quattuor exemplis, videlicet militis, iudicis, & ministri, & de eius manu cuius præter voluntatem ipsius telũ effugerit. Isti etiã homicidæ appellari non solent.

n *Nam & miles.*] tres casus ponit hic, alij duo sunt cũ facit defendendo se, vel alij subueniẽdo, vt ſ. ea. cũ homo.

o *Inuito.*] fortuitus enim casus nõ imputat, vt extra de homi. lator. dũ tamen nõ præcesserit culpa. 5. o. distin. sæpe.

p *Imprudenti.*] non videtur, quòd imprudẽtia excuset eum, ‖ quia imperitia culpæ annumeratur. ff. de regul. iur. imperitia. Sed dic imprudẽti, id est, ignoranti.

q *Lex eum occidit.*] fic 33. q. 2. quos Deº. Io.

On vos.] Pelagius præcepit cuidã principi, vt hæreticos persequeretur: qđ cum facere veller, hæretici ei obiiciebãt quòd nulli est persecutio faciẽda. Vnde super hoc consuluit ipsum Pelagium: qui respõdet dicens nõ appellari persecutionẽ, nisi cũ quis cogitur ad malum. sed si quis malum punit vel prohibet ne fiat, non debet persecutor appellari: quia diligit & bene facit. Et hoc probat duabus auctoritatibus. ſ. Chalcedon. cõcilij, & Aug. vno exẽplo: Auctoritas Chalcedõ. cõcilij, incipit ibi, *Qui à cõmunione.* Auctoritas Aug. incipit ibi, *Multa etiam cum inuitis.* Exemplum incipit ibi, *Recolere enim.*

r *Vaniloquia.*] Vanę voces populi non sunt audiendę. extra de elect. Osius. C. de pœn. l. decurionum.

s ¶ *Ad malum.*] quãdoq; persecutio largius sumitur, vt ead. q. 4. si ecclesia.

a ¶ *Exteras.*

‖ Imperitia annumeratur culpæ.
7 Iuo p. 10. ca. 101. Pann. l. 8. c. 35. al. accidere
8 Deus dedit par. 1. Poly. l. 7. tit. 5. Anſ. l. 12. c. 47. Iuo p. 10. c. 95.
6 Omittuntur aliquot verba. Iuo p. 10 c. 96. Pann. l. 8. tit. 4. c. 19.

2 *Exteras.*]sic ℸ. ea de Liguribus. & dixi ℸ. ea.principes.

b *In schismate.*] ‖ ergo schisma est nō habere caput Romanam ecclesiā, vt 24.q.1. hæc est. & c.quoniam vetus. Io.

c *Secundo.*] ‖ hic dicitur, quòd bis debet admoneri excommunicandus, maxime hæreticus. alibi dicitur q̄ semel, vt ℸ. proxi. causa.q. 1. quæ domus. alibi quòd fæpissime.1.q.7. cōuenientibus. quandoque dicitur de trina admonitione, vt ℸ. si administratores. ℸ. proxi.causa.q.3.de excommunicationis.

Quid iuris sit, dixi supillo cap.quæ domus.

d *Orationē.*] id est, supplicationē, quia fine spe veniæ deponitur. vt statim subiungit.21.dist. in tantū. Vel ideo dicit, qa schismatico, siue intruso nulla daf audientia, vt 23. dist.in nomine.

e *Recipere.*] 11.q.3. si quis epō in concilio.

ADDITIO. Ad idem ℸ.cap.proxi.17. distinct. nec licuit.

f *Inuitis.*]5.45. dist. & qui emendat.

g *Nō persequatur.*] ecclesia,nec etiā vos per cōsequēs g auctoritate ecclesiæ eos coercetis.

h *Principem.*] ergo ecclesiastica persona licite pōt petere, vt mali detineantur, & ducanf ad iudiciū, vt ℸ.eo.vnum solum. & ℸ.e. relegētes.

i *Ordinabatur.*] ℸ. 24.q.1.pudenda.

‖ S hisma est nō habere caput Romanam ecclesiam.

‖ Excommunicandus maxime hæreticus qui vitus admoneri debet.

11.q.1.si quis presbyter.

2 Capit 15.c. 24.

3 supra dist.45. emendare.

DE Liguribus.] CAVSA. Celebrato cōcilio apud Cōstantinopolim,epi Venetiæ Histriæ & Liguriæ noluerūt accipere statuta illius concilij,& cū in cōtumacia perstitissent, fuerūt ab ecclesia excōicati & damnati:& cum adhuc existerēt cōtumaces, mandauit Pelagius Narsæ patritio,vt deberet illos epos coercere, quod cum facere dubitaret, rescribit ei Pelagius hortans eum vt cō primere & coercere eos nō dubitet:quia si dubitabant de statutis Constantinop.concilij,nuntios debuerunt dirigere ad sedē Apostolicā, qui de hoc possent accipere & reddere rationē.Non debet igitur dubitare tales opprimere : quia si aliqua persona ecclesiastica maiori suo restiterit,excommunicari debet & damnari:& si hoc contempserit, per publicas debet opprimi potestates : quòd dicit esse faciendum multis constitutionibus & exēplis.

hendus à malo ad bonum est ; humanas & diuinas leges necesse est euacuari, quæ & malis pœnam, & bonis præmia iustitia suadente constituunt. Malum autem schisma esse & per exteras ‖ etiam potestates huiusmodi homines debere opprimi, & canonicæ scripturæ auctoritas, & paternarū regularum nos veritas docet. Quisquis ergo ab Apostolicis diuisus est sedibus ; in schismate [b] eum esse non dubium est:& contra vniuersalē ecclesiam altare conatur erigere. Sed quid de talibus insertus [α] Chalcedonēsi synodo cōō statuat, gloria vestra consideret, vbi post alia sic dicit. [1 Qui à cōmunione seipsum suspendit,& collectam facit & altare constituit, & noluerit vocanti episcopo consentire, & noluerit eidē acquiescere, neque obedire primo & secundo ‖ vocanti ; hunc omnino damnari, nec vmquam vel orationem [β] mereri,nec recipere ‖ eum posse honorem.2 Si enim permanserit turbas faciens, & seditiones ecclesiæ ; per exteram potestatem tamquam seditiosum comprimi.] Et beatus Augustinus de talibus dicit. [3 Multa etiam cum inuitis ‖ benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius vtilitati consulendum est, quàm voluntati. Nam in corripiēdo filio, quamtumuis aspere, numquam paternus amor amittitur:fit tamen, quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus.] Ecce videtis,quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur ‖ coercendo talia;sed diligat emendando tales semper ecclesia. Facite ergo etiam vos, quod scientes intentionem Christianitatis vestræ frequenter hortamur ; & date operam, vt talia fieri vltra non liceat : sed etiam (quod vobis facillimum esse non dubito) hi,qui talia præsumpserunt ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. ¶ Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam,& Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis;nisi ad clementissimum principem ‖ exinde retulissetis ; & quid fieri debuisset, eius iterū scriptis recognouissetis:& inter vbiq; feruentes hostes, Rauennam tamē, & is, qui ordinabatur ‖, & is qui ordinaturus erat,prouidentia culminis vestri deducti sunt.

α ¶ Insertus Chalcedonensi.] *Actione quarta concilij Chalcedonensis in epistola Archimandritarum ad ipsum concilium pro rehabilitatione Dioscori citatur canō*

quintus concilij Antiocheni:& eodem fere modo habetur in ea epistola atque hic refertur. Cum neutra tamen antiqua versione ipsius concilij magnopere cōcordat.

β Vel orationem.] *In vtroque concilio, id est, Anthiocheno, priscæ versionis, & Chalcedonensi legitur,* curationem, *Græce enim est,* νῦν κωλύει θεραπείας τυγχάνειν.

Idem Narsæ patritio, & Duci in Italia.

¶

4 E Liguribus, atque Venetiis, & Histriis episcopis quid dicam? quos idonea est excellentia vestra & ratione & potestate reprimere,& dimittitis eos in contemptum Apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari : cum, si quid eos de iudicio vniuersalis synodi,quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte mouebat, ad sedem Apostolicā (quomodo semper factum est) electis aliquibus de suis,qui dare & accipere rationē possent, dirigere debuerunt; & non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est, sanctam ecclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare huiusmodi homines principali, vel iudiciali auctoritate comprimere: quia regulæ patrum hoc specialiter cōstituerunt, vt, si qua ecclesiastici officij persona, cui subiectus est restiterit, vel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit:iste excommunicetur,atque damnetur. 5 Quòd si forte & hoc contempserit, & permanserit diuisiones, & schisma faciendo ; per potestates ‖ publicas opprimatur. Ecce domine ‖, quòd animus vester forte timidus est, ne persequi videaris ; de patrum vobis auctoritate hæc breuiter dirigenda curaui;cum mille alia exempla,& constitutiones sint ; quibus euidenter agnoscitur, vt facientes scissuras in sancta ecclesia, non solum exiliis, sed etiam proscriptione rerum, & dura custodia per publicas potestates deberent coerceri.

Item Pelagius.

¶ Ab ecclesiæ vnitate diuisi, à sacerdotibus potestatibus coercentur. C. XLIIII.

6 Anfl.11.ca. 4°. Poly. ibidem.

QVali nos de gloriæ vestræ studiis iudicio gratulemur, non solum vestram,sed multorum ac pene ‖ omnium credimus habere notitiam : & idcirco nunc de his,quæ vobis præsentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam vestram duximus conquerendum. Thracius ‖ si quidem, atque Maximilianus nomina ‖ tantum episcoporum habente, & ecclesiasticam ibi vnitatem perturbare dicuntur, & omnes ecclesiasticas res suis vsibus applicare : in tantum vt contra vnum eorum,id est, Maximilianum,vsque ad nos per tam longum iter, necessitate compellente quidam infatigabiliter venientes,preces offerrent. Ob quam causam Petrū presbyterum sedis nostræ, sed & Proiectum notarium ad eadem loca duximus destinandos;vt ea, quæ canonicis statutis à prædictis pseudo episcopis compererint cōmissa,

k *Rusticitate.*] id est, superbia2 alibi ponitur pro simplicitate, vt 2.q.6. sancta. Et sic est arg. quòd quandoque non sit parcendum rusticitati.

‖ Rusticitas duplicem tamen habet.

2 De qua dicitur, nihil impudētius, &c. vt 46. dist. in prince.

l *Electis.*] sed qualiter potuit hęc causa per procuratorem agi, cum isti de crimine conueniebantur? Sed dic quod licet fuerit de crimine actum, non tamē criminaliter:vnde potuit per curator interuenire, vt ext.de accus.veniens. & cap.super his.& 3. q.6. hæc quippe.

m *Per potestates.*] supra ea.c.principes.

Vali nos.]

Thracius & Maximilianus hæretici erant, & episcopi, qui vnitatem ecclesiæ conturbantes, res ecclesiæ suis vsibus applicabant, de quorum altero, scilicet Maximiliano quidam infatigabiliter Romam venientes querelam deposuerunt.quare Pelagius misit ad loca illa duos iudices delegatos, scilicet. Petrum & Proiectum, vt ea quæ inuenerint contra canones à prædictis episcopis commissa, vel digna vltione compescant, vel eosdem episcopos Romam perducant : quod quia forte per se facere non possent, mandat Pelagius cuidam principi rogans eum vt præfatis nuntiis auxilium præbeat in omnibus.

4 Anfl.6.cap. 496. Poly.1.7.tit.5. De hoc schismate B.Greg. lib.4. epist.50. & lib.7. indi. 2.epist.10. & alibi.

n *Pene.*]not.quòd dicit pene : & tamen longe plures erant qui nescirent,quàm qui scirēt, dum tamē ad modicam quantitatem deberet referri,vt 3.q.7.qui sine.ff. de ver.sig. hæc adiectio.

o *Nomina.*] sic 15. quæ.vlt.si quis presbyter.Ioan.

Relegentes.

5 supra proxim. capite canon Apost.31. Antioch.5.

a de quo animus

d.commune

‖ Idem ius ejus in fori & nisi quod ius canon. de homicid. ex cle collic. vt & purg. can. cum dilecti. Accusetur ne qui de diuersis criminibus.

‖ al. fures

‖ al. eorum

‖ al. Tertius

Causa XXIII. Quæst. V.

Relegentes.] CAVSA. Apud Aquilegiam erant multi hæretici,inter quos erat inuasor ecclesiæ Aquilegiensis,qui quemdam bonum virum potentem tamquā pollutum à suo cōfortio repulerunt. quod per diuinam prouidētiam fuit factum, inter quos hæreticos, Eufrasius quemdā suum consanguineum sacerdotem interfecit, vt libere cum eius vxore posset adulterari : cuius præfati viri potentis iniuriam cum Pelagius percepisset, præcepit eidem vt hanc præsumptionem hæreticorum non relinquat impunitam : quia si hoc acriter non vindicetur, in minoribus talia exercere non verebuntur, & mandat ei similiter vt præfatum Eufrasium puniat, quod plene fieri poterit,si actores scelerum, & maxime Aquilegiensis ecclesię inuasor, ad principem dirigantur. Sequens cap. planum est, & per se patet.

a ¶ *Bona.*] not. ‖ quòd ex malo prouenit bonū, vt 13.dist.nerui.in fi.ficut de facto Iudæorum, qui crucifixerunt Deū. Item est hic arg. quòd malum punitur, quamuis exinde prouenerit bonum, vt si quis puerum castrauerit, licet eum meliorem fecerit,tamen punitur.ff.ad leg.Aquil.si seruus seruū. §. & si puerum. similiter licet quis rem fecerit prohibitam, licet bene fecerit, tamē punitur.ff.de re milit.l.2. §.in bello.argu. contra.ff.ad leg. Aquil. si seruus seruum. §.si oliuā.

b ¶ *Abstulit.*] hoc ideo dicit,quia pœna mortis punitur siue pro vno, siue pro altero. aliàs autem idem delictum potest variis pœnis puniri, vt 17.q.4. attendendum. & 16.q.1. statuimus a.

‖ Hic cōsueuit distingui, cum quis accusatur de diuersis criminibus, aut illa crimina descendunt ex eodem facto,aut ex diuersis. Et hæc distinctio not.C.de accu.qui de crimine.si autem diuersis actionibus velit quis agere, distinguitur, aut illæ actiones sunt ambæ pœnales, aut ambæ rei persecutoriæ.aut vna pœnalis, & altera rei persecutoria, vt not.ff. nau. cau. stat.l.2.

c ¶ *Si adulterium.*] hic videtur, quòd secundum canones & adulterium & incestus morte puniantur, secundum legem hodie adulteriū non punitur morte, vt adult.auth.sed hodie. Io.

d *Mnium.*] ¶ *Certamine.*] ℸ.ead.

missa, vel digna debeant ibi vltione compescere, vel eosdem ad nos vsque perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam vestrā, petimus, vt præfatis, qui à nostra sede directi sunt, in omnibus præbeatis auxilium : nec putetis alicuius esse peccati,si huiusmodi homines comprimuntur. Hoc enim & diuinæ & humanæ † leges statuerunt; vt ab ecclesiæ vnitate diuisi, & eius pacem iniquissime perturbantes à sæcularibus etiam potestatibus comprimantur. Nec quidquam maius est, vnde Deo sacrificium possitis offerre; quàm si ordinetis,vt hi, qui in suam, & aliorum perniciem debacchantur,competenti debeant vigore compesci.

Idem Pelagius Papa Ioāni patritio.

¶ Iniquitas prauorum, quamuis bonis proficiat, tamen puniendæ est. C. XLV.

1 RElegentes litteras excellentiæ vestræ, de iniuria quidem,quam vobis iniquorum hominum præsumptio ingessit,valde doluimus. Sed quia scimus occulto Dei iudicio animam vestram, etsi per aliorum iniquitatem,& superbiam,à contaminatione schismatis custoditam ; egimus omnipotenti Deo gratias,qui etiam de malis hominum actibus bona ‖ operari consueuit. Nec enim sine illius prouidentia factum esse credendum est; vt insensati,& peruersi homines ad hoc vsque prosilirent, vt suam diuisionem, catholicam esse credentes ecclesiam, à sua vos pollutione prohiberēt. Sic enim per misericordiam Dei etiam nescientibus illis hoc factum est; vt à schismaticorū factione † eruti, catholicæ, quam diligitis, seruari vos contigisset ecclesiæ. Quamuis igitur vestra per illorum scelus vtilitas facta sit; nolite tamē impunitam præsumptionem iniquorum hominum grassari permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam præsumpserunt, non fuerit vindicta compressum ; quòd in [α] minoribus non valeant puniri, ambigi vltra non debet. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem:& ne eis amplius talia cōmittendi spiritus † crescat; vestris coercitionibus reprimantur. Ad hoc siquidem Dei nutu etiam contra vos talia præsumpserunt; vt talia vobis corrigentibus ab eodē † scelere alios possitis,Deo propitiante,munire. Quales autem sint, qui ecclesiam fugiūt; Eufrasij vos scelera (quæ amplius occulta Deus esse noluit) euidenter informant:qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinem,nec fratris charitatem,nec sacerdotij reuerentiam cogitauit.Incestuoso autē adulterio etiam ipsius vindictæ abstulit ‖ modum : quia,si adulterium ‖ punias ; non remanet,in quo vindicetur incestus. Si incestuoso ingeras pœnā; inultum crimen adulterij remanebit. Ecce,de quo collegio sunt ; qui, quantum ad superbiam suam iniuriam vobis inferre moliti sunt ; & quantum ad prouidentiam Dei,impollutos vos ecclesiæ seruauerunt. Auferte tales ab ista prouincia, vtimini oblata vobis à Deo opprimēdi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit,si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur:& maxime ecclesię Aquilegiēsis inuasor,qui & in schismate,& in eo β maledictus,nec honorem episcopi poterit retinere, nec meritum.

vindicta

‖ adde l.11. ff. de iniur. ibid.

‖ Non potuit ne mala

α ¶ Quòd in minoribus.] *In aliquot vetustis,& apud Anselmum,legitur* : quid in minoribus valeant ; ambigi, &c.

β § In eo.] *Anselmus habet,* & à schismatico maledictus.

Item Nicolaus exercitui Francorum.

¶ *Iuo parte 10.cap.87. vers. omnium vestrum. hoc idem citat ex epistola Leonis quarti ad exercitum Francorum,vbi etiam affert id, quod infra ead.q.8.cap. omni timore. ex eodem Leone refertur.*

¶ In certamine, quod contra infideles geritur,quisquis moritur, cælestis regnum meretur. C. XLVI.

2 OMnium vestrum nosse volumus charitatem, quoniā quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine ‖ fideliter mortuus fuerit ; regna illi cælestia minime negabuntur.

Item Vrbanus secundus Godefredo Lucano episcopo.

¶ Non sunt homicidæ,qui aduersus excommunicatos zelo matris ecclesiæ armantur. C. XLVII.

3 EXcommunicatorum interfectoribus (prout in ordine ecclesiæ Romanæ didicistis)secundum intentionem γ ¶ modum congruæ satisfactionis iniunge. Non enim eos homicidas arbitramur, quos aduersus excōmunicatos zelo catholicæ matris ardentes, aliquos eorum trucidasse contigerit. Ne tamen eiusdem ecclesiæ matris disciplina ‖ deseratur ; eo tenore, quem diximus, pœnitētiam eis indicito congruentem ; qua diuinæ simplicitatis oculos aduersus se cōplacare valeant ; si forte, quid duplicitatis ‖ g pro humana fragilitate in eodem flagitio ‖ incurrerint †.

γ ¶ Intentionem.] *Iuo & Pannormia habent,* intentionem ipsorum : *sed ob glossam non est additum.*

Item Augustinus epist.50.ad Bonifacium de coercendis hæreticis.

¶ Pax ecclesiæ mortalitate consolatur perditorum. C. XLVIII.

4 QVis enim nostrum ‖ velit aliquem illorum non solum perire,verum etiam aliquid perdere ? Sed si aliter non meruit pacē habere domus Dauid ; nisi Absalon filius eius in bello,quod gerebat cōtra patrem, fuis-

‖ al. ℸ. adulterio

‖ Disciplina ecclesiæ non est deserenda.

2 Iuo par.10. cap.87. Pann.l.8.c.30. b Vt in hoc casu. Aliū casum habes 30. q.5. cap.1. sed hoc ideo fit, vt quod certius & magis sine periculo animæ est, teneatur. Vide tene certum, & dimitte incertū. de pœn. dist.7. c.2. ad hoc. extra de spon. iuuenis. aliàs, ordinarium est quòd dubia in meliorem partem interpretemur. extra de regul. iur.c.1. de hoc not. extra de scru. c. vnico. & 78.distinct. presbyteri. Archidiac.

3 Iuo par.10. cap.54. Pann.l.8.c.11.

† al. contrauerint.

4 Iuo par.10. cap.59. 2.Reg.18.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis ca. quod mali non solum sunt flagellandi, sed etiam interfici possunt. Potest quærit si hi qui non habent potestatem legitimam occidendi, aliquos interfecerint: an sint rei effusi sanguinis iudicãdi. Cui quæstioni respondet per sequens capitulum.

REmittuntur.] CASVS. Ostẽdit Ambros. in hoc cap. quòd sicut peccata remittuntur per verbum Dei, cuius verbi diaconus interpres est & executor: sic peccata quandoque puniuntur per iudices qui potestatem habent puniendi: quandoque per populos: sicut populus Iudæorum sæpe punitus est ab alienigenis ex præcepto Dei.

a ¶ *Per Dei verbum.*] id est, per orationem vel per prædicationem ecclesiæ, scilicet per prædicationem Euangelij, sic 15. quæst. 1. nec is. & 5. ead. non solum.

HINC NOTANDVM. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Grat. quòd Deus aliquãdo punit peccata hominum per nescientes: & hoc probat quattuor exemplis Regum & Principum, scilicet exẽplo Sennacherib, & Nabuchodonosor, Antiochi, & principum Romanorum: qui licet Deo seruirent in puniendo malos: tamẽ quia suæ fortitudini & superbiæ imputabant, ignorantes se esse ministros Dei; ideo & ipsi puniti sunt & destructi: sicut patet per exempla quæ aperte ponuntur in littera. In secunda parte ostendit q Deus aliquãdo punit peccata hominum per scientes, & hoc probat exemplo Iudæorum, per quos punivit Deus Amorrhæos & Chananæos, & alias gentes quas expulerunt de terra promissionis q Deus promiserat se daturum Abrahæ & semini eius: sed non antequam peccata Amorrhæorum cõsummata fuissent: quæ tunc consummata fuerunt, cum populus Israel de Agypto est liberatus. Qui ergo diuino iussu & bona intentione sicut populus Israel punit delinquentes, non peccat: qui vero prauа intẽtione hoc faciunt: licet occulte instinctu Dei incitentur ad persequendum malos, sicut Sennacherib, & cæteri qui populum delinquentem sunt persecuti: non sunt immunes à delicto, qui quandoque insetet extinctus; quamuis magna cura mandauerat suis, vt eum, quantũ possent, viuum, saluumque seruarent; vt esset cui pœnitenti paternus affectus ignosceret; quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita suam mœstitiam consolari?

d ¶ Nostrum.] *Emendatum est ex beato Augustino, à quo parum discordat Iuo. Antea apud Gratianum legebatur*, Quis enim vestrum velit aliquem inimicorũ suorum non solum, &c.

Si ergo viri sancti, & publicæ potestates bella gerentes non fuerunt transgressores illius mãdati, [*Non occides:*] *quãuis quosque flagitiosos digna morte perimerent; similes suæ potestati obediens non est reus homicidij; si eius imperio quemlibet flagitiosum interfecerit; si homicidas, & venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium; si pax ecclesiæ mœstitiam consolatur perditorum; si illi, qui zelo catholicæ matris accensi excommunicatos interficiunt, homicidæ non iudicantur; patet, quòd malos non solum flagellari; sed etiam interfici licet. Sed quæritur, si contingat aliquos malos puniri ab his, qui non habent legitimam potestatem, an sint rei effusi sanguinis hi, per quos puniuntur.*

De his ita scribit Ambrosius lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4.

¶ Aliquando puniuntur peccata per populos iussu diuino excitatos.

C. XLIX.

REmittuntur peccata per Dei verbum a, cuius leuites interpres, & quidam executor est. Remittuntur etiam per officium sacerdotis, sacrumque ministerium: Puniuntur quoque per homines: sicut per iudices, qui potestate ad tẽpus vtuntur. *& infra.* ¶ Puniuntur peccata etiam per populos: sicut legimus, quia sæpe † ab alienigenis Dei iussu excitatis, propter diuinæ maiestatis offensam subactus † est populus Iudæorum.

Hinc notandum est, quòd aliquando punit Deus peccata per nescientes, aliquando per scientes. Per nescientes peccata punit: sicut per Sennacherib b, & per Nabuchodonosor c, & per Antiochum, & per principes d Romanorum, & per nonnullos reges gentilium populum Israeliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Vnde ipse Dominus ait per prophetam [*Virga furoris mei Assur: ipse autem non cognouit.*] *Assur e erat virga furoris Domini: quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit. Ipse vero non cognouit: quia in superbiam elatus victoriam, quam assecutus fuerat, non diuinæ potentiæ, sed suis viribus attribuit. Vnde contra eius superbiam Dominus loquitur dicens.* [*Numquid gloriabitur serra contra eum, qui secat in ea? aut numquid exaltabitur securis contra eum, qui cædit in ea?*] *Quibus similitudinibus satis perspicue ostenditur; quòd sicut serra, & securis nec secare, nec cædere ligna possunt, nisi ab alio reganter, ac ideo contra regentes se superbire non debent; sic illi, per quos Deus punit, absque nutu diuinæ dispositionis nihil agere valent: ac ideo contra regentem se superbire eis non licet. Tales in eo quòd puniunt, Deo seruire dicuntur: in eo autem quòd ignorantes se esse ministros iræ Dei, impia vanitate superbiunt, mercedem suæ seruitutis à Deo non nisi temporalem f inueniũt: pœnam vero suæ superbiæ non effugiunt. Vnde, cum Dominus diceret ad prophetã de Nabuchodonosor,* [*Quid dabo ei pro labore, quo seruiuit mihi apud Tyrum?*] *statim subiunxit* [*Dabo hoc est datam sibi pronuntia*] [*Aegyptum, & Aethiopiam.*] *Cum autem in corde suo superbiens posteà diceret,* [*Nonne hæc est Babylon, quam ego condidi in robore regni mei? &c.*] *statim immutauit Deus rationabilem mẽtem eius, & induit eum ferina bestialitate, vt ab hominibus fugiens cum bestijs viueret. Per Antiochum g quoque cum idololatriam Iudaicæ plebis Dominus puniret, & pacem, quam ex lege Dei abiecta, & ex sacris nationum assumptis quærebant, illis in perniciem verteret; quia Dei dispositionem ignorãs, suæ facultati deuastationem illius plebis attribuit; imprecatur in eum prophetа dicens,* [*Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ non inuocauerunt nomen tuũ: ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum?*] *Similiter, cum per Romanos peccatum mortis Christi Deus punire decreuisset; vrbis excidium, & Iudææ plebis miseram captiuitatem suis viribus adscribere cœperunt: vnde contra eos propheta imprecatur dicens,* [*Leua manus tuas in superbias eorũ, qui te oderunt.*] *& qui multa maligne operati, monumenta suæ victoriæ posuerunt i in medio atrio tuo.* ¶ *Per scientes peccata puniuntur: sicut Deus per filios Israel voluit peccata punire Amorrhæorum, & Chananæorum, & aliarum gentium: quarum terram Israelitis possidendam dedit: quibus etiã præcepit, vt nemini eorum parcerent; sed omnes morti traderent. Quod propter peccata eorum illis contigisse ex verbis Domini apparet: qui cum diceret ad Abraham,* [*Semini tuo dabo terram hanc*] *veluti quæreret; quare non modo eam das mihi? audiuit,* [*Nondum enim sunt peccata Amorrhæorum consummata*] *Quæ tunc intelliguntur fuisse consummata; cum populus ille de Aegyptiaca seruitute liberatus terram eorum, sicut Abrahæ promissum fuerat, in hereditatem accepit.* ¶ *Cum ergo sic diuino iussu ad puniendum peccata populi excitantur, citantur ad puniendum peccata eorum, qui sunt futuri boni, vt tamdem per ipsos bonos correctos, ipsi postea puniantur: quòd probatur exemplo Iabin Regis Chananæorum, & exemplo Madianitarum.* Secũda pars incipit ibi, *Per scientes peccata. Assur*, id est, Sennacherib, *nondum enim consummata sunt peccata Amorrhæorum*, id est, nondum peruenerunt ad cumulum peccatorum suorum: quia nondum fecerant omnia peccata, quæ facturi erant ad hoc vt digni essent expulsione.

b ¶ *Per Sennacherib.*] ‖ Regem Assyriorum, qui maximam partem filiorum Israel captiuauit: qui cum venisset ad obsidendum Hierusalem, ab Angelo exterminatore nocte est fugatus, occisis ab eodem Angelo clxxxv. millibus de exercitu suo.

c ¶ *Et per Nabuchodonosor.*] qui cepit Hierusalem, & tribum Iuda & tribum Beniamin in Babylonicam captiuitatem duxit.

d ¶ *Et per principes.*] scilicet per Vespesianum & Titum, qui xlij. anno post passionem Domini Hierusalem destruxerũt.

e ¶ *Assur.*] Sennacherib.

f ¶ *Non nisi temporalem.*] Argu. quòd sufficit aliquem bonum facere ad hoc vt remunerandus sit, etsi illud mala intentione faciat. Nam & qui prædandi animo gerit negotia aliciuius, habet actionem negotiorũ gestorum, vt ff. de negot. gest. fi pupilli. §. fed & si quis negotia. Item est hic argu. quòd qui ignorans adimpleuit voluntatem alicuius, dicitur obtemperasse suæ voluntati. argum. contra. ff. de condi. & demonst. l. 2. vbi dicitur: ‖ non enim videtur obtemperasse qui fatali casu obtemperat. Sed illud obtinet cum conditio apponitur, quæ est in potestate alicuius: secus si non est in potestate, vt ibi dicitur. Item est hic argum. quod ex eodem facto consequitur quis præmium & pœnam, vt 22. q. 2. si quælibet.

g ¶ *Da.*] id est, datam pronuncia. similis expositio. ff. de testa. heredes palam. §. si quid.

h ¶ *Per Antiochum.*] qui tempore Machabæorum Hierusalem cepit, & templum polluit a.

i ¶ *Posuerunt.*] quia vexilla & scuta & arma posuerunt in templo in signum victoriæ.

a ¶ *Bono*

1 ¶ *Bonorum.*] id est, in signum eorum, qui sunt futuri boni.

Vod autem.] CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio, quæritur, vtrum mali sunt cogendi ad bonum? Et respondet quòd ad illud bonum, quod num quam voluit, aliquis cogi non debet, vt 5. ead. q. 5. ad fidem, & 20. q. 3. præsens. sed ad illud bonum quod semel voluit, si postea deferat, est cogendus, vt 5. 45. distin. de Iudæis. Et procedit hoc ordine Gra. Primo probat, quòd mali sunt ad bonum cogendi, vsque ad §. *Ex his.* Deinde probat contrarium: tandem solutionem dat. Probat ergo Grat. in hoc cap. quòd mali sint cogendi ad bonum, exemplo populi Israelitici, & auctoritate Christi, & Pauli.

b ¶ *Quod autem.*] Hęc q. nihil habet dubitationis, ‖ quia ad bonum nõ suscepturn nemo cogendus est. 5. q. proxi. ad fidem. sed ad bonũ quod suscepit, cogendus est, vt 45. distin. de Iudæis. magister tamen aliter soluit. 5. ea. §. vlt.

ADDITIO. Dicas q illi qui fidem non receperunt, non sunt absolute compellendi, sed sunt quãdoque excitandi exhortationibus. 45. distin. qui syncera. quandoque præmiis. 5. ead. q. 4. cap. vlt. qualiter hoc intelligatur, habes extra de bap. maiores. nostra enim fides non patitur quòd tales inuiti compellantur, vt prædictis iuribus. & extra de Iudæis. sicut. Ioan.

¶ *Chismatici dicunt.*] CASVS. Augustin. ostẽdit Bonifacio in hoc cap. q hæretici & schismatici possunt violenter ad bonum compelli. Et hoc probat quinque modis: qui legendo litteram clarius ostẽduntur. Primus modus incipit ibi, *Ecce habent.* Secundus ibi, *Cur ergo.* Tertius ibi, *An nõ hoc pertinet.* Quartus ibi, *Etiam hinc nõ absurde.* Quintus ibi, *Vnde & ipse Dominus.*

c ¶ *Schismatici.*] 5. ea. q. 4. quis nos.

d ¶ *Seduxerunt.*] mitius hic agitur cum circumuento, quàm cum coacto, ‖ cum tamen aliàs subuenitur coacto in voto, vt extra quod metus causa, perlatum. sed non subuenitur ibi circumuento, vt 20. q. 3. constituit.

e ¶ *Prophetica.*] quia nondum erat impleta prophetia, Et nunc Re-

sicut populus ille Iudaicus est excitatus ad occupandam terram promissionis, & ad delendas gentes peccatrices; sine culpa noxius sanguis effunditur, & quæ ab eis male possidentur, in ius, & dominium rite transeunt bonorum. Cum vero occulto instinctu aliqui mouentur ad persequendos malos, sicut Sennacherib, & ceteri, qui populum delinquentem persecuti sunt; licet occulto instinctu operante illorum meritis incitentur ad persequendũ; tamen, quia praua intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere, vel suæ ditioni subiicere quærunt; non sunt immunes à crimine.

De quibus etiam notandum est, quòd aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum; vt tamdem per bonos correctos ipsi quoque puniantur: sicut in libro Iudicum legitur de Iabin rege Chananæorum, & de Madianitis: quòd propter idolatriã populi suscitauit eos Deus, vt Israel affligerent, & terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, & per pœnitentiam sibi Deum placaret; Dei præcepto, & Barach comitatus Delboram prophetissam vxorem Lapidoth, Iabin regem Chananæorum, & Zizaram ducem exercitus sui contriuit: & Gedeon Zebee, & Salmana reges Madianitarum, & Oreb, & Zeb duces eorum morti tradidit. Apparet ergo, quòd aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquando per populos diuino iussu excitatos, mali pro peccatis suis non solum flagellantur, sed etiam rite perduntur. Nec est contrarium illud Augustini; quòd ad Marcellinum pro Circumcellionibus supplicans rogabat, vt verberibus eos coerceret, non morte perderet. Quamuis enim supplicando spatium vitæ eis reseruari poposcit; non tamen legum seueritatem, qua tales morte plectuntur, non obseruandam docuit.

Hinc Augustinus scribit epist. 50. ad Bonifacium.

¶ [illegible]

1 Chismatici dicunt, cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum Apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentẽ; prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit; plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit: & quẽ maior timor compulit ad charitatem; eius perfecta charitas foras mittimorem. ¶ Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, vt redirent; si perditi filij coegerunt alios, vt perirent? Quamuis & illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium reuocentur, blandius pia mater amplectitur: & de illis multo amplius, quàm de illis, quos nũquã perditerat, gratulatur. ¶ An non pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oues, quæ non violenter ereptæ, sed blande, leniterque seductæ à grege aberrauerint, & ab alienis possideri cœperint, inuentas ad ouile Dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare? *Item infra.* 2 A Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum. Quæ prius, vt neminem cogeret, expectauit, vt de side regum atq; gentium prædictio q prophetica e compleretur. ¶ Etiam hinc enim non absurde intelligitur illa Apostolica sententia, vbi beatus Paulus dixit. [Paratus vlcisci omnem inobedientiam, cum completa f fuerit prior vestra obedientia.] & Vnde & ipse Dominus ad magnam cœnam suam prius adduci iubet conuiuas, postea cogi. Nam, cum ei seruus sui respondissent. [Domine factum est, quod iussisti, & adhuc locus est, exite, inquit, in vias & sepes, & quoscumque inueneritis, cogite intrare.] In illis ergo, qui primo leniter adducti sunt, completa est prior obedientia: in istis autem, qui coguntur, inobedientia coercetur. *Item infra.* ¶ 2 Si per potestatem †, quam per religionem, ac fidem regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit ecclesia; ij, qui inueniuntur in viis & sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus, cogũtur intrare; non quia coguntur, reprehendant; sed quo coganturattendant.

e Completa.] primo enim salubriter admonendi sunt boni, vt sic cetera multitudo frãgatur, vt 44. dist. comessationes. 50. dist. vt constitueretur. Io.

Vod errauerat.] CASVS. Donati stæ dicebant, quòd ipsi non erant cogẽdi ad bonum: sed Aug. reprehendit eos auctoritate Ezechielis prophetæ reprehendentis prælatos, qui negligebãt malos cotrigere & reuocare. Dominus enim per bonos prælatos reuocat malos rogando, minando, & corrigendo, dãnis & laboribus, siue per suas occultas visitationes, siue per potentiam sæcularem.

g ¶ *Quòd errauerat.*] verba sunt prophetæ a alloquentis magistros legis, per quos intelliguntur prælati, per quos probat Augu. malos esse cogendos.

h ¶ *Hoc vobis.*] verba Augustini.

Vides.]

3 Quod errauerat g (inquit Dominus) non reuocastis; & quod perierat, nõ requisistis.] Hoc vobis a per nos ipse Deus facit, siue obsecrando, siue minando, siue corripiẽdo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones, vel visitationes, siue per potestatum temporalium leges.

Item in epist. 48. ad Vincentium.

¶ Non est considerandum, quòd quisque coeritur, sed quale sit illud, quo cogitur. C. III.

† *sæpe alienigenis* } orig.

† *subiectus* } orig.

4. Reg. 25. 2. Malac. 5.

Esa. 10.

Esa. ibid.

Iud. 4. [illegible] eorum cuius oppr. iud. 8.

1. Mach. 1.

Pſal. 78.

Pſal. 73.

Ioſue 5, & 6. Deuter. 7. [illegible] videtur obtemperare.

Gene. 15. a Qui etiã putant aram idolatrię fuisse in qua Matathias sacrificauit & sacrificare admonuit eos cum quibus fuit, per quos Deus idolatriã fulsisse in Israel. ut hic habes. Secundi additio. ibi ille Antiochus ignis de templo eruditus fuit quia vere didit sacrificium Isaac, vt habetur 1. 4. ficut eunuch. Archid.

Matth. 10.

Ioann. 6. [illegible]

Act. 9.

1. Cor. 15.

1. Iuo. 4.

a Ezechiel. 34.

1 Sup. ca. q. 4. quis nos. Iuo p. 10. c. 59.

prædictio } orig.

2. Cor. 10.

Luc. 14.

2 Sup. ca. q. 4. ipia pietas. 5. si per potestatem. *al. potestate.*

3 Iuo p. 10. c. 64. Ezech. 34.

Vides.] CASVS. Hoc cap. duas habet partes. In prima parte dicitur, q̃ Vincentius non debet cõsiderare, q̃ ipse cogitur, sed ad quid cogitur, vtrũ ad bonum, vel ad malum. Nec hic dicit Augu. propter hoc q̃ quis inuitus sit bonus, sed quia propter metũ, vel relinquit malũ quod faciebat, vel compellitur cognoscere veritatẽ. In secunda parte dicitur, q̃ Aug. fuit in hac opinione; q̃ hæretici verbis & nõ vi essent cõpellẽdi ad bonũ. Sed hæc sua opinio multis exẽplis prudẽtium superabatur. Et primo exemplo suæ ciuitatis, & postea aliarũ multarum. Secunda pars incipit ibi, *Item infra, Mea primitus sententia.*

a ¶ *Bonum.*] vt 5. q. 5. ad fidem.

b ¶ *Et volẽs.*] sic ex nolente fit volens, vt 5. 74. dist. consuluit. & 5. q. 4. displicet.

‖ Opinio mutari potest. c ¶ *Opinio.*] ‖ sic ergo iurisperitus debet mutare opinionẽ suã, si expedit mutare, vt 12. q. 1. certe. & ff. de iure pat. diu. Item ex hoc loco dicunt quidã Augu. quandoque fuisse hæreticum: sed potius probatur hic cõtrarium.

Prou. 9. d ¶ *Credatur.*] Numquã creditur fuisse malũ quod factũ est bonũ. vt 50. dist. ferrum. & ff. de ædil. edi. quod ita[a].

a Vide quod no. 32. q. 1. quod autem. &c. non erit. & c. apud.

Am vero.] CASVS Christianus aliquis nomine Rusticus contumaciter in delicto persistẽs, admonitionibus nõ corrigebatur: quare quærebat Maximianus episcopus à Greg. qualiter iste Rusticus sit coercendus? Et respondet quòd graui onere pensionis est grauandus, vt per hoc cogatur redire ad bonum.

e ¶ *Iam vero.*] Hoc c. intelligitur de hæreticis. contrarium est extra de hæreti. c. ficut. vbi prohibetur, ne aliquis eos teneat in terris suis vel in domo, vel aliquem contractum cum eis faciat. Sed dic quòd loquitur de eo qui aliàs est incorrigibilis, vel loquitur de Iudæis, prout dixi 5. quæst. 4. c. vlti. Ioan.

2. Cor. 9. EX HIS OMNIBVS CASVS. Hucusque probauit Grat. quòd mali sunt cogendi ad bonum: nunc vero vult probare contrarium: quia Deus coacta seruitia aspernatur: quod sex auctoritatibus probat, quæ in littera facile apparebunt, & hoc in prima parte. in secunda parte respondet obiectis,

1. Cor. 9. CAP. 9.

Gal. 5.

Vides, vt opinor, non esse considerãdum, quòd quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur, vtrum bonum, an malum: non quòd quisque bonus possit esse inuitus; sed tamen quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositatem, vel ignoratam cõpellitur cognoscere veritatem, vt timens; vel respuat falsum de quo contendebat, vel quærat verũ, quod nesciebat, & volens iam teneat, quod nolebat. *Item infra.* ¶ Mea primitus sententia erat, neminem ad vnitatem Christi esse cogendum; verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea nõ contradicentium verbis, sed dẽmõstrantiũ superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum tota esset in partem Donati, ad vnitatem catholicam timore legum imperialium conuersa est: quam nunc videmus ita huius vestræ animositatis perniciem detestari, vt in ea numquam fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabãtur, vt ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptũ est: [Da sapienti occasionem, & sapientior erit.]

Item Gregorius Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.

¶ Onere pensionis rusticus ad Dominum conuerti cogatur. C. IIII.

Am vero si rusticus tantæ perfidiæ, & obstinationis fuerit inuentus, vt ad Deum minime venire consentiat, tanto pensionis onere grauandus est, vt ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinem festinare.

Ex his omnibus colligitur, quòd mali sunt cogẽdi ad bonum. Sed obiicitur, quòd nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur; cum Deus aspernetur coacta seruitia. Vnde Apostolus, cũ ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait. [*Vnusquisque, prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.*] *Vnde datur intelligi; quòd qui inuitus dat propter præsentem pudorem, & rem & meritum perdit. Item, cum redderet causam, quare sumptibus abstineret; ait* [*Si ex necessitate euangelizauero, non erit mihi gloria.*] *Item* [*Si inuitus euangelizauero, dispensatio mihi credita est. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.*] ¶ *Item cum Galatis scriberet legalia non esse tenenda, ait,* [*Si spiritu ducimini; non estis sub lege.*] *Ex quo apparet eum, qui sub lege est, idest, qui timore pœnæ, non amore iustitiæ seruit; non duci spiritu sancto: Si autem spiritu sancto non ducitur, Deo placere minime valet.* ¶ *Item* [*Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.*] *Ex quibus verbis datur intelligi, quòd, si in veteri testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum; tamen in nouo testamento sola libertate, & dilectione iustitiæ sunt inuitandi ad fidem. Vnde illi dicuntur serui, & filij ancillæ, pertinentes ad Ismael: isti dicuntur liberi, & filij liberæ, pertinentes ad Isaac.* ¶ *Item Ioannes in sua epistola* [*Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem.*] *Qui autem cogitur; timore illo ducitur, qui non est in charitate: qui manus comprimit, non animum mutat; quo pœna timetur, non bonum diligitur. Porro sine dilectione boni nullus Deo placere, vel in numero bonorum connumerari poterit. Vnde, cũ prophetæ diceret,* [*Animalia tua habitabunt in ea,*] *scilicet hereditate; ostendens, quomodo ad ipsam habitationem peruẽiant, subdit* [*In dulcedine tua, quam tu præparasti pauperi Deus:*] *dulcedinem vocans, suauitatem boni operis, qua bonum fit non timore pœnæ, sed delectatione iustitiæ. Cum ergo sine hac dulcedine animalia in hereditate non habitent; patet quòd nemo, nisi inutiliter, ad bonum cogitur solo timore. Quicumque enim ad bonum cogitur; solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonum.* ¶ *His ita respondetur, Si bonum, ad quod mali coguntur, semper inuiti tolerarent, & numquam voluntarij seruirent; inutiliter cogerentur ad illud: Sed quia humanæ naturæ est, & ea, quæ in desuetudinem ducuntur, abhorrere, & consueta magna custodia diligere; flagellis tribulationum mali sunt cohibendi à malo, & prouocandi ad bonum: vt dum timore pœnæ malum in desuetudinem ducitur; abhorreatur: bonum vero ex cõsuetudine dulcescat. Vnde Augustinus in psalmum 127.* [*[1] Cum [a] per timorem gehennæ continet se homo à peccato; fit consuetudo iustitiæ: & incipit, quod durum erat, amari: & incipit excludi timor à charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: quo timemus, ne tardet sponsus, ne discedat, ne eo careamus. Ille vtilis est, sed non permanet in æternum vt iste.*]

[1] Ad versũ. Vxor cua.

a Cum per timorem.] *Locus hic potius conuenit cum glossa ordinaria in eumdem psalmum: sunt tamen hic aliqua ex B. Augustino, quæ non sunt in glossa.*

QVÆSTIO VII.

Nunc autem quæritur, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi: & qui possident hæreticis ablata, an dicantur possidere aliena. De his ita scribit Augustinus ad Vincentium, epist. 48.

¶ Res

dicens quòd homo, si semper esset inuitus, inutiliter cogeretur ad bonum: sed cogitur, vt timore pœnæ malum ducatur in desuetudidem, bonum vero ex consuetudine dulcescat. Et ad hanc solutionem prouocandam inducit auctoritatem Aug. *Si ex necessitate*, idest, causa sumptus. *Si inuitus*, quia iniunctum est mihi hoc officium. *Dispensatio*, idest, distributio verbi Dei est tantum mihi credita.

Rom. 8.

Gal. 4.

f *Seruitia.*] supra 15. q. 1. non est.

g *Inuitus.*] sed qualiter potest quis inuitus dare: cum nec ignorans nec inuitus quis donet, vt C. de dona. nec ignorans? ‖ Sed facias vim & differentiã inter dare, & donare vt donum dicatur quid aliquis ex libertate dat, & ex certa

‖ Donare & dare differunt.

1. Ioan. 4.

scientia [b], vnde episcopus nõ dicitur donare prębendas, sed dare.

b Vide ff. de donat. Iudaic.

h *Pudorem.*] quandoque etiam si aliquis tacet propter verecundiam. non sibi præiudicat, vt ff. de furtis. l. pen.

Psal. 67.

i *Si ex necessitate.*] i. præcepto vel loquitur de necessitate vitæ.

k *Dispensatio.*] aliis dispensõ: sed mihi non proficio.

l *Consuetudo.*] sicut enim seta inducit filum, sic iste timor iustitiam, vt 3. de pœni. dist. 2. sicut seta. Ioannes.

Nunc autem.] CASVS. Hic intitulatur 7. q. 9. qua quæritur an hæretici sint rebus suis & rebus ecclesiæ spoliandi: & an illi qui possident res illas, sine peccato valeant possidere? Et respõdet quòd sic, vt 3. c. 2. & 5. 8. distin. quo iure. dummodo fiat per iudicem, vt 5. e. q. 3. sex sunt differentiæ. circa si. Idẽ est de quolibet hoste, dummodo bellum sit iustum, vt 5. e. q. 5. dicat. & di. 1. ius naturale.

m *Nunc autem.*] Non solum hæretici, sed omnes

omnes hostes licite possunt spoliari rebus suis, dũmodo bellum sit iustum: & ille qui rem abstulit, iure factus est dominus illius rei. 3. e. q. 5. dicat. & 3. dist. 1. ius naturale. & ff. de acq. rer. do. naturale. §. vlt. hæreticis autem licitum est auferri ea quæ habent, vt 3. dist. 8. quo iure. & j. e. c. 1. & 3. ead. quæst. 5. si vos. melius tamen est quòd auctoritate iudicis fiat.

¶ Res terrenæ non nisi diuino, vel humano iure retinentur. C. I.

1 Vicumq; vos ex occasione legis huius imperialis non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur; displicet nobis. Et quamuis res quæque terrena recte à quoquam possideri non possit; nisi vel iure diuino [a], quo cuncta iustorum sunt; vel iure humano, quod in potestate est regnum terræ (ideoque falso res vestras appellatis, quas nec iuste †possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis, frustraque dicitis, nos eis congregandis laborauimus, cum scriptum legatis [Labores α impiorum iusti edunt †] sed tamen, quisquis ex occasione huius β legis, quam reges terræ Christo seruientes ad emendandam impietatem vestram promulgauerunt, res proprias vestras cupide appetit; displicet nobis. Quisquis denique res ipsas pauperum, vel basilicas congregationum, quas sub nomine ecclesiæ tenebatis (quæ omnino non debentur, nisi ei ecclesiæ quæ vera est Christi ecclesia) non per iustitiam, sed per auaritiam tenet; displicet nobis [2]. Quisquis pro aliquo flagitio, vel facinore deiectũ † [b] à vobis γ ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore, quo a nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt; displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis: & si monstratis; nonnullos toleramus [c], quos corrigere, vel punire non possumus: neque propter paleam relinquimus aream Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Domini: neque propter hœdos in fine segregandos deserimus gregẽ Domini: neq; propter vasa facta in cõtumeliã migram[e] de domo Domini.

α ¶ Labores impiorum.] *Huic sententiæ simile est, quod scribitur prouer. 13.* Θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος, *id est, vt infra ea. c. quemadmodum.* Thesaurizantur autem iustis diuitiæ impiorum. *Vbi vulgata habet.* custoditur iusto substantia peccatoris. *Item quæ Esaiæ 61. scriptum est,* καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν ἀπαλλάξω, *cum ante dixisset,* ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθε. *Sapientiæ 10. legitur.* Ideo iusti tulerunt spolia impiorum. *infra ead. c. quemadmodum.*

β ¶ Huius legis.] *In codice Theodosiano, libro 16. tit. 5. sunt leges Honorij, & Theodosij 43. 52. & 54. in quibus præcipitur ædificia, prædia, & loca, quæ ad conuenticula Donatistarum, vel aliorum hæreticorum antea pertinuerant, ab ecclesiis catholicis vendicari, vel eisdem sociari debere: Et ad has leges videtur spectasse B. Augustinus & hic, & in tractatu 6. in Ioannem (vt notatum est 3. dist. 8. quo iure) & contra litteras Petiliani (vt in proxime sequenti*

b ¶ *Deiectum.*] Arg. quòd si hæreticus tulit sententiam super matrimonio, quòd valet, vt infra proxi. cau. quæst. 1. quisquis. Arg. contra extra eod. fraternitatis.

c ¶ *Toleramus.*] j. 24. q. 1. pudenda.

Ide rebus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima cõquerebatur Petilianus de Christianis, qui bona possidebãt hæreticorũ: sed Aug. respondet q̃ iniuste cõqueritur: qd̃ probat exemplo vno. & duabus auctoritatib⁹. In secunda parte obiicie bat Christianis concupiscẽtiam rerũ alienarum: quod reprobat Aug. vna ratione, & duobus exemplis, quæ omnia si bene inspexeris. facile videbis. Secũda pars incipit ibi, *Si qua iam præcisi.*

3 Iuo p. 10. c. 75.

capite) *& alibi.*

γ ¶ Vobis.] *Sic est emendatum ex vetustis codicibus, & originali, cum in vulgatis, & hic, & infra 24. q. 1. quisquis. legeretur,* nobis. *Vox autem,* deiectum, *non est mutata ob glossam. Nam in vetustis hic, & infra cap. citato, & apud Iuonem, & in originali est,* proiectum.

Item contra litteras Petiliani, libro 2. cap. 43.

¶ Catholici non ideo aliena possident, quia ab hæreticis ablata tenent. C. II.

3 Side rebus [d], vel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis, & nõ tenetis, querimini; possunt & Iudæi se iustos dicere, & iniquitatem nobis obiicere: quia locum, in quo impie regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea, quę tenebant hæretici, secundum parem Domini voluntatem catholici tenent? Ad omnes enim similes, id est ad omnes impios [e], & iniquos illa vox Domini valet. [Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti iustitiam.] An frustra scriptum est [Labores impiorũ iusti edent?] 4 Quapter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quòd aliquid amisistis. *Itẽ c. 59.* ¶ Si quia iam præcisi † possidere cœpistis; quia vobis ablata, nobis Dominus dedit; non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio [f], cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: Vos enim his vtebamini ad præcisionem: nos ad vnitatem. Alioquin & primo populo Dei possent illi obiicere alienæ rei concupiscẽtiam, qui diuina potestate ab eorum facie, quia ea terra male vtebantur, expulsi sunt: & ipsi Iudæi, à quibus ablatum est regnum secundum verba Domini, & datum est gẽti facienti iustitiam, possunt obiicere alienæ rei concupiscentiam quia ecclesia Christi possidet †, vbi persecutores Christi regnabãt.

Idem epistola 50. ad Bonifacium.

¶ Res ecclesiasticæ ab hæreticis iniuste possidentur. C. III.

5 Quod autẽ nobis obiiciunt, quòd res eorum cõquisca mus [g], & auferamus; vtinã catholici fiant, & non solũ quæ dicũt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum & charitate possideãt. Vsque adeo autem calũniandi [h] cupiditate cæcantur; vt nõ attendãt, quàm sint inter se contraria [i], quæ loquuntur. Ipsi certe dicunt, & inuidiosissime sibi cõqueri videntur; q̃ eos in nostram cõmunionem violẽto legum imperio coarctamus. Hoc vtique nullo modo faceremus, si res eorũ

Matt. 21.

‖ Iudæis & Sarracenis sua auferre non debemus.

† *consist.*] or. 4 sup. c. proximo.

b Dicas quòd est differentia inter Iudæos & paganos siue Sarracenos. Iudæos enim non debemus occidere vel spoliare: sed Sarracenos sic. 23. q. 8. dilectissimi. qui syncere. extra de iudæis, sicut se tenetur fideliter. & paganos. Sed de hac materia vide plura quid not. Inno. & Hostien. extra de voto. c. quod super. Archid. *Psal.* 134.

d ¶ *De rebus.*] hoc nomen, res, hic stricte sumitur. nam secundum significationem omnia comprehendit & corporalia & incorporalia, vt ff. de verb. signifi. rei appellatio. & l. rei appellatione. Ioan.

e ¶ *Et impios.*] per hoc dicunt quidam, quòd Iudæis & Sarracenis licite possumus sua auferre: & intelligitur id quod dicitur infra quæst. 8. capit. dispar. de personis Iudæorum non de rebus. ‖ Sed secus credo: quia Iudæi soluunt tributum, & de voluntate nostra tenent ea quæ habent [b].

f ¶ *Imperio.*] simile 14. q. 5. dixit. 45. dist. qui syncera.

g ¶ *Cocupiscamus.*] 5. ea. q. 4. ipsa pietas. in fin.

h ¶ *Calumniandi.*] nõ est calumniandum ius. j. de consc. dist. 2. liquido. ff. ad exhib. l. penul.

i ¶ *Contraria.*] argu. quòd contraria dicens nõ est audiẽdus, vt extra

de appel.solicitudine. & 74. dist.gesta:C.de mun. patri.profesio tua. Arg. contra extra de iudi.exa minata, vt dixi 14. q.1 in fin.

a ¶ *Habebant.*] nõ in telligas de iure dominij: ‖ quia habere est idẽ qđ esse dñm rei: q̃n que idẽ est quod possidere, vt ff.de ver.sig.habere.

‖ Habere dupliciter sumitur.

b ¶ *Sed etiam nostra.*] id est ad conseruandum nobis data.

c ¶ *Procurationem.*] ‖ Prælati sunt procuratores non domini rerũ ecclesiasticarũ, vt hic, & 12. q.1.c.vlt. quandoque dicuntur domini. 16.q.1.& temporis.quãdoque defensores. 16.q.1.in canonibus tamen licet prælatus dicatur procurator, magis habet liberã administrationẽ a quàm simplex procurator:vnde aliquãtũ dare potest, si hoc habet cõsuetudo regionis,vt extra de don.c. 2.arg. contra. ſ. ea. q. 8. conuenior.

‖ Ecclesiasticarum rerum prælati sunt procuratores, & nõ domini.

a De hoc no. 5.q.3.c.vlt.

d ¶ *Dei.*] ſ.patris b.

b Adimplendo ejus voluntatem.

Q Vemadmodum.] CASVS: hoc c. diuidi*tur* in tres partes. In prima pte dicit Aug. q̃ hereticus est sicut mẽbrũ à corpore p̃cisum: qa sicut tale mẽbrũ non habet spiritũ vitę,sic homo à corpore Christi separatus non habet spiritũ iustitię. In secũda parte ponũntur quattuor quæstiones Vincẽtij. Prima est quare Christiani quærunt hæreticos? Et respondet Augu. ne iniusti permaneãt. Secunda est, quare nõ baptizant eos Christiãni cum quærunt ipsos? Et respõdet Aug. q̃ iniuria nõ est faciẽda sacramento. Tertia est quare nõ agunt pœnitentiã apud Christianos? Et respondet Aug. immo & si non egerint, vitã nõ habebunt. Quarta quæstio est,& si non recipiũt baptisma cũ reuertuntur: quid ergo recipiũt? Et respõdet q̃ accipiũt vnitatẽ spiritus sancti, s.charitatẽ, quam non habebant. In tertia obiicit Vincentius Donatista concupiscentiã Christianis.quod Aug. improbat duabus auctoritatibus:& hortatur hæreticos vt reuertantur ad ecclesiam, & suos labores possideant. Secunda pars est ibi, *Sed hoc est.* Tertia ibi, *Si autem.* Sequens capitulum patet.

1. Cor. 3.

e ¶ *Nos autem.*] in fi. c.idem repetit ‖ :& sic est arg. q̃ aduocatus idem ius sæpius potest allegare.Arg.contra. C. de ap. ampliorem.§. 1. ex eo q̃ dicit inimico,est ar.ad quæstionem sabbatinam, ‖ quòd si aliquis submisit se arbitrio inimici: licet tulerit duram sententiam, quòd illa teneat,dummodo non præcipiat aliquid iniustum, vt extra de iureiuran. Quinteuallis. sed si aliquid durum præcipiat, illud est reducendum ad arbitrium boni viri,vt ff. pro soc.societatem.

‖ Aduocatus idem ius sæpius allegare potest. Luc. 15.

‖ Arbitrium inimici an sit tolerandum.

Idem in eadem,epistola 50.

¶ Antea citabatur ex epistola ad Vincentium, in qua non habetur.

¶ Qui à corpore Christi præciditur,spiritum iustitiæ tenere non potest. C. IIII.

QVemadmodum membrum, si præcidatur ab hominis viui corpore,nõ potest tenere spiritum vitæ; sic homo, qui præciditur de Christi iusti corpore, nullo modo põt tenere spiritũ iustitiæ, etiã si figurã membri teneat,quam sumpsit in corpore.In huius ergo cõpagem corporis veniãt; & labores suos nõ dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possideãt.Nos autẽ e voluntatẽ nostram, vt iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicante,purgamus; quãdo eos ipsos,quorũ labores dicũtur, vt nobiscũ & illis,& nostris in societatẽ catholica vtantur, quantum valemus, inquirimus. ¶ Sed hoc est, inquiunt, quod nos mouet: si iniusti sumus; quare nos quæritis? Quibus respõdemus,quę rimus vos iniustos, ne permaneatis iniusti:quærimus perditos,vt de inuentis gaudere possimus, dicentes mortuus erat frater, & reuixit; perierat, & inuentus est. Quare ergo me, inquit, non baptizas, vt me abluas à peccatis? Respondeo, quia non facio iniuriam characteri imperatoris; cum errorem corrigo de sertoris f. Quare, inquit, apud te vel pœnitentiam non ago? Immo, nisi egeris, saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas te fuisse peruersum? Quid ergo, inquiunt, apud vos,cum ad vos transimus,accipimus? Respondeo, non quidem accipitis baptismum,qui vobis extra cõpagem corporis Christi inesse potuit,prodesse non potuit:sed accipitis vnitatem spiritus in vinculo pacis (sine qua nemo poterit videre Deum) & charitatem,quæ, sicut scriptum est, cooperit multitudinem peccatorum. *& supra.*

¶ Si autem consideremus, quod scriptũ est in libro sapientiæ [Ideo iusti tulerunt spolia impiorum.] Item, quod legitur in prouerbiis [Thesaurizantur autem iustis diuitiæ impiorum;] tunc videbimus non esse quærendum, qui habeant res hæreticorum,sed qui sint in societate iustorum. *Item post aliqua.*

¶ Si corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori Christi thesaurizantur diuitiæ impiorum;non debent impij foris remanere,vt calumnientur, sed intrare potius, vt iustificentur. *Item post aliqua.* ¶ In Christi ergo compagem corporis veniant; & labores suos non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, vt iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus: quando eos ipsos,quorum labores dicuntur, vt nobiscum & illis, & nostris in societate catholica vtantur,quantum valemus,inquirimus.

His igitur auctoritatibus liquido monstratur, quòd ea,quæ ab hæreticis male possidentur, à catholicis iuste auferuntur; nec idco aliena possidere dicuntur.

QVÆSTIO VIII.

DE episcopis vero, vel quibuslibet clericis §, quòd nec sua auctoritate, nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere valeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus Apostolorum à Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret,vt magistrum à Iudæorum iniuria defensaret; audiuit [Conuerte gladium tuum in vaginam: Omnis enim qui gladium acceperit,gladio peribit:]

a Sup. hoc. ca. nec à quo ab initio.

principi pro feudo,vt ſ. e.§.ecce. Quid autem iuris sit ſi clerici defendendo se,occidant aliquem,habes notatum 50.dist.de his clericis.

a ¶ *Hactenus.*]

ex hoc videtur quòd tunc cessauerit obseruantia legis: quia prius licuit repellere iniurias nõ solum pro se,sed pro socio, vt ſ. ea. q.3.non in inferenda.sed tunc primo fuit prohibitum exercere: hodie autem tãtum licitum est defendere seipsum,vt ex tra de hom.c. 2. & extra de cleri. percuſ.c. pe.Io. Non credo peccare eum qui aliquẽ patientem iniuriam defendit,etiam si homicidium faciat, vt ſ. ead.q.3. non in inferenda.licet forte irregularis efficiatur: quia non fuit ibi ineuitabilis necessitas,vt dist.50.quia te obnoxium.B.

b ¶ *Prohibuit.*] Ex hoc videtur quòd non licet alicui defendere dominum suum vel socium: sed tantum seipsum, vt extra de ho. c. 2.& ca. suscepimus. extra de cle. percu. c. pen. sed contra.hoc est ſ.e.q. q.3.c.fortitudo. & c.pro membris. & c.vlt.ſ.6.q. 1. infames. nam seruus potius iuuabit dominũ quàm seipsum, vt ff. ad Syl.l.1.§.ſerui.

Non pila.] CASVS. Quidam reprehendebant Ambro. eo quod non impugnabat quosdam ecclesiam infestantes.Et respon.Ambr. quòd milites Christi nõ debẽt mouere arma.vnde dicit Ambr.quòd dolor, fletus, lacrymæ & orationes sunt sua arma: aliter repugnare non debeo, ecclesiam tamen non derelinquo. & sunt tria præcedentia ca.loco palex. Quæ sequuntur plana sunt vsque ad §. *His ita.*

c *Vicumque.*] ¶ *In bello.*] hoc intelligas si est ex parte illorum, qui violentiam inferũt:alioquin secus est a extra de cleric.percuſ.cap.pen.

d ¶ *Gentilium ludis.*] secus si in aliis ludis, vt extra de cle. percuſ.cap. pen.extra de hom.lator.

e ¶ *Sepultura.*] si pœnituit:sed tamen ecclesia non debet orare pro ipso, nec sumere oblationes eius, vt hic dicit. & idem est de raptore, qui in fine pœnitet ,vt extra de rapt.super eo. ‖ ecõtra est in torneamentariis: quia illi non habent sepulturam,licet alia sacramenta recipiant,vt extra de tornea.cap.1.intellige quod hic dicit, de canina seruitura,vt dixi ſ.ea. q.5.placuit. Ioan.

f *Clerici.*] ¶ *Arma.*] armorum appellatione intelliguntur etiam ligna & lapides ff. de verb.signifi. armorum appellatione.

g *Volentes.*] secus si causa timoris faciant. tunc enim nec velle videntur, vt extra de regu. iur.qui ex timore.

h *Vicũque ex clero.*] licet sint in minoribus ordinibus cõstituti, vt 20.quæst.3.eos qui. Arg. tamen contra, extra de vo. & vo. redemp.c.2. b in parte decisa.

i ¶ *Militaria.*] sed qđ si habent inimicos? tunc dicitur, q̃ possunt arma defensionis accipere. Alij dicunt q̃ non. faciant ergo clerici sicut Moyses,vt 36.dist.cap.vlt.

IVSTINIA. Hæc est 2. pars q. in qua probatur, quod clerici hortari possunt q̃ fideles defendant ecclesiam , & se etiam possunt defendere, ita quòd ipsi propriis manibus non effundant sanguinem,nisi ad defensionem suam.& hoc probat per 11. cap. Ioan. de Fant. & est hic incidens q.Arch.

CASVS. Respondet Grat.c.supradictis,dicẽs quòd clerici sua manu non valent arma recipere,sed alios possunt hortari pro tuitione oppressorũ, & pro oppugnatione inimicorũ Dei; quod probat per seq.cap.

k ¶ *Hortari.*] hæc vera sunt vbi ecclesia sua impugnatur vel patria: vt ſ.ead q.3.fortitudo.ff. de reli.minime Ioan.

Igitur cum.] CASVS. Quidam nuntij significauerunt Leoni Papæ, quòd Sarraceni veniebant in portum Romanorũ: quare præcipit populum Romanum ad littus maritimum descẽdere: quod & factum est: hoc totum significauit Ludouico Imperatori.Sequens cap.patet.

l ¶ *Nostrum.*] ‖ ergo ciuitas Romana est Apostolici, & non Imperatoris. Nam Imperator concessit ei ciuitatem cum ducatu suo. 63. dist. ego. 96. dist. Constantinus. sed Imperator aduocatus est ibi, vt extra de electio.venerabilem.

m ¶ *Et egressi.*] episcõi ergo possunt interesse bellis. nam & Paulus interfuit, vt ſ. e. quæst. 3.Maximianus. & Moyses 36.dist. cap.vlti. Ioan.

Scire.

ac ſi aperte ei diceretur: hactenus a tibi, tuisque prædecessoribus inimicos Dei gladio corporali licuit persequi: deinceps in exemplum patientiæ gladium tuum, id est tibi hactenus concessum, in vaginam conuerte: & tantum spiritualem gladiũ, quod est verbum Dei, in mactatione veteris vitæ exerce. Omnis enim præter illum, vel auctoritatem eius,qui legitima potestate vtitur,qui,vt ait Apostolus, non sine causa gladium portat,cui etiam omnis anima subdita esse debet,omnis,in quam,qui præter auctoritatem huiusmodi gladium acceperit; gladio peribit. ¶ *Ité Ambrosius* [*Arma episcopi lacrymæ sunt & orationes.*] *Item illud Apostoli* [*Non vos metipsos defendentes charissimi;*] *quamuis omnibus generaliter dicatur, specialiter tamen prælatis dictum intelligitur.*

Vnde Ioannes Papa VIII. Angebergæ Imperatrici, excusans Ioannem episcopum remoueri de militia, dicit. ¶ *Huic capiti & sequenti non est in vulgatis præpositum nomen Paleæ. Vtrumque tamen cum deinceps sequenti palea abest à plerisque vetustis exemplaribus.*

¶ [illegible] C. I.

NImium certe veretur, & iure formidat contra professionem sui ordinis sæcularem militiam exercere : terram defendere; de præliis tractare, de armis, terrenæ potestatis est.

Item Innocentius Papa.

¶ De eodem. C. II.

QVm à Iudæis, inquit, Dominus caperetur, & Petrus cuiusdam inobediẽtis aurem abscinderet ; ferire prohibuit : & forma omnium sacerdotum (quorum prior erat) etiam pro seipso capi arma carnalia prohibuit.

[*Item Ambrosius.*]

¶ Eiusdem. PALEA. C. III.

NOn pila quærunt ferrea:] Non arma Christi militant.] Coactus repugnare non noui: sed dolor, fletus, orationes, lacrymæ fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo,nec possum resistere:fugere autem, & relinquere ecclesiam non soleo:seruum Christi non custodia corporalis, sed Domini prouidentia fepire consueuit.

Initium huius capitis,quod constat duobus dimetris iambicis, non est inuentum. Reliqua habentur in libro 5.epistolarum in oratione contra Auxentium; quamuis hic verba aliqua sint immutata. Nam apud B. Ambrosium habent vt ſ. ea. c. conuenior. §.quid ergo turbamini.

Hinc etiam de his, qui in bello, aut rixa moriuntur,in concilio Triburiensi sic statutum est.

¶ Pro clerico,qui in bello,aut rixa moritur, oratio, vel oblatio non offeratur. C. IIII.

Vicumque clericus aut in bello c, aut in rixa,aut in gentilium ludis d mortuus fuerit; neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur; sed in manus incidat iudicis: sepultura etiamen non priuetur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 44. de clericis arma ferentibus.

¶ Grauiter arguendi sunt quidam de sacerdotali ordine clerici vel monachi, qui arma portare non verentur. C. V.

Clerici, qui in quacumque seditione a arma volentes b sumpserint, aut sumpserunt; reperti amisso ordinis sui gradu in monasteriũ pœnitẽtiæ α tradantur.

α ¶ Pœnitentiæ.] *Sic legitur apud Anselmum, & in codicibus conciliorum editis, & manuscriptis,quamuis in posterioribus editionibus Colonienſibus in margine sit adscriptum*, perenniter, *quemadmodum antea apud Gratianum legebatur.*

Item ex concilio Meldensi,c.37.

¶ Proprij gradus amittat qui arma ad [illegible] tulerit. C. VI.

Vicumq; ex clero e esse videtur;arma militaria non sumant, nec armati incidant: sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus,& religioso habitu præbeant. Quod si contempserint ; tamquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores proprij gradus amissione mulctentur:quia non possunt simul Deo & sæculo militare.

His ita respondetur.Sacerdotes propria manu arma arripere non debent: sed alios ad arripiendum ad oppressorum defensionem, atque ad inimicorũ Dei oppugnationem eis licet hortari.

Vnde Leo quartus scribit Ludouico f Augusto.

¶ Pro Sarracenis Papa iubet populum congregari,& eis ad littus maris occurrere. C. VII.

Gitur cum sæpe aduersa à Sarracenorum partibus peruenirẽt nuntia; quidam in Romanũ portũ Sarracenos clã,furtiueque vẽturos esse dicebant. Pro quo nostrum cõgregari præcepimus populũ, maritimumq; ad littus descendere de ceruim9,& egressi sumus Roma.

Epistola Leonis quarti, ex quibus hoc, & duo sequentia capita sunt accepta, non extant: In vetustis autem Pontificalibus, quod ad hæc capita videtur facere, legitur, cum magna Agarenorũ classis ex Africa ad vastandam Romam soluisse nuntiatur; Neapolitanos, Almaphitanos, & Caietanos nauibus Hostiam venisse,vt contra Agarenos pro defensione sancti Petri, & Romana Vrbe dimicarent. Quorum principes Leo Papa ad se vocauerit, & cum ipsis multa tractarit. Atque ipsa prorsus verba, quæ ad hoc caput pertinent, sunt hæc. Quos benigne in palatio Lateranensi suscipiens, causam,pro qua venerant,inquirit.Illi autem se ob aliud non venisse testati sunt,nisi,vt superius legitur exaratum.Quorum pius Apostolicus credulus verbis,cum magno exercitu,& armorum procinctu mox ciuitatem

b De hoc ar. ibi sumebatur à clericis sen sus sumptos: cũ ibi sic dicerat,cũ non sit licitum clericum in sacro ordine constitutũ arma tumere : vel ad sanguinis effusionem vacare , &c. sed ibi subaudiebatur , maxime , propter hoc quod hic dicit.

4. Anſ. l. 7. ca. 187.

al. factione

5 Burch.l.2.c. 1 .Ino p. 6. c. 286. Pann.l.3. c.168.

3 Burc. l. 2.c. 231. Ino p. 6. c.308.

al. Lothario

6 Ino p. 10 c 83.Pann.l.8.c 27.

‖ Romana ciuitas non est Imperatoris sed Papæ.

‖ Episcopi possunt interesse bellis.

‖ Episcopi nō sunt tantum custodes chartarum.

2 *Cire.*] ¶ *præsentialiter.*] id est, sine mora: nec enim tātum debent episcopi esse custodes chartarum, sed etiam defensores ecclesiarū, vt 16.q.1.in canonibus. & sic patet hic q̄ episcopi etiam vasallos suos tenentur defendere, defendendo non vlciscēdo iniurias, vt 46.dist. seditionarios. Ioannes.

Omni timore.] Casvs. In hoc cap. hortatur Leo exercitum Francorum vt viriliter pugnet aduersus inimicos ecclesiæ: & si quis propter hoc moriatur, non pœnam, sed cœlestia præmia consequetur. Sequentia duo cap. patent.

b ¶ *Omni timore.*] supra eadem q.5.omnium.

c ¶ *Patriæ.*] supra ead. quæst. 3. fortitudo.

‖ Iuo p.10.cap. 84. Pan.l.8. c.28.

d *Hortatu.*] ¶ *Hadriani.*] 5. distin. 63. Hadrianus.

e *Ispar.*] ¶ *Persequuntur.*] Videtur ergo quòd si Sarraceni nō persequūtur Christianos, non possumus impetere eos a. ‖ nam etiam ad mensam eorū comedere possumus. 11. quæst. 3. ad mensam. & lex dicit, quòd eis quiete degētibus nullam debem⁹ facere molestiam, vt C. de pagan. & sacris Christianis. Ioannes.

‖ al. illis

a Immo videtur quòd tales quandō sunt mānifesti, quòd præscribere possūt. de hoc not. 17. quæst. 3. potro. ‖ Comedere possumus ad mensam Sarracenorum.

2 Pann.l.8.c. 30.

Præterea.] Casvs. Hermānus dux fuerat infamatus propter quosdam marinos latrūculos, qui sub nomine eius in Christianos sæuiebant. quare Ioan. hortatur ipsum vt ipsos persequatur & repellat: q̄ si non fecerit, cum possit, particeps erit criminis: quòd probat vna auctoritate.

3 Deusdedit l. 5. Iuo p.10.c.91. Pann.l.8.c.32.

f ¶ *Comprimi.*] hæc ratio non videtur sufficere nisi esset iudex eorum: nam si iudex negligit facere iustitiā de suo subdito, ipsemet potest cōueniri, vt dixi 5. ead. q.2. Dominus. & sup. ea.q.3. cap.vltim. & q.5.non est.

g ¶ *Committit.*] fi. 5. 83. dist.error b.

b C. de commer. & l. 2. in fi. vbi sunt plures concor. ad idē sup. ead.q. 3. qui potest.

Egi Syromasten.] Casvs. Riparius quæsiuit à Hiero. an sit peccatum punire criminosos. Et respōdet quòd non: quod probat quinque exemplis, s. Phinees: & Heliæ: & Simonis Chananæi: Petri & Pauli: & vna auctoritate veteris testamenti.

4 Iuo p.13.c. 114. Pan.l.8.c.29.

h ¶ *Syromasten.*] id est vindictam siue zelū indignatiōis: quia Phinees coeuntem cum Madianita interfecit.

‖ al. Hermāno

Hostiam properauit: omnesque cum gaudio susceperūt. Illi autem videntes summum pontificem, omnes osculari cœperunt pedes eius. Summus autem præsul Missam in ecclesiæ beatæ Aureæ celebrauit, omnibusque corpus Dominicum tradidit; atque orationem post perceptū corpus super eos donauit. Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit; exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis horum fidelium tuorum brachia cōtra inimicos sanctæ tuæ ecclesiæ dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur, & conualescant, vt de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus appareat gloriosum. Die vero altera, postquam prædictus Pontifex reuersus est à iam prædicta ciuitate, ipsi sceleratorum socij, siue participes (f. Agarenij) iuxta littus maris Hostiensis multis cum nauibus paruerūt. Præfati autē homines sup illos faciētes impetū omnes superauere orationibus Apostolorum, & sancti Præsulis.

Idem Leo.

¶ Vtor sui gregis Papa debet esse & præsipuus adiutor. C. VIII.

1 Cirē vos oportet, quòd num- Squam ab aliquibus nostros homines finimus opprimi: sed, si necessitas vlla occurrerit; præsentialiter vindicamus: quia nostri gregis in omnibus vltores esse debemus, & præcipui adiutores.

Idem exercitui Francorum.

¶ Celeste regnum à Deo consequitur, qui pro Christianorum defensione moritur. C. IX.

2 Omni timore b, ac terrore depositō contra inimicos sanctæ fidei, & aduersarios omniū religionum agere viriliter studete. Nouit enim omnipotens, si quilibet vestrum morietur; quòd pro veritate fidei, & saluatione patriæ c, ac defensione Christianorum mortuus est: ideo ab eo præmium cæleste consequetur.

Item Alcuinus.

¶ Contra Longobardos, precibus Hadriani Papæ Carolus bellum suscepit. C. X.

3 Hortatu, & precibus Hadriani d Romanæ vrbis episcopi exoratus Carolus rex bellū contra Longobardos suscepit: quod prius quidē & à patre eius Pipino, Stephano Papa supplicante, cū magna difficultate susceptum est.

¶ *Quod hic refertur ex Alcuino, habetur in vita, & gestis Caroli magni per Eginardum scriptis. In quo libro & apud Iuonem pro voce* hortatu, *legitur*, rogatu.

Item Alexander Papa secūdus omnibus episcopis Hispaniæ.

¶ Iudæos non debemus persequi, sed Sarracenos. C. XI.

4 Dispar nimirū est Iudæorum & Sarracenorum causa. In illos enim qui Christianos persequūtur e, & ex vrbibus, & propriis sedibus pellunt, iuste pugnatur: Hi vero vbique seruire parati sunt.

Item Ioannes octauus Demagō Duci glorioso.

¶ Quæ errāta, quæ potest emendare, non corrigit, ipse committit. C. XII.

5 PRæterea deuotionis tuæ studium exhortamur, vt contra marinos latrunculos, qui sub prætextu tui nominis in Christicolas debacchantur, tanto vehementius accendaris, quanto illorū prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis: quoniam licet credi possit, quòd te nolente illi nauigantibus insidiēt; tamen, quia à te cōprimi posse dicuntur, nisi eos compescueris, innoxius nō habeberis. Scriptum quippe est [Qui crimina, cum potest emendare, nō corrigit ipse committit g.

Item Hieronymus ad Riparium contra Vigilantium.

¶ Crimen punire pro Deo, non est crudelitas, sed pietas. C. XIII.

6 LEgi Syromastē a Phinees, austeritatem Heliæ zelum Simonis Chananæi, Petri seueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis, Paulique constantiam, qui Elymam magum viis Domini resistentem æterna cæcitate damnauit. Non β est crudelitas crimina pro Deo punire: sed pietas. Vnde & in lege dicitur [Si frater tuus & amicus, & vxor, quæ est in sinu tuo, deprauare te voluerit à veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum.

6 Iuo p.10.c. 72. Pann.l.8.cap. Num. 25. 4. Reg. 1. Matth. 10. Act. 5. Act. 34.

a Syromasten.] *B. Hieronymus Nu. 25. & in c.2. Malachiæ σειρομάστην, pugionē interpretatur: tertio autē libro Reg. c.18. & lib.4.c.11. hastam, velut etiam Hesychius, qui ait σειρομάστην esse ἐδος λόγχης.*

β ¶ Nō est crudelitas.] *In editione Romana legitur*, non est crudelitas, *pro* Deo pietas. *In Lugdunensi vero*, non est crudelitas pro Deo, *sed* pietas: *lectio tamen Gratiani non videtur reiicienda.*

Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum, homilia 17. ad c.5.

¶ Quædam in veteri testamento licebant, quæ in nouo prohibentur. C. XIIII.

7 OCcidit Phinees hominē, & reputatū est illi ad iustiam. Abrahā vero non solū homicida, sed etiam parricida (quod certe grauius est) effectus, magis Deo, magisq; complacuit. Petrus geminum fecit homicidium: fuit tamen opus spirituale, quod factū est. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam, & voluntatem, & personarum differentiam: & quantacumque alia ipsis operibus acciderint, diligentissime inquiramus. Nō enim possumus ad veritatem aliter peruenire.

7 Iuo p.10.c. 65. Pann.l.8.cap. Num. 25. Gen. 22. Act. 5.

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c.46.

¶ Necessitate imminente, etiam in quadragesimalibus diebus bellum iniri licet. C. XV.

8 SI nulla vrget necessitas; non solum in quadragesimali tempore, sed omni est à prælijs abstinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas; nec quadragesimali tempore pro defensione tam suæ, quàm patriæ q, seu legum paternarum, est bellorum procul dubio præparationi parcendum: ne videlicet Deum videatur homo tentare; si habet quod faciat, & suæ, ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.

8 Iuo p.10.c. 93. Pann.l.8.cap. opponitur. Gratiano & Iuo

Item

Petrus.] Casvs. Docet hic Greg. quòd Petrus Tabitham mulierem à morte suis precibus suscitauit: Ananiam vero & Saphiram Christo mentientes increpando morti dicitur tradidisse: vnde patet quòd talia quandoque fiunt ex potestate, quandoque ex postulatione: quia vnum fecit increpando, aliud vero fecit orando.

2 ¶ *Ananiā.*] 12.q. 1.c. 2. & 5. ea.q.4.c.vindicta. 17. quæst. 1. Ananias.

Vt pridem.] Casvs. Ariulph⁹ hæreticus ecclesiam impugnabat & infestabat, cōtra quem Velox, magister militiæ pugnabat: ad quem cum Grego. quosdam milites mittere vellet in succursum, significabat sibi prædictus Velox, quòd Ariulphus versus Romam discurrebat. & ideo Papa tunc milites retinuit: sed nunc eos mittit, & hortatur ipsum Velocem vt insimul cum Mauricio & Vitaliano ad uersus ipsum Ariulphum nonnominandum viriliter pugnet, siue Romam, siue Rauēnam discurrere velit, & admonet eum vt quattuor familias Maloin, Adobin, Vigildi atque Grusingi, qui cum Mauricio erant, à captiuitate relaxet, vt homines dicti Mauricij sine impedimento eos reducere possint. Et dicit ibi, *homines*, id est, nuntij prædicti, scilicet Mauricij: *cum eis*, scilicet captiuis, reducendo eos: *eiusdē*, scilicet, epistolæ.

al. Arnulphus

b ¶ *A dorso.*] argu. q̄ dolus contra hostem licite potest fieri, vt 5. ea.q. 2. Dominus noster. & 22. quæstio. 2. vtilem.

c ¶ *Relaxes.*] à captiuitate. Ioan.

Vppliciter.] Casvs. Ariulphus direxit epistolam quādam Greg. in qua innuebat q̄ Suanenses, id est Beneuentani ei obsides pro sua fidelitate dederant: quam epistolam Grego. mittens Mauricio & Vitaliano per quendam alium Vitalianum mandat eis, vt inquirant si permanserunt in fide quam reipublicæ promiserunt, & recipientes ab eis obsides, eos sacramentis obstringant. si autem inuenerint, quòd cum Ariulpho vel fœdus fecerint, vel ei obsides dederint, sicut Ariulphi epistola innuere videbatur: tunc faciant quòd reipublicæ & saluti suæ & Papæ viderint expedire: ne ipsi & Papa de sacramentis eorum teneantur, & hortatur eos si Romam discurrere voluerint, vt vel loca ipsius deprædentur, vel mittant exploratores vt inquirant quid facere velint, ne nobis possint ex improuiso nocere. Ego tamen Bartholo. Brixi. totum hunc casum sub illo ca. vt pridem semper audiui & legi, & tu lector si volueris sub vno casu vel duobus formare poteris, secundum quod tibi melius videbitur.

d *Suanenses.*] primo enim iurauerant reipublicæ.

e *Obsidesque.*] ‖ Ergo liber homo potest esse obses pro pace seruanda, non pro pecunia, vt extra de iureiur. autē die mensis Iunij Ariulphus hanc epistolam, quam vobis direximus, trāsmisit: & ideo relegentes eam videte, si in fide sua Suanenses a, quam reip. promisere, perstiterunt: obsidesque c dignos, de quibus possitis confidere, ab eis percipite: & insuper eos denuo β, sacramentis obstringite, reddentes eis quod loco pignoris substituistis, & sermonibus vestris eos sanantes. Si autem manifestissime cognoueritis, eos cum Ariulpho de sua subiectione locutos fuisse, vel certe obsides ei dedisse; sicut nos Ariulphi epistola, quam vobis direximus, dubios reddidit, salubri concilio pertractantes, ne in aliquo anima vestra, vel nostra de sacramentis grauetur; quidquid vtile reip. iudicaueritis, peragite. Sed ita faciat gloria vestra, vt neque sit aliquid, vnde possimus ab aduersariis reprehendi, neque in quo vtilitas reip. (quod Dominus auertat) negligatur. Præterea gloriosi filij estote solicitiq; quia quantum comperi, hostis d multitudinem habet collectam, & in e Marchia dicitur residere: & si huc cursum, Deo sibi irato, mittere voluerit; vos loca ipsius (quantum vos Dominus adiuuerit) de prædamini: aut certe sculpas f, quos mittitis, solicite requirant; ne dolens factum ad nos discurrat.

a Homo liber an possit obligari.

a. al. Arnulphus

a De hoc etiā no. 10. q 2. hoc. in gl. quia ad profanos.

a. al. subditionē

β ¶ Denuo.] *Abest hæc dictio à codicibus epistolarum exemplis, & manuscriptis: est tamen in vetustis etiam Gratiani, & apud Anselmum.*

γ ¶ Vestra vel.] *Hæ duæ voces non sunt in codicibus epistolarum; sed apud Anselmum.*

d ¶ Hostis.] *In epistolis beati Gregorij partim legitur*, hostem collectum habet: *partim vero*, hostis collectam habet. *Apud Anselmum vero est*, hostium collectam habet.

e ¶ In Marchia.] *In epistolis impressis est*, Narinas. *in vno autem manuscripto codice.*, Narnia.

ζ ¶ Sculpas.] *in plerisque vetustis, sicut etiam in codicib B. Gregorij impressis, & manuscriptis, legitur*, fcultas, *quæ vox etiam apud Paulum Diaconum, & alios scriptores significat exploratores, quod vidit etiam auctor glossæ.*

In Regesto etiam legitur, quòd B. Gregorius ciuibus Thusciæ, vt contra Longobardos arma pararent, mandauit, & militantibus stipendia dedecreuit. Hoc ergo exemplo, & præmissis auctoritatibus claret, quòd sacerdotes, etsi propria manu arma arripere non debeāt; tamen vel his, quibus huiusmodi officia commissa sunt, persuadere, vel quibuslibet, vt ea arripiant, sua auctoritate valeāt imperare.

a. al. fcultas

‖ Periuri testimonium non est amplius recipiendum.

3 ¶ Vppliciter gloriæ vestræ per filium nostrum Vitalianum, cum quo & tractetis, & verbo, & scripto mandauimus. Vndicimo

b Et est vulgare Hispanorū sicut Italici, dicunt spiar, Ioan. de Fan.

bardos inuitauit, & militantibus stipendia decreuit. Quo exemplo & præmissis auctoritatibus patet, quòd licet clerici propria manu pugnare non debeant, quoscumque tamen hortari possunt ad pugnam. postea probat contrarium per sequentia cap.

SED OBICIVNT. Hæc est tertia pars quæstio. in qua probat per quattuor auctorita. quòd sacerdotes non debent pugnare, s. manu propria. Io. de Fan.

Reprehensibile.] CASVS. Cum Nicolaus præcepit quibusdam episcopis, vt Romam venirent, Carolus Imperator scribit ei q̃ ire non poterant: quia contra maritimos pyratas die noctuque cum aliis fidelibus tuis contra pyratas maritimos inuigilare, ob idque episcopi impediantur venire; cum militum Christi sit Christo seruire: militum vero sæculi sæculo, secundum, quod scriptũ est, [Nemo militãs Deo implicat se negotiis sæcularibus.] Quòd si sæculi milites sæculari militiæ studeant; quid ad episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus?

Epistola, ex qua sumptum est hoc caput, extat Romæ in monasteria Dominicanorum scripta Ludouico, & Carolo Regibus: cuius initium est, Credimus ex Dei dono, *in qua de Carolo, sermonem proprie ad ipsum conuertens, queritur Pontifex, ob quasdam excusationes, & hanc præcipue, quæ hoc capite continetur, nullos episcopos Romam ad synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus, qui antea erat,* ad Carolum Imperatorem.

Item Gregorius Papa libro septimo epistola prima, ad Sabinianum.

¶ In mortem cuiuslibet hominis episcopi se misceri formidem. C. XX.

SI in morte Longobardorum me miscere voluissem; hodie Longobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet; atque in summa confusione esset diuisa. Sed quia Deum timeo; in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.

His ita respondetur. Sancta Romana ecclesia sua auctoritate, congregata valet disiungere, & disiuncta congregare: rationis tamen æquitate consideratā. Vnde vel pietatis, vel necessitatis intuitu semel à se concessa valet vel in totum, vel in partem commutare. Pro necessitate namque corrigendorum vitiorum priuilegia ecclesiarum multarum, vel imminuuntur, vel penitus immutantur. siue personaliter, siue generaliter. Personaliter iuxta illud [8 *Priuilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.*]

Item Siluerius Papa Vigilio episcopo, epist. 2.

communi vtilitate sunt introducta.

k ¶ *Duodecim librarum.*] durior pœna statuitur contra illos qui violant priuilegia ecclesiarum. 16. q. 1. notarum. in fin. Vel ibi loquitur cum agitur criminaliter, hic cùm ciuiliter.

l ¶ *Obtineant.*] hic habes, quòd pœna soluta, contractus stat in sua firmitate. sic 12. q. 2. episcopus qui mancipium. & 23. dist. quamquam. in fin. ff. de tranſac. qui fidem. C. de fideicommissaria: argum. contra, extra de pœn. suam. Iniquum enim est, quòd simul habeatur res & pœna. ff. de exceptio. dol. a. apud Celsum. §. Labeo. Sol. si protestatus est se velle contractum remanere in sua firmitate; tunc potest vtrumque petiti, alias non. ‖ Vel distingue an pœna apponatur loco interesse, aut loco contumaciæ, aut in fraudem vsurarum. Si loco contumaciæ, & reus noluit soluere debitum cū posset, & rem & pœnam præstabit. ff. de collatio. l. 2. §. si cum duobus. & ff. de tabu. exhiben. locum. §. condemnatio [b], si est apposita loco interesse, tunc potest agere quanti sua interest. ff. de act. emp. prædia. Sed si in fraudem vsurarum, tunc non potest, vt extra de emp. & ven. ad nostram. in fi. & ff. de act emp. & vend. Iulianus. §. idem. Ioan.

m ¶ *Posteaquam.*] *Documentorum.*] sup ple maxime: quia est instrumenta nulla essent super hoc facta, non tamen posset retractari cōtractus. ‖ Ideo enim fit instrumentum, non quòd vis contractus perficiatur per instrumentum, sed vt facilius possit per illud probari, vt C. de proba. cum res. Idem est in electione, vt 63. distin. quanto. & sic est in matrimonio, vt 30. q. 5. nostrates. in fin.

SI EPISCOPI. CASVS. Concludit G. ex supradictis breuiter epilogando ea, quæ sunt superius allegata, ostensens quòd per posteriora priuilegia non potest antiquioribus derogari, cum etiam si contra illa specialiter aliqua priuilegia fierent, essent pro infectis habenda.

HISTORIA. SPONSETA. Hæc est 2. pars quæst. in qua ponit diuersos casus, in quibus perditur priuilegium, & prima ponit de specialibus, secundo de generalibus. Ioan.

CASVS. Respondet nunc G. supradictis, dicens quòd ecclesia Romana sua

na sua auctoritate priuilegia concessa, pietatis vel necessitatis intuitu in totum vel in partem potest commutare. Nam imminente quandoque necessitate, propter vitia corrigenda malarum ecclesiarum priuilegia vel imminuuntur, vel penitus immutantur, siue personaliter fiat hoc, siue generaliter. De primo probat per tria proxi. c. de secundo probat per illud c. ita nos.

Sic decet fidem sanctorum.] CASVS. Docet Siluerius Papa in hoc c. quòd ille qui propria temeritate vsurpat quod non est sibi concessum, debet amittere qđ habebat. Casum autem sequentis c. inuenies notatum 5. 74. dist. c. vbi ista didicisti.

a ¶ *Amittat.*] argum. quòd qui vsurpat sibi ius alterius in eligendo, ꝙ etiam proprium ius electionis debeat perdere, vt 93. distin. cap. vlt. Item argum. quòd pœna extenditur quandoque vltra delictum [a], vt extra de plus pet. c. 1.

b *Denuntiamus.*] ¶ *Inuitum.*] Supra 74. distinct. vbi ista. B.

Si qui episcopi.] CASVS. Quæsitum fuit à Leone quam pœnam pati debeant episcopi, qui ordinant indignos. Et respondet quòd decetero non conferent illum ordinem, quem illicite contulerunt, quamuis damnum depositionis euadant. Et intellige personaliter, cum persona punitur, & non punitur ecclesia perpetuo.

c ¶ *Si qui episcopi.*] Hoc est lectum 5. 1. q. 1. si qui episcopi.

GENERALITER. CASVS. Probatum est 5. per tria cap. proxim. quòd personale priuilegium potest Apostolicus auferre. Nunc idem probat Gratia. de generali. *Generaliter*, id est, pro vtilitate generali, vel pro damno generali.

Ita nos Scyllacænorū.] CASVS. Cūes Scyllacæni maligno spiritu ducti, duos suos episcopos, vnum post alterum occiderunt: quod nunquam legitur accidisse, etiam in illis ciuitatibus vbi bella continua fiunt, nisi ibi fuerit persecutor fidei Christianæ: & ideo Papa Gelasius, quia hoc crimen velut in consuetudinem iam deduxerāt, licet diu hæsitasset quid in tanta atrocitate facere debuisset, eos episcopali dignitate priuauit, ne de cetero habeant episcopum, in quem possit similis acerbitas perpetrari: nec aliis præbeant exempla similia faciendi. Sed ne propter malos boni deseri videantur, præcepit Gelasius duobus episcopis, vt vel insimul, vel alternatim præfatæ ciuitati præbeant ministerium visitationis. *In vtroque*, id est, pro vtroque episcopo interfecto. *vel in vtroque*, id est, pro vtroque eorum. quæ sequuntur siue instinctu, siue furiis, &c.

d ¶ *Vsum.*] ‖ arg. quòd duæ vices in criminibus inducunt consuetudinem, vt hic, & C. de episco. audi. l. 3. in fi. sed in ciuilibus negotiis nec etiam tres vices consuetudinem inducunt, vt ext. de causa pos. cum ecclesia. Item est hic argu. quòd magis punitur factum iteratum, vt 27. q. 1.

¶ Quod habet amittat, qui quod non accepit, vsurpat. C. XXII.

1 SIc decet fidem sanctorum patrum in ecclesia seruari catholica: vt, quod habuit amittat [a], qui improbabili temeritate, quod non accepit, assumpserit.

Item Simplicius Papa, epist. 2. Ioanni episcopo Rauennatensi post pauca, quibus ab illicita eum ordinatione prohibuit.

¶ Priuilegium amittit, qui sua potestate non legitime vtitur. C. XXIII.

2 DEnuntiamus autem, quòd si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum inuitum [b] facere forte credideris, ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Æmiliensis noueris auferendas.

Item Leo Papa, epistol. 85. alias 87. ad episcopos Africanos.

¶ Ius ordinandi amittunt, qui immeritum consecrant. C. XXIIII.

3 SI qui episcopi [c] talem consecrauerint sacerdotem, qualem esse non licet; etiam si aliquo modo damnum proprij honoris euaserint; ordinationis tamen ius vlterius non habebunt, nec vmquam ei sacramento intererunt, quod, neglecto diuino iudicio, immerito præstiterunt.

Generaliter, veluti dum ciuitati episcopalis dignitas perpetuo subtrahitur, quæ suos episcopos interimere consueuit.

Vnde Gelasius Papa scribit.

¶ Episcopalis dignitas ciuitati subtrahitur, quæ suos præsules interemit. C. XXV.

4. ITa nos Scyllacænorum [†] cædes geminata pontificum, horrendi criminis atrocitate confudit, vt diu constitutio nostræ deliberationis hæsitaret: dum & ingerere quempiam parricidalibus exemplis detestaremur antistitem, & ecclesiam vtcumque destitutam non vsque adeo iudicaremus relinquendam. Quapropter iam velut vsum [d], consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus consulendum, vt parochiæ vice ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernetur, quæ ibidē peruenit. & ff. de re mili. l. 3. §. si plures. & extra de hære. de abolendam. §. illos autem.

e ¶ *Episcopalibus.*] hic delictum ciuium, quod consistit in faciendo, redundat in damnū ecclesiæ. & sic est contra 16. q. 6. si episcopum. ‖ vbi dicitur, quòd delictum prælati non redundat in ecclesiæ damnum. sed potest dici, quòd hic ecclesia non damnificatur in rebus, licet damnificetur in honore. de delicto quod consistit in omittendo, non est dubium quin redundet in damnum ecclesiæ. vt 16. q. 3. placuit.

f ¶ *In vtroque.*] id est, pro vtroque episcopo interfecto [b].

g ¶ *Externis.*] id est, suggestionē extraneorū.

h ¶ *Visitationis.*] fic ergo episcopi vicini suppient defectum vicinorū episcoporū, vt 7. q. 1. pōti fices. & 65. dist. si forte.

HOSTILITATIS. Hæc est 3. pars quæstio. in qua magister soluit & bene secundū Io. de Fan.

CASVS iste §. in tres partes diuiditur. In prima dicitur, quòd Papa non solum propter crimen sua auctoritate priuilegia ecclesiarum potest auferre vel diminuere, sed etiam pp hostilitatē, vel pauperratē epales sedes mutare potest, vel duas in vnā redigere, exēplo B. Gregorij. Nō ergo sic intelliguntur priuilegia ecclesiarū permanere inuiolata, vt Apostolicus eis derogare non possit: sed sic debent intelligi permanere inuiolata, vt præter auctoritatem Papæ nulli liceat contrairе. In secūda parte obiicit huic conclusioni. cap. Symmachi Papæ, vbi innuitur, quòd possessiones, ecclesiæ, quæ dantur clericis, vel peregrinis causa necessitatis, vel religionis, vel pietatis intuitu, non possunt ab eis possideri perpetuo, sed ad tēpus. Sed huic obiectioni duplicem Grat. solutionem adhibet. Prima est, vt clerici, & peregrini illas possessiones ad tempus debeant possidere, monasteria vero perpetuo. Secunda est, quia sicut clerici vel peregrini cessante necessitate coguntur dimittere possessiones misericordiæ eis concessas: sic monachi cum à religione cessauerint, priuilegiis exuuntur, quæ religionis intuitu eis concessa videntur. In tertia parte dicitur, quòd priuilegia monachorum in eo casu intelliguntur esse concessa, quòd aliis ecclesiis non derogetur: videlicet vt decimationes noualiū quondā assignatas auctoritate priuilegiorū sibi teneant, vel si propter pauperratē, vel instantē necessitatē monachis consuli nō pōt nisi derogetur priuilegiis aliorum, & ita eorum subueniendo inopiæ, vt ipsi ratione priuilegiorum non fiant diuites, & baptismales ecclesiæ destruantur. Secunda pars incipit ibi, *Sed obiicitur*. Tertia ibi. *Priuilegia ergo. Alioquin*, id est, *aliter*, id est si non posset derogare priuilegiis aliorum, ad pauciratem reducerentur: quia non fierent nouæ, & aliæ destruerentur.

i ¶ *In vnam.*] vt 16. q. 1. & temporis.

x 15 q.3. poſſeſſiones.
a Racanus de magonum priuilegiis. Inc. primo.
‖ Priuilegium cessat cessante ipsius causa.

a ¶ *Possessiones.*] 16. quæst.1.possessiones.
b ¶ *Cessauerint.*] ‖ arg. quòd si priuilegium aliquod datur ex causa, vel ratione religionis, vel ratione paupertatis, vel alia de causa : quam cito cessat causa , cessat & priuilegium , vt extra de verbo.signifi. abbate. in fin. extra de deci. fuggestum.16.quæst.1. generaliter. & institu. de autho. tuto. §. vlt. & ff. de iud.l.2.§.legatis.& C.de test.mili.l. vlt. & insti.de pupi.sub. §.qua ratione.
c ¶ *Nulli.*] hoc non est verum : quia si illud nouale fuit in alicuius territorio, ad illum tantū spectabit.sed si in nullius parochia fuerit, episcopus poteſt assignare cui voluerit , vt extra de deci.quoniam.
d ¶ *Penitus.*] supra 12. q.2.bonæ rei.Ioan.

Videm sacerdos.]
CASVS. Expedito tractatu de priuilegiis, supponitur causa 26. in qua tractatur de diuinationibus , & reconciliatione excommunicatorum: & de pœna morientium. Quæ omnia vt melius pateant,Gratia. more solito thema proponit , de quo septem surgunt quæstiones.

Vi sint.] CASVS. Hic proponitur prima quæstio:in qua quæritur,quid sit sortilegium:quæ quæstio soluitur j. ca.1.

Sortilegi.] CASVS. Quæsitum fuit ab Isidoro qui dicantur sortilegi. Qui respondet dicens, quòd illi dicuntur sortilegi,qui artem diuinationis profitentur per sortes, quæ vocātur sortes Apostolorum,vel per quancumque aliā scripturā futura promittūt.
e ¶ *Profitentur.* ‖ Qui tales consuluit, pœnitentia punitur v. annorū, vt j. ea. q. 5. qui diuinationes. Ipsi autem facientes huiusmodi artes tantum pœnitētia vnius anni videntur puniēdi , vt extra de sortilegi. capit. 2 sed istud intelligē esse dispēsationē. secundū legem autem ipse maleficus punitur capite,vt C.de male.& mal.nemo. Io.

Vòd autem.] Hæc quæ. diuiditur ī tres partes. In prima probat sophistice,quòd nullum est peccatum exquirere sortes tempore necessitatis.Secunda ibi , *His ita.* Tertia ibi , *Hæc autem.* Ioan.de Ean.

alicui. ¶ 1 *Sed obiicitur illud Symmachi Papæ,* [2 *Possessiones* 2 *, quas vnusquisque eccleſiæ suo relinquit arbitrio.&c.*] *quæ supra in titulo de alienatione rerum eccleſiasticarum legunt adscripta. Vnde datur intelligi; quòd ea,quæ de iure vniuscuiusque eccleſiæ,vel necessitatis,sicut peregrinis, vel pietatis intuitu,sicut religioſis domibus conferuntur; non perpetuo,sed temporaliter ab eis , quibus conferuntur , sunt possidenda. Quanquam illud Symmachi ad necessitatis intuitum,non ad pietatis prospectum possit referri : videlicet, vt ea,quæ peregrinis,vel captiuis largiri necessitas suasit , non ea,quæ religioſis domibus ob quietem religioſæ conuersationis concessa sunt,prohibeantur perpetuo possideri.Vel potius de vtrisque intelligendum est:videlicet , vt sicut necessitatē patientes cessante necessitate beneficiis renuntiare coguntur , quæ eis miserationis indulsit intuitus, sic religioſe viuentes,cum à religione cessauerint , priuilegiis exuantur ; quæ religioſa conuersatio meruit. Priuilegia ergo, quæ religioſis domibus conferuntur, vel in eo casu accipienda sunt , in quo ita eis consulitur , quòd nulli aliquid derogatur; videlicet,vt ex nonalibus, quorum decimationes nulli assignatæ fuerant , priuilegiorum auctoritate decimas aliquibus persoluere non cogantur ; vel , si propter instantē temporis necessitatem eis consuli non poterit,nisi aliis derogetur ; ita priuilegiorum auctoritas videatur esse seruanda ; vt eorum subueniatur inopiæ; non vt suarum diuitiarum augmento, & possessionum non modica extensione perrecta,baptismales, seu parochiales eccleſiæ penitus destruantur.*

CAVSA XXVI.

Vidam sacerdos fortilegus esse,& diuinus conuincitur apud episcopum: correctus ab episcopo noluit cessare:excommunicatur : tandem agens in extremis , reconciliatur à quodam sacerdote episcopo inconsulto:iudicatur sibi pœnitentia sub quantitate temporis canonibus prafixa.

1 *Hic primum quæritur, qui sint sortilegi.*
2 *Secundo , an sit peccatum,esse sortilegum.*
3 *Tertio,à quibus genus diuinationis sumpsit exordium.*
4 *Quarto,quot sint genera diuinationis.*
5 *Quinto,an sortilegi,vel diuini sint excōmunicādi,si cessare noluerint.*
6 *Sexto , an excommunicatus ab episcopo possit reconsiliari à presbytero,illo inconsulto.*
7 *Septimo,si morientibus est indicenda pœnitentia sub quantitate temporis.*

QVÆSTIO I.

Vi sint sortilegi , Isidorus d.ffinit Etymologiarum libro 8. c. 9. ita dicens.

¶ [illegible]

2 Ortilegi sunt,qui sub nomine fictæ religionis per quasdam,quas sanctorum sortes vocāt, diuinationis scientiā profitentur , aut quarumcumque scripturarum inspectione, futura promittunt.

QVÆSTIO II.

Vòd autē sortes exquirere peccatū non sit ; & exemplis, & auctoritatibus probatur. Cum enim Achor de anathemate furtim subripuisset, & ob eius peccatū populus casus apud Nay hostibus terga dedisse ; præcepit Dominus Iosue , vt sortibus exquireret,quo peccato populus in manibus hostiū cadere meruerat. Iosue præceptum accipiens misit sortes, primum super tribus:deinde super familias: demū super personas:& ita cecidit sors super Achor. Saul quoque cū pugnans contra Philistheos iurasset se interfecturum , quicūque ante solis occasum de populo comederet; sortē deprehendit Ionatham filium suum mel comedisse.quod sceptro acceperat : quē cum merti tradere vellet , populo supplicante reuocauit sententiam. Ionas quoque cum à facie Domini fugeret, à nautis sorte deprehensus,in mare deiectus,& à ceto est absorptus. De Zacharia etiam legitur,quòd sorte exiit , vt in censum poneret. Matthias vero à beato Petro sorte in Apostolatum , & Iudæ successor eligitur. Quid ergo antorum exemplis probatur;patet malum non esse.

Vnde etiam Augustinus ait in lib. psalmorum , in psal.30. concione 2. ad vers. [*In manibus tuis sortes.*]

C. I.

3 Sors non aliquid mali [k] est; sed res est in dubitatione humana diuinā indicans voluntatem.

2 *His ita respondetur. Antequam Euangelium clarescret ; mul a permittebantur , quæ tempore perfectioris disciplinæ penitus sunt eliminata. Copula namque sacerdotalis, vel consanguineorum nec legali,nec Euangelica, vel Apostolica auctoritate prohibetur: Ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur.Sic & sortibus nihil mali inesse monstratur,prohibetur tamen fideli-*

CASVS. Hic intitulatur 2. quæ. qua quæritur vtrum sit peccatum inquirere veritatē per sortes. Et respondet quod sic. primo tamen probat quòd non est peccatū.& hoc ꝓbat in hoc §. quin que rationib[b] vel auctoritatibus , quæ facile in hoc §. discernuntur. De hoc tamen plenius inuenitur in summa huius quæstionis in apparatu. Seq. aūt cap. planum est.
f ¶ *Sortes.*] nota,quòd sortes quædam sunt licitæ:quædam illicitæ.Illicitæ sunt quæ fiūt per magicas incantationes : vel quæ fiunt ad exercendas vanitates aliquas. Vel quæ fiunt ad inquirenda aliqua occulta, vt Sead. hi qui.& c.illud.Sed quæ fiunt necessitatis causa, non sunt illicitæ, vt si cōtentio esset de electione aliquorum, & esset paritas vtriuq; in omnibus, exemplo Matthiæ possunt fieri sortes [a] . vt Iea.non exemplo. & q. 5. non licet cū enim nō fuerit humanū auxiliū, tūc possumus recurrere ad diuinū auxiliū, vt 22. q.2. queritur & in dubiis secundū leges ad sortes decurritur , vt ff. de iudi. sed cū ambo C.cōmunia de lega.si duobus. & Augu. scripsit [b] quibusdam, cū ciuitas esset obsessa, & dubitaret clerus qui deberent fugere , qui remanere:quòd sorte illud esset diuimendum.
g *Achor.*] historiam habes 7.q.4 §. ité peccato achor & Iosue 7.
h *Nay.*] ciuitatem
i *Saul quoque.*] hoc habes 22.q.2.§.item opponitur.
k *Ors.*] *Mali.*] in sui natura non est mala : tū prohibetur, quia propter assiduitatem habitur talis in idolatriam:sicut est in iuramento c. vt 22. q.1.& iurabunt.Io.

RESPONSIO.

Hæc est 2. pars q. in qua probat contrarium per 9.auct. sanctorum. Ioan. de Ean.
CASVS. Hic respondet G.allegatis dicens ꝙ in veteri testamēto multa permittebātur,ſ.fortilegia & alia : quæ hodie non permittuntur, Nam in vete. test. permittebatur copula sacerdotalis, vel consanguineorū cōiugia hodie est penitus interdicta.sic & fortilegiū prohibetur,nō ꝙ fortibus in sit aliquid mali : sed quia sub specie diuinationis ad cultum idololatriæ perueniūt. Et quòd fortilegia sint prohibita probatur auctoritate Apostoli. Idem

‖ Sortes sunt in duplici differentia.

a Adde an sit aliquid diuinandum sortes, or. in libris tribus. & in l. seq. ff. de leg. 3. & l. 2. cum glo. & no. per Bart. Cyanado , & qui. quæra. part. libro 10. al. Athan Iosue 7.

b Subau. in epistola ad Hon. ratem. de hoc satis per Arch. ꝙ. proximo. 1. Reg. 14.

Ionæ 1.

Act. 1. c Vel hoc fecit ignorando. antiqui tempora quia dū non erant prohibita , secundum Aug.

3 Panor. ibi. c. 27.

Cal. 4.

stoli. Idem seruant catholici de astronomia, vel astrologia.
QVOD AVTEM.
CASVS. Nunc probat G. quòd sortibus credi non debet.& ad hoc inducit sequentia cap.
Non statim.] CASVS. Docet Hieronymus in hoc c. ꝙ non ideo sortibus credere debemus , quia Ionas est per sortem in vitio deprehensus , & Matthias in Apostolum electus.
a ¶ *Ionæ.*] quia hoc fuit diuina inspiratione factum.vt 14. q. 5. dixit.
Hi,qui.] CASVS. Quidam per quosdam versiculos psalterij vel Euangelij diuinabāt futura : quare quæsiuit Ianuarius ab Aug.vtrum hoc sit faciendum?& respondet quòd non : minus tamen malum est hoc facere,quàm consulere dæmones.
b ¶ *Potius.*] ‖ quia permittitur minus malum , vt euitetur maius malum,vt 33. q.2.si quod verius,& 22. quæst.1.confidera. & est similis modus loquendi.1. q.1.iudices [a] .
Non exēplo.] CASVS. Quidā exēplo Matthiæ & exemplo Ionæ fortibus vtebantur:sed Beda ostendit , ꝙ illud nō est trahendū ad consequentiā,quod probat auctoritate Hieron. si tū aliquis in necessitate hoc putauerit faciendum , sciat Apostolos hoc non fecisse nisi fratribus collectis, & precibus fusis vel porrectis ad Deum. Seq. c. patet.
c ¶ *Cum priuilegia.*] 16.q.1.hinc est. §. 1. & 5. dist.3.priuilegia [b] .
‖ *Illud quod.*] CASVS. Hoc c.diuiditur ī duas partes. In prima parte dicit Aug.ꝙ facta hominum partim sunt superstitiosa, & partim non: & de superstitiosis multa ponit exempla,quæ in ipsa littera facile deprehendes.In secunda parte dicitur , quòd diuinatio est fornicatio, in qua diuinatione,etsi vera dicūtur quandoque, vt exemplo imaginis Samuelis, & mulieris ventriloquæ, id est, dæmoniacæ , non tamen propter hæc fortilegia , vel talia sacrilegia sunt facienda,sed reprobanda penitus. *Ansilæ.*i. annuli.Secunda pars incipit ibi. *Hoc autem.*
d ¶ *Licentiori.*] i.nō vidētur in tātum peccare.
e ¶ *Eminentiori.*] i.pulchriori vel maiori.
f ¶ *Ventriloqua.*] ‖ quę habebat spiritum pythonis in ventre:quæ multis diebus sequebatur Paubus;ne sub hac specie diuinationis ad antiquos idololatriæ cultus redirent.

Vnde quibusdam consellationes, & futurorum signa custodientibus Apostolus ait [*Dies obseruatis,& menses, & tempora, & annos. Vnde timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis.*] *Sic & Astronomia , seu & Astrologia apud catholicos in desuetudinē abiit: quia dum propria curiositate his nimis erant intenti ; minus vacabant his, quæ saluti animarum erant accommodata. Quòd autem sortibus credi non oporteat;Hieronymus testatur scribens super Ionam,c.1.*

¶ Exemplo Ionæ,vel Matthiæ non oportet sortibus credi. C. II.

1 NOn statim debemus sub exemplo Ionæ [a] , sortibus credere , vel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare : vbi sorte in Apostolatum Matthias eligitur:cum priuilegia [a] singulorum non possint legem facere communem.
[a] Cum priuilegia.] *Hæc vsque ad finem sunt addita ex B. Hieronymo. Referuntur enim à Beda ex eodē infra ea.c.non exēplo.*

Item Augustinus ad inquisitiones Ianuarij,epist. 119.

¶ Ad facienda negotia,diuina oracula non sunt consulenda. C. III.

2 HI, qui de paginis Euangelicis sortes legunt ; etsi optandum est,vt id potius [b] faciāt, quàm ad dæmonia cōsulenda concurrant : tamen etiam ista mihi displicet consuetudo, ad negotia sæcularia,& ad vitę huius vanitatem, propter aliam vitam loquentia ora cula diuina velle conuertere.

Item Beda super Actus Apostolorum, ad c.1.

¶ Exemplo Matthiæ , vel Ionæ non est inistendum sortibus credendum. C. IIII.

3 NOn exēplo Matthiæ , vel quòd Ionas propheta sorte deprehensus sit,indifferenter sortibus est credendum : cum priuilegia singulorum (vt Hieronymus ait 4) communem legem facere omnino non possint. *& infra.*
¶ Si qui tamen necessitate aliqua cōpulsi Deum putant sortibus exēplo Apostolorū esse 5 consulendum;videant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fusis egisse.

De diuinis vero scribit Augustinus lib.5.super Deuter.c.19.ita dicens.

¶ Non sunt obseruanda quæ à diuinis præcipiuntur,quamuis ea contingant,quæ ab eis prænuntiantur. C. V.

6 INtelligi voluit Dominus etiamilla, quæ à diuinantibus non secundum Deum dicuntur ; si acciderint quæ dicuntur , non accipienda sic , vt fiant quæ præcipiuntur ab eis , aut colantur quæ coluntur ab eis.

Idem in lib. 2. de Doctrina Christiana,c.19.& 20.& 21.

¶ Institutiones hominū, quæ sunt superstitiosæ,vel non. C. VI.

7 ILlud,quod est secundum institutiones hominū , partim superstitiosum est,ptim superstitiosum non est,perstitiosū est quidqd institutū est ab hominibus ad faciē da,& colenda idola pertinēs;vel ad colendam sicut Deum creaturam, partemve vllam creaturæ ; vel ad consultationes,& pacta quędam significationum cum dæmonibus placita , atq; fœderata,qualia sunt molimina magicarum artium:quę quidē cōmemorare potius quàm docere assolent poetæ. 8 Ex quo genere sunt , sed quasi licentiori vanitate, Aruspicum, & Augurum libri.Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ,atq; remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat,siue in pręcantationibus,siue in quibusdā notis , quas characteres vocant , siue in quibusdam rebus suspendendis,atque ligandis , vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes , aut occultas , aut etiam manifestas:quæ eminentiori † 9 nomine Physicam vocant , vt quasi non superstionem † implicare,sed naturæ prodesse videantur: sicut sunt inaures in summo aurium singularum , aut de struthiorum ossibus ansulæ in digitis , aut cum tibi dicitur singultienti , vt dextera manu sinistrum pollicem teneas. His adiunguntur millia inanissimarum obseruationum:si membrum aliquod saliert; si iunctim ambulanti bus amicis lapis,aut canis,aut puer medius,interuenerit. *& infra.* ¶ Hinc sunt etiam illa,limen calcare , cum ante domum suam transit:redire ad lectum,si quis,dum se calceat,sternutauerit:redire domum , si procedens offenderit : cum vestis à foricibus roditur, plus timere suspicionem futuri mali,quàm præsens damnū dolere. ¶ 9 Neque illi ab hoc genere superstitionis pernicioſæ segregandi sunt , qui olim Genethliaci propter natalium dierum considerationes , nunc autem vulgo Mathematici vocantur.Nam & ipsi,quamuis veram stellarum positionem, cum quisque nascitur, consectentur , & aliquando etiam peruestigent:tamen quòd inde conantur,vel actiones nostras,vel actionum euenta prædicere,nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem. *& infra.c.23.* ¶ Hoc autem genus fornicationis animæ salubriter diuina scriptura non tacuit ; neque ab ea sic deterruit animam , vt propterea talia negaret esse fectanda , quia falsæ dicuntur à professoribus eorum : sed [etiā si dixerint vobis,inquit, & ita euenerit, ne credatis eis.]Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli regi vera prænuntiauit, propterea talia sacrilegia , quibus illa imago præsentata est,minus execranda sunt : aut quia in Actibus Apostolorum femina ventriloqua [f] verum testimonium perhibuit Apostolis Domini ; ideo Paulus apostolus pepercit illi spiritui ac non potius feminam illius dæmonij correptione , atque exclusione mundauit.Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum , & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt repudianda,& fugienda Christiano.

Idem in libro de ciuitate Dei 10.

¶ Non est vita , sed mors , inquantū , vel curatio , quæ à diuinis, vel magicis expetitur. C. VII.

11 QVi sine Saluatore salutem vult habēre,& sine vera sapientia æstimat prudentem se fieri posse;non sanus,sed ægr;non prudēs,sed stultus in ægritudine assi-

7 Iuo p. ii. c. 13.

C.o.

9 C.11.

Deuter. 13. 1.Reg.28.

Act.16.

10 Habetur in libro Rabani de magorum præstigiis.

11 Burc. l. 10. c.41.Iuo p.11. c.66.

sapientes. sed Augu. ostẽdit, q̃ tales cæci sunt, & dementes. & quicunque diuinationibus intẽdunt, nisi se correxerint, æternaliter morientur: quia vanitas magicarum artium per dæmones est inuenta, psalmista dicente: Omnes dij gentium dæmonia. & finitur ibi auctoritas prophetæ, & quæ postea sequuntur sunt verba Augustini.

Psa.95.

a ¶ *Angelorum.*] ‖ergo aliqua est scientia à diabolo.

‖ Scientia aliqua an sit à diabolo.

1 Isidorus l. 8. etymol. c. 9.

a Sed nũquid est licitum vti arte notoria? die quòd ars notoria omnino est illicita, & Christiano fugienda hæc enim ars est per quam quidam nituntur acquirere scientiam, sed omnino inefficax est, & sunt ibi quæ iam pacta illicita cũ dæmonibus secundum Th. † *al. inuocationes.*

2 Llos planetarios.] CASVS. Dicit Augustinus in hoc c. q̃ quãdo ipse erat hæreticus, sæpe planetarios consulebat; quos homines vocant mathematicos: quod ideo faciebat, quia ab eis nullum sacrificium & nullæ preces ad aliquem spiritum malignum dirigerentur ad diuinationem. hoc tamen quod faciebat, erat damnabile. Sic mihi Bar. Brixi. videtur casus iste ponendus, quem ab alio positum non inueni. & posses etiã dicere quòd, id est quia, vel sicut posui in casu.

2 Ibi op. 22. c. 20. penn. l. 8. c. 79.

3 Origenes. hom. 5. ad c. 5. Iosue

Ed & illud.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Hieron. verba Apostoli, s. qui fornicatur, in corpus suum peccat. & dicit quòd illa verba possunt intelligi non solum de corpore carnali sed etiam de corpore spirituali, quod est ecclesia, quod corpus maculatur, cum per vnum membrum in omne corpus macula diffunditur, i. cum per vnum hominem præstatur ceteris exemplum delinquendi. In secunda parte ostendit quod sit opprobrium Aegypti, & dicit quòd obseruare auguria & diuinationes quę in Aegypto sunt inuenta, ad quæ nullus homo debet recurrere post baptisma: quod si quis fecerit, opprobrium secum portabit Aegypti. Secũda pars est ibi, *Est & illud.*

1. Cor. 6. Ephes. 1.

b ‖ *Illud.*] tangit illud quod legitur in Iosue, quia populus circumcisus fuit à tẽpore Abrahæ vsque ad illud tempus quo populus exiuit de Aegypto, ‖ sed postea non fuerunt circumcisi xl. ann. quibus fuerunt in deserto, sed cum transierunt Iordanem, denuo præceptum fuit, vt vnusquisq; circumcidere tur, q̃d factũ est. & dixit dñs Iosue: Hodie abstuli

† *al. sacrificia.*

‖ Circumcisio non fuit facta in deserto.

dua laborabit: & in cæcitate noxia stultus, ac demens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à diuinis, & magis, vel ab ipsis dæmoniis in idolorũ cultura expetitur, mors potius dicenda est, quàm vita: & qui ea sectantur, si se non correxerint, ad ęternam perditionem tendunt, psalmista dicente [Omnes dij gentium sunt dæmonia,] qui per deceptos homines, alios decipe quotidie gestiũt, vt perditionis suæ faciant eos esse participes. 1 Itaq; hęc vanitas magicarum artium ex traditione Angelorum & malorum in toto orbe terrarum plurimis sæculis inualuit per quandam scientiã futurorũ, & infernorum: & per inuentiones † eorum inuenta sunt aruspicia, & augurationes, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & necromantia.

Idem confessionum, lib. 4. c. 3.

¶ Christiana, & vera pietas planetarios expellit, & damnat. C. VIII.

2 ILlos planetarios, quos mathematicos vocant, plane consulere non desistebam: q̃ quasi nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamen Christiana, & vera pietas consequenter repellit, & damnat.

Item Hieronymus 3.

¶ Cultura est idololatriæ, auguria seruare, & stellarum requirere cursus. C. IX.

SEd & illud badde, quoniã qui fornicatur, in corpus suum peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei effectũ est, sed & illud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in omnem ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit: quia per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur. ¶ Est & illud opprobrium Ægypti, quod si neglexeris, etiam post Iordanis transitum, & post baptismi † secundam circumcisionem, vetustæ consuetudinis inustione suggeritur, obserua re auguria, requirere stellarũ cursus, & euentus ex iis futurorũ rimari, seruare somnia, ceteriſq; huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatriæ nãque mater est Ægyptus; ex qua certum est huiusmodi opprobria pullulare: quæ, si transito iam Iordane susceperis, & his terursus laqueis illigaueris; tecum sine dubio opprobria Ægypti trahis.

3 *Hæc autem sortilegia † non vsque adeo sunt detestanda, vt si aliquid de ærea, vel torculari dæmonibus fuerit immolatum; quod reliquum est, ideo credatur esse immundum: aut si ipsum quod oblatum fuerat, à nobis ignorantibus sumi contigerit, ideo credamus nos deliquisse.*

Vnde Augustinus ad Publicolam, epist. 154.

¶ Non ideo reliqua sunt immunda, quia ab area, vel torculari aliquid ad dæmonum sacrificia tollitur. C. X.

4 SI de area, vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia dæmoniorum sciẽte Christiano; ideo peccat, quia †fieri permittit, vbi prohibendi potestas est. Quòd si factum non comperit, aut prohibendi potestatem non habuit, vtitur mundis reliquis fructibus, vnde illa sublata sunt.

4 Iuo. ad cap. 58.

† *al. fit.*

Item Ambrosius in primam epistolam ad Corinthios, ad c. 10.

¶ Immundus est à reatu, qui emit, quod nescit idolis immolatum. C. XI.

5 ILicet aliquid pollutũ sit per accidẽtiam, id est, oblationem idoli d; cum hoc tamen nescit, qui emit; nullum patitur scrupulum, & apud Deũ immunis est.

5 Iuo pau. c. 96.

QVÆSTIO III. & IIII.

Quibus autem genus diuinationis exordium sumpserit, vel quot sint genera eius, Augustinus exponit in libro de natura † dæmonum ita dicens 6.

† *al. diuinatione*

6 Rabanus de magorum præstigiis, Isidor. lib. 8. etymo. c. 9.

¶ De multiplici genere diuinationis. C. I.

7 IGitur genus diuinationis à Persis a fertur allatum. Varro autẽ dicit diuinationis quattuor esse genera, terram, aquam, aerem, & ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dicta autumat. Diuini dicti sunt, quasi Deo pleni. Diuinitate enim plenos se esse simulãt; & astuta quadam fraudulentia hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera diuinationis, ars, & furor. Incantatores vero vocati sunt, qui artem verbis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus dæmonum accipiunt respõsa. Haruspices nuncupati, quasi horarum inspectores: Dies enim & horas in agendis negotiis, operibusq; custodiũt: & qd per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt. Hi etiã exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prędicunt. Augures sunt, qui volatus auiũ, & voces intendunt: aliaque signa rerum, vel obseruationes improuisas hominibus occurrẽtes ferunt. Iidẽ sunt & auspices: Nam auspicia sunt, quæ iter faciẽtes obseruãt. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium spicia †, & auguria quasi auium garria, id est, auium voces, & linguæ. Item augurium, quasi auigerium, quod aues gerũt.

7 Burc. l. 10. c. 43. Iuo pau. c. 68.

a te opprobriũ Aegypti.

HAEC AVTEM.

Hæc est 3. pars q. in qua quæritur, si possimus manducare, vel bibere, &c. Io. de Fant.

CASVS. Supra dictum est, q̃ superstitiones sint abominandæ. Nunc vero dicit Grat. q̃ quamuis talia sint abominanda, vel detestanda: tamen si de area vel torculari aliquid dæmonibus immoletur, propter hoc reliquum non reputatur immundum: neque si illud immolatum quis comedit ignoranter, propter hoc creditur deliquisse.

4 Iuo. ad cap. 58.

† *al. si.*

Si de area.] CASVS. Publicola quęsiuit ab Augu. si de area, vel torculari alicuius aliquid fuerit dæmonibus immolatum, vtrum ille cuius est area vel torcular, peccet si permittit inde aliquid tolli. Et respondet, si prohibere potest, & non prohibet, peccat: si vero nescit, vel prohibere non potest, non peccat: & tunc reliquis fructibus sine peccato potest vti.

5 Iuo pau. c. 96.

c ¶ *Potestas est.*] videtur ergo, q̃ non quilibet tenetur prohibere, sed solus iudex, vt diximus 23. q. 3. nó in inferenda. 5. ea. f. 23. q. 8. præterea.

d *Licet.*] ¶ *Idoli.*] sed ipsum idolothytum non potest comedi. 30. dist. si quis carnem.

Quibus autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima ostendit quot sunt genera diuinationum, & vnde habuerint originem & vocabula: & hoc probat per ca. Augustini Secunda ibi, *Quæritur.* Tertia ibi. *Quod autem.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 3. & 4. quæstio. quæritur à quibus diuinatio sumpsit exordium: & quot sint genera diuinationis. Et respondetur quòd à Persis diuinatio sumpsit exordium: & quòd quattuor sunt genera diuinationum, vt ff. ead. cap. 1. & 2.

IGitur genus diuinationis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in 5. partes. In prima parte ostendit Aug. quòd diuinatio initium sumpsit à Persis. In secunda ostendit quòd diuinatio sit in quattuor rebus, scilicet in terra, aqua, igne, & aere. In tertia vnde nuncupantur diuini. In quarta ostendit quòd duobus modis sit diuinatio, scilicet per artem.

per artem, vt in quattuor elementis: & per furorem, sicut per arreptitios. In quinta ostẽdit species diuinationum, earum etymologias ponendo. partes autem omnes circa principium sunt: & ideo non pono vbi incipiant: quia per te facile deprehendes. *Coniectant*, id est, nuntiant. *Duo autem genera*, id est, duo modi. cum dictum est superius quattuor esse genera.

Matth. 2.

QVAERITVR.

Hæc est 2. pars quæst. in qua quæritur de natura dæmonum: & qualiter sciant futura. Io. de Fant.

CASVS. Quia supra facta est mentio de dæmonibus: ideo Gratia. quærit incidenter cuius naturæ sint dæmones: & an futura sciant: & quot modis futura prænoscant. Et de hoc scribit Augustin. in seq. cap.

Sciendum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Aug. quòd dæmones excedunt naturam hominum in subtilitate sensus & ingenij: in celeritate eundi: & in longitudine vitæ: & propter hoc pronuntiat multa ante cognita. homines vero propter sensus tarditatem hoc dicere vel facere non possunt. In secunda parte ostendit, q̃ dæmones quattuor modis futura prædicunt. Primus est, quia ipsi sunt facturi ea quæ prædicunt, futura mala prædicendo, propter pestes quas immittunt. Secundus est, q̃ naturalibus signis futura prænoscunt: non tamen propter hoc dicẽdi sunt diuini sicut nec medicus dicendus est diuinus qui per carnalia signa humani corporis sanitatem vel infirmitatem vel mortem sæpe prædicit futuram. Tertius modus est, quia dæmones non solum per voces hominum, sed etiã per cogitationes, quas per quædam signa discũt, futura denuntiant, aliis videlicet mira, qui ista dispositа non nouerunt. in quibus quando fallũtur, culpam in suos coniectores refundunt. Quartus vero modus est, quia ipsi prædicũt hominibus suæ culturæ defectum, & idolorum ruinam, vt eorum quæ fiunt præscij videantur: quod qui libros gentilium legit non poterit ignorare. Secunda pars incipit ibi, *Nunc igitur.* Primus modus diuinandi incipit ibi, *Primum sciendum.* Secundus ibi, *Aliquando autem.* Tertius ibi, *Aliquando etiam hominũ.* Quartus ibi, *Nonnumquam.*

1 Pythios dicit eũ Apollo à Pythone draconẽ, quẽ ibidem perp. e. cum diutinè serpentem fecisset Grœci, non pr. ph.

1 *al. fa.*

2 Ricardus de Mediauilla ppa. dist. 46. Ioan. de Lig. in 4. Sent. c. 70. & 71. Pan. l. 2. c. 68.

3 Burchard. l. 10. c. 43. Iuo. pau. c. 68.

4 Burchard. l. 10. c. 43. Iuo. pau. c. 68.

Duo sunt autem genera auspiciorum, vnum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos scilicet volatus, ad aures vox auium. Pythones à Pythio Apolline 1 dicti: quòd is auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti eo quòd in astris augurãtur. Genethliaci appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum. Geneses enim hominũ per duodecim cæli signa describũt, syderumque cursu, nascentiũ mores, actus, & euentus prædicere conantur: id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgo Mathematici vocantur: cuius superstitionis genus constellationes Latini vocant, id est, notationes syderum, quomodo se habeant, cum quisque nascitur. ¶ Primum autẽ ijdem stellarum interpretes Magi nuncupabantur: sicut de his legitur in Euangelio, qui natum Christum annuntiauerunt. Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt. Cuius artis scientia vsque ad Euangelium fuit concessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cælo interpretaretur. Horoscopi dicti, quòd horas natiuitatis hominum speculentur dissimili, & diuerso fato. Sortilegi sunt, qui sub nomine, *& cap. vt supra.* ¶ 2 Salitores †vocati sunt: quia dum eis mẽbrorum quæcumque partes saliẽrint; aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari prædicunt.

1 Pythios dicit eũ Apollo à Pythone draconẽ, quẽ ibidem perp. e. cum diutinè serpentem fecisset Grœci, non pr. ph. Matth. 2.

2 *al. falsitates.*

« ¶ Persis.] *B. Augustinus in libro sexto de ciuitate Dei, cap. 35. de hydromantia loquens sic scribit,* Quod genus diuinationis idem Varro à Persis dicit allatum. *Reliqua vero huius capitis sunt in libello Rabani de Magorum præstigijs. quem ipse ex varijs Augustini, & Isidori locis collegit, & Gratianus sæpe citat sub Augustini nomine.*

2 *Quæritur autem de natura dæmonum, cuius naturæ sint, an futura præscire valeant, vel quot modis futura prænoscant.*

De his ita scribit Augustinus in eodem libro de diuinatione dæmonum, cap. 3.

¶ Quot modis dæmones futura prænoscant. C. II.

4 SCiendum aest hanc esse naturam dæmonũ, vt aerij corporis sensu terrenorum corporum sensum facile præcedant, celeritate etiam propter eiusdem aerij corporis superiorem mobilitatem non solum cursus quorumlibet hominũ, vel ferarum, verumetiam volatus auium incomparabiliter vincant. Quibus duabus rebus, quantum ad aerium corpus attinet, præditi, hoc est, acrimonia †sensus, & celeritate motus, multo ante cognita prænuntiant, vel nuntiant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit etiam dæmonibus per tam longũ tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, quàm potest hominibus propter breuitatem vitę prouenire. Per has efficacias, quas aerij corporis natura fortita est, non solum multa futura prædicunt dæmones, verumetiã multa mira faciunt: quæ quoniam homines dicere, ac facere non possunt, eos dignos quidam, quibus seruiant, & quibus diuinos honores deferant, arbitrantur: instigante maxime vitio curiositatis propter amorem felicitatis falsæ, atque terrenæ, & excellentiæ temporalis. *& infra cap. 5.* ¶ Nunc igitur, quòniam de diuinatione dæmonum quæstio est, Primum scien dum est illos ea plerumque prænuntiare, quę ipsi facturi sunt. Accipiũt enim sæpe potestatem, & morbos immittere, & ipsum aerem vitiando morbidum reddere, & peruersis, & amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere; de quorum moribus certi sunt, quòd sint eis talia suadentibus cõsensuri. Suadent autem miris, & inuisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corporum, corpora hominum non sentientium penetrando, seseque cogitationibus b eorum per quædam imaginaria visa miscendo, siue vigilantium: siue dormientium. ¶ Aliquando autem non quę ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscunt (quæ signa in hominum sensus venire non possunt) ante prædicunt. Neque enim quia prævidet medicus, quod non prævidet eius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus est. Quid autem mirum, si quemadmodum ille in corporis humani perturbata, vel modificata temperie seu bonas, seu malas futuras prævidet valetudines: sic dæmon in aeris affectione sibi nota †nobis ignota †futuras prævidet tempestates? Aliquando & hominum dispositiones non solum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt: atque hinc etiam multa futura prænuntiant, aliis videlicet mira, qui ista dispositа non nouerunt. *& infra cap. 6.* ¶ Fallunt & studio fallendi, & inuida voluntate, qua hominum errore lætantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant; id agũt, vt interpretibus suis, signorumq; suorum coniectoribus culpa tribuatur, quando vel decepti fuerint, vel mentiti.

4 Ricardus de Mediauilla ppa. dist. 46. Ioan. de Lig. in 4. Sent. c. 70. & 71. Pan. l. 2. c. 68.

¶ Non numquam vero ipsi maligni spiritus, & illusores hominum, atque salutis eorum inuasores †volent prædicere defectum culturæ suæ, & idolorum ruinam: quatenus præscij videantur, quid in singulis regnis, aut locis venturum sit, & quid aduersi suæ factioni cõtingere possit: quod etiam illi, qui gentilium historias legunt, non ignorant. Quid ergo mirum, si iam imminente templorum, & simulacrorum euersione, quam prophetæ Dei summi tanto ante prædixerãt, serapis dæmon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, vt suam quasi diuinitatem recedens, vel fugiens commendaret?

al. inuisibiles

3 *Quòd autem hominum dispositiones cogitatione conceptas, quam vero.*

a ¶ *Sciendum.*] hic Augustinus ostendit quibus de causis dæmones sciunt futura prædicere: non quòd ipsi sciant futura: sed quia habent probabiles coniecturas. primo illa ratione: quia de subtiliori materia sunt creati: vnde subtilius considerant quàm homines. Item quia per antiquitatẽ multa sciunt, quæ nos propter breuitatem temporis scire nó possumus. Item quia ipsimet consueuerunt morbos immittere: & illud ipsi prædicunt, quòd alius sit habiturus malũ. Item sicut medicus videt aliquid per signa sibi nota, quę nos non videmus: sic dæmones. Item ex signis quæ procedunt ex animo hominis, præuident quædam futura. Itẽ quia dicta prophetarum audierunt, ex quibus futura prædicunt.

¶ Dæmones futura prædicere possunt.

b ¶ *Cogitationibus.*] ergo videtur quòd diabolus nouit cogitationes hominum. Sed cõtra: solus Deus scit occulta cordium, vt 32. distinct. erubescant. sed ipse seipsum de hoc corrigit ff. cap. proxi.

QVOD AVTEM

Hæc est 3. pars quæstio. in qua dicitur, quòd dæmones nesciunt quæ futura sunt. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in cap. sciendum. dixerat Augu. quòd diabolus comprehẽdebat cogitationes hominum per signa exteriora. Sed quia hoc fuit temerarium dicere; ideo nunc vult illud retractare per cap. seq.

Quodam

† *al. notas*

‖ *al. ignotas*

QVodā loco dixi.] CASVS. Dicit Augustꝰ. se quodam loco dixisse, quòd dæmones dispositiones vel cogitationes hominum nō solum per voces, sed etiam per quædā signa humani corporis tota facilitate perdiscunt: sed quia rem dixit occultam, & sermone nimis audaci: ideo nunc dicit, q̄ inueniri non potest, vtrum signa fiat in humano corpore, p̄ quæ ista cognoscant, vel per vim aliā spiritualem hoc cōprehendant: licet quædam per experimenta quandoque talia prænotare dicuntur.

1 5.cap.proxi.

Vōd autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima quarū probat magister per 12.c. quòd sortilegi & diuini sunt excōmunicandi, si non cessant, & euntes ad illos. Secunda ibi, *Nonnulli.* Tertia ibi, *Ex præmissis.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 5. quæst. qua quæritur si sortilegi & diuini cessare noluerint, an sint excommunicādi; & dicit quòd sic: & ad hoc probādum inducit vnam rationem, & vnam auctoritatem. Auctoritas incipit ibi, *Si quis frater. Ephes*, ô vos dæmones. Sequent. cap. plana sunt per iam dicta. *Expiandi*, id est, purgandi.

Ephes. 5. Colos. 3.

a SI quis.] ¶ *Phylacteriis.*] Phylacteria dicuntur hic chartæ in quibus continentur incantationes.

b QVi diuinationes.] ¶ *In domos suas.*] secundum legem isti concremantur. sed ille in cuius domo hæc fiunt, post publicationem bonorum in exilium mittitur, vt C. de maleficis nullus.

Esa. 45. sed paulo angustius.

NOn liceat.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in 4. partes. In prima parte dicitur, quod propter domum faciendam, vel segetes serēdas, vel plantandas arbores, & similia, non debet aliquis colere elementa, lunam vel stellas obseruare: sed omnia facere in nomine Domini. In secūda parte dicitur, quòd in collectionibus herbarum non est aliqua incantatio facienda, nisi credo in Deū, vel Patrē nostrum. In iij. parte dicitur, quòd si quis in domum suam inducat sortilegos vel diuinos, vt maleficia inueniant, vel aliud faciant superstitiosum, quinq; annis pœniteant. In 4. parte dicitur, quòd mulieres in suis lanificiis vanitatem

E. Cor. 5.

a Polycar. l. 6. titu. 12. Burc l. 10. c. 24 Iuo p. 11. c. 1. Pann. l. 8. c. 61.

3 Rabanus in pœnit. c. 23. Et in concil. Parisiēsi. 42. c. 1 Polycarp. ibid. Burc. l. 10. c. 5. Iuo p. 11. c. 2. Pann. l. 8. c. 62.

per exteriora signa diabolus deprehendat, non firma ratione videtur approbatum.

Vnde idem Augustinus ait in libro secundo retractationum, cap. 30.

¶ Quod ex corporeis motibus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, occultissima res est.

C. III.

1 QVodam loco dixi dæmones aliquādo & hominum dispositiones non solum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam audaciori asseueratione, quàm debui. Nam peruenire ista ad notitiam dæmonum per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed vtrum quædam signa dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem latentia, an alia vi & ea spirituali, ista cognoscāt; aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino nō potest inueniri.

QVÆSTIO V.



Vōd autem sortilegi, & diuini, si cessare noluerint, excōmunicandi sunt; ratione, & auctoritate probatur. Est enim quoddam genus cultus idolorum ex dæmonū consultationibus futura prædicere. Sicut enim auarus, quia cultum Deo debitū, nummo impedit, idolorum cultor ab Apostolo nominatur: sic illi, qui futura, quæ ex Dei oraculo nonnumquam reuelata inueniuntur, vel dæmonum cōsultatione, vel quibuslibet præstigijs inuenire laborāt, diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim præscire solius Dei est, qui, in sui contemplatione etiam Angelos illa præscire facit. Vnde Esaias ait: [*Priora, & nouissima annuntiate mihi; & dicam, quòd Dij estis.*] *Cultores vero idolorum à fidelium communione separandi sunt. Vnde in epistola ad Corinthios Apostolus ait:* [*Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens; cum eiusmodi nec cibū sumere.*] *Hinc etiam in decretis Gregorij iunioris in concilio Romano præsidentis, cap. 12. 70 legitur.*

¶ Anathema sit, qui ariolos, vel incantatores obseruat. C. I.

2 SI quis ariolos, aruspices, vel incātatores obseruauerit, aut phylacteriis [a] vsus fuerit; anathema sit.

Item ex concilio Ancyrano, cap. 23. al. 24. 80

¶ Quinquennio pœniteat, qui diuinationes expetit. C. II.

3 QVi diuinationes expetunt, & morem gentilium [a] subsequuntur, vel in domos suas [b] huiusmodi homines introducunt, ex-

quirendi [β] aliquid arte maleficā, aut expiādi causa; sub regula quinquennij iaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos, &c.

a ¶ Gentilium.] *In Græco impressō est, χθόνιον. sed in vetusto Vaticano, & apud Balsamonem, ἑθνων.*

β ¶ Exquirendi.] *Græce est, ἐπὶ ἀναθήσεσι φαρμακειῶν. Id est*, ad inuenienda medicamenta.

Item ex concilio Martini Papæ [*Id est ex cap. Martini Bracharensis, c. 72.*

¶ Elementa colere, lunæ, aut stellarum cursus in suis operibus, Christianis seruare non licet. C. III.

Augustinus contra talium separationes peccatum esse asserit , ita dicens in libro de bono viduitatis,c.8.

¶ Quibus vouentibus non seruatis nubere licet. C. XLI.

6 NVPTIARVM bo-

1 ¶ *Non esse.*] hic habes,quod matrimonium non valet, si fiat contra regulam ecclesiasticam:arg. ‖ 35.q.3. contradicimus. & argu.infra 33. q.4.non oportet.

HIS OMNIBUS AUCTORITATIBUS CASUS Infert Gratianus ex supradictis,quòd matrimonium post votum contractum non tenet. Amodo vult probare contrarium. Et ad hoc inducit sequentia capitula.

AUGUSTINUS.

Hæc est secũda pars quęstionis , in qua loquitur de voto simplici , quod impedit contrahendum, sed non dirimit matrimonium iam contractũ. Ioan.de Fan.

Nuptiarum.] CASUS. Moderni Doctores totum hoc ca. intelligunt de voto simplici , quod matrimonium non impedit : sicut intellexerunt Augu. & G.Hoc igitur cap. diuiditur in quinque partes.In prima Aug. tripliciter commendat matrimonium. Primo , quia fuit legis obsequium. Secundo , quia est infirmitatis remedium. Tertio , quia in quibusdam est solatium humanitatis. In secunda parte cõtinentiam commendat, ꝑferens eam bono coniugali:affectus tamen cõiugalis non debet in omnibus reprobari;cum nõ possint omnes continentiam obseruare. si tamen aliqua egressa fuerit ad votum simplex , bonum est , vt illud obseruet : vt nulla detur diabolo occasio fornicãdi. In tertia parte ostendit,quod quę faciunt votum simplex, contrahere non debent; quia inde damnationem ab Apostolo recipiunt: non quòd talium nuptiæ sint damnandę,cum matrimonium cum eis teneat : sed quia promissionem voto simplici fregerunt,primæ continentiæ fidem irritam faciendo : non enim peccauerunt contrahendo , sed promissionem suam frãgendo. In quarta parte ponit obiectionem quorumdam dicentium tale debere matrimonium separari. nam si viuo viro mulier alteri nubat, adultera est:ergo & illa quæ Christi coniugium eligit , si postea homini nubat adultera dici.In quinta ostendit Augu. quod talium matrimonium non separatur : quamuis vxoris matrimonium separetur , si viuo alteri nupserit. est enim dissimilitudo spiritualis matrimonij ad carnale : quod dupliciter probat Augusł. Primo quòd viuo viro de eius consensu potest vxor Christo nubere : sed non potest alteri carnaliter copulari. Secundo quia mortuo viro si Christo nupserit , non diceretur bigama : secus si alteri. Reprobata ergo similitudine illorum,dicit Aug.quòd matrimonium eorum qui post votum simplex contrahunt,separari non debet : quamuis tales sint peiores adulteris : quia spiritualiter peccant. Secunda pars ibi , *Filiorum quippe*.Tertia ibi, *In coniugali*. Quarta ibi, *Proinde*. Quinta ibi, *Qui hoc dicunt*. Gandulphus & quidam alij intelligunt hoc capit. de voto solenni , siue de præsenti. vnde dicunt hoc esse abrogarum : cum dicat Augusł.quod matrimonium post tale votum contractum dissolui non debeat. Alij intelligunt hoc cap. de voto simplici vsque ibi , *Sed plane*. exinde de solenni. Ego autem dictus B. cum G. & Augusł. intelligo totum hoc capit. de voto simplici , idest , de futuro. Intendit enim Augusł. in hoc capit. ostendere, quòd post ipsum votum de futuro non debeat quis contrahere:si tamen contraxerit , matrimonium non est separan

4 Iuo p. 9.c. 122.

6 Sent.4.dist. 38.

5 Pann.l.8.c. 143.

1 Barcl.8.c.41. Iuo p.7.c.6.9. Pan.l.3.cap. 199.

1 Thess.2.a.

Isid.quæſt.2. ad ſanctum. concil.Tolet.cano.5.c.10.

Iung.8.c.18. &19.

est separandum, & inuehitur in illos qui dicebant tale matrimonium debere separari, & seruat istum ordinem. Primo, commendat matrimonium. Secundo, virginitatem siue continentiam, & illam præfert. Tertio, ostendit, quòd post propositum de continentia vouenti non debet quis nubere: si nupserit, peccat mortaliter, non nubendo vel volendo nubere. sed frangendo, vel volendo frangere propositum. & hoc totum exequitur vsq; ibi, *Proinde*. Deinde inuehit contra eos qui dicebant tale matrimonium esse separandum, & procedit in hunc modum. Primo ponit errorem eorum, & erroris rationem, siue argumentationem eorum, Secundo, respondet argumentationi eorum. eis instando, & ducendo eos ad triplex inconueniens: q̃ facile est colligere ex illa littera. Tertio, supponit opinionem suam, s. quòd post votum de futuro est matrimonium: nec debet separari: peccat tamen qui sic contrahit, magis quàm adulter. & est iste casus H.

Matt.19.

a Istam glos. sic ponunt H. & Laur quæ cõiter male habetur & false signatur. nã debet et signari in verbo occasio. & debet incipere, in non vouentibus. Arch.

a ¶ *Bonum.*] scilicet in non vouentibus [a], melius est enim nubere, quàm vri.

b ¶ *Semper.*] quia & ante peccatum, & post in paradiso, vt 3. 26. dist. deinde.

c ¶ *Legis.*] sed aliquando fuit legis obsequium, quando frater in veteri testamento debebat suscitare semen fratris, vt 8. q.1.olim. & hoc specialiter erat præceptum. generaliter enim præceptum erat propagatio sobolis: vnde maledictus erat qui non reliquerat semen suoer terram. 32. q.4.§.his ita. & q. 2. pudor.

† *al.nubatur*

2 3. dist.27 c. vouẽtibus. & 27.q.1. cod.c. 2.*Tim.5.*

d ¶ *Infirmitatis.*] id est, contra infirmitatem, incontinentiæ concessum: ita tamen & olim erat, sed non erat legis obsequium.

¶ Matrimoniũ potest à senibus contrahi: sed non a spadonibus, aut frigidis.

e ¶ *In quibusdam.*] ¶ vnde in senibus est humanitatis solatium, idest, contrahitur vt eis seruiatur in suis necessitatibus. 31. dist. omnino. & est arg. hic ex quo senes, qui iam arrigere non possunt, contrahunt: ergo & spado & frigidus potest matrimonium contrahere. arg. 33. q. 5. quod Deo. nam & posthumum instituit spado, vt ff. de libe. & posthu. sed est quæstum. §. spadonem. sed non est verum: quia non potest contrahi matrimonium nisi ibi sint tria bona matrimonij, vel re, vel spe. 7. ea. q. 2. omne. de sene non est simile. ¶ nemo. n. est adeo senex quin aliquando calere possit natura vel artificio, quod non est in frigido, vel in puero, vel spadone: & ideo senex habilis est ad contrahendum. Sufficit enim quòd prolem non euitet. 32. q. 2. solet. sic enim generare dicitur. ex quo non euitat prolem. & aptus est ad coeundum [b]. Vel dic humani solatij, &c. idest. contrahitur causa prolis, quæ patris solatium est. & hoc vult littera sequens, filiorum, &c. Vel dic, vt dixi 32. q. 7. hi qui.

Senex calescere potest.

b Arg. cõtra, extra de frig. & male. c. 2. & dic, vt ibi no. de hoc.

f ¶ *Promiscuum.*] i. indifferẽter & indistincte commiscere, scilicet caniho more. Canes enim indifferenter & indistincte commiscentur.

g ¶ *Affectus.*] scilicet prolis procreandæ ad cultum Dei. 32. quæst. 1. non in sola.

h ¶ *Et ipsum.*] scilicet affectum.

i ¶ *Cælestia.*] ¶ nam cæleste est in carne viuere, & opera carnis non facere: quia virginitas replet paradisum. 32. q. 1. nuptiæ. & ibi, neque nubent, neque nubentur. super qua auctoritate dicunt theologi quod vita Angelica viuent.

¶ Virginitatis laudes.

k ¶ *Cogitans.*] idest, præfert continentiam bono coniugali.

l ¶ *Deliberet.*] an sit vouendum.

m ¶ *Detur occasio.*] in non vouentibus.

n ¶ *Subtrahatur.*] in vouentibus. immo filij accedite ad seruitutem Dei, & parate vos ad tentationem. de pœn. dist. 2. si enim. extra de re. nun. nisi in prin.

o ¶ *Sed etiam.*] hinc enim emergunt duæ opiniones. Aug. dicit quod cõtrahere, actus. s. contrahendi, non est malus: & hoc ea ratione, quia ex eo sequitur bonum, s. matrimonium. Non enim vult dicere quod ex malo sequatur bonum, pro eo facit 7. ea. & si non nubendo, & illud nõ solum susceptio, &c. & illud, non quia coniugalem. sed voluntas frangendi votum tantũ (vt dicit) est peccatum, vt patet. 7. c. non quia ipsę nuptię, &c. c sed hæc littera ei cõtradicit, non solũ capessere. sed ipse exponit, non solum voluntas frangendi votum in actu producta est damnabilis: sed etiam nubere velle, idest, voluntas frangendi votum contenta suis finibus est damnabilis: sed ex dicto eius sequitur quod aliquis facit simul bene & male: quia contrahendo bene facit, sed recedendo à voto male facit & intelligit hoc casu de voto solenni præsenti vel nudo: (quia secundum eum vtrumque dirimit matrimonium) sed de proposito, quod quis habet votum emittendi, vt diximus 7. in princ. q. ¶ Nos dicimus quod ipsum velle contrahere & contrahere est peccatum illis: & tamen inde sequitur matrimonium, quod est bonum: & & intelligitur cap. de voto præsenti simplici. Nec est mirum si sequatur ex bonis malum. arg. de cõsec. dist. 2. sicut Iudas. & 81. distin. si qui sunt presbyteri sicut ex malis bonum. 11. quæst. 3. quid ergo. ¶ sicut in passione Christi opus operans fuit malum, idest, crucifixio Iudæorum. opus autem operatum, idest, passio fuit bona. actio enim fuit mala, passio bona. & sic malum potest habere bonum effectum. contra nos est illud: & si non nubendo. sed dic, & si, idest, quamuis ipsum nubere non sit peccatum, &c.

c Non ergo q̃ nupsit, peccauit. sed dico quod fornicatur, si contra votum. & est si. de cõsecrat. distinct. duas, &c.

3 7. distin 19. quidam. 4 Vouentes cõtrahendo & cõtrahere vouendo peccãt.

al. non nubent

¶ Opus duplex fuit in Christi passione.

Matt.10. Rom.6.

p ¶ *Proposita.*] idest, voti.

q ¶ *Fraus.*] idest, deceptio.

r ¶ *Susceptio.*] idest, susceptum matrimonium [d]. sed tamen primam fidem irritam fecerunt. Item not. quòd Apostolus hic locutus est de his qui vouerunt per verba de præsenti. & Augustin. hic de talibus locutus est. Et hoc probat illa littera, si viro suo viuo. & vbi dicit, cui viuente marito nubit. Nam si nubit, ergo Christo vouet. & ideo intelligimus hoc capit. de voto præsenti. Hugo. contra: & secundum eum superficialiter inducitur auctoritas illa Apostoli quòd poterant contrahere. & dicit B. quòd votum in sui natura consideratum non impedit circumscripta omni solennitate: sed ecclesia potius, vel post inuenit huiusmodi solennitates. & constituit vt impedirent. numquid ergo monachi antequam ecclesia instituerent poterant contrahere? Dic quòd tunc monachi non erant, cum monachus esse non possit quin aliqua solennitas obseruetur, sed posito quòd fuerint, poterant contrahere. Ioan.

d Hæc fuit positio G. I. sed I. solum. Fan. exponit. susceptum, id est, ipsum facere, non matrimonium manere, & sic dat natur. Arch.

f ¶ *Bono inferiore.*] idest, coniugio.

t ¶ *Bono superiore.*] scilicet continentia. duo enim sunt bona, vnum superius, vt continentia, & bonum inferius, vt matrimonium.

v ¶ *Proinde.*] hic ponit Aug. quid eos inducebat ad dicendum q̃ nubentes post votum simplex erant separandi, & durat vsque ad id, qui hoc dicunt. vbi ponit suam primam improbationem, secundam autem ibi, *Deinde*. Tertiam ibi. *Fit autem, &c.*

x ¶ *Cum enim.*] Salua sua pace Aug. non bene opponit istis. hoc non est simile de carnali matrimonio & spirituali. Non enim de spirituali matrimonio ad carnale est regressus, sed bene de carnali ad spirituale progreditur: ¶ & ita dormitauit hic Augu. Vel dicebant forte illi commodam esse similitudinem inter hoc & illud.

a ¶ *Melio*

a ¶ *Melioris sint.*] idest, signum melioris meriti, quia secundæ nuptiæ indicium sunt incontinentiæ, vt 31. q. 1. de his. & cap. hac ratione.

b ¶ *Virgo.*] quia sine macula & rũga peccati, vt 32. q. 4. recurrat. 21. dist. quamuis.

c ¶ *Vxores.*] hic habes quod votum simplex non dirimit ex sui natura, eadem ratione nec solennẽ, cùm idem sint: ¶ quia solennitates non sunt de substantia, & verum est: sed constitutio ecclesiæ dirimit matrimonium: religio tamen dirimit matrimonium, vt extra de conuer. coniug. ex publico. ¶ Sed numquid simpliciter vouens qui contrahit, tenetur continere mortua vxore? Videtur quod non, quia obligatio extincta non reuiuiscit, vt de consec. dist. 4. quæris. ff. de solu. qui res. §. ream. Sed contrarium est verum, quia non tollitur per matrimoniũ nisi voti executio. extra de conuer. coniug. quidam. nam vouit ille quãtum in se fuit, ideo postea compellitur continere: quod non fieret si omnino esset absolutus à voto. si tamen contraxerit, tenet matrimoniũ, vt not. in illa decre. quidam.

¶ Solennitas nihil de substantia matrimonij.

Beda.1.Cor.7.

¶ Vouens simpliciter qui contraxit, an mortua vxore continere teneatur.

d ¶ *Adulteria.*] idest, adulteros esse, non coniuges. & est emphasis [a], sicut illud, Dauus est ipsũ sceleus.

a Impropriete locutionis no. fic. 34. q. 1. videnda. in princ. vbi dictum.

e ¶ *Sed plane.*] ab hinc tractat de voto solenni secundum quosdam: sed verius per totum cap. de voto priuato agitur.

f ¶ *Grauius.*] 7. 17. q. 4. sunt qui.

1.Cor.7.

DE *viduis.*] CASVS. Hoc cap. secundum Hug. posset melius legi de voto solenni, quàm de simplici. Sed vt faciat ad propositum G. legas de simplici. Diuiditur ergo hoc cap. in tres partes. In prima parte dicitur, quod viduę velo consecrationis velari non debent. In secunda parte dicitur, q̃ si viduæ post votum simplex nubant, peccant, & pœnitentiam agere debent: tamen matrimonium separari non debet, ne talibus fornicationis laqueum iniiciamus, sed hortari eas ad pœnitentiam debemus. In tertia parte dicitur, quod ita debemus eas hortari ad pœnitentiam, ne nimis earum conscientiam terreamus. Secunda pars incipit ibi, *Quæsi propria.* Tertia ibi, *Cauendum.*

1.Tim.5.

g ¶ *De viduis*] videtur hoc c. intelligendum de voto solenni. argu. 7. ea. si quis sacro. vbi fit mentio de constitutionibus Gelasij siue Pelagij, & hæc est Gelasij. secundum hoc non facit ad propositum G. intelligas ergo de voto simplici. & ibi facit mentionem de aliis constitutionibus Gelasij, non de ista.

¶ Vidua non benedicitur.

h ¶ *Sub nulla.*] ¶ quia vidua non consecratur, nec benedicitur in sua velatione, sed tantum virgines, vt 21. q. 1. deuotis. sed accipiunt velum de altari, vt 5. ead. viduæ.

i ¶ *Castitatem.*] vidualem, scilicet post pristinum coniugium assumptam. fides enim seruanda est priori coniugio. 34. dist. fraternitatis. & C. de secun. nup. l. 3.

k ¶ *Periculi.*] idest, propter periculum earum vitantium poterit deliberare, quali. &c.

l ¶ *Vetabantur.*] arg. quòd peccatum timore maioris lapsus fieri nõ vetatur. 32. q. 2. solet. 13. dist. nerui.

m ¶ *Laqueum.*] eos separando, vel eos præcise prohibendo ne contrahant: vouens. n. simpliciter verbis tantum commonitoriis [b] dissuadendus est à matrimonio, non per excommunicationem, vt extra qui cle. vel vo. veniens. & de spon. requisiuit. ar. 22. q. 1. prædicandum. sed illud de peccato iam commisso. ¶ Item ar. ex hoc c. q̃ non pro quolibet mortali excommunicandus est aliquis antequam committatur: quia pro facione huius voti antequam frangatur non est excõicandus: quia nondũ obligatus est, nec post propter bonũ matrimonij: tamen quandoque indicitur pœnitentia volenti peccare, vt extra de spon. de illis. Ioan.

b Et sub Intelligue ex immutationes, vt patet ibi. seu solut., & 17. q. 2. nos nouimus, secũdum Hug.

¶ Excommunicatio non est pro quol bet mortali peccato ferenda.

† *al.quod*

m ¶ *Laqueum.*] ¶ si simpliciter vouerũt, permittendi sunt contrahere, vt maius malum vitetur. extra qui cle. vel vouen. veniens.

n ¶ *Vt & nostra.*] arg. q̃ ex quo prælatus fuit officio admonẽdo, increpando & corripiendo, non debuerat ei imputari si ille non emẽdetur. arg. 47. dist. quod ad nos.

2 Pol.l.4.tit. 34. Burc.l.8.c.34. luo p.7.ca. 55.

o ¶ *Præterimus.*] & ideo aliqua prętermittũtur exponi, ne terror incutiatur, sicut dicit Beda de pœ. dist. 4. reuertar.

p ¶ *Iquis votũ.*] ¶ Sed numquid simpliciter vouens potest contrahere cũ alia, quæ simpliciter vouit? Non videtur quod teneat matrimonium, cum neuter possit debitum exigere. pone eos vouisse quod nunquam exigerent, dico quod bene tenet matrimonium: quia vterque potest reddere. Sed quomodo, cum reliquis non exigat? Respon. vterque enim si sciat alterum indigere, nec posse exigere, reliquo debet commisceri, & vterque reddere dicetur. Sed quid si quis vouit quod nunquã redderet debitum, si vxorem cõingeret eum ducere? si post ducat, non teneatur votum tale seruare: quia præceptum est Apostoli de debito reddendo vxori, vt 33. q. 4. 5. Apostolus. ¶ Sed quid si aliquis iurauit quod nũquam cognosceret aliquam mulierem? si postea duxerit vxorem, bene tenet matrimonium. numquid ergo peccat cognoscendo cum iurauerit non cognoscere? Dicunt quidam quòd prima vice peccat, sed postea non: & iidem dicunt quod post votum simplex prima vice cognoscens vxorem peccat: quia si semper peccaret cognoscendo, tale matrimonium illicitum esset: sed hoc nihil est, sed dico quod non peccat cognoscendo, licet contra iuramentum faciat: sed tunc peccat quãdo fidem frangit Deo. Vel dic, quod talis permittat se cognosci, & non cognoscat, & sic saluabit iuramentum: cum potius videatur pati quàm agere. Iterum quæro: cum iuramentum sit de iure naturali, sicut & votum: quia sicut Dominus præcepit, Vouete & reddite: ita præcepit, Reddas Domino iuramenta tua. ¶ quare votum dissoluit matrimonium, & non iuramentum? Ad hoc dico, quòd iuramentum non est præstandum nisi subsit necessitas, vt 22. q. 1. ita. vnde qui tale iuramentum exigit, temerarie iurat: vnde fortius est vinculum voti quàm iuramentum, secũdum nos tamen non est quæstio: quia votum de sui * natura non obligat: sed constitutio circa votum emissa.

1.*Cor.7.*

¶ Vouẽtes simpliciter an possint admitti ad consortia matrimonij.

1.*Tim.5.*

3 5.di. 27. c. si vir.

¶ Iurans nunquam mulierẽ cognoscere, an possit postea matrimonium contrahere.

QVOD AVTEM. CASVS. Iste 5. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit G. vt sciamus quorum vouentium matrimonia dissolua

¶ Matrimoniũ solutur voto, sed non iuramento.

* *Imo obligat; licet votũ simplex non dirimat cõtractũ. V. de B.T. fem. 4. dist. 38. q. 1. ar. 3 q 2 & 3.*

dissoluatur recurrendum est ad §.ꝫ.27.di.§.vlti.In secunda parte determinat ca.illud, quæ Christo.vbi dicitur quòd non admittitur ad pœnitentiam Deo deuota quæ alij nupserit:nisi vir cui se iunxerat, defunctus sit:quod sic intelligit G.dicens q; tunc vir dicitur ei defunctus, cum ab eius concupiscentia mentē suam & corpus ex toto alienauerit,& quacumque hora hoc fecerit, ad pœnitentiam admittetur.Nec hoc est cōtrarium Domino dicenti per prophetam Ezechielem,In quacumque hora, &c. *In vtroque casu.* capituli Innocentij, vel in vtroque casu contra ius Innocentij illius ca. ꝫ.ea. deuotam.

a ¶ *Ostenditur.*] ꝫ. 27. dist.§.vlti.

b ¶ *Illud.*] ꝫ. ea.quæst. ea.quæ Christo.

c ¶ *Potest.*] digne tunc quis reconciliatur Deo, cum pœnitet de omni peccato.de pœ. distin. 5. fratres. minus digne est pœnitet de quibusdam, de pœn.dist.3.placuit.

d ¶ *Derelicta.*] G.soluit hic secundam partem illius cap. quæ Christo. & male. non enim innuitur à cōtrario sensu q; illum posset habere virum cui adultero fidem dedit viuente viro a.extra de eo, qui duxit in matri.cū haberet. solue ergo secundam partem prout G. soluit primam partem.

e ¶ *In vtroque.*] casu, scilicet Innocentij.

f ¶ *Esset contrarius.*] Innocentius.

g ¶ *Deuota.*] ꝫ.ea. q.c. deuotam.

Equitur.] Hæc quæ. diuidit in quinque partes. In prima intendit probare quòd sponsa sit vxor: quæ tamen non est nisi spe futurorum, & non re præsentium. Secunda ibi, *His omnibus.* Tertia ibi, *Apparet.* Quarta ibi, *Sed aliud.* Quinta ibi, *Quod autem.* Io. de Fan.

Gen.4. CASVS. Hic ponitur secūda quæstio,qua quæritur an puellæ despōsatæ vni, liceat eo dimisso alteri nubere. huic quæstioni (vt facilius explicetur)aliam quæstionem incidentem subiungit talem.ſ. vtrum inter sponsum & sponsam sit matrimonium. & illam primo soluit, allegans pro vtraque parte, qua soluta facile soluitur illa,quæ hic principaliter proponitur;& soluit eam,infra ead.§. iuxta. Probat ergo G. quadrupliciter, quod inter sponsum & sponsam est matrimonium. Primo, per descriptionem matrimonij. Secundo, auctoritate Isidori dicentis, quod cōsensus facit matrimonium. Tertio, auctoritate Ioan. Chrysosto. Quarto, auctoritate Nicolai, qui dicit solum consensum sufficere ad matrimonium.

Rom.6. h. ¶ *Sequitur.*] hic depingitur secunda q. an scilicet desponsata vni, eo dimisso possit alij nubere. Cui quæstioni (vt facilius explicet) subiungit G. aliam q.incidentem. ſ. vtrum inter sponsum & sponsam sit coniugium, & allegat ad vtramque partem huius incidentis q. eam soluit dupliciter. ꝫ. ea. §. iuxta. ſ. quod inter sponsum & sponsam est matrimonium initiatum, idest, non consummatum. vel inter sponsum & sponsam dicitur esse matrimonium non re præsentium, sed spe futurorum. Sed his relictis certum est, quòd inter sponsum & sponsam non est matrimonium proprie sumptis vocabulis. ‖ Sponsus enim à sponsalibus dicitur, & sponsalia sunt conuentio & repromissio futurarum nuptiarum.ff.de spon.l.1.Et hanc quæstionem tractat G.vsque ad §. sed concedatur.ibi de secunda quæstione dicitur.

‖ Sponsalia diffinitio.

i ¶ *Viri.*] quia in pari sexu nō potest esse matrimonium,est enim matrimonium quiddam habens suum modum extendi per se, & sunt duæ correlatiōes,& ita plura.

k ¶ *Coniunctio.*] animorum.ꝫ.e.cum initiatur.& ꝫ.ea.multorum.

l ¶ *Indiuiduam.*] quo ad propositum.perpetuo enim debet cōtrahi matrimonium. 32.q.2.solet. dicit lex, quod dotis causa perpetua est: quia eo voto datur, vt semper apud maritum sit. ff. de iure dot. l. 1.

5 ſ.ead.denotam.

m ¶ *Retinens.*] supple diuini & humani iuris communicatio. ff. de ri. nup.l.1.eiusdem enim religionis debent esse.C.de Iudæ.ne quis. 28.q.1. caue. ‖ Sed obiicitur de matrimonio, quod est apud infideles,si alter non vult sine contumelia creatoris habitare cum fideli, dissoluitur matrimonii. non ergo est indiuidua coniunctio.Sed dic quod tunc lex dissoluit,non homo,vt 33.q.2.quos Deus, quia tunc contumelia creatoris soluit ius matrimonij, vt extra de diuor.gaudemus.

‖ Matrimonii infidelis ne dissoluatur.

6 Sent.4.dist. 27. ‖ uo p. 8.c.t. Pann.l.6.ca.

n ¶ *Efficiens causa.*] ꝫ. 29.q.2.si quis ancillam.

o ¶ *Matrimonium.*] ¶ *Coitus.*] nisi cum sponsalia contracta sunt sub cōditione: tunc enim per coitum recedit à condītione,vt extra de condi.appo. de illis.

p ¶ *Sed voluntas.*] idest, voluntarius consensus: verbis tamen legitimis expressus. ‖ requiritur enim q; consensus sit voluntarius,& non coactus.extra de sponsa,cum locum.verba enim requiruntur quantum ad ecclesiam b, vt extra de sponsa.tuæ.

q ¶ *Sed solūtatis.*] vtriusque interuenientis, quod fit quando maritus &vxor se absoluerunt ab exactione reddendi debiti causa continentiæ. ꝫ. ea. Agathosa.& in Auth, vt li ma.& auiæ. §.fi. vero.ex consensu.coll.8.

r ¶ *Voluntate.*]hoc vult dicere, quod non sufficit corpore recessisse. si mente non recesserint,vt ff.de acq.pos.l.3.§.in amittenda.ff.de capti.& postli.nihil interest.& ff.de ædi.edi. quis sit fugitiuus.§.apud Labeonē. ‖ Hoc autem scias, quod licet dominus aliquis nolit esse dominus rei alicuius, non ideo perdit dominum. secus est in possessione, vt ff. de acq.poss.fi quis vi.§.1.

‖ Dominium ita tenet perdere vt possidere.

CVM ERGO. CASVS. Infert G. ex supradictis, quod inter sponsum & sponsam est matrimonium: quia consensus inter eos matrimonium facit.Postea quærit quis consensus matrimonium facit, an consensus cohabitationis, an carnalis copulæ,an vterque.si consensus cohabitationis matrimonium facit, tunc frater cum sorore matrimonium faceret, quod falsum est. Item nec carnalis copulæ consensus, quia secundum hoc inter Mariam & Ioseph non fuisset matrimonium:quia illa proposuerat continere.& hoc in prima parte. In secundum:quia illa proposuerat continere.& hoc in prima parte. In secunda parte dicitur,quòd Maria non fuit rea voti virginalis,& excusat eam quia pro

‖ Matrimonium quod in eis expectatum, quodammodo est.

prophetam. [*In quacumque hora peccator conuersus fuerit, &c.*] *& cunctis interpretibus diuinæ legis inueniretur aduersus. Probatur illud idem auctoritate illius capituli, quo deuotæ* g *, quæ maritum acceperit, prohibetur ad pœnitētiam admitti:nisi vel vterque continentiam professus fuerit; vel ille, cui se iunxerat, de hoc mundo decesserit.*

QVÆSTIO II.

Equitur secunda quæstio. quæ quæritur, an puellæ alteri desponsatæ post sint renūtiare priori conditioni, & transferre sua vota ad alium.

1 *Hic primum videndum est, an cōiugium sit inter eos.*

2 *Secundo, an possint ab inuicem discedere..*

6 *Eos autem coniuges esse, & ex definitione coniugij, & auctoritate multorum facile probatur. Sunt enim nuptiæ siue matrimonium, viri* i *, mulierisque coniunctio* k *indiuiduam* l *vitæ consuetudinem retinens* m *. nter hos autem fuit coniunctio, quæ indiuiduam vitæ consuetudinem exigebat. Fuit enim inter eos consensus, qui est efficiens* n *causa matrimonij, iuxta illud Isidori*] 7 *Consensus facit matrimonium.*] *tem Ioannes Chrysostomus* [8 *idest auctor operis imperfecti homilia.32.in Matthæum.*]

C. I.

9 MAtrimonium quidem nō facit coitus o, sed voluntas p: & ideo non soluit illud separatio corporis,sed separatio voluntatis q.Ideo qui dimittit coniugem suam,& aliam non accipit; adhuc maritus est. Nam etsi iam corpore separatus est; tamen adhuc voluntate r coniunctus est. Cum ergo aliam acceperit; tunc plene dimittit.Non ergo qui dimittit,mœchatur,sed qui alteram ducit.

quia proposuerat votum virginitatis sub tacita conditione, nisi Deus aliter reuelaret.votum tamen illud ore non expresit,deinde diuina reuelatione in carnalem copulam consensit: & exinde salua virginitate votum corde conceptum cum viro penitus expresit, & seruauit expressum.In tertia parte determinat dicens quòd vterque consensus simul cohabitandi, & indiuiduam vitæ, &c. faciunt matrimonium. sed hoc vltimum est allegatio. Secunda pars incipit ibi, *Si ergo.* Tertia ibi, *Consensus ergo. Post ea,* idest, postquā. *Ex corde,* scilicet,votum inter istos in themate positos, & quòd ipsi sint coniuges, probat per sequentia.

1 Sent. ibidē.

2 *Vfficiat.*] ¶ *Solus.*] Verba enim tantum necessaria sunt ad probationem.extra de spō.tuæ. & exponunt quidā,secūdum,leges,idest,secundū canones. Sed vbi sūt isti canones ? immo potius videtur contrariū per canones. ꝫ.32.q.2.c.vlt. & pe.Sed dic q; illi canones sunt 29.q.2. si quis. extra de coniug. ser. c. 1. extra de rap.cum causam. Vel dic secundum ll. put sonat littera. ‖ Sed hæc dictio, solus, non excludit consensum parentū: immo tantum aliàs solēnitates, quæ fiūt circa matrimonium. q.d. solus eorū consensus est causa effectiua matrimonij,& ideo non sunt contrariæ leges illæ. C.de nupt. nec filiū. ff.de ritu nup.nuptię quę dicāt quòd in matrimonio requiritur c consensus parentum. Sed dic quod requiritur ex honestate, non ex necessitate. 30.q. 5.nostrates a.

‖ Consensus parentum an ſit matrimonio requisitus. Inst.

b ¶ *Quo modo.*] Licet hoc interrogaret, nō tamen dubitauit de verbis angeli;sed dubitauit quo modo illud posset fieri, vt sint duæ partes,quo & modo, de modo enim dubitauit:non de facto.

c ¶ *Voti virginalis.*] ‖ sic ergo patet q; Maria non vouerat continentiam: sed proposuerat vouere, & virginitatem conseruare, nisi Deus aliter reuelaret, vel lex prohiberet,vel parentes cogerēt: & inde est quod licite potuit contrahere matrimonium Deo reuelante, si vouerat etiam solēniter: quia votum fuit sub conditione. immo quantuncumque absolutum sit votum, semper intelligitur excepta auctoritas maioris, vt extra de iureiuran. venientes. similiter hoc subintelligitur, si res in eodem statu permaneret. 22. q.2. ne quis.& ff.de solutio. l. cum quis. & hoc si tibi seruatur fides. extra de iureiuran. peruenit,& hoc si numerauit pecuniam,vt C.de non nup.pe. indubitati.& honestæ & possibiles, vt extra de iureiuran. quemadmodum. & aliàs posui 32. quæst. vltim.cap.vno.

‖ Maria nō voluit abiolui.

9 Sent. 4.di. 27. ‖ uo p.8.c.u. b De.t.leg & no.ad.dicta refert. & ibi plene dixi.

d ¶ *Ore.*] Expressio enim oris in voto multum operatur, vt extra de vo.& vo.redem. litteraturam. argu.ꝫ.ead.duobus. in fin. arg. de pœn. dist.1. magna. in prin. videtur tamen quòd quo ad Deum non sit necessaria oris confessio. 22.q. 5. humanæ. & cap. cauete.& 24.q. 5.fi quid. ‖ sed tamen secus est in voto tacito quàm expresso.nam dicit lex.quod si legaui tibi decem si volueris, tale legatum non transmittes ad heredes, nisi primo expresseris te voluisse: secus vero est si legauero tibi x. pure:quia illud transmittes. ff. de leg.1.si ita legatum sit. §. illi si volet. immo nec votum dicitur conditionale vbi conditio subintelligitur, vt ff.de condi.& demon.conditiones quæ.Ioan.

‖ Hostiensis sup. iter.

nibus exhibere viro, qualis ipsa sibi est, & è conuerso. Ad indiuiduam itaque cōsuetudinem pertinet,absque legitimi consensu viri & orationi aliquando non posse vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iste consensus fuit inter eos; patet eos coniuges fuisse.

Caput hoc in vetustis exemplaribus coniunctum est superiori: & videtur à collectore ex variis locis B. Augustini, potissimum ex libello de virginitate confectum.

Ioannes Chrysostomus, [*idest auctor operis imperfecti,hom.32.in Matth.*]

PALEA. C. IIII.

4 OMnis res per quascumque causas nascitur,per easdē dissoluitur.Matrimonium enim nō facit coitus, sed voluntas: & ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideo, qui dimittit coniugem suam, & aliam non accipit; adhuc maritus est. Nam &si corpore iam separatus est; tamen adhuc voluntate coniunctus est, Cum ergo aliam acceperit; tunc plane dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur, sed qui alteram ducit.

Palea hæc est in multis vetustis codicibus. Initium vero vsque ad ver. Matrimonium,*est regula prima de regulis iuris:quæ est in Decretalibus. Verba autem homiliæ trigesimæ secundæ sunt hæc:* omnis res,per quas causas nascitur,per easdem absoluitur. Matrimonium,&c.

Item auctoritate probantur esse cōiuges. Ait enim Ambrosius in libro de institutione virginis,c.6.

¶ Coniugalis pactio,non virginitatis dissolutio, coniugium facit. C. V.

5 CVm initiatur coniugium; tunc coniugij nomen ascisciturNon enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis.Denique cum iungitur puella; coniugium est:non cum viri admistione cognoscitur.

Item Isidorus Etymologiarum libro nono,c.7.

¶ A prima fide desponsationis coniuges verius appellantur. C. VI.

6 COniuges verius appellantur à prima fide desponsationis fide: quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus.

e ¶ *Consensit.*] ꝫ. ead. priusquam.

f ¶ *Appetendo.*] argu. quòd aliquis consentit in aliquid : non tamen vult illud fieri. 8.q. 1. audacter. Vel dic sicut in gl. sic ergo patet.

g ¶ *Consensus.*] idest, maritalis affectus.

Cvm initiatur.] CASVS. Probat in hoc c.Amb.q; si matrimoniali consensu mulier cum viro iungatur, matrimonium est inter eos, etsi carnalis commistio non interuenerit, vel defloratio virginitatis. Sequens cap.planum est.

h ¶ *Cum initiatur.*] idest, incipit & existit. Ex hoc sumpsit G.suam dist. ſ. matrimoniū aliud initiatum:aliud consummatum.vt ꝫ.ea.§. iuxta. Sed tu dic q; hoc refertur ad actus qui considerantur circa matrimonium.nam primo consentit, postea cognoscit. Vel initiatur quo ad significationem, vt dicemus.ꝫ.ea.qua propter.nō quo ad sui essentiam: ‖ cum matrimoniū sacratissima res sit. & quàm cito est perfectum &consummatum quo ad sui essentiam, nec recipit sectionem nec interstitia temporum.

4 Tuo p. 8.ca. 233. ſ. ead. matrimonium. extra. de reg. iur.c.1.

‖ Matrimonium est res sacratissima.

i ¶ *Pactio.*] idest,consensus de præsenti.

k ¶ *Non cum viri.*] ar. contra extra de eo qui dux.in matri.significauit. nam ibi dicitur, quod copula carnalis facit matrimonium: sed illud referas ad præsumptionem. ff.de do.inter vir.& vxo. cum hinc.§.fi mulier.ff.de rit.nup.l.4.

5 Sent.4.dist. 27. Anſ.l.10 ca.1. Ino p.8.c.ap.2. ꝫ.ead q. Pān l.6.c.14. Pol.l.6.tit 4.

l *Coniuges verius.*] Cōparatiuus pro positiuo. vel verius, idest, sanctius & honestius quàm à coitu. sicut inter Mariam & Ioseph, argum. 33.quæst.5. quod Deo.

† *al.virili*} otig.

m ¶ *Prima.*] dicit H. quòd vna fides, qua vir vxori & econuerso debet mutuam seruitutem, & etiam castitatem. secundum hoc expone prima fide, idest, primo à fide desponsationis. ‖ alij dicunt quòd duæ sunt fides. Prima est qua ei debet castitatem.argum.

6 Sent. ibidē. Ino par. 8.c.3. Pann.l.6.c.15. ‖ Fides inter coniuges est duplex.

38. quæst. 1. caue. Secunda qua mutuam seruitutem ei debet : sed hoc non nisi post duos menses. extra de conuer. coniug. ex publico & secundum priorem expositionem ex prima vtrum que debet, vt prædixi. vnde secundum eos. primus coitus neque est gratuitus. nam statim post consensum mutuum de præsenti tenetur reddere debitum petenti b. habet tamen alter exceptionem vsque ad duos menses, per prædictam decre. nisi dicatur aliud speciale de duobus diebus vel vno. 30.quæst.5.sponsus.ꝫ.ead.institutum.hoc tamen est certum, quòd post primum coitum statim iure seruitutis petitur coitus quandocumque placuerit. Ioan.

h. Ad hoc facit quod not. ff. de q. t. c.2. in fin.

Coniunx. CASVS. Dicitur in hoc cap. quod Maria habuit verum nomen coniugis, & non mendax: quam Ioseph non cognouerat, nec fuerat cogniturus: qui fuit pater Christi, & maritus matris eius: sed vtrumque fuit mente, & non carne. *Vocatur.* beata virgo. *Non cognouerat,* Ioseph.

a ¶ *Vocatur.*]§.33.dist. cap.vlt.

b ¶ *Fidele.*] ideſt, ex fide: non tamen vſu carnis conſiſtebat.

Mnet iaque.] CASVS. Dicitur hic quod in nuptiis Mariæ & Ioſeph fuit omne bonum nuptiarum, ſcilicet proles, fides, & ſacramentum. Proles, ſcilicet Chriſtus. Fides caſtitatis. Item ſacramentum, quia inter eos fuit inſeparabilis cõiunctio animorum: & inter eos nullum diuortium interuenit: ſolũ carnale cõmercium defuit inter eos: quod ſine peccato fieri non poterat: ſine quo ipſum decuit nasci, qui ſine peccato erat futurus. Sequens c. patet: quod poteſt intelligi non ſolum de ſponſa de præſenti, ſed etiam de ſponſa de futuro: & tunc interuenit publicæ honeſtatis iuſtitia.

c ¶ *Omne.*] Gandulph' dixit duo eſſe tantum bona matrimonij, ſcilicet fidem & prolem, ſed ipsũ ſacramentum non eſſe bonum matrimonij, niſi intranſitiue intelligatur, ideſt, bonum quod eſt matrimonium: quia ſacramentum matrimonij (vt dicit) nihil aliud eſt quã ipſum matrimoniũ. ‖Sed dic quòd ſacramentum matrimonij dicitur hic inſeparabilis coniunctio animorum: vel etiam mutua ſeruitus: quorũ vtrũque eſt bonum matrimonij. ſine his autem bonis matrimonium contrahi non poteſt: poſtea vero ſine his eſſe poteſt.

d ¶ *Sacramentum.*] ideſt, inſeparabilitas. ‖ ad tempus enim non poteſt contrahi matrimonium: vt 32. q.2.ſolet. ſicut nec filium adoptare ad tempus poſſum.ff.de adop.l. ſi quis.Ioan.

e ¶ *Nullum diuortiũ.*] immo inſeparabilis coniunctio animorum.ſ.e.§. ecce. contra ibi dicitur, inter Mariam & Ioſeph fuit diuortium. ſed ibi im proprie fuit diuortium, ſcilicet corporalis ſeparatio cauſa honeſtatis tãtum facta: ‖ proprie autem diuortium eſt ſeparatio corporalis, quæ cauſa delicti fit.

f ¶ *Non poterat*] hic colligitur quod potius non poteſt eſſe cum vxore ſine peccato. argu. 33. q.4. vir eum propria. Ar. contra 12. dist. nerui. De hoc dicemus 33. q. 4. vir eum propria.

g ¶ *Moriatur.*] 34.q.2.non ſatis.

PALEA. C. VII.

Vòd conditio interpoſita nõ valeat, ex concilio Africano probatur.

Palea hæc abeſt ab omnibus collatis exẽplaribus, duobus exceptis: in quorum altero emendatiore ponitur tamquam ſumma ſequentis capitis. In neutro autem ad finem capitis præcedentis erant verba illa, Item ex concilio Africano, *& ideo ſublata ſunt.*

¶ De eodem. PALEA. C. VIII.

1 QVicumque ſub conditionis nomine aliquam deſponſauerit, & eam poſtea relinquere voluerit: dicimus, quòd conditio frangatur, & deſponſatio irrefragabiliter teneatur.

Hæc palea etiam in Decretalibus tit. de conditio. apposi. c.quicumque. & in collectione in quinquaginta partes diuiſa (quæ in tomis conciliorum eſt poſt decreta Alexandri tertij) par.6.c.5.citatur in concilio Africano. Sed in eo, quod extat, non habetur.

Item Auguſtinus de nuptijs, & concupiſcentia, libroprimo.c.11.

Sic eſt reſtitutum ex Iuonẽ: cum antea citaretur liber de bono coniugali.

¶ De eodem. C. IX.

2 CONiunx vocatur a † prima fide deſponſationis: quã concubitu nõ cognouerat Ioſeph, nec fuerat cogniturus: nec perierat †, nec mendax manſerat coniugis appellatio: vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis commiſtio. *& infra.* ¶ Propter quod fidele coniugium parentes Chriſti vocari ambo meruerunt, non ſolum illa mater, verumetiam ille pater eius ſicut coniunx matris eius, vtrumque mente, non carne.

Item in eodem libro, & capite.

¶ Triplex bonum coniugij fuit in parentibus Chriſti. C. X.

3 OMne g itaque nuptiarum bonum impletum eſt illis parentibus Chriſti, proles, fides, ſacramentum d: Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum: fidem, quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium e: ſolus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat f ſine illa pudenda carnis concupiſcentia, quæ accidit ex peccato: ſine qua concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato.

Item in Deuteronomio præcepit Dominus Moyſi dicens, [*Si quis ſponſam alterius in agro oppreſſerit, morte moriatur* g: *quia vxorem alterius violauit.*] ¶ *Item in legibus principum ſponſa iubetur lugere* h *mortem ſponſi, tamquam viri ſui.*

Item in canonibus inuenitur.

¶ Vxor deſponſata poteſt mortuum virum lugere non nupta. C. XI.

4 SI quis deſponſauerit ſibi aliquã, & præueniente mortis articulo eam cognoſcere non potuerit; frater eius non poteſt eã ducere in vxorem.

Item Gregorius Mauritio Imperatori ob quemdam comitem, qui nepotis ſui mortui deſponſatam duxit vxorẽ.

C. XII.

5 QVi deſponſatam puellam proximi ſui acceperit in coniugium; anathema ſit ipſe, & omnes conſentientes ei: quia ſecũdum legem Dei mori decernitur.

Nam diuinæ legis eſt mos ſponſas appellare coniuges, vt in Euangelio, [Accipe Mariam coniugem tuam.] Et illud in Deuteronomio [Si quis cuiuslibet hominis deſponſatam puellam in agro, vel in quolibet loco oppreſſerit, vel abduxerit in domum ſuam; moriatur: quia vxorem proximi ſui violauit:] non quæ iam vxor erat i, ſed quæ à parentibus vxor fieri debebat. *& infra.* Sicut nulli Chriſtiano licet de ſua conſanguinitate, vel quam cognatus ſuus habuit, in matrimonium aſſumere; ita & de conſanguinitate vxoris ſuæ.

Apud Anſelmum ante hoc caput eſt hic titulus rubris litteris deſcriptus, Capitula beati Gregorij doctoris de linea conſanguinitatis edita. *Poſtea vero eſt hic alius titulus nigris litteris deſcriptus,* Mauritio Imperatori ob delatum quemdam comitẽ, qui nepotis ſui mortui deſponſatam virginem duxit vxorem. *Deinde ſequitur.* Qui deſponſatam, &c.

Item Hieronymus.

¶ Vxore mortua licet viro aliam ducere, ſed non repudiatam, vel deſponſatam. C. XIII.

7 ADditur m aliud quartum coniugium legitimũ. Dũ mortua fuerit vxor cuiuslibet; licet illi accipere aliam, ſed non repudiatam, nec deſponſatam viro, ſed liberam: ſimiliter debet & mulier. Vnde & Paulus ait [Mulier, quæ ſub viro eſt, ligata eſt ſub lege viri, quamdiu viuit vir eius.] Viro igitur viuente vocatur adultera, ſi iuncta fuerit alij viro. Si autẽ mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri: ita vt non ſit adultera, ſi cõiuncta fuerit cum altero viro n.

Ab Iuone ante hoc caput reſertur caput. tria. infra 36. q. 2. Neutrum tamen apud beatum Hieronymum eſt inuentum.

a Sent.ibidẽ. Iuo p.8.c.14. Pãn. l. 6.c.16. † *al. ex*

† *al. peieraſſet*

‖ Matrimonij bona sũt tria quidquid dicat Gandulphus.

‖ Matrimonij ad tẽpus non contrahitur.

3 Sent.4.dist. 30. Iuo p.8.c.15. Pãn. l. 6.c.30. Ibidem. c.22.

‖ Diuortium quid proprie ſignificat.

Deuter. 22.

g ¶ *Moriatur.*] 34.q.2.non ſatis.

h ¶ *Lugere.*] ideſt, intra tempus luctus non contrahere, & inſignia luctus deferre. ‖ Et eſt multiplex cauſa quare prohibetur contrahere intra tempus luctus: ne fiat perturbatio ſanguinis, propter incertitudinem: quia neſciretur cui partus illo tempore ſit aſcriberetur, arg. ff. de his qui not. infa. liberorum. & C. de repu. conſenſu. Altera eſt maritalis reuerentia, arg. C. de ſecun. nup. l.2. Tertia eſt, ne qua cauſa malignæ ſuſpicionis præſtetur ſecundo viro. in authen. de reſti. & ea quæ parit. §. vlt. coll. 4. tempus autem luctus eſt xij. menſium. C. de ſecun. nup. l.2. hodie diminutus eſt feminis luctus iſte. non enim compelluntur triſtem habitum deferre. C. de his qui not. infa. decreto.

‖ Mulier intra tempus luctus non debet ire ad conuiuia prohibetur.

i *Iuuis.*] Hoc cap. intelligitur de ſponſa de præſenti: aliter non faceret ad propoſitũ: quia ſponſa de futuro non eſt vxor. quod tamen ſequitur quòd non poſſit duci à fratre, obtinet etiam in ſponſa de futuro: dũ tamen poſt vij. an. facta ſit deſponſatio: aliàs ſecus. extra de deſpõ. impu. litteras. &c. accẽſit. & hoc caſu eſt impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitia a, non affinitatis: quia illa non eſt niſi interueniat carnalis copula. ſ. ea. c. lex diuina.

4 ſ. ita ſequi.

Vi diſponſatam.] Hoc c. diuiditur in tres partes In prima parte dicitur q̃ nullus ducat in vxorem ſponſam alterius: nec cõſentiat ducenti: alioquin excommunicetur. In ſecũda parte dicitur, quòd nomine ſponſæ intelligitur vxor: quod probat Grego. primo per Euangelium: ſecũdo per Deutero. In tertia parte oſtẽdit q̃ nec conſanguineã, nec affinẽ debet quis ducere in vxorem. Secunda pars incipit ibi, *Nam diuina.* Tertia ibi, *Et infra. Nõ quæ*, verba sũt Greg. *Vxor erat*, i. carnaliter cognita. *A parẽtibus fieri*, ideſt, coniungi & tradi ſponſo. *Vxor.* ideſt, carnaliter cognoſcenda.

5 Sent.4.dist. 27. Anſ.l.11.c.19. Pol.l.6.c.9.

Leuit.20. Matt.2. Deuter.22.

a Quæ quidẽ impedit matrimonium & diuimit, vt ponit in c. quod leg. & notatur qui ſint leg. reſpõdẽt. & de dict. impũ. duo ſunt.

k ¶ *Moriatur.*] 34.q.2. non ſatis.

l ¶ *Iam vxor erat.*] ideſt, carnaliter cognita. & ſunt verba Gregorij.

6 ſup.q.1.ad ſum.

Additur.] Caſus. Dicitur hic q̃ præter tres ſpecies matrimonij poſitas. ſ.36.q.2.tria. cuius pars eſt hoc ca. additur hîc quarta ſpecies, ſcilicet, cũ quis mortua vxore ſua vxorem accipit non repudiatam, vel deſponſatam alteri, ſed abſoluta. Idem dicitur de muliere, quæ ſi viuente viro contraheret, adultera eſſet; vt probatur auctoritate Pauli.

7 Iuo p.14 at. Pãn.l.6.c.9.

Rom.7.

m ¶ *Additur.*] hoc ca. continuatur iiij 36. q. 2. tria. & c. nullus.

n ¶ *Cum altero viro.*] non conſanguineo prioris.

Si quis

Iuuis vxorem.] CASVS. Hoc cap. & ſequẽs per ſe patent: & poſſunt intelligi de ſponſa de præſenti, vel de ſponſa de futuro. & ſecundum hoc erit ibi publicæ honeſtatis iuſtitia. Sequens §. patet: & allegat amodo Grat. pro parte contraria.

a *Deſponſauerit.*] Videtur ergo q̃ alterũ iſtorum per ſe ſufficiat ad hoc q̃ ſit matrimonium: & ita per arrhas probãtur ſponſalia. Sed dicendũ, vel, id eſt, etiã ſubarrhauerit præcedẽte deſpõſatione. Vel dic q̃ alterum ſufficit: quia & ſi ſubarrhat, licet non cõſentiat, præſumitur pro ſponſalibus & matrimonio, donec probetur contrarium. arg. 27. diſtin. quod interrogaſti. & 30.q.5.noſtrates. & ca. feminæ: ‖ nec refert an verbo, vel facto declaret quis voluntatem ſuam. 43. diſt. c.1. fit autem hæc ſubarrhatio per immiſſionẽ annuli, licet nõ conſentiat ſemper: quia eſt ſignum amoris. Dicitur de hoc 30.q.5.noſtrates. & ca. feminæ.

1 Sent. ibidẽ.

‖ Volũtas vxoris non facit deciuari poteſt.

b ¶ *Subarrhauerit.*] extra de præſumpt. illud. contra.

1 Sent. ibidẽ. hîc. 6. tit. 6.

c ¶ *Ducere.*] id eſt, carnaliter cognoſcere.

d *I quis.*] ¶ *Aliis.*] puta frigiditate vel ex maleficio. & ita idem iuris eſt ſi fuerit diſpenſatio interueniat de ſolo facto, ſiue de iure. & ita ſi quis deſponſauit cõſanguineam ſuam vel aliquã aliã cum qua ipſe contrahere non poſſit, & ſeparetur ab ea, nullus de conſanguinitate ſua eam ducere poteſt. & ita monachus poterit impedire cõſanguineos ſuos, licet frigidus natus ſit. quod cõcedit H. & hoc ſatis poteſt cõcedi q̃ ſiue ſit monachus, ſiue frigidus, ſiue deuotus, ſiue ſectus, ‖ q̃ ſponſalia illius impediunt matrimonii. arg. extra de ſponſ. ad audientiam a. nam propter deſponſationem quæ nulla eſt, notatur quis infamia. ff. de his qui no. infa. quid ergo. §. cum autem. extra de biga. ſuper. vnus tamẽ caſus excipitur, quãdo intra ſeptennium facta eſt deſponſatio. extra de deſpon. impu. accẽſit. Item in alio caſu nõ impediunt ſponſalia de facto ſequẽs matrimonium, vt extra de eo qui dux. in matrimo. ſignificauit. Sed quæ ratio eſt, quare ſpõſalia, quæ nulla ſunt impediunt matrimonium? Et poteſt dici ſufficere ita ſcriptum eſſe: vel ideo, quia quandoque probaretur monachus, qui non eſſet in rei veritate, vel frigidus: & ita eſſet ibi periculum, nec eſt contra extra de ſpon. impuberis. nam ibi poſt ſeptennium tentauit, &c.

3 Sent. 4. dist. 41. Pann. l. 6. cap.

Item Gregorius.

¶ Si monachus vel virtus nullus de eius conſanguinitate ſponſam accipiat. C. XIV.

10 11 SI quis vxorem deſponſauerit, vel eam ſubarrhauerit b, quamquam poſtmodum præueniente die mortis eius nequiuerit eam ducere c in vxorem; tamen nulli de conſanguinitate eius licet accipere eam in coniugio. Quòd ſi inuentum fuerit factum; ſeparetur omnino.

Item Iulius Papa.

¶ *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis, & Magiſtro. Nam in vulgatis erat.* Iulianus. *In Polycarpo autem citatur*, ex concilio Triburienſi à Iulio Papa cõfirmato. *In quo titulo ſubeſt aliquod mendum.*

¶ De eodem. C. XV.

iij 12 SI quis deſpõſauerit vxorem, vel ſubarrhauerit, & ſiue præueniente die mortis, ſiue irruentibus quibuſdã aliis d cauſis minime eam cognouerit: neq; eius ſuperſtes frater, neque vllus de cõſanguinitate eius eãdem ſibi tollat in vxorem vllo vnquam tempore.

His omnibus auctoritatibus probantur iſti eſſe coniuges. Sed Auguſtinus teſtatur contra, dicens.

¶ Non eſt inter eos matrimonium, quos non copulat commiſtio ſexus. C. XVI.

3 NOn eſt dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium e, cum qua cõmiſtio ſexus non docetur fuiſſe.

Caput hoc non eſt inuentũ apud B. Auguſtinum: & videtur ſumma ſequentis capitis.

Item Leo Papa. 4

¶ Illa mulier non pertinet ad matrimoniũ, cum qua non celebratur nuptiale miniſterium. C. XVII.

5 CVm ſocietas f nuptiarum ita à principio ſit inſtituta, vt præter commiſtionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ coniunctionis Chriſti & eccleſiæ ſacramẽtum g; non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe nuptiale h miniſterium.

In codicibus epiſtolarum Leonis impreſſis, & manuſcriptis in epiſtola 90. al. 92. ad Ruſticum, c.4. itemque apud Burchardum, & Iuonem longe aliter habet hic locus. Cum ſocietas, inquit, nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexum coniunctionem haberet in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacramentum; dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale fuiſſe myſterium. *Verum, vt reſpõdeat verbis Gratiani, qui manifeſtè vitiatur hoc loco deprauato, itemque Magiſtri, & gloſſæ, & poſteriorum doctorũ, nihil eſt in textu mutatũ.*

[*Benedictus ſeruus ſeruorum Dei, Grandenſi patriarchæ ſalutem, &c.*]

ita eſſet ibi periculum, nec eſt contra extra de ſpon. impuberis. nam ibi poſt ſeptennium tentauit, &c.

4 Leo epiſt. 90. al Ruſticum, c.4.

‖ Sponſalia ſolũmodo nõ impediũt matrimoniũ.

5 Sent. ibidẽ. hîc. 6. c. 1. in par. & c. 19. & 23. Pann. l. 6. c. 9. Capitol. 7. cap.

a Vbi videtur Ian. hanc ſententiã approbare: tamen ſub dubio forte: ſed ini. Vinc. hoc reprobat inſtitute.

PALEA. C. XVIII.

Ex diuinæ cõſtitutionis Apoſtolicam cathedram † totius poſſit orbis terrarum magiſtram; vt quidquid vbique locorum dubitatur, ab ea ratio eiuſdem requiratur. Affatus eſt autem nos ſuis literis eiuſdem cathedræ ſeſſorem, ac percunctatus eſt quidã veſtras nomine Ioannes pro connubio filiæ ſuæ ſuperſtitis: cuius ſoror defuncta cuidã iuueni, Stephano nomine, ſimplicibus verbis fuerat deſponſata, & antequam ad nuptias peruenire, morte præuenta: vtrum ſcilicet cum eodem iuuene poſſit matrimonium celebrari ſuperſtitis filiæ, nec ne. Namque teſtatus eſt huius rei rationem apud vos haberi ambiguam. Quam Deo docente reddimus his verbis certiſsimam. Protoplaſtus ille radix, & origo noſtra detractam ſibi coſtã in mulierem videns formatam, prophetico ſpiritu inter alia protulit. [Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ; & erunt duo in carne vna.] Quibus verbis innotuit nõ aliter virum & mulierem poſſe fieri vnam carnẽ, niſi carnali copula ſibi cohæreant. Qui ergo nequaquam miſtus eſt extraneæ mulieri fœdere nuptiali; quo pacto per nuda ſpõſionis verba poſſunt vna caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitas enim ſanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur. Sed neque oſculum parit propinquitatem, quòd ‖ nullam facit ſanguinis commiſtionem. Quoniam vero ita prorſus ſe habet res Ioannis iſtius, vt velit ſecundam filiam illi nuptiis copulare, cui primã iam decreuerat deſponſare; cenſura Apoſtolici a magiſtratus mãdamus hoc abſque vllius criminis vitio poſſe fieri, ſi vtriuſque ß partis fuerit volũtati. Nam cur prohibeatur, quod prohibendum † nũquam ſancta ſcriptura declarat: Sed neque mũdanæ leges connumeratis perſonis, quæ inter ſe nuptias non contrahunt γ, de huiuſmodi aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis, quod negandum nulla ratione docetis †.

1 al ſedem

al. vir

Palea hæc habetur in pleriſque manuſcriptis. Eſt etiã in prima collectione Decretalium Bernardi Papienſis, & in altera collectione in quinquaginta partes diuiſa (quæ eſt inſerta tomis conciliorũ poſt decreta Alexandri tertij) par.6.c.27.

a ¶ Apoſtolici.] *In tomis conciliorum eſt*, cenſura Apoſtolica. *in collectione prima Decretalium*, cenſura Apoſtolici magiſterij.

al. prohibiũ

† al. miſſtratis

Genes.2.

f *Cum ſocietas.*] Sic matrimoniũ ſe habet ad inſtar ſocietatis. ar. extra de ſpon. præterea. ‖ poteſt ergo matrimoniũ cõtrahi p abſentes, ſicut & ſocietas. ff. ſ. l.4. arg. 30. q.5. nec illud. & ad inſtar ſocietatis ſe habet. extra de ſpõ. ſponſa. Et eſt arg. q̃ matrimoniũ nõ fuit inſtitutũ p illa verba, Hoc nũc, &c. ſed per illa q̃ ſocietatẽ deſignãt: Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, & adhærebit, &c. & ita intelligitur illud c. extra de don. inter virũ & vxo. ſignificauit. vbi dicitur, q̃ ea q̃ lucrãtur vir & vxor, cõmuniter obueniunt eis. Et eſt ſ. ff. rerũ amota. l.1. vbi dicit, q̃ vxor dña eſt & ſociarerũ ipſius viri. ſed dña dicit, quia nõ poteſt agi furti, licet furtũ cõmittat.

‖ Matrimoniũ inter abſentes contrahitur.

al. quia

e ¶ *Quod autem.*] Ad intelligentiā huius quæstionis not. ‖ quòd triplex est cognatio: scilicet carnalis, de qua agitur j. 35. cau. per totam, legalis, & spiritualis: de quibus hic agitur. Cognatio spiritualis cōtrahitur per septem dona baptismi, secūdum quod dixi §. ead. quæst. 1. cap. 1. & talis cognatio diuiditur in paternitatem & filiationem, & fraternitatem & sororitatem: sed nō procedit vlterius, scilicet ad nepotes: quia aliquis fit pater & filius, vel frater, vel soror spiritualis: sed nullus fit nepos spiritualis. Spiritualis itaque filia non potest copulari filio carnali: cū illi sint inter se spirituales fratres, vt hic in c. 1. Legalis cognatio est quæ fit per arrogationē vel per adoptionem. Dicimur autem arrogare illū, qui sui iuris est, & per arrogationem transit in nostrā potestatem. Adoptare dicimur illū, qui est in alterius potestate, & nō transit in nostrā potestatem. ‖ Et si arrogatio auctoritate principis: adoptio autē per quemlibet magistratū, vt in titu. de adoptio, §. 2. & 3. Filij autem naturales non possunt copulari filiis adoptiuis, vt j. c. 1. Sed de filiis spiritualibus non est prohibitū quin possint copulari filiis adoptiuis. Sed hoc scias quòd inter collaterales, vt inter fratrem naturalem & sororem adoptiuam nō impeditur matrimonium, nisi quādiu durat adoptio, vt extra de cogna. le. fi qua [d]. sed inter ascendentes & descendentes perpetuo impeditur matrimonium, licet soluatur adoptio, vt ff. de ritu nup. quinetiam. Ité potest dici quòd filius qui adoptatur, non dico arrogatur, possit copulari filiæ naturali: cum adoptatus, non transeat in potestatem adoptantis, vt in titu. de adoptio. §. 2. Item potest dici, quòd filius illegitimus potest copulari filiæ adoptiuæ: quia illegitimus non est in potestate patris, vt instit. de nup. §. vltim. licet illegitimus non possit copulari filiæ spirituali. Alij dicunt quòd nec arrogatus nec adoptatus potest copulari naturalibus: quia licet adoptatus non transeat in potestatem adoptantis: acquiruntur tamen ei quædam iura ex adoptione, quæ diffoluuntur per emancipationem, vt C. de adop l. penul. §. pen.

3 Sent. ibidē. ‖ Adoptio & arrogatio differunt.

d Vbi plene de hac materia huius glo.

¶ *Ta diligere.* CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur q̄ ita debemus diligere patrē spiritualē sicut carnalem. In secūda parte dicitur, q̄ filij carnales nō possunt cōtrahere cū filij spiritualibus cum sint fratres adinuicem. Nā cum filius adoptiuus nō possit contrahere cū filia naturali, quos adoptio fecit fratres; multo minus cōtrahere poterunt quos diuina gratia fratres coniunxit. In tertia parte dicitur, q̄ magis teneor diligere fratrē vel sororē spiritualem, quam carnalem: & potius debet spiritualis frater appellari frater quàm carnalis. Secunda pars incipit ibi, *Item est.* Tertia ibi, *Longe inquit.* verbum est Gratiani

Inter fratres, id est filios naturales, qui sunt fratres spirituales.

¶ *Vnde inter eos.*] hoc vltra filium non protenditur. nepos enim meus & frater cum filia mea spirituali bene contrahunt. arg. Insti. de nup. §. eius vero mulieris. & quia nusquam prohibentur.

g ¶ *Quandoquidem.*] hæc non est bona ratio: quia leges permittunt, & c. quandoque enim leges prohibent matrimonium, nec tamen canones, vt inter tutorem & pupillam, & inter senatorem & libertam. ff. de sponsa. l. tutor. & leges prohibent acolythos vxores ducere: non tamen canones. 15. quæst. 3. §. cum autem.

Pitacium.]

Pitacium.] CASVS. Quidam episcopus quæsiuit à summo Pontifice, vtrum filius carnalis alicuius posit copulari filiæ spirituali eiusdem. Et respondet quòd non. & hoc probat auctoritate Domini præcipientis Moysi, turpitudinem patris, &c. Et quicumque auctor fuerit tantæ præsumptionis, separetur ab vxore, & pœnitentiæ subijciatur, vt anima eius acquiratur Christo. *Pitacium*, id est, charta vel scriptura continens petitionem alicuius: à pingendo vel à petendo dictum. & supple ibi, *Accepimus*. Hug. tamen dicit quòd non debet ibi esse *quod*. & secundum hoc sine supplemẽto plana est littera. *Cauendi*, id est, prohibendi.

a ¶ *Pitacium.*] ‖ à petendo. & dicitur charta vel scriptura continens petitionem alicuius.

b ¶ *Sororis.*] ‖ argum. quòd in primo vel in secũdo gradu dominus Papa etiam si velit non possit dispensare: quia à naturali inre habuit initiũ. & in veteri testamento fuit prohibitum, ne quis sororem in vxorem acciperet: quia licet de sola sorore dixit, tamen sub appellatione sororis continetur neptis. argu. 22. quæst. 2. quæritur cur patriarcha. In tertio gradu non fuit prohibitum: quia in eo dispensauit Grego. vt 33. quæst. 3. quædam. Alij intelligunt quòd fuerit prohibitio facta tantum de primo gradu: quia in secundo gradu (vt dicũt) coniunguntur: sed in Leuitico expresse inuenitur prohibitus secundus gradus in consanguinitate & affinitate primi generis, vbi dicitur: Turpitudinem sororis tuæ & filiæ eius nõ reuelabis. filiam filiæ eius non sumas: quia vna caro sunt. Turpitudinem filiæ tuæ vel neptis ex filia nõ reuelabis. Sed obuiat extra de diuortiis, gaudemus. vbi dicitur, quòd si pagani contraxerunt in secundo gradu, post conuersionem non sunt separandi. Sed dic quòd in Leuitico prohibetur secundus gradus in descendentibus, non in collateralibus. vnde in secundo collaterali bene potest Papa dispensare. videtur tamẽ quòd sit ei prohibitum 22. q. 2. quæritur. sed ibi est arg. contra. quia ipse duxerat eam. sed adhuc obstat extra de resti. spo. litteras. vbi dicitur, quòd Papa non potest dispensare in secundo gradu. Sed dic quòd non potest ita de facili.

c ¶ *Multo magis.*] id est, multo sanctius: quia religiosiores sunt copulæ mentiũ quàm corporum. arg. 27. q. 2. coniuges. 33. q. 5. quòd Deo. ‖ Et est arg. quòd pater spiritualis est magis diligendus quàm carnalis. 2. quæst. 7. qualis sententia. Sed superiori capitulo dicitur quòd æque: sed istud non remouet quin plus. cui ergo potius teneor subuenire in necessitate carnali, in beneficiorum temporalium exhibitione? nam de carnali est dictum, Honora patrem. 86. distinct. non satis. in exhibitione [a] autem reuerentiæ plus deferendum est spirituali. 30. dist. cap. 1. Ioan. non credõ, nec cap. contradicit. B.

Non oportet.] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus pater debet tradere filiam suam spiritualem nuptui filio suo carnali, germani enim sunt, id est, fratres. & si coniuncti noluerint separari, excommunicentur. Separati vero septem annis pœniteant. Consentientes vero simili pœnitentiæ subiacebunt. *Aliquando*, id est, aliquo tempore *Diuina sententia*, id est, ecclesiastica constitutione. Sequens §. patet: quia certum est quòd omnes contrahere possunt, excepta illa persona, per quam compaternitas vel fraternitas spiritualis contrahitur. & ad hoc inducit sequens cap.

1 Pitacium [a] nobis tua venerãda fraternitas obtulit; per quod scisciari curasti, si liceat filio, cuius pater alterius filiam ex sacro baptismate †susceperit; susceptam, id est, spiritualem eius patris filiam (quod dici crudele est) in matrimonio accipere: quod apud te enormiter asseruisti contigisse. ¶ Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet, quòd Dominus præceperit per Moysem dicens [Turpitudinem [α] patris tui, vel matris, vel sororis [b] non reuelabis: turpitudo enim tua est.] Cum [β] ergo à propria consanguinitate iubemur abstinere; multo magis [c] à spirituali nostri patris filia, omni excusatione, aut argumento sepositò, sub nimia districtione nos cauere conuenit: ne in iram diuini examinis incidat, si quis tali facinore mistus, minime restrinxerit fræna luxuriæ. Vnde, & omnes [γ] omnino cauendi sunt à tali sceleris commistione, ne in perpetuum pereant: sed hunc, qui huius pernicioſæ temeritatis auctor, animæ suæ salutem despiciens, impiissimo se miscuit matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare, & pœnitentiæ dignæ submittere: quatenus ab æterna erutam † damnatione animam eius lucreris.

α ¶ Turpitudinem.] *In decretis Zachariæ (quæ sunt in vetusto codice) & apud Anselmum, & Iuonem habentur omnia vt in capite 18. Leuitici.*

β ¶ Cum ergo.] *In eisdem decretis sic legitur*, Turpitudinem enim non reuelare dicitur dum à propria consanguinitate præcipimur abstinere. Multo magis, &c.

γ ¶ Vnde & omnes.] *Apud Anselmum est.* Vnde & omnes omnino cauendæ sunt talis sceleris commistiones.

Item Zacharias, & Deusdedit.

¶ Filio suo filiam, quam de sacro fonte suscepit, nullus tradere audeat. C. III.

2 Non oportet filiam, quam de sacro fonte susceperit, aliquando filio suo in matrimoniũ tradere: quia in diuina [d] sententia germani esse inueniuntur. Si quis tali facinore commistus minime restrinxerit fræna luxuriæ; ab ecclesia catholica abominabitur. Sed si conuersus fuerit; post separationem septem annis pœnitentiam gerat. Consciis simul cum auctore † sit ista conditio: id est simul cum cooperatoribus, & consentientibus pœniteat.

d ¶ *In diuina.*] id est, ecclesiastica constitutione. arg. 3. q. 5. quia.

FILIO.] Hæc est 2. pars q. secundum Ion. de Fant.

e ¶ *Filij.*] præter istum per quem compaternitas est contracta, vel fraternitas spiritualis.

f ¶ *Vnde Vrbanus.*] istum præcesit Paschalis. argu. 1. quæst. 3. saluator. & extra de sponsa. duorum, licet præter solitum. quod est verum de primo: sed sequens c. attribuitur Paschali secũdo, qui secũdum chronicam successit Vrbano.

Filij vero, siue ante compaternitatem, siue post nati fuerint; licite coniungi possunt.

Vnde Vrbanus scribit Vitali presbytero Brixiensi dicens.

¶ Filij, vel filiæ ante, vel post compaternitatem genitæ legitime coniungi possunt. C. IIII.

3 SVper quibus consulit nos tua dilectio, hoc videtur nobis ex sententia respondendum: vt & baptismus sit, si instante necessitate femina [g] puerum in nomine Trinitatis baptizauerit; & quòd spiritualium parentum filij, vel filiæ, ante, vel post cõpaternitatem geniti possunt legitime coniungi præter illam personam, per quam compatres sunt effecti.

Paschalis vero secundus post compaternitatem genitos copulari prohibens scribit Rhegino episcopo.

¶ Qui ex compatre, vel commatre post susceptos filios de fonte nati fuerint, coniungi non possunt. C. V.

4 POst susceptũ [h] vero de fonte filium, vel filiam spiritualem, qui ex compatre, vel commatre nati fuerint, matrimonio coniungi non possunt: quia leges seculi non emancipatos [i] adoptiuis prohibent copulari.

¶ *Anselmus libro 10. cap. 34. refert fere integram hanc epistolam, itemque Polycarpus, cuius initium est in c. post vxoris. infra ea. q. 4. & cõtinenter post illud sequitur hoc caput, & deinceps c. porro duorũ. infra 32. q. 2. & 3. Ipsius vero epistolæ auctorem & ipse citant Paschalẽ secundum.*

3 Sent. 4. dist. 42.

4 Sent. 4. dist. 41. Pol. l. 6. tit. 6, Anſl. l. 10. c. 34.

telligit de tenẽte & mergente: tamen bene possunt cõtrahere cum fororibus vel fratribus susceptis vel susceptæ. Sequens §. patet.

h ¶ *Post susceptum.*] si intelligimus cap. hoc prout Alexander innuit extra de cogna. spi. cap. 1. vt scilicet derogetur ei per præcedens cap. legas litteram prout iacet. vel si vis potes addere in littera, non possunt coniungi: supple filiis spiritualibus. & sic non est correctum. Et male intellexit Alexan. hoc ca. nam dicit ca. Vrbani esse posterius: & ita derogaret alij cap. Paschalis: cum tamen Vrbanus Paschalem præcesserit. Sed dici potest quòd hæc littera est mendosa vbi dicit, Paschalis secundus. nam debet dici ibi, Paschalis primus. nam primus Paschalis præcesit Vrbanum secundum. vnde nihil est in littera supplendum: & est hoc abrogatum, & intelligitur prout fonat: & huic iuri antiquo innuitur illa consuetudo, extra de cog. spiri. super eo.

i ¶ *Non emancipatos.*] nam filius emancipatus bene potest copulari filiæ adoptiuæ. ff. de ritu. nup. per adoptionem. vel emancipatæ scilicet adoptiuus copulari potest.

Per

Per adoptionem.] CASVS. Dicitur in hac lege quòd durante adoptione, adoptiuus filius & naturalis in eiusdem potestate existentes contrahere non possunt. sed si alteruter emancipetur, contrahere possunt.

SI QVIS VERO Hæc est 3. pars q. secundum Io. de Fan.

CASVS. Dicitur hic, quòd non solũ filius potest ducere in vxorẽ sororem susceptæ à patre: sed etiam ipse pater. & si acceperit, separari non debet. & ad hoc inducit sequens cap.

Illud etiam.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd si aliquis fortuito casu duxerit in vxorem filiam cõmatris suæ, quæ non est sua filia spiritualis, non debet ab ea separari: sed sub honesto coniugio eam retinebit.

a ¶ *Definimus.*] immo postea definit. & ità in re dubia certa fertur sententia, vbi de iure dubitatur [a].

b ¶ *Filiam.*] scilicet commatris posse ducere in vxorem.

c ¶ *Filiam.*] ‖ hic vides quòd pater spiritualis potest copulari sorori filiæ spirituali. similiter & filiæ potest: quia talis cognatio non extenditur [b]. similiter dico quòd pater potest sumere filiam spiritualem filij carnalis. licet enim cognatio spiritualis descendat de patre ad filios: non tamẽ de filio ad patrem.

c ¶ *Fortuito.*] idem si ex proposito. argu. 3. q. 1. dictum.

Elicta vero.] Hæc q. diuiditur in 3. partes, in prima quarum dicitur, quòd succedsiue potest quis habere duas commatres vxores: in duobus tantum casibus, scilicet si fuerint commatres ante matrimonium: vel si filiũ meæ vxoris accepit ab alio viro, aliàs non. Secunda ibi, *Ecõtrario*. Tertia ibi, *Notandum*. Io. de Fant.

CASVS Hic intitulatur 4. quæstio, qua quæritur an quis possit accipere in vxorem relictam compatris vxoris suæ, id est, an aliquis possit habere duas commatres diuersis temporibus in vxores. In tribus primis c. & in vlt. dicitur quòd non: in mediis quòd sic. sed Gra. distinguit 7. ea. §. notandũ. ita dicens. si vxor mea suscepit filium Bertæ de sacro fonte: si postea meam vxorem cognouero, Berta tunc efficitur commater mea: & tunc cum ea contrahere non potero: quod non placet Hu. & ideo sic distinguit, scilicet an compaternitas vel commaternitas præcedat carnalem copulã, an sequatur. Si præcedit, tunc licite potest quis habere duas commatres. Si autem sequatur: aut vterque cõiugum, vel alter suscipit filiũ alterius: aut filius eorũ communis suscipitur ab illo: aut filius alterius eorum tantũ suscipitur. in primo & secundo casu non potest quis habere duas commatres: in tertio sic. De hoc plenius dicitur in summa huius quæstionis, & in summa. H.

d ¶ *Relictam.*] Hæc est 4. quæstio, an quis possit accipere in vxorem relictam compatris suæ vxoris: & licet sub hac forma verborum hæc quæstio proponatur hic dumtaxat: ‖ tamen videtur hic poni quæstio, an scilicet aliquis diuersis temporibus possit contrahere cum duabus commatribus. In tribus primis capitulis, & in vltimo dicitur quòd non: in mediis quod sic. G. hoc modo soluit quæstionem hãc 7. ead. §. notandum. quòd si vxor mea suscipit Bertæ filium de sacro fonte: si post vxorem meam carnaliter cognosco, tunc Berta efficitur mihi commater: & numquam eam ducere potero, vt 7. cap. 1. & vlt. si vero vxorem non cognouero, tunc Berta non efficitur mihi commater: & mortua vxore mea potero eam ducere: & ita habeo duas commatres diuersis temporibus, vt c. mediis. Sed hæc solutio indigna est relatu, & ideo non legamus c. secundum eam. Cancellata ergo ea opinione, & R. & Ioan. qui distinxerunt inter directam & indirectam compaternitatem, cum non sit authentica: dico referre an compaternitas vel commaternitas præcedat carnalẽ copulam, an sequatur. si præcedat, licite potest quis habere duas cõmatres: quia per vsionẽ carnis sequentẽ non pertransitur ad vnionem spiritus præcedentem, vt 7. ead. post. vxoris. Si autem sequatur: aut alter coniugũ vel vterque suscipit filium alterius: aut filius eorum communis suscipitur ab alio: aut filius alterius eorum tantum suscipitur, in primo & secundo casu non potest quis habere duas commatres: in tertio potest: quia licet efficiatur aliquis compater vxoris meæ, non tamen est mihi compater, nisi filius eius sit & meus, qui leuatur de sacro fonte. Vnde breuiter teneas, quòd si cõpaternitas sequatur carnalem copulam, in nullo casu potest aliquis habere duas commatres, vel aliqua duos compatres: nisi hoc solo casu quando filius tantum alterius suscipitur de sacro fonte.

Item ex libro 23. digestorum, tit. de ritu nuptiarum [1] perpenditur, in quo ita legitur.

PALEA. CVE

PEr adoptionem quæsita fraternitas eousque impedit nuptias, donec manet adoptio: ideoque eam, quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorem ducere. Æque, & si me emancipato, illam in potestate retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque volenti generum adoptare, suadetur, vt filiam emancipet. Similiter suadetur ei, qui velit nurũ adoptare, vt emancipet filium.

¶ *Hæc Palea habetur in aliquot vetustis, à quibus cetera abesse solent, & non distinguitur à superiore capite.*

3 *Si quis vero aliquo fortuito casu filiam suæ commatris vxorem acceperit, non cogitur eam dimittere.*

Vnde in Triburiensi conc. legitur, c. 48.

¶ Non cogitur quis dimittere filiam suæ commatris, quam duxit in coniugium. C. VII.

2 ILlud etiam nec canonica institutione definimus [3], nec interdictione aliqua refutamus: sed propter eos, qui diuerse de eo sentiunt, hoc loco aliquid cõmemoramus. Si quis suæ spiritualis cõmatris filiam [b] fortuito [c], & ita contingente rerum casu in coniugium duxerit; consilio maturiori seruato eam habeat, atque honeste legitimo coniugio operam det.

QVÆSTIO IIII.

Elictam vero cõpatris vxoris suæ nullus in coniugem ducere potest.

Vnde Nicolaus Papa scribit Constantiensi episcopo Salomoni.

¶ Duas commatres alicui habere non licet. C. I.

3 CIscitatur à nobis sanctitas vestra, si aliquis homo duas commatres habere valeat vnã post alteram. In quo meminisse debet scriptum esse [erunt duo in carne vna.] Itaque cum constet, quia vir & mulier vna caro per connubiũ [c] efficiuntur; restat nimirum virum compatrem constitui illi mulieri, cuius matrimonio assumpta vxor commater esse videbatur: & idcirco liquet, virum illi fœminæ non posse iungi in copula, quæ cõmater eius erat; cum qua idem fuerat vna caro effectus.

3 Sent. ibidem. Iuo p. 1. c. 237. & p. 9. c. 55. Pann. l. 7. c. 63.

Gen. 2.

Item ex concilio Chalcedonensi.

¶ Octo annis pœniteat, qui duabus cognatis commiscetur. C. VI.

5 SI pater & filius, aut duo fratres cum vna muliere, aut si cum matre, & filia, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus cõmatribus aliquis concubuerit; secundũ antiquam, & humaniorum definitionem octo annis [f] pœniteat.

¶ *In concilio Chalcedonensi huiusmodi extat tractatum, aut definitum. Ex eo tamen refertur etiam in fragmento pœnitentialis incerti auctoris: eodemque modo citatur infra cap. post vxoris.*

Item Innocentius Exuperio Tolosano episcopo.

¶ Nullus duabus commatribus commiscetur. C. III.

4 QVi quis ex [α] vno coniugio [g] filium, aut filiam alterius de sacro fonte susceperit, aut ad christianitatis [h] ministerium †dederit; ambo & vir, & vxor compatres [i] exsistunt parentibus infantis: quia vir & mulier caro [k] vna effecti sunt.

α ¶ Ex vno.] *In plerisque vetustis exemplaribus, & eadem collectione decretorum incerti auctoris legitur*, si quis vnus ex coniugio. *In epistola vero Innocentij Exuperio Tolosano episcopo scripta, hoc non habetur.*

4 Polyc. l. 6. tit. 6.

†al. mysterium

f SI pater.] ¶ *Octo annis.*] septennis pœnitẽtia inducitur pro quolibet peccato mortali, vt 33. q. 2. hoc ipsum. nisi aliud suadeat criminis enormitas, vel dignitas personæ, vt 33. q. 2. hoc ipsum §. hoc autẽ.

g SI quis. ¶ *Ex vno coniugio.*] id est, ex coniugibus.

h ¶ *Christianitatis ministeriũ dederit.*] immergendo. 3. t. q. 1. quod quidam. Alij exponunt, dederit christianitatis ministeritum, id est, tenuerit ad catechismum, vt de consc. distin. 4. in catechismo.

i ¶ *Compatres.*] ‖ expresse hic colligitur, cum alter coniugum suscipit filium alicuius: statim ambo coniuges efficiuntur compatres illius ergo nihil refert an post carnaliter commiscerentur, vel non, prout voluit dicere G. & Ioan. 7. ead. §. notandum.

‖ Compaternitas vel fraternitas spiritualis non præcedit carnalem copulam, sed sequitur.

k ¶ *Caro.*] ergo per sponsam de præsenti non acquiritur compaternitas, cum canon hoc ponat pro ratione, quia sunt vna caro effecti.

‖ Item si hæc est causa quare contrahatur compaternitas, quia vna caro est effectus cum ead. ergo de coitum fornicarium cõtrahitur compaternitas: quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea, vt 32. quæst. 4. in eo. nam & affinitas acquiritur per coitum fornicarium, vt 35. quæst. 3. de incestis. & cap. nec eam extra de eo qui cognoscit consangu. discretionem. Quidam tamen refugiunt dicere, quòd per fornicarium coitum contrahatur compaternitas: cum compaternitas sit vinculum spirituale.

‖ Compaternitas vel fraternitas spiritualis non contrahitur per coitum fornicarium.

E CON

ECONTRARIO Hæc est secunda pars q. in qua ponuntur duo casus, in quibus quis poteit habere duas commatres. Ioan. de Fan.

2 ¶ *E contrario.*] sed non sunt contraria, quia in alio casu intelliguntur, vt dicit H.

Vi spiritualem habet.] Casvs Hæc duo cap. vt dicit H. in eodem casu loquuntur.

Sed in primo casu dicitur, quod aliqua potest habere duos compatres: quorum secundus suscepit filium primi de alia vxore. In secundo dicitur, quòd quis potest habere duas cõmatres: quarum secunda suscepit filium primæ ex alio viro. Et dicit Hu. quòd possunt intelligi tam de paternitate, quæ præcesit matrimonium siue carnalem copulam, quàm de illa quæ sequitur: & filius tantum vnius coniugum suscipitur. Est ergo casus primi c. talis. Martinus & Berta sunt coniuges: & Martinus ex alia vxore vel concubina habet filium, quem Ioannes de sacro fonte suscepit. & sic efficitur cõpater Martini. dicitur hic q̃ mortuo Martino Ioannes licite ducit Bertam in vxorem: nisi aliud impediat: & sic illa habebit duos compatres.

b ¶ *Qui spiritualem.*] sic incipe contructionẽ. liceat ei qui spiritualem habet, &c. Sed objcitur: si vxor mea leuauit filiũ alicuius de sacro fonte: mihi acquiritur compaternitas per eam, vt §. proxi. c. quæritur. si aliquis leuat filium eiusdem de sacro fonte, quem habet ex alio viro: an mihi per eam acquiratur cõpaternitas. Ad hoc respõdet Cardinalis, quòd coniuges sibi communicant actiones, sed non pasiones: quæ enim vnus coniugum agit, reliquus intelligitur agere, cum sint vna caro. Sed

E contrario inuenitur in concilio Triburiensi, cap. 47.

¶ Vxor non comparis duos [illegible]

C. III.

1 QVi spiritualem habet cõpatrem, cuius filium de lauacro sacri fontis accepit, & eius vxor commater non est; liceat ei defuncto cõpatre suo, eius viduam ducere in vxorem: si nullam habet consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Numquid non possunt coniũgi, quos nulla proximitas carnalis, vel nulla generatio secernit spiritualis?

Item in epistola Paschalis Papæ secundi ad Rheginum episcopum.

¶ Duodam. C. V.

2 POst vxoris obitum cum cõmatre vxoris viri superstitis coniugio copulari, nulla videtur auctoritas vel ratio prohibere. Neque enim cognationi carnis cognatio spiritus comparatur: neque per vnionẽ carnis ad vnionem spiritus pertransitur.

Notandum vero est, quòd aliud est, commatrem alicuius cognoscere, atque aliud, derelictam ab aliquo comma rem alicuius fieri. Auctoritas illa Nicolai Papæ, & Chalcedonensis synodi illum prohibet commatris suæ vxoris matrimonio copulari, qui vxori suæ debitum reddidit, postquam illius commater extitit. Illa vero auctoritas Triburiensis concilij illos permittit matrimonio copulari, cuius vxor, postquam à viro suo derelinquitur, illius commater efficitur:

Ad vnionem.] præcedẽtem matrimonium siue carnalẽ copulam. aliter bene pertransiretur: nisi cum filius alterius tantum suscipitur.

NOTANDVM VERO Hæc est 3. pars q. secundum Io. de Fant.

CASVS. Nunc Grat. soluit prædictam contrarietatem, & male secundum Hu. dicit enim quòd si vxor mea efficitur commater alterius si vxorem meam postea cognouero, ea mortua non potero contrahere cum commatre ipsius: secus autem si eam nõ cognouero. Sequens §. patet; in quo facit quamdam incidentem quæstionem, quam determinat per c. sequens.

h ¶ *Commatrem.*] vxorem suam iam factam commatrem alicuius: id est, postquam est effecta commater alicuius feminæ, quo casu non potest ducere aliam feminam vxore mortua, secundum Grat. 3 Sent.ibidem.

i *Triburiensis concilij.*] melius diceret Paschalis, tamẽ idẽ est casus.

Vòd autem.] Hoc c. dividitur in duas partes. In prima quæritur an vxor simul cũ marito debeat suscipere puerum de sacro fonte, & respondet q̃ non. In secũda parte prohibetur ne quis cõtrahat cum duabus commatribus vel sororibus: quia piaculare flagitium est, & damnosum.

k ¶ *Reperitur.*] ℣. de consecrat. dist. 4. non plures. Contra tamen Leo Papa quem constat ipsius Vrbani prædecessorẽ fuisse, statuit nõ debere ad suscipiendum puerũ de baptismo plures accedere. quomodo dicit hic, nulla auctoritate inuenit prohibitũ. Sed licet hoc sanctum fuerat, nondum tamen in manus legentiũ venerat. Vel forte vir & vxor non reputãtur plures, cũ vna caro esse probantur. § ea cap. si quis a. l ¶ *Et infamia.*] de facto. Credrent enim stulti aliquam proximitatem inter eos contrahi, si simul susciperent. Sed etiam superfluum esset vt vterque susciperet, cum ex susceptione alterius vterque compater efficiatur. de consuetudine est tamen in quibusdam locis, quòd vterque simul suscipit.

nec post compaternitatem à viro suo cognoscitur. Quæritur autem, an vxor cum marito in baptismate simul debeat suscipere puerum.

De his ita scribit Vrbanus I. Vitali presbytero a Brixiæ.

a ¶ Presbytero.] *Antea legebatur*, episcopo. *Emendatum est ex omnibus vetustis, quæ collata sunt. Et eadem citatio est supra hac eadem causa, q. 3. super quibus.*

¶ Vxor simul cum viro filium de [illegible]

C. IV.

3 VOd autem vxor, eum marito in baptismate simul nõ debeat suscipere puerum; nulla auctoritate reperitur prohibitum. Sed vt puritas spiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia conseruetur immunis; dignum esse decernimus, vt vtrique insimul ad hoc aspirare minime præsumant. Quia vero piaculare flagitium cõmisit, qui duabus commatribus, velut duabus sororibus, nupsit; magna iuxta modum culpæ pœnitentia sibi debet iniungi.

Illud vero Triburiensis concilij [Qui spiritualem habet compatrem, &c.] ante hanc prohibitionem dictum intelligitur: vel vxor commater accipiatur non ex eodem filio cum viro, sed ex alio.

DISSOLVTIO. QVod autem clandestina cõiugia fieri non debeat; Euaristus Papa testatur, scribẽs episcopis Africæ epistola prima +.

a Vel die vt not. extra de cog. spi. c. vtr. 4 in Capit. Carolilib. 7. cap. 465.

in quinto loco quæsitum, an clandestina desponsatio manifestæ præiudicet. Et quidem præiudicaret, si constaret de ea. extra de cland. desp. quod nobis. sed quia ecclesiæ non constat de ea, ei præiudicat manifesta probatio. ergo deficit hoc casu non ius, sed probatio a. ſi. de testa. tut. duo sunt Titij. quia ecclesia de occultis non iudicat. 32. distin. erubescãt. sed hæc quæstio facilis erat: & ideo noluit eam ponere, sed ponit aliam, scilicet vtrum clandestina matrimonia debeant fieri: dicunt quidam quòd nõ: si tamen fiant, tenent. ‖ Et sunt clandestina quæ fine præsentia testium, & traductione & aliis solennitatibus contrahuntur: sed cum huiusmodi solennitates non sint de substãtia matrimonij, sed sufficiat solus consensus: quare prohibentur hic contrahi? Respon. duplici ratione: ne sub specie matrimonij fiat fornicatio: vel ne matrimonialiter coniuncti separentur. Sæpe enim matrimonio occulte contracto, alter mutaret propositum, & dimitteret reliquum probationibus destitutum, vt ℣. ea. §. his.

a Vide q. ſ. Castillen. ſi. de cleſt. tu. l. duo ſunt.

1 Sent. 4. diſt. 28. Ed. Lect. 4. dict. 1. tit. 2. lit. p. 8. c. 4. Pand. l. 6. c. 31. ‖ Matrimonia clandeſtina ſunt fieri, & valere tamen.

Liber legitimum.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd tunc est solenne coniugium cum puella à curatore vel à parẽtibus dispensatur & dotatur: à presbytero benedicitur, & custoditur à paranymphis; & ducta ad domum viri, cum eo biduo vel triduo castitatem seruat. Vbi vero hoc non fit, sed clã ducitur vxor: potius præsumitur stuprum, vel cõtubernium, vel adulterium, quàm legitimum coniugium. Sequens c. planum est.

¶ Clandestina coniugia fieri non debent. C. I.

1 ALiter legitimum a non sit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur 2, & à parentibus, & propinquioribus spõsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter, vt mos est, cum precibus b, & oblationibus à sacerdote benedicatur, & à paranymphis, vt consuetudo docet, custodita, & sociata, à proximis congruo tempore petita legibus detur β, ac solenniter accipiatur: & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatẽ custodiant. 3 0

Item. ¶ Ita peracta legitima scitote esse connubia: aliter vero præsumpta, non coniugia sed adulteria, vel contubernia c vel stupra, aut fornicationes potius, quàm legitima d coniugia esse non dubitate; nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima.

a ¶ Legitimum.] *In epistola ipsa interijciuntur hæc*, sicut à patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus.

β ¶ Detur.] *Antea legebatur*, à legibus dotetur, *quod iam superius dictum erat. Emendatũ est ex vetustis editionibus conciliorũ, capitularibus, Anselmo, & Iuone.*

Item ex decretis Hormisdæ Papæ, cap. 6. 5 0

¶ Nuptias occultas celebrare non licet. C. II.

2 NVllus e fidelis cuiuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat: sed benedictione accepta à sacerdote, publice nubat in Domino.

¶ *Apud Burchardum, Iuonem, Polycarpum, & in collectione, quæ est tomo tertio conciliorum post decreta Alexandri tertij, par. 49. cap. 10. citatur similiter Hormisda. Verum in secunda collectione decretalium, tit. de clandest. desponſ. citatur ex Alexandro tertio; qui primus auctor huius capitis esse non potest; quippe qui posterior fuit Gratiano.* 1 0

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, cap. 3.

¶ Nuptiæ publice celebrari debent. C. III.

3 NOstrates tã mares, quàm feminæ non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia fœdera contrahunt in capitibus deferũt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarũ promissa; 4 fœdera quoque † consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur: & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo f insignitum desponderit, dotemque vtrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram inuitatis g ab vtraque parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore h; ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri præsumatur) ambo ad nuptialia fœdera perducuntur: & primum quidẽ in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre i debet Deo per sacerdotis manum, statuuntur: sicque demum benedictionem, & velamen cæleste k suscipiunt. *Item.* ¶ Hæc sunt præter alia quæ ad memoriam non occurrunt, pacta coniugiorum solennia. Peccatum autem esse, si hæc cuncta l in nuptiali fœdere non interueniant m; non dicimus, quemadmodũ Græcos vos astruere dicitis. 2 0 3 0 4 0 5 0 6 0

Item Leo Papa.

¶ In contrahendo coniugio ista sunt obseruanda. C. IIII.

5 QValis debeat vxor esse, quæ habenda est secundũ legẽ, 7 0

c ¶ *Nvllus.*] cãm huius prohibitionis habes infra ea. §. his ita.

Nostrates.] CASVS. Bulgari ad fidem conuersi quærebãt qualiter matrimonia cõtrahere deberent. Et respondet Nicolaus quòd nostrates, id est, Romani nullam ligaturam ex aliquo metallo deferunt in capitibus cum nuptialia fœdera contrahunt. sed post sponsalia de futuro, per verba consentiunt de præsenti de licentia eorum, in quorum sunt potestate. & postquàm spõsus sponsam annulo subarrhauit, & donationem ei propter nuptias constituit: ambo ad carnalia commercia perducũtur. primo tamen debẽt in ecclesia benedici, & suscipere cæleste velamẽ: alia etiam sunt, quæ in sponsalibus fiunt, sed nũc ad memoriam non occurrunt. sed & si hæc in nuptiis non interuenerint, non erit peccatum. Verba ca. sic exponas. *Postquam sponsalia fœdera*, id est, promissio de futuro, *fœdera quoque*, id est, consensus de præsenti. *Dotem*, id est, donationẽ propter nuptias *Ad nuptialia fœdera*, id est, ad carnale commercium: vel conuiuia nuptialia. *Cæleste*, id est, mysticum. vel cæleste, id est, ecclesiasticum, vel ecclesiastica institutione inuenturæ.

3 Ino p. 8 c. 6. Pand. l. 6 c. 5.

4 Concor. ter. in Rotario. & l. omnino. ff. de spon. & l. nõ sane. & ibi Cy. C. de bõ. quæ lib.

† al. quæque

f ¶ *Annulo.*] ‖ annulus significat mutuum amorem & fidem cõiugalem esse seruandam c, vt ℣. ea. feminæ.

‖ Annulus nuptiæ quid notat.

c Vide quod not. 27. q. 2. ſi quis vxorem. in prin.

g ¶ *Inuitatis.*] argu. q̃ testes in matrimonio erunt rogati: sicut in diuortio, vt ff. de diuor. nullũ. quod non credo.

5 Pol. l. 6 tit. 4. Anſ. l. 10. c. 3. Burc. l. 9. c. 2. Ino p. 8. c. 140. Pand. l. 6. c. 36. ‖ Contrahere licet in Quadrageſima.

h ¶ *Apto tempore.*] ſcilicet, cum erant in adulta ætate, & non in Quadrageſima ducet eam: ‖ licet in Quadrageſima contrahere possit. extra de ma. cõ. contra interdict. eccle. ex litteris. in parte decis. Ioan.

i ¶ *Offerre.*] secundum consuetudinem regionis.

k ¶ *Velamen cæleste.*] quia quoddam cæleste vel spirituale significat, ℣. ead. feminæ.

l ¶ *Hæc cuncta.*] id est, singula. 80. distin. singula.

m ¶ *Non interueniant.*] huiusmodi enim solẽnitates non exiguntur necessario. nam si omittantur leuia vel modica, non nocentur, vt ff. de ventre inspici. l. 1. in fine. dos ergo potest omitti: quia licet dos sine matrimonio esse non possit, ‖ matrimonium tamen sine dote esse potest d: vt ℣. ea. si quis diuinis. Sed contra 3. quæst. 4. consanguineorum. sed illud intelligitur in eodem casu cum illo cap. aliter. ſcilicet de occulte contrahentibus e. vnde cum præsumantur adulteri, repelluntur. H. tamen dicit peccatum esse, ſi huiusmodi omittantur solennitates, ſi adhiberi possunt.

‖ Matrimonium potest esse sine dote.

d Concor. ter. in l. ſi. C. de don. inter virũ & vxorem. e idem not. extra qui ſil. ſint legi. lator. & idem not. hic ii.

Valis debeat.] CASVS. Hic ostenditur qualis debet esse vxor illius qui sperat decetero promoueri: & qualiter debet duci. & dicitur quòd debet esse virgo casta, &c. quæ non est separanda nisi ex consensu vacaret orationi, vel nisi fuerit fornicata. nec tamen illa ex consensu vacaret oratiõi, vel nisi fuerit fornicata. nec tamen illa viuente altera duci potest: quia adulterium committeretur, quod ſi fecerit, debet recipi ad pœnitentiã per scripturam: Quæ autẽ sequuntur vsque ad cap. feminæ, plana sunt, & per te videbis.

n ¶ *Legem.*] promotionis.

2 ¶ *Despon*

¶ Actiones sed non pasiones communicantur inter coniuges.

a ¶ Sent. ibidẽ. Pol. l. 6. tit. 6. Bur. l. 17. c. 45. Ino p. 9. c. 96. Pann. l. 7. c. 67. al. ſuſcepit

b Sent. ibidem Polyc. ibi tem Anſ. l. 10. c. 34.

‖ Tutiorem in parte interpretandum eſt, vt hic; vel contrarium verius.

‖ Matrimonia vera inter aliquos præſumpta.

b Die vt not. extra de præſcrip. illud.

a ¶ *Desponsata.*] hoc est contra illos, qui dicunt, quòd si aliquam fornicariam defloraui, & eam postmodum ducam in vxorem, non repellor à promotione quasi corruptam duxerim: argum. 28. distin. quia sunt. 34. dist. curandum. 77 distin. quicumque. 34. distin. præcipimus. Argum. contra. 34. dist. Valentino. Sed certe & hoc casu in virginitate videtur ista desponsata, omnia enim quę præcesserunt, legitimantur per sequens matrimoniū: extra qui fil. sint legi. tanta.

+ al. traditæ sponsę

b ¶ *Per scripturā.*] ff. de pœ. dist. 1. quem pœnitet. contra. sed ibi prohibetur absens per scripturam confiteri: vel q̄ pœnitentiā accipere debeat. hic autē permittitur mulieri simplici, dum tamen præsens sit, in scripto peccata offerre, vt 2. q. 8. §. sed Calixtus.

1. Corin. 6.

c *Sponsus.*] ¶ *Pro reuerentia.*] Ergo non erit peccatum si aliter fiat.

d *Nullū.*] ¶ *Iuxta possibilitatem.*] id est, secundum facultatem, & viri nobilitatem, vt ff. de iure do. quæro. ff. de reli. si quis sepulchrum. §. vltimo.

e ¶ *Dos.*] ex hoc dicūt quidam, quòd semper aliquid dandum est in dotem: & si nimia paupertas cogat, saltem dabis vnū denarium: quod non concedo. & hoc est consilium,

SED QVAERITVR. Hæc est 2. pars quæstionis, in qua quæritur vt j. ea. sequitur. secūdum Ioan. de Fan.

1 Sup. distin. 23. cap. fin. Poly. ibidem. Burch. l. 9. c. 5. Iuo p 8. c. 144. Pan. l. 6. c. 10.

Eminæ.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in 4. partes. In prima dicitur, quòd feminæ ideo velātur cum maritantur, vt ostendatur quòd semper debent esse subditæ viris suis. In secunda parte dicitur, quòd ideo in vita infimul colligantur, ad ostendendum, q̄ fidem coniugalem debent semper adinuicem obseruare. In tertia parte ostenditur quid candor & rubor in vita illa significēt. In quarta quid annulus significet: & quare in quarto digito inseratur. Secunda pars ibi, *Item quòd nubētes.* Tertia ibi, *At vero.* Quarta ibi, *Item quòd in primis. Eodem pignore*, id est, signo. Sequens ca. patet.

2 Habetur in cap. lib. 6. cap. 131.

3 Burc. l. 9. c. 6. Iuo p. 8. c. 144. Pann. l. 6. c. 6.

f ¶ *Subditas.*] j. 33. q. 5. cum caput. & cap. mulierem.

g ¶ *Annulus.*] ‖ dicit H. quòd per traditionem annuli à sponso vel donationē arrharum præsumitur pro matrimonio.

‖ Annuli datio facit præsumi pro matrimonio.

4 Iuo par. 8. c. 7. & 8. Pann. l. 7. c. 8.

† al. subiect. a

a Vt R. & B.

virgo casta, & desponsata a in virginitate, & dotata legitime, & à parentibus tradita † , & à sponso, & à paranymphis accipiēda: & ita secundum legem, & Euangelium publicis nuptiis in coniugium liquide sumenda, & omnibus diebus vitæ (nisi ex consensu, & causa vacandi Deo) numquam propter hominē separanda; & si fornicata fuerit α dimittenda; sed illa viuente altera non ducenda: quia adulteri regnum Dei non possidebunt, & pœnitētia illius β per scripturam b recipienda.

Burchardus etiam, Anselmus, Iuo, & Pannormia citant ex Leone. Sed fere idem in concilio Rhemensi Trosleano, cap. 8. & lib. 7. capitular. cap. 279. refertur ex B. Augustino. & j. 36. q. 2. c. tria. (quod citatur ex B. Hieronymo) in illis verbis. & reliqua, quæ sequuntur in prædictis, *videntur indicari quæ in hoc capite continentur.*

α § Fuerit.] *In concilio Trosleano, & capitularibus sequitur*, & vir eius voluerit.

β ¶ Illius.] *In ijsdem legitur*, & pœnitentia illi recipienda.

Item ex concilio Carthaginensi 4. cap. 13.

¶ Quomodo sponsus, & sponsa ad benedictionem accedant. C. V.

1 Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote; à parentibus suis, vel à paranymphis offerantur γ; qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reuerentia c ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

γ ¶ Offerantur.] *Sequebatur*, in ecclesia sacerdoti. *quæ absunt à conciliorum editionibus, & codicibus manuscriptis, Burchardo, & Iuone, nec habentur* 5. *dist. 23. cap. fin. vbi hoc idem affertur.*

Item ex concilio Arelatensi, cap. 6.

2

¶ Sine publicis nuptiis nullus ducat vxorem. C. VI.

3 Vllum sine dote fiat coniugium: iuxta possibilitatē d fiat dos e nec sine publicis nuptiis quisquam nubere, vel vxorem ducere præsumat.

His omnibus auctoritatibus occultæ nuptiæ prohibentur: atque ideo cum contra auctoritatem fiunt nuptiæ, pro infectis haberi debent.

Sed quæritur, quid sibi velint illæ solēnitates velaminis, & annuli, quæ in coniugiis obseruantur. De his ita scribit Isidorus 2. lib. de officiis, c. 19.

¶ Quare feminæ velantur, dum maritantur. C. VII.

4 Feminæ dum maritātur, ideo velantur, vt nouerint se semper maritis suis subditas † esse, &

humiles. ¶ Item, quòd nubentes post benedictionem vitta A inuicem, quasi vno vinculo copulātur; videlicet ideo fit, ne compagem coniugalis vnitatis dirumpant.

¶ At vero, quòd eadem vitta candido, purpureoque colore permiscetur; candor quippe ad munditiā vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur: vt hoc signo & continentiæ * lex tenenda ab vtrisque ad tēpus admoneatur; & post hæc reddendum debitum non negetur. ¶ Item, quòd in primis negotiis annulus g à sponso sponsæ datur; fit hoc nimirum vel propter mutuæ fidei signum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde & quarto digito annulus idē inseritur: quòd in eo vna quædam, vt fertur, sanguinis ad cor vsque perueniat.

A ¶ Vitta.] *In editione Isidori Colonienſi legitur*, vittæ vno inuicem vinculo copulantur; videlicet, ne compagem, & c. *In Vaticano autem codice*, post benedictionem à Leuita vno inuicem, &c.

* § Continentiæ lex.] *Sic emendatum est ex originali impresso, & manuscripto. Antea enim legebatur*, vt hoc signo & continentia, & lex continendi ab vtrisque ad tempus admoneantur.

Item Ambrosius in libro de Patriarchis 5.

¶ Quòd nubentes ab obnubendo, eo quòd caput suum obnubere soleant. C. VIII.

6 Vec illud otiosum, quòd cum veniret Rebecca, vidit Isaac ambulantem: & cum interrogasset, quis esset, cognito, q̄ ipse esset, cui duceretur vxor h, descendit; & caput suum obnubere cœpit: docens verecundiam nuptiis præire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia se puellæ obnuberent.

Sed obijcitur præmissis. Multa sunt, quæ prohibentur, quæ si fiant, ex post facto conualescunt. Prohibentur voluentes matrimonia contrahere: quæ tamen si contraxerint, inuiolata permanere oportet. Sic & clandestinæ coniugia contra leges quidem fiunt; tamen contracta dissolui non possunt: quia ex legitimo voto subsequente corroborantur. Vnde Euaristus cū dixisset [7 *aliter præsumpta non sunt coniugia, sed adulteria*] *addidit* [*nisi voluitas propria suffragauerit; & vita succurrerint legitima.*]

Hinc etiam in nouellis i 8.

‖ Matrimonii inter absentes contrahi potest.

5 Libr. de Abraham, c. 9.

6 Isidorus li. de offi. 2. c. 19. *Gen.* 24.

b Hoc habetur extra de coniug. conuing. ex parte.

7 Sup. e. aliter.

8 Sul. antecess. consti. 7. c. 4.

gat G. pro contraria parte, dicens quòd multa fieri non debent: facta tamen non rumpuntur, vt matrimonia simpliciter vouentium: sic etiam clandestina coniugia fieri non debent: facta tamen tenent. & ad hoc inducit legem seq.

i ¶ *In nouellis.*] in authen. qui mo. nat. effi. legiti. §. penul. coll. 6.

Si quis

Si quis diuinis CASVS. Dicitur in hac l. quòd si quis iuramento interposito promiserit se habiturum de cetero aliquam in vxorem, matrimonialiter consentiendo in ipsam: legitima erit vxor, etsi nulla dos vel scriptura interueniat.

2 ¶ *Habiturum.*] Sed numquid per hæc verba futuri temporis, iuro quòd habebo te pro legitima vxore: contrahitur matrimonium? non videtur; cum hæc verba hic posita futuri temporis sint: vt extra de cō. ap. cap. vlt. & extra de spōsa. de illis. lex tamen ista dicit quòd sic: & est verum: quia hoc verbum habebo, respectū habet ad præsens tempus b. aliud esset si diceretur, iuro, quòd ducā te in vxorē, &c. & quòd illa verba ad præsens tēpus referantur, probatur extra de matrim. contra. contra interdic. ecc. ex litteris. Vel habiturū, id est, habitā me retēturum. B.

HIS ITA RESPONDETVR.

CASVS. Respondet modo G. dicens q̄ clandestina matrimonia non negantur esse matrimonia, nec iubētur dissolui, si probari possunt. sed ideo fieri prohibētur. q̄ mutata voluntate vnius eorū matrimoniū probare non poterit; cū iudex incertam sententiam ferre non debeat: quod probat auctoritate Sixti. & ad hoc inducit sequētia cap. quorum proxi. patet. *Quousque*, id est, æternaliter: quia numquam iudicamus: & ponitur impropriе.

b ¶ *Confessione.*] ‖ ecce aperte dicit G. quòd cōfessioni & sacramēto cōiunctorū occulte debeat credere ecclesia, cū aliter probari nō possit eos cōtraxisse: quod intelligo cū cōstarentur pro matrimonio: tūc eorum confessioni standum est: nisi præiudicetur primo vel secundo matrimonio: vt extra de eo qui cogn. consan. super eo. tunc enim non separatur secundum matrimonium ob hoc: licet videatur contra, extra de rap. cū causam, nam ibi dicitur credendum esse confessioni mulieris, quæ erat in monasterio. Sed dicas q̄ illud, vel, ibi ponitur pro &, & secundū hoc idem est in matrimonio carnali & spirituali. arg. contra. extra de reg. & tran. ad reli. vidua. cur enim inferior erit lex diuina: vt 12. q. 2. cum deuotissimam. Vel dic aliud esse in matrimonio spirituali. Cū autem agitur ad matrimonium dissoluendum, non quia dicunt nullū esse propter consanguinitatem, vel aliud impedimentum: non creditur eorum confessioni, etiam cum sacramēto: nisi aliud adminiculum interueneret. 35. q. 6. si duo. j. 33. q. 1. requisiti. Si autem agitur ad separationē mutuæ seruitutis, crederetur tunc confessioni alterius. extra de diuor. ex litteris, vnde in matrimonio non semper creditur aliquibus contra se. ‖ Item pone q̄ stabam contra matrimoniū & dicebā me habere aliam vxorem: non probaui me habere: nūquid ista defuncta possum statim cōtrahere? videtur q̄ non: quia fui cōfessus cōtra me. Vel pone q̄ dicebā aliquā esse vxorē meā: nō probaui, nūquid possum cū alia cōtrahere? vt q̄ nō, eadē rōne: q̄ cuilibet creditur cōtra se. 14. q. 2. §. 1. Sed dic q̄ possum. ar. ff. de acq. pos. naturaliter. § vlt extra de cau. pos. & proprie, pastoralis nā ibi habes q̄ si egi rei vē. possum agere interdicto vti pos. licet sint cōtraria. nā per primū contēdo non me posse dere: per secundum dico me posse dere. ‖ bñ enim potest quis agēdo proponere contraria, vel excipiēdo: & talis casus est expressus extra de despon. impu. tationes. sed non asserēdo: vt no. 13. q. 1. in fi. talibus tamen qui sic iurant, non debet dari licētia contrahendi. cum per sententiā separentur sed fuæ sunt conscientiæ relinquendi: vt extra de iureiur. mulieri.

c ¶ *Confessione.*] 33. quæst. 1. si quis. contra, sed ibi de carnali commissione; hic de sponsalibus agitur.

d ¶ *Credenda.*] arg. ex his auctoritatibus & sequentibus c. ‖ q̄ iudex non secundum conscientiam, sed secundum allegata debet iudicare c. infra de consec. dist. 5. cap. vlt. §. 15. q. 5. presbyter. §. 2. q. 5. Deus omnipotens. §. 3. q. 7. iudicet. 11. q. 3. eorum. & c. quamuis. & c. graue. & eap. summopere. arg. 11. q. 3. tunc vera. & c. plerumque. contra. arg. 24. q. 3. Deus quando. contra.

e ¶ *Quousque.*] id est, æternaliter. q. d. nūquam iudicamus. & ponit impropriе, sicut ibi, Donec ponā inimicos, &c. ibi, Sede à dextris meis donec ponam, id est, sede æternaliter.

Vllū ante.] CASVS. Dicit hic, quod nō debemus ferre sentētiam ante veram & iustā probationē. quod probatur auctoritate Apostoli dicentis, Tu qui es, &c. Mala enim audita non debēt aliquem mouere vt præcipitet sentētiam suam. *Alienum*, id est, ab alio iudicandum.

f ¶ *Nullum.*] §. 2. q. 1. Deus omnipotens. §. dist. 86. si quid. §. 11. q. 3. eorum. & c. in cunctis.

Vdicātem.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̄ iudex debet omnia diligenter inquirere, & ordinem negotij plena inquisitione ab vtraq; parte inquirere. & tunc debet ad sentētiam venire, cum nihil fuerit prætermissum: *Actio*, id est, negotium. Sequentem autem §. per te videbis.

g ¶ *Cūcta.*] videtur ergo, quòd à teste posit inquirere an talis sit vt posit testari: vt 2. q. 7. quærēdum d. non tamen in omnibus erit ita curiosus, quia quædam licet sciamus, dissimulare debemus: vt ff. de noua. doli. in fin. & 22. quæst. 2. cap. vtilem.

h ¶ *Et ordinē.*] & circūstātias oēs, ext. de testi. cū cām. & est fi. C. de iu. iudices. & in auct. iubem. 9. 2. q. 1. in primis. & 23. q. 8. occidit Phinees.

‖ Interrogationes, quibus possunt fieri.

‖ Iudex de quo potest supplere.

e Per iñā decre. ex parte. non probatur id ad qđ probandum inducitur per Ioā. nam ibi quæstio quoad partes determinata erat. vbi dicit cauere debēt robore firmitatis, &c. sed ibi Papa voluit gratiam facere illis sic receptis extra iudicium ex officio. & ibi inducit rationes quæ ipsum mouent. quia talis faciendi non sunt fines causæ. arg. ff. de testa. cū. §. vlti extra de conces. p æ bē cū nostris. ex parte ac. cū dilecti. secundum Hug.

f ſtam glo. tenet Bar. in l.

d Adde si testis sit criminosus, an teneatur respondere interrogatus. glo. in l. qui iurasse. §. si puret. ff. de iureiuran. Bar. in l. si duo patroni. ff. ea.

‖ Iudex secundum allegata iudicet.

c Adde ad hāc quæstio. not. l. illicitas. §. veritas. ff de offi. præto. Speculum. in tit. de sen. prola. §. qualiter. ver. item debet.

2 Sup. 2. q. 1. Deus omnipotens. Anſel 3. c. 67. *Rom.* 14.

3 Et in decretis Iulij c. 31. & in c. Hadrianus, c. 26. & in c. l. 5. c. 246. Pol. l. 5 tit. 1. Iuo p. 6. c. 316. & 117. Pan. l. 4. c. 119. & 104.

¶ Ante iussum probationem nullus est iudicandus, aut damnandus. C. X.

2 Vllum ante veram, iustamque probationē iudicare, aut damnare debemus, teste Apostolo, qui ait [Tu qui es, qui iudicas alienum seruum? domino suo stat, aut cadit.] Mala itaque audita nullum moueant; nec passim dicta absque certa probatione quisquam vmquam credat: sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat.

Item Eleutherius Papa, epistola ad Galliæ prouincias. 3

¶ Non sine aliqua indicanda prius, quam certis demonstrentur indiciis. C. XI.

I Vdicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. interrogandi, respondendi, obiiciendique præbita patientia ab eo; vt ibi actio ambarum partium illuminata sit pleniter: nec litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare; nisi quando ipsi iam peractis omnibus nihil habeant in quæstione, quod proponāt: & tamdiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatē perueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat k, quod annecti conueniat.

β ¶ Illuminata.] *In locis indicatis legitur*, limitata. *in plerisque autem vetustis Gratiani exemplaribus*, luminata.

Ex præmissis manifeste colligitur,

i ¶ *Plena.*] in petitorio, sed in possessorio sufficit summatim tangere negotium. ff. ad exhib. l. 3. §. sciendum. de re iudic. à diuo. & extra vt lit. non conteſta. quoniam frequenter. in fin.

d ¶ *Quòd autem.*] Hic depingitur prima q. ‖ an scilicet quis ducere possit meretricem:& est dicẽdum q̃ sic,si spes habetur de eius correctione:vt ȝ.c.vlt.& extra de eo qui du. in ma. significasti. immo meretur qui eam ducit.extra de spon.inter opera. sed si non habetur spes de ea,forte non licite ducitur:tenet tamen matrimonium cum ead.infra. ea.q.si quis vxorem.allegat tamen prius magister quòd duci non possit:quia ex quo iam ducta est,dimittenda.est si forniceturvt ȝ.e.c.1. 2.& 3.ergo à maiori non est de nouo duce.ndahoc arg. habes extra de iureiur.quemadmodum,potius est arg. à destructione consequentis.

rentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint se consentiendo ȝsuperior sententia seruetur. 10

y ¶ Non fuerint.] *In originali legitur sine negatione, itemque apud Iuonem, à quo præterea abest dictio,illo, sicque habet,* in graui crimine fuerint deprehensi.

Ecce ¶ *quòd non licet parentibus sponsalia filiorum suorum frangere. Verum hoc de illis intelligendum est, quæ illorum consensu contrahuntur.* 20

CAVSA XXXII.

Vidam virẽ, cum non haberet vxorem, quandã meretricẽ sibi ci iugio copulauit, quæ erat sterilis, neptis ingenui, filia originarij: quam cũ pater alij vellet tradere, huic auus eam copulauit, causa solius incontinentiæ. Deinde hic pœnitẽtia ductus,ex ancilla propria filios sibi quærere cœpit. Postea de adulterio conuictus,& punitus quemdam rogauit,vt vi vxorem opprimeret suã, vt sic eam dimittere posset: quo facto quamdam infidelem sibi copulauit,ea tamen conditione, vt ad Christianam religionem transiret. 30 40

Hic primum quæritur,an meretrix licite ducatur in vxorem.

Secundo, an ea, quæ causa incontinentiæ ducitur, sit coniunx appellãda.

Tertio,cuius arbitriũ aliqua sequatur,an liberi aui,an originarij patris.

Quarto, si viuente vxore liceat alicui filios ex ancilla quærere. 50

Quinto,si ea, quæ vim patitur, pudicitiam amittere comprobetur.

Sexto, si adulter adulteram possit dimittere.

Septimo, si viuente dimissa,aliam possit accipere.

Octauo, si infidelem sub præmissa 60 *cõditione liceat alicui fidelium in coniugem ducere.*

Icut.] ¶ *Patronus.*] ‖ hoc intelligo cum ipsa non vult agere pœnitentiam:vt extra de adulte. si vir. Item hoc intellige cum notorium est vxoris adulterium:nec iam ignorantiam suam obiũbrare potest maritus.C.de adulte.sine metu.arg.ff.de adult.mariti.ȝ.34.q.2.ego, palea est.tunc enim leno præsumitur, & de lenocinio accusatur ȝ.ead. crimẽ. non tamen tenetur hoc casu dimittere eã, sed denuntiare debet eius crimẽ ad pœnitentiam: siue occultũ sit siue notoriũ eius crimẽ,dum tamen probare possit.Et no.q̃ in omnibus istis c. non dicitur q̃ eã debeat expellere, vel debitũ denegare:sed ficut dixi,denũciabit ecclesiæ crimen eius,& aget ad hoc vt illa pœniteat: vel agat si vult ad separationẽ tori. Nũquid ergo añ sententiam ecclesiæ,tenetur ei reddere debitũ? H.dicit q̃ sic: quia numquam factum ipsum (vt dixit) sed sententia priuat aliquẽ iure petendi debitũ. Et est ar.pro eo.extra vt li.pẽ.laudabilem.8. q.4. nonne.15.q.vlt. c.vlt.33. q. 2. fœculares. 35. q. 6. multorũ. & satis hoc probabile videtur: quia non debet facere præiudiciũ marito, si requisitus cognoscat talẽ vxorem, vt postea non possit ipsam accusare: quia tunc potius cognoscitur ab vxore,quàm cognoscat vxorem. Alij contrarium dicunt.Ego consulo q̃ non reddat nisi ad mandatum ecclesiæ,ne videatur approbare mores eius: vt ff.de adult.si vxor in fin. Hoc autẽ certũ est,quòd expellere eã nõ debet à sede sua si notorium sit eius crimen:vt ext. de diuor. porro. nisi publice moraretur cũ adultero, vel nisi ipsa conuicta sit per sententiam : vel confessa sit crimen in iudicio : vt ȝ.ea.de Benedicto.& extra de adult.intellexim⁹. & extra de diuor. significasti. quod autẽ in hoc c.dicitur. videt esse correctũ vt C.de adul.auth. sed hodie. vbi dicitur q̃ damnatam de adulterio possun⁹ resumere intra biẽnium:vt ȝ.e.quod autem,&c.fe.sed illud cum spes est de correctione eius.infra ead.cap.vlt.

1 Matres ita posit vxorem criminosam relinquere vel an debeat: ei accusare.

1 Sent.4.dist. 35. Ino p.8.c.qq. Pann.l.5.col.

g *Qui crimẽ celat.*] hoc verbum vitium notat,aliud est celare: aliud non indicare c. ff. de furt. qui vas. §. primo.

c Vt ȝ. eccles. proxi. & c.f. quis.

Dixit Dominus.] Probat Hieronymus in hoc c. auctoritate Euangelica, quòd vir non debet dimittere vxorẽ suam nisi causa fornicationis.sed probata fornicatione per testes,vel violẽta pro vera causa dimittatur,tamen viua ea,alia non superducatur.

h ¶ *Dimiserit.*] quod supple non licet.

i ¶ *Vincat.*] id est, liget & impediat affectum, vt vxor etiam si velit de iure non possit exigere debitum à viro,idem est de viro. Vel vincit affectum vxoris,id est superat & remouet affectum, qui debetur vxori:& sunt hæc verba sumpta ex l.C.de repu.l.1.

k ¶ *Suspicio.*] hic videntur excipi duæ causæ dimittendi vxorem: in Euangelio tantum excipitur vna:‖sed quod hic dicit, vel suspicio fornicationis,id est manifesta vxorem dimittendam.

‖ Fornicationis suspicio an sufficiat vxorem dimittendam.

2 Dixit Dominus in Euangelio[Quicumque dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.] Sola fornicatio est, quæ vxoris vincat affectum: immo, cum illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito ; non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura. [Qui adulteram tenet, stultus, & impius est.] 3 Vbicumque est igitur fornicatio, vel fornicationis suspicio ; libere vxor dimittitur, Et quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret ; sic priorem dimittere iu-

2 Isidorus & ecclesiastici. ff. l. 1. c. 13. Sent. ibidem. Ino p.8.c.qq. Pann.l.7.c.7. *Matth.* 19.

Prou. 18.

3 Glossa ord. ad eumdem cum Matt. in conc. Foro Iuliensi,can. al. &

QVÆSTIO PRIMA.

Vòd autem meretrix in cõiugẽ duci non debeat, multis auctoritatibus, & rationibus probatur. Iita enim quæ adulterij rea conuincitur, nisi post per actam pœnitentiam, in cõiugij consortio retineri non debet. Vnde Ioannes Chrysostomus, [*id est auctor operis imperfecti homilia 32.ait super Matthæum, cap.*19.]

¶ [illegible]

Icut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit; sic fatuus est, & iniustus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis eius est, qui crimen celat vxoris.

Item Hieronymus in comm.ad cap. 19. *Matthæi.*

¶ [illegible]

1 Sent. 4. dist. 35. Ino p.8.c.qq. Pann.l.5.col.

Idem in epistola Pauli ad Corinthios 1.c.6. [*in glossa ordinaria.*]

¶ [illegible]

1 Ino p.1. ca. 4.

N coniugio quis positus quæcumque peccata fecerit, non propriam infuscant coniugem:sed fornicatio vxorem coinquinat: vt iam non sit viro suo licita b, sed quasi adultera.

Item Ioannes Chrysostomus.

¶ [illegible]

1 Adde de male prohibit. adulterium arg.ff.de Rap. Cel.l.5.& Rin. 2.qq.6.sin. Lapod uit. & Lapine quia in c.1.ff. de pub. fudicio epist.

2 Adulterium quæ fœmina multos commisceo adulterio. not. in fpond Alexandrum. & auctore.fed bene. C. de nupt.

I Vxorem habentem per adulterium per ei iniuriam quidi debitũ.

Si quis vxorem suam inuenerit adulterã a, & postea deinceps placaerit habere eam in matrimonio; duobus annis pœniteat,ideo quia cum adultera commistus sit, quæ adhuc crimine suo non est purgata:aut abstineat se à matrimonio eius, donec expleatur satisfactio criminis pœnitentiæ fuæ:ideo, quia post satisfactionem pœnitentiæ non meretur vocari adultera. Similiter, si virum suum vxor inuenerit adulterum; non ad imparia iudicatur.

Caput hoc non est inuentum apud B Ioãnem Chrysostomum. Et videtur canon alicuius concilij aut pœnitẽtialis Simile quid dam habetur in concilio Nannetensi. c. 12.

Subauditur[b]*,nisi ab adulterio mulier recedere voluerit: quo casu vxorem suam vir recipere potest, nullum periculum ei illaturus.*

Vnde Pelagius Papa Melleo ‖ *subdiacono.*

‖ Adulteretur

Vxorem habentem per adulterium per ei iniuriam quidi debitũ.

1 Adulterium quæ fœmina multos commisceo adulterio. not. in fpond Alexandrum. & auctore.fed bene. C. de nupt.

c Vt ȝ. eccles. proxi. & c.f. quis.

Si quis vxorem suam scit adulteram, & non vult dimittere eam, sed in matrimonio habere : tribus annis pœniteat: & quamdiu α pœnitet,abstineat se ab illa.

α Et quamdiu pœnitet.] *In plerisque vetustis est*, & quamdiu illa pœnitet.

Item Augustinus ad Pollentium de adulteriis coniugij, libro. 2. *capit.*6.

Vxor à viro separata sub qua cautione eã ei restituẽda.

‖ Cautiõis nomẽ per se positum nudam promissionẽ designat.

d Vbi de hoc & extra de pœn. ca.vlt.in gl 2. & extra vt lit. non conteſt. quoniam §.in aliis. in gl. ex eo,&c.

dimittitur propter suspicionem fornicationis,vt hic,& in authen. vt li. mã.& auiæ.§.pe.coll.8.vnde pro eodem reputatur fornicatio, & fornicationis suspicio: nam probata suspicione, probata est fornicatio, quid enim si timeat venter incognitæ à viro suo, nonne certa erit fornicationis suspicio? 2. q. 1. si peccauerit a. Vel si vir aliquot annis permanserit in expeditione, & rediens inueniat puerum anniculum. ff.de his qui sunt sui vel alie. iur. filium? Gan. dixit Hieron. male excepisse hic duas causas dimisionis. Sed huic capitu. obstat 2. quæstio. 1. multi. & quæst. 2. in scri turis. & 6.quæst.1. oues. in quibus dicitur, quod omnis suspicio potius est repellenda quàm probanda. Sed distingue triplicem suspicionem,probabilem, temerariam, & violentam,vt dixi 2. q. 1. c.1. hic ergo de violenta suspicione loquitur. Sed quæro si contra mulierem probata sit violenta suspicio:an ipsa admittatur quod probet in contrarium? Argu. quod sic.35.q.3.extraordinaria, vbi contra violentissimam probationem admittitur probatio,immo etiam simplex iuramentum. Respon. quod bene admittitur probatio per testes, sed non per simplex iuramentum, vt ȝ. 27.quæstio.1.nec aliqua. arg. 22. quæst. 5. hoc videtur.

a ¶ *Iubetur.*] hoc verbum,iubetur, non respicit quod præcedit : sed quod sequitur.

In coniugio.] Vis. Dicitur hic, q̃ quæcumque peccata vir fecerit præter fornicationem, vxor propter hoc non coinquinatur, sed ex fornicatione viri coinquinatur vxor,vt viro suo reddatur adultera.Idem de vxore adulterante intelligas,vt vir per ipsius fornicationẽ reddatur immundus. *Adultera*,ideſt,immunda sibi. ideſt, vt iam non sit viro licitum ab ea debitum exigere : nam vt ait Apostolus, cum cetera peccata extra corpus sint, in fornicatione corpus & anima polluuntur.

b ¶ *Licita.*] donec vir egerit pœnitentiam. ‖ Et sic patet,quod si alter coniugum adulteratur, reliquus perdit ius exigendi:sed secundũ H. delinquens. tenetur alteri reddere debitum, vt no. ȝ. ea. c. 1. Sed obiicio tibi.q dicis q̃ fornicanti nõ tenetur alter reddere debitũ, mulier q̃ fornicatur,perdit ius petẽdi debitũ.similiter vir nõ habet ius petẽdi debitũ in tali muliere.delinquit ergo cognoscendo eam,vt hic dicitur, & ȝ. c. qui si ergo mulier petat debitum à viro,& vir excipit contra eam quia perdidit debitum:ipsa potest replicare, quòd & ipse similiter perdidit debitum. extra de diuor. significasti. vnde videtur, quòd cum effectu possit mulier petere debitum.sed non est ita;quia si mulier triplicauit. vir potest quadruplicare,& dicere,ego ex tua culpa perdidi.

Si quis vxorem.] Vis. Dicitur hic quòd si quis deprehendit vxorem suam in adulterio,& eam statim antequã pœniteat retinet ad vsum carnalem:quia se adulterę nondum purgatę immiscuit,duobus annis continuis pœnitere debet:& ab ea abstineat, donec pœnitentia criminis expleatur.vltra autem non debet abstinere: quia post peractã pœnitentiam non est adultera dicenda. vir autem & vxor in talibus non ad imparia iudicantur.

Vt quia patiatur eam adulterari.

c ¶ *Si quis.*] hoc cap. intelligit H. cum adulterium vxoris est notorium , vel etiam publicum b per sententiam , vel quia in iure confessa est,& ita condemnata, nec tamen desistit adulterari, & vir ei committetur incorrigibili. Recte igitur intelligatur cum crimen est ita manifestum,quòd prætextu ignorantiæ,&c.vt dixi ȝ.cap.1.

d ¶ *Adulteram.*] nec ab adulterio desistentem.

e ¶ *Aut abstineat.*]in sequenti cap.si quis vxorẽ.est,&,sed legas aut, pro &, & erit vna pœna.vel ibi lege &, pro aut, & erunt duæ pœnæ sub alternationem,vt aut pœniteat duobus annis,aut non exigat debitum ab eo donec peregerit pœnitentiam.

f ¶ *Expleatur.*] vel saltem inchoetur:nam si voluerit eam sibi reconciliare etiam intra tempus pœnitentiæ ab ea potest exigere debitum, vt extra de diuor. significasti. & de fur. ex litteris. in fi. extra de eo qui cog. confang. capit. veniens.

3 Anſ.l. 11.cã. 94.

g ¶ *Ad imparia.*] hoc quo ad debitum c non exigendum donec alter pœniteat. similiter non ad imparia iudicantur quo ad debitum reddendum, quo ad diuortium: quo ad accusationem. ȝ.ea.q.5.præcepit. & ca. Christiana.

c Vt ȝȝ.q.5.§. ex præmiſs.§. vbi videas.

Subvditvr. Hæc est 2. pars q. in qua probat per 8. cap. quod meritorium est viro eam, scilicet metricem , post pœnitentiam retinere. Ioan.de Fan.

Casvs. Iſte §.respicit illud quod dictum est ȝ. in cap. dixit. vbi dicitur, quòd non debet tenere, & iubetur dimittere. Dicit nunc G. intelligendum esse nisi illa velit ab adulterio recedere : quo casu vir potest eam retinere nullum periculum ei illaturus. ad quod inducit sequentia c.

h *Subauditur.*] respicit hoc quod dicit in ca. ſicut.vbi dixit qui retinet.

4 Anſ ibidem al.c.8ȝ.

E Benedicto.] Significatum fuit Pelagio quod Benedictus vxorem alienam illicite detinebat, quare præcipit subdiacono suo vt illos punire non differat, caluatos ab inuicem separando,& illum migrare, ideſt, mittere debeat ad Apuliæ defensorem. Illam vero, si maritus eam recipere voluerit,sub cautela eam recipiat , scilicet præstita cautione quòd eam non lædat etiam crimen simile non committentem.si vero maritus eam recipere noluerit, mandat Papa vt in monasterium detrudatur. *Caluatos*, ideſt, tonsuratos, & dehonestatos. Sequens cap.patet.

i ¶ *Mactare.*] ideſt,punire.

k ¶ *Et caluatos.*] pannis abscisis,i.dehonestatos,& tonsuratos:sicut moris est in quibusdam locis : quia vestes & capilli inciduntur eis in ignominiam ante & retro.

l ¶ *Sub cautela.*] ‖ cum non dicatur hic quæ cautio præstari debeat à viro,videtur quod nuda sufficiat:cum talis cautio fi misisima dicatur, vt ȝ.de conse.dist.4.primum.arg.ad idem ȝ. 17. q. 2. si quis incognitus: ‖ nomen enim cautionis per se positum , nudam promissionem designat. C. de verb. sig. fancimus. Sol. si mulier nihil allegat de suspicione viri , dico sufficere nudam promisionem. si autem dixit eum esse suspectum,oportet vt idonea cautio ei præstetur , scilicet. fideiussores vel pignora,vel etiam iuramentum,si forte illud magis timet vir , vt 17. q. 4. metuentes. si vero tanta sit sæuitia viri vt nulla cautio videatur sufficere : tunc non est ei reddenda , sed alicui honestæ matronæ committenda,vt extra de restitu.spo.ex transmissa d. extra eo titu. litteras. in fi.quia satisfatio maleuolum propositum non mutat , vt instituit. de suspect.tut.§.vltim.

d Vbi de hoc & extra de pœn. ca.vlt.in gl 2. & extra vt lit. non conteſt. quoniam §.in aliis. in gl. ex eo,&c.

m ¶ *Recipere.*] non enim erit compellendus eam recipere cum alij adhæserit.extra de diuor. significasti. & potest monasterium ingredi ea viuente,vt 27.q.2.Agathosa.

n ¶ *In alium.*] pœna adulterij etiam secundum leges commutata est in intrusionem monasterij.C.de adulterijs.authent. sed hodie.

Si quis vxorem,&c.]

Quod autem.] CAVSA. Pollentius dicebat durum sibi videri si post baptismа vel pœnitentiam adulter vel adultera reconcilietur. Augustinus autem probat quòd non debet durum sibi videri. nam quamuis in veteri testamento adulterium nullo sacrificio purgaretur, tamen Dauid noui testamenti præfigurator vxorem suam alij male traditam, sibi reconciliauit benigne. Christus etiam adulteram pœnitentiam non condemnauit sine mundatione: idest, sine exteriori sacrificio legali, sed sola pœnitentia.

4 Sent.4.dist. 3. Pol.l.6.tit.4.

a ¶ *Si fides.*] idest, credulitas, s. vt credantur peccata per pœnitentiã deleri: vel fides, i. certitudo & spes correctionis continentiæ eius.

2 Iuo p. 8. ca. 242. Pann.l.8.c.35.

b ¶ *Mundabantur.*] quo ad pœnam temporalem: immo sola venialia mittebantur per cæremonialia. de pœni. dist. 6. c. 1.

c ¶ *Sine mundatione legali.*] sed sola pœnitentia.

d ¶ *Quamuis Dauid.*] Historia, legitur in li. Regum, quod Saul dixit ad Dauid: Quicumque mihi centum præputia Philistinorum portabit, habebit filiam meam. Dauid autem ducentos Philistæos occidit, & eorum præputia præsentauit Sauli: & sic filiam suam Michol accepit in vxorem: processu autẽ tẽporis fugit Dauid à facie Saulis: & tunc vxorem Dauid dedit Phalthi filio Lais. Deinde mortuo Saule cum filius suus Hisboseth redargueret Abner principem militiæ de cõcubina patris sui, indignatus est cum eo: vnde Abner reconciliatus est cum Dauid, & Michol vxorem suam sibi reduxit: & secutus est eam Phalthi vir suus plorans vsque Bahurim. nõ enim cognouerat illam, eo qđ illa diligens Dauid semper tristis extiterat.

1. Reg. 18. ‖ al. contaminatione] otig. Io. 8.

Saul. ibidé. Iuo ibidem. Fenn.l.7.c.37.

e ¶ *Saulis filiam.*] s. Michol.

f ¶ *Præfigurator.*] præfigurauit quod mulier post pœnitentiam debeat viro reconciliari. 31. q.1.§.sed obiicitur.

g ¶ *Pœnitentis.*] videtur ergo quòd non posit mulier de adulterio accusari post pœnitentiam, quod falsum est. 7. 33. q. 1. admonere. sed post baptismum non; vt videtur: quia ibi plenior fit remissio quo ad omnem pœnam etiam temporalem, arg. de conse. dist. 4 fine pœnitentia. Arg, contra, extra. de diuor. gaudemus. ‖ Sed dic quod licet excipi posit de adulterio primo commisso post baptismum, non tamen accusari: quia exceptio est fauorabilis: accusatio est odiosa, 2. q. 7. accusatio.

‖ Adultera ẽt post pœnitentiam accusari potest.

Non erit.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd non est turpis reconciliatio adulteri vel adulteræ, cum adulterium est per pœnitentiam purgatum: quia iam per Christum facta est remissio peccatorum: nec dicitur vt adultera in malitia perseuerans reuocetur: sed quod post pœnitentiam non debet adultera reputari,

h ¶ *Adultera.*] manens,

‖ Bonus & malus quis simul esse non põt.

Vm renuntiatur.] CASVS. Quæritur fuit ab Amb. quando dicatur fieri bonus q̃ à peccato recedit. Et rñdit q̃ statim, & sine aliquo interuallo: quia ex quo peccatũ excluditur, virtus statim ingredit.

i ¶ *Cum renuntiatur.* ‖ si enim per ianuam peccari intrat diabolus, statim Christus recedit. de pœn. dist. 2. si enim inquit. Et argue quòd infusionem gratiæ præcedit remissio peccatorum naturaliter. idest, intellectus. sed tamen tempore simul sunt. ‖ sic ergo prius definit quis esse vitiosus, quàm incipiat esse virtuosus. 23. q. 4, quod faciet. bonus enim & malus simũl aliquis esse non potest. de pœ. dist. 1. §. si autem. arg. ff. de here. insti. quoties. §. si quis ita dixerit. Item nec potest quis esse in medio statu: quia omnis qui non diligit, odit, vt de pœ. dist. 2, §. qui-

¶ Adulterio purgato per pœnitentiam potest fieri reconciliatio coniugij. CAP. VII.

1 QVod autem tibi durum videtur, vt post adulteriũ reconcilietur coniugi coniunx; si fides [a] adsit, non erit durum. [2] Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos vel baptismate ablutos, vel pœnitentia credimus esse sanatos? Hæc crimina in veteri Dei lege nullis sacrificiis mundabantur [b], quæ [c] in lege noui testamenti sine mundatione legali [d] mundantur: & ideo tunc omnino prohibitum erat ab alio contaminatam viro recipere vxorem: quamuis Dauid [d] Saulis filiam [e], quam pater eiusdem mulieris ab eo separatam dederat alteri, tamquam noui testamenti præfigurator [f] sine cunctatione [g] reciperit. Nunc autẽ, postquam Christus ait adulteræ, [nec ego te cõdemnabo: vade, deinceps noli peccare;] quis non intelligat debere maritum ignoscere, quod videt ignouisse Dominum ambo- 40 rum? nec iam se debere adulteram dicere, cuius pœnitentis [α] crimẽ diuina credit miseratione deletum?

α ¶ Quæ in lege.] *Apud B. Augustinum legitur*, quæ noui testamenti, in sanguine Christi sine dubitatione mundatur. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Idem eodem libro, c. 9.

¶ De eodem. CAP. VIII.

3 NOn erit turpis, neque difficilis etiam post perpetrata, atque purgata adulteria reconciliatio coniugum; vbi per claues regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum: non vt post viri diuortium adultera reuocetur; sed vt post Christi consortium adultera [h] non vocetur.

10

Item Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel, c. 4.

¶ Cum fornicationis crimen exsecrandum. Pœnas virgo adscisceret. CAP. IX.

CVm renuntiatur [i] improbitati, statim adscisitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur:

20

Item Gregorius homil. 29. Euangel.

¶ Non habetur fallax apud Deum, qui ad veritatem pœnitendo reuertitur. CAP. X.

APud misericordem namque iudicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem reuertitur [k]; etiam postquam mentitur: quia omnipotens Deus dum libenter nostram pœnitentiam suscipit; ipse suo iudicio, hoc quod erramus, abscondit.

30

4 Quòd si in adulterio perseuerare elegerit; patronus turpitudinis, & lenocinij reus maritus habebitur, nisi eam adulterij ream facere voluerit. Vnde in nono libro Cod. de adult. & stupro Impp. Seuerus, & Antoninus. [5] ¶ *Crimen lenocinij contrahunt, qui deprehensam in adulterio vxorem [l] in matrimonio retinuerunt; non qui suspectam habuerint adulteram.*] ¶ *Hoc in mulieribus non obtinet. Non enim eis permittitur maritos suos adulterij reos facere. Vnde in libro eodem, & tit. eodem ijdem Imperatores.* [6] *Publico iudicio non habere mulieres adulterij accusationem [m], quamuis de matrimonio suo violato queri velint, lex Iulia declarat: quæ cũ masculis iure mariti accumque ab illa originali, in fi. Sed obiicitur, nonne peccatum dimittitur pœnitenti? quod si est ita, cum habenti peccatum dimittatur peccatũ: ergo pœnitens est peccator. & ita videtur quòd virtus & vitium simul sint, vel aliquo tẽpore intermedio sit quis sine adulterio: quod stare non pót. Lau. Ego dico oẽs quæstiones tales esse duplices: isti infunditur gratia, isti dimittuntur peccata, est enim infusio composita & simplex: sicut hæc est duplex lupus egreditur syluã, si enim intelligatur de composita egressione, vtraque istarum est vera, lupus egreditur syluam: lupus est in sylua. secus si de simplici egressione, similiter vtraque istarum est vera: isti infunditur gratia: isti remittitur peccatum. similiter hic distinguendum est: hæc res præscribitur ante xxx. an. hæc res non præscribitur ante xxx. an.

5 tit. 9. alle. ‖ de adult. & stup. lc. 2.

a De hoc nota. ff. si quis caut. l. 6. ‖ post in glo. iuris.

6 ibidem lc. 1.

APud misericordem] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ apud Deũ bonus habetur & nõ fallax qui peccatum pœnitendo dimittit. i. se enim post pœnitentiam peccata quæ commisimus, abscondit & dimittit, nostram pœnitẽtiam suscipiendo libenter. Sequens §. patet.

k ¶ *Reuertitur.*] ‖ si ergo iuraui me ad diem certum soluturum pecuniam. Iceo post soluam, non peiero: quia iam ad veritatem redeo: sicut si sub pœna promisi aliquid, nec solui, pœna cõmissa est: si tamen post solui, liberor à pœna. ff. de arbit. l. vltim. quando pœna committatur, vel quando purgetur, no. in dict. domini mei [a] Hug. Item est hic argu. quod aliquis potest mutare cõfessionem suam, maxime incontinenti, vt extra de testi. cogen. præterea. vel antequam fit scripta. extra de cens. olim. dummodo non fiat calumnioſe, vt ff. de inter. acti. de ætate. §. vlt. Arg. contra, extra de concess. præb. & eccle. non va. post electionem. & extra vt eccle. bene. vt nostrum. & 4. q. 3. item qui fallo.

‖ Iurans soluere certo tempore, si post soluat, non est periurus. 4 Sent. ibidé

CRIMEN LENOCINII. CASVS. Dicitur in hac l. quòd leno est qui vxorem publice in adulterio deprehensam detinet. secus autem est, si suspectam de adulterio detinet.

l ¶ *Vxorem.*] non tamen pœnam adulterij subſtinet qui matrimoniũ suum contemnit, & vxorem delinquere patitur. & contaminatione non indignatur, vt ff. de adul. l. 2. §. lenocinij. ‖ Crimen autem lenocinij pluribus modis committitur, committit lenocinium qui quæstuaria mancipia habet. quia non est hoc minus quam proprio corpore quæstũ facere, vt ff. de rit. nu. l. palam. §. lenocinium. Item est etiam leno qui sciẽter ducit damnatam adulteram. vel qui reconciliat sibi adulteram, vt C. de adul. l. castitati. vel qui sciẽter tenet adulteram, vt hic, vel qui recipit pecuniam pro adulterio vxoris suæ, vt ff. de adul. l. 2. §. lenocinij.

‖ Lenocinium multiplicitèr committitur.

HOC IN MVLIERIBVS. CASVS. Per quædam c. suprà dicta permissum est viris accusare vxores de adulterio. Nunc dicit Gra. quod mulieribus hoc non permittitur vt viros suos de adulterio accusent: quod probat per legem sequentem. Vel expone hoc, s. propter qđ non dicantur lenæ, si viros adulteros detinent.

b A de quòd mulier ad effectũ præcipiendi viro pœnã pro stupro sibi illato, non potest mariti accusare. Cy. in l. 1. ff. ad l. Iul. de adul. Sic in eo. tit. vel adde nunquid.

PVBLICO. CASVS. Dicitur in hac lege, quòd si mulier ad pœnam capitalem virum suum voluerit accusare de adulterio, quod nõ admittitur: licet de toto violato conqueri velit; quamuis vir iure mariti contra eam admittatur.

m ¶ *Accusationem.*] sed non vsquequaque negatur mulierẽ posse virum accusare [b], sed dicitur non æquo modo cum viro accusationem de adulterio posse proponere. vnde recte subditur. Non idẽ priuilegij, &c. vir enim

vir enim iure mariti, ff. sine inscriptione, sine metu calumniæ, intra lx. dies vxiles mulierem de adulterio accusat, vt 4. q. 4. §. aliquando. quod non facit mulier. aliàs vir & mulier ad paria iudicantur, vt 7. ea. q. 5. præcipit. & c. Christiana. & 5. ea. q. cap. si quis vxorem. sed post lx. dies non potest eam nisi iure communi accusare: nisi absens sit propter rem publicam: quia tunc admittitur, & restituitur ad illos lx. dies. Et est iste casus specialis, in quo maiores restituuntur, & non minores. ff. ex qui. cau. ma. si qua militi. ff. de adul. miles. §. quidem. & ff. de mino. auxilium. Sed quod hic dicitur, non videtur tenere secundum iura nostra. ‖ nam sicut maritus vxorem: sic vxor maritum licite accusat, & inscribit contra eum, & obligat se ad pœnam talionis. & hoc quando coram sæculari iudice agit. sed si agit coram ecclesiastico, non inscribit, vt extra de procu. tuæ. & lex idem videtur dicere §. quia vero. & in auth. vt li, ma. & auiæ. §. causas. coll. 8. Miror tũ quare dicat Inno. q̃ coram sæculari iudice sit inscribendum: cũ hodie pœna sæcularis cõmutata sit in ecclesiasticam pœnã, vt C. de adul. authen. sed hodie. vnde etiam secundum leges dico quod vxor possit accusare virum, cum tantum ecclesiastica sit pœna adulterij: sed dic quod ideo & hodie tenetur vir inscribere, quia ingressus in monasterium morti æquiparatur [a]. Vel dic q̃ licet commutata sit pœna adulterij quantum ad mulierem: non tamen quantum ad virum. Sed esto quod vir accuset mulierem, & succũbat [b]: ex quo vir obligauit se ad pœnam talionis, & non probat: ergo & vir condemnabitur sicut mulier condemnaretur si esset conuicta. sed mulier conuicta detrudetur in monasterium: ergo & vir. & sic aliquis cogitur recedere ab vxore sua absque causa fornicationis, secundum hoc quicumque vult separari ab vxore sua, accusabit eam, vt cum succubuerit, possit recedere ab ea: & sic alia via est consecutus quod desiderauit: quod est contra id 33. q. 5. hæc imago. extra de procu. tuæ. Resp. bene concedo quod eodem modo condemnatur vir, quo mulier. Mulier enim non cogitur intrare religionem nisi viro placuerit: sic nec vir condemnatus cogitur intrare religionem nisi mulieri placuerit. Vel intellige quod dicit decret. quod debet inferiberе, verum est quantum ad hoc vt lucretur donationem propter nuptias vel dotem.

‖ Accusare se post mutuum errorem adulterio.

‖ Imp. l. ea. ‖ de adul. c. 29.

‖ al. male } lio.

‖ Tenet. 16. q. 1. placuit. a. C. desp. & c. le. Deo nubis. lect.

‖ Adde quæ supra in relatione adulterij, nota. & de hoc in quæstionibus in regulis C. virtus.

¶ decretalia

a ¶ *Non idem.*] idest, iure mariti. Vel non idem, i. nullum priuilegium apud sæcularem iudicem.

b ¶ *Priuilegium.*] quidam domini dicunt, quòd etiam vxor virum accusare potest de adulterio c, sed non cum priuilegio: quia tenebitur ad talionem: & hoc innuit hic. Alij dicunt quod non potest, vt Io. & intelgunt authen. illas per quas dicunt veteres leges esse abrogatas in authen. vt fratrum filij. §. vlti. coll. 9. & in authen. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero. & §. causas. coll. 8. in quibus videtur, quòd æque vxor virum ficut vir vxorem potest accusare per illam legem C. de repu. consen. su, vt cum agit ad separationem tori, vt lucretur donationem propter nuptias: non tamen vt vir in corpore puniatur: & ad hoc tantum agitur secundum canones.

c Dic quòd ad effectũ præcipiendi pœnã viro pro stupro sibi illato non potest mulier accusare. Cy. in l. 1. C. de adult.

SIERGO. CASVS. infert Gra. ex supra dictis, quòd si nullus debet adulteram retinere: multo minus in coniugem debet duci, si spes correctionis non habetur de ipsa, cum inter coniuges fides & sacramentum debeant obseruari. & ad hoc inducit sequens capitulum.

Non enim.] CASVS. Iulianus dicebat, quod non erat verum & perfectum matrimonium sine commistione carnali. in qua opinione videtur fuisse Gratianus, & quidam alij: cõtra quos loquitur Augustinus dicens quod veritas matrimonij potius consistit in fide, prole, & sacramento, quam in carnis commistione. Sic videtur mihi B. iste casus ponendus. De sacramento tangit ibi obscure vbi ducit: *Bonus vsus mali.* Hug. etiam sic ponit hunc casum Sequens §. patet.

sandi facultatem detulisset non idẽ [a] feminis priuilegium [b] detulit.] ¶ *Si ergo, vt ex his colligitur auctoritatibus, adulteram retinere nulli permittitur; multo minus in coniugium duci licebit. cuius pudicitiæ nulla spes habetur. Debet enim inter coniuges seruari fides, & sacramentum: quæ cum defuerint; non coniuges, sed adulteri appellantur.*

Vnde Augustinus scribit contra Iulianum libro primo.

¶ Veritas nuptiarum non consistit in commistione maris & feminæ. CAP. XI.

1 NOn enim in sola, vt deliras, commistione maris & feminę nuptiarum veritas est: quamuis sine illa commistione nuptiæ filios procreare non possint. Sed alia sunt ad nuptias proprie pertinentia, quibus ab adulterijs nuptię discernuntur: sicuti est tori coniugalis fides, & cura ordinate filios procreandi, & (quæ maxima est differentia) bonus vsus mali [c], hoc est [d] bonus vsus concupiscentiæ carnis, quo bono [e] adulteri male vtuntur.

In Pannormia citatur eodem modo: itẽque apud Iuonem. nisi quòd habet, libro secundo. *Sententia quidẽ sæpe habetur apud B. Augustinum, & contra Iulianum nuptias diffinientem corporum commistionẽ disputat potissimum lib. 5. cap. vlti.*

Hæc sunt bona, quibus commendãtur nuptiæ, & ab illicito vsu discernuntur [f].

Econtra vero Ambrosius [α] improbare nuptias videtur dicens.

α ¶ Amb rosius.] *Sic etiã in manuscriptis. Sed apud ipsum non est inuentum. Habetur apud B. Hieronymum, lib. 1. contra Iouinianum.*

10

¶ Virtus vel fecunditas nuptiarum improbari non videntur. CAP. XII.

NVptiæ terram replerit, virginitas [g] paradisum. Sed & hoc intuendum est duntaxat iuxta hebraicam veritatem, quòd cum scriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & sexto, die expletis operibus singulorum duxerit [& vidit Deus, quia bonum est;] in secundo die hoc omnino subtraxit: nobis intelligentiam derelinquens nõ esse bonum duplicem numerum, qui ab vnione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum. Vnde & in arca Noe omnia animalia quæcumque bina ingrediũtur, immunda [h] sunt: impar numerus est mundus [i]. Quamquam in duplici numero ostendatur, & aliud sacramentũ [k]: quòd ne in bestiis quidem, & immundis auibus digamia comprobata [l] sit. bina enim ingrediuntur immunda, & septena, quæ munda sunt: vt haberet [m] Noe post diluuium, quod de impari numero statim Deo posset offerre.

20

30

40

Verum hoc ad exhortationem, non ad necessitatem obseruandæ virginitatis refertur.

Vnde Ambrosius ait in libro exhortationis ad Virgines.

¶ Virginitas ex consilio suadetur, non imperio præcipitur. CAP. XIII.

2 NIntegritas corporis expetenda à vobis est: quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola est [n] enim virginitas,

50

a ¶ *Voti*

c ¶ *Vsus mali.*] idest, pruritus concupiscentiæ. ‖ Et nota, quòd sunt qua tuor species vsus. Est bonus vsus boni, vt integritas quæ Deo vouetur. Est & malus vsus boni: cum quis cõtinet propter inanem gloriam: & bonus vsus mali, cum concupiscentia arctatur circa matrimonium. Est & malus vsus mali, cum quis vagatur ad meretrices, vt ea. q. 4. meretrices.

‖ Vsus qnatuor species.

SENATRA VERS. Hæc est tertia pars quę in qua laudat & præfert virginitatem matrimonio: non tamen improbantur nuptiæ. ita intelligitas sequentia capit. Ioan. de Fan.

Eccle. 39.

Nvptiæ terram implent.] CASVS. Ambrosius tria in hoc c. inducit ad dissuasionem bigamiæ. Primum quia hoc facit virginitas in cælis, quod matrimoniũ in terris. Secundũ, quia sicut opus secundæ diei non meruit benedictionem: ita nec secundæ nuptiæ. Tertium, quia nec in bestiis approbata est bigamia: cum tantum immunda animalia sub binario ingressa sint in arcam. Sic Beneuen. posuit hunc casum. Et quod dicitur ibi, *Aliud sacramentum*, idest, alia significatio. *Hoc.* scilicet, quia nec, &c.

Gen. 7.

d ¶ *Virginitas.*] non ideo hoc dicit, vt solæ virgines habeant paradisum: sed quia facilius. argum. 7. proxim. causa. quæstio. 5. qui fitit. ‖ Vel quia virginitas est foror Angelorum, vbi omnes erunt

2 Iuo p. 7. ca. 210.

‖ Virginitas soror est angelorum.

60 virgines: vel continentes: neque nubent, neque nubentur, vt 31. quæstio. 1. quod si.

e ¶ *Vnde.*] scilicet ad ostendendum, quòd binarius numerus non bonam habet significationem: sed signum diuisionis & reprobationis.

f ¶ *Immunda sunt.*] ‖ immunda vocauit Moyses in lege animalia, quæ non ruminabant, vt porci: & quæ non habebant vngulas fissas, vt equi: & in natantibus, quæ non habebant squãmas: & generaliter quæ lex comedi prohibuit.

‖ Animalia immunda, quæ dicebãtur esse.

g ¶ *Impar numerus est mundus.*] idest, sub impari numero ingrediuntur munda in arcam.

70 h ¶ *Et aliud sacramentum.*] ab illo scilicet, quod, &c.

i ¶ *Comprobata.*] sensus est; Adeo reprobatur bigamia, quod nec etiã in bestijs immundis inueniebatur cum qua bigamia contrahi posset, si alter comparum moreretur.

k ¶ *Vt haberet.*] ‖ reddit rationem quare munda sunt ingressa sub impari numero, vt ex illis posset aliquid offerre. vbi enim paritas esset; ibi non poterat diuidere masculum à femina.

‖ Munda animalia cur ingressa sunt arcam impari numero.

VERMICOSA. CASVS. Quia Ambro. videbatur dicere quædam, quæ videbantur improbare nuptias: ideo Gratia. dicit quo casu intelligantur, scilicet de consilio; ad quod inducit sequens c. cuius casus patet.

8 l ¶ *Integritas.*] ¶ *Sola est*] hæc dictio, sola, determinat hoc verbum suaderi, idest, solum modo suaderi potest: (imperatur enim fides, spes, charitas, humilitas) nisi aliqui fecissent sibi præiudicium vel vouendo, vel sumendo sacrum ordinem. 27. quæstio. 2 vt lex ‖ quandoque etiam imperatur continentia ratione delicti, vt in pœnitentibus: vxoricidis, & incestuosis, vt dixi 5. causa proxim. quæst. 1. in prin. & cap. sicut.

‖ Continentia ratione delicti quandoque imperatur.

a ¶ *Voti.* ‖ Arg. quod monachi vel canonici non possunt inuiti cõpelli ad districtiorem vitam: quia ea res est magis voti quam præcepti, & magis liberæ voluntatis quam coactionis. ar. di. 74. c. 2. & 20. q. 3 pñs.

‖ Monachi an possint ad vitam districtiorẽ compelli.

CVM PRAEDICTIS. Hæc est quarta pars quæst. in qua soluit magister & dicit, cp si desinit meretricari, potest duci vxor, aliàs non. Io. de Fan.

CASVS. Infert Gra. ex supradictis, quòd meretrix non est in coniugium ducenda, cum nulla spes correctionis sit in ipsa. Sed statim obiicit de Rhaab meretrice, quæ fuit coniugio copulata: de qua etiam per successionem Christus nasci dignatus est: & de Osee, qui meretricem emit, quã sibi matrimonio copulauit. Sed Gratianus soluit, dicens aliud esse meretricem ducere, vel adulteram retinere. aliud est ali quam earum habere, quę non potest à luxuria refrænari. Primum licet: secundum autem non. & ad hoc inducit sequens capitulum.

Iosue 2. & 6.

Osee 1. & 3.

RHAAB. Historia. Vt legitur in libro Iosue, Rhaab recepit exploratores Israel in domum suam: & cum quærerentur ad mortem, abscondit eos: & deinde dimisit per funem de fenestra domus suæ, quæ muro ciuitatis inhærebat. postea cum ciuitas capta esset, saluata est domus Rhaab, & Salomon dux ex tribu Iuda duxit eam in vxorem.

OSEAE. Historia. Legitur in Osee cp dixit Dominus ad eum: Vade & sume tibi vxorem fornicariam: & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. & abiit, & accepit Gomar filiam de Balaim: quæ concepit & peperit filium. Et iterum dixit Dominus ad eum: Vade dilige mulierem dilectã amico & adulteram sicut diligit Dominus filios Israel, & diligunt vinacia vuarum, & ipsi respiciunt ad Deos alienos. & dixit Osee. Eam emi mihi quindecim argenteis, & coro ordei [a], & dimidio coro tritici. & dixit ad eam, in diebus multis expectabis me: non fornicaberis, & non eris cum viro.

a Aliàs hordei.

b ¶ *Primus.*] non ratione temporis, sed ordinis. liber enim primus ponitur inter 12. prophetas.

c ¶ *Coro ordei.*] & 15. argenteis, & dimidio coro tritici. Ioan.

Non est culpandus.] CASVS Excusat Hie. in hoc cap. Osee cõtrahentem cum meretrice, dicens eum propter hoc non esse culpandum, sed potius laudandum: quia malam conuertit in bonam; nec corruptus est ex societate fornicariæ, sed fornicaria pudicitiam assumpsit.

‖ Societas inter bonum & malum contrahi potest.

d ¶ *Societur.*] ‖ Societas enim inter bonum & malum contrahi potest vt ex societate boni malus ædificetur: sicut emptio veneni valet. si tale sit quod adiectione alterius materiæ vsui esse possit. ff. de contrahen. empt. quod fæpe. §. veneni.

e ¶ *Sectetur.*] arg. quòd malum additum bono non corrumpit illud, sed potius sumit naturam boni. arg. ff. e. q. 2. quidquid. & extra de consec. eccle. quod in dubiis.

Vòd autem.] Hæc q. diuiditur in vij. partes: in prima, quarum videtur probare superficialiter quod causa incontinentiæ inducta non est vxor: quia honor est mulierum filios procreare. Secunda ibi, *His ita.* Tertia ibi, *Non autem.* Quarta ibi, *Sic ecotrario.* Quinta ibi, *De his.* Sexta ibi, *Cum ergo qui aliquam.* Septima ibi, *Cum ergo dicitur.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio, qua quæritur an sit coniunx dicenda quæ causa incontinentiæ ducitur. Et certum est, quòd non, secundum primam institutionem matrimonij: quæ fuit facta causa multiplicandi generis humani, Sed secundum institutionem secundam matrimonij factam causa fornicationis vitandæ est matrimonium, vt j. e. §. his ita. Iste autem §. per se patet.

QVOD AVTEM ‖ Hic depingitur secunda quæstio, an sit illa coniunx, quæ causa incontinentiæ ducitur: Et primam institutionem matrimonij factã causa prolis tantum, & gratia multiplicãdi generis humani, sed secundũ secundam institutionẽ factam post peccatũ, vitãdæ fornicationis cã. & vtraque institutio facta est in paradiso. Prima antepeccatum: secunda post. Attribuitur tñ secunda Apostolo, non q a ipsam fecit: sed quia ipsam esse factã ostendit; & ne in posterũ ab hæreticis in dubiũ reuocetur, in scripris redegit [b]: sicut etiam Hiero. secundas nuptias cõcesserit. 5. 31. q. 1. aperiant.

‖ Coniunxne est quæ causa incontinentiæ ducitur.

b De hac materia not. 1. pr. cãi causa, quæstio 1. Demaſculum.

QVÆSTIO II.

Vòd autem non sit vxor quæ sola causa incontinentiæ ducitur; hinc videtur probari posse: quia coniugium propagationis; non explendæ libidinis causa à Deo institutum est. Hac itaque fuit benedictio f coniugis [*crescite & multiplicamini.*]

f ¶ *Benedictio*] & fuit facta in paradiso. 26. di. deinde. tunc fuit præceptum, vt ibi dicitur. ‖ eodem modo præceptum fuit cum dicebatur; Maledictus, qui non reliquerit semen super terram; hodie tamen est cõsilium, nisi quoad reddendum debitum. 33. q. Apostolus.

Vnde Ambrosius super Lucam, libro primo ad c. 1.

¶ Partus feminarum est ex sola causa nubendi. C. I.

Pvdor est feminis.] CASVS. Beneuentius ponit hunc casum. Cum prima institutio nuptiarum fuerit causa prolis habendæ, quodam modo pudor coniugatæ reputatur filios non habere. vnde non fuit mirum si diabolus credebat Mariam esse corruptam, cũ videret eã prolem habentem, quæ est præmiũ nuptiarum. *Sola.* i. præcipua. *Est* i. esse debet.

‖ Matrimonii quæ causa sit de præcepto. a Iuo p. 8. ca. 75 & 76. Pann. l. 6. c. 24. & 25. ‖ al Cam

3 Iuo p. 8. cap. 277.

g ¶ *Pudor.*] si tamen per eas non staret quo minus habeant. non est cur debeant pudere. ff. de reg. iur. in omnibus.

h ¶ *Sola.* ideſt, præcipua. 8. dist. si solus.

i ¶ *Et gratia.*] vnde dicit lex, quia magnum præmium est mulieribus concipere. & conceptum tueri. ff. de ædil. edic. quæritur. §. si mulier.

His ita respõdetur. Prima institutio

k ¶ *Fallereț.*] ex hoc autem fuit deceptus diabolus, qui cum videret Mariam habere filium, credebat eam mulierem esse. Alia ratio redditur 27. q. 2. inuenta ‖ Hic patet quòd multa latent diabolum, & quotidie discit per temporum incrementa, vt 26. q. 3. sciendum.

‖ Diabolus multa latẽt & quotidie discit.

l ¶ *Principem mundi.*] ideſt, mundanorum, i. malorum. nec per hoc attribuitur ei super homines aliquis principatus, sed dicitur princeps eorum, ideſt, primo peccans, vel maior peccans. ‖ Vel ad derisionem dicitur princeps talium: sicut dicitur rex schacorum, vel cardinalis Racuennas: non tamen simpliciter est rex, vel cardinalis. arg. ff. de verb. sig. Paulus. quidam tamen hæretici garriunt eum principem mundi, quia fecit omnia infra lunarem globum. Ioan.

‖ Diabolus dicitur mundi princeps.

QVI ERGO. CASVS. Hic infert Gratianus ex supradicto c. cp qui causa explendæ libidinis, & non causa sobolis copulantur, potius dicendi sunt fornicarij quàm coniuges. Et ad hoc inducit sequ. c.

m ¶ *Non omnis.*] i. omnis non simile est ibi; Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

n ¶ *Matrimonium.*] ideſt, coniunctio.

o ¶ *Adulterium.*] ideſt, fornicaria coniunctio.

Hæc est secunda pars quæstionis, in qua dicitur, quòd matrimonium bis fuit institutum siue permissum. Primo in paradiso propter sobolem tantum. Secundo extra paradisum propter sobolem, & propter infirmitatem carnis vitandam; quia bonum matrimonij tripertitum est: scilicet fides, proles, & sacramentum. Ioan. de Fan.

In hoc §. G. duas distinguit institutiones matrimonij. Vnam quæ fuit ante peccatum, & causa sobolis procreandæ. Et aliam, quæ data fuit post peccatum: & facta fuit causa fornicationis vitandæ.

quod pro

quod probatur auctoritate Apostoli dicentis; Propter fornicationem, &c. Vnde qui sic coniuncti sunt continere non possunt nisi de communi consensu. quod probatur similiter auctoritate Apostoli. Vnde qui propter fornicationem vitandam coniuncti sunt debent coniuges appellari. Et ad hoc probandum inducit sequens capitu. *Excipitur*, ideſt, excluditur à fornicatione.

Gen. 13.

1. Cor. 7.

Idem.

a ¶ *Facta.*] solo consensu, vt & nunc & instituito Dominus matrimonium ex eo quòd mulierem fecit, dicendo illi, cp vxor Adæ esset futura.

b ¶ *Sine ardore.*] ‖ nisi enim homo peccasset, ita sine ardore & pruritu esset genitalium coniunctio, sicut est aliorum membrorum: veluti si applices digitum digito: vel manum cum manu: vel si esset pruritus, non tamen esset peccatum: sicut non esset peccatum manum scabiosam mittere ad ignem.

‖ Matrimonium est quia sit de præceptis.

c ¶ *Eliminandum.*] ideſt, coercendum.

d ¶ *Facta est.*] ideſt, offensa facta est: aliàs in paradiso etiam secundo facta est. sed quæro per quæ verba, vel quando?

e ¶ *Coniugij.*] sed hodie sacerdos diaconus magis punitur si contrahat quã si fornicetur, vt dist. 28. presbyterum.

f ¶ *Vnusquisque.*] qui per votum sibi non præiudicabit. 27. quæstio. 1. vt lex.

g ¶ *Nolite.*] 5. 30. q. 2. nosse.

h ¶ *Vsum.*] ideſt, carnal em vsum.

i ¶ *Veniale.*] ideſt, dignũ venia, ideſt, ad mortem non imputabile. supra dist. 13. nerui. infra eadem quæstione quarta, in eod. contra. supra distinct. 25. §. aliàs. Argu. contra, infra 33. q. 4. vir. dic vt not. 7. c. proxi.

1 Cor. 7.

k ¶ *Quod.*] simplex est relatio.

l ¶ *Tripertitum.*] ideſt, bonum nuptiale est triplex: ideſt, coniunctorum nuptiis bonum est triplex.

Vidquid.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicit Augu. quòd quidquid inter se causa explendæ libidinis faciunt coniugati, non est culpa nuptiarum, sed hominum. In secunda parte dicitur, quòd si quis vxorem suam cognouerit etiam nimis frequenter causa fornicationis, vel forte causa libidinis saturandæ, defenditur tamen à fornicatione propter bonum nuptiarum. In tertia parte dicitur, quòd coniugati debent adinuicem sibi reddere debitum non tantum causa prolis habendæ: sed etiam causa fornicationis vitandæ. Secunda pars incipit ibi, *Iam in ipsa.* Tertia ibi, *Debent ergo.* quod autem dicitur ibi, *neque illud*, ſ. coitus incontinentiæ, vel forte libidinis saturandæ. Sequens §. patet.

‖ Aug. l. 6. c. 14.

m ¶ *Exactione.*] causa incontinentiæ, non causa libidinis explendæ.

n ¶ *Ab adulterio.*] 7. ea. q. 4. origo. contra 7. ead. q. 4. liberorum. contra. Vt hoc cap. & eius contraria melius intelligas, ‖ nota, quod quatuor de causis commiscetur quis vxori. Causa prolis. Item causa reddendi debitum. his casibus non peccat, immo meretur. 13. dist. nerui. & 33. q. 5 si dicat. Item causa incontinentiæ, cum, ſ. est præuentus à voluptate: tunc est veniale peccatum, vt hic & 33. q. 4. vir cum propria. Quidam tamen dicunt hoc casu nullum esse peccatum propter auctoritatem Apostoli. Vnusquisque habeat suam, &c. vt 5. §. prox. Cognoscitur

‖ Vir committens vxori causa quæstus.

Ideo p. 8. ca. 6.

Idem.

etiam vxor causa explendæ voluptatis, ſ. cum quis præuenit voluptatem vel cogitatione, vel vtendo calidis, vt pluries eam cognoscere possit, tunc secundum Hu. peccat mortaliter, vt in contrario cap. origo. minus tamen punitur propter bonum matrimonij, vt 7. q. 7. adulterij. Alij dicunt quòd etiam in hoc casu tantum veniale peccatum est. arg. hic & 7. q. 7. adulterij. & sic vbi reperitur quòd mortaliter peccet, dic: ideſt, ad modum adulteri agit. Vel dicitur ad exhortationem continentiæ. ſi. 32. q. 1. §. verum. Vel intelligitur quando eam cognoscit contra naturam: quia tunc secundum omnes mortaliter peccat, & grauius cum vxore quàm cum alia. 7. quæſt. 7. adulterij. Io.

NOTANDVM. Hæc est 3. pars quæstio. in qua dicit quod virtus sancti spiritus non est ibi, quando coniugalis actus agitur. & dicas quod duobus modis datur spiritus sanctus. ſ. ad bene viuendum. tunc non recedit in cõiugali actu: quia meritorius est. 33. q. 1. ca. 1. datur etiam ad virtutes faciendas. tunc recedit. hoc habes de pœnite. dist. 2. c. 3. & 4. & 5. Io. de Fan.

4 Sent 4. dist. 32.

Omnubia.] CASVS. Dicitur hic, quod licet connubia peccato careant, tamen tempore carnalis commistionis non adest spiritus sancti gratia. Sunt etiam plúra huiusmodi opera, in quibus non adest præsentia spiritus sancti: nec etiam indigent.

o ¶ *Præsentia.*] Adest tamen gratia spiritus sancti quoad illa; sine quibus gratia spiritus sancti haberi nõ potest: cum etiã quis mereatur quandoque in tali actu. 7. 33. q. 5.

5 Pol. l. 6. cit. 4. Iuo p. 8. c. 170. Pann. l. 6. c. 45.

Sicut ergo talis concubitus non est fornicarius, sed propter bonum coniugij licitus; sic etiam coniunctio illa, de qua quæritur p, *non est fornicaria, sed propter bonum coniugij licita.*

Item sicut Augustinus ait in lib. de bono coniugali, c. 14.

CONCVBINA. CASVS.

5 Concubinæ ad tempus adhibitæ, nec etiam si causa filiorum concumbant, iustum faciunt concubinatum suum.

Sic econtrario datur intelligi de ijs, qui coniugali affectu sibi copulantur: quòd etiam si non causa procreandorum filiorum, sed explendæ libidinis conueniunt; non ideo fornicarij, sed coniuges appellantur.

Probatur hoc idem auctoritate Augustini in libro de bono coniugali, c. 5.

ignoscitur. Debent ergo sibi coniugati, non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem, liberorũ procreandorum causa (quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas) verumetiam infirmitatis inuicẽ excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodammodo seruitutem: vt, etsi alteri eorũ perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit.

Non autem datur præsentia sancti spiritus tempore, quo coniugales actus geruntur.

Vnde Hieronymus super Matthæum.

¶ *Caput hoc habetur apud Origenem homilia 6. in Numeros: & ex ipso citatur in glossa ordinaria Numer. 11.*

¶ Non datur præsentia sancti spiritus tempore quo coniugales actus geruntur. C. IIII.

4 CONnubia legitima carent quidem peccato: non tamẽ tempore illo, quo coniugales actus geruntur, præsentia sancti spiritus datur: etiam si propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur. Sed & alia plura [p] sunt, in quibus sufficit sola [i] vis humana: & neque res indiget, neque decet adesse præsentiam sancti spiritus.

Sicut ergo talis concubitus non est fornicarius, sed propter bonum coniugij licitus; sic etiam coniunctio illa, de qua quæritur p, *non est fornicaria, sed propter bonum coniugij licita.*

Item sicut Augustinus ait in lib. de bono coniugali, c. 14.

5 CONcubinæ ad tempus adhibitæ, nec etiam si causa filiorum concumbant, iustum faciunt concubinatum suum.

Sic ecotrario datur intelligi de ijs, qui coniugali affectu sibi copulantur: quòd etiam si non causa procreandorum filiorum, sed explendæ libidinis conueniunt; non ideo fornicarij, sed coniuges appellantur.

Probatur hoc idem auctoritate Augustini in libro de bono coniugali, c. 5.

Vel ideo illi pruritui non datur, quia est veniale peccatum. ‖ Dicit tamen P. manducato, coitum coniugalem bene exerceri posse sine peccato [a], quod concedo quandoque. Ioan.

‖ Coitus carnalis sine peccato exercẽri potest.

a Si. contra 27. q. 2. omne.

Rigo quidem.] Hæc est 3. pars quæst.in qua probat, q ratione debet homo diligere vxorẽ, non tanquam adulter. Iod.de Fan. CASVS. Hoc c.diuiditur in tres partes.In prima ostẽdit Hier.quòd origo matrimonij & cõstitutio fuit & est honesta:sed abusio turpis est. In 2. parte dicit, q cum discretiones sunt vxores diligendæ.In tertia parte ostendit q qui accedunt ad vxores causa sobolis procreandæ, saltẽ peccades in hoc imitentur, scilicet, vt ad eas prægnantes non accedant. Secunda pars incipit ibi,*Nihil autẽ*.Tertia ibi, *Certe qui dicũt.*

m ¶ *Origo.*] scilicet spes prolis vel etiam vitatio fornicationis, quæ est nuptiarum causa, vt 5.q.2.§.his ita.

n ¶ *Sed magnitudo.*] scilicet immoderata b exactio præ nimio ardore libidinis.

o ¶ *Honesta.*] nihil enim est adeo licitum, vt non possit pernicies irrogari.23.q.5.de occidendis.in fin. Item vsus rei non condemnatur, sed libido, vt 41. distin. quisquis. & sic vides q quandoque peccatur in re honesta, vt 14.distin. quod ait.

p ¶ *Adulter.*]5.ead.q. 2.quidquid. contra.Sol. hic adulter talis dicitur nõ reatu criminis illius capitalis, sed similitudine adulterinæ libidinis, sicut enim adulter in adulteram ardet : ita iste in propriã.& quòd non peccet mortaliter , patet in fi. nam ibi dissuadetur ad quod euitandum nõ tenetur. & hoc modo.5.ead.q.7.adulterij.Sic ergo ppter similitudinem dicitur adulter. Nec est hoc mirum: nam similitudine facti aliquid sæpe dicitur fieri.11. q. 3. excellentissimus.12.q.2.fraternitas.

q ¶ *Amator.*]‖ vehemens amator dicitur qui tantum vxorem diligit,vt apud se disponat,quòd si ipsa esset forte vxor alterius, non minus carnaliter se cum ea commisceret.

r ¶ *Iudicio.*] cũ iudicio & discretione cõmisceri vxori suæ debet.

s ¶ *Affectu.*] explendæ libidinis.

t ¶ *Pecudes.*]pecudes enim post conceptum non coeunt , vt infra eadem quæst.7.non solum. ‖ nec mulier faciat copiam sui corporis à conceptione vsque ad purgationem,vt supra distinct.5. ad eius. & 33. quæst.4.si causa.

v ¶ *Non perdant.*] perit enim partus ex frequenti concussione.

Vis ignoret.] CASVS. Ostendit Hiero.in hoc cap. quòd ita Abraham Deo seruiuit in vinculo cõiugali, sicut virgines nunc Deo seruiunt in castitate : seruiuit enim ille legi iuxta tempus suum: & nos seruiamus legi iuxta tempus nostrum. *Sub altera,* id est, coniugali.

x ¶ *Quis ignorat.*] hoc capitulum habes de verbo ad verbum de pœ.dist.2.si enim.ver.memento.& ver.Paulus.

y ¶ *Sub altera.*]id est,sub coniugali,quæ est altera à castitate. Alia littera habet alta.nam profunda sunt iudicia eius.c

z ¶ *Legi.*] naturali vel consuetudinariæ:vel, id est, dispositioni diuinæ.

a ¶ *Tempori nostro.*] argu.q si primo currebat fortior moneta,& modo currit vilior de mandato principis:liberor soluendo vilioré.d arg.ff.de contrahen.emp.Imperatores.Arg.contra extra de cen.olim in ff.ff.si cer.peta.cum quid.extra de iureiur.quanto.

b ¶ *Fines sæculorum.*] id est,sæculariũ desideriorum: vel ætas vltima,de qua habes 35.q.4.cap.vnico.

Obiicium

Obiiciuntur.]CASVS. Aug.in hoc c.excusat Iacob dupliciter de eo quòd habuit iiij.vxores.primo quia tunc mos erat.secun do quia non ex ardore, sed ad prolem procreandam hoc fecit : sicut Apostoli in multitudine ex amore humanæ laudis.

a ¶ *Mos.*] scilicet diuinus,&à Deo inspiratus. extra de diuor. gaudemus.& ponitur hic quã do pro quia.

b ¶ *Crimen nõ erat.*] arg.q consuetudo à crimine excusat aliquãdo. arg.5. dist.4.denique.& extra de temp.ord.sane. Arg.contra,extra de simo.non satis.& 1.quæs. 3.cap.vlt.

c ¶ *Non auiditate.*]si enim auiditate consequẽdæ laudis,tunc peccarent.22. q.2. primum.

Sicut satius.]hæc est 4.pars quæst.in qua dicitur,q melius est mori sine filiis , quàm eos quærere de dãnato coitu.Ioan.de Fant.

CASVS. Aug. admoner in hoc c. vt quis nõ habeat cõcubinam , sed vxorẽ:quia sicut est melius fame mori , quàm idolothytis vesci. sic melius est mori sine liberis quàm ex illicito coitu filios quærere. Verumtamẽ si filij ex illicito coitu quæsiti fuerint, si parentum vitia non imitẽtur;honesti & boni erũt quo ad Deum.

d ¶ *Fame.*] sed nonne propter necessitatem famis licitum est comedere idolothytũ, cum necessitas non habeat legem,vt 7.de cons.dist.1. ficut[a] & propter necessitatem famis licitũ est auferre aliena, vt de con fe.dist. 5. discipulos. & etiam furari,vt extra de furtis,si quis. & homicidium cõmittere , vt extra de homic.c.2. & carnes comedere in Quadragesima.arg. de cons. dist. 4. carnem. & extra de obser. ieiu. cõsilium? Respon. sic : dummodo non fiat ad veneratiõnẽ idoli. nulla tamẽ necessitas excusat à fornicatione, vt ff. de rit. nup. palam. § non est ignoscendum.

e ¶ *Vndecumque.*] quasi dicat,etsi quærantur ex illicito coitu.

f ¶ *Et salui erunt.*] argu. contra extra de fi. presby.per totum.

Dicat aliquis.] CASVS. Aliqui nõ habẽtes vxores dicebant sibi licere cõcubinas habere.Ambr.autem probat hoc esse falsum:cum dictum sit Abrahæ:Eiice ancillam & filium eius. non enim quærendi sunt filij , qui non possunt succedere, & qui potius fuit oneri quàm honori.Debet igitur quis habere vxorem , vt & crimen euitet, & vt filios habeat,qui possint esse heredes. Sequens cap.cum §.patet.

g ¶ *Nec successiones.*] nisi in vnica.C.de na.li.authen.licet.

h ¶ *Nec sanguinis.*]id est,honoris.‖Filius enim sequitur priuilegiũ patris in tribus:quo ad honores & dignitates:& quo ad curialẽ conditionem,vt C.de decu.eos.& l.exemplo.& l.nullus.& quo ad originem. Cur,inquam,quæritur tale contubernium: de quo nati,non filij sint matrimonij , sed testes sint adulterij ? Cur autẽ huiusmodi suscipiuntur adulterini,qui patri pudori sint,non honori? Dicit scriptura,[Adulterorum filij β in consummatione erunt:& ab iniquo toro semen exterminabitur.] Mulier igitur tua , si talibus moribus prædita est,vt mereatur cõsortium, mereatur & nomen i vxoris. Præsta concubinæ tuæ libertatem , & nomen vxoris,ne tu adulter sis potius,quã maritus.

β ¶ Filij.] *Reposita sunt reliqua verba scripturæ ex B. Ambrosio ; pro quibus in vetustis est,&c. in vulgatis autem,* abominatio sunt Deo.

Item Augustinus ad Claudium contra Iulianum, c.8.

¶ Adulteria non sunt facienda etiam voluntate generandi filios. C. X.

6 SIc non sunt facienda adulteria k etiam voluntate generandi regenerandos:quemadmodũ nec furta facienda sunt etiam voluntate pascẽdi pauperes l sanctos: quod tamen faciẽdum est non perpetrando furta , sed bene vtendo mammona m iniquitatis. n

ζ *Ecce , quòd nullo modo licet alicui viuente vxore sua,vel ex ancilla , vel ex alia qualibet filios quærere:qui etiã suscepti , filiorum nomine iudicantur indigni.Simplex etiam fornicatio in sacra scriptura prohibetur.*

Vnde Augustinus in quæstionibus Deuteronomij,quæst.37.ad c. 23.

¶Illicitus concubitus.& omnis non legitimus vsus illorum membrorum nomine mœchiæ intelligitur. C. XI.

7 MEretrices esse,& ad meretrices accedere,phibet o Dominus:quarum p publice venalis est turpitudo. In decalogo autẽ mœchiæ nomine non videtur hoc aperte prohibuisse : quoniam mœchia non nisi adulterium intelligi solet. *Idem super Exodum, quæst.71.*

¶ 8 Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in scripturis Sed vtrum etiam omnis fornicatio mœchia dici posit in eisdem scripturis ; non mihi interim occurrit locutionis q exemplum:sed si non omnis fornicatio etiã mœchia dici potest ; vbi

Et nomen.] arg.ad præsumptionem matrimonij clandestini ex appellatione vxoris:q eo ipso quod nominatur vxor,ei habenda pro vxore,vt extra de præsump.illud.C.de nup.si vicinis. Argu.contra de lib.can.l pen. Arg.93. dist. Dominus.23 q. 1.paratus.5.de cõse.dist. 4.si eos.ff.de prob.l.vlt. §.vlt. 5. 1.q. 1. si qui à simoniacis.27.q.2.inuenta.‖Et quod dicit,& nomẽ,dic & pro id est , nã eoipso q quis permittit ancillam suam cõtrahere matrimonium , rapitur in libertatẽ.C.de lati.li.tol. authen.ad hæc. sed & cõcubina rapitur in libertatem morte domini : similiter & filij eius,si dominus nihil de eis disposuit. C.commu nia. de manu.l.vlt.

k *Sic.*] ¶ *Adulteria.*] supra ea.q. 2.§.sicut ergo.

l ¶ *Pauperes.*] supra 14.q.5.fortes. 5. 30. q.1. nosse.5.22.q.2. is autem. 5.1.q.1.non est putanda.

m ¶ *Mammona.*] ‖id est,pecunia, quam quis per iniquitatem , id est, per solicitudinẽ acquisiuit. 23. q. 5. §. sed hoc multipliciter.

n ¶ *Iniquitatis.*] id est,inæquitatis.Aequũ enim est *tibi necessaria* retinere , & *superflua* pauper *ibus* erogare. & hæc est iniquitas,si contra fiat.

ECCE QVOD NVLLO. Hæc est 5. pars q.in qua quæritur, an simplex fornicatio sit prohibita in decalogo? & est dicendũ quod sic. Ioan.de Fant.

Meretrices.] CASVS. Aug.sic ponit hunc casum. In hoc cap.ostendit Aug. quòd simplex fornicatio fuit prohibita à Domino in Deuter.fuit etiam prohibita in decalogo , vbi dictum est : Non mœchaberis.licet ibi solum adulteriũ videatur prohibitum : sed sicut in prohibitione furti nomine partis totum intelligitur esse prohibitum,scilicet omnis vsurpatio illicita rei alienæ: ita in prohibitione mœchiæ,nomine partis intelligitur totum esse prohibitum : scilicet omnis illicitus coitus.Beneuẽ. vero sic incipit casum sup illo verbo in Deutero. Non erit meretrix de filiabus Israel, neque scortator de filiis Israel.

Probat August. quòd simplex fornicatio fuit prohibita à Domino in decalogo:vbi dictum est,Non mœchaberis.Nam sicut in prohibitione furti nomine partis,& cetera omnia dicit postea vt Hu.A parte.sed interpretatione prohibuit.

o ¶ *Prohibet.*]cum dicit Non mœchaberis.Et in Deutero.vbi dicitur:Non erit meretrix de filiabus Israel.

p ¶ *Quarum.*]alibi,‖meretrix est,quæ multorum libidini patet,vt 5. dist.34.vidua.hoc etiam lex dicit.ff.de rit.nup.palam.

q ¶ *Locutionis.*]expresse.

1 Poly.l.6. tit 8.
2 Concer.tex. in l.inter libe ros. 5. Iulian. aliàs est 1. Iustianus.ff.de adult. no. in l. inter stuprum. ff.de verb.sig.
† *al. exigetur*
‖ *al eum*
orig.

‖ Stuprum in multis personis committitur.

a Sed contra de pœn.dist.1. q.puero. quæ est ex canoni zata.
‖ Fornicatio est crimen canonicum.

‖ Crimina facta palam sunt occultis grauiora.

Gen.20.
† *al.Ecce*
orig.

1. Cor.10.

‖ Vir non sit vxoris ardens amator.

‖ Mulier post cõceptum debet cõtinere.

b Vsinfra. 32. liberorum.

† *al.libros tollere*} orig.

5 Sent.4.dist. 31.

† *Aliàs fecundæquæque.*

c Virg. q.4. de Tyrijs.sed dum L.scitur licet littera alt altera : quod ostenditur ex eo quòd ostenditur ex illicitum sit coniugalitãe sibi virginali. & ita altera sit dispositio,altera ista.secundum Hug. & Deita materia vide tur per Barth. & Abrandẽ de Imol. in l. cõl re. col. 3 & ff. si certũ, tetatur.

‖ Mammonæ iniquitatis quid sit.

6 Iuo p.8. c 105 Pa.in.1.7.c.2a

‖ Meretricis definitio.

7 Iuo p.8.cap. 321.

8 Iuo p.8.cap. 472.

Sap.

a Ad hoc 24. q.1. minuitur. vbi de hoc.
b Adde & hoc inst. de interd. §. fi & no inl. 1. C. fi fer. ex por. ve.
c De hoc extra de decei. ex parte 27. q. 2. sunt qui.

a ¶ *Prohibuit.*] arg. quòd idem iuris est in parte & in toto, vt 14. q. 5. pœnale. Item arg. quòd prohibito minori, id quod maius est intelligitur prohibitum a. arg. 44. dist. nulli clerico b. similiter concesso maiori concessum videtur & minus. 16. q. 2. visis. c

b ¶ *A parte.*] pars enim est furtum: illicita vsurpatio rei alienæ est totum. omne namq; furtum est illicita vsurpatio rei alienæ: & non cõuertitur. Hug. sed hęc gl. non valet: sed exponе vt dicit 14. q. 5. pœnale.

c ¶ *Omnis.*] licet non prohibuerit rapinã verbis legis, prohibuit tamen sententia legis, quę magis attẽdenda est. extra de verb. sig. propter ea. ẽ. t. q. 1. Marchion.

1 supra 14 q. 5. cap. pœnale §. furti.

d ¶ *Illicitus.*] Hic videtur surgere quędã inexcricabilis cõtrarietas. ‖ nam in Deuteronomio licitum erat habere cõcubinam, & dare ei pretium suæ pudicitiæ, & eam dimittere: sed in Decalogo secundum interpretationẽ Aug. prohibita fuit omnis fornicatio, vt hic. Dicit Hu. q non sunt cõtraria. nam aliud est permissio, de qua in Deutero. & aliud est præceptũ, de quo in Decalogo. Sed hæc solutio nulla videtur, quia rica idẽ non possunt habere locum permissio & præceptũ, siue prohibitio. ideo dicit q illud intelligitur de cõparatiua permissione. simile ī. 33. q. 2. si quod verius. nam in veritate illud semp fuit peccatum extra de diuor. gaudemus.

‖ Cõcubinum an licuerit olim habere.

2. Cor. 6.

N eo.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima ostẽdit Hieronv. q in eodẽ genere fornicationis plus peccat fidelis quàm infidelis: quia fidelis de mẽbro Christi facit membrum meretricis. In secũda parte probat quòd nomine immunditiæ Apostolus dissuasit omnes extraordinarias voluptates etiã cum vxore propria. Secunda incipit ibi, *Secundum opus. In eo*, id est. propter hoc. *Quomodo*, id est, sicut. *In hoc loco*, scilicet Apostoli.

e ¶ *Fornicator.*] melius est viã veritatis nõ agnoscere. &c. de pœnit. dist. 4. si refugientes.

f ¶ *Maioris.*] quia fidelis in hoc magis peccat, quia membra Christi facit membra meretricis. sed infidelis fua, non Christi membra, facit membra meretricis.

g ¶ *Erunt.*] id est, conuenient in vno carnali opere. & per hoc dicit Hug. affinitatem contrahi per illegitimũ coitũ, vt not. 30. q. 4. si quis.

h ¶ *Econtrario.*] id est, sed vel, id est, conuerso casu.

i ¶ *Aedificet.*] tamen per fornicationem magis ædificatur diabolo templum quàm violetur.

k ¶ *Nescio.*] hoc nõ definit: ponit tamen persuasionem suam cum dicit, per vitia, &c. vel dic, nescio, id est, non definio, cum sit manifestum: quia infidelis non violat templum Dei, cum ipse non sit templũ Dei: sed ædificat templum diabolo.

l ¶ *Secundum opus.*] ordine scilicet enumerandi. sic enim ait Apostolus: Manifesta sunt opera carnis: quæ sunt fornicatio & immunditia, luxuria, &c. De his. 25. dist. §. criminis. ver. de quibus.

‖ Luxuria, & immunditia differunt.

m ¶ *Immunditia.*] ‖ quę attenditur secundum omnem vsum illicitũ membrorum. luxuria attenditur in cibo & potu cum vtitur delicatis & calidis, vt aptior fit ad immunditiam. 35. dist. ecclesiæ principes.

n ¶ *Etiam turpissimum.*] & ita quædã omittenda sunt propter turpitudinem, vt 1. quæst. 4. §. item peccat. & Imperator dicit de ea quę nubit intra tempus luctus, quomodo ei dicamus ẽpubescentibus in auo ¶ *Polluerentur.*] nam dicit Imperator q propter ista crimina inducuntur fames & pestilentia, & terra motus, vt in authen. vt non luxu. contra natu. §. fi cõi. colla. 6.

p ¶ *Immunditiam.*] arg. opera nuptiarum, quæ nõ sunt causa liberorum, tamen tria esse: ga luxuria & immunditia nominãtur, vt ī. c. liberorum. sed hoc dicitur nõ quo ad reatũ mortalis vicii, sed quo ad speciẽ facti. speciẽ enim & similitudinem luxuriæ & immunditiæ prætendũt & habent designare, vt no. ī. eo. cap. origo.

‖ Nuptiarum opera nõ sunt mortalia.

Alomon quippe.] CASVS. Probat Greg. q ex nimia assiduitate mulierũ de facili quis ducitur ad idolatriã, Salomonis exẽplo: qui cum Deo prius construxerat templum, postea amore libidinis idolis rempla cõstruxit. Sequens c. cum §. seq. pater.

q ¶ *Idolis.*] idolo scilicet Astaroth Sydoniorum, & idolo Chamos Moabitarum, & idolo Moloch Amonitarum. post tamen egit pœnitẽtiam secũdum quosdã. d de pœni. dist. 2. si enim. ver. Salomon.

d Hoc dicit quia an pœnituerit incertũ est, li ex quibusdam scripturis apparet hoc. teste at. r, secundum Hu.

r *Iberorum.*] ¶ *Damnata.*] cum vxore cõmissæ voluptates puniendæ sunt. Et ita est arg. pro Hu. q dicit virum mortaliter peccare cum accedit ad vxorem causa libidinis. Tu dic contra. & damnate dicit, id est, puniendę propter veniale, & est simile 4. dist. denique. 6. dist. testamentum.

Immoderatus vsus mulierum Salomonẽ ad idolatriam traxit. C. XIII.

SAlomon quippe immoderato vsu, atq; assiduitate mulierum ad hoc vsque perductus est, vt templũ idolis q fabricaret: & qui prius Deo templum constru xerat, assiduitate libidinis etiã perfidiæ substratus idolis construere templa nõ timuit.

Item Hyeronimus in cap. 5. epist. ad Ephesios, ad vers. [*viri diligite.*]

Liberorum procreande in matrimonio laudatur, meretricia voluptas etiam in vxore damnatur. C. XIIII.

LIberorum ergo, vt diximus, in matrimonio opera concessa sunt: voluptates autẽ, quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnatæ. r

Quare autem tales non dicantur filij vel quem suorum parentum sequãtur, qui ex libero & ancilla nascuntur Isidorus Etymologiarum lib. 9. c. 5. determinat.

¶ Qui sint liberi, & quam conditionem sequantur. C. XV.

2 LIberi s dicti, qui t ex libero sunt matrimonio orti. Nã filij ex libero & ancilli, seruilis conditionis 3 sunt. Semper enim qui nascitur, deteriorem 3 c parte sumit. Naturales autem dicuntur ingenuarũ concubinarũ filij; quos sola natura genuit, non honestas coniugij. *& infra.* ¶ Hi vero t, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem v potius, quàm patrem sequuntur,

2 Ito p. 8. c. ry. al. quas

3 Concor. text. in 5. seruiat aut nascentur. cõ glo. inst. de iur. perso.

β Deteriorem partem.] *In codicibus Isidori etiã manuscriptis legitur*, deteriorem parentis statum sumit.

4 Vide & ‖ quę] orig.

tio addit qui appellentur filij naturales. *Deteriorem.* hoc dicit secundum consuetudinem quarundam terrarum. Vel, *deteriorem*, id est, inferiorem & debiliorem, scilicet matrem.

‖ Filij sic qui dr iplices.

s ¶ *Liberi.*] ‖ quattuor sunt genera filiorum naturales tantum, vt concubinarum. naturales & legitimi, vt vxoris. legitimi tantum, vt adoptiui. spurij e vt sacrarum vi ginum, & cõsanguinearum 1. quæst. 1. cap. tali.

e De istis habes ff. de stat. hom. l. vulgo. & dicitur ipse rij quasi d ipsa ma rinalium nati.

t ¶ *Deteriorem partem sumit.*] hoc verũ est secundum legem Longobardorum & Theutonicorum. nam secundum legem Romanorũ fecus. C. de rei vend. partum. ff. de stat. ho. lex naturæ. & de. verbor. sig. etiam. & sufficit si per momentum fuit in libero ventre. ff. eod. tit. l. & seruorum. §. ingenui. Vel dic verius deteriorem, id est, debiliorem: quia fœmineus sexus debilior est quo ad honores: tamen circa insignia proles patrem sequitur, vt dixi ī. eo. dicat.

t ¶ *Deteriorem.*] ī. 28. q. 1. Iudæi. contra. ī. 15. q. vlt. cum multæ. contra. sed hoc in ceteris generaliter: sed fallit in istis duobus casibus Iudæorum filiis & clericorum.

v ¶ *Matrem.*] quantum ad conditionem, & quantum ad originem. ff. ad municip. l. 1. & quòd impugnat testamentum matris, vt ff. de inoffi. testa. si suspecta. §. 1.

Quòd

Quòd autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In quarũ prima probatur, q non perditur castitas animæ vel corporis vbi animus non consentit. Secunda ibi, *Si Paulus.* Tertia ibi, *Nec solo.* Quarta ibi, *Quamuis.* Quinta ibi, *Cum ergo.* Sexta ibi, *Præceptum.* Septima ibi, *Sed quæritur.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur an pudicitia per violẽtiam auferatur? Dicitur q duplex est pudicitia, ī. corporis, & animi. Pudicitia corporis, quæ carnis integritas dicitur, per violentiam auferetur, de qua habetur ī. ea. q. ille. Pudicitia animi, cum sit virtus, nõ auferetur p vim: quia animo vis non infertur, vt ī. ea. q. ita ne. ꝓbat igitur Grat. in hoc ¶. q. pudicitia per violẽtiam nõ eripitur, primo cum sit virtus animi, nõ corporis: & animo vis non infertur, sed corpori secundo exemplo beatæ Luciæ.

‖ Amator rio Lucie.

‖ Alicias sequitur. alias antẽ. q. qui & de. alias. ‖ Pudicitia an possit per violentiam auferri.

a ¶ *Quod autem.*] Hic intitulatur quinta quæstio: ‖ an ī. pudicitia per violentiam auferatur. Et dic q duplex est pudicitia: animi, & corporis. Corporis pudicitia quę integritas dicitur, bene amittitur per violentiã: de qua dicitur ī. ea. ille. & 27. q. 1. nuptiarum. Pudicitia autem animi cũ virtus sit non auferetur per vim: quia animo nõ infertur vis, vt ī. ea. ita ne. Et no. q hęc eadẽ virtus est in virginibus, in coniugatis, & in viduis: sed in virginibus appellatur virginitas: & in cõiugatis pudicitia. 27. q. 1. nuptiarum & in continentibus castitas. 30. distinct. hæc scripsimus.

1 Sent. 4. dist. 31. q. 1. 3. q. 27.

b ¶ *Vis.*] absoluta, quę non potest animo inferri: sed conditionalis potest, vt ī. 23. q. 6. vides. Vel dic non potest inferri animo vis: verum est non consentienti.

‖ Inn. ibid. hap. 7. 8. ibi.

c ¶ *Duplicatur.*] Arg. violenter corruptã non amittere virginum præmium, sed recipere duplicatum: nõ tamen quo ad aureolam. consequitur ergo maius præmiũ, sed non tale: quia non coronatur, nec fulgorem virginis habebit.

Olerabilius.] CASVS. Ostendit Ambro. in hoc cap. q potior est integritas mentis quàm carnis: quamuis vtraque sit bona. Prima enim violenter auferri non potest: secunda potest. Nec lupanaria infamant castitatem: sed castitas abolet loci infamiam. Et quod dicitur ibi, *prostitui potest*, per vim, sed *adulterari non potest*, ita quòd sit rea adulterij, nisi consentiat. Seq. c. patet.

d ¶ *Tolerabilius.*] id est, sanctius.

e ¶ *Si liceat.*] id est, si potest.

f ¶ *Non homini.*] in corpore.

g ¶ *Sed Deo.*] in mente.

h ¶ *Virgo enim prostitui.*] id est, in corpore per vim corrumpi.

i ¶ *Adulterari.*] quia adulterium tantum dolo cõmittitur, vt 34. q. 2. in lectum. & ff. de adul. l. pen.

‖ Iuera non adficat ho mem.

k ¶ *Nec lupanaria.*] ‖ homo enim sanctificat locum, non locus hominem, vt 40. distinct. non loca. & c. multi. tamen ex loco quandoq; præsumitur contra aliquem, vt 18. quæst. 2. diffinimus. & etiam pro aliquo, vt 56. distinct. capitul. 1. ipse ergo locus per se non est infamis: nec etiam domus lupanaris est infamis, vt ff. de peti. hered. ancillarum. vitari tamen debet turpis locus, vt 81. distinct. in omnibus. & iudex ipsum vitare debet, vt ff. de arbit. si cum dies. §. si arbiter.

QVÆSTIO V.

Vòd autem a pudicitia violenter eripi non posit: multorum auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi, quæ violẽtiam non sentit. Corpori namque vis b infertur, non animo. Vnde, quamuis corpus violenter corrumpatur; si pudicitia mentis seruetur illæsa; tamen castitas duplicatur c. 1. Sicut beata Lucia fertur dixisse Paschasio [*Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.*] *Non enim inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nam si in manu mea iura ponas, & per manum meam sacrificia facias; Deus d hæc attendit, & deridet. De sensibus enim & voluntatibus iudicat Deus.*]

Hinc Ambrosius scribit in libro secundo de Virginibus.

¶ Melior est virgo integra mentis, quàm carnis. C. I.

2 OLerabilius d est mentem virginem, quàm carnẽ habere. Vtrumque bonum, si liceat e: si non liceat; saltem non homini f castæ α, sed Deo g simus. *& infra.*

¶ Virgo prostitui h potest: adulterari i non potest. Vbicumque Dei virgo est, templum Dei est: nec lupanaria k infamant castitatem: sed castitas, etiam loci abolet infamiã. α ¶ Castæ.] *Antea legebatur*, casti. *sed B. Ambrosius ibi inducit Theodoram loquentem.*

Idem ad virginem lapsam, c. 4.

¶ Mente incorrupta, caro non corrumpitur. C. II.

3 REuera nõ potest caro l corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta.

Item Augustinus de ciuitate Dei, libro primo, c. 18.

¶ Alicui tibi in hominem pollui. C. III.

1 REuera.] ¶ *Caro.* Id est, eius corruptio ad reatum imputari non debet, vel ad damnationem æternam: vel corruptionis non debet rea effici; obest tamen quo ad aureolam: & quia non consecrabitur inter virgines, vt ī. ea. ille.

l *Ta, ne.*] CASVS. Ostendit Aug. in hoc c. q cum pudicitia sit virtus animi, inuito auferri non potest. Vnde cum comitem habeat fortitudinẽ, etiam pro morte non debet malo consentire. Nullus enim in sua potestate habet qđ de carne sua fiat: sed in mente potest pudicitiã quis seruare. *Metuitur?* interrogatiue, quasi non debet metui.

4 ITa β, ne aliquem polluat m aliena libido, metuitur? Non polluit, si aliena erit: si autem polluet, aliena non erit. Sed cum pudicitia virtus sit animi, comitemq; habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire decernat c, nullus autem magnanimus, & pudicus in potestate p habeat, quid de sua carne fiat: sed tantum quid annuat mẽte, vel renuat; quis tandem sana mente putauerit q se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa, & oppressa carne sua exerceatur, & expleatur libido non sua.

4 Iuo par. 7. c. 139.

β ¶ Ita, ne.] *Apud B. Augustinum legitur*, Ae nim, ne vel aliena polluat.

Idem ibidem.

Eodem. C. IIII.

5 PRoposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari r meruit, nec ipsi corpori aufert s sanctitatem t violentia libidinis alienæ, quam seruat perseuerantia continentiæ suæ. An vero, si aliqua femina mente corrupta, violatoque proposito, quod Deo vouerat, pergat v vitianda ad deceptorem suum: adhuc eam pergentem sanctam vel corpore dicimus, ea sanctitate animi, per quam corpus sanctificabatur, amissa, atq; destructa? Absit hic error, & hinc potius admoneamur, ita nonv amitti corporis sanctitatem manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso; sicut amittitur corporis sanctitas violata animi sanctitate.

5 Iuo ibidem.

Idem c. 19. ¶ Lucretiam certe matronam nobilem, veteremque Romanam pudicitiæ magnis efferunt laudibus. Huius corpore cum violenter oppresso Tarquinij Regis filius libidinose potitus esset; illa scelus improbissimi iuuenis mari-

r ¶ *Sanctificari.*] in futuro, cum sua stola induetur.

s ¶ *Nõ aufert.*] & ita habet corpus virtutem Sed contra. ī. ea. de pudicitia. quia virtus tãtum in animo est. sed ideo dicitur corpus habere: quia futurum est habere post resurrectionem.

t ¶ *Sanctitatem.*] hæc tamen quæ mente corrupta est, post pœnitẽtiã potest ordinari: quia quo ad legẽ promotionis virgo est. ī. ea. finge.

v ¶ *Pergat.*] No. quòd sola itineris arreptio facit aliquam corruptã: ‖ sicut itineris arreptio habetur pro appellatione. extra de appel. meminimus. sic qui pergit de vna militia ad aliam, iure secundæ militiæ censetur. ff. de bon. poss. ex testamento militis. l. 1. a

‖ Appellat. q ad superiorem iter arripit. a De hoc no. extra de priui le. c. penúlt.

LVCRETIAM. CASVS. Cum Romani obsiderent Ardeam, orta est cõtentio inter Collatinũ & Tarquinium filiũ Tarquinij regis de castitate suarũ vxorum. Tunc Tarquinius fecit fieri litteras falsas ex parte Collatini ad vxorẽ eius: in quibus cõtinebatur, Hunc recipe tãquam meipsum. & eas sigillare fecit sigillo Collatini. & cum eis sero venit ad domũ Lucretiæ, quæ visis litteris honeste suscepit eum. Tarquinius autem in nocte accesit ad lectum eius cum quodam Mauro: & dixit quòd nisi permitteret eum facere quod vellet, ibi interficeret illum Maurum, & diceret se deprehendisse illum cum illa. Tunc illa timens tantam infamiã, cum valde casta haberetur, supposuit se illi. Ille autem mane reuertens ad castra, publice de facto se cœpit iactare. Illa vero abscondito cultello in manica venit ad castra & in publico manifestauit seriem facti: & cœpit multum hortari ad vindictam maritum & Brutum auunculum suum: & extracto cultello seipsam in-

terfecit: pro quo Tarquinius rex & filius eius expulsi sunt de ciuitate.

a ¶ *Propinquo.*]id est,auunculo.

b ¶ *Adultera.*] videtur q Aug.male induxit exemplum Lucretiæ: ‖nam in veritate secundum canones adulterium cõmisit.siue directa, siue indirecta fuerit voluntas: licet secundum leges non committatur nisi dolo.ff.de adul.l.pe. sed Aug. induxit exemplum hoc quasi à minori.q.d.ex quo ea quæ cõditionaliter fuit coacta, excusatur secundum legem ab adulterio: multo magis ea quæ absolute secundum canones.1. q.1.constat.50. distinct. presbyteros.

‖ Lucretia adulterium cõmisit.

† *al commissi sceleris.*

c ¶ *Vnus admisit.*] immo & ipsa, nisi absolute fuerit coacta. ar. ff. ead.ita, ne.sed hoc ideo dicit, quia non tenetur hoc casu ad pœnam legis a: quia sine dolo adulterium non committatur. ff. de adult.l. pen. aliàs potius debuit mori quàm consentire ẽ. e. §.cum ergo. ‖ Vides ergo quòd adulterium potest esse ex parte vnius tantum. similiter simonia potest esse ex parte vnius tantum,& non alterius: sicut in Giezi & Naamã.vt 1.q.1.qui studet.& q. 3. quæsitum.& similiter societas, vt ff. pro soc.l.actione.§.dixi mus. & sponsalia. extra de despon.impub. de illis.& matrimonium, vt extra de eo qui dux. in mat,quam pol.per adul. cap.1. & 2. ead.q. 2. aliquando. b

a Vnde exponе quod dicit adulterium,id est,reatũ adulterii.

‖ Adulterium & simonia possunt esse ex parte vnius.

b Ad idem 28. q. 2. si infidelis.

N*On fidelibus.*] Casvs In hoc e.& in omnibus sequentibus probatur,quòd castitas animi non amittitur,licet corpus per violentiam corrumpatur: cum nullum peccatum committatur nisi voluntate.*Eorum*,scilicet hostium. Quæ sequuntur, plana sunt vsq; ibi, *Ad dominum.*

‖ Tuo p.y.can. 549.& p. 10. c.191.

d D*E pudicitia qs dubitauit.*] Collige de modo probationis omnem virtutem esse in animo.

‖ Virtutis definitio.

e ¶ *Virtus est.*] ‖est autem virtus habitus mentis bene constitutæ,&c. vt de pœni.distin. 3. ille rex tantus. ob hoc etiã virtutes velamenta animæ dicuntur. de pœni. distinct.secũda, cap.sapiens.

‖ 15.q.1.siquis furtus. §. Item in persecutione.

f ¶ *Eripi potest.*] quid si culpa sua in hãc violentiam incidisset:puta denuntiauit ei maritus vt fugeret, ne vi hostium opprimeretur, illa autem fugere noluit: & sic oppressa est, an dimitti possit à viro? Sic videtur, quia quidquid ex culpa sua, &c. 15. q. 1. si quis insaniens, 59.

‖ Idem Beda in q in Gen. 30.& 190. Iuo p 8.c.11.

to Collatino, & propinquo a Bruto viris clarissimis, & fortissimis indicauit,eosq; ad vindictam constrinxit. Deinde fœdi in se cõmissi † ægra, atque impatiens se peremit. Quid dicemus;adultera b hęc an casta iudicanda est? Quis in hac cõtrouersia iudex laborandum putauerit?Egregie quidam ex hoc, veraciterque declarans ait, [Mirabile dictu: duo fuerunt:& adulterium vnus admisit c.] splendide, atque verissime. Intuës enim in duorum corporum commistione vnius inquinatissimã cupiditatem,alterius castissimam voluntatẽ, & nõ quid coniunctione mẽbrorum,sed quid animorum diuersitate ageretur,attendens[duo,inquit fuerũt,&vnus adulterium admisit.]

y ¶ Ita non amitti.] *Locupletatus est ex originali hic locus, qui etiam apud Iuonẽ erat paulo concisior.*

Idem in eodem libro,c.27.

C. V.

N On a fidelibus Christi sit tædio vestra vita, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Habetis magnam,veramque consolationem,si fidam conscientiam retinẽtis,non cõsensisse peccatis eorum, qui in vos peccare permisi sunt. *Idẽ in libro de duabus animabus,c.10.*

¶ Non nisi voluntate peccatur.

a ¶ Non fidelibus.] *In originali legitur,* Non itaque vobis ô fideles Christi.*sed quoniam erat initium capitis,non est mutatũ. Reliqua vero sunt restituta.& aucta.*

Idem in libro primo de libero arbitrio,c.5.

¶ De eodem. C. VI.

D E pudicitia quis dubitaue rit d, quin ea sit in animo constituta; quandoquidem virtus est e? Vnde à violento stupratore eripi f nec ipsa potest. *Item Hieronymus ß super epistolam ad Romanos libro primo.* ¶ 2 Non potest fieri, vt nisi quis mœchetur prius in corde; mœchari possit in corpore. *Idem super Lucam γ in lib.secundo.* ¶ 3 Finge in persecutione aliquam virginem prostitutam:hæc apud Euangelium, quia voluntate nõ peccat, virgo suscipitur: in lege quasi corrupta repudiatur. *Idem in libro hebraicarum quæstionum in Gen. ad cap. duodecimum.* 4 ¶ Corpus mulieris non vis maculat,sed voluntas. *Item Augustinus in libro de sancta virginitate.cap.octauo,* ¶ Sicut nemo impudice vtitur corpore,nisi spiritu prius concepta nequitia; ita nemo pudicitiam seruat in corpore, nisi spiritu prius insita castitate.

ß ¶ Item Hieronymus,] *Apud B.Hieronymum nihil tale est inuentum.Sed apud Origenem lib.2.ad cap.2.epist.ad Romanos hæc leguntur.*Neque enim fieri potest,vt si ante quis non mœchetur in corde, mœchari possit in corpore.

γ ¶ Idem super Lucam.]*Hæc habentur in commentariis B.Hieronymi in Matthæum l.2.c.11.& inde est emendatum.In Lucam enim nihil extat B.Hieronymi.*

Item Victoriano,epistola 122.

¶ In corpore pudicitia violari non potest, si mens inuiolata seruetur. C. VII.

5 Anſ.l.10.c.52.

A D Deũ ingemiscentibus omnino suis aderit,q suis adesse consueuit:& aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittet g; aut si permittit,cum earũ animus nulla consensionis turpitudine maculatur,etiam carnẽ suam defendit h à crimine:& quidquid in ea nec cõmisit,nec permisit libido patientis, solius erit culpa facientis: omnisq; illa violentia non pro corruptionis turpitudine, sed prò passionis vulnere deputabitur. Tantum enim in mente valet integritas castitatis,vt illa inuiolata,nec in corpore possit pudicitia violari,cuius membra potuerint superari.

Item Isidorus in synonymis, lib.2. 6

¶ Caro non peccat, si à contagione fuerit anima munda. C. VIII.

6 Cap.1 id est ante c.de calitate.in recẽs. impress.

7 On potest corpus corrumpi, nisi prius animus fuerit corruptus. Munda à contagione anima † caro non peccat. i

7 Sent.4.dist. 31. Iuo par. 9.ca. 142.

† *al.animi*

Item Augustinus Honorato episcopo,epistola 180.

¶ Non eripitur pudicitia carnis, si mente seruatur. C. IX.

8 Polyc.l.4. c.15. Anſl.10.c.51.

8 Agis timeamus ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei;quàm ne feminæ violenter constuprentur in carne: quia violentia non violatur pudicitia,si mente seruatur:quoniã nec in carne violatur,quando voluntas patientis sua turpiter carne non vtitur; sed sine consensione tolerat quod alius operatur.

Item Ioannes Chrysostomus [id est auctor operis imperfecti super Matthæum,hom.32.ad c.19.]

¶ Nec peccatum, nec iustitia ex opere sine voluntate perficitur. C. X.

S Icut enim k peccatum sine voluntate opus non facit;ita & iustitia ex opere non consummatur, nisi & volũtas affuerit. Multi enim corpore quidem castitati student; adulterium autem voluntate l cõmittunt. Nisi enim ex voluntate sola,fornicatio cõsummaretur;nũquam Dominus diceret. [Qui viderit mulierẽ ad concupiscendum eam;iam mœchatus est eã in corde suo.] Ergo voluntas sine opere + frequenter peccat. Illa est gloriosa continentia; non quam transgredi non potest necessitas debilitati a + corporis; sed quam complectitur voluntas sancti propositi.

a ¶ *Debilitati.*

Item Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis.

¶ Virginitas carnis non seruatur mente corrupta. C. XI.

1 Ad 9.& 13. Rom.1.

S I Paulus Apostolus vas electionis,& separatus in Euãgeliũ Christi, ob carnis aculeos q & incentiua vitiorũ reprimit corpus suum, & seruituti subiicit, ne aliis prædicans,ipse reprobus inueniatur: & tamen videt aliam d legem in membris suis repugnãtem legi mentis suæ, & captiuum se in legem e duci peccati: si post nuditatem, ieiunia,famem,carceres,flagella,supplicia,in semetipsum f reuersus exclamat. [Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?]tu te g putas h securam esse debere? ¶ Caue,quæso,ne quando de te dicat Deus [Virgo Israel cecidit; & nõ est,qui suscitet eam.]Audẽter loquar: cum omnia posit Deus; suscitare i virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pœna:sed non vult coronare corruptã. ¶ Timeamus illam prophetiam; ne in nobis etiã compleatur, [virgines bonæ deficient.]Obserua quid dicat, [virgines bonæ deficient:] quia sunt & virgines malæ k. [Qui viderit, inquit,mulierẽ ad concupiscendũ eã, iam mœchatus est eã in corde suo.] Perit ergo & mente virginitas.Istæ sunt virgines malæ,virgines carne, non spiritu: virgines stultæ, quæ oleum l non habentes excluduntur à sponso. Si autem & illæ, quæ virgines sunt,ob alias tamen culpas virginitate corporum non saluantur;quid fiet illis, quæ prostituerũt mẽbra Christi, & mutauerunt templum sancti spiritus in lupanar? Illico audierit] Descende m, sede n in terra virgo o filia Babylonis: sede in terra: non est filiæ Chaldæorum p thronus † q: non vocaberis vltra mollis, & delicata r. Accipe molam s, mole farinam t, discooperi v velamẽ tuũ: denuda x crura: transi flumina y, reuelabitur ignominia tua: apparebũt opprobria z tua.] Et hoc post thalamos a filij Dei, post oscula fratruelis, & sponsi:illa de qua quõdã sermo propheticus concinebat: [Astitit regina b à dextris tuis in vestitu deaurato c circũdata varietate;] nudabitur d & posteriora e eius ponentur f in faciẽ ipsius. Sedebit ad aquas g solitudinis; & posito h vase i, diuaricabit k pedes suos omni trãseunti l, & vsq; ad verticẽ polluetur. Rectius fuerat hominum subiisse coniugium, ambulasse per plana;quã ad altiora m tendentẽ in profundum inferni cadere. Ne fiat, pœnitentiam. Sede in terra, id est,in cinere & cilicio.

Matth.5.

o ¶ *Virgo.*]id est,sterilis. Vel virgo prius filia Babylonis,id est,filia confusionis: quia mens tota facta confusa est. de pœnit. dist.3. §.item ait.

Matth. 25.

p ¶ *Chaldæorũ.*]Chaldæi b græce feroces intelliguntur. valde enim feroces sunt qui proprias volũtates sequẽtes nõ moribꝰ suis parcere sciũt. Et est Chaldæa regio, vbi Babylonia ciuitas est in ea sita. q ¶ *Thronus.*] id est, dignitas regalis auferetur ei. Vel thronus, id est remuneratio æternæ vitæ.

b Et dic Chaldæorum, id est, dæmonum,quasi dicat,simul non potest qs esse filius Dei & diaboli, nec simul habere virtutes & vitia. supra e.q.1.cum renuntiatur. & loquitur per similitudinem quia Chaldæis,&c.

r ¶ *Non vocaberis vltra mollis & delicata.*] id est,amodo nõ viues in deliciis quo ad virtutes, supple nisi pœnitueris.

Esa. 47. † *al.solum.* orig.

Caut.1.

s ¶ *Accipe molã.*] timoris per contritionẽ.

t ¶ *Mole farinam.*] examina peccata tua,& malas cogitationes.

Psal.44.

u ¶ *Discooperi.*]id est, confitere peccata tua.

x ¶ *Denuda.*] per cõfessionem.

y ¶ *Transi flumina.*] id est,desere caduca & fluentia. supple, quòd nisi hoc feceris, reuelabitur,&c.

Ezech.16.

z ¶ *Opprobria.*]in die iudicij.de pœ.di.1.§.nõ ita.Exponitur etiã mystice hæc litera,ita q improperet vitiũ fideli animæ,& tunc resoluũtur verba in præteritũ tẽpus.descẽde,id est descendisti ab altitudine virtutũ ad vitia.sede in terra, id est, sedisti terrenis infecta. virgo vt prius.Accipe molã,id est,accepisti mundanarũ rerũ circuitũ. Mole, id est,moluisti,id est, dissipasti cogitationes tuas eas effectui mancipando.Discooperi,id est,discooperuisti hypocrisim tuã,amodo enim apparet qualis prius extiteris:discooperuisti te virtutibus. Nam virtutes velamina sunt animæ.de pœ.di.2.sapiens.Denuda crura tua, id est,per confessionem denudasti actiones tuas. Transi flumina, id est, transisti per temporalia eis inhærendo,& idcirco reuelabitur, &c.

Esa.1.

a ¶ *Hoc post thalamum.*] Hæc littera vult q præcedens moraliter intelligatur.& est sensus,id est, postquam recessisti à sponso tuo & fratruele, id est, Christo. Christus enim & ecclesia sunt fratrueles, quia de Iacob Christus: de Esau ecclesia,id est,de gentibus processit. 35.q.vlt.§.si vero.& hæc sunt verba Hieronymi.

b ¶ *Regina.*] id est,quælibet sancta virgo,vel sancta ecclesia.

c ¶ *Deaurato.*] charitate & castitate,de pœnit.dist.2. principium.

d ¶ *Nudabitur.*] veste virtutum & bonorum operum.

e ¶ *Et posteriora.*] id est,peccata, quæ habuit quasi post dorsum relicta,cum ante se debuerit ea habere.

f ¶ *Ponentur.*] in futuro sæculo.

g ¶ *Ad aquas.*] id est,in hæret icos.

h ¶ *Et posito.*] id est,depositio.

i ¶ *Vase.*] scilicet, cordis.

k ¶ *Diuaricabit.*] id est,diuidet & cõmittet varios suos affectus.

l ¶ *Omni transeunti.*] id est,dæmonibus s,vel id est,omnibus operа sua:quia ibi omnia omnibus aperta erunt.

l ¶ *Transeunti.*] diabolo. ‖Transiens dicitur diabolus, quia dicũt animæ ipsi diabolo,Incurua te,vt transeamus super te.& tibi, Exinani te vsque ad fundamentum in ea.de pœni.dist.3.in salicibus.

‖ Diabolus dicitur transiens.

m ¶ *Quàm ad altiora.*] arg.quòd melius est non incipere quam ab incœpto desistere.melius est enim non vouere quàm à voto cadere. 12.q.1.certe.27.q.1.nuptiarũm.

a ¶ *Debilitati.*] senio,vel sectione,vel naturali frigiditate.hoc dicit litera,quia voluntaria continentia est bona, non necessaria.33. q.5. qui siut.in fi.

I Paulus.] Hæc est 2.pars q.in qua dicitur, q nullus debet superbire de castitate:quia cito perditur,& reparatur difficile, vel nũquam.Ioan.de Fant.

Casvs. Hic inuehit Hiero.cõtra Eustochiũ quæ de sua virginitate se nimiũ extollebat. & probat q inde se iactare nõ debet;tũ quia cadere potest:tũ quia sola virginitas carnis nõ saluat.Et q cadere possit, ꝓbat exẽplo Pauli, quãuis castus esset, tamen tẽtabatur, & cadere timebat. & hoc in prima parte. In secũda parte terret eã per impossibilitatẽ restitutionis post lapsum. In tertia parte idẽ ostẽdit auctoritate Dñi,& auctoritate Esaiæ ad litteram loquentis de Babyloniis, quod mystice referri potest ad animam fidelẽ, quæ cecidit per peccatũ. Secunda pars incipit ibi. *Caue quæso.* Tertia pars ibi, *Timeamus illam.* Et scias q eodẽ modo ponũt hũc casum H.& B.eo excepto q H.addit ibi auctoritatẽ,& videre poteritis si verũ vobis dico.Litteræ autẽ expositio in apparatũ plene notatur, & ideo expositione supersedeo.

Absolute.

Adultera.

b ¶ *Vas.*] id est, electus ad prædicandum. & dicitur vas,quia plenior a fuit aliis, vt 23. q.7.c.1.

Videtur gratia in predicando.

c ¶ *Aculeos.*] id est, mors primos; de quibꝰ timebat cadere in secũdos, & q surgũt in nobis & sine nobis.de pœ. di.2.inter hæc sciendũ.

Amos 8.

d ¶ *Aliam.*] id est, sensualitatẽ siue concupiscentiã,‖quæ dicitur lex,quia ligat & trahit ad peccatũ.vnde dicit alibi, Ago quod nolo.

Sensualitas dicta.

e ¶ *In legem duci peccati.*] id est,in peccatũ:quia ligat hominem.

f ¶ *In semetipsum reuersus.*] id est,propriã fragilitatẽ cõsiderãs.

Maiores nõ offendunt quod minoribus est tangentum.

g ¶ *Tu te.*] arg.‖quòd nõ licet maiori,nec minori,vt 8.q.1.fi ergo. & 11.q.1.magnum.& quod negatur maioribus multo potius minoribus.C.de reuo.do. his solis. in fi.& quod maioribus dignitatibus non est concessum,hoc sibi non audeant vendicare minores, vt C.de decu.l.vlt.lib.10.

h ¶ *Putas.*] argu.quòd Paulus fuit virgo,cum fit comparatio inter eum & Eustochium,quæ fuit virgo.

Virginitas bona reliquit non potest.

i ¶ *Suscitare.*] ‖Idem dicit lex,q virginitas restitui non potest. C. de rapt.vir.in prin. Sed nõne exoculato potest restituere visum? quare ergo nõ virginitatẽ?Quidam sic intelligunt,id est,q Deus non potest facere quin fuerit corrupta,quia factũ nõ potest non esse factum, vt ff.de cap.in bello.§.factæ.sed secundũ hoc idem esset in cœco.Respõ. quod hic dicitur,non refertur ad carnis corruptæ restaurationẽ, sed ad virginalis palmæ retributionem.& dic non potest,id est, non congruit eius potẽtiæ,vt aureola coronet corruptos.hoc enim esset cõtra iustitiã,& ideo illud nõ potest,vt arg.de pœnit.dist.2. §.charitas.

Babylonij ut ejus regis filij in captiuitate

k ¶ *Malæ.*] arg.ff.de dolo.l.1.§.2.nam ideo dixit prætor dolus malus,quia est & bonus.

l ¶ *Quæ oleum.*] id est,pinguedinem bonorum operum. vel id est, pietatem.45.dist.disciplina.

Peccatum non est nisi in voluntate.

m ¶ *Descende.*] ‖verba sunt Esaiæ prædicentis ad litteram futurã Babyloniorum captiuitatem per Darium & Cyrum regem Medorũ & Persarum,& exequitur secundum hoc propheta ad litteram quasdam miserias,quas pauperculæ mulieres solent subsistinere: & verba imperatiua resoluenda sunt in verba futuri temporis.

n ¶ *Sede.*] id est,sedebis.quod ideo dixit propheta propter nimiã futurorum certitudinẽ.‖Et est arg.q verbum præsentis temporis ponitur pro verbo futuri.sic exponitur,traditur,id est, traditurus est.ff. de pub.l.1.& est ar.ff.de verb.sig.verbis.sicut econtrario verbũ futuri loco præsentis,vt supra 21.dist.in nouo.50.dist.ponderet. & exponitur à Hiero.hæc littera moraliter circa fidelẽ animã quæ præuaricata est per peccatũ & hoc duobus modis, vel imitando ad pœnitentiam,& tunc proprie tenentur verba.Descende,id est, humilia te per

a ¶ *Ciuitas.*] id est,anima,quæ agit bene.de pœni.dist.4. in domo.
b ¶ *Dæmones.*] id est,praue cogitationes.
c ¶ *Sirenæ.*] id est delectationes,quæ mergebant.
d ¶ *Hericij.*] id est,errores vel solicitudines mũdanæ,q̃ pungũt.Io.

Esa.34. † *al.sirenes*

Ec solo tactu.] Hæc est tertia pars q.in qua probat q̃ ex sola voluntate fugit castitas. & hoc probat per duo c.Io.de Fan.& istud cap.est de regula beati Aug.Archi.

CASVS. Dicitur hic q̃ tribus modis peccet homo in mulierẽ, scilicet tangẽdo, desiderando, & vidẽdo, sed non quodlibet videre est peccatũ, sed videre ad concupiscendũ,& causa delectationis.& hoc videre prohibetur in seq.c. Sic posuit Hug. hunc casum, & etiam Beneuen. *De moribus,* id est,de actibus.

e ¶ *Impudicos.*] hoc perpenditur si sunt vagi,vt ℨ.dist.23. his igitur. vnde illud : Auerte oculos tuos, &c.

f ¶ *Tacente lingua.*] arg.q̃ operibus loquimur sicut & verbis, vt 43.dist.sit rector. & 11. q.3.existimant,extra de app.dilecti. & extra de sponsa.cum apud.sic ff. de leg.3.nutu.

Vi viderit mulierẽ.] CASVS.

Deuter.5. *Matth.5.*

Iste casus subtiliter de littera elicitur, quẽ H. & Beneuen.eodẽ modo ponunt.Grego.hic primo ponit verba Domini,scilicet, Qui viderit mulierem ad concupiscẽdum eam,iam mœchatus est eam in corde suo. Secundo ostendit quare dixerit, mulierẽ,& nõ vxorẽ alienam:& quare, viderit, & nõ tetigerit: & quare,mœchatus, & nõ adulteratus. Sequens §. patet. & ad probandũ id quod dicitur in §.inducit capitul. sequent.

g ¶ *Ad concupiscendum.*] hoc scilicet animo, & dat operam quam potest. de pœni. dist.1.si cui.

h ¶ *Item mœchatus est eam.*] hoc verũ est in cõiugata:nam cũ soluta nõ cõmittitur.Sed nũquid imponemus isti tantã pœnitentiã ac si factũ interuenisset?Sic, sed non tam grauem.

i ¶ *Adulterium.*] id est fornicatio.

k ¶ *Vel ordine.*] nota secundũ varietatẽ loci vel ordinis aliquem plus minusve peccare.ar.dist.40.homo Christianus.23.q.8. occidit. supra 17.q.4.quisquis.ff.de pœnis.aut facta.§.locus.25.q.1.nulli. supra 31.q.1.de his qui frequenter vxores.de pœn.dist.1.aut facta.

l ¶ *Studiosa.*] non videtur hoc verũ,q̃ tantũ peccet clericus studiosa cõcupiscentia, quantũ laicus ipso facto.videtur enim q̃ magis peccet clericus studiosa cõcupiscentia:nã tantũ peccat quilibet studiosa volũtate cõmittendi adulteriũ quantũ ipso facto.ℨ.de pœ.dist.1.si cui.& ita vel æqualiter peccat clericus vel magis propter gradũ altiorẽ a quã laicus.Quod ergo hic dicitur,referas ad ecclesiæ opinionem non ad veri essentiã. ‖Sic ergo secundũ canones cõmittitur adulterium solo animo,similiter periuriũ,vt 22.q.5.qui peierare. idẽ in furto & aliis criminibus, vt de pœ.dist.1 c.si properea. 14.q.5. si quid.sed secundũ leges solo animo nõ cõmittitur furtũ,vt ff.de acq.

a Ar. ad hoc 40.dist. homo Christianus. ‖ Adulterium & periurium solo animo cõmittuntur.

pos.posside re.§.si rem.nec adulterium.ff.de adult.l.penult.

m ¶ *Distinguitur.*] per contemptum.

QVAMVIS Hæc est 4.pars q.in qua dicitur,quòd si femina inuita perdidit virginitatem, non tamen debet se adæquare incontaminatis virginibus. Ioan.de Fant.

1 LIæ autẽ famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia sua; si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui; minus tamen eisdem oberit; si quod potuerunt animo nõ amittere, doleant q̃ se vel corpore perdidisse.

Cum ergo hæc,quæ violentiam passa est,pudicitiam amisisse probari non potest;nullo modo conuincitur fornicationis,vel adulterij crimen incurrisse. Vt enim ait Augustinus in libro de bono coniugali, ca.4. [2 *Adulterium committitur; cum vel propriæ libidinis instinctu, vel alienæ consensu cum altero, vel altera contra pactum coniugale concumbitur.atque ita frangitur fides, quæ in rebus etiam corporeis & abiectis magnũ animi bonum est:& ideo ei salutẽ quoque corporalem, qua etiam vita ista continetur,certum est debere postponi.*

¶ Et ideo ei.] *Apud B.Augustinum legitur;*& ideo eam saluti quoque corporali, qua etiam vita ista continetur, certum est debere præponi. *Sed ob glossam, & quoniam idem est sensus,nihil mutatum est.*

*Item Isidorus super Exodum,c.29.*3

¶ Mœchatur qui alicui præter matrimonij fœdus miscetur. C. XV.

4 NOn mœchaberis] id est, ne quisquam præter matrimonij sui fœdera aliis feminis misceatur ad explendam libidinem. Nam specialiter adulterium facit,qui præter suam ad alteram accedit.

Item Augustinus de adulterinis cõiugiis,lib.2.c.13.

¶ Qui viuente vxore sua alteram cognouerit,adulterium committit. C. XVI.

5 PVto Christianum neminem reluctari illum adulterum esse, qui vel diu languente, vel diu absente, vel continenter viuere cupiẽte sua vxore,alteri commistus est feminæ.

2 Polyc.l.4. tit.34.

2 Iuo p.8.c. 102.Pann.l.7. c.22. *Huius autem fidei violatio dicitur adulterium, eum*] otig.

3 Et Rabanus, & Beds in quæst.in Exodum.

4 Iuo p.8.c. 107.Pann.l.7. c.23.

Decem leprosi mundantur mulier. *Augusta*

5 Iuo p.8.c. 24.

y ¶ *Corporalem.*] arg.pro leprosis, vt extra de coniug.lepro. quoniam.quia potius periculum corporis quàm animæ incurrendũ est. 30.q.1.§.1.cum alterum euitari non potest.ar.11.q.3.non solum.§. cum ergo.22.q.5.c.1.

z ¶ *On mœchaberis,*] ¶ *Explendam.*] nec etiã ob aliã causam.

a ¶ *Qui præter suam.*] Et ita ille tantũ cõmittit adulterium, qui habet vxorem:vel quæ est coniugata.quandoque tamen large sumitur adulterium supra ea.q.4.nemo.

b *Pvto.*] ¶ *Languẽte.*] ℨ.ea.q.7. quod proposuisti.contra.Solu. illud à falsariis dictũ; istud authenticum esse videtur.Vel illud de despõsata tantũ,istud de cognita.Vel illud reprobatũ est, hoc diuina auctoritate firmatũ. Vel verius dic q̃ illud de arcta loquitur.

c ¶ *Absente.*] 34.q.1.cum per bellicam.contra. sed ibi de illo qui nescitur viuere:hic de illo qui certe scitur viuere.

b Quæ dicitur q̃ nemo excepta causa fornicationis, &c. supra ea. q.1.dixit.

CVM

CVM ERGO NIHIL Hæc est 5.pars q.in qua dicitur, q̃ postquã semel placuit q.5,eo viuẽte alter supduci nõ potest.Io.de Fã.

CASVS. Infert Gra. ex supradictis,q̃ hæc mulier de qua dicitur in themate,nõ est fornicata, nec debet dimitti.Et q̃ dimitti non debet, probat auctoritate Domini,& auctoritate Apostoli.& ad hoc inducit sequentia capitula.

HOrrendus.] CASVS. In hoc ca. reprehẽdit Ambr. mulieres, quæ viros suos mutabãt frequẽter, cũ eis displicebant. vnde ostẽdit q̃ virũ semel dilectũ amplius dimittere non potest, cum semel sibi placuit; nã & hoc facit equus de suo cõpari. non est ergo mutandus vir,nec alius superducendus. Sequẽtia duo cap.plana sunt.

Matth.19.

Cant.2.

e ¶ *Non valere.*] non tamen valet quo ad vitam æternam, niſi fiat cum charitate. ſi enim tradidero corpus meum ita vt ardeam, &c. vt 1. queſt. 1. vide. Vel loquitur de eo qui poſtea pœnitet. arg. j. diſt. 3. ſepties.

|| Opera mortificata vtrum remunerentur à Deo.

Et ita eſt argu. hic, || quòd Deus remunerat opera mortificata per peccatum. infra diſtinct. 2. §. hæc itaque. & cap. non eſt tam iniuſtus.

f ¶ *Vulgus.*] infra diſtinct. 3. ille rex. ver. ſancti. & eſt pars cap. eiuſdem, ſcilicet Ambroſij.

g ¶ *Patietur.*] quaſi dicat non, ſi poſtea pœnituerint. Vel dic ſine venia, id eſt, pœnæ alleuiamento. infra diſtinct. 3. pium. per hoc datur intelligi, quòd pœnitenti peccata dimittuntur.

h ¶ *Pedes.*] id eſt, affectus inferiores, ſcilicet venialia.

i ¶ *Quod.*] ſcilicet, quòd claues non habent.

k ¶ *Petri hereditatem.*] id eſt, innocentiam: vt ſupra diſtinct. 40. non nos. Vel Petri hereditatem, id eſt, poteſtatem dimittendi peccata.

l ¶ *Sedem.*] id eſt, eccleſiam, à qua ſunt alieni per ſchiſma.

m ¶ *Impia.*] 93. diſtinct. qui cathedram.

n ¶ *Debilitandum.*] per infirmitatem, vel aliud incommodum. ſæpe enim diabolus nititur vt homo patiatur ægritudinẽ vel afflictionem, vt ſic iraſcatur, & Deum offendat. ſed ſæpe per talia recognoſcit peccatum ſuum, & compungitur, || & armatur contra diabolum: vt Iob, & ſic diabolus illuditur. fortior enim refurgit poſt lapſum: vt 50. diſtinct. ferrum, & cap. fidelior.

|| Infirmitas ſæpe nos armat cõtra diabolum.

o ¶ *Pro omnibus.*] quo ad ſufficientiam, non quo ad efficaciam: quia non niſi pro ſaluandis, j. de conſec. diſt. 2. ſemel, & cap. iteratur [a].

p ¶ *Corporis.*] H. conuertit hanc litteram ſic, id eſt, quoties ſumimus ſacrum corpus, nobis peccata dimittuntur. Sed tu dic: vt infra ea. gloſſ. vlt. quandoque enim interius conterimur [b], ore cordis corpus Chriſti ſumimus c. j. de conſe. diſt. 2. quid ſit ſanguis, in prin. ſed peccata adulta ſine cõfeſſione & contritione non dimittuntur. j. ea. diſtinct. tres. vnde cum dimittuntur, corpus Chriſti ſumitur, q ¶ *Manifeſta.*] in hoc facit c. ad propoſitum.

a 8. q. 1. in ſcripturis. Hug.

b Alias, conſitemur.

c Spiritualiter per fidẽ. Per.

r ¶ *Sacramẽti.*] id eſt, eccleſiaſticæ vnitatis: vt 32. q. 4. nemo. in fine. de qua quilibet vere pœnitens efficitur: vt j. diſt. 6. qui vult. verſic. laboret, vel ſacramẽti, id eſt, corporis & ſanguinis Chriſti: || quia ex quo quis vere pœnitet, digne poteſt ſuſcipere corpus & ſanguinẽ Chriſti: & ſecundum hoc eſt rectus ordo in ſuperiori littera: & eſt ſenſus, ſumimus digne, id eſt, poſſumus ſumere digne.

|| Alabaſtrifractio quid ſignificat.

Ideo lib. 2. de pœnitentia, cap. 7.

C. LIII.

QVantuſlibet [s] ergo mortui [t] fœtor ſit; aboletur omnis, vbi ſacrũ redoleuerit [v] vnguẽtum: & ſurgit defunctus: & ſolui β iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato [x] eſt: tollitur velamen [y] de facie eius, quod veritatem gratiæ, quã acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus eſt; reuelare faciem, aperire vultũ iubetur. Non habet enim quod erubeſcat [z], cui peccatum [a] dimiſſum eſt. In tanta vero Domini gratia, tantoque diuini muneris miraculo cũ oporteret vniuerſos lætari, cõmouebãtur impij, & aduerſus Chriſtum concilium cõgregabant, Lazarũ [b] quoq; interficere volebãt [c].

Ioan. 12.

ADDITIO. Notandũ eſt, quòd Lazarus fœtidus ſignificauit quemlibet peccatorem ſe & alios ſuo exemplo corrumpentem: qui in Bethania (quæ interpretatur domus obedientiæ, & quæ ſignificat eccleſiam) ſuſcitatur à Chriſto. || Fractio alabaſtri ſignificat fractionem corporis Chriſti in cruce per paſſionem, cuius odor totam domum, id eſt, vniuerſalem eccleſiam implens, mortuos viuificat: quia fama paſſionis eius per totum orbem diffuſa, peccatores credẽtes iuſtificat. Pe.

v ¶ *Redoleuerit vnguentum.*] id eſt, virtutes & bona opera, vel Chriſti miraculum, vel gratia eſt illud vnguentum, de quo dicit Euangelium quòd fracto alabaſtro, id eſt, Chriſto lanceato, & clauis perfixo repleuit totam domum, id eſt, vniuerſalem eccleſiam. de quo vnguento dicitur: ſicut vnguentum in capite, &c. in barbam, &c. proxima barba in quam deſcendit, fuerunt Apoſtoli; & ab eis deſcendit in barbam Aaron, id eſt, in epiſcopos, & alios prælatos. *Vel vnguentum*, id eſt, pœnitentia fructifera. Iſtud vnguentum conficitur tribus modis, ſcilicet, contritione cordis: confeſſione oris: & ſatisfactione operis.

x ¶ *In peccato.*] id eſt, in pœna peccati, ſcilicet ſatisfactione. non enim Lazarus reſuſcitatus fuit in peccato. Dic ergo in peccato eſt quo ad eccleſiam: licet de eo iam contritus ſit quo ad Deum.

y ¶ *Velamen.*] quod impediebat eum ne videri poſſet: vnde Eſaias, Oppoſuiſti nubem ne tranſeat oratio.

z ¶ *Erubeſcat.*] argum. per pœnitentiam deleri infamiam. argumen. contra. 2. quæſt. 3. cap. Enthemium. §. hinc. & quòd peccata ſanctorum non reuelabuntur in die iudicij. arg. j. ead. §. non itaque.

|| Pœnitentia in tribus conſiſtit.

a ¶ *Cui peccatum.*] || quòd confiteatur tribus modis: oris confeſſione, cordis contritione, & operis ſatisfactione.

b ¶ *Lazarum.*] iſte fuit primus proditor inferni: & ideo diabolus ſuggerebat Iudæis vt ipſum interficerent.

c ¶ *Volebant.*] ſtulta voluntas erat, quaſi non poſſet ſuſcitare occiſum, qui ſuſcitauit defunctum.

a ¶ *Eorum.*

a ¶ *Eorum.*] ideſt, impiorum, ſcilicet Iudæorum.

b ¶ *Succeſſores.*] ideſt, imitatores, vt 1. q. 1. cito turpem.

c ¶ *Itaque.*] de conſec. diſt. 4. quæris.

d ¶ *Non renouat.*] 5. 22. q. 2. c. ſi quælibet. §. quandoque. 5. 16. q. 2. viſis.

e ¶ *Amplificat.*] quia dimittit peccatum, & poſt ſe ipſum confert, vt 50. diſt. pœnitentes. de conſec. diſt. 4. nemo.

f ¶ *Ad cœnam.*] ipſe Lazarus, ſ. vbi & ipſa Martha miniſtrabat, quando fuit inuitata à Simone leproſo.

Is poteſtatis ſuæ.] CASVS. Adhuc proſequitur Ambroſius de hæreticis, qui per Iudæos deſignantur. Et hunc caſum ſic ponit Laurentius. Loquitur Ambroſius hic contra Iudæos, qui dicebant Chriſtum in Beelzebub nomine eiicere dæmonia: quibus Dominus dixit: qui peccat in filium vel in patrem remittitur ei: || qui vero peccat in ſpiritum ſanctum, non remittitur ei, neque hic, neque in futuro. Iſti ergo Iudæi ſeparabant cæleſtem poteſtatem ab eccleſia, qui eum in Beelzebub dicebant eiicere dæmonia: quibus Dominus loquẽs (vt prædixi) complexus eſt omnes hæreticos tam illius temporis, quàm futuros. *Quia omne*, ſ. ſeparare poteſtatem ab eccleſia, eſt omne ideſt magnum & grauiſsimum peccatum. Vel hoc ideo dicit, quia qui in hoc delinquit, factus eſt omnium reus.

g ¶ *Iis poteſtatis.*] adhuc proſequitur Ambroſius de hæreticis per prædictos Iudæos deſignatis.

h ¶ *Poteſtatem.*] ſcilicet dimittendi peccata, ſoluendi & ligandi.

i ¶ *Hæreticos.*] per Iudæos, qui ſuſcitationem Lazari non credebant.

k ¶ *Negat.*] dicens, Vos in peccato veſtro moriemini. & hoc ſi perſiſtant in hæreſi: quia cõuerſis præſto eſt indulgentia. 26. q. 6. ſi preſbyter.

l ¶ *Omne peccatum.*] ideſt, magnum peccatũ. Vel ideo hoc dicit quia qui in hoc vno delinquit, factus eſt omnium reus. j. diſtin. 5. fratres.

ADDITIO. j. diſt. 5. cap. fin. extra de regulis iuris, defleat. Arch.

m ¶ *Qui veſtram.*] 47. diſt. c. ſicut. §. neceſſe. & ibi, Conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe. ar. ff. de ædil. edic. cum autem. §. excipitur. & alibi, Qui ſibi non parcit, mihi vel tibi quomodo parcet? Alia littera habet noſtram, ideſt, à nobis accipere. 23. q. 5. ſi non licet.

n ¶ *Pœnitentiam.*] non ergo licet accipere pœnitentiam ab hæretico, ſicut nec Euchariſtiam. vt 24. q. 1. cap. vlt. ſed baptiſmum bene in neceſſitate, vt 24. q. 1. ſi quem.

o ¶ *Arbitror.*] ideſt, certus ſum. nam quantuſlibet ſit fœtor, aboletur per pœnitentiam, vt 5. ea. quantuſlibet.

p ¶ *Iudas.*] j. diſt. 6. qui vult. in princ.

q ¶ *Geſſiſſet.*] ſed iuit ipſe ad diuiſos. j. diſt. 3. Iudas.

r ¶ *Emendationibus.*] ergo non ſufficit ſola cordis contritio. & ita facit ad propoſitum Gratiani.

s ¶ *Et tegere.*] j. diſt. ille rex.

N ¶ *Onnulli.*] hæc eſt 6. pars ſecundæ partis huius diſt. in qua reprehendit eos, qui paruas pœnitentias poſtulant à ſacerdote propter faſtidium benefaciendi. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam poſtulabant pœnitentiam à ſacerdotibus vt ſtatim in priſtinum ſtatum reuertantur. hi potius obligant ſacerdotes quàm ſe abſoluunt: quibus ſacerdotibus dictum eſt, nolite dare, &c.

Nonnẽ merito eorum [a] ſucceſſores [b] vos fore cognoſcitis, quorum duritiæ heredes eſtis? Nam & vos indignamini, & contra eccleſiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in eccleſia reuiuiſcere, & peccatorum indulta venia reſuſcitari. Itaque [c] (quod in vobis eſt) per inuidiam rurſus vultis interficere ſuſcitatos. Sed Ieſus non reuocat [d] beneficia, immo cumulo ſuæ liberalitatis amplificat [e]; reuiſit ſolicite ſuſcitatum, & celebrata † reſurrectionis gratia lætus ad cœnam [f] venit, quam ei ſua præparauit eccleſia: in qua ille, qui fuerat mortuus, vnus inter diſcumbentes cum Chriſto inuenitur.

β ¶ *Solui iubentur.*] *In originali impreſſo legitur*, & ſoluere iubentur eius vincula, quæ adhuc in peccato ſunt, tollere velamẽ, &c. *Alia vero ex eodem ſunt emendata, & addita nonnulla.*

Idem ibidem, c. 4.

C. LIIII.

IIs poteſtatis [g] ſuæ gratiam negat, (quæ in remiſsionem peccatorum eſt) qui cæleſtem eius poteſtatem [h] diabolico α ſultam ſuffragio vendicarent. Eoſque aſſerit diabolico vti ſpiritu, qui ſeparare eccleſiam Dei, vt omnium temporum hæreticos [i], & ſchiſmaticos comprehenderet, quibus indulgẽtiam negat [k]: quia omne [l] peccatum circa ſingulos eſt, ac vniuerſos β. *& infra. c. 5.* ¶ Quid mirum, ſi ſalutem negatis aliis, qui veſtrã [m] recuſatis? licet γ & illi nihil à vobis differant, qui à vobis pœnitentiam [n] petũt. Arbitror [o] enim quòd etiam Iudas [p] potuiſſet tanta Dei miſeratione non excludi à venia, ſi pœnitentiam non apud Iudæos, ſed apud Chriſtum geſſiſſet † [q] *& paulo poſt.* ¶ Qui agit pœnitentiam, non ſolum diluere lacrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendatioribus [r] factis operire, & tegere [s] delicta ſuperiora, vt non imputetur ei peccatum.

α ¶ Diabolico.] *Addita hic ſunt nonnulla*

ex B. Ambroſio, quæ deeſſe videbantur. Antea enim legebatur, qui cæleſtem poteſtatem diabolico ſpiritu ſeparant ab eccleſia Dei, vt omnium. &c.

β ¶ Ac vniuerſos.] *In originali eſt*, hoc in vniuerſos. *Sed ob gloſſam non eſt mutatũ.*

γ ¶ Licet & illi.] *In aliquot vetuſtis codicibus, & originali legitur*, licet illi nihil deferant. *Sed auctor gloſſæ videtur habuiſſe vt in vulgatis Gratiani.*

Idem in eodem 2. lib. c. 9.

C. LV.

6 NOnnulli ideo poſcunt pœnitentiam, vt ſtatim ſibi reddi communionem velint. Hi nõ tam ſe ſoluere cupiunt, quàm facer dotem ligare [t]. Suam enim conſcientiam non exuunt, ſacerdotis induũt: cui † præceptum eſt, (Nolite [v] ſanctum dare canibus [x], neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos [y]: hoc eſt, immundis ſpiritibus † ſacræ communionis non impendenda conſortia [z].

Idem ibidem.

C. LVI.

SVnt, qui arbitrentur hoc eſſe pœnitentiam, ſi abſtineant à ſacramentis cæleſtibus. Hi ſæuiores in ſe iudices ſunt; qui pœnam præſcribunt ſibi, declinant remediũ [a]; quos vel pœnam ſuam conueniebat dolere, quia cæleſti fraudarentur gratia. *& c.* 10. ¶ Facilius [b] autem inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quàm qui congrue [c] egerint pœnitentiam; vbi [d] acquirendæ [e] ambitio dignitatis [f], vbi vini effuſio [g], vbi ipſius copulæ coniugalis vſus [g]? Renuntiandum ſæculo [h] eſt, ſomno ipſi minus indulgendum, quàm natura poſtulat [i], interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſequeſtrandus orationibus; viuendum ita, vt in [k] tali [k] vita huic moriatur vſui, ſeipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur. *& infra, c. 11.* ¶ Nemo in peccatis † [l] poſitus arrogare ſibi debet auctoritatem, aut vſurpationem ſacramentorum: quia ſcriptum eſt (Peccaſti? quieſce [m].) *& paulo poſt.*

t ¶ *Ligare.*] in ſe onus pœnitentiæ ſuſcipiendo: quod poteſt & debet quandoque ſacerdos. j. diſt. 6. c. 1. Vel indiſcrete ſoluendo. arg. 50. diſt. ſi quis præpoſtera.

v ¶ *Nolite.*] ſupra 11. q. 3. nolite.

x ¶ *Canibus.*] prius. iam enim poſt pœnitentiam canes non ſunt, & intellige canibus, ideſt, manifeſtis. nam de occultis ſecus de confec. diſt. 2. non prohibeat.

y ¶ *Ante porcos.*] ideſt, peccato ſordidatos.

z ¶ *Conſortia.*] quia ſumma & ima ſociatur, &c. de conſe. diſt. 2. quid ſit ſanguis. & 43. diſt. in mandatis.

† abeſt ab orig. *Matth. 7.*

¶ *Vnt qui.*] CASVS. Quidam erant qui nolebant accipere pœnitentiam à ſacerdotibus, nec de peccatis ſuis ſatisfacere & dolere: putantes ſibi ſufficere, ſi propria auctoritate à ſacramẽtis abſtineant. quos Amb. in hoc cap. reprehendit, hortans eos multi liciter vt doleant & ſatisfaciant de ſuis delictis. quod probatur exẽplo Moyſi. *Præſcribunt*, ideſt, imponunt &: præfigunt ſibi pœnitentiam talem ſcriptam in Gen.

a ¶ *Si remedium.*] ideſt, pœnitentiam, per quam conſequuntur remediũ, vel communionem de conſe. diſt. 2. ſi quis intrat eccleſiam. & j. ead. qui ſanctus.

b ¶ *Facilius.*] j. ea. diſ. 3. c. 1. hæc de charitate. & c. reperiuntur.

c ¶ *Congrue.*] & ita eſt ar. q̃ facilius de nouo aliquid acquiritur quam recuperetur amiſſum, vt j. diſt. 3. reperiuntur. & dicit Boethius: Facilius eſt ad virtutem erigere nouos, quam reuocare veteres vel præteritos.

d ¶ *Acquirenda.*] in hac vita ſupple. & tunc congrue ſequitur, vbi, &c. vel dic vbi, ideſt in pœnitẽtia debent ceſſare quæ ſequuntur. Vel ſic ordina litteram: nuntian-

† al. peccato

Eccli. 21. Gen. 4. ſecundum 70.

dum eſt ſæculo, vbi acquirendum eſt.

e ¶ *Ambitio dignitatis.*] quæ reprobatur 8. q. 1. ſcripturis.

f ¶ *Vini effuſio.*] quæ reprobatur 5. 35. diſt. c. 1.

g ¶ *Copulæ coniugalis vſus.*] qui quandoque minus licitus eſt. 32. quæſt. 4. origo.

h ¶ *Sæculo.*] quo ad ambitionem dignitatis. 40. diſt. multi.

i ¶ *Naturæ poſtulat.*] arg. || contra illos qui dormiunt in ſcholis: & ita debemus propriam naturam expugnare, licet contraria ſit medicina. j. de confec. diſt. 5. contraria.

|| Dormiendũ non eſt in ſcholis.

k ¶ *In tali.*] quia maioris eſt pœnæ inter homines viuere, &c. C. de apoſta. hi qui ſanctam.

l ¶ *In peccatis.*] mortalibus: quia cum veniali non prohibetur. de conſecra. diſt. 2. quotidie.

m ¶ *Quieſce.*] ideſt, abſtine à ſacramentis. arg. contra promouendos, qui poſt baptiſmum peccauerunt. 25. diſt. primum.

¶ Pœnitendi ex pus.

a ¶ *Dicimus.*] ‖ hic agit de tempore agendæ pœnitentiæ, quasi dicat, si in iuuentute non pœnituimus: falterm in senectute pœniteamus.

b ¶ *Deferuescat.*] aliàs defuescat. ff. dist. 3. in falsicibus.

ADDITIO. Quod not. 22. q. 2. ancillam. in fine.

c ¶ *Reuerentiores.*] idest, propter reuerentiam abstinere ab Eucharistiæ perceptione.

Dicimus] otig.

d ¶ *Mysterij.*] s. quare rubus ardens non comburebatur in montem Oreb. ‖ Rubus est virgo Maria; ignis ardens in rubo nec comburens est spiritus sanctus in beata Maria: qui descendens in eam non violauit eam. & secundum hoc quod sequitur, solue calciamenta, &c. si intelligitur calciamentum quod fit de mortuis animalibus, est prauus intellectus Pharisæorum dicentium: si peperit, ergo cum viro concubuit. dicitur ergo Moysi, i. cuilibet Christiano, solue calciamenta, &c. i. exue talem intellectũ. fallit in beata Maria quæ virgo ante partũ & post partum Christum peperit.

‖ Rubus ardẽs qui non comburebatur, qd representabat.

Exo. 3. Act. 12.

e ¶ *Solue.*] idest, opera mortua de affectibus tuis: ‖ quia nullus digne conspicere vel Deum videre potest, nisi cuncta terrena & mortalia vitia deponat. ‖ vnde talis veterũ consuetudo erat, vt si sponsus spõsam repudiaret, in signum repudij discalciari iubebatur. de hoc dicitur 8. q. olim. & ideo Moyses discalciari iubetur, ne ad ecclesiã, quæ in rubo significatur, quasi sponsus accedat calceatus. hoc. n. seruandum est in Christo, qui verus est sponsus: de quo Ioannes ait, Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, &c. de conse. dist. 4. per aquam.

† *al. corporeã atque terreñam*

‖ Deus à quo videri potest.

‖ Consuetudo veterum in signũ repudij.

‖ Pedes pro affectionibus accipiuntur. *Apo. 21.*

f ¶ *Pedes.*] ‖ affectiones. vnde Aug. super illum locum, In laqueo illo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum: dicitur pes animæ amor: & si est ad bonum, dicitur charitas: si ad malum, dicitur cupiditas.

Tob. 4.

g ¶ *Absoluere.*] antequam ad sacramenta accedat.

h ¶ *Lapsus.*] hoc idem dicit Boethius. Infelicissimum genus infortunij est fuisse felicem.

i ¶ *Vnde.*] idest, à quo statu. 50. dist. quia sanctitas.

¶ Dicimus† [a] ergo & agendam pœnitentiam, & eo agendam tempore, quo culpæ deferuescat [b] luxuria, & in captiuitate peccati positos, reuerentiores [c] nos, non vsurpatores esse debere. Nam si Moysi propius accedere gestienti [d], vt cognitionem mysterij [d] cælestis hauriret. dicitur (Solue [e] calceamentũ pedum tuorum;) quanto magis nos animæ nostræ pedes [f] exuere vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absolueres [g]. *& paulo superius.* ¶ Nihil est, quod tam summo dolori sit, quàm si vnusquisque positus sub captiuitate peccati recordatur, vndelapsus [h] sit, atque vnde [i] deciderit, & quòd ad corporea †, atque terrena ab illa specioſa, & pulchra diuinæ cognitionis intentione deflexerit.

Mror.] CASVS. Quidam stulti sacerdotes erant in ecclesia: qui cum viderent quosdam peccatores non recte pœnitere, nec veniã recipere: alios ad pœnitentiam recipere nolebant: quos hic redarguit Cyprianus: & quod eos recipere debeant, probat auctoritate Ioã. in Apoc. & auctoritate Tobiæ.

k ¶ *Priora.*] 50. dist. domino sancto.

l ¶ *Eleemosyna.*] scilicet interior, vt ff. dist. 3. c. incassum. §. sed verba. Vel exterior liberat à morte. idest, à peccato occasionaliter: quia citius illustratur. ff. ead. medecina. quia sicut seta filum introducit: ita timor seruilis charitatem, &c. ff. dist. 3. qui vult.

m ¶ *Semel.*] hinc collige peccata non redire. ff. dist. 4. c. in domo. §. item secundum, & 23. q. 4. fi illic.

n ¶ *Ab ea.*] i. à morte actualium peccatorum. de conf. dist. 4. c. 1. & 2.

Vide ¶ Vbi vero.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

3 *Quòd autem omni peccanti, auctoritate Ambrosij* [a]*, venia promittitur; falsum videtur. Quibusdam enim venia denegatur* [b] *aut ex magnitudine, peccati aut ex gradu officij. Vnde Ioannes in epistola sua* [*Est peccatum* [c] *ad mortem: quis* † *orabit pro eo?*] *Alibi* [d] *quoque legitur* [*Quis medebitur incantatori vulnerato à serpente?*]

Item.

C. LIX.

SI sacerdos [e] peccauerit, quis orabit pro eo?

¶ *Primo Regnorum libro, c. 2. legitur*, Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus. Si autem in Dominũ peccauerit, quis orabit pro eo? *& sic affertur à B. Ambrosio*

Ioan. 3.

licet quis sit in mortali peccato, vt veniam impetret: quod probatur exemplo mulieris Chananææ, quæ per suam importunitatem vel instantiam meruit à Domino exaudiri: & exemplo amici, qui ab amico tres panes impetrauit: & latronis qui in cruce meruit veniam: & quibusdam aliis exemplis, quæ in littera facile videbis.

Perijt. i. perire meruit: vel digna fuit perire, vel peritura esse credebatur.

Martyrium. non in veritate fuit martyrium: sed similitudine facti.

IMPORTVNA. CASVS. Probat in hoc c. ¶ instanter bona facienda sunt, licet quis sit in mortali peccato, vt impetret veniam, sicut Chananæa, & sicut amicus ab amico qui tres panes impetrauit: latro etiã meruit veniam: & aliis exemplis vtitur.

‖ Bona instanter sunt facienda. *Luc. 18. & 11.*

‖ *seruus* ori. *Luc. 18. Ionæ. 3.*

o ¶ *Cũ seris.*] i. taciturnitate prædicatorum.

p ¶ *Ostio.*] idest, intelligentia scripturarum.

q ¶ *Nocte.*] i. in profundo vitiorum positus.

r ¶ *Panes.*] idest, fidem sanctæ Trinitatis. *Luc. 23.*

s ¶ *Precibus.*] illis, scilicet Deus propitius esto mihi peccatori.

t ¶ *Vincitur.*] quia regnum cælorum vim patitur. 1. q. 3. Saluator. *Luc. 15. Matt. 18.*

v ¶ *Perijt.*] idest, perire meruit. similis expositio 24. q. 3. fi quis non recto.

x ¶ *Stetit.*] idest, non periit.

y ¶ *Martyrium.*] ‖ non in rei veritate fuit martyrium, sed propter similitudinem facti. Vel ideo dicitur pœna conuersa in martyrium: quia per fidem & patientiam, quã tunc habuit, dignus fuit æterno præmio, s. vt intraret statim ad vitam, sicut & illi qui patiuntur martyrium, vt ff. de consecra. dist. 4. baptismi vicem. contra ibi enim dicitur, quod latro non pro nomine Christi crucifixus est: sed pro meritis facinorum suorum: & pœna non facit martyrem, sed causa, vt dicit Augustinus. quare martyrium non fuit: quod & verum est. eius ergo pœna martyrium dicitur ratione æterni præmij, quòd quasi martyr recepit confitendo, vel ratione confessionis quam in patibulo habuit, sicut esñ martyr, sic latro inter

‖ Latro bonus an fuerit martyr.

pœnas Christum confiteri non timuit.

z ¶ *Lenitatis.*] argum. iudicem potius debere sequi misericordiam quàm rigorem. 24. q. 2. legatur. supra dist. 45. licet plerumque. supra 2. q. 5. quanto. supra dist. 86. odio.

QVOD AVTEM. Hæc est 3. pars dist. in qua probat, quod omnia Deus dimittit pœnitenti. qui autem moritur impœnitens, ille peccat in spiritum sanctum: cui numquam dimittetur. Ioan. de Fan.

CASVS. Probatum est supra auctoritate Ambro. quod pœnitenti venia tribuitur. sed contra obiicit Gratianus, vt contrarietatem illam postea soluat. Seq. c. si sacerdos, planum est.

a ¶ *Auctoritate Ambrosij.*] s. ea. nemo potest. s. ea. importuna.

b ¶ *Denegatur.*] idest, videtur denegari.

c ¶ *Est peccatum.*] aliter hic exponit magister istam auctoritatem quàm exponatur ff. e. §. potest. & exaudi auctoritatem istam de peccato in spiritum sanctum, vt exponit Augustinus. ff. e. §. potest.

d ¶ *Alibi.*] in libro Iesu filij Syrach.

e *Si sacerdos.*] in libro regum.

SED HVIVS

SED HVIVSMODI CASVS. Gratianus soluit prædictam contrarietatem dicens quòd huiusmodi interrogationes, si sacerdos peccauerit, & c. inferunt difficultatem & varietatem: quòd difficile fiet vt aliqua singularis persona oret pro ipso: & ad hoc probandum quasdam auctoritates inducit.

a ¶ *Non semper.*] supra 32. q. 7. quid in omnibus, ff. commo. l. ad eos. ff. locati, l. sed & de damno.

b ¶ *Difficultatem.*] hoc referas ad delicti varietatem, & ad interfectorem spiritualem.

c ¶ *Deus quis.*] quia imago, & etiam quælibet fidelis anima. ff. dist. prox. illa anima. sed & homo habet similitudinem Dei. ff. 33. q. 5. hæc imago. ‖ triplex est igitur imago siue similitudo. identitatis, secundũ quã tantum filius Dei est imago patris imitationis. secundum quam dicitur q magna nauis est imago alicuius domus, & discipulus magistri similitudinis expressæ, vt sigillum in cera depingitur.

‖ Bona instanter sunt facienda. *Luc. 18. & 11.*

‖ *seruus* ori. *Luc. 18. Ionæ. 3.*

Ioã. 1. de ver. li. Quæst. super Exo. Ita.

Matth. 14.

Ioã. 8. Malachiæ. Ioannes. Baptista. Ioannes. Apostolus.

d ¶ *Rogasse.*] pro peccatis Hierusalem, ‖ vnde in libro Machabæorum legitur, quod Iudas Machabæus cũ deberet pugnare cũ suis paucis contra Nicanorem, qui erat cum multis, ad confortationem suorum retulit somnium quod in præcedenti nocte viderat in hunc modum. Viderat Oniam sacerdotem maius ad cælum protendẽtem, & orantem pro populo Iudæorum, & postea apparuisse alium virum ætate & gloria mirabilem circa illũ Oniã, & dixisse: Hic est amator populi Israel, hic est qui multũ orat pro populo & pro ciuitate sancta.

e ¶ *Hieremiam.*] Dei prophetam extendisse autem Hieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem; accipe sanctum gladium munus missum à Deo, quo deiicies aduersarios populi mei Israel. qua visione confortati qui erant cum Iuda, impetum fecerunt in hostes & Nicanorem interfecerunt & xxx. millia de suis.

Ioã. 1. de ver. li. Quæst. super Exo. Ita.

Matth. 14.

Ioã. 8. Malachiæ. Ioannes. Baptista. Ioannes. Apostolus.

POTEST. CASVS. Ponit Gratia. aliam solutionem: & ad auctoritatem Io. vt intelligatur de eo qui peccat in spiritum sanctum, & contra fidem, pro quo non est orandum post mortem, si vsque ad mortem in tali crimine perseuerauerit. & ad hoc probandum inducit c. sequens. *Non dico*, idest, non præcipio. *Dico*, idest præcipio.

f ¶ *Pro illo.*] quia non sequitur quòd in carne non promeruit. s. e. multiplex. §. 1. Dico vt pro eo non roget quis post mortem; & ita exaudi pro peccato in spiritum sanctum: quod est finalis impœnitentia, vt hic innuit Augustinus: quo casu exaudi s. 13. q. 2. pro obeuntibus. licet H. illud intelligat de specialibus orationibus.

Iudæ. Machab. Nicanor. Machab.

g ¶ *Possint.*] arg. quod non est diffinitum, posse diffiniri 22. q. 5. hoc videtur. arg. contra 32. q. 1. quòd si dormierit. 12. q. 5. consuluisti.

h ¶ *Ad mortem.*] vnde alibi Aug. ‖ Tanta labes est illius peccati, vt humilitatem pœnitentiæ subire non possit: quod quidem committit quisquis ex sola inuidia vnitatem ecclesiasticam impugnat, & diabolo scienter attribuit opera spiritus sancti. vnde nec Christus in passione pro talibus orauit, sed pro eis qui ignoranter crucifigebant eum, dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.

Peccatum in spiritum sanctum qualiter remittatur. Matth. 12. Luc. 12.

i ¶ *Remittendam.*] ‖ Peccatum in spiritum sanctũ dicitur generaliter omne peccatũ mortale, quia qui vnam personã offendit, & aliam: specialius vero peccatum est qđ ex odio vel ex malignitate procedit: nam spiritus sanctus est amor & benignitas. secundum alios peccatum in spiritum sanctum est obstinatio mẽtis. Est autẽ obstinatio mẽtis in peccato obdurata pertinacia, quam impœnitẽtia finalis comitatur, prouenit aũt huiusmodi obstinatio interdum ex desperatione: puta cum quis credit

Ad Rom. 1.

Vnde Gregorius Papa, lib. 4. dial. capit. 43.

C. LX.

VOluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui numquam k desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt numquam careant supplicio, qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.

Ex his l *i aque apparet, quòd sine confessione oris, & satisfactione operis, peccatum non remittitur. Nam si necesse est, vt iniquitates nostras dicamus, vt postea iustificemur, si nemo* m *potest iustificari à peccato, nisi ante confessus fuerit peccatum si confessio paradisum* n *aperit, veniam acquirit, si illa solum confessio vtilis est, quæ fit cum pœnitentia (in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitentia. siue interior, siue exterior accipiatur,) si ille, qui promittit veniam occulte apud Deum, non apud ecclesiam pœnitentiam agenti, frustratur* † o *Euangelium, & claues datas ecclesiæ promittit etiam, quod Deus negat delinquenti; si nemo potest consequi* p *veniã, nisi quantulamcumque, etsi minorem, quàm debeat, peccati soluerit pœnam si solis* q *sacerdotibus ligãdi* r*, soluendique potestas* s *à Deo tradita est si nullus veniam accipit, nisi ecclesiæ supplicationibus* t *ipsam impetrare cõtendat; Concluditur ergo, quòd nullus anté confessionem oris, & satisfactionem operis, peccati abolet culpam.*

Vide ¶ Vbi vero.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

4 *Anſl. ii. ca. 13.*

‖ Impœnitentia finalis capitur duobus modis.

Matt. 16.

† *al. frustrat*

a Supradicta breuiter comprehendas: & dic q. sex modis in spiritu sancto peccatur: duobus modis erga Deum. præsumptione, vt Origenes. desperatione, vt Iudas. ff. ea dist. 3. ecleration. Duobus erga proximum. Odio fraternæ cogitationis, & impugnationis agnitæ veritatis. 11. q. 3. nolite timere. Duobus erga seipsum: finali impœnitentia & pœnitere pœnituisse 17. q. 4. sunt qui. & adde quòd de hoc etiam not. ff. dist. 1. a. sciendum. Arch.

Vide ¶ Vbi vero.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

Voluisset.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod mali vellent semper viuere, vt semper in peccato manerent. vnde ad magnam pertinet iustitiam iudicantis vt perpetuo sint in suppliciis, qui in hac vita semper volunt esse in peccato.

k ¶ *Numquam.*] absidue enim peccantium non miseretur Deus, vt s. 93. di. diaconi. & venia impœnitenti, &c. 24. q. 2. legatur. & ideo semper obnoxij pœnæ, perſistent, vt ff. dist. 7. in fine.

EX HIS. Hæc est 4. pars dist. in qua probat per 36. aucto. quod si quis non confitetur, non saluatur: si petiit, sufficit confessio quæ fit primo Deo, deinde sacerdoti qui loco Dei iudicat. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gra. ex prælegatis eorum sententiam in vnum perstringens, quod peccatum nõ dimittitur sine oris cõfessione, & operis satisfactione. Postea per multas probationes & multa argumenta nititur idem probare, incipiens à peccato primi hominis, q. non nisi cõfessione est dimissum: & probatio Grat. protenditur vsque ad illum §. his auctoritatibus. Et non facit §. nisi, vsque ad §. illum, ex his omnibus. Quidam tamen faciunt ibi duo cap. s. *Puteus*, & *Introite*. vnde secundum quòd habent in libris suis, postea ponunt in gl. Sed certe non videtur quòd ibi debeant esse cap. etiam secundum Gra, & si aliquod est ibi, casus est planus. Idem etiam voluit Benedictus.

l ¶ *Ex his itaque.*] infert ex p̃missis auctoritatibus: vsq; ad §. deniq.

m ¶ *Si nemo.*] supra ea. dist. nemo potest.

n ¶ *Paradisum.*] supra ea. dist. ecce nunc tempus.

o ¶ *Frustratur.*] supra ea. dist. agite.

p ¶ *Consequi.*] supra ead. dist. cap. nullus.

q ¶ *Si solis.*] supra ea. dist. verbum.

r ¶ *Ligandi.*] idest, imponendi satisfactionem vel relaxandi.

s ¶ *Potestas.*] no. solis sacerdotibus potestatem ligandi traditam.

t ¶ *Supplicationibus.*] *supra ea. dist. multiplex.*

a ¶ *Denique.*

a ¶ *Denique.*] ab isto loco vsque ad cap. quamobrem. probat 22. auctoritatibus, scilicet peccata non dimitti sine oris confessione, auctoritates veteris testamenti inducit vsque ad §. in Euangelio. Ab illo §. in Euangelio vsque ad §. ex his. inducit auctoritates noui testamenti, & post ex omnibus concludit in §. ex his. & omnes illæ auctoritates intelliguntur cum quis cõfiteri contemnit.

b ¶ *Serpens.*] ideſt, diabolus, qui ſerpente vtebatur tamquam organo vel intellige ad litteram. Gen.3.

c ¶ *Confeſſionem.*] & quia in ſeipſo inuenit originem peccati.

d ¶ *Non reuocabatur.*] ‖ quia irreuocabile fuit peccatum eius, & impoſſibile eſt eum reuocare ad pœnitentiam, vt ȝ. diſt. 2. §. quod autem reprobi. verſic. impoſsibile. hominis autem peccatum fuit remediabile, & hoc duabus de cauſis: quia totum genus humanum perierat de peccato Adæ, ſed non tota angelica natura peccato diaboli. Item homo incitatorem habuit ad malũ: quod non habuit angelus: & ideo per aliũ iſte non debuit iuuari, ſicut nec ille p ſe potuit ſurgere. & ideo peccatũ diaboli fuit irremediabile, & non peccatum hominis. ‖ Peccatũ diaboli fuit irremediabile. ſed hominis remediabile.

e ¶ *Reges.*] Pharao a rex Aegypti, de quo habetur ȝ. 22. q. 2. c. vtilem. §. ecce quæ. & Abimelech b rex Gerare. de quo habetur 32. q. 4. nemo ſibi. & ȝ. 33. q. 1. ſi per ſortiarias. a Gen.12.cap. Gen. 12. & 26. b Gen.20.

f ¶ *Paſsiones.*] ideſt, delicta 15. q. 1. illa.

g ¶ *Orationibus.*] ſupra 33. q. 1. ſi per ſortiarias. Leuit.13 & 14.

h ¶ *Præcepit.*] in Leuitico.

i ¶ *Vt lepra.*] ideſt, aliqua macula. ‖ Sunt autem quattuor genera lepræ: in cute, in capillis, in domo, in veſte. In capillis lepra dicitur alopecia. fluẽtibus ſanie capillis, ſi in caluitio vel in alia parte capitis albus vel ruſſus color inuẽtus fuerit, plaga lepræ eſt. In cute lepra cognoſcitur, ſi in ea fuerit alba, i. pallida albedo, vel poſtulæ, & huiuſmodi leprę veſtis erat macula alba vel ruſſa. Similiter in domo dicebatur lepra talis macula, & macula in pariete pallore vel rubore deformis. & omnia iſta iudicabantur arbitrio ſacerdotis. ſi enim in homine lepra non erat perſpicua: recludebat eũ ſacerdos in domo ſua ſeptem diebus: q̃bus expletis ſi non creuerat lepra, iterum recludebat eum aliis ſeptẽ diebus. q̃ ſi nec tunc creuerat, mundũ eũ iudicabat: quia ſi ſcabies erat, lauabat homo veſtimenta ſua, & mundus erat. Cũ vero perſpicua erat lepra, ſeparabat. i. iudicabat immũdus ad arbitriũ ſacerdotis, & habebat homo veſtimenta ſua diſſuta, ideſt, facilia ad induendum vel exuendũ, vt ſic cognoſceretur: & caput raſum c, vt poſſet cognoſci: oſque veſte contectum, ne fœtorem loquendo diffunderet. & habitabat ſolus extra caſtra, ita vt à mortuo nihil differre videretur. Item ſi lepra veſtis erat perſpicua, conburebatur veſtis: ſi dubia, recludebatur ſeptem diebus, & recludebatur aliis vij. diebus: poſt quos ſi acerdos inueniebat creuiſſe lepram, rumpebat eam. Similiter oſtium domus leproſæ claudebatur vij. diebus: poſt quos ſi ſacerdos inueniſſet creuiſſe lepram, iubebat erui lapides leproſos, & proiici extra ciuitatem, & domum radi intus per circuitum, & pulueren raſuræ ſpargi extra ciuitatem in locum immundo, & alios lapides ſubſtitui in domo: & luto alio liniri domum. quod ſi iterum redierit macula, & perſeuerans lepra eſt, deſtruebatur domus, & ligna, & lapides, & puluis extra ciuitatem proiiciebantur in locum immundum. Leuit.13 & 14. Iona.3. † al. & ſalſificatur

k ¶ *In domo.*] non dicit hic de veſte. & de domo, quod ei ad litteram poſsit lepra ineſſe: ſed ſi domus. vel veſtis offerretur ab aliquo in miniſterium deputanda, antea ſacerdoti offerebatur. & ſi aliqua inerat macula, qua à miniſterio impediretur, ſacerdotis iudicio relinquebatur. Dan.4.

l ¶ *Separata.*] quo ad officiũ vel miniſterium.

m ¶ *Contaminaretur.*] domus, vel veſtis, vel cutis, id eſt, contaminata, vel immunda iudicaretur. † al. rationali i 5.17.q.4.minor. Dan.9.

n ¶ *A propheta.*] ſcilicet Nathan.

o ¶ *Achab.*] infra ead. diſt. 3. §. ecce Achab. In.11.

ADDITIO Et 50. diſ. cap. ſi poſt. §. contra. Io.11. Luc.17.

p ¶ *Innocentis.*] ſcilicet Nabutæ.

q ¶ *Et relinquat.*] ſcilicet nobis qui eum ſequimur, vel poſt comminationem à ſe datam.

r ¶ *In beſtialem.*] ſupra 17. q. 4. miror. Matt.9. Marc.2.

s ¶ *In Euangelio.*] hic transfert ſe ad auctoritates noui teſtamenti. Matt.9. Marc.2. Luc, 4.

t ¶ *Pœnitentiã.*] non remiſsionis: nam venientibus ad illud requirebatur pœnitentia: non autem in noſtro baptiſmate, quod remiſsionis eſt, vt ȝ. de conſe. diſt. 4. ſine pœnitentia. Matth. 8. Marc.1. Lu.5. Marc. 10. Lu.18.

v ¶ *Vel amicorum.*] hoc enim Deus amat, vt multi rogent. ſ. e. fleat.

x ¶ *Raboni.*] ideſt, magiſter. Matt.ȝ. Lu.17. Io.11.

y ¶ *Mortuos.*] ſcilicet, filium d archiſynagogi, filium viduæ, & Lazarum.

z ¶ *Quartum.*] vnde hoc Gratianus habuit, quem graui oris culpæ macula inficit, niſi confeſsione proprij oris, vel eccleſiæ interceſsione ſuffragante, ſanari non poterit. Hinc pœnitens a ille, qui prius tacendo peccata, flagellari meruerat, poſtea correptus dicebat, [*Quoniam tacui* b *: inueterauerunt oſſa* c *mea, dum clamarem* d *tota die.*] Hinc Chriſtus ex perſona membrorum ait [*Non abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.*] *Quod Auguſtinus exponit dicens* (*Puteus eſt humanæ iniquitatis profunditas, in quem ſi ceciderit, non claudet* e *ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſerit* f *os tuum: confitere ergo, & dic De profundis clamaui ad te Domine & euades. Claudet ſuper illum Dominus, qui in profundo* g *contemnit, à quo mortuo, velut ab eo, qui non ſit, perit confeſsio.* [*Hinc idẽ propheta ait* [*Introite portas eius in confeſsione.*] *Oſtendens ad portas miſericordiæ non niſi per confeſsionẽ peccati aliquem poſſe pertingere.* ¶ *Hinc etiam beatus Ioannes Baptiſta, & Saluator noſter exordium prædicationis ſuæ a pœnitentia ſumpſerunt, dicentes* [*Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum:*] *oſtendentes ad regna cælorum neminem poſſe pertingere; niſi primum per pœnitentiam Deo curauerit ſatisfacere. Hinc etiam in actibus Apoſtolorum legitur, quod credentes veniebant ad Apoſtolos, annuntiantes actus ſuos. Ex his omnibus facile monſtratur, ſine confeſsione nullam veniam poſſe promereri.* Matth.3. Vide canon. Iud. diſt. 14. q. 6. & canon. diſt. 19. Matth.9. Luc.19. Act.17. Pſal.99. Ioan.19. Pſal.31. Iſa.38. Hiere.3. a Dicit. cor. ca. Ioachim. b Iſa.57.10. Pſal.68. c Pſal.21. d Matth.27. Marc.15. Luc.23. Ioan.19. e Cant.2. f Matth.16. Luc.11. g Iona.2. Hinc Chriſtus ſuſcitauit in domo, i. in cogitatione, ſecundum H. ȝ. c. 5. e contra.

ignoramus: niſi dicatur hoc de Matthæo intelligi: cui cum Dominus diceret: Sequere me, reſpondit Domino: Pater meus mortuus eſt, volo eum ſepelire. & tunc Dominus ait, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

a ¶ *Pœnitens.*

a ¶ *Pœnitens.*] Dauid, vt ȝ. diſt. 3. ille rex.

b ¶ *Tacui.*] peccata.

c ¶ *Oſſa.*] virtutes, quibus anima ſubſtentatur, vt oſsibus corpus.

d ¶ *Dum clamarem.*] iactando me de meritis meis.

e ¶ *Non claudet.*] ideſt, non conſtringet te finaliter,

f ¶ *Non clauſeris os.*] non confitendo.

g ¶ *In profundo.*] vitiorum. vide peccator cũ a venerit in profundum vitiorum, contemnit.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Infert Grat. ex ſupradictis quòd ſine confeſsione nullus veniam meretur, & ad hoc inducit ſequentes auctoritates. Sequentia tria capitul. plana ſunt, ſcilicet *Sufficit &*, *non ſufficit. &* cap. *nouit.* Illud autem cap. quod poſtea ſequit, ſcilicet *aliud.* poſitum eſt ȝ. 11. q. 1. & ibi caſum inuenies. Ben. tamen ſic breuiter ponit hic caſum. Dicitur hic quod abſtinere debet à multis, qui vnum illicitum committit: & ita probatur, quòd ſatisfacere tenetur.

h ¶ *Pœnitẽtia.*] ¶ *Nõ negetur.*] nã quod diffidentia ætatis, &c. 32. q. 2. ancillam. & ȝ. ead. diſt. 7. nemo.

i ¶ *Vulnerata.*] delictis.

k ¶ *Non ſufficit.*] quo ad famam exteriorem, ſufficit enim quo ad Deum *, dummodo non contemnat.

l ¶ *Per pœnitentiæ.*] infra ea. diſt. ſi peccatum Dauid.

m ¶ *Contaminaretur.*] ſupra ea. diſt. ſi peccatum Dauid.

n ¶ *Nouit.*] ¶ *Sententiam.*] comminationis, vt 22. q. 4. incommutabilis. & in hoc ſimilis eſt prætori quoad interlocutoriam. ff. de re iud. quod iuſsit.

o ¶ *Aliud.*] ſupra 11. q. 1. aliud.

p ¶ *Repoſcere.*] ſupra 14. q. 1. quod debetur.

q ¶ *Propria.*] ff. de minor. ſi iudex.

r ¶ *Licent.*] hoc expoſui ȝ. 11. q. 1. aliud.

s ¶ *Expediunt.*] vt debitum repetere, vt ȝ. 14. q. 1. quod debetur. ‖ ſed non expedit eum ſcanda lo. Item temporalia accipere. 1. q. 1. iudices. Item omnibus cibis indifferenter vti licet. 11. q. 4. ad menſam. ſed non expedit, 28. q. 1. omnis. Item vxorem gentilem derelinquere licet. 28. q. 1. iam nunc. ſed nec expedit, vt ea. q. 1. ſic enim.

t ¶ *Peccator.*] ‖ ex hoc videtur quòd conſtitutus in mortali poſsit auctoritate ſua à communione ſacramentorum abſtinere, iuxta illud, Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, &c. & ideo laudatur mulier, quæ menſtrua patitur, ſi ex reuerentia abſtinet. ȝ. 5. diſt. ad eius. & arg. ȝ. de conſec. diſt. 2. quotidie. ſed contra ȝ. ea. diſt. ſunt q̃ arbitrantur. & in cap. facilius. & ȝ. ea. in actione. In cõtrariis iſtis dicitur, q̃ nemo auctoritate ſua, ſed ſacerdotis debet abſtinere à cõmunione altaris. Sed abſtinet q̃s peccati conſcius aliquando propter reuerentiam: quod commendatur, vt hic, & in ſimilibus. Aliquando propter ſatisfactionẽ delicti putans talem abſtinentiam prodeſſe etiam non iuſta ei aliqua pœnitentia à ſacerdote: quod inhibetur in contrariis. Sed & in illo caſu vbi ob reuerentiam abſtinetur, propter criminis conſcientiam, diſtinguo vt ſi ſcandalum ex eius abſtinentia oritur, compelli poteſt à prælato ſuo ad ſumendum Euchariſtiam, vel petendum: arg. ȝ. de conſe. diſt. 2. ſi quis intrat. & c. ſæculares. ſi vero nõ neſt ſcandalum, bene facit abſtinendo. ȝ. de conſe. diſt. 2. quotidie. hodie tamen videtur tolli iſta diſ. vt extra de pœni. & remiſ. omnis. ‖ Peccati confeſsi, an poſſit propria auctoritate à cõmunione abſtinere. 5 11. q. 1. aliud. Anſ. l. 11. cap. 141. † al. iuſta 1.Cor.6.

u ¶ *Remordet.*] ſecundum quod notaui. ȝ. 16. q. 1. monachi. 6 Sent 4. diſt. 17. † al. comedit Paſcha } ori. Malach. 3. Lu.12.

x ¶ *Eccleſiam.*] ideſt, vnitatem eccleſiæ per fidem & charitatem: nec enim intelligi poteſt de ingreſſu corporalis eccleſiæ. ‖ Nemo namque pro peccato aliquo abſtinendus eſt ab ingreſſu eccleſiæ: niſi ſit excommunicatus vel interdictus ex iuſta cauſa. ȝ. ea. q. 4. vir cum propria. 11. q. 3. excommunicatos. ‖ Eccleſiæ ingreſſusquibus eſt interdictus.

Sagamus.] Dicit Hieron. in hoc cap. q̃ ſicut Deus propter pœnitentiam reuocat ſententiam in contumaces latam: ita propter pœnitendi negligẽtiam pœnitendi, bona reuocat, quæ promiſit. & hoc probat exẽplis, ſ. Hieruſalem & Samariæ, ex quibus ciuitatibus quidam fuerunt à ſuppliciis liberati: alij vero bona quæ fecerũt perdiderunt. *Rurſum.* Verba ſunt Gratia. vſque ibi, *Promittit. Quorum.* ſcilicet habitatorum. Hierem.17.

y ¶ *Si agamus.*] CASVS. Dicit Hieronymus, quòd ſicut Deus propter pœnitẽtiam reuocat ſententiam etiam contra contumaces latã: ita propter pœnitendi negligentiam bona reuocat, quæ promiſit. & hoc probat exemplis Hieruſalem, & Samariæ, Nabuchodonoſor, & Ezechiæ. 6 Sent 4. diſt. 17. al. comedit Paſcha } ori. Malach. 3. Lu.12.

z ¶ *Rurſum.*] verba Gratiani.

2 ¶ *Eumdem.*] ſcilicet Amos, de quo locutus fuerat Hieronymus.

Quamobrem.

Quamobrem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Danielis interpretantis visionem Nabuchodonosor, & dicentis sibi: placeat tibi consilium meum: peccata tua eleemosynis redime, &c. In secunda ponuntur verba Hieronymi dicentis inutile videri consilium prophetæ. Ex quo enim prædixit sententiam in visione regis: qd valet consilium eius, cú sententia Dei mutari non possit? Qui ñdet dicens quòd sæpe sententiam comminationis reuocat Deus: sicut apparet exẽplo Ezechiæ regis, & Niniue ciuitatis. & licet rex admiserit consilium prophetæ, & sententia dilata fuerit: tamen fuit postea inflictæ: quia locutus fuit superbiam, dicens, Nonne hæc est Babylon magna, &c. Secunda pars ibi, *Si prædixit. Et Niniuitarum*, hoc est in Iona propheta. *Irreuerẽtiam*, ideſt, male, & contra reuerentiam & æquitatem. Quæ autem fuerit visio dicitur in apparatu, & in historiis dicetur.

4. Reg. 10. Esa. 38. Ionæ 3. ‖ Nabuchodonosor vidit sumnium.

a ¶ *Quamobrem.*] illud tangit, ‖ quod Nabuchodonosor vidit in somno arborẽ in medio terræ pertingentem vsque ad cælum, & sub ea habitabant animalia & bestiæ, & in ramis volucres, & ex ea vescebatur omnis caro: & ecce vigil & sanctus de cælo descendit, & ait, succidite arborem, & ramos & fructus eius, & fugient ex ea bestiæ & volucres: sed germen eius in terram finite: & cum feris sit pars eius, & ab humano commutetur cor eius: & septem tempora commutentur super eã: quod somnium Daniel interpretatus est, & ait: Tu es rex arbor ea quæ inualuisti, & potestas tua in terminis terræ, & audiuisti peruigilem altissimi sententiam super te: & ab hominibus eiicient te, & cum feris erit habitatio tua: fenum vt bos comedes. vij. tẽpora, ideſt, vij. anni mutabuntur super te, & relinquetur tibi semen vel germen radicis: quia regnum tuum restituetur tibi quamobrem audi consilium meum, Peccata tua eleemosynis redime: forsan ignoscet tibi Deus. Post annum autem deambulabat rex in aula sua, & superbe loquebatur dicens, Nonne est hæc Babylon, quam ego ædificaui in robore regni, & in gloria decoris mei? Adhuc erat sermo in ore eius, & ecce vox de cælo dicens, tibi dicitur Nabuchodonosor: regnum tuum transit à te, & cum feris habitabis septem temporibus donec scias quod dominetur altissimus vniuersis regnis hominum. & statim ex hominibus abiectus est, & vt bos fenum comedit, & rore cæli caput eius infectum est, &c. donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi vngues auium.

Dan. 4.

‖ Eleemosyna liberat à morte.

b ¶ *Eleemosynis.*] ‖ eleemosynæ namque à morte liberant peccatorẽ, qui per delicta subruerat, vt ℣. ea. dist. medecina. ℣. ea. dist. miror.

c ¶ *Redime.*] istud redime, ponitur priuatiue: quia proprie non est hęc redemptio. fi. ff. commo. si vt. §. vlt. ff. de leg. commiss. l. fundo. ff. quod vi aut clam. si vitem. §. 2.

d ¶ *Forsitan.*] ℣. dist. 86. non satis. dubitanter dixit: quia deesse potest contritio cordis. arg. ℣. ea. q. 2. admonere. & non valent eleemosynæ.

exemplari Gratiani. Nam in ceteris est quemadmodum in vulgatis, iuxta eumdem Hieronymum promittit prospera, si pœnitentiam egerimus. Quod si negligentia, &c.

Idem super Danielem, ad c. 4.

C. LXVIII.

QVamobrem a rex consilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis b redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan d ignoscet Deus delictis tuis.] ¶ Si prędixit sententiam Dei, quæ mutari non potest; quomodo hortatur ad eleemosynas, & misericordias pauperum, vt Dei sententia commutetur? Quod facile soluitur Ezechiæ regis exemplo (quem Esaias dixerat esse morituram f) & Niniuitarum, quibus dictum est [adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.] Et tamen ad preces Ezechiæ, & Niniuę, Dei sententia cõmutata a est, non vanitate iudicij, sed eorum conuersione, qui meruere indulgentiam. Alioquin h & in reuerentiam † i loquitur Deus se mala minari super gentem; & si bona fecerit, minas clementia commutare. Rursum bona agenti se asserit k pollicerì: et si male fecerit; dicit se suam mutare sententiam, non in homines, sed in opera, quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus, sed vitiis l irascitur: quæ cum in homine non fuerint; nequaquam punit quod mutatum est. Dicamus & aliter. Fecit quidem Nabuchodonosor iuxta Danielis consilium misericordias in pauperes: & idcirco vsque ad mensem duodecimum m in eum est dilata sententia. Sed quia postea ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit, [Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ędificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei?] bonum misericordiæ perdidit malo superbiæ. [forsitan ignoscet Deus delictis tuis.] Cum beatus Daniel præscius futurorum de sententia Dei dubitet o; rem temerariam faciunt, qui audacter p peccatoribus indulgentiam pollicentur. Et tamen sciendum, quòd si Nabuchodonosor bona opera facienti venia repromittitur; multo magis aliis promittitur, qui leuiora peccata commiserunt.

a ¶ Commutata est.] *Quæ sequuntur, vt etiam multa alia, emendata, & locupletata sunt ex originali, præter verbum*, reuerentiam, (*quod esse debet*, Hieremia,) *idque ob glossam.*

Idem.

C. LXIX.

VIde q benignum Dominum misericordiam cum seueritate miscentem r, & ipsius pœnæ modũ iusta, & clementi liberatione β pensantem. Non in perpetuũ tradidit pœnæ delinquentes; sed [quanto γ, inquit, tempore seruierunt Baalim, tanto seruiant Chusarsaton †: hoc est octo annis. Disce & hoc ô tu auditor, quisquis ille es, qui tibi conscius es alicuius erroris: & quanto tempore erraſſe te nosti, quanto tempore deliquisti; tanto s nihilominus v tempore humilia teipsum Deo, & satisfacito ei in confessione pœnitentiæ: non expectes, vt humiliet te Chusarsaton, & inuito necessitas extorqueat pœnitentiam: sed ipse prœueni tortoris istius duritiam †: quia si te ipse emendaueris, si te ipse correxeris; pius est Deus, & misericors, qui vindictam temperet ab eo, qui illam pœnitendo x præuenit. Sed illud consideremus; quia donec seruierunt chusarsaton ij, qui traditi fuerant pro delictis suis, & non clamauerunt ad Dominum; nemo fuscitatus est, qui saluare eos posset. Cum vero clamauerunt ad Dominum; tunc fuscitauit y Dominus Saluatorẽ Israel, & saluauit eos.

β ¶ Liberatione.] *Antea legebatur*, deliberatione, *Emendatum est ex homilia Origenis, quemadmodum & alia nonnulla.*

1 Origenes homilia 3. ad c. 3. Iudicium, & ibi glossa ordinaria.

† al. Chusarasathaim

q ¶ *Vide.*] ô tu auditor.

r ¶ *Miscentem.*] ℣. dist. 45. disciplina.

‖ Chusarsaton quid repræsentat.

s ¶ *Chusarsaton.*] ‖ quæ humiliatio eorum interpretatur in libro Iudicum. hic est diabolus, cui humiliandæ & affligendæ traduntur animæ, quæ Christi humilitate contempta in superbiam se extollunt. Chusarsaton iste fuit rex Syriæ & Mesopotamiæ: cui seruiuit Israel viij. annis, eo quòd præuaricatus est in præceptis Domini seruiendo idolis mortuo Iosue: quem liberauit Othoniel frater Calephin, in quo erat spiritus Domini, postquam populus clamauit ad Dominum tradito Chusarsaton in manus Othonielis in pugna quando pugnauit contra eum, vt legitur in lib. Iudicum 2. & 3.

t ¶ *Tanto.*] scilicet saltem, & non plus. 47. dist. omnes.

v ¶ *Nihilominus.*] ℣. dist. 3. productior. contra. sed ibi de peccato primi parentis tantum. Vel de pœna interiori: hic autem de exteriori.

x ¶ *Pœnitendo.*] ℣. ea. dist. voluissent. §. ex his. ver. quartum quoque.

‖ Othoniel fuit filius Senem.

y ¶ *Suscitauit.*] ‖ Othonielem, ideſt, filium Senem fratrem Cale h. minorem a cui Calcph. Axam filiam suam dederat in vxorem pro eo q dederat ei ciuitatem Cariathsepher, ideſt, ciuitatem litterarum. hic ergo Othoniel quasi saluator filiis Israel est missus, cum super eos est dux constitutus à Domino. interpretatur autem Othoniel tempus mihi Dei b, hoc est aliquis militiæ cælestis angelus, qui sibi tempus à Deo dispensatum accipiens mittitur in adiutorium eorum, qui hereditatem capiunt salutis. H.

Ecclesia Christi.] CASVS. Dicitur hic q peccator non est in ecclesia, quę non habet maculam neque rugam sicut olim habuit: qui vero vult esse in ecclesia, vadat ad medicum vt purgetur à macula, & fiat de ecclesia, quæ est corpus eius.

a ¶ *Maculam.*] hæresis, vel mortalis peccati. ℣. distin. 21. quamuis. ℣. proxim. causa. quæst. 4. recurrat.

b ¶ *Rugam.*] scilicet schismatis, vel venialis peccati.

c ¶ *De ecclesia.*] supra 23. q. 4. forte. contra. & ca, hæc autem vita. contra. Solu. Ecclesia quandoque large sumitur, vt granum & paleam complectatur, vt est in contrariis ℣. 32. q. 4. recurrat. Vel dic aliud esse de ecclesia, quod hic negatur de malis, aliud esse in ecclesia, quod in contrariis conceditur. Vel distingue. ‖ nam sunt quidam in ecclesia nomine & re, vt boni catholici, vt hic: quidam nec nomine nec re, vt præcisi. ℣. 23. q. 4. si quis à catholica. quidam nomine tantum, vt in contrariis: quidam re tantum, vt de consec. dist. 4. non dubito.

d ¶ *Et maculam.*] vnde propheta. In peccatis dimisi matrem vestram, vt j. 35. q. 1. c. vlti.

CASVS. Hic intitulatur 3. distinct. in qua quæritur an pœnitentia sit iteranda, & inducit G. super hoc opiniones varias, & discordantes auctoritates. & dicendum est quòd solennis secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum non est iteranda. §. eo. §. ex persona. publica vero vel priuata sicut pro diuersis delictis forte posset solennis pœnitentia iterari, vt §. ead. quamuis. & continuat Gratianus in hoc §. dicta dicendis. Casum autem huius §. cum sequenti cap. §. pœnitentia, per te videbis.

n ¶ *Hæc de charitate.*] continuat seipsum G. In 2. enim dist. hanc quæstionem, quam hic tractat, prælibauit: sed huius gratia aliam præmisit, an scilicet, charitas semel habita amitti possit, quam in præcedenti dist. tractauit; nunc autem ad propositũ suum reuertitur, & dicit, *Hæc quæ*, &c. Hic incipit 3. dist. in qua tractatur an pœnitentia sit iteranda, an non. & quòd sit iteranda, multis auctoritatibus & exemplis probatur. ‖ Dicimus ergo quod iteranda est, i. iterum puniendus est §. ea. septies. vbi autem dicitur quòd pœnitentia non est iteranda, dicimus quòd de solemni est intelligendum: quæ cum sit sacramentum nõ debet iterari. ar. 1. qu. 1. quod quidam. secundum consuetudinem maxime quarundam ecclesiarum, & hoc super eodem crimine. super diuersis autem credit G. solennẽ iterari posse. arg. §. e. dist. quãuis. hãc quæstionem sic tractat G. primo ponit opinionem illorum, qui dicunt quòd pœnitentia non est iteranda, quia eam non sequitur mortale peccatum. si enim eam sequitur mortale peccatum, illa pœnitentia vera non fuit: nec veniam obtinuit. & ad hoc multas auctoritates inducit vsq; ad §. sed verba. & incipit ibi soluere prædictas auctoritates, postea ab illo §. quòd autem. probat auctoritatibus, & exemplis, quòd pœnitentia sæpe iteratur. post inserit quæ sit vera, & quæ sit falsa pœnitentia, qua occasione subiungit an pœnitentia sit danda an neganda ei qui vult agere pœnitentiam devno peccato, & remanere in aliis.

‖ Pœnitentia est iteranda.

o ¶ *Vera pœnitentia.*] hoc falsum est: quia si ex charitate pœnituit, vera fuit, & saluaretur si tunc decederet dum sic pœnitebat: auctoritates autem, quæ in contrarium inducuntur, non ad diuersa tempora, sed ad idem sunt referenda, vt infra ead. cap. incassum. §. sed verba. vt, scilicet eo tempore quo pœnitet, habeat propositum non committendi de cætero.

a Pœni ten

Pœnitentia debet esse cum fructu.

2 *Pœnitentia est.*] id est, gratia, ‖ quæ vere pœnitenti infusa est, facit eum præterita plangere, & eum munit, vt caueat ne committat quæ fleuit. & quod hic traditur, potius est effectus pœnitentiæ, quàm diffinitio.

b ¶ *Non committere.*] id est, non committendi propositum habere.

REperiuntur.] CASVS. In hoc cap. reprehẽdit Ambr. quosdam, qui solennem pœnitentiam sæpius agendam putant. isti enim spiritualiter fornicantur separando se à Christo. Nã si veram pœnitentiam agerent, nũquam iterandam putarent: cum sicut vnum est baptisma, ita vna est pœnitentia. In fine dicit Ambrosius, quòd plures inuenit qui innocentiã seruauerunt, quàm qui veram egerunt pœnitentiam. sequens capater, Sequens autẽ capi. quod postea sequitur, scilicet pœnitentia. patet. similiter, in quo describitur quid sit pœnitentia, quid sit pœnitere, quid pœna.

Quod ex definitione ipsius pœnitentiæ, & multorum auctoritatibus probare contendunt. Vt enim Ambrosius ait in quodam sermone Quadragesimæ [1].

C. I.

2 POenitẽtia est [a] & mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere [b].

Idem in libro 2. de vnica pœnitentia, cap. 10.

C. II.

3 REperiuntur [α], qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur [β] in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam; iterandam postea non putarent [γ]: quia sicut vnum baptisma, ita [δ] & vnica [ε] pœnitentia. Verum præteriti semper nos debet pœnitere peccati: sed hoc delictorum [ζ] leuiorum. At ego [η] facilius [θ] inueni, qui innocentiam seruauerint, quã qui congrue [ι] egerint pœnitentiam.

c ¶ *Pœnitentiam.*] solennem. Vel quod hic dicitur, intelligas de pœnitentia exteriori: id est, satisfactione. nam quidam putant sufficere ad deletionem peccati, si quoties peccant, pœnitentiam sibi iniunctam siue satisfactionem agãt, licet in voluntate peccãdi persistant, infra ead. fane cauendum. & hoc innuit illud ibi, iterandam,

d ¶ *Quid luxuriãtur.*] id est, fornicantur spiritualiter separando se à Christo.

e ¶ *Non putarent.*] id est, non præsumerent illud agere vnde oporteret eos deinceps pœnitere. & secundum hunc intellectum sic intelligẽdum est illud quod sequitur: sicut vnum baptisma sufficit ad deletionẽ peccati, sic & vna pœnitentia. huic tamen intellectui repugnat §. glo. H. scilicet semper §. ead.

f ¶ *Ita.*] supra dist. 50. cap. si quis post. §. poteſt. & aliter §. ead. dist. cap. intantum. §. siue autem. & c. in salicibus.

g ¶ *Vnica.*] id est, irreiterabilis.

h ¶ *Semper nos debet.*] id est, semper vere pœnitere. sed de mortalibus raro contingit. Vnde addit: at ego, & c. quasi dicat, ita de facto contingit sæpe, scilicet quòd quis habet pœnitentiam de minoribus & compunctionem, sed de maioribus non. Vel melius (quod innuit hic) distinguo, vt scilicet pœnitentia pro leuioribus mortalibus tantum peccatis iniuncta possit iterari: quia non iniungitur pœnitentia solennis nisi pro grauissimis. 26. q. 6. cap. vltim.

i ¶ *Delictorum.*] tamen mortalium.

k ¶ *At ego.*] §. dist. 1. §. alij econtra. cap. sunt qui arbitrantur.

l ¶ *Facilius.*] mirum est quare hoc dicat, cum multi inueniantur in fine pœnitentes resplenduisse, &c. §. 1. q. 7. si quis omnem. & pauci inueniatur ante finẽ fine mortali peccato. argu. §. 50. dist. quia tua. sed quod dicitur hic. intelligitur de integritate carnis, scilicet virginitate, q. d. facilius inuenio qui seruet virginitatem, quàm qui post corruptionem carnis seruet continentiam. Nam tunc facilius cadet, vt §. dist. 1. §. alij econtra. cap. sunt qui arbitrantur. vnde & sacramento quandoque, &c. vt 35. quæstio 6. ab isto. ‖ Vel hoc potest intelligi de pœnitentia perfectissima, quæ non solum delet peccata, sed etiam peccandi affectionem. quam nunc habere difficillimum est.

m ¶ *Congrue.*] nam pœnitentem oportet vitam mutare, ‖ quod summe difficile est: quia dixit lex, quòd non facilis est mutatio vitæ, sed cum magno laborare animi fit, vt in auth. de mona. §. hinc autem. coll. 1. argu. §. ead. fane cauendum.

n *Satisfactio pœnitentiæ.*] §. ead. dist. §. illud autem Gregorij. ver. satisfactio.

Item in libro de vera & falsa pœnitentia, cap. 8.

C. III.

5 POenitentia est quædam dolentis vindicta [o], puniens in se quod dolet commisisse. *& infra. c.* 19. ¶ Continue dolendum est de peccato: quod declarat ipsa dictionis virtus [p]. Pœnitere enim est pœnã tenere [q]: vt semper puniat [r] in se vlciscendo, quod cõmisit peccando. Pœna enim proprie dicitur læsio, quæ punit, & vindicat quod quisque commisit. Ille igitur pœnam tenet, qui semper punit quod commisisse dolet.

6 *Pœnitẽtia itaque est vindicta semper puniens in se quod dolet cõmisisse.*

In eodem libro, cap. 13.

C. IV.

SI Apostolus [s] etiam peccata per baptismum dimissa [t] continue plorat [u]; nobis etiam super fundamentum [a] Apostolorum positis quid prætet plorare restat? quid, nisi semper dolere in vita? Vbi enim dolor finitur [b]; deficit [c] & pœnitentia. Si autẽ pœnitentia finitur; quid relíquitur de venia [d]? Tamdiu enim gaudeat, & speret de gratia [e], quamdiu subsistentatur à pœnitentia. Dixit enim Dominus [Vade, & amplius iam noli peccare.] Non dixit, nec pecces; sed, nec voluntas peccandi in te oriatur [f]. Quod quomodo seruabitur; nisi dolor cõtinue in pœnitentia custodiat? Hinc semper doleat, & de dolore gaudeat; & de doloris pœnitẽtia, si contigerit [g], semper doleat: & non satis: quòd doleat

o ¶ *Causas.*] ‖ id est vitiorum radicem. non enim sufficit ramos incidere, vt §. dist. 2. ficta. §. ex præmissis. Vel, causas, id est, opportunitates, vel occasiones peccandi, vt 81. dist. valet.

p *Pœnitentia est.*] *Vindicta.*] hic est quædam assignatio illius pœnitentiæ, quæ dicitur operis satisfactio. & intelligitur de perfecta pœnitentia, vt §. ea. cap. quamuis. §. hac auctoritate.

q *Puniens in se*] arg. ‖ expressum, quòd quis non potest ieiunare per alium: licet contrarium dixerit Hug. §. 82. distin. presbyter. sed quidquid sit de aliis, videtur quòd per filium bene possit quis ieiunare: quia eadẽ persona censetur, vt 35. quæst. 3. §. hac auctoritate. & magis terrentur patres in filiis quàm in se ipsis. ff. quod met. cau. l. isti quidem. §. vlt.

r *Virtus.*] id est, significatio & interpretatio.

s ¶ *Pœnam tenere.*] alludit etymologiæ vocabuli. vnde Bernardus Clareuallis dixit super illum locum Gene. ‖ Pœnitet me fecisse hominem super terram: idem est ac si diceret, pœna tenebit me pro peccatis hominum, tenebit inquam me, cum venero super terram.

t ¶ *Puniat.*] habitu, nõ actu. argum. §. distin. 31. si laicus. Argum. contra. §. cap. proxi.

SI *Apostolus.*] CASVS. Probat Aug. in hoc c. quòd homo debet cõtinue de peccatis pœnitere, & dolere exemplo Apostoli, qui peccata per baptismum dimissa continue deplorat. nam tãdiu debet homo de gratia Dei sperare quamdiu à pœnitentia substentatur, dicente Domino: Vade, & amplius noli peccare. semper ergo doleat, & etiam gaudeat de dolore.

v ¶ *Si Apostolus.*] §. 32. quæst. 5. si Paulus.

‖ Peccati occasiones sunt fugiendæ.

‖ Ieiunare per aliam vtrum aliquis possit? 5 Sent. 4. dist. 24.

Ioan. 8.

Rom. 6.

x ¶ *Peccata.*] originalia.

y ¶ *Dimissa.*] si dimissa, quare plorat? quia non est facta plena innouatio. de consec. dist. 4. cap. 2. & ideo timet cadere. & indignum est eum qui nondum stabilem [a], C. de testa. mili. l. vlt.

z ¶ *Plorat.*] argu. contra §. de consec. dist. 4. fine pœnitentia. Argum. contra §. dist. 1. tres autem sunt actiones. Sed illa non prohibet quin dolendum sit super peccatis iam dimissis, sed quòd iam pro illis non est pœnitentia iniungenda.

a ¶ *Super fundamentum.*] id est fidem.

b ¶ *Finitur.*] id est, deficit: quod tunc fit cum memoria peccati habetur, & de peccato non doletur.

c ¶ *Deficit.*] id est, inutilis est, vel efficitur inutilis. id est, per ipsam pœnitens ad vitam non perducitur. ex quo enim non laborat: fructum non debet percipere. 16. q. 1. generaliter.

d ¶ *Pœnitentia.*] quæ præcessit.

e ¶ *De venia.*] id est, de vitæ munditia, & spe æternæ beatitudinis, quam cũ venia affectus fuerat, q. d. ita reus cõstituitur per consequẽs peccatum, sicut erat prius. sic exponit Grat. §. ead. §. hac auctoritate.

f ¶ *De venia.*] non tamen intelligas, quòd peccata redeant prius dimissa: sed quia ita intrabit gehẽnam ac si nullum peccatum esset dimissum. hoc secundum quosdam: ‖ secus secundum alios, qui dicunt peccata iam dimissa redire, vt hæc tradantur §. ead. §. hac auctoritate.

‖ Delicta iam dimissa an redeant.

g ¶ *De gratia.*] factæ promissionis.

h ¶ *Oriatur.*] sed si præcepit, nonne sic præcepit impossibile: quia quod non erat in eius potestate? Argu. §. dist. 2. c. si sermo. §. econtrario. & c. sciendũ. Sed expone, voluntas in te non oriatur, id est, in te orta ad effectum non perducatur.

i ¶ *Si contigerit.*] §. 17. quæst. 4. sunt qui opes. §. 15. q. 8. hi qui. §. ead. dist. cap. in tantum. §. siue autem. & c. in salicibus.

a In suo officio gaudet eo priuilegioquo gaudet qui est stabilis. Arch.

a ¶ *In æstiuum.*] id est, in homilia, quæ æstiuum incipit.

Oenitentiam.] CASVS. Dicit hic primo Gregorius, quòd digne pœnitentiam agere non possumus, nisi modum pœnitentiæ cognoscamus. secundo dicit quid sit pœnitentiam agere. Tertio dicit quòd qui sic pœnitentiam committat: non dicitur vere pœnitere. Gregorius in æstiuum tempus, id est, homilia quæ incipit, æstiuum tempus.

5 Sic incipit homilia 34. *Æstiuo tempus*

b ¶ *Plangere.*] id est, plangendo de præteritis malis dolere. Vel satisfactione satisfacere, secundum præceptū ecclesiæ.

2 Sup. ea. pœnitentia est.

c ¶ *Non perpetrare.*] id est, in nullo mortali perseuerare, vel propositum perpetrandi nō habere.

d ¶ *Committat.*] id est, propositum committendi habeat.

e ¶ *Dissimulat.*] id est, non vere pœnitet.

f ¶ *Quid enim prodest?*] quo ad vitam æternam. ℣. ead. distin. sunt plures. Nam aliàs bene valet occasionaliter. ℣. ead. distinct. cap. nihil. & cap. pium.

† *Si autem dicunt* } orig.

SVNT QVI CASVS. Quidam dicebant modicum tēpus sufficere ad pœnitētiam, vt possint postea ad peccata redire: qui reprehendūtur auctoritate Petri in epistola secunda dicentis: Canis reuersus ad vomitum, &c. In fine dicit quid sit agere pœnitentiam.

2. Pet. 2.

g ¶ *Qui ait.*] ℣. ead. septies. 5. dist. 50. ij qui.

† *al. sferre*] or. † *al. sed iterū*] orig.

h ¶ *Virtus.*] id est, effectus pœnitentiæ.

PRoductior.] CASVS. Ostēdit Greg. per multas causas, quæ in cap. exprimūtur, quòd productior debet esse pœna quàm culpa, & ita cū semper debeat pœnitere, non iterabitur pœnitentia. Sequentia duo cap. plana sunt, scilicet perfecta. 8. & ille.

3 Facit ad hoc Beda lib. quæ. q. 10.

i ¶ *Productior.*] supra distin. 90. si quis monachus. argu. 5. ea. dist. 1. vide de benigū. contra. ‖ Ibidem innuitur quòd quādiu videtur durare peccatum, durare debet a. pœnitētia. Sed dic quòd non dicitur ibi, q pœnitentia non debeat esse productior peccato, sed innuitur ibi quòd si longa fuerit culpa, longa pœnitentia debet esse. nō enim erit æquum vt pro vnius horæ fornicatione non maior iniungeretur ei pœnitentia. sed quod hic dicitur, retorquatur ad interiorem pœnitentiam: quia quandocumque reduco peccatum ad memoriam, debeo inde dolere. ℣. ea. Iudas. & hoc intellige de pœna siue de pœnalitate, quam subsūmus pro peccato primi hominis: quia illa est productior. argu. 5. dist. 1. sicut primi.

‖ Pœnitentia fit longa, si lōga fuerit culpa.

a Ad idem 98. d. c. omnes.

4 Supra dist. 1. perfecta.

k ¶ *Ad demonstrationem.*] id est, ad custodiam humilitatis, vt in Psalmo. 23. quæst. 4. displicet.

l ¶ *Miseriæ.*] in quā venit ex peccato 5. dist. 5. ad eius vero. versus finē.

m ¶ *Ad emendationem.*] i. ad purgationem delicti, vt in paralytico.

n ¶ *Ad exercitationem.*] 5. ead. dist. 1. sicut primi.

o ¶ *Necessariæ patientiæ.*] ad vitam æternam.

p ¶ *Detinet.*] ‖ pœnam ad gloriam Dei manifestandam, vt in cæco nato. 5. dist. 1. ex his. & ad iudicium futuræ damnationis, vt in Herode. 5. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & ad cautelam sui & aliorum, vt in Paulo. & vt studiosius illa vita quæratur, quæ erit ab omnibus pœnis aliena, & vt sit fideli certandi materia, & occasio vincendi qui non vinceret, si non pugnaret. 5. dist. 6. c. sed pensandum.

¶ Pœna quare infligitur à Deo.

q ¶ *Ira Dei.*] supra. 11. quæst. 3. cap. episcopus. §. si ergo iniuste.

r ¶ *Perturbatio.*] ecce quid sit ira hominis, & quid ira Dei.

5 Isidorus de sum. bono, lib. 2. cap. 13.

s ¶ *Perfecta pœnitentia.*] ¶ *Omnia.*] iniuncta à sacerdote.

Oenitentes.] CASVS. In hoc c. dicitur qui dicātur vere pœnitentes, & qui nō. *Si tamen estis pœnitentes.* cū effectu. *Cum Catena.* i. mandato ecclesiæ *Impositurā.* deceptionē. Sequentia tria c. plana sunt, irrisor. lauamini. inanis. in quibus nihil aliud dicitur, nisi qui dicātur vere pœnitētes, & qui non. *Qui adhuc agit.* id est, habet voluntatem agendi. *Illud quod pœnitet.* id est, de peccato quo pœnitet. *Subsannare.* id est, naso torto deridere. Sequentia duo cap. scilicet, qui admissa. & qui admissa. patent. *Admissa.* scilicet peccata. *Nec desinūt cōsiderare.* id est, peccare similia. Tria sequētia capitula manifesta sunt, scilicet lauamini. baptizatur. & incassum.

6 Sent. 4. dist. 15.

Matth. 16.

t ¶ *Cum Catena.*] supra dist. 1. agite. argu. contra supra dist. 1. facilius.

t ¶ *Catena.*] id est, in catena, id est, cum mandato ecclesiæ, scilicet secundum quòd ecclesia nos liganit. Et est fi. 2. q. 1. iudices.

7 Sent. 4. dist. 14.

v ¶ *Facere impostūrā.*] id est, ei falsum imponere, quòd scilicet iniuste ligaris ab ipso. Deus enim neminem iniuste ligat. 11. quæst. 3. episcopus. §. si ergo iniuste. ‖ Impostor autem dicitur, qui falsum aliquid alicui imponit. ff. de ædil. edic. l. ob quæ vitia. §. 1.

‖ Impostor q dicitur.

x ¶ *Agis.*] actu, vel voluntate.

y ¶ *Rvisor.*] ¶ *Subsannare.*] id est, naso torto deridere.

z ¶ *Inconstantia.*] nota inconstantiam reprobari. ff. de procu. in causæ. ff. de offic. præ. obseruantium. Arg. contra. ff. de col. bo. nonnumquam.

Esa. 1.

a ¶ *Vsu.*] cum præueniuntur à tentatione. ℣. dist. 5. cap. 1.

b ¶ *Ea.*] id est, similia.

c ¶ *Esaias.*] adhuc est de cap. Isidori, quod sequitur.

d ¶ *Lauamini.*] baptismo, vel pœnitentia.

e ¶ *Mundus.*] interius.

f ¶ *Lauatur.*] id est, exterius.

f ¶ *Lauatur.*] id est, illa munditia non est ei ad salutem: quia est momentanea, non perseuerans. Vel non est mundus ex toto, sed ad tempus, vel in parte.

2 ¶ *Quæ*

a ¶ *Quæ fleuerat.*] 5. 15. quæst. 8. ij qui.

Gibelinus de Solduga

b ¶ *Soliloquiorum.*] ‖ id est, psalmorum, qui sunt excellentiora de Christo eloquia.

c ¶ *Nanis.*] id est, insufficiens ad vitam æternam obtinendam. Vel carens fructu illius pœnitentiæ, quam non sequitur culpa: cuius fructus est vitatio gehēnæ, & adeptio gloriæ.

Oziasi. 5.

d ¶ *Tardius.*] arg. contra. ‖ *Vulnus Achilleio. quod quondam fecerat hosti: Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.*

e ¶ *Frequenter.*] supra dist. 39. diaconi sunt. cōtra. Sed hoc aduerbium, vix, soluit cōtrarietatē a.

1 Sent. ibidē.

Videlicet quòd aduerbia posita in præsenti. 5. dist. 1. absolute, soluit contra. nā hic dicit frequenter negandū P.

f *Vi deseruit.*] peccare. Vel quia redeunt ad illa vel ad alia.

g ¶ *Ad sordes.*] quasi hoc inde sequitur: & ita, vt tenetur cōsecutiuè vt 1. q. 1. quisquis. in fin.

Esa.

B*Aptizatur.*] hæc verba, quæ hic ponit Gregorius inueniūtur in libro Iesu filij Sirach, qui dicitur Ecclesiasticus.

h ¶ *Baptizatur.*] id est, absoluitur & mundatur. de consecr. dist. 4. nec quemquam.

i ¶ *A mortuo.*] id est, à mortalibus peccatis. hi storia. Tangitur hic illud veteris testamenti, q

‖ Mortui tanquam ex sex dicbus mundus.

‖ si quis tāgebat cadauer hominis mortui, erat immundus septem diebus: postea aspergebatur die tertio aqua aspersionis, & sic mundabatur.

Num. ibidē. & Lat. cap. ij

i ¶ *A mortuo.*] id est, à contactu mortui. Tangitur quod fiebat in veteri testamento, quòd si quis tangebat ossa vel corpus mortui hominis, immundus erat septem diebus, postea aspergebatur aqua aspersionis die tertio & septimo, & sic mundabatur, sicut hic tangitur, & exponitur de conse. dist. 4. nec quēquā.

Ecclī. 34.

k ¶ *Inassum.*] ¶ *Deseratur.*] finaliter. arg. ℣. dist. 4. inter mittentes. §. filiis.

l ¶ *Frustra.*] quia indecens est priꝰ soluere, &c. extra de renun. litteras. Arg. cōtra C. de iis qui. vt indig. l. fi. Nā & testamentum imperfectū nullū est, institu. quibus modis testa. infr. §. penultimo.

SED VERBA Hæc est secūda pars dist. in qua soluit (& bene) dicens quòd auctoritates ita sunt intelligendæ vt tempore confessionis nō habeant propositum pec candi. Ioan. de Fan.

CASVS. Inductis auctoritatibus, quæ videntur innuere quòd illa pœnitentia, quam sequitur mortalis culpa, non fuerit vera: incipit nunc respondere, & illas soluere. Et primo soluit primam. Vel illud quod dicitur ibi, pœnitentiam agere digne: dicens quòd verba diffinitionis ad idem tempus & non ad diuersa referuntur, scilicet vt eo tempore quo pœnitet, non habeat propositum amplius peccandi. Et ad hoc inducit sequentia cap.

m ¶ *Sed verba.*] Hic incipit soluere auctoritates, quæ videntur dicere illam pœnitentiam non fuisse veram, quam sequitur mortalis culpa, & respicit hic primo illud c. pœnitentiam quippe agere.

Inuenies vel sic dicitur.

n ¶ *Non committat.*] id est, non committendi propositum habeat: ‖ qui ergo à malis sic mentem reuocat, vt commissa plangat, & plangenda committere non velit, nec satisfacere negligat, vere pœnitet: licet postea forte casu vel infirmitate peccet, non ex proposito.

o ¶ *Committat.*] opere, vel voluntate.

p ¶ *Enchiridio.*] ‖ id est, in libro manuali. & dicitur ab en, quod est in, & chir chiros, quod est manus, id est, liber manualis.

‖ Enchiridion est liber manualis.

qui plangit quæ gessit, nec tamen deserit; sed post lacrymas ea, quæ fleuerat a, repetit.

Idem in moralibus libro primo, c. vltimo.

C. XII.

INanis c est pœnitentia, quam sequēs culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardius d: frequenter e peccans, & lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuo iterare. Persiste ergo in confessione: esto in pœnitentia fortiter confirmatus: vitam bonam, quam accepisti, tenere non desinas: propositum bonæ vitæ conserua iugiter.

¶ *Caput hoc non est inuentum apud B. Augustinum: habentur tamen apud Isidorum (quem citat magister) pene eadem in dialogo, siue synonymis, non longe ante cap. de castitate.*

Item Gregorius in pastorali, par. 3. admonitione. 31.

C. XIII.

2 QVi admissa plangunt, nec tamen deserūt f, considerare solicite sciant; quia flendo, inaniter se mundant, qui viuendo se nequiter inquinant, cum idcirco se lacrymis lauant, vt mundi ad sordes g redeant.

Idem ibidem.

C. XIIII.

QVi admissa † plangit, nec tamen deserit; pene grauiori culpæ se subijcit: quia † ipsam, quam flendo impetrare potuit veniam, contemnit.

Idem ibidem.

C. XV.

LAuamini, mundi estote.] Post lauacrum enim mundus esse negligit, quisquis post lacrymas vitæ innocentiā nō custodit. Lauantur ergo, & nequaquā mundi sunt, qui commissa flere non desinunt; sed rursus flenda committunt.

Idem ibidem.

C. XVI.

BAptizatur h quippe à mortuo i, qui mundatur fletibus à peccato: sed post baptisma mortuum tangit, qui culpam post lacrymas repetit.

Idem in moralibus libro primo, c. vltimo.

C. XVII.

INcassum quippe bonum agitur, si ante terminum vitæ deseratur k: quia & frustra l velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit.

2 4 *Sed verba m diffinitionis non ad diuersa tempora, sed ad idem tempus referuntur: videlicet, vt tempore, quo deflet mala, quæ commisit, non committat n quod adhuc eum flere oporteat. Quod ex sequentibus verbis eiusdem auctoritatis datur intelligi; dum dicitur,* [*Nam qui sic alia deplorat, vt tamen alia committat o; adhuc pœnitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat.*] *Hinc Augustinus in Enchiridio* P *, cap. 70.*

4 Sent. ibidē. 3. c. pœnitentia.

C. XVIII.

5 SAne cauendum est, ne quisquam existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda: & per eleemosynas de peccatis præteritis q est propitiandus r Deus; non ad hoc emendus s quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentū peccandi: quamuis miserando deleat iam facta peccata; si non satisfactio congrua negligatur.

Idem ibidem, cap. 76.

C. XIX.

6 QVi vult eleemosynam ordinate dare; à seipso t debet incipere v, & eam sibi primū dare. Est enim eleemosyna x opus misericordiæ: verissimeque dictū est, y [Miserere animæ tuæ placens Deo.] Propter hoc renascimur vt Deo placeamus z.

Idem ibidem, cap. 71.

¶ *Antea caput hoc citabatur ex Ioanne Chrysostomo. Restitutum est B. Augustino: quem citant Magister, & Iuo, & concilium Toletanum 4. cap. 9.*

SAne cauendum.] CASVS. Quidam erant, qui quotidie peccare mortaliter non vitabant credentes quòd per eleemosynas possent ea peccata redimere. sed errabant, cum quotidie sit Deus rogādus de præteritis peccatis, & non emendus, vt occasione eleemosynæ credat quis impune posse peccare. Nam nulli dat Deus licentiam peccādi, quamuis Deus deleat facta peccata, si satisfactio congrua non negligatur. *Vt ea*, scilicet mala.

4 Sent. ibidē. 3. c. pœnitentia.

q ¶ *De peccatis præteritis.*] Vide quod legitur & not. 97. distin. cap. 1. versi. ipsa vero. in glo. fic intelligitur. & c. Arch.

r ¶ *Propitiandus.*] id est, placandus.

s ¶ *Emendus.*] id est, non demus ei eleemosynas in pretiū vt maneamus licite in peccato: aliàs dicit cap. eleemosynis peccata tua redime. 5. dist. 1. medicina. ℣. eod. cap. adhuc instant. 1. q. 7. exigunt. Remissio enim peccati non dat licentiam delinquendi. ‖ Peccata enim publice puniri interest. extra de collu. cap. 2. Sed tamen nō debemus temere ad pœnas prosilire. argum. C. de pœ. si operis.

5. Sēt. ibidem. Iuo p. 17. c. 12.

‖ Peccata publice puniri interest.

Qui vult ordinate.] CASVS. Dicitur hic, quòd qui vult ordinate eleemosynam dare, primo debet incipere à seipso, scilicet vt se prius corrigat & pœniteat, & satisfaciat de peccatis suis: & tunc datur eleemosyna ordinate. & hoc probatur per diffinitionem eleemosynæ.

6 Iuo p. 17. c. 129.

t ¶ *Seipso.*] vt 5. 23. q. 5. si non licet. C. de ser. præses. Nec tenetur aliqua actione, qui propter suas conseruandas, alienas merces proijcit. ff. de præscrip. verb. qui seruandarum. in prin.

Eccl. 30.

v ¶ *Incipere.*] vt habeat cor contritum, & dimittat ei à quo læsus est.

x ¶ *Eleemosyna.*] ‖ dicitur ab eli, quod est Deꝰ, & moys, quod est aqua: quia ita extinguit peccatum sicut aqua extinguit ignem. dist. 45. tria.

‖ Eleemosyna vade dicatur.

y ¶ *Dictum est.*] in libro Iesu filij Sirach, à Salomone.

z ¶ *Vt Deo placeamus.*] non ergo se fallant qui per largas eleemosynas fructus vel pecuniæ se existimant impunitatem emere: quia, qui diligit iniquitatem, odit animam suam: & qui odit animam suam, non est ei Deus misericors, sed crudelis. si igitur vult ei dare eleemosynam, per quam sit munda, odiat eam secundum. sæculum, & diligat eam secundum Deum. hac eleemosyna, quam sibi homo primum debet, mundantur interiora: ‖ ergo eleemosyna pecuniæ, quam quis facit manens in mortali peccato, non proprie dicitur eleemosyna: quia inordinate fit dum à se non incipit, & dum sibi crudelis existit, non placet Deo. H.

‖ Eleemosyna in peccato facta nō est proprie eleemosyna.

De quotidianis.] CASVS. Dicitur hic quòd leuia peccata sine quibus vita præsens non ducitur: oratione Dominica, scilicet Pater noster, delentur. & sicut veraciter dicitur, dimitte nobis debita nostra: ita & nos dicamus veraciter; sicut, &c. & hæc est eleemosynæ species. Sequens cap. nihil.patet.

a ¶ *Breuioribus.*]ratione temporis vocat breuia.nam si durant, transeunt in mortalia * 25. dist. c. vnum. §.criminis.

b ¶ *Quotidiana*]supra ead. dist.inct. 1. tres sunt actiones.

c ¶ *Oratio.*]ꝯ.ead.dist. 6.qui vult.

d ¶ *Satisfacit.*] ꝯ. de consec.dist.3.aquam.

e ¶ *Pater noster.*] quia nō imponitur maior pœnitētia pro veniali quàm vt dicatur, Pater noster. vnde dicit cap. quòd sufficit perfecta contritio, vel confessio cordis. supra dist.1.cap.vlt.

f ¶ *Taliter.*] quòd sint filij Dei, & ita veraciter possunt dicere, Pater noster: in quibus non est mortale aliquid.

g ¶ *Peccata delet.*]nō quòd peccata mortalia primo commissa ea omnino dimittat, sed quia pœnitentiam pro mortali iniunctā releuat. Delet ergo mortalia quo ad pœnam, non quo ad essentiam,sed venialia quo ad vtrumque:sic & aqua benedicta. de cōse.dist.3. aquā sale conspersam a.

h ¶ *Dimitte.*] C. de nup.ꝑ.perialis versus prin.

i ¶ *Quod dicitur.*] scilicet dimittimus. argum. de consecra. distinct. 2. reuera.in fine. supra dist. 23. psalmista. & distinct. 56. Dominus.

k ¶ *Nihil.*] infra de consecra.dist. 5. nihil. & c. non mediocriter. supra dist.86.quid prodest.

l ¶ *Prodest.*] ad vitam æternam. prodest tamen ad minus suppliciū subeundum. ꝯ. ead. distin. si quis autem non habens.

‖ vnde & pœnitentia nō est deneganda super vno peccato,dum quis remanet in aliis. extra de pœ. & remiſ. quod quidam. Item ad temporalia consequenda. 22. quæst. 2. si quilibet. Item ad citiorem gratiæ appositionē. ꝯ. distinct. 5. falsa.

EX PERSONA

Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur,quòd omnes auctoritates, quæ dicunt q̄ pœnitentia nō sit iteranda, de solenni sunt intelligendæ.Io.de Fan.

CASVS. Soluit auctoritates superius inductas Gratianus,& dicit q̄ capitula superi⁹ posita,quæ hic enumerantur,intelliguntur secūdum proximum capitulum,ſ.nihil. c. vero reperiuntur.intelligitur secundū specialē consuetudinē alicuius ecclesiæ.& quod dicit ibi.*huiuscemodi*,de qua, scilicet dictum est in c. prox. vel huiuscemodi scilicet plangentis cōmissa,& committentis:vel pœnitentis de vno peccato⁹, & non de alio.& secundū specialem consuetudinem intelligitur c.sequens. cuius casus patet, & habetur hoc ꝯ. 50. distin.quamuis. Alij sub illo §. potest. & aliter habet cap.illud.

m ¶ *Ex persona huiuscemodi.*]de qua loquitur cap. nihil.

n ¶ *Pœnitentis.*] scilicet de vno, & non de alio: vel aliud committentis tunc vel postea.

o ¶ *Vamuis.*] ꝯ. distinct. 50. quamuis.

C. XX.

1 DE quotidianis, breuioribus[a] leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana[b] oratio[c] fidelium satisfacit[d]. Eorum est enim dicere [Pater noster[e] qui es in cælis,] qui iam taliter[f] patri regenerati sunt ex aqua, & spiritu sancto. Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata[g]; delet & illa, à quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit; si quãadmodū veraciter dicitur,[h dimitte nobis debita nostra] quòniam non desunt quæ dimittantur; ita veraciter dicatur [sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;] id est, si fiat, quod dicitur[i]: quia & ipsa eleemosyna est, veniam petenti homini ignoscere.

Item Pius Papa, epistola prima.

C. XXI.

2 NIhil[k] prodest[l] homini iejunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur.

Ex persona[m] *huiuscemodi pœnitentis*[n] *etiam illud Smaragdi intelligitur* [*Ille pœnitentiam digne agit, &c.*]*& illud Augustini* [3 *Pœnitentes, &c.*]*illud Isidori*(*Irrisor est, & non pœnitens.*)*& illud Esaiæ*(*Lauamini & mundi estote.*) *Item & illud soliloquiorum*(4 *Inanis est pœnitentia, &c.*) *Similiter & illud Gregorij* (*Qui admissa plangunt.*) *&* (*Baptizatur à mortuo.*) *Illud autem Ambrosij*(*Reperiuntur, &c.*)*non secundum generalem, sed secundum specialem consuetudinem ecclesiæ de solenni pœnitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur.*

Vnde Augustinus scribit ad Macedonium, epistola 54.

C. XXII.

5 QVamuis[o] caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius[†] humillimæ pœnitentiæ semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis[p] minus vtilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit; quis tamen audeat dicere Deo[q], quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?

4 *Hac auctoritate*[r] *& illud*[s] *Ambrosij determinatur*[t]; *& iterum*[v] *peccatori per primam pœnitentiã venia dari monstratur:*[6] *alioquin nequaquam iterum parceret*[x] *Deus, qui necdum pepercisset (Satisfactio*[y] *quoque pœnitentiæ,) &* (*vade & amplius noli peccare*) *eumdem cum diffinitione intellectum*[z] *habent. Illud autem, quod in libro*[a] *de pœnitentia dicitur, de perfecta*[b] *est intelligendum. Sicut enim charitas alia est incipiens, alia est proficiens*[c], *alia est perfecta*[d]; *sic & pœnitentia alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem charitati, licet nondum perfectæ, in baptismo datur venia peccatorum, vt quamuis postea grauiter aliquis sit peccaturus, tunc tamen intelligatur esse renatus, non aqua tantum (sicut Iouinianus tradidit,) sed aqua & spiritu (sicut Hieronymus contra eum scribit;) sic & incipientium pœnitentiæ venia non negatur: quæ quadam ratione, perfecta potest dici, quia toto cor de gemit, & dolet: licet & alia ratione potest dici imperfecta, quia non vsque in finem duratura*[e]. *Secundum primum modum*[f] *perfectionis intelligitur illud Ioannis os aurei (*[8] *Perfecta pœnitentia, &c.) Iuxta secundum modum perfectionis*[g] *illud Augustini intelligitur (*[9] *Pœnitentia est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse.) Illud autem*[h] [10] *si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur,) dupliciter intelligi potest. Si enim iuxta quorumdam sententiam peccata dimissa redeunt: facile est intelligere nihil de venia relinqui: quoniam peccata, quæ prius erant dimissa, iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex iusta seruitute in libertatem manumittitur, iterum vere liber est, quamuis ob ingratitudinem in seruitutem postea reuocetur: sic & pœnitēti peccata vere remittuntur; quamuis ob ingratitudinem veniæ eisdem postea sit implicandus. Si autem peccata dimissa non redeũt; dicitur nihil relinqui de venia; quia nihil relinquitur sibi de vitæ munditia, & spe æternæ beatitudinis, quam cum venia assecutus est. Sicut enim argento perfectè purgato, nihil sui decoris relinquitur, si sequenti ærugine fœdatur non tamen prima,*

p ¶ *Vilis.*] id est, si haberetur vilis: quòd contigeret ex iteratione eiusdem. omne enim rarum, &c. 93.dist.legimus.

q ¶ *Deo.*]vel Papæ.

RIVARIVS. Hæc est quarta pars dist. i qua dicitur quòd in pœnitentia sunt gradus sicut in charitate &c. Ioan.de Fant.

CASVS. Nunc dicit Gratianus quòd secundum hanc auctoritatem, *Quamuis.* intelligi potest illud Ambro.scilicet, cap. *reperiuntur.* illud autem quod dicitur in libro de pœnitentia, scilicet, *Pœnitētia est quædam*, &c. de perfecta pœnitentia intelligitur. Postea dicitur,quòd pœnitentia alia est incipiēs, alia proficiens, alia perfecta. Et iuxta hanc distinctionem intelligūtur quædam capit. superius posita. illud autem *si Apostolus.*in fine intelligitur secundum quamdam distinctionem, quam facit in littera.

r ¶ *Hac auctoritate.*] scilicet, quamuis.

s ¶ *Et illud.*] supra ea. cap. reperiuntur.

t ¶ *Determinatur.*]scilicet quòd de solenni intelligatur.

v ¶ *Iterum.*]sicut dictū est supra ead. cap. proxi. quamuis.in fi.

x ¶ *Parceret.*] quia si prius homini non pepercisset,non ei iterum parcere diceretur.argu ſ.ea. distinct. pœnitentia est quædam dolentis.

y ¶ *Satisfactio.*]materialiter tenetur.

ADDITIO. Sub.significatiue, id est, verba ista superius posita.Pe.

z ¶ *Intellectum.*]id est, vt ad tempus idem referatur,non ad diuersa.

a ¶ *In libro.*] supra ea. dist.pœnitētia est quædā.

b ¶ *De perfecta.*] pœnitentia, id est, perfectorum. Vel sufficiēter ad salutē. Vel duratura vsque in finem.

c ¶ *Proficiens.*] id est, ad salutem sufficiens.

d ¶ *Perfecta.*]quia gradus sunt in ea,vt ſ.dist.2. cū sancta,& præcedēti §.

d ¶ *Perfecta*]id est,ad salutem sufficiens.

e ¶ *Duratura.*] hic datur intelligi, quòd quædā dicitur perfecta, i. vsque ad finem duratura.

f ¶ *Primum modum.*]quòd dicitur perfecta, i. vsque ad salutem sufficiens, vt cum quis toto corde dolet,& gemit.

g ¶ *Perfectionis.*]quia dicitur perfecta,i. vsque ad finem duratura.

h ¶ *Illud autem.*]supra ead.ſi Apostolus.

i ¶ *Renocetur.*] quod ex leui causa fieri potest. C. de liber.& eorum li.l. 2.argu.15.q.7.cap.1.dum tamen lege sit comprehensa.

QVOD

QVOD AVTEM. Hæc est 5. pars distin. in qua probat per quattuor auctoritates, quòd semper per veram pœnitentiam dimittuntur peccata. Ioan.de Fant.

CASVS Positis auctoritatibus inductis, quas inducunt qui dicunt pœnitentiam non esse iterandam, & quòd pœnitentia postquam peccatur, non obtinet veniam; incipit tractare per multas auctoritates & exempla, quòd pœnitentia iteratur, & quòd ſæpius per pœnitentiam remittantur peccata. Et ad hoc inducit sequentia cap.

a ¶ *Quòd autem.*] inductis auctoritatib⁹,quas inducunt qui pœnitentiam non esse iterandam dicunt, & quod pœnitentia postquam peccat non obtinet veniam; incipit probare per multas auctoritates & exempla, quòd pœnitentia ſæpius iteratur, & quòd ſæpius per pœnitentiam remittuntur peccata.

Septies.] CASVS. Dicitur hic, quòd iustus ſepties, id est, multoties cadit per venialia peccata: & tamen non cadit à charitate. & sunt verba Salomonis, quæ Hiero. exponit. Sequens §.scilicet,Dauid. patet.

b ¶ *Septies.*] verbum Salomonis: quod exponit Hieronymus.

b ¶ *Septies.*] id, pro vniuersitate ponitur, ‖ id est, omnibus modis & generibus flagitiorum & tribulationum.

ADDITIO. Et dic quòd hæc non est intentio litteræ: nec propter hoc inducitur:sed secundum quòd cadit in peccatum, vt sequitur in alia glo. secundum Pet.

c ¶ *Cadit.*] id est, affligitur.

d ¶ *Resurgit.*] id est,nō perit, sed proficit. Vel resurgit,id est, nouis operibus proficit.

e ¶ *Cadit.*] si intelligas hoc de casu, qui fit post peccatum mortale, exaudi quod dicit in die, scilicet vitæ suæ: & tunc est casus à charitate. Si vero intelligas de casu,qui fit per veniale,per quod cadit à quadam innocentia,non à charitate;tunc exaudi de die naturali.

f ¶ *Vocabulum.*]‖ generaliter dicit lex, quòd qui possesionē vi ereptam in ipso congressu recipit; in priſtinam causam videtur potius reuerti, quàm vi possidere. ff. de vi & vi arm. qui possesionem.argu. supra dist. 2.§.hæc itaque.cap.firmum.

g ¶ *Septuagies septies*]i.quandocumque.finitum pro infinito ponitur. infra ea.adhuc. verſic.medicorum. 16.q. 2. visis.ver. habet enim.

h ¶ *Cui plus.*] hæc fuit responsio Petri, cum Dominus eū interrogauit de fœneratore,qui debitoribus debita inæqualia dimiserat.

Totam pœnitentiam.] CASVS. Probat in hoc c.q̄ quotieſcumque, quis reuertitur ad Deum pro peccatis suis, toties parcit ei Deus:quod probatur exēplo Dauid, & per multas auctoritates eiusdē.

i ¶ *Abstulit.*] ‖ quo ad culpam, non quo ad pœnam. infra ead. illud.& supra distin. 1. sicut primi. Vel quo ad pœnam æternam, non quo ad temporalem.infra dist. 4 cap. intermittentes.§. filiis.H.

k ¶ *Conuersus.*] supra distin. 1. §. contra.

l ¶ *Magna indigebat misericordia.*] id est,magno effectu misericordiæ nam misericordia Dei æque magna est semper.

m ¶ *Rex.*]de facto.ar. dist.83.nemo.extra q. fil.sint leg.per venerabilē.

n ¶ *Alium non timebat.*] hic habes vnam expositionem huius auctoritatis:aliam habes ꝯ. dist.1. & venit.Vel dic, quòd alium non timebat, qui scilicet iuste posset eum punire: cum ipse solus sine peccato sit,supra 3.q.7.iudicet.

sed sequenti sordidatur; sic expiato per pœnitentiam nihil de venia dicitur relinqui; cum tamen iam non deletis, sed adhuc expiandis coninquinetur.

5 *Quòd autem*[a] *per pœnitentiam non semel tantum, sed ſæpissime peccata remittantur; multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Hieronymus in epistola ad Rusticum de pœnitentia.

C. XXIII.

SEpties[b] cadit[†] [c] iustus, & resurget[†] [d].]Si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit[e]? sed iusti vocabulum[f] non amittit,qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed septuagies septies[g] delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiam, peccata donantur. [Cui plus[h] dimittitur,plus diligit.]

[i] *Dauid quoque per pœnitentiam, adulterij simul & homicidij veniam impetrauit.*

De cuius pœnitentia in eodem libro Hieronymus ait[2].

C. XXIIII.

TOtam pœnitentiam peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus, quando ingressus est Dauid ad Bethsabee vxorem Vriæ Ethæi, & à Natham prophetante correptus respondit dicens [Peccaui:]statimque meruit audire [& Dominus abs te abstulit[i] peccatum.]Adulterio enim iūxerat homicidium; & tamen conuersus[k] ad lacrymas [Miserere, ait mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatē meam.] Magnum enim peccatum magna indigebat misericordia[l]. Vnde iungit, & dicit[Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui.]Rexm enim erat[†], alium non timebat[†] [n].[Et malum coram te feci, vt iustificeris[o] in sermonibus tuis,& vincas,cum vincas,cum iudicaris] Conclusit[p] enim Deus omnia[q] sub peccato, vt omnibus[r] misereatur. Tātumque profecit, vt dudum peccator & pœnitens tranſierit in magistrū,& dicat [Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.] Confessio enim, & pulchritudo coram eo: vt qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit(Putruerūt[s] & corruptæ sunt cicatrices[t] meæ à facie insipientiæ meæ,) fœditatē vulnerū in sanitatis decorem commutet.

Item Ambrosius in Apologia Dauid[v], *cap.* 2.

C. XXV.

ILle rex[x] tantus, ac potens, ne[y] exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam[z]: sed præmatura confessione,atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino. *&* [3] *infra.* ¶ Denique Dominū dolor intimi mouit affectus, vt Natham diceret (Quoniam pœnituit te, Dominus transtulit peccatum tuum.) Maturitas itaque veniæ profundam regis fuisse pœnitentiam declarauit:quæ tanti erroris offensam trāsduxerit[a] *&* [4] *infra.* ¶ Sancti,qui[b] consummare pium certamen gestiunt, & currere cursum salutis, ſicubi forte vt homines corruunt[†] [c], naturæ magis si quandoque sancti peccant:credendum est hoc eis contingere potius fragilitate naturæ, quàm peccandi libidine: vnde fortius resurgunt, adeo vt non videantur cecidisse. In secunda parte ponit differentiam inter peccatum & iniquitatem. peccatum enim est opus iniquitatis: iniquitas est qualitas[b] mentis. vnde qui vult cauere à peccato, extirpet radicem ipſius peccati, scilicet iniquitatem.

y ¶ *Ne exiguo.*] postquam redargutus est à Nathan.

z ¶ *Conscientiam.*] arg. q̄ nō dicitur quis morderi peccati conscientia,ex quo iam de eo pœnituit:vnde subire secure potuit sacramētum. 8.q.3.Artaldus.licet arg. contra fit,ꝯ. 25. dist. primum. ‖ Sed not. quòd conscientia dupliciter accipitur. quandoque enim dicitur conscientia delicti,vt ibi: quandoque dicitur morsus peccati, vt hic, & secundum quòd dicit Horatius:*Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*

a ¶ *Transduxerit.*] id est, deleuerit quo ad pœnam æternam: aliàs, temporaliter punitus fuit. supra ead.dist.1.sicut primi.

b ¶ *Sancti qui.*]per hoc intēdit probare,‖ q̄ vtilis est pœnitentia,licet sequatur offensa quædā:ſ. humana similitudine currētium in brauio vel agone. Nam licet in cursu labantur, si viriliter postea insistant, lapsus præteritus nullatenus ei imputatur: sic & spiritualis agonista dū currit ad brauium vocationis æternæ,licet aliquando labatur in via, si post resurgit,lapsus non obest ei:quin etiam stimulo incitatus pudoris, ad cōsummationem cursus amplius inardescit.50. dist.fidelior.

c ¶ *Corruunt.*] supra 20. quæst.3.proclium.ꝯ.eod.inter hæc hircum. in authen. de mona.§. hinc.collat.1.

a ¶ *Cumu*

1 Sent.4. dist. 16. Hugo.in.c.12. * *Quæ ex suo genere mortalia sunt, si fiunt venialia ob imperfectionem actus; ea, si temporis mora, & deliberatio accedat, redeunt ad naturam proprij generis, & fiunt mortalia.*

† *patri tali*] prig.

Matth. 6.

2 ꝯ. de consec. dist. 5. nihil prodest. Sent. 4. distin. 14 & dist. 15. Pol. l.3.tit 25.

3 Et de consecr.dist. 2. cura omne.& c.qui manducat. & c.leq. & c.omnia. Arch.

3 Sup. ead.

4 Sent. 4. dist. 14.

‖ Pœnitentia ſuper vno peccato non est. denegenda.

5 Sup. dist 50. quamuis.Sent. ibidem.

† *al. alias*

6 Sup ea.c. ſatisfactio.&c.ſi Apoſt.ſus.

7 Sup. ead. pœnitentia. Sent 3.dist.19.

Matth.18.

Luc. 7.

Item ibidē.

1 Vna qualitas nobilitat eorum Bal.

Psal. 50.

† *al. erem* † *timebā*] or. *Rom. 11.*

a Et dicitur ab apo, quod est rei:& logos oꝛ est sermo,quasi sermonis relatio vel responſio. Arch.

Psal. 73.

b Al. vitium.

‖ Conscientia dupliciter sumitur.

‖ Pœnitentia est vtilis licet sequatur offensa.

2. *Reg.* 12.

‖ Dauid peccatū tripliciter confitetur.

al. corruerint

a ¶ *Cumulasse.*] id est, incentiuum ad bene operandum augmentasse.
b ¶ *Curregnum.*] i. bene operantium. Vel intelligitur ad litteram.
c ¶ *Non soluitur.*] §. ea. dist. 1. §. alij econtrario. &c. & venit.
d ¶ *Luctantium.*] vt fiat contentio, si illi postea obtinuerunt.
e ¶ *Gratia maiores.*] supra dist. 50. fidelior.
f ¶ *Censeri.*] id est, dãnari.
g ¶ *Conditionis.*] humanæ.
h ¶ *Virtutis.*] ij. ead. inter hæc hircum.
i ¶ *Donatur.*] donari dicitur quod nullo iure cogente conceditur. arg. §. distinct. 2. nullus. eorum. ff. de reg. iur. donari. ‖ Vnde cum primã gratiã nemo possit mereri, patet quòd gratis fit remissio peccatorum.
k ¶ *Donatur.*] ‖ donatur peccatum quando ita remittitur vt pro eo nulla poena exigatur, vt in baptismo. deletur cum interior macula abstergitur, & ad pœnam æternam minime referuatur.
l ¶ *Deletur.*] supra dist. 1. cap. iis potestatis.
l ¶ *Deletur.*] si quidem in baptismo deletur originale ne obsit * : non vt non sit. §. de consecr. dist. 4. cap. 2. & alluditur hic naturæ sanguinis. Humidũ enim naturã habet abluendi: sicut Ioannes in Apocalypsi ait de martyribus: Lauerũt (inquit) stolas suas in sanguine agni. Et Apostolus: Deletum est chirographum per mortem Christi, quo diabolo tenebamur obnoxij. 76. distin. scire debet. verb. item in apologia Dauid deleta scriptura, charta remanet: similiter deleta culpa originali in baptismo remanet ipsa iniquitas, id est fomes peccati ad pœnam tãtum, non ad culpam.
m ¶ *Per sanguinem.*] id est, per passionem, id est, per fidem, quam quis debet de passione.
n ¶ *Tegitur.*] per charitatem, id est, per bona opera. ‖ Sicut enim vnũ corpus tegitur per oppositionem alterius: sic peccatũ tegitur per bona opera contraria, vt §. c. illud. ver. atque operuit peccata, & texit operibus bonis. Vel refers hoc ad diuersa peccata, vt peccatum quod est tantum in voluntate, dicatur donari, originale autem deleri, actuale tegi. Vnde Psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c.

ADDITIO. Licet enim peccatum sit donatum & deletum; non tamen videtur esse tectum, immo nudum. & apertum quousque congrua sit satisfactio facta. sic ergo Deus donat peccatum per cordis cõtritionem, & homo delet interius per cordis contritionem, & tegit exterius per confessionem, & per satisfactionem. Pet.

o ¶ *Iniquitas.*] supple, aut donatur, aut deletur, aut tegitur.
p ¶ *Iniquitatem.*] sic omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: quia peccatum est iniquitas, &c.
q ¶ *Iniquitas.*] id est, ex iniquitate procedit peccatum,
r ¶ *Operatrix culpæ.*] sicut charitas bonorum meritorum, vt §. ead. distin. 2. charitas.
r ¶ *Operatrix culpæ.*] innuitur ex hac serie, quòd iniquitas non est fragilitate, quàm peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo maiora teparantes certamina, vt non solum nullum attulisse existimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiua cumulasse [a], Ergo si currẽtium [b] non soluitur [c] cursus, cum aliqui forte ceciderint; nõ luctantiũ [d] contentio, sed inoffensa manent certamina: quin & plerique post vnum, aut alterũ lapsum gratia maiore [e] vicerunt: quanto magis ag nem pietatis ingressi nõ debent vnius prolapsionis offensione censeri [f] ; cum beatus sit, qui se potuerit reparare post lapsum? *& infra. c. 4.* ¶ Quòd peccauit, cõditionis [g] est: quòd supplicauit, correptionis: lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse, naturæ est; delesse †, virtutis [h]. *& infra. c. 13.*

¶ Peccatum aut donatur [i], aut deletur, aut tegitur. Donatur [k] per gratiam; deletur [l] per sanguinem [m] crucis; tegitur [n] per charitatem: similiter, & iniquitas [o], quæ æstimatur habitudo mentis iniustæ: licet Ioannes in epistola eum, qui fecerit peccatum, & iniquitatem [p] fecisse dixerit, sicut habemus scriptum (Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit:) peccatum est iniquitas [q]: quia in peccato ipso iniquitas est. Tamen, vt nobis videtur, peccatum [r] est opus iniquitatis: iniquitas autem operatrix [r] culpæ, aut delicti. Prius est ergo, vt ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix, & seminarium peccatorum: mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, vniuersa iniquitatum genera tollantur. Itaque quemadmodũ intrans in animam sapientis disciplina imprudentiam tollit, & scientia ignorantiam; sic perfecta virtus iniquitatem, & remissio peccatorum deler [s] omne peccatum.

* ¶ Peccatum est.] *In originali vulgato legitur*, omne peccatum est iniquitas: iniquitas autem operatrix culpæ, aut delicti. Plus est ergo, &c. *sed melior visa est Gratiani lectio.*

Idem in eodem libro, cap. 7.

C. XXVI.

ILlud † vero quàm mirabile est, quòd Angelo ferienti plebem seobtulit Dauid dicens (Grex iste [t], quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum patris mei.) Quo facto statim dignus sacrificio iudicatus est, qui absolutione existimabatur indignus. Nec mirum, si tali sua oblatione pro populo, peccati sui adeptus est veniam, cũ Moyses [x] offerendo se Domino pro plebis errore, etiam plebis peccata deleuerit? Texit igitur peccata sua, an non? Sed quis hoc neget, cum hic ipse docuerit propheta, quòd remittantur iniquitates, tegantur peccata, non imputentur à Domino? Peccatum remissum sibi esse docuit, sicut scriptum est (Delictum meum cognoscо, & iniustitiam meam non operui. Dixi, pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei.) Dixit (pronũtiabo) & veniam meruit [y], antequam pronuntiaret: quanto [z] magis, vbi de se pronuntiauit, dicens (iniquitatem meã ego agnosco) remissum est ei omne peccatum? licet specialiter de hoc [a] Natham propheta respondit (& Dominus trãstulit peccatũ tuum.) Ergo remissionem meruit iniquitatis & texit charitate, atque operuit peccata sua, & texit operibus bonis nec imputandum est ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, sed lapsus erroris: deinde †, quia non fuit improbitatis æstus, sed vmbra [b] mysterij: & tamen confessus est delictum suum, agnouit iniquitatem, vidit lauacrum, & vidit, & credidit: dilexit multum, vt nimia charitate tegere quemuis posset errorem.

¶ *Ecce, cuius pœnitentia hic commendatur, cui etiam venia per prophetem data monstratur, quam grauiter postea deliquerit, populi multitudo prostrata ostendit. Achab quoque (vt Hieronymus contra Iouinianum scribit) rex impiissimus, vt sententiam Dei subterfugeret, & euersio domus eius differretur in posteros, ieiunio imperauit, & sacco.*

De quo ad eumdem Rusticum scribit idem Hieronymus dicens.

C. XXVII.

f PRima.] ¶ *Fides desit.*] id est, conscientia peccati alicuius: desit, id est, non occurrit.
g ¶ *Pœna, &c.*] id est, per patientiam & humilitatem, quæ habetur in ipsa pœnitentia inter ipsa flagella, & peccata quæ ad memoriam non occurrunt dimittuntur. Hanc expositionem habes infra eadem §. illud. ver. item illud Ambrosij.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Adhuc probat Gratian. quòd potest aliquis veniam impetrare de vno peccato sine alio, nam Hieronym. super Naum sentire videtur, quòd si infidelis adulterando interficiatur: de adulterio pro quo satisfecit, non punietur. Nam si in adulterio manens de homicidio satisfecit, si pœnitet de adulterio, pro vtroque peccato est ei pœnitentia imponenda iterum secundum aliam opinionem: quod est alienum à ratione: & sunt verba Gratiani. *Item si illa*, quidam dicunt quòd sunt verba Hierony.
h ¶ *Non amplius.*] potest ergo aliquis non pœnitens de mortali, debitam pro eo euadere damnationem. Sed quo sensu hoc dixerat Hieronymus, super eumdem locum ostendit dicens: quærat hic aliquis, &c. vt infra eadem distinctione quærat. quasi dicat potius hic ostendit, quòd qui per temporale supplicium vel flagitium non corriguntur, postea æternaliter puniuntur. agens de deprehenso in adulterio decollato.
i ¶ *Puniretur.*] si vere confiteretur. argum. 23. quæst. 5. quid ergo.
k ¶ *Si illa.*] verba magistri sunt. quidam dicunt quòd sunt verba Hieronymi vsque ad illud, quod à ratione. & loquitur non secundum generalem ecclesiæ consuetudinem, sed particularem alicuius loci: sed quòd sint magistri, patet infra ead. §. authoritas. circa finem.
k ¶ *Si illa satisfactio.*] id est, pœna, quæ ei inflicta pro peccato fuit.
l ¶ *Imponit.*] quasi dispensando.

SED QVOD. CASVS. Nunc Gratianus allegat pro alia parte, scilicet quòd non conceditur venia pœnitenti tantum de vno peccato. Quod probat præmissis auctoritatibus, scilicet Isychij, & Adamantij, & aliorum, qui sequuntur: ad quod inducit sequens cap.
m ¶ *Non præstetur.*] supra 23. quæst. 5. quid ergo. supra ead. distinct. ille pœnitentiam. supra ead. irrisor. & cap. qui admissa. supra ead. dist. pœnitentiam agite. supra ead. distinct. cap. pœnitentes.

SED QVEM. CASVS. Dictum est supra, non iudicabit Deus bis in idipsum: sed quem sacerdos iudicauit, qui est vicarius Christi, Deus iudicat. qui ergo à sacerdote semel punitur pro peccato, non debet à Deo de hoc amplius iudicari. & ad hoc inducit duo sequentia c. illa tñ conclusio Grat. *Qui ergo.* falsa est: quia tunc tantum incipit esse vtilis pœnitentia vnius peccati, cum cœperit de aliis pœnitere.

Item Ambrosius in 18. *octonario Psalmi* 118.

C. XLI.

PRima cõsolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus: secunda per punitionem α; vbi, etsi fides β desit, ᶠ pœna δ satisfacit, & releuat.

Sunt plures] CASVS. Dicit Augustin. quem pœnitet, omnino pœniteat: quia Christus nullum curauit, quem omnino non liberaret, quia liberauit surdum & mutum etiam à dæmonio: & habetem septem dæmonia de omnibus liberauit, & languidum in corpore & anima liberauit. In fine supponit, quòd non videtur vere pœnitere, qui non prorumpit in lacrymas, cum pro temporali damno promptus sit ad plangendum.

a ¶ *Delectentur.*] hæc est falsa pœnitentia: vt ff. distinct. 5. falsas,

1 Sent. 4. dist. 15.

b ¶ *Nos numquam.*] supra ead. distinct. 5. Datuid. & c. ille rex tantus. 8. dist. 1. §. alij econtra. c. non potest quis.

Matth. 12. ‖ Solutio partis non liberat pignus.

c ¶ *Nisi de omnibus.*] sicut nec liberatur pignus licet de parte debiti creditori fit satisfactum. C. de distract. pig. quamdiu. & dicit lex, q

Matth. 16.

qui aliquid facere tenetur, faciendo pro parte nõ liberatur. ff. de verb. oblig. in executione. §. pen. & sententia non debet pro parte tenere, & pro parte non. ff. fa. ercisc. in hoc iudicio. ff. de eden. l. j. §. penul. & ar. ad quæstionem, an à pluribus excõmunicatus diuersis de causis, possit

Mar. 5.

a Subau. & per hoc nos docuit Archid.

ab vno absolui sine aliis.

Matth. 9.

d ¶ *Sanari.*] & vni [a], non diuersis confiteri. ff. distinct. 5. cap. 1. circa finem. arg. ff. de arbit. item si vnus. §. item si plures. & l. quid tñ. & l. Labeo.

e ¶ *Potuerat.*] scilicet sanare septem non successiue, sed simul.

f ¶ *Simul eiicienda.*] ff. de ser. rusti. præ. per fundum.

‖ Pœnitentia septennis cuilibet mortali debetur.

† alias Iulgentiam

g ¶ *Mille.*] ‖ sed numquid ꝑ vnoquoq; mortali peccato septẽnis pœnitentia est imponenda? arg. 33. q. 2. hoc ipsum. secundum hoc ergo non sufficiet vita hominis ad explendã huiusmodi satisfactionem. Respon. sine dubio cuilibet mortali septennis pœnitẽtia debetur: sed tamen quia arbitrarię sunt huiusmodi pœnitẽtiæ, arbitrabitur, & arctabit eas iudex intra tempus congruum pœnitendi. arg. 26. q. 7. tempora pœnitudinis. & supra ea. dist. mensuram.

h ¶ *Omnino.*] nota ſ. ead. dist. c. Naum. §. item quòd. & c. adhuc. contra. sed non tunc: secus erat cum leprosus esset: ideo de hoc non posset sanari. supra distinct. 2. §. finali, in fine.

‖ Peccatũ nullum est in corpore tantum. b Subau. quare non consequitur veniam ab ipso. Pe. nã nemo potest esse filius Dei & Diaboli. ſ. ea. dist. §. hoc idẽ in fin. ver. item vt Christus ait.

i ¶ *Corpore.*] id est, in anima ministerio corporis: ‖ nullum enim peccatum est in corpore tantum: est tamen aliquod voluntatis tantum.

k ¶ *Criminoſo.*] cũ autem ei qui in vno deliquit, ſit inimicus, patet quòd talis sit criminosus [b].

l ¶ *Puritatem.*] vt scilicet purificet, sicut baptismus.

m ¶ *Declarare.*] secus dicit lex in iudice. C. ad le. Cornel. de fal. vbi. ff. de offic. præſi. obſeruandum. supra 23. quæst. 4. est iniusta.

vetustis. B. Hieronymo, & magistro. Nam antea legebatur. Infidelis, *quemadmodum etiam infra ead. cap. quærat. & cap. ignis.*

C. XLII.

1 SVnt plures, quos pœnitet peccasse: sed non omnino, reseruantes sibi quædam, in quibus delectantur[a]: non animaduertentes Dominum simul surdũ & mutum à dæmonio liberasse: per hoc docens nos, numquàmb, nisi[c] de omnibus sanarid. Si enim vellet ex parte peccata reseruari; habenti septem dæmonia, manẽte vno, proficere potuerate sex expulsis. Expulit autem septem, vt omnia crimina simulf eiicięda doceret. Legionem autem ab alio eiiciens, neminem reliquit ex omnibus, qui liberatũ possideret; ostẽdens, quòd etiam si peccata sint milleg, oporteret de omnibus pœnitere. Laudatus est enim Dominus, quando eiecto dęmonio locutus est mutus. Numquam aliquem sanauit, quem omnino[h] non liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit; indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & corpore[i]. Scio enim Deum inimicũ omni criminoſo[k]. Quomodo ergo, qui crimẽ reseruat, de alio recipiet veniam? Sine amore Dei cõsequeretur veniam[l], sine quo nemo vmquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo, qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim foret sine pœnitentia inuenire gratiam. Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatem[m] confitentem conatur adducere. Recte enim pœnitens, quidquid sordium post purificationẽ contraxit, oportet vt abluat, saltẽ lacrymis mẽtis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare[n]; sed sciat culpabiliter se durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici: & dolorem peccati lacrymis non ostẽdit. Non itaque est, vt quis excuſet se non habere fontem lacrymarum, qui nonnumquàm[n] lacrymis ostendit dolorẽ[o] tẽporalium. Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat[p], &c.

n ¶ *Nonnumquam.*] id est, aliquando.

o ¶ *Dolorem.*] vnde Iuuenalis.

Ploratur lacrymis amissa pecunia veris. & alibi.

Minore tumultu funera planguntur nonnumquam.

p ¶ *Pœniteat.*] Supra distinct. 1. cap. quis aliquando. §. non sunt. & cap. quem pœnitet.

10 [2] *Auctoritas*[q] *illa Naum prophetæ*[r] [*nõ iudicabit Deus bis, &c.*] *nõ indistincte ostẽdit omnia, quæ tẽporaliter puniũtur, nõ vlterius à Deo puniẽda. Quamuis enim Sodomitas, Aegyptios, Israelitas in eremo super eũdem locum dicat Hieronymus tẽporaliter à Deo punitos: ne in æternum puniretur, non tamen de omnibus generaliter hoc intelligẽdum est: alioqui cuiq; scelerosso optandum esset, vt cælesti fulmine percussus, aut aquis submersus, aut à serpẽtibus vulneratt pro peccatis suis diuinitus interiret, vt æternos cruciatus breuis[u], & momẽtanea pœna terminaret. Illud etiam Apostoli falsum esset, quod de prostratis in deserto in epistola ad Hebræos scribens ait,* [*propter incredulitatem suam nõ intrauerunt in terram promissionis.*] *Vbi probatur, quòd sicut merito suæ infidelitatis requiem illam amiserunt; ita propter eamdem infidelitatem, veram requiem æternæ beatitudinis nullo modo intrauerũt. Intelligitur ergo illud Hieronymi de his tantum, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt: quam, & si breuem, & momẽtaneam, tamen nõ respuit Deus: sicut & illud prophetæ*[v] [*non iudicabit*† *Deus bis in idipsum*] 3 *de his tãtum intelligi oportet, quos præsentia supplicia in melius cõmutant*[x], *super quos non cõsurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est; præsentibus æterna connectunt, vt temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.*

Vnde Augustinus in cantico[y] *Deuteronomij.*

2 Sup. dist. 1. de pœn. cap. quem ergo. Sic it. 4. dist. 15. §. scelerator.

C. XLIII.

4 GNis succẽsus est, &c.] Hoc est, vindicta hic incipiet, & ardebit vsque ad extremam damnationem.

5 Hoc contra illos notandum est, qui dicunt [*non iudicabit Deus bis in idipsum*] *ad omnia pertinere flagella: quia quidam hic flagellis emendãtur; alij & hic, & in æternum puniuntur: sicut Antiochus, & Herodes.* [6] *Quod autem super eumdem locum de adultero fideli Hieronymus sentire videtur, ex eiusdem verbis falsum esse probatur. Exemplo enim illius, qui Israelitas maledixerat, & qui ligna in sabbato collegerat, ostendit parua peccata breuibus & temporalibus suppliciis*

AVCTORITAS. Hæc est 10. pars distin. in qua magister intẽdit ꝓbare per Naum prophetam, & per Apostolum, & per Hierony. & per Augu. quòd si aliquis in hac vita fuerit sufficienter punitus, non punitur postea, dum tamen inter illa flagella cõteratur: alioquin incipit hic pœna, & protenditur in infinitum. Ioan. de Fant.

CASVS. Soluit nũc G. auctoritates inductas ad probandũ, ꝙ quis agẽdo pœnitẽtiam de vno peccato sine alio, veniã consequitur de illo pro quo pœnitentiam egit; & dicit quòd illæ auctoritates intelliguntur de his qui inter ipsa flagella & supplicia præsentia pœnitentiã egerũt, & commutantur in bonum: super quos non consurget duplex tribulatio: q vero inter flagella duriores efficiũtur: vt Pharao, cõiungũt æterna supplicia cũ præsentibus. Ad quod inducit seq. cap.

q ¶ *Auctoritas.*] soluit auctoritates inductas ad probandum quòd quis agendo pœnitentiam de vno peccato, & non de alio consequatur veniam de vno, & non de alio.

r ¶ *Breuis.*] supra ead. dist. illud. §. ecce cuius. & cap. talis mihi.

s ¶ *Cõmutant.*] in bonum, & charitatem ad veram pœnitentiam.

t ¶ *In cantico.*] Moysi scilicet, Audite cœli quę loquar, &c. cuius cantici est versus ille, Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.

Ignis succensus.] CASVS. primo ponuntur verba Moysi in Deutero. quæ talia sunt: Ignis succensus est in furore meos, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Secundo ponuntur verba Augustin. exponentis verba illa, scilicet præsens pœna cõtinuabitur cum æterna.

HOC CONTRA ILLOS. CASVS. Dicit nunc Gratia. quòd supradicta auctoritas est contra illos qui dicunt, Non iudicabit Deus bis in idipsum, pertinere ad omnia flagella: quia non pertinet nisi ad eos, qui inter ipsa flagella corriguntur. Postea respondet illi §. item obiicitur. de Hieronym. Quidam tamen faciunt vnum §. ab illo §. auctoritas. vsque ad capit. quærat. cuius casus facilis est, præterea est, pars illius capit. quod habuisti supra 23. quæst. 5. quid ergo. cuius casum ibi habuisti.

4 Sententiain glossa ordin. Deut. 32. & apud B. Gregor. moral. l. 18. c. 12.

ſ Isidorus de summo bono, lib. 3. c. 2.

6 Sent. ibidẽ.

2 ¶ *Magna*

2 ¶ *Magna vero.*] scilicet, quæ tẽporaliter nõ puniuntur sufficienter.

b Q ¶ *Dominus bis.*] id est, non punit aliquem pro aliquo facto iterum, pro quo sufficienter eum semel puniuit.

c ¶ *Frustrentur.*] id est, euitent.

d ¶ *Mensuras.*] id est, scire quibus & quantis flagellis quælibet peccata sunt punienda.

e ¶ *Debinc.*] id est, post hanc vitam.

f ¶ *Lui.*] id est, puniri.

‖ Culpa leuis di quæ temeraliter punitur. 1. dist. 23. q. 5. quæ ergo. §. erant. ibidem.

g ¶ *Culpa leuis.*] & tamen mortalis. ‖ omnis enim culpa dicitur leuis, quæ temporaliter punitur, respectu illius quæ æternaliter, sicut quælibet pœna temporalis dicitur leuis respectu æternæ. ſ. ead. dist. 7. c. vlt.

h ¶ *Compensata.*] hic aperte innuit. Hierony. ‖ grauia peccata, de quibus nõ agitur pœnitentia inter flagella, & hic puniri graui supplicio, & in futuro puniẽda æternaliter: leuia vero q hic puniũtur sufficiẽter, pro leui pœna compensationẽ vitæ æternæ recipere[a]: quod in bonis fieri non ambigimus: & in malis forte ita fit, sed non credo: quia iam remitteretur peccatũ quo ad pœnam cõsitendo de vno, & nõ de alio: quod negamus. supra. e. dist. §. his auctoritatibus.

‖ Pœcata grauiter sunt puniẽda.

a Quia tempalis pœna sufficit in locis certis, quasi recompensationem. Per. dis.] orig. Num. 15.

ILLVD AVTEM. CASVS. Grat. hic respondet quibusdam obiectionibus inductis pro alia parte, & dicit quòd illa auctoritas Gregor. pluit, &c. intelligitur dicta de eo qui incipit detestari crimen, non quod de eo veniam consequatur: alioquin sententiæ Euangelicæ cõtradiceret. Et quod hoc sit verum, probat auctoritate Aug. Quod autẽ dicit in c. 1. cõsolatio, & si fides, &c. pro conscientia fides sumitur: qđ probat auctoritate Apostolica. Quòd autem dicitur in illo §. itẽ obiicitur. dicit quòd non valet argumentatio ibi facta, sed tunc incipiet ei esse fructuosa pœnitentia de vno peccato, cũ cœperit de aliis pœnitere. ad quod inducit seq. c. quod satis patet cũ sequenti §. quamquam. & ad probandum §. inducit c. seq. *quorum primum.* ſ. canendum patet.

‖ Sup. dist. 1. cũ sunt.

k ¶ *Arbiter.*] infra de consecra. distinct. 4. omnis qui.

sup. ea. pœn. cõsolatio.

l ¶ *Et si fides.*] Supra 1. quæſt. 1. fertur. 28. q. 1. cap. omnes. §. ex his.

m ¶ *Obiicitur.*] hic patet illa fuisse verba magistri. ſ. ea. si illa, &c. & ſ. ead. §. item opponitur.

‖ Bona pœcata facta quæ remanẽt pro æ.

n ¶ *Satisfactio.*] Supra ead. distinct. satisfactio.

o ¶ *Non percipitur.*] ecce plane videtur velle ꝙ particularis confessio facta, scilicet de vno peccato, adueniente charitate incipiat & viuere, & valere ad vitam æternam. Et quòd sic intelligat, per exemplum patet, quod inducit de baptizato, ‖ secũdum quod dicitur de omnibus bonis, quæ fiunt sine charitate, quod incipiant viuere: quod tamen non credo, imo tantum illa bona, quæ fiunt cum charitate: & si postea sunt mortificata, iterum adueniente charitate reuiuiscunt. si non aduenerit charitas, idem est quòd de eis quæ fiunt sine charitate: quia nec illa nec ista valent nisi ad bonum temporale [b] vel ad illustrandum, vel ad incommodum vitandum, vel ad minorem pœnam subeundam. Ad excusandum vero magistrum dicimus, quòd intellexit eam ad hoc valere, quòd vlterius ei pro illo peccato non iniungitur à sacerdote satisfactio alia: vt supra ead. §. item opponitur. ver. si illa satisfactio. sicut baptizatus licet ficte, nõ rebaptizatur. de consecr. distin. 4. folet. quod tamen R. negat. sed melius distinguitur sic. ‖ Bona opera cum charitate facta, & postea mortificata per peccatum, reuiuiscunt iterum per charitatem ad vitã æternam consequendam: & sic facta olim sine charitate reuiuiscunt, & valẽt tantum ad temporale præmium, vel ad minus suppliciũm subeundum. ad idem valent bona facta cum charitate, & postea per peccatũ mortificata si homo nũquã ad charitatem redeat. secũdum primum mẽbrum intelliguntur illæ duæ auctoritates. ſ. ead. c. piũ. &c. si quando, &c. Et intelligę ꝙ in alio tempore fecerũt bona, scilicet cum erant boni: in alio tẽpore mala, scilicet cũ erant mali. Vel sic dicatur, ꝙ eodem tempore intelliguntur illæ auctoritates iuxta secũdũ mẽbrum c, secundũ quòd duplicem intellectum magister innuit, supponendo aliam solutionem ibi, quamquam, &c. secũdum tertium mẽbrum loquitur Ezechiel dicens: Si auerterit, &c. & Gregor. in c. hoc nobis maxime. ſ. 4. distin. §. finis. Huiusmodi ergo bona sine charitate facta, & bona in charitate facta, quæ comitatur mortalis culpa, quã non delet sequẽs pœnitentia, ad sensum tẽporalis cõmodi vel minoris pœnæ proficiunt, non ad vitæ æternæ fructum, ad quem proficiũt facta cum charitate & mortificata per peccatũ si postea redit ad charitatem. Hãc dist. magister innuit. infra distin. 4. §. finis. Alij dicunt ꝙ numquam reuiuiscunt quo ad vitam æternam, sicut nec mala quo ad pœnã æternã: secũdum quos ponit hic magister tres opiniones. Item in hac opin. est R. G. & H.

b Vt ſ. ex. c. 1 uendum, 22 q. 2. si quæritur. Archid.

Iac. 2.

Rom. 1.

‖ Bona mortificata reuiuiscunt: sed non mortua.

Psal. 18.

1. *Cor. 4.*

5 Supra prima consolatio.

P ¶ *Ium est.*] remuneret præmio æterno, & secundum hoc est aliud in bonis, aliud in malis, quæ non reuiuiscunt. Vel de temporali bono intelligitur, vel de minori pœna in alia vita. Has tres opiniones ponit magister Lauren.

q ¶ *Bonum.*] post illud bonum. Lauren.

ADDITIO. id est, in illo qui post id bonum peccauit, & postea redit ad gratiam: qui diligunt ad remissionem æternam. P.

c Sed ꝙ bona opera facta cũ quis non est in charitate: immo facit mala eodem tẽpore, prosunt, nõ quo ad vitam æternam, sed ad temporale cõmodum, vel ad minus suppliciũ subeundum.

6 In lib. de vera & falsa pœnitentia. c. 14.

7 Sent. 4. dist. 15. ſ. dist. 5. c. considereꝛ.

8 Sent. ſ. ibidẽ. ‖ *multa opera*] orig.

QVAMQVAM. Hæc est ij. pars distinct. in qua dicitur, quòd nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum. Ioan. de Fant. & hoc probat per tres auctoritates.

a ¶ *Quamquam.*] alia solutio. Nota quòd in principio huius ca. debet esse videris: aliàs vides, vbi est fides.

b *Cauendum.*] id est, vitandum.

c ¶ *Dies iste.*] de quo hic agitur.

d ¶ *In præsenti.*] tãtú.

e *Vid ergo.*]

CASVS. ‖ Si videamus malos ꝓsperari, & bonos aduersitatem pati, non debemus turbari: quia nõ est vera retributio boni vel mali, nã sæpe punitur hic innocens, & extollitur qui nõ meruit. sed hic ostenditur, ꝙ in futuro erunt præmia & pœnæ, quod quidam non concedunt: & ꝓterea in bonis sunt aliqua mala digna puniri, & in malis aliqua bona digna remunerari. Vltimo dicit ꝙ cum malus hic remuneratur, malo capitis sui fit: quia in futuro punietur, nec pœna eius mitigabitur.

f ¶ *Malignos.*] Nam vt dicit Claudianus: *Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.*

g ¶ *Qui resurrectionem.*] negantes, s. retributionẽ eorũ, quæ quisq; corpore gesit. Lau.

h ¶ *Non turbemur.*] in alia vita.

i ¶ *Bonus.*] C. de vet. iur. enucl. l. j. §. his itaque tollitur.

POTEST ETIAM. CASVS. Ecce tertia solutio illorũ c. piũ est. & c. & si qñ. & c. scilicet, vt qđ ibi dicitur, referaẽ ad mitiorẽ pœnã habẽdam in alia vita. & ad hoc inducitur sequens cap.

Si quis autem.] CASVS. Probat Augu. in hoc c. ꝙ si quis nõ habẽs charitatẽ aliqua bona facit, dũmodo fidem non amittat, valent ei ad mitiorẽ pœnã substinẽdam, sed non prosunt ei ad obtinẽdam vitam æternam: quod probatur auctoritate Apostoli.

k ¶ *Culpanda.*] Supra 1. q. 1. teneamus.

l ¶ *Fortasse.*] Nota est assertionis ꝫ. 13 q. 2. tempus. ꝫ. 90. dist. neque ad Cain, ꝫ. 1. q. 1. vide contra, sed ibi de iis qui arrogãter hoc faciũt; hic de iis qui in faciendo zelũ Dei habent, & si nõ secũdum scientiam diuinam.

m ¶ *Sine qua.*] ꝫ. dist. 2. ca. vt cognouerunt. §. opponitur. c. fugerat.

PŒNITENTIA. Hæc est 12. pars. distinct. in qua soluit magister & bene, secundũ Io. de Fãt.

CASVS. Infert Grat. ex supradictis quod pœnitentia nulli perseuerãti in peccato vtilis est, non tamen alicui deneganda: quia tũc fructũ eius percipiet, cũ de aliis peccatis pœnitẽtiam egerit, vnde definitio pœnitẽtiæ, & auctoritates sibi consonantes, quæ

Quamquam memoria bonorum ad præsentem remunerationem possit referri: sicut Gregorius in homilia de diuite, & Lazaro scribit.[1]

C. XLVII.

CAuendum nobis est, vt si forte aliquid boni agimus, in præsenti sæculo remunerationem accipiamus: ne forte dicatur nobis [receperũt mercedem suam.] Nisi enim dies iste aliquid boni egisset, vnde in præsenti sæculo remunerationem accepisset; nequaquam Abraham ei diceret, [Recepisti bona in vita tua.]

Item Ioannes Chrysostomus homilia 67. ad populum Antiochenum.

C. XLVIII.

QVid ergo turbamur? nemo videns malignos prosperitatem habere, turbetur. Non est hic retributio malignitatis, neque virtutis: ac, si aliquando contingat, vt aliqua sit retributio vel malitiæ, vel virtutis; non tamẽ secundum quòd dignum est; sed simpliciter, veluti quidam gustus iudicij: vt qui resurrectionem non credunt talibus doceantur. Quando itaque videmus malignũ diteſcere; non subruamur: & quando videmus bonum mala pati; non turbemur. Illic corona: illic supplicia. Est & alia ratio: quia non potest malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona: neque bonus in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Cum ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. Cum enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illic iam plenius punietur.

Potest etiam referri in memoria bonorum ad mitiorẽ pœnam habendam; vt bona, quæ inter multa mala fiunt, non proficiant ad præsentis vitæ, vel futuræ præmium obtinendum; sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium subeundum: sicut de fide, & ceteris, quæ sine charitate habentur.

Augustinus scribit in libro de patientia, cap. 26.

C. XLIX.

SI quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus, & vinculum pacis, quo catholica ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate cõstitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, sitim, nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennæ, & ignis æterni nullo modo ista culpãda sunt: immo vero & hæc laudanda patientia est: (Non enim dicere poterimus melius ei fuisset, vt Christum negando nihil eorum pateretur, quæ passus est confitendo.) sed existimandum, fortasse tolerabilius ei futurum iudicium, quàm si Christum negando cuncta illa vitaret. Vnde & illud, quod ait Apostolus. [Si tradidero corpus meum, vt ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.] nihil prodesse intelligitur ad regnũ cœlorum obtinendum, non ad extremi iudicij tolerabilius supplicium subeundum. *& supra. c. 23.*

¶ Hæc propter charitatem dicta sunt: sine qua in nobis non potest esse vera pœnitẽtia: quia in bonis charitas Dei est, quæ tolerat omnia.

Pœnitentia ergo, vt ex præmissis apparet, nulli in peccato perseueranti vtilis est; non tamen alicui denegan da est: quia sentiet fructum eius, cum alterius criminis pœnitentiam egerit. Sic itaque pœnitentia definiri, & cetera auctoritates sibi consonantes negant eum agere pœnitentiam, qui perseuerat in crimine, vtilem videlicet sibi, & fructuosam.

¶ *Illud autem Ambrosii.*[3] *Pœnitentia semel vsurpata, nec vere celebrata, & fructum prioris aufert, & vsum sequentis amittit.*] *de solenni intelligitur: quæ cum non vere celebrata fuerit, & fructum prioris, id est suipsius secuturam præcedens is, amittit (quia veniam quam impetrare potuit, contempsit) & vsum sequentis aufert, secundum consuetudinem quarumdam Ecclesiarum, apud quas pœnitentiæ solennitas non iteratur. De hac eadẽ pœnitentia illud etiam intelligitur,* [*non est secundus locus pœnitentiæ.*][4]

DISTINCTIO IIII.

Via vero multorum auctoritatibus supra monstratum est pœnitentiã vere celebrari, & peccata vere dimitti ei, qui aliquando in crimen recasurus est; quæritur, negant eũ facere pœnitẽtiam, qui in crimine perseuerat, intelliguntur de vtili vel fructuosa. Quòd autẽ dicitur, pœnitẽtia semel vsurpata, &c. de solenni pœnitentia intelligitur, quæ secũdum consuetudinem quarumdam ecclesiarum iterari non potest: & de hac solenni intelligitur. Non est secundus locus pœnitentiæ, subaudi, in quibusdam ecclesiis.

n ¶ *Vtilis est.*] ‖ quo ad pœnam æternam vitandam, vel quo ad vitã æternam obtinendam: sed vtilis est quo ad pœnam temporalem: quia ecclesia iterũ ei non imponet satisfactionẽ, p illo peccato, nec ille tenetur amplius cõfiteri. si tamẽ digne pœnituerit omniũ peccatorum, debet illud peccatũ confiteri ecclesiæ, scilicet peccatum simulationis, quo decepit ecclesiam. Et nota quòd illud peccatum primum, de quo satisfecit sine charitate, nõ remittitur antequam incipiat habere charitatẽ: tunc enim statim deletur. ꝫ. eo. §. illud autem. versus finem, &c.

Via vero.] Hæc dist. diuiditur in septẽ partes, in quarum prima probat per septẽ auctoritates, quòd peccata redeunt, Secũda ibi, *Eorum vero.* Tertia ibi, *Verum.* Quarta ibi, *Finis ergo.* Quinta ibi, *Qui autem.* Sexta ibi, *Verum illa.* Septima ibi, *Antiqua.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quarta dist. in qua magister cõtinuat dicta dicẽdis, & ponit qõnẽ an peccata dimissa redeant. Et ponit diuersas opiniones. nã qdã dicũt ꝙ peccata redeũt ad essentiam & reatũ & pœnam, sicut bona p seqntẽ gram reuiuiscũt. Alij dicũt ꝙ illa nõ redeũt, sed alia eiusdẽ generis. Cũ eis simile qd cõmittim, redire dicuntur quadã similitudine, sicut flores redeũt i vere. Tertij dicunt peccata redire quo ad reatũ tm. Quarti dicũt peccata redire p̃ter has tria causas. s. p̃ter odiũ fraternũ, vt in Euãgelio. Serue nequam. Vel cũ pœnitet aliquem pœnituisse: vt arg. 17. q. 4. sunt qui opes: Vel p̃ter contẽptũ pœnitẽtiæ, vel p̃ter crimen apostasiæ: vt j. e. q. cunq;. Alij dicũt ꝙ nullo mõ redeũt: vt 23. q. 4. si illic. 50. dist. miror. Nec ita est in malis vt redeãt sicut in bonis: vt ar. de cõsec. dist. 4. quãuis. & hoc credo verũ. Dicitur tñ redire: q. a ita dãnatur p seqntibus, ac si nũquã eis dimissa fuissent. Primo igit inducit auctoritates ad ꝓbãdũ, ꝙ dimissa peccata redeãt; & circa hoc notat duas opiniones: posita ꝙ peccata dimissa nõ redeãt. tãdem G. approbat illam sententiam ꝙ peccata dimissa redeant. *In memoriam*, de Iuda dictum est: In memoriam redibit iniquitas patrum eius.

o ¶ *Quia vero.*] Hic incipit 4. dist. in qua tractatur, ‖ an peccata semel dimissa

dimissa iterum redeant. Et quidam simpliciter dicunt quod redeant, nõ solum quo ad reatum, sed etiam quo ad essentiam & pœnam, & in hoc videtur declinare G. j. e. dist. §. vlt. sicut & actio semel perempta restituitur. ff. si ex noxa. causa aga. sed alio iure. in fi. Præterea sicut bonum reuiuiscit per gratiam sequentem, quòd prius mortificatur per culpam; ita mala mortificata per gratiam reuiuiscunt per culpam iteratam. 3. dist. proxi. c. piũ. & c. si quando. Alij dicunt quod non redeunt illa: sed alia eiusdem generis. cum. n. forte simile committimus, redire dicuntur quadam similitudine, sicut flores redeunt in vere. Tertij dicunt peccatum redire tantum propter vnum istorum quattuor criminum. s. propter odium fraternum: vt in Euangelio, serue nequam, &c. Item propter crimẽ apostasiæ, vt j. ea. quicunque. Item propter pœnitentiam pœnitentiæ. 3. 17. q. 4. sunt qui opes. Item ꝓpter contemptum pœnitentiæ. 3. dist. 3. si Apostolus. Alij dicunt quòd nullo modo redeunt, arg. 23. q. 4. si illic. 50. dist. miror. nec est ita in malis vt redeant sicut in bonis. arg. de conse. dist. 4. quamuis. & hoc credo catholice dici. dicuntur tamen redire: quia remissionis beneficium sequenti culpa amittimus ob ingratitudinem. 3. dist. proxi. §. hac auctoritate. versi. penul. Nam perinde priuatur quis gloria propter sequens delictum, ac si nulla peccata essent dimissa, vt j. dist. 5. fratres. Pœnitẽtia enim duo facit, pœnam tollit, & gloriam acquirit, vt 3. di. 1. §. alij econtra. ca. ecce. Auctoritates autem quæ videntur dicere quòd redeant, hoc sonant, quòd ita punitur quis pro sequentibus ac si numquã ei dimissa fuissent. Procedit autem G. in hunc modum. Primo inducit auctoritates quod peccata dimissa redeãt, vsque ad §. eorũ. Secundo notat circa peccati dimissionẽ aliquas opiniones eorũ qui dicunt peccata redire. Tertio allegat pro aduersa parte q nõ redeant, & sic determinat distinctionem. L.

a ¶ *Dimisti tibi.*] quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego misertus fum tui? & iratus dominus tradidit eum tortoribus quousque redderet vniuersum debitum. sic & pater meus cælestis faciet vobis, ideſt, repetet à vobis dimissa. & in hoc facit ad propositum. Lau.

SERVE NEQVAM. Historia. Legitur in Euangelio, serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me. nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut ego tui misertus sum? & iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quousque redderet vniuersum debitum, sic & pater meus cælestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Omnia autem quæ sequuntur vsque ad §. eorum. plana sunt, scilicet si Iudas. & §. considerandum. & ca. conteris. *Non autem in æternum*, supple, redditur.

b *Si Iudas.*] ¶ *Ad eum vel sua.*] contrarius sensus facit ad propositum Gra.

c ¶ *Parentum.*] commissa à se, imitando parentes.

d ¶ *Iniquitas.*] scilicet commissa ab eo imitando eos. ‖ aliàs iniquitas patris non respicit filium, nisi (vt dixi) sit sceleris paterni imitator. 1. q. 4. crimen & per totam legem. Lau.

e ¶ *Sed iniquitatem.*] ideſt, auaritiam, quam primi parentes eius egerunt, vel originalia peccata. Lau.

f ¶ *Originalia.*] peccatum originale ita dicitur reputari: quia ita punitur pro sequentibus ac si dimissum non esset. arg. j. e. qui recedit. & ita de aliis dic. Sed quare dicit pluraliter, originalia, cum vnum solũ sit originale? ponit plurale pro singulari. arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis. deinde regibus, ideſt. rege: ‖ Vel propter diuersos effectus, quos habet in hominibus originale: quosdam enim facit inuidos, quosdam luxuriosos, quosdam auaros, &c. Item sicut concupiscentia facit puerum

C. III.

DIxit † Dominus, (Dimitte, & dimittuntur tibi:) si ego prior dimisi; dimitte vel posthea. Nam si non dimiseris; reuocabo te, & quidquid tibi dimiseram, replicabo tibi.

Item ibidem. 4

C. IIII.

5 QVi diuini beneficij oblitus suas vult vindicare iniurias; non solum de futuris peccatis veniam non merebitur: sed etiam præterita, quæ iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur.

Item Beda super Lucam, lib. 4. c. 48.

C. V.

6 REuertar † in domum meã, vnde exiui.) timendus est iste versiculus, non exponendus: ne culpa, quàm in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat.

Idem ibidem.

C. VI.

7 QVæcumque † enim post baptisma, siue prauitas hæretica, seu mundana cupiditas arripuerit; mox omnium prosternet in ima vitiorum.

Item Augustinus in libro quæstionum Deuteronomij, q. 42.

C. VII.

PEccatum, quod ex Adam cõtrahitur †, temporaliter redditur: quia omnes propter hoc moriuntur; non autem in æternum eis, qui fuerint per gratiam spiritualiter regenerati, in eaque permanserint vsque in finem.

8 *Eorũ vero, qui hanc sententiã sequntur.*

concupiscibilem, & adultum concupiscentem: fic & superbia facit puerum superbilem, & adultum superbientem. Vel pluraliter ponit propter varias appellationes, quas habet: dicitur enim lex membrorum, stimulus carnis, angelus satanæ, languor naturæ, fomes peccati, &c. facit supra distinct. 6. sed pensandum, Palea.

g ¶ *Dimissa sunt.*] si pœnitet eum suscepisse baptismum vel ita punietur sufficienter, ac si non esset baptizatus.

h *Constat.*] ¶ *Dimissum.*] hic videtur quod prius dimittat Deus peccata, quam dimittat homo peccatum. sic ex hoc sequitur impossibile, scilicet quod simul esset iustus & iniustus, bonus & malus. ‖ Sed dic quod tempore simul sit ab homine dimisio peccati, & à Deo remisio: præcedit tamen gratia vtrumque, quæ quando vult & prout vult in homine operatur. Expone ergo hic prius dimisi, ideſt, prius me dimissurum obtuli, quantum in me est: quia benefacere Deus paratus est. Vel ad originale peccatum refertur hoc quod sine merito hominis à Deo remittitur. Vel ad parabolam Euangelicam de seruo cui dominus decem milia talenta remisit priusquam ille conseruo suo quinquaginta.

i *Dixit Dominus.*] ¶ *Dimitte.*] ideſt habilem te ostende ad

60 suscipiendam gratiam.

k *Qui diuini.*] ¶ *Replicabuntur.*] expone vt supra hoc est, ita damnabitur ac si non essent dimissa: & ita expone omnes has auctoritates infra de consecratio. distinctio. 4. quomodo. Lau.

l *Reuertar.*] hæc sunt verba satanæ.

m ¶ *Non exponendus.*] 27. q. 1. de viduis.

n ¶ *Nos vacantes.*] à bonis operibus.

o *Quæcumque enim post baptisma.*] ¶ *Omnium.*] etiam prius dimissorum.

p *Peccatum.*] ¶ *Redditur.*] ideſt, punitur.

FORVM VERO. Hæc est secunda pars dist. in qua probatur superficialiter, quòd peccata redeunt, & secundum præsentem tantum iustitiam dimittuntur: non tamen vere, sicut nomina discipulorum, qui recesserunt. Ioan. de Fant.

CASVS. Assignat nunc Gratianus quamdam differentiam inter eos qui dicunt peccata redire. Quidam enim eorum dicunt, quòd peccata reditura dimittuntur secundum iustitiam, & non secundum præscientiam: quod probant exemplo Apostolorum, qui retro abierunt, sic mali cadunt à præsenti iustitia. Alij dicunt quod omnino ex toto dimittuntur, & respicit ille §. alium §. j. ead. capit. si ex bono. §. finis. vbi dicit: alij vero. Hæc autem differentia parum valet, sed magister hoc facit vt habeat materiam tractandi de præscientia & prædestinatione. Quæ autem sequuntur vsque ad cap. *Si ex bono.* plana sunt, scilicet. *Si quis. Sed non. & §. verum.* & ad probandum quod dicitur in §. inducit cap. sequens.

q ¶ *Eorum.*] ideſt, qui dicunt peccata redire dimissa duas ponit G.

1 Sent. ibidẽ.

2 Sent. ibidẽ.

3 Sent. 4. dist. 14. sup. ca. in falicibus.

4 Sup. dist. 50. si quis potuit. Hugo. de S. Vict. lib. 2. de Sacr. par. 14. cap. 4.

5 Hugo li. 1. de sacr. p. 5. cã. 8. dist. 4. cãli. 21.

Ephes. 5.

a Quod tamen prægrandum nõ est, extra de summa trini. c. 1. Archid.

b Sent. ibidẽ.

Matth. 6.

Luc. 16.

§ In homilia 40. habetur sententia.

‖ Mali hic ꝓsperantur, & boni patiuntur.

Fol. 108.

Matth. 18.

1 Ioã. prof. ep. ibi.

1 Sent. 4. dist. 11.

‖ Pœnitentia perfecta rãi in peccato an fit vtilis.

† abest ab orig.

† aliqbus manẽt orig.

b De hoc etiã legitur & not. 5. ca. 5. illud in fi. ibi videas: & quod dicit ibi: gl. de verbo ad verbum approbat Pet. vsque in fin. & idem H. & L. quorum sunt illa glo. Arch.

1. Cor. 13.

† patientia vera lectio

‖ Peccatum originale diuersis habet effectus in hominibus.

† *Dixit illi Deus*] orig. *Lu. 6.*

4 Sententia non verba. 5 Sent. ibidẽ.

6 Sent. ibidẽ.

‖ Peccati dimissio & eiusdem remissio simul fiunt.

7 Sent. ibidẽ. *al. Quemcumque*

8 B. Ambrosius li. 9. com. in epistõ. ad Romanos in illa verba: Iacob dilexi } & gl. ibi ord. dem [vt ostenderet diuitias. }

† *al. trahitur*

opiniones, quæ potius in verbis differunt, quã in sensu. quidam enim dicunt peccata dimissa redire, dimissa inquam secundum iustitiam, non secundum præscientiam. Alij dicunt redire peccata dimissa pure, & plene, siue per baptismum, siue per pœnitentiam. Vt ergo ista intelligantur, & qualiter hæ opiniones conueniant, notandum est, ¶ quòd prædestinationis siue præscientiæ

¶ Præscientiæ duplex est effectus.

(quia & sub nomine præscientiæ includitur prædestinatio) duplex est effectus, s. & in tempore iustificare, & æternaliter gloriam tribuere. Quo ad primum effectũ operatur Deus, quandocumque in hac vita peccata dimittit, & hoc est secundum iustitiam peccata dimittere. Quo ad secundum effectum, quãdo sic peccata dimittit, ne finaliter peccatum redire patiatur, vt ad beatitudinem perducat: & hoc est secundum præscientiam peccata dimittere. Qui ergo finaliter ad peccatum reuertitur, non secundum præscientiam. sed secundum iustitiam remissionẽ peccatorum consecutus est, & hoc est, quod hic tangit G. & 7. e. §. finis, & sic patet duas prędictas sententias non esse contrarias: quia cui peccata dimittuntur secundum iustitiam, plene & pure ei dimittuntur. infra ea. §. vlti. Lau.

Io.6. Psal.90. Exo.32. 1.Cor.10. 1 Sent.4.dist.4.

a ¶ *Alij dicunt.*] hanc differentiam opinionum non ponit magister, nisi vt tractet de prædestinatione, non quòd sibi in aliquo cõtradicant. Hoc, alij, respicit illud alij, quod inuenitur infra ea. §. finis.

al.omnino

b ¶ *Iustitiam.*] præsentem, quæ eis confertur, quibus peccata dimittuntur. Hug

c ¶ *Præscientiam.*] ab æterno enim præsciuit Deus talem dimissionem non valere eis ad vitam æternam, nec vsque in finem durare.

d *Mille casuri.*] idest, pauciores, qui credũt se cũ Dño iudicaturos.

e *Et decem millia.*] ideſt, plures, qui crediderunt se sessuros ad dexteram Dei, ideſt, in æterna beatitudine: plures enim sunt, qui credunt se saluandos, quàm qui credunt se iudicaturos cum Domino, & ideo illi designantur maiori numero, isti minori.

f *Sed non in pluribus.*] plures illorum non placuerunt Domino, etsi aliqui eorum, &c.

VERVM HOC. Hæc est tertia pars dist. in qua probat, quod de ficte pœnitẽtibus intelligatur quod dictum est, quibus peccata non dimittuntur. de aliis nõ põt intelligi, quãuis postea sint casuri. Io. de Fan.

g *Accedentibus.*] supra 1.q.1. sicut ficti. H.

quuntur; alij dicunt[a], *quòd peccata reditura dimittuntur secundum iustitiam*[b], *sed non secundum præscientiam: sicut nomina discipulorum, qui retro abierunt, erant scripta in libro vitæ propter iustitiam, cui deseruiebant, non secundum præscientiam*[c], *quæ in numero saluandorum eos non habebat. Sic à latere Dei dicũtur mille casuri*[d]*, & decem millia*[e] *à dextris eius; quos tamen diuina præscientia numquàm suis adnumerauerat. Hinc etiam Dominus ait Moysi (Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro vitæ*†*.) vt secundum iustitiam iudicis ille peccando dicatur deleri, qui secundum præscientiam numquam fuerat adscriptus. Hinc Augustinus in epistola ad Corinthios*[a] *[Sed non in pluribus*[f] *eorum beneplacitum est Deo: etsi in aliquibus. Communia omnibus sunt omnia sacramenta, sed non communis gratia: ita & nunc baptismus est communis, sed non virtus baptismi.]*

Exo.32. Psal.90. Exo.32. meo} orig. 1.Cor.10. Rom.11. Sap.4.

1 *Ex bono.*] CASVS. Continuum est cap. Augu. vsque ad §. sequentem. *Finis.* & ponitur sic casus secundum Hu. Primo Augustinus talem fecit quæstionem. Ecce aliqui sunt primo charitatem habentes. & dum in tali bonitate sunt, non moriuntur: peccant postea; & ita facti mali moriuntur. Quærit ergo Augu. quare non rapuit eos Deus de vita hac dum boni erant, præsertim cum possit eorum futura mala scire? nec potest dici q̃ alicui hoc non faciat, quod probat auctoritate Salomonis. vnde formauit talem quæstionem, s. cur illum dum erat bonus rapuit Deus, & non istum, præsertim cum posset scire istum peccaturum, & non potest hic aliquid responderi, nisi quia Deus voluit illi dare perseuerantiam finalem, & non isti quasi ignoretur. Postea ostendit quòd istam perseuerantiam dat omnibus filiis suis prædestinatis, & non aliis. Et incipit ita facere distinctionem vel diuisionem, quod quidam sunt mali, sunt tamen filij Dei prædestinatione: quidam sunt boni, & non sunt filij Dei per gratiam Dei perseuerantem, quasi non sunt filij Dei prædestinatione: quia non sunt in bono permansuri. Et circa hanc materiam vagatur Auguſt. vsque ad finem cap. aliquantulum prolixe loquens: tu tamen diligens lector tene materiam, de qua loquitur, & in dictis non confunderis. Verba Salomonis sunt ibi, *Raptus est, &c. Inimicus eius*, ideſt, Christi. *Regeneraturus.* scilicet Dominus. Beneuen. vero sic ponit hunc casum. Hæreticus mouet quæstionem Aug. quare illa diuersitas sit in ecclesia, quòd quidam pie viuentes deficiunt & damnãtur, quidam autem pie viuentes de hac vita rapiuntur, ne malitia mactet intellectum eorum. Et dicit Augu. Non potest responderi: quia Deus habet de omnibus potestatem, non quòd mala futura nesciat. Potest autem ita responderi, hoc ideo contingit: quia quibusdam datur perseuerantia, quibusdam non. quod non de prædestinatis intelligendum est, qui secundum propositum vocati sunt sancti, sed de illis qui cum pie viuant vocantur filij Dei, sed postea impie victuri sunt, & in eadem impietate morituri: de quibus dicit Ioannes: *Ex nobis exierunt.* de quorum numero fuerunt discipuli Christi, qui abierunt retro. de quorum numero sunt omnes qui recipiunt sacramentum baptismi: & postea impie viuendo de bonis facti sunt mali.

vinthios ex B. Augustino in psalmum 77. & copiosius apud illos exponuntur.

Deus enim diffirmus, qui perseuerantiã bonitatis non habent, sed ex bono, &c. } orig. Sap.4.

C. VIII.

SI ex bono[h] in malum deficiente bona voluntate moriuntur[i]; respondeant, si possunt, cur illos Deus, cum fideliter, & pie viuerent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum. Vtrum hoc in potestate[k] non habuit? an eorum mala futura nescíuit? Nempe nihil horum[l] nisi peruersissime, atque insanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant[m], qui nos irridentes, quando in talibus rebus exclamamus [quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.] Neque enim hoc non donat[n] Deus, quibus voluerit: aut vere scriptura, illa mentitur, quæ de morte velut immatura hominis iusti ait, [Raptus est[o], ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animas eius.] Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat Deus? apud quem non est iniquitas, neque acceptio personarum. & in cuius potestate est, quamdiu quisque in hac vita maneat, quæ tentatio dicta est[p] super terram? Sicut ergo[q] coguntur fateri, donum Dei esse, vt finiat homo vitam istam, antequam ex bono mutetur in malum: cur autem aliis donetur, aliis non donetur, ignorant; ita donum Dei esse in bono perseuerantiam secundum scripturas (de quibus testimonia multa iam posui[a]) fateantur nobiscum, & cur aliis detur, aliis non detur, sine murmure aduersus Deum dignentur ignorare[b] nobiscum.[1] Nec nos moueat, quod filiis[2] suis[c] quibusdam Deus non dat istã perseuerãtiam. Absit enim, vt ita[d] esset, si de illis prædestinatis essent, & secundum propositum vocatis, qui vere sunt filij promissionis. Nam isti[e] cum pie viuunt, dicuntur filij Dei[f]: sed quoniam victuri sunt impie, & in eadem impietate morituri; non eos dicit filios Dei[g] præscientia Dei. Sunt enim filij Dei, qui nondum sunt nobis[h], & sunt iã Deo: de quibus ait Euangelista Ioannes[i] [quia Iesus erat moriturus pro gente, & non tantũ pro gente, sed etiam, vt filios Dei[k] dispersos congregaret in vnum[l]] quod vtique credendo futuri[m] erant per Euangelij prædicationẽ: & tamen antequam esset factum, iam filij Dei erant in memoriali patris sui inconcussa stabilitate conscripti. Et sunt rursus quidam, qui filij Dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur à nobis[n], nec sunt tamen Deo, de quibus aitidem Ioannes [ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quòd si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum:] non ait, ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum, iam non sunt ex nobis, verum ait [ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.] hoc est & quando videbantur ex † nobis, non erant ex nobis. Et tamquam ei diceretur, vnde id ostendis? [quòd si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent vtique nobiscum.] Filiorum Dei vox est: Ioannes loquitur in filiis Dei præcipuo loco constitutus. Cum ergo filij Dei dicunt de his[o], qui perseuerantiam non habuerunt, [ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis;] & addunt (quòd si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum;) quid aliud dicunt, nisi, non erant filij, etiam quando erant in professione, & nomine filiorum: non quia iustitiam simulauerunt, sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait; nam, si fuissent ex nobis, veram, non fictam iustitiam tenuissent vtique nobiscum: sed [si fuissent inquit, ex nobis, permansissent vtique nobiscum.] In bono illos volebat proculdubio permanere: erant itaque in bono: sed quia in eo non permanserunt, ideſt, non vsque in finem perseuerauerunt[p]; non erant, inquit, ex nobis, & quando erant nobiscum: hoc est, non erant ex numero filiorum, & quando erant in fide filiorum, quoniam, qui vere filij sunt, præsciti & prædestinati sunt conformes[q] imaginis[r] filij eius, & secundum propositum vocati sunt, vt electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo[s] isti ex multitudine vocatorum: ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non igitur filiis suis prædestinatis Deus perseuerantiam non dedit. Haberent enim eam, si in eo filiorum numero[t] essent: & quid haberent, quod non accepissent, secundum Apostolicam[v], veramque sententiam? Ac per hoc tales[x] filij, filio Christo dati essent[y], quemadmodum ad patrem dicit ipse (vt omne, quod dedisti mihi, non pereat[z], sed habeat vitam æternam.) 3 Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam æternam. Ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propositum vocati, quorum nullus perit: ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitã: quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam æternam. Et rursus, quos dicimus inimicos eius, vel paruulos filios inimicorum eius, quoscumque eorum sic regeneraturus est, vt in ea fide, quæ per dilectionem operatur, hanc vitam finiant; iam & antequam hoc fiat, in illa prædestinatione sunt filij eius, & dati sunt christo filio eius, vt non pereant, sed habeant vitam æternam. Denique ipse Saluator (si manseritis, inquit, in verbo meo, vere discipuli mei estis.) Numquid in his computandus est Iudas, qui non mansit in verbo eius? Numquid in his computandi sunt illi, de quibus Euangelium sic loquitur? vbi Dominus cum commendasset manducandam carnem suam, & bibendum sanguinem suum, ait Euangelista. (Hæc dixit[a] in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt. Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius[b]? spiritus[c] est, qui viuificat: caro autem non prodest quidquam. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus: qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat. Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.) Numquid non & isti discipuli appellati sunt, loquente Euangelio? & tamen non erant vere discipuli, quia non manserunt in verbo eius, secundum id, quod ait [Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis.] Quia ergo non habuerunt perseuerantiam; sicut non vere discipuli Christi; ita nec vere filij Dei fuerunt, etiam quando esse videbantur, & ita vocabantur. Appellamus ergo nos & electos Christi discipulos, & Dei filios: quia sic appellandi sunt, quos regeneratos pie viuere cernimus. Sed tunc vere sunt, quod appellantur, si manserint in eo propter quod sic appellantur. Si autem perseuerantiam non habent, ideſt, in eo, quod cœperunt esse, non manent; non vere appellantur, quod appellantur, & non sunt. Apud eum enim hoc non sunt, cui notum est, quod futuri sunt, id. est, ex bonis mali.

Et venit à superis vel agas bene, vel mediteris. Item.

Quiquid habes meriti præbentis gratia donat:

Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.

1.q.2. quàm pio.

x ¶ *Tales.*] secundum præsentem iustitiam.

y ¶ *Dati essent.*] si haberent perseuerantiam.

z ¶ *Pereat.*] tempore.

a ¶ *Hæc dixit.*] verba Euangelistæ vsque ibi, numquid, &c.

b ¶ *Vbi erat prius.*] apposuisti: quasi dicat tunc intelligitis quæ dico, vt de conse. dist. 2. prima. 1.Cor.4.

c ¶ *Spiritus.*] ideſt, spiritualis intellectus. Io.6.

FINIS.

3 5. dist. 2. de pœnitentia c. nullus eorum.

Io.8.

Io.6.

Io.8.

4 *Finit*

a ¶ *Posui.*] in alia parte cap. quod non est hic. L.

b ¶ *Ignorare.*] ff. de le. non omnium.

c ¶ *Filijs suis.*] per præsentem iustitiam.

d ¶ *Vt ita.*] scilicet q̃ non det, ideſt, subtrahat perseuerantiam.

e ¶ *Nam isti.*] quibus Deus non dat perseuerantiam vel prædestinationem. Laur.

f ¶ *Filij Dei.*] secũdum præsentem iustitiam.

g ¶ *Filios Dei.*] secundum prædestinationem. Lau.

h ¶ *Nobis.*] secundum expositionem & opinionem nostram. B.

i ¶ *Ait Euangelista Ioannes.*] in Euangelio, scilicet in verbis, quæ sequuntur. L.

Ioan.11.

k ¶ *Dei.*] prædestinatione.

l ¶ *In vnum.*] ideſt, vnitatem fidei. Lau.

m ¶ *Futuri.*] ideſt, filij Dei per gratiam. L.

n ¶ *A nobis*] ideſt, inter nos. Ioan.

o ¶ *De his.*] illi scilicet, qui non de his, i. de istorum numero qui, &c.

p ¶ *Perseuerauerunt.*] ideſt, vsque in finem non perseuerauerunt. vnde Ouidius.

¶ *Sed scilicet vltimæ semper*

Expectanda dies homini est: dicique beatus

Ante obitum nemo, suppremamque funera debet.

Argue prodesse modicum quod desinit esse.

Quod non durabit, commoda parua dabit.

Et not. aliquem non debere dici permanentem vel perseuerantem qui vsque in finem non perseuerauerit: licet longo tẽpore in operibus charitatis existat, supra dist. proxi. incasum. H.

q ¶ *Conformes.*] puritate vitæ modo, & postea beatitudine. L.

r ¶ *Imaginis filij eius.*] ideſt, filij, qui est imago patris vsquequaque eadem cum patre.

s ¶ *Fuerunt ergo.*] sic ordina, ergo filius suis nõ prædestinatis Deus perseuerantiam nõ dedit. L.

t ¶ *Numero.*] secundum præscientiam.

ARDITIO. Ideſt prædestinationem: nam secundum præsentem iustitiam bene erant in numero illorum. P.

v ¶ *Apostolicam.*] quæ dicit, quid habes q̃ non accepisti? Et Iacobus. ¶ Omne datum optimũ. & omne donum perfectum desursum est, vnde versus.

Ex ope celesti fit si quid habetur honesti.

FINIS ERGO HVIVS. Hæc est 4. pars dist. in qua ostendit quid sit scribi aut deleri de libro vitæ secundum præsentem iustitiam vel præscientiam. Vel in hac agitur de præscitis & prædestinatis. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit nunc Gratia. quòd finis eiusdem auctoritatis, sit ex bono. vbi dicit, *appellamus ergo*, concordat sententiæ eorum, qui dicunt peccata dimitti secundum præsentem iustitiam, & non secundum prædestinationem. Alij vero dicunt omnino peccata dimitti pœnitenti: quia si tunc decederet, saluaretur: licet postea recasurus sit in peccatum. & pro eis facit principium auctoritatis si ex bono, ne ergo finis principio contradicat, videndum est quid sit scribi in libro vitæ, vel de eodem deleri secundum iustitiam vel præscientiam.

¶ Scribi in libro vitæ secúdum præscientiam & prædestinationem est prædordinari ad vitam æternam; quod promissum est ab æternoquod probat auctoritate Apostoli. ¶ Deleri de libro vitæ quid sit.

¶ Deleri vero est secundum præscietiam ad mortem præsciri. & hoc probat auctoritate Euangelij & August. proponat, scilicet hæreticus. Et no. quod G. tantum videtur facere vnum §. ab illo §. finis. vsque ad §. qui autem dicunt. qui est iuxta c. quid est. sed propter prolixitatem assignantur à pluribus plures §. & plura ca. & ego distinguo vt melius intellectus litteræ capiatur.

Sap. 4.

a ¶ *Finis.*] vbi dictũ est, ꝙ appellamus filios Dei propter præsentẽ iustitiã, qui tamen non sunt secundum præscientiam.

b ¶ *Alij vero.*] hoc, alij, respicit illud, alij, quod posuit 7. ea. dist. §. eorum. in prin. Lau.

c ¶ *Omnino.*] i. sine determinatione[a] aliqua. 37. q. 1. quòd si dormierit.

d ¶ *Proponat.*] August. scilicet. Hug.

e ¶ *Scribi.*] quadrimẽbrem diuisionem innuit G. quàm in ordinatione prosequitur vsque ad locum illum. sic itaque peccata. vnum quodque mẽbrum diffiniens, & diffinitiones suas auctoritate confirmans. Lau.

[a] Idest, secũdum præscientiam iustitiam, & secundum præscientiam, Pet.

Benedictus.] ¶ *Qui benedixit.*] i. benedicet, i. exaltabit nos omnimodo in anima & corpore. 23. dist. qui episcopus [b].

[b] Et ideo ponitur præteritum pro futuro: quia futura sunt certa apud Deum: sicut præterita apud nos. Per.

c Et hoc tangit Apostolus in litera, quæ non ponitur hic, vbi dic secundum prepositum, &c. vt in glo. seq.

Finis[a] *huius auctoritatis eorum sententiæ concordat, qui peccata dicunt remitti secundum iustitiam, & non secundum præscientiam. Alij vero*[b], *quamuis fateantur peccata redire; tamen seu per baptisma, seu per pœnitentiam asserunt omnino*[c] *peccata remitti, & plenà fide accedentem ad lauacrum renasci non aqua tantum, sed etiam spiritu sancto: & si postea peccaturus sit, demum pœnitẽtem, etsi aliquando recasurus sit, tamen tempore suæ pœnitentiæ ita perfecte expiatum affirmant, vt si tunc moreretur, salutem inueniret æternam. Quorum sententiæ, eiusdem auctoritatis principium consentit. Cum enim quæstionem proponat*[d] *quare præscitos ad mortem, cum fideliter, ac pie viuerent. non tunc de vitæ huius periculis Deus rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum, cum de immatura morte prædestinati scriptura dicat* [*Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius; aut ne fictio deciperet animam eius:*] *euidenter ostendit illos tales fuisse, qui si fatali necessitate huius vitæ subducti essent periculis, profecto vitam consecuti essent æternam. Vt ergo finis principio conueniat, & ne sibi ipsi contraire videatur, definiendum est, quid sit scribi*[e] *in libro vitæ, & de eo deleri secundum iustitiam, quid secundum præscientiam. Secundum præscientiam scribi, est ad vitam prædordinari: quod ab æterno facti est.*

Vnde Apostolus in epistola ad Ephesios, cap. I.

C. IX.

BEnedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit[f] nos in omni benedictione[g] spirituali in cælestibus in Christo Iesu: sicut elegit[h] nos in ipso[i] ante constitutionem mundi, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu[k] eius in charitate: qui prædestinauit[l] nos in adoptionem filiorũ per Iesum[m] Christum[n], in ipsum.

Similiter secundum præscientiam deleri, est ad mortem, non ad vitam præsciri: quod & ipsum ab æterno[o] *factum est. Vnde Dominus in Euangelio* [*Qui credit in me, habet vitam æternam, qui autem non credit, iam iudicatus*[p] *est.*] *Hinc etiam Augustinus ait.*

C. X.

NOuit Dominus, qui sunt eius.] Ex his nemo seducitur[q]: Nondum apparuit iudicium, sed iam factum est.

¶ *Sententia est apud B. Augustinum, tract. 12. in Ioannem. & in 20. de ciuitate Dei, c. 7. vnde citat Beda in 2. Tim. 2. Verba autem fere eadem sunt in glossa ordinaria ad eum ipsum Pauli locum.*

Porro secundum iustitiam scribi, est, Deo auctore ea operari, quorum merito sit dignus æterna salute. Hunc duplicem modum scribendi[r]*, in Euangelio Dominus assignauit, dicens discipulis* (*In domo patris mei mansiones multæ sunt: si quo minus*[s]*, dixissem vobis quia vado parare vobis locum. & si abiero, & parauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis.*) *dicens, (in domo patris mei mansiones multæ sunt: si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.) ostendit eos, quibus loquebatur; scriptos*[t] *in libro vitæ, prædestinatione. Subiiciens (si abiero, & parauero vobis locum, &c.) ostendit eos adhuc esse scribendos operatione.*

Hinc etiam Augustinus in eiusdem loci explanatione ait.[1]

C. XI.

IN domo patris mei mansiones multæ sunt.) Domus Dei, templum Dei, regnum Dei, regnum cælorum, sunt homines iusti[x]: in quibus sunt multæ differentiæ inter se: & hæ sunt mansiones ipsius domus. Hæ autem iam paratæ sunt in prædestinatione, sicut ait Apostolus, (qui elegit nos ante mundi constitutionem) prædestinando, parando † autem in operatione. Vnde (quos prædestinauit[y], hos & vocauit[z],) & iustificauit, & magnificauit. Et secundum hoc dicitur (fecit Deus, quæ futura sunt) idest, quæ facturus[a] est. *& infra.*

quæst. 2. cap. quod autem. §. ecce. quia hic ex negatione sequitur affirmatio. Ioan. d

IN domo patris.] CASVS. In hoc capit. August. primo pronuntur verba Domini, scilicet in domo patris mei, &c. Secundo verba Augustini, exponentis verba Domini: per quæ probat duplicem modum Augustini, scilicet secundum iustitiam, & secundum præscientiam: scribendi, scilicet secundum iustitiam, & secundum præscientiam: scicut in littera poterit deprehendi. hoc autem verbum, *si quo minus.* in apparatu exponitur.

x ¶ *Iusti.*] 24. q. 1. omnibus.

y ¶ *Prædestinauit.*] ab æterno.

z ¶ *Et vocauit.*] in memoriam per gratiæ collationem, & interiori vocatione.

a ¶ *Quæ facturus.*] idest, quæ se facturum prædordinauit. Lau.

o ¶ *Ab æterno.*] quo ad Dei præscientiam.

p ¶ *Iudicatus est.*] idest, iudicari præscitus est.

q ¶ *Nouit.*] ¶ *Seducitur.*] finaliter.

PORRO SECVNDVM IVSTITIAM. CASVS. Nunc Gratia. dicit ꝙ scribi secundum præsentem iustitiam est ea operari, quibus sit dignus ęterna salute. & de hoc duplici modo, scilicet secundũ iustitiam, & secundũ præscientiam, probat auctoritate Dñi. In domo patris mei, &c. quã auctoritatem Gra. exponit. & incipiũt ibi verba Gr. *dicens*, &c. *Operatione*, idest, secũdum iustitiam. Ad probandum hunc duplicem modum inducit auctoritatem Augu.

r ¶ *Scribendi.*] in libro vitæ quo ad Dei præscientiam, & secundum iustitiam.

s ¶ *Si quo minus.*] i. si aliquo modo minus, idest, non. q. d. si non essent ibi paratæ in prædestinatione, dixissem vobis, i. non celassem vobis, immo dixissem quia non sunt ibi. & veræ paratæ sunt ibi in prędestinatione: quia vado vobis parare locum in operatione. Paratę quidẽ erant mansiones in prædestinatione, sed tamen adhuc parandæ ipsorũ operatione. Vel sub vna distinctione vt sit probatio per impossibile, hoc modo. ‖ In domo patris mei mansiones plures sunt: & merito multæ paratæ sunt vobis in prædestinatione: quia si non essent paratæ vobis in prædestinatione: ego dicerem vobis, vado parare eas, idest vado eas vobis prędestinare. hoc autem est impossibile vt incipiat aliquid prędestinare. Cõstat ergo mansiones alias paratas esse. & hoc est si non essent ibi, dixissem vobis, quia vado parare, idest prædestinare. H.

‖ Mansiones multæ paratæ sunt in domo Domini.

t ¶ *Scriptos.*] nota hic argumen. contra excepționem G in illo §. 27.

1 Tract. 68 in Io. c. 14. & ibi glossa ordina. ria.

f ¶ *Si quo minus.*] idest aliquo minus, idest, non. q. d. si non essent ibi multæ mansiones, dixissem vobis, quia non sunt ita: sed quia vado parare eas in operatione, &c. Vel idest si multæ non essent ibi mansiones.

t ¶ *Quia.*] idest, vere sunt ibi: quia vado parare eas in operatione.

v ¶ *Scriptos.*] nota hic argumen. contra excepționem G in illo §. 27.

Esa. 41. & 44.

b sine debito ex negatione sequitur affirmatio, non affirmatio: quia ibi dixerit, ꝙ ex quo beata Maria quam Ioseph despõsauerat & in suam dexerat, coniunx negatur fuisse multo minus ille, quæ simpliciter spõsa erat, coniunx est appellanda. Pet.

a ¶ *Si quo minus.*] confirmat esse mansiones paratas, idest, quæ se facturum prædordinauit, per arg. à contrario sensu sumptum illius verbi, si quo minus. Et hoc est quod sequitur. & si abiero: vnde eo ipso quod abiit, mansiones illas parauit in opere, idest, ipsos ad præparandum excitauit, accendit enim eos ad desiderandum se amplius. ¶ quanto enim amplius res desiderata

[Hoc de littera a retro ampliꝰ capitur quam hic fabricatur. Lau. & Glosa ibidem.

a Vide q. 3. allegatum. & ibi dicta distinctione creationis.

subtrahitur: tanto amplius desideratur [a]. & eo ipso quòd se subtrahit aspectibus eorum, meretur fides in eis augmentari. Fides enim est de re non visa. & hoc est abiens à vis ad tempus, sed non relinquens: quia eum eis est semper. 3. dist. 2. quærendum. Meritum enim ita demum est (vt ait Aug.) si de ea re sit, quàm credere ad religioné pertinet, non enim de omni re quæ videtur quod hic dicitur accipiendum est. Lau.

¶ [1 Si quo minus a] confirmat esse: quia si non essent, dixisset; ibo, & parabo, idest, prædestinabo. Sed quia iam ibi sunt, non est opus aliqua parare. Quia vero nondum sunt in operatione, addit [& si abiero, & parauero.] Abiens, sed non relinquens, parat[b]: quia subtrahit se, & latet: vt sit fides, quæ non est de re visa: & inde est meritum fidei. ¶ Ex hac viuit iustus, & mũdatur ei cor, dum peregrinatur, & in ea desideraturf, quod nondum habetur g. Et hæc est præparatio mansionis: quia sic parat nos sibi, & se nobis, vt maneat in nobis, & nos in eo, quantum quisque erit particeps eius plus, vel minus pro diuersitate meritorum: Et hæc multitudo mansionum est[a].

Iam.

b ¶ *Parat.*] loquitur hic ac si aliquis posset incipere prædestinari. quod non est verum.

c ¶ *De re visa.*] & hic innuit illud: Fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. argu. 7. de conse. dist. 4. venit.

d ¶ *Et inde est.*] ipse Deus scilicet.

e ¶ *In ea.*] scilicet fide.

f ¶ *Desideratur.*] scilicet fides, &c. H.

g ¶ *Habetur.*] futura gloria. H.

SECVNDVM IVSTITIAM CASVS. Dixit G. supra, quid sit deleri secundum præscietiam: nunc autem dicit quid sit deleri secundum iustitiam, scilicet facere ea, quibus æternam damnationem meretur quis: ad quod inducit auctoritatem prophetæ, quæ magis facit ad probandum electionem secundum præscientiam: & non respicit, quod proxime dictum est.

Ibid. 68.

h ¶ *Hinc propheta.*] ad id respicit, quod dixit quid sit deleri secundum præscientiam, non ad proximum: cum multi saluandi deleantur, & secundum iustitiam præsentem operantur damnatione digna.

i ¶ *Deleantur.*] hoc verbum respicit deletionem secundum præscientiam.

SIC ITAQVE PECCATA. CASVS. Reuertitur nunc G. ad materiam huius distinctionis. Nam in illo §. eorum. posuerat opinionẽ dicentium peccata dimitti secundum iustitiam, & non secũdum præscientiã. vnde ostendit hic quid sit peccata dimitti secundum iustitiam, & conuenienter potest dici etiam secundum prędestinationem. & inde sumpta occasione duas dicit esse prædordinationes Dei, & earum similiter duos effectus, quod totum arguit ex diuersis verbis, quæ ponuntur in auctoritate Apostoli, quam habuisti supra, qui benedixit. Subiungit etiã qualiter se habeant istæ prædordinationes & eius effectus. adiicit auctoritatem Ioannis, ex nobis, &c. quam dicit intelligendam secundum præmissam distinctionem: & hoc vsque ad §. hanc societatem.

Sic itaque peccata dimittuntur secundum iustificationem, & futuram glorificationem: quæ omnia in præmissa auctoritate conuenienter distinguuntur. Prima enim prædestinatio[m]*, qua prædordinantur ad præsentem iustitiam, designatur, cum dicitur* (*sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, &c.*) *cuius effectus infra supponitur,* (*in qua gratificauit*[o] *nos in dilecto*[p] *filio suo, &c.*) *Secunda prædordinatio ibi ostenditur* (*qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum, &c.*) *Eius effectus præmittitur, dum dicitur* (*qui benedixit nos in omni benedictione, &c.*) *Hæ duæ prædordinationes, & earum effectus ita se habent, vt prima, & eius effectus natura præcedant, & lege consequendi*[q] *inferatur. Si enim aliquis prædordinatus est ad vitam, consequenter infertur, ergo prædestinatus est ad iustitiam, & si consequitur vitam æternam, ergo consecutus est iustitiam: sed non conuertitur. Vnde multi participes sunt primæ prædordinationis, & eius effectus: ad quos secunda, vel eius effectus minime pertinere probantur. Iuxta hanc distinctionem intelligenda est auctoritas illa Ioannis* (*Exierunt*[r] *ex nobis: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum.*) [*Ex nobis, inquit, exierunt*] *idest, à nostra societate recesserunt, qua primæ prædordinationis, & eius effectus nobiscum participes erant.* [*Sed non erãt ex nobis*] *idest, secundæ*[s] *prædordinationis, & eius effectus societatem nobiscum non inierant. Quod ex eo videri potest: quia si fuissent ex nobis, idest, si illius prædordinationis nobiscum participes essent, mansissent vtique nobiscum, idest à societate effectus eius*[t] *prædordinationis, quam nobiscum contraxerant, non recessissent. Si enim ad secundam*[v] *prædordinationem vtrumque*[x] *referretur, non conuenienter*[y] *illud inferretur* [*mansissent:*] *immo cœpissent vtique nobiscum esse. Si vero ad primam, falsa esset propositio* (*si fuissent ex nobis, &c.*) *Multi enim præsentis iustitiæ, & sanctitatis participes fiunt, qui tamen in ea non perseuerant. Vnde Dominus ait in Euangelio* [*Non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*]

SIC ITAQVE. Reuertitur G. ad materiam huius dist. & quia §. in illo §. eorum, opinionem posuerat dicẽtium, quod peccata recessuris à iustitia remittuntur secundum iustitiam, non secundum præscientiam: hic ostendit quid sit peccatum dimittis secundum iustitiam: quod conuenienter potest dici fieri etiam secundum præscientiam: & inde sumpta occasione duas dicit esse Dei prædordinationes, & earum similiter duos esse effectus: quod totum arguit ex diuersis verbis auctoritatis Apostoli. Subiungit etiam qualiter lege consequenti se habeant istæ prædordinationes, & earum effectus, & adiicit auctoritatẽ Euangelij, si fuissent ex nobis, &c. etiã secundum hanc distinctionem esse intelligenda, & in quem modum obstaret, demonstratur. & hoc vsque ad §. hanc societatem. L.

k ¶ *Secundum præscientiam.*] præsentis iustificationis. L.

l ¶ *Auctoritate.*] supra ead. dist. Benedictus. L.

m ¶ *Prædordinationes.*] idest, plures prædestinationes. ‖ pluraliter dicit propter duos effectus prædordinationum: quorum vnum implet Deus hic propter iustificationem: alterum in futurum dando beatitudinem, vna est enim Dei prædordinatio. idest, Deus prædordinans; Deus vnus & prædestinans vnus est: sed eius duo sunt effectus, scilicet iustitia vel iustificatio in præsenti, & æterna beatitudo in futuro.

1. Io. 2.

‖ Prædestinatio Dei duos habet effectus.

n ¶ *Prima enim prædestinatio.*] idest, primus modus prædestinationis. Lau.

o ¶ *Gratificauit.*] idest, gratuos fecit Lau.

p ¶ *In dilecto.*] idest, propter vel pro quia, propter dilectum filium suum nos diligit. & illos quos diligit filius & quibus vult filius diuina dona largitur.

q ¶ *Consequendi.*] i. cõsequentiæ hypotheticarum, vel conditionalium.

r ¶ *Exierunt.*] quia nõ potest esse quòd nobiscum fuissent quo ad secundam prædordinationem, scilicet quòd essent prædordinati ad vitam æternam, & tamen non mansissent[b] nobiscum, intelligas continue. vnde subiungitur, immo incœpissent esse nobiscum. H.

b Scilicet quãtum ad effectum secundæ prædordinationis, quam non habebãt. immo cœpissent, vt subiũgit Per. *Matth. 10.*

f ¶ *Secundæ.*] quod no. per hoc quod dicitur, fuerunt ex nobis.

t ¶ *Eius prædordinationis.*] scilicet primæ.

v ¶ *Ad secundam.*] non ad primam.

x ¶ *Vtrumque.*] scilicet si fuissent ex nobis, & mansissent vtique nobiscum: ita scilicet, vt antecedens referatur ad ipsam prædordinationem secundum naturam, & consequens ad effectum [c].

y ¶ *Non conuenienter.*] hoc forte ideo dicit: quia adhuc isti non habebant effectum secundæ prædestinationis, sed habituri erant: & ideo non conuenienter subiungeretur, mansissent: cum adhuc isti ibi non maneren t: quod innuitur ea vi locutionis. H.

c Antecedens est, si fuissent ex nobis: consequens est, mansissent. &c.

Hanc socie-

H*Anc societatem.*] CASVS. Ostendit Grat. in hoc §. quòd damnandi veram iustitiam possunt habere donec pie viuunt, & non solo nomine: licet non sint habituri vitam æternam: quod rationibus & auctoritatibus probat, & hoc vsque ad locum illum, *Qui autem.* nam ibi assignat modos huius vocabuli, *filios,* & qualiter filij Dei appellentur etiam qui futuri sunt mali, vt ostendat qualiter peccata dimissa redeant. & hoc facit vsq; ad §. *qui autem.* & quod dicit ibi, *societatem,* idest effectũ prædestinationis. *Participes ait.* scilicet Augustinus 3. ead. cap. si ex bono.

a ¶ *Hanc societatem.*] prædestinatorum vel præscitorum, de quibus fit mentio in auctoritate Ioan. exierunt, &c. 3. §. proxi. & cap. si ex bono. &c. q. d. in eadem qualitate in qua erant futuri, apparebunt tunc in præsentia.

Ioan. 10. 2 ¶ *Hanc societatem.*] scilicet quòd damnandi veram iustitiam habere possunt secundum præscientiam, & non solo nomine censeri debeant, ostendit auctoritate & rationibus vsque ad illum locum, quod autem. ibi diuersos modos huius vocabuli, filius Dei, assignat, & qualiter filij Dei appellantur etiam qui futuri sunt mali, vt ostendat tandem ex hoc qualiter peccata dimissa redeant: & hoc vsque ad §. qui autem. Et hic not. quòd hic vult infringere opinionem quam supra eadem. posuit. §. eorum quæ dicit damnandos solo nomine iustos esse, & non secundum præscientiam.

Ioan. 1. Eph. 2. 1. Tim. 1. Eph. 5. b ¶ *Auctoritatis.*] quę auctoritas posita est supra ead. si ex bono. Laur.

c ¶ *Quæ in eadem.*] supra ead. dist. §. verum. ca. si ex bono. H.

d ¶ *Qualitate.*] ordo vt essent filij iræ, idest præscientię præsentis malitiæ, & peccati præsentis: essent tales dico non spe tantum, sed ante Dei oculos, idest vt non solum viderentur tales, sed etiam essent. H.

e ¶ *Præsentium.*] quasi dicat, in ea qualitate, in qua erant futuri, apparebunt tunc in præsentia, vt supra ead. notaui.

Ezech. 18. a supra si ex bono. f ¶ *De quibus.*] scilicet qui præsentem habent iustitiam, sed sunt eam amissuri: de quibus 3. prælibauit. §. eorum. Lau.

g ¶ *Veraciter.*] argu. ff. de au. & ar. le. l. si ita. L.

h ¶ *Duobus modis.*] idest, secundum quòd sunt in patria iam, & secundũ quòd adhuc sunt in præsenti vita: quod trifarie diuiditur, sicut iam magister dicet. Hu.

Ioan. 1. Rom. 8.

C. XII.

H*Anc societatem* a *si quis solo nomine, & professione, non autem vel veritate à damnandis dicat contrahi; eiusdem auctoritatis* b *testimonio conuincitur. De his enim, qui primæ, non secundæ præordinationis sunt participes, ait* † [1 *Nec nos moueat, quòd filijs suis quibusdam Deus non dat istam perseuerantiam. Absit enim, vt ita esset, si de illis prædestinatis essent,*] *& cetera, quæ in eadem* c *auctoritate supra continentur. Oues namque, de quibus in Euangelio Dominus ait* [*Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili*] *& filij, de quibus Ioannes ait* [*vt filios Dei, qui erãt dispersi, congregaret in vnum,*] *ita præscientia erant oues, & filij, vt qualitate* d *præsentium* e *non specie* a *tantum, sed etiam ante Dei oculos essent filij iræ, & perditionis æternæ. Vnde Apostolus non ait, videbamur esse, sed* [*eramus, inquit, & nos natura filij iræ.*] *Nec ait, reputabamini ab hominibus, sed* [*fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*] *De se quoque scribens ad Timotheum non ait, videbar, sed* [*fui persecutor, & blasphemus, & contumeliosus: nunc autem sum misericordiam consecutus.*] *Omnes quoque, qui in Christo renascuntur, & qui eius sanguine à diabolo redimuntur, prius ex Adam peccatores nascuntur, & diabolicæ seruituti obnoxij. Sicut ergo isti, quamuis sint futuri filij Dei; tamen prius sunt filij diaboli: sic hi, de quibus* f *sermo habetur, quamuis recedendo à iustitia sint futuri filij perditionis æternæ; cum tamen pie, & fideliter viuunt; vere sunt filij Dei, & iusti, & æterna beatitudine digni.* 2 *Vnde auctoritas non ait, cum viderentur pie, & fideliter viuere; sed* [*cum pie, & fideliter viuerent.*] *Nec veraciter* g *à bono in malum commutarentur, qui numquam veraciter boni fuerunt. Dominus quoque, non ait per Ezechielem: si auerterit se iustus à iustitia sua, quam videbatur habere; sed* [*sua*] *, scilicet, quam veraciter habet.* 3 *Quod autem in eadem auctoritate sequitur* [*Non erant in numero filiorum, quando erant in professione filiorum,*] *ita intelligendum est. Filij Dei duobus* h *modis* i *appellantur. Dicuntur filij Dei, participatione hereditatis æternæ: sicut Ioannes ait in Euangelio (Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.) Et Apostolus in epistola ad Romanos (Expectatio* k *creaturæ reuelationem filiorum Dei* l *expectat.) & infra. (Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis* m *in libertatem gloriæ filiorum Dei.) & infra (ipsi intra nos* n *gemimus, adoptionem* o *filiorum Dei expectantes.) Hinc etiam Augustinus eadem verba Apostoli exponens ait (Modo* p *tantum creatura: cum nondum filiorum forma perfecta.) Hoc* q *ergo modo non sunt filij Dei, nisi participes æternæ* r *beatitudinis. In præsenti etiam dicuntur filij tribus modis; vel prædestinatione tantum (sicut ij, de quibus Ioannes ait* [*vt filios Dei, qui dispersi erant, &c.*] *.) vel prædestinatione, & spe æternæ beatitudinis (sicut illi, quibus Dominus ait* [*filioli adhuc modicum vobiscum* s *sum*] *) vel merito fidei, & præsentia iustitiæ, non autem prædestinatione claritatis æternæ: sicut hi, de quibus Dominus ait (si derelinquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c.) Hi ergo* t *, de quibus in præsenti agitur, filij sunt merito fidei, & præsentis iustitiæ; non sunt autem filii adoptionis æternæ. Qui ergo peccata dimissa fatentur redire; secundum iustitiam, & non secundum præscientiam ea dimitti, necesse est vt confiteantur: sicut saluandis peccata secundum iustitiam ad æternam damnationem imputantur, non secundum* u *præscientiam: quia & illis à bono in malum deficientibus, singula replicabuntur ad supplicium: & his vsque in finem in bono perseuerantibus, nulla imputabuntur ad pœnam* [*æternam* ‡.

¶ *In vetustis codicibus caput hoc est coniunctum superiori. Sunt enim Gratiani verba, qui more suo loca aliquot citat.*

α ¶ Specie.] *Sic est emendatum ex codice peruetusto. Nam antea legebatur,* spe, *quæ vox valde sententiam turbabat.*

β. ¶ Duobus modis appellantur.] *In vulgatis sequebatur* [vno modo appellantur in futuro, altero in præsenti, qui triplex est:] *quæ absunt ab omnibus manuscriptis, & antiquioribus etiam editionibus.*

γ ¶ Modo tãtum creatura.] *In libro octuaginta trium quæstionum, quæst. 67. post alia habentur hæc.* Et ipsa itaque creatura, ideſt, & ipsa, quæ nondum vocatur filiorum forma perfecta, sed tantum vocatur creatura; liberabitur, &c. *quæ referuntur à Beda in epistola ad Romanos. c. 8. Sed apud glossam ibidem habentur eadem verba, quæ apud Gratianum.*

ζ *Qui autem* x *dicunt, quòd peccata dimissa non redeunt; auctoritate Gregorij, & Prosperi sententiam suam confirmare conantur.*

Ait enim Gregorius in Moralibus lib. 15. c. 22.

C. XIII.

QVid est, quod dicitur (quiredis iniquitatẽ y patrũ filiis z, ac nepotibus a) Peccatum a origi-

i ¶ *Expectatio.*] ideſt, creatura expectans. scilicet homo.

k ¶ *Reuelationẽ filiorum. Dei.*] vel homo fidei, ideſt, fidelis: ex qua, f. apparet qualis est vel futurus erit. Vel in qua, f. homo dicitur hic creatura: quia hic videtur esse creatura tantum; ‖ sed in alia vita apparebit quod est filius Dei quod in hac quidem vita plẽne non apparet. Hug. ‖ Homo alia vita apparebit filius Dei.

l ¶ *Corruptionis.*] ideſt, pœnalitatis, à causa quærendi victum & vestitũ, & alia quibus indiget nostra mortalitas. H.

m ¶ *In libertatem gloriæ.*] ideſt, in gloriosam libertatem, quam habuerunt filij Dei. H.

n ¶ *Intra nos.*] i. in anima & ratione dolemus.

o ¶ *Adoptionem.*] perfectam s. ex omni parte: ‖ vt simus filij Dei secundum animã & secundum corpus, quantũ ad gaudium animæ, & stolam immortalitatis in corpore. H. ‖ Filij Dei erimus secundũ animã & corpus. Ioan.

p ¶ *Creatura.*] nulla prærogatiua super alias creaturas prædita. Ioan. 15.

q ¶ *Hoc.*] scut ij, q mali sũt adhuc, s. futuri sunt boni, quia prædestinati.

r ¶ *Æternæ.*] sicut qui boni sunt, & finaliter sunt boni permansuri. L. Psal. 88.

s ¶ *Vobiscum.*] ideſt, adhuc modicum fidei habentibus. L.

t ¶ *Hi ergo.*] infert ex proxime dictis per arg. à simili: & reuertitur hic ad principalem materiã huius quartæ dist.

u ¶ *Non secundum præscientiam.*] & tamen secundum præscientiam dimitti. sicut dicit Grat. 3. ea. c. in domo. §. sic itaque. vers. quæ remissio. sed hic aliter sumit nomen præscientiæ quã ibi.

QVI AVTEM. CASVS. Hæc est 5. pars dist. in qua probat magister, q; peccata non redeunt: quod verum est secundum Ioan. de Fan.

x ¶ *Qui autẽ.*] ab hinc vsque ad §. verũ. probat sententriã aliã, s. peccata dimissa nõ redire: & hoc duabus auctoritatibus.

QVid est.] primo quærit Gr. quare per Moysen dicitur, *Qui reddis iniquitatem,* &c. Secundo exponit illã auctoritatem, quã dicit intelligi de originali peccato: pro quo originali peccato patris filius polluitur ante baptismum, sed post baptismũ polluitur tantum pro suo peccato. Sequens c. planum est, scilicet qui recedit. qđ melius probat intentionem Gratiani.

y ¶ *Iniquitatẽ.*] p hanc auctoritatem non probatur propositũ, sed per sequentem optime. L.

z ¶ *Filijs.*] non potest intelligi nisi de originali peccato: aliàs enim contradiceret auctoritas illa, filius non portabit, &c. r. q. 4. Iudæi.

a ¶ *Peccatum.*] solum. *Habemus.* ° Abest à plerisque manus.

Peccatũ originale diluitur tõ recidit.

a ¶ *Habemus.*] vnde patet, quod originale peccatum dimissum non redit, & ita pecca ta dimissa non redeunt.

b QVi recedit.] ¶ *Sed non in id quod.*] 3. 23. q. 4. fiillic. 3. 50. dist. c. miror. 3. dist. 1. tres autem. H.

c ¶ *Recidit.*] hic expresse dicit iste, q; peccata non redeant. sed si cõtrarium tenere volueris, expone sic, non recidit omnino, vel eadem quãtitate in qua prius est a.

A filius vetustate secundũ Aug. illorũ ut ideſt peccatorũ dimissa redire nõ quo ad ideſt, sed quo ad reatũ pœnæ. P. c. j. ¶ filius

d ¶ *Nec in originali.*] contradicit sibi, si sic exponatur.

e ¶ *Qui tamen.*] 3. cap. prox. qui recedit.

f ¶ *Ea morte.*] ideſt, simili pœna aterna.

g ¶ *Quæ.*] ideſt, qualis mors æterna si sic exponatur, nõ cõtradicit sibi. FINIS HVIVS. CASVS. hic dicit G. quòd finis proxi. cap. vbi dicit, *ea morte,* contradicit principio vbi dicit, *sed non illud:* sed hæc dictio ea, facit, simplicem relationem. Qui autem dicunt quod peccata nõ redeunt, sic intelliguat auctoritates contrarias, quæ dicunt peccata redire, quod dicitur in eis fieri, qui post remissionem abutuntur gratia Dei. & hanc sententiam dicit Grati. fauorabiliorem esse. scilicet quæ dicit peccata redire: quod adhuc probat per sequentia, per quæ probat à contrario sensu, quòd peccata redeunt: quia bona præterita per peccatum moriuntur. Sequentia 5. ca. plana sunt, scilicet, si auerterit. hoc nobis, de pertuso. si refugientes. intermittentes. & casus illorum cap. per te formabis. *De pertuso.* verba sunt Aggæi prophetæ: quæ Grego. exposuit super Ezechielem.

h ¶ *Principio.*] magister vocat principium vbi dixit, sed non in id, &c. finem vero vbi dicit, qui tamen ead. & 3. cap. proxi. qui recedit. sed illud, ea, facit simplicem & nominalem relationem, non numeralem, sicut ibi: mulier quæ damnauit, saluauit.

i ¶ *Quam pœnam.*] verum dicet si pro eodem peccato pœnam excipere. Lau.

k ¶ *Assertores.*] ideſt, illi qui dicunt q; peccata dimissa non redeunt. L.

l ¶ *Determinant.*] Gratianus aliter intelligit in sequenti §.

m ¶ *Extitit.*] vel potius quia ita damnabitur quis pro sequenti peccato, sicut damnaretur si prima peccata non essent dimissa, scilicet æternaliter, sed non tantum punietur. Hug.

VERVM ILLA. Hæc est sexta pars dist. in qua probat per 6. auctoritates, quòd peccata redeunt: & hoc probat superficialiter: nam

n ¶ *Vt enim Dominus.*] ab hoc loco vsque in fi. nititur Gra. conflare arg. huiusmodi, quòd bona priora per mala sequentia mortificata reuiuiscunt, si postea bona fiant. ergo à simili cum mala per pœnitentiam mortificentur: si iterũ quis in malum recidérit, reuiuiscunt: & ita peccata redeunt. sed hæc argumentatio (vt prædixi in principio huius dist.) non procedit, ‖ quia aliud est in via, aliud in inuio, i. aliud est in bono; aliud in malo: quia bona cõmunicantur, non mala. arg. de consec. dist. 4 quæris. arg. ff. de ser. expos. seruus. & probat primũ vsque ad illum locum, hæc sicut. secundum autem probat vsque ad illum locum, porro. exinde probat, quòd eadem ratio est in bonis & in malis quo ad hoc.

Aliud est in via aliud in inuio

o S*I auerterit.*] ¶ *Non recordabuntur.*] ergo idem est ac si numquam habuisset aliquod bonũ propter quod peccatũ sibi fuit dimissum. Et ita idem est ac si numquam ei peccata fuissent dimissa. & sic omnia peccata taliter dimissa redeunt, & dicuntur redire per sequens peccatum ‖ sicut priora bona mortificata per peccata, dicuntur, per pœnitentiam reuiuiscere. L. & ita argumentatur Gra. ex his auctoritatibus à simili per contrarium. ‖ Bona mortificata, per pœnitentiam reuiuiscunt. 2 Hom. 11. ad c. 3. Ezechielis. 3 Sent. 4. dist. 15.

P [*Hoc nobis.*] ¶ *Renocamus.*] ideſt, defensionem à pœna quo ad vitam æternam.

q ¶ *Bonorum.*] quin pro malis puniatur: mitius tamen punietur. Vel quo ad vitam æternam consequendam non debet haberi fiducia. De hoc supra dist. 3. c. quærat. §. item illud. licet quo ad minorem pœnã subeundam possit haberi fiducia. H.

† al. mittitur

r D*E pertuso.*] hoc cõtinetur in Aggæo Propheta in 1. cap. Lau.

s S*I refugientes.*] ¶ *Prioribus.*] Ecce verbum pro quo inducitur capitulum.

t ¶ *Melius.*] ideſt, minus malum. Lau.

u I*ntermittentes.*] ideſt, dimittentes. quasi non hoc tantum contenti, sed cum hoc habito ad vlteriora procedentes.

x ¶ *Inchoationis.*] ideſt, in quo Christus inchoat esse in nobis per fidem, scilicet qui sermo est de initio fidei quo rudes catechizantur, vt est symbolum & dominica oratio. 10. q. 1. placuit. H.

y ¶ *Feramur.*] secundum intelligentiam scripturæ, & bonam operationem.

z ¶ *Iacientes fundamentum.*] nos inquam dico iacientes fundamẽtum pœnitentiæ. Quod prius dixit sermonem in choationis, hic appellat fundamentum: quia ad religionem Christianam venientibus prius proponitur, & super hoc quod perfectionis est, ædificatur. dicit ergo, nos dico iacientes fundamentum pœnitentiæ, ideſt, pœnitentiam quasi lapidem in fundamento, quod est pœna de peccatis, vel de hoc quòd quis priora bona mortificauit per peccatum. iacientes dico, ideſt, non sicut olim, scilicet non ita negligenter sicut olim, vt sicut prius cecidimus, sic iterum eadamus. Vel non rursus, ideſt, non amplius nisi modo iaciamus, vt amplius iacere non sit opus.

DICENS OPERA. CASVS. Iste §. respicit finem præcedentis c. & dicit Gra. quòd per opera mortua, priora bona significantur, quæ sicut per peccatum moriuntur, ita per pœnitentiam reuiuiscunt. vnde Gratianus intendit probare à simili per cõtrarium: ergo mala per peccatum redeunt. Et ad hoc inducit auctoritates sequentes.

a ¶ *Ad meritum.*] licet magister ad hoc istud allegat, non tamen per contra

1 Tim. 1. Ioan. 1. Rom. 8. Ephes. 5. Ezech. 18. Ioan. 10. Ioan. 1. Ephes. 2. Tal. Augustinus aut 1 supra ea. c. si ex bono.

per contrarium intelligendum, vt idem sit in malis, magister tamen ad hoc ꝛ.tres posuit opiniones.

a ¶ *Vnde Aug.*] Pium est.ꝛ.dist.3.c.quærat.§.illud autem.c.pium est.

b ¶ *Hieronymus.*] non est.ꝛ.dist.2.§.hæc itaque.& c.non est.H.

c ¶ *Recepturos.*] ergo à simili intelligatur per contrarium idem esse in malis,quod secundum horum sententiam reuiuiscent.

1 ꝛ. dist. 3. de pœ. cap. pium. a ꝛ. dist. 3. si quando. 3 ꝛ.dist.2.non est tam.

PORRO QVI. CASVS. Allegat nunc Gra. pro illa parte, scilicet quòd peccata dimissa redeunt: & hoc probat auctoritate Ezechielis prophetæ, quæ satis plana est: per quem Dominus loquebatur. & hoc probat à cõtrario sensu.

d ¶ *Porro.*] hic porro copulatiue tenetur, non aduersatiue,& inducitur sequens cap. ad probandum, quòd bona mortificata reuiuiscunt. G. allegat pro alia sententia, scilicet quòd peccata nõ redeant: vel si pro alia sententia intelligatur, sic accipiatur littera, quasi non solum per auctoritatem illam, si auerterit, &c.peccata redeant: sed & per auctoritatẽ aliam.

§ Porro quandoque copulatiue tenetur. *Ezech. 33. al. præmisis*

Exod.32.

e ¶ *Eumdem prophetam.*] idest, eiusdẽ prophetæ, qui prædixerat. & Ezechielem, vt supra §.finis.

FILIIS QVOQVE. CASVS. Adhuc probat Gratia, quòd peccata dimissa redeunt. Et ad hoc probandũ inducit cap. sequens: per quod intendit probare, quòd peccata dimissa redeunt. vnde dicit propheta: Væ eis qui recesserunt à me per peccatum: quoniam damnabuntur, quia in me præuaricati sunt, &c. & sunt verba Osee prophetę redarguentis filios Israel. Et cap. Væ eis.patet.

Osee 7.

f ¶ *Filijs.*] per quos omnẽ populum mystice intelligas colentẽ idola.

Væ eis, quoniam recesserunt.] per idololatriam vel peccatum immane. 45. dist. disciplina.

g ¶ *Vastabuntur.*] ab hostibus,& miseri erunt.

ADDITIO. Ideſt, in captiuitatẽ ducentur. Pe.

4 Ibidem.

i ¶ *Prævaricati.*] adorãdo vitulum,& transgrediendo meũ præceptum, de quo dixi: Non faciatis vobis deos alienos.

k ¶ *Redemi eos.*] ab Aegyptiaca seruitute.

l ¶ *Mendacia.*] dicẽtes, Hi sunt dij tui Israel.

m ¶ *Vlulabant.*] luxuriæ vacantes.

n ¶ *Ruminabant.*] i.non sicut homines comedebãt: sed quasi iumẽta.

n ¶ *Ruminabant.*] ideſt, abundantiam rerum quam habebant sæpius ad voluptatem quasi ad fauces reuocabant: vt inde delectabilius pascerentur, nihil nisi cibos & luxurias quærentes.

o ¶ *Recesserunt.*] dando se diabolo.

p ¶ *Erudiui.*] per Moysen & alios fideles.

q ¶ *Et confortaui.*] i. dedi eis fortitudinem bellandi in tẽpore Iosue.

r ¶ *In me cogitauerunt.*] qui tanta eis feci.

s ¶ *Malitiam.*] cum non possent nocere cogitatione sola, potentiam meam ad idola transtulerunt. H.

t ¶ *Reuersi.*] ad id q̃ fuerunt ante quam ipsos reuocarẽ per Abraham & Moysen, vt absque iugo legis & notitia Dei ferrentur in præceps. H.

v ¶ *Dolosus.*] Deus incenderat eos contra aduersarios, ipsi vero contra Deum nituntur, & sagittas blasphemiæ contra Deum iniiciunt.

x ¶ *Cadent.*]principes.

y ¶ *In gladio.*] materiali,vel spirituali.H.

z ¶ *Eorum.*]qui vitulos ausi sunt vocare Deos.

ANTIQVA. Hæc est septima pars dist. in qua magister soluit quæstionem.Ioan.de Fan.

CASVS. Verba sunt Gratiani interpretantis summatim verba Osee. postea per eumdem prophetã vult allegare pro alia parte, ſ.quòd peccata dimissa non redeant. Et ad hoc inducit tria sequen. cap. scilicet cum ita.hæretici.diuina.

a ¶ *Antiqua peccata parentum.*] ſ. quod non puniat filios pro peccatis parentum,sed potius pro suis, & hoc incidenter interserit G. & interserit quædam contra opinionem, quam illaturus est.

b ¶ *Hieronymus.*]super prædictam litterã Osee, scilicet, ne forte &c. L.

Vnita.] CASVS. Verba sunt Hieronymi exponentis prædicta verba Osee,ne forte, &c. Dicit enim q̃ Deus non punit homines pro peccatis patrum,sed pro suis iniquitatibus; quas quotidie faciunt. Sequẽtia duo cap.patent.

Psal.33.

5 ꝛ.23.q.4.si illic.

c ¶ *Idem.*] super eumdem locum Lau.

Diuina.] ¶ *Redire.*] ꝛ.1. q. 4.iam itaque.ꝛ.23.q.4.si illic.

SED HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Induxit G. ꝛ. cap. prox.quasdam auctoritates, quæ videntur dicere, quòd peccata dimissa non redeant:sed quia sunt contra suam sententiam:ideo nunc eas soluit, & dicit quòd intelligũtur de originali peccato: de quo peccato non puniuntur, quia patres peccauerunt: sed ideo puniuntur: quia mala eorum sequuntur eos.In fine concludit, q̃ sicut bona per pœnitentiam reuiuiscunt ad præmium: sic mala reuiuiscunt ad supplicium. Et ad hoc inducit auctoritates prophetæ: quidam faciunt ibi cap. *putruerunt.*sed H.non facit c.ab illo §. *sed his.* vsque ad distinct.1.

6 ꝛ.ead.si iudas.

7 ꝛ. ead. quid est.

e ¶ *Sed his auctoritatibus,&c.*] supra proxime relatis ab illo §. antiqua. & illis superioribus capitulis, quod est, qui recedit. quæ videntur dicere quòd peccata dimissa non redeant.L.

f ¶ *Quia eorum.*] & sic non ostendunt quòd peccata non redeant. L.

g ¶ *Si Iudas.*] supra.in princ.huius distinct.

h ¶ *Quid est.*] supra ead.distinct.cap.hanc.§.qui autem.H.

i ¶ *Traxerunt.*] in ipsa origine carnis.

k ¶ *Amaritudinem.*]i.cãm amari peccati,vel causam amarã peccati.

l ¶ *Sicut.*] ecce qualiter induxit superiores auctoritates à simili.L.

a *Conceptus.*

1 ¶ Peccatum originale non remittur contracti.

2 ¶ *Conceptus.*] argum. ‖ quòd originale peccatum tenemur confiteri:quod non est verum:quia tantum commissa tenemur confiteri:at illud non est commissum,sed contractum.credo tamen contritionem exigiquæ enim notabiliter fiunt,&c.vt ff.de iniu.l. item apud Labeonem.§.hoc edictum. Lau.

Psal.37.

IN *pœnitentia autem.*] Hęc dist. diuiditur in 4.partes. In quarũ prima ponit modos pœnitentiæ. Secunda ibi, *Qualitas.* Tertia ibi,*Fatsas.* Quarta ibi, *Fratres.*Ioan. de Fan.

CASVS. Hic ponitur quinta dist. in qua notãtur ea quæ pœnitentes debẽt cõsiderare.& ponuntur in principio sequentis c. & hoc etiam versu notantur: *Quis, quid, vbi, quibus auxiliis,cur,quomodo,quando.*horũ exemplа colligũtur in principio cap. Debet ista considerare peccator,vt plus doleat: & sacerdos debet cõsiderare, vt plus vel minus puniat.

3 De vera, & falsa pœnitentia, c.14. & 15. inter opera Aug.

b ¶ *In pœnitentia.*]in hac dist. & aliis duabus sequentibus agitur tam de illa parte pœnitẽtiæ, quę dicitur oris confessio,& operis satisfactio, quàm de aliis:& ideo videndum est quòd oris cõfessio fuerit instituta, vtrũ necessaria sit,vel tãtum volũtaria, qualiter sit faciẽda,& cui,& quãdo. Dicunt quidã instituta fuisse in paradiso statim post peccatũ, dicẽte Domino ad Adam, Adam vbi es?ideo enim quæfiuit vt ipso confitẽte peccatũ, daretur forma aliis in posterum cõfitendi. sed quia in illa interrogatione Dominus minus expresse videbatur ad cõfitendum monuisse, ideo post exquisiuit à Cain fratricida expressius,Vbi est Abel frater tuus? Alij dicũt q̃ sub lege fuit primo instituta quãdo Iosue præcepit Achor crimen suum confiteri, & lapidatus est.45.dist.sed illud. Alij dicunt q̃ in nouo testamento à Iacobo dicente,Confitemini alterutrum peccata vestra,&c. Sed melius dicitur eam institutam fuisse à quadam vniuersalis ecclesiæ traditione potius quàm ex noui vel veteris testamẽti auctoritate. Et traditio ecclesiæ obligatoria est vt præceptum.arg.11.dist.in his rebus. ergo necessaria est cõfessio in mortalibus apud nos,apud Græcos non: quia nõ emanauit apud illos traditio talis:sicut nec cõficiunt in azimis,sed in fermentatis.ꝛ.ea.dist.1.cap.fi.Illud ergo Iacobi, Cõfitemini alterutrũ peccata vestra,fuit consilij primo.alioquin ligaret & Græcos, nõ obstante eorum consuetudine. Est autem facienda taliter q̃ non solum de peccato,sed de omnibus circunstantiis.ȝ.ead.cap.1. Et est facienda sacerdoti si adest,vel proximo in necessitate.ꝛ.dist.1.quẽ pœnitet. ‖ Est autẽ facienda cum quis peccat statim:quia nec per momentũ, &c. vt ꝛ.dist.3.ille rex.& hoc si est manifestum:si autem est occultum,& conteritur,non credo eum peccare si differt oris confessionem vsque ad tempus pœnitentiæ deputatum per cap. omnis.extra de pœn. & re. Sed qui differt cum habet copiam sacerdotis, nũquid in quolibet instanti peccat mortaliter? non: quia omnes moræ illi circa vnum & idem tempus sunt.sed augetur illud ex diuturnitate. ff. de fur.eũ qui extra de simo.non satis.& peccaret quidem mortaliter.Lau.

3 Stat.4.dist. 16.

4 Vt Ambro. ponit hoc facit quod not. supra ead.dist. 1. in fi. quia mentio. in princ. hic. † secundum eadem; vetera biblio.

Confiteor.] CASVS. Hoc c.Aug.licet sit prolixum:tamẽ facile est,& casus eius breuiter poni cõsueuit: A principio igitur vsque ibi, *cautus sit*,notantur ea quæ pœnitens debet considerare,vt illa confiteatur,& de illis doleat.Abinde vsq; ibi, *Cautus.* dicitur q̃ confitens non debet peccata diuidere,vt vni sacerdoti partem confiteatur,& alij aliam partẽ.Deinde dicitur,quòd vere pœnitens abstinere debet à cõmunione corporis Christi,& à vanitatibus sæculi,& diligere vere pœnitentes.Sic posuit breuiter Beñ. hunc casum, & Hug. similiter paucis verbis posuit.

c ¶ *In loco.*]supra dist.1.aut facta.

d ¶ *Varietate.*] agentis:& eius cum qua agitur.ꝛ. dist.1. aut facta. quædam enim res in clericis reprehensioni subiacet, quæ non in laicis,vt 31.distinct.cap.1.puta nubere.

tum perseuerauerit o; defleat, q̃ perseuerãter p peccauerit,& quanta a q virtus fuerit in pugnatione. Sunt enim, qui non solum non vincuntur, sed vltro se peccato offerunt:nec expectant tentationem, sed præueniunt voluptatẽ, & pertractant secum, quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccent. Omnis ista varietas confitenda est, & defienda: vt cum cognouerit, q̃ peccatum est multum: cito inueniat Deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati, inueniat se, cuius ætatis fuerit, cuius sapientiæ, & ordinis, & statum omnem alterius non peccantis r. Immoretur in singulis istis, & sentiat modum criminis, purgans lacrymis omnem qualitatem vitij. Defleat s virtutem; quia interim caruit. Dolendum t est enim,& dolore purgandum, non solum; quia peccauit;sed etiam, quòd se, v virtute priuauit. Nam, licet speret se consecuturum veniam; dolere tamen potest, quia nõ promeruit vnde remunerari confidat. Anxietur, & doleat,quòd modo effugiens de præteritis pœnam, miser non inde expectet gloriam †; cuius omne tempus,quoniã breuissimum est x, debuit decertasse ad consequendũ præmium. Defleat etiam,quoniam in vno y offendens, factus est omnium z per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccat,

e ¶ *Et quali.*] extra de homi.ficut dignum.

f ¶ *Tentatione.*] an ab ea præueniendo,vt ȝ.sequitur.

g ¶ *Oportet.*] ideo huiusmodi circũstantias tenetur cõfiteri b q̃ præsumuntur augere peccatũ vel minuere.si tamen eas subticuit p obliuionem,nõ dico eum teneri vt iterũ ei cõfiteatur circũstantias: nisi tales circunstãtiæ essent,q̃ alterius generis peccatũ faceret, vt locus sacer facit sacrilegium,vt ꝛ.distinct.1.aut facta. Lau.

h ¶ *Status.*] ꝛ. 11.q.3. c.excellentissimus.& c. præcipue,ff.de re.mili.l. ij.extra de cle.ve. c. episcopum. contra. ff. ad l. Cor.de sic.l.pen.contra. sed dic in episcopo est maior pœna suspẽdi tribus mensibus à cõmunione, quàm ab officio deponi.1.q.1.quisquis.

i ¶ *Meretricis.*]an scilicet fuit pulchra, vel deformis:an soluta,vel obnoxia viro vel voto. argum.27.dist.cap.vlt.L.

k ¶ *Et in modo.*] quo ea abusus est,vtrum ordinarie, vel extraordinarie,nam vterq; damnabilis est.32. q. 4. meretrices.35.q.3.extraordinaria.

† *gratiam*] oig.

l ¶ *Si in loco.*] ꝛ.17.q. 4.quisquis. ff. de incen. qui ædes.H.

m ¶ *Dominorum.*]argu.ꝛ.22.q.5.de forma.H.

n ¶ *Cõstituto.*] ‖ quod etiam à coniugibus est abstinendum.ȝ.ead.q.4. cap.1.& 2.& fere per totum.

‖ Abstinendũ est quãdoque ab vxore.

o ¶ *Perseuerauerit.*] nam perseuerantia auget delictum. 24. q. 1. schisma. ff. de fur.inficiando.§.infans.econtra mora & perseuerantia excusat delictum quandoque 35.q.8.c.1.ff.de pœ.si diutino.ff. de ritu nup.l.qui in prouincia.L.

p ¶ *Perseueranter.*]iteratio enim aggrauat.25.q.2.ita nos.

q ¶ *Et quanta virtus.*]id est,resistentia.H.

r ¶ *Non peccantis.*] vt si minorẽ aliquẽ se non peccantem viderit.

s ¶ *Defleat.*]quia abstinere non potuit à peccato, quemadmodum & minor se abstinuerit.

t ¶ *Dolendum.*] CASVS. Instruit Aug. ‖ pœnitentem dolere tam in interiori quàm in exteriori. pœnitentia enim interiori debet dolere de tribus, scilicet de malis commissis:& hoc ostendit vsque illuc, *Defleat,&c.* Item & de bonis omissis scilicet virtutibus,quæ ostenduntur omissæ.quoniam qui deliquit in vno, &c. & hoc ab illo loco *Defleat,*vsque ad illum. *Animaduertere.* à quo loco vsque ad illum *In his omnibus.* ostendit quòd dolere debet de malo exemplo quod dedit proximo peccando. Ab illo autem loco, *in his omnibus, &c.* vsque ad illum locum, *qui ergo,*instruit pœnitentem in exteriori pœnitentia, quæ consistit in faciendo, vt sæculum relinquere & similia. Ab illo loco, *qui ergo, &c.* vsque in finem instruit in interiori, quæ constitit in abstinendo.L.

‖ Pœnitentia interiori & exteriori dolendum est.

v ¶ *Sed etiam quod se.*]ꝛ.dist.1.c.omnis.§.alij econtra.&c.sunt qui arbitrantur.L.

x ¶ *Breuissimum est.*]ꝛ.23.q.4.ipsa pietas.

y ¶ *In vno.*] ‖ ſ.mortali peccato,factus est omniũ reus,ſ.peccatorũ.

z ¶ *Omnium reus.*]ſ.quo ad vitã ęternã:ita enim pro illo dãnabitur ac si esset omnib' inuolutus:licet nõ tantũ puniatur,vt ȝ.ead.dist.fratres. Vel qui offendit in vno, scilicet mortali peccato: factus est reus omniũ virtutũ,id est,ex eo q̃ per vnum peccatũ mortificat in se omnes virtutes. vel qui offendit in vno, scilicet charitate:factus est om-

‖ Offendẽs in vno, factus est omniũ reus.

nium reus, id est, ingratus omnium bonorum acceptorum. Lau.

a ¶ *Ideo enim.*] quo modo peccasset, si tanta bona habuisset? Et est argu. q̃ perfectus in eodē genere delicti plus peccet, quàm imperfectus. hoc tamen attendendū est secundū cōtemptū. 32.q.1.cū renuntiatur. s̄. dist.2.c. vt cognouerūt. §. item secundum hanc. & c. si enim inquit. s̄. 1. q.1.multę autem.24.q.3. Deus.

b ¶ *Reus est omniū.*] quo ad vitā æternam. ita enim dānabitur, q̃ isto ac si esset omnibus inuolutus. has duas expositiones innuit hic, & s̄.ea. distin.2.cap.multi. §. nō autem bene. H.

c ¶ *Detrimentum.*] id est, defectum, vt 32.q.1. cum renūtiatur. vel hoc quo ad opera exteriora, nō quo ad essentiam; quia si habet vnā, habet omnes. Lau.

d ¶ *Quæ etiā si non.*] quantum ad opera exteriora p̃ioribus similia.

e ¶ *Expellātur.*] reuera quo ad essentiam sui.

f ¶ *Crimini.*] id est, criminoso. aliàs habet cuiuscunq; criminis. Et est sensus, omnis virtus, id est, efficacia vel effectus cuiuscunq; criminis est deflēdus. q.d. ‖ omne crimen cum suo effectu est deflendū: vnde & sequitur, & de omnibus. quasi sit expositio præcedentis. H.

g ¶ *Quòd exēplum.*] s̄. 45. dist. sed illud. H.

h ¶ *Nō conseruatā.*] id est, confirmatā in malo per suum effectum.

i ¶ *Peccādo.*] id est, de peccato suo bonis tristitiam proueniſſe: de qua dolendū est, vt cōtristanti profit ad vitā. vel non est absurdū si ꝓprie de tristitia doleat: ‖ quia & Apostoli d̃ passione Domini doluerunt, & nos de pœnis martyrū contristamur. ff. de incē. rui. nau. quo naufragium. ff. de leg. 1. etiam si patris. ff. d̃ bo. lib. in seruitutē. ff. ad Syl. si quis in graui. §. si cū. ff. de verb. oblig. l. antep. Lau.

k ¶ *Pium.*] s̄. ead. dist. 3. §. illud autem. & cap. pium est. H.

l ¶ *Ex obedientiæ.*] s̄. 23.q.5. miles. Hug.

m ¶ *Sui.*] id est, suorū peccatorum.

n ¶ *Vt Deus.*] est vita eorū infinita, vel habet vitam infinitam.

o ¶ *Moriturus.*] ‖ *Vt corpus redimas, ferrū patieris & ignem, Arida nec sitiēs ora lauabis aqua.*

‖ *Vt valeas animo,*

‖ Crimina sunt defenda.

Matth.6.

† *al. communicatione} al. cōmunione*

‖ Apostoli de passione Domini doluerūt

† *al. In omnibus C.15.*

‖ Versus.

‖ Sanitatis causa multa tolerāda sunt.

k ¶ *Sacramentis.*] pol luēris & pollutæ. non enim testificatur ꝓ se, sed pro eo qui eam ducere vult. ‖ Et mirum est ꝙ cō tra tam violentam præsumptionē probatio admittitur. Et ideo est contra. 32. q. 1. dixit. sed hoc

a ingiuria

1 Hug. q. ca. q.

b Id est, circa mēbrum ad hoc à natura destinatum.

c Hoc est, vbi ostenditur affinitas per illicitam copulā mentalitur, ut in l. cum filiofamilias. ff. de legat. cogn. 4. ca. de in ordi.

d Burc. l. 7. c. 1. Iuo p. 8. cap. 9.

e Hugo.

f Probatio ad mittitur cum ex violentam præsumptio.

g Sæpius

stituta + 2, non dissoluamus. Sane, quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt γ ineundi melioris coniugij libertatem.

β ¶ Hos enim.] *Ita est in Agathensi. In Arelatensi autem 3. c. 2. (vbi idē repetitur) & apud Iuonem hæc coniunguntur cum superioribus, & legitur* hos esse. *In Epaunensi c. 30. (in quo idē tractatur argumentū) ductus orationis longe diuersus est. In secūdo autem Turonico, cap. 22. (vbi refertur caput illud concilij Epaunensis.) ita scribitur.* Incestus vero, nec vllo coniugij nomine prædicandos, præter illos, quos dinumerare funestum est, hos esse censemus. *In capitularibus adiectis, c. 200. sunt nonnullæ partes huius capitis ex epistolis Gregorij Papæ B. Bonifacio archiepiscopo Moguntino missis.*

γ ¶ Habebunt.] *Sic in Agathensi & apud Iuonem. In Epaunensi legitur*, non habebunt. *Sed in Turonico, in quo citatur Epaunense*, habebunt. *Sic etiam* ſ. q. 8. c. *hæc salubriter ex Gregorio. In capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur.* Sed quibus illicita coniunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 4.

¶ Incestuosi vsque ad satisfactionem excommunicati. C. IX.

1 DE his, qui incesti + pollutione se maculant, placuit, vt quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, vsq; ad Missam c tantum cathecumenorum in ecclesia admittātur: cum quibus etiam nec cibum d sumere vlli + Christiano rū, sicut Apostolus iussit, licebit + e.

Item Greg. Papa ad Felicē Messanæ ciuitatis episcopum, lib. 12. epist. 31.

¶ Nullus ducat in vxorē à consanguineo cognitam, vel aliqua pollutione maculatam. C. X.

2 NEc eam, quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere vlli profecto licet Christianorum, aut licebit 3: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis hominibus. 4 Incestuosos vero, nullo coniugij nomine deputandos à sanctis patribus dudum statutum esse legimus.

Naturæ videlicet ordine: si vero extraordinarie, non sic.

Ait enim Vrbanus Papa secundus Hugoni Gratianopolitano α episcopo.

α Gratianopolitano.] *Ante legebatur*, Vrbanus II. Gratiano Neapolitano episcopo. *Emendatum est ex Polycarpo, & huius Hugonis mentio est apud Segebertum anno 1084 & apud Trittemium in Guidone* ν *Carthusiæ abbate.*

¶ Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium. C. XI.

5 EXtraordinaria f pollutio non nisi in naturalibus admissa, vel g sæpius h reitera + citra maritalem i affectum γ, si præbitis sacramentis k ita esse constiterit, quemadmodum nobis tuis significatum est litteris; non videtur matrimonium impedire, quamuis ipsa sit criminosa, & damnabilis.

β ¶ Non nisi.] *In Polycarpo est*, nisi in naturalibus admissa.

γ ¶ Affectum.] *In eodem legitur*, effectum.

Item Iulius Papa.

¶ Nullus ducat in coniugem relictam consanguineorum vxoris suæ vsque in tertiam generationem. C. XII.

a ¶ Vxoris suæ.] *Sic emēdatum est ex vetustis. Nam in vulgatis erat*, suorum.

6 ET hoc quoque statutū est, vt relictam patris vxoris suæ, relictam fratris vxoris suæ, relictam filij vxoris suæ nemo sibi in matrimonium sumat: relictam cōsanguineorum vxoris suæ, vsque in tertiam progeniem nemo in vxorem sumat: in quartam autem, & in quintam, si inuenti fuerint, non separentur.

Idem.

¶ A consanguineis propriis, vel vxoris, parter vsque ad septimum. C. XIII.

7 AEqualiter vir coniungatur consanguineis propriis, & consanguineis vxoris suæ.

Item Isidorus ex concilio Macensi.

In Pannormia citatur, vt hic. Hugo autem, ex concilio Maticensi. *Burchardus*, Matisconensi *Iuo* Matiscensi *nulla Isidori mentione facta. In Polycarpo conuncte ponitur cum ca.* coniunctiones. § *eadem, quod quidem est Calixti. Extat autem in concilio Cabilonensi c. 29 & in Vuormaciensi. est secunda pars canonis* 78.

¶ In parentela propria, & coniugis eadem consanguinitas est obseruanda. C. XIIII.

8 SAne consanguinitas, quæ in proprio viro obseruanda est, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est. Quia enim constat eos duos esse in carne vna; cōmunis illis vtraque + parentela censenda est, sicut scriptū est [erunt duo in carne vna.]

Item Augustinus lib. 22. contra Faustum, c. 61.

¶ Nurus non est aliter deputanda, quàm filia. C. XV.

SI vir, & vxor non iam duo, sed vna caro sunt; non aliter est nurus deputanda, quàm filia.

Item Gregorius Papa episcopis Galliæ 9.

Burchardus & citat & refert vt Gratianus, Hugo, auctor Polycarpi. & Magister citant absolute Gregorium. Anselmus, & Iuo ex epistola B Gregorij ad Felicem. In Pannormia est coniuncta vtraque inscriptio, hoc modo, Ex epistola Gregorij episcopis Galliæ missa, epistola 31. lib. 12. *extat vero caput hoc in capitul. l. 6 c. 80. & in adiectis est prior pars capitis 200. quod in indice tribuitur Gregorio Papæ ex epistolis B Bonifacio archiepiscopo Moguntiæ missis. Ac sane in vltima Gregorij 11. epistola tomis conciliorum inserta legitur prior pars vsque ad vers.* Generationem.

¶ Vsque ad septimam generationem progeniem suam vnumquemque seruare oportet. C. XVI.

10 PRogeniem suam vnūquemque e vsque ad septimam decernimus obseruare generationem: & quamdiu se agnoscant affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus: Quod si fecerint, separentur.

e ¶ Vnumquemque.] *Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem hoc loco sunt hæc interiecta:* de his, qui fideliter edocti sunt, & iam firma radice plantati stant inconuulsi.

f ¶ Quod si fecerint separentur.] *Hæc non habentur, nisi apud Burchardum. Apud B Gregorium, Anselmum. & Iuonem sequuntur continuē cum superioribus verba capitis, nec eam ſ. ead.*

a Affinitas nō nascitur sine carnis commistione 6 Sentent. 4 dist. 42.

8 Hugo de S. V. & de sacr. l. 2. p. 1. Sentēt. Abb. Burc. l. 7. c. 8 Iuo p. 9. c. 44 Pann. l. 7. c. 69 f. al. utrimque Gen. 2.

9 In regesto B. Gre. l. 12. ep. 61. ad Felicem.

10 Hugo ibi. Sēt. 4 dist. 40. Pol. l. 6 tit. 4. Anſel. l. 10. c. 40 Burc l. 7 c. 11. Iuo p. 9 c. 26. Pan l. 7. c. 76.

PRogeniem suam.] CASVS. consanguineam suam. vsque ad septimum gradum debet quis vitare: & quamdiu cognoscunt se esse affines.

1 Habetur in synodo episcoporum 113. in basilica Constantiniana, c. 11 & 12. Sent. ibidem.

† al. cel

INcopulatione.] CASVS. Consanguinitatis gradus hic non definitur: sed quousque agnoscunt, obseruari iubetur.

NVlli ex propinquitate.] CASVS. Cū consanguinea nō debet quis contrahere vsque ad septimum gradum: nec sine benedictione sacerdotis.

2 Burc.l.7.c.2. Iuo p. 9.c. 39. Pan.l.7.c.76.

QVædā lex.] CASVS. Petebat Augustus, vt permitteretur Anglicis contrahere matrimonium secundum ius humanum. Et respondet Greg. q lex humana permittit commisceri filios fratrū & sororū: sed non solet ex talibus proles bona prouenire: & ideo Christiani non debēt in quarto vel quinto gradu propinquis coniungi.

3 Capitul.l.6. c.198.

QVOD SCRIPSI. CASVS. Mirabatur Felix Gregorium Anglicis scripsisse, vt liceret eis in quarto gradu contrahere, & quæsiuit vtrum hoc esset ius generale? Et respondet Grego. se illis hoc specialiter concessisse quādiu iuxta Apostolū essēt in fide nouitq de neophytis ait: Lac dedi vobis potū, nō escam.

4 Sent.ibid. Burc.l.7.c 13. Iuo. p.9. c.48. Pann.l.7.c.78.

Porro *Item Nicolaus Papa II. Amalphitanæ ecclesiæ suffraganeis.*

De eodem. C. XVII.

1 DE consanguinitate sua vxorem nullus ducat vsque post † generationem septimam, vel quousque parentela cognosci poterit. Laicus vero vxorem simul & concubinam habens non communicet ecclesiæ.

Item ex concilio Vuormacien si, c.32.

¶ Quousque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur, sibi inuicem non copulantur. C. XVIII.

2 INcopulatione fidelium, generationis numerum nō definimus: sed id statuimus, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione vxorem accipere, vsque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur.

Item ex concilio Lugdunensi 3.

¶ Ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum nullus ducat vxorem. C. XIX.

4 NVlli ex propinquitate sui sanguinis, vsque ad septimum gradum vxores ducant: neque sine benedictione sacerdotis, Qui autem nupturi erunt, à sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant.

¶ *Ceteri etiam collectores citant ex Lugdunensi. In nonnullis Gratiani codicibus est*, Ex Lugdensi. *B. Bonifacius in epistola ad Zachariam Papam mentionem facit synodi Lugdunensis habitæ à discipulis B. Gregorii, in qua de incestis actum fuerat. Simile habetur in cap. l. 6. c. 128. In concilio etiam Rhemensi Trosleiano, c. 8. inter alia multa, leguntur hæc:* Et alibi in canonibus præceptum, vt nemo vsque ad affinitatis lineam, & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere præsumat.

Præmissis auctoritatibus quisque prohibetur à coniunctione consanguineorū vsque ad septimā generationem. Sed obijcitur illud Gregorij ad Augustinū Anglorū episcopum, c. 6.

5 Ioan. diaconus in vita B. Gregorij l. 2. c. 17. & 38. Beda l. 1. hist. c. 27.

¶ Anglis permittitur, vt in quarta, vel in quinta generatione copulentur. C. XX.

6 QVędam lex terrena in Romana rep. permittit, vt siue fratris, & sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius, & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere: & sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, vt in quarta a, vel quinta generatione fidelium licenter sibi coniungantur. Sed idem humillimus pater Gregorius post multum temporis à Felice Messanæ Siciliæ ciuitatis præsule requisitus, vtrum Augustino scripserit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur, inter cetera talem responsionem reddidit. 7 Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, vt recordaris, tuo de sanguinis coniunctione, ipsi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono, quod cœperat, metuendo austeriora, recederet; specialiter, & non generaliter ceteris me certissime scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis existit. Nec ea intentione hæc illis scriptis mandaui, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, vsque ad septimam generationem iungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, sæpissime eos prius illicita docere †, & verbis, ac exemplis instruere, & quæ postde talibus egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum, qui ait [Lac dedi vobis potum, non escam,] ista illis modo, non posteris, vt præfixum est, temporibus tenenda indulsimus; ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat erueretur, sed aliquan tulum firmaretur, & vsq; ad perfectionem custodiretur.

† al. docere vitare

1. Cor. 3.

¶ *Verba huius capitis vsque ad vers.* Sed idem. *sunt apud B Gregoriū. Verum simul hæc & sequentia sunt apud Ioannem Diaconum, in vita B. Gregorij, lib. 2. c. 38. al. 37. Hugo, Burchardus, Iuo, & Pannormia citant*, ex epistola Ioannis Constantinopolitani episcopi ad Felicem episcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem B. Gregorij verba in duabus epistolis Alexandri I I. vna, quæ refertur ab Iuone par. 9. c. 6. & in Pannormia l. 7. c. 55. & 56. altera, quæ refertur 3. q. 5. c. ad sedem. Multa autem in hoc capite restituta sunt ex B. Gregorio, & Ioanne Diacono.*

a ¶ In quarta.] *Apud B. Gregorium, nec multo secus apud Ioannem Diaconum est*, necesse est, vt iam tertia, vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda, quam diximus, à se omnino debet abstinere, *& hoc modo recitatur in epistola Alexandri 3. q. 5. c. ad sedem. §. Hanc computationem. In altera tamen eiusdem Alexandri epistola, quæ proxima superiore notatione est indicata, legitur*, iam quarta, vel quinta. *Et hanc lectionem secutus est ille, qui hoc loco cassum apposuit.*

Item obijcitur illud Cabilonensis concilij.

¶ In quinta, vel sexta generatione nullus amplius copuletur coniugio. C. XXI.

8 COntradicimus, vt in quarta, vel in quinta, sextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum, separetur.

8 Hugo ibid. Sent. ibid. Burc. l. 7. c. 18. Iuo p. 9. c. 54. Pan. l. 7. c. 70.

¶ *Ex Cabilonensi citant ceteri etiam collectores, & Hugo. Extat lib. 5. capitula. c. 99. Exceptis autem verbis illis*, vel quinta, sextaque, *reliqua fere eadem leguntur in concilio Moguntino sub Carolo, cap. 54. & altero Moguntino sub Rabano, cap. 30. & in Vuormacien si, in priore parte canonis 78. Nam posterior pars est, cap. sane consanguinitas. supra allatum.*

9 *Hac auctoritate, dum sexta generatione interdicitur coniugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam varie computantur. Alij namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum vna caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, quæ consanguinitatis copulam vsque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu: illæ vero quæ vsque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant: atque ita fit, vt eadem persona secundum hanc diuersitatem inueniantur in sexto, vel septimo gradu.* 10 *Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, videtur esse contrarium illi decreto Iulij Papæ.* 11 *Sicut non licet vlli Christiano de sua consanguinitate vxorem ducere; sic etiam non licet de consanguinitate vxoris suæ coniugem ducere propter carnis vnitatem.*] *Similiter etiam inuenitur contrarium illi capiti Gregorij* [12 *Nec eam, quam ex propria consanguinitate coniugem habuit, &c.*] *Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus, vel personis inter se affinitate coniunctis, vt sunt vxores duorum fratrum; si contigerit vnam earum alicui matrimonio copularis post mortem eius vir non poterit affinem superstitem in coniugem ducere; nisi in quinto gradu affinitatis inueniantur. Vnde, qui nouercam alicuius in vxorem duxerit: post mortem eius vxorem priuigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi ait* [13 *Relictam consanguineorum vxoris suæ (non ait consanguineam vxoris suæ, sed relictam consanguineorum vxoris suæ) vsque in quartam generationem nullus ducat in vxorem.*] *Paschalis vero Papa secundus scribens Rhegino episcopo, tertium genus affinitatis assignat; cuius copula non vltra secundum gradum inuenitur prohibita. Ait enim.*

9 Sent. ibid.

10 Sup. ea. de propinquis.

11 Sup. ea. nul lū. §. præterea.

12 Sup. ea. nec eam.

13 Sup. eod. & hoc.

¶ Duorum

PORro duorū] CASVS. Duobus consobrinis mortuis, quæsitum est vtrum eorum vxores vni viro nubere possent vna post alteram, & : e pōdetur quòd non, tum propter canonis prohibitionem, tum propter publicam honestatem.

1 Pol'y. l. 6. ti. 4. inf. l. 10. c. 1 †

¶ Duorum consobrinorum coniuges vni sidemque nubere non possunt. C. XXII.

1 PORro duorum cōsobrinorum coniuges, quamuis diuersis temporibus, viro vni alteram post alterius obitum nubere, ipsa, præter auctoritatem canonicam, publicæ honestatis iustitia cōtradicit. Et nouit prudentia tua, quia ita ab vxoris, sicut à viri consanguineis abstinendum est.

Illud autem Gregorij, & Iulij Papæ intelligitur de consanguinitate viri, vel vxoris; vt post mortem alicuius eorum nulli de cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est, vsque ad quem gradum quisque à propria consanguinitate, vel cognatione suæ vxoris abstinere debeat.

Odo.] Hic ponit quæstio.

Consanguinei tas.] CASVS. Interrogatus Isidorus quare dicit consanguinitatem in septimo gradu terminari, respondet, consanguinitas in personas spargitur donec finiatur, & vsque ad septimum gradum obseruatur: quia tot ætatibus distinguitur mūdus, quot hominis status.

DE gradib⁹.] CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, hic etiam legendæ sunt arbores & glossæ earum.

1 Isidor. l. 5. & ult. Dei cap.

Series.] CASVS. Sex gradus, computat hic Isidorus, constituens filium & filiam truncum, & procedit vsque ad trinepotis filium, quem dicit esse sextum gradum.

AD sedem.] CASVS. Quidā gradus consanguinitatis secundum leges numerabant, & dicebant consanguinitatem terminari in sexto gradu legali: & matrimonium contrahi licite post illum gradum. Hunc errorem congregato concilio reprobauit Papa: ostendens primo diuersitatem & diuersitatis rationes inter legalem & canonicā computationem. Secundo probat consanguinitatem protendi vltra sextū gradum legalem: & hoc per legem, per Gregorij auctoritatem, per arboris rationem, cuius rami vltra protenduntur vsque in septimum gradum canonicum: vltra quem cognatio eius non protenditur: nec graduum nomina inueniuntur. Tertio ostēdit eos, qui tantū sex gradus canonicos cōstituunt, in consanguinitate & in sententia nō differre à canonica septem graduū cōputatione. in fine, phibet sub anathemate, ne in quæstionibus de matrimonio quis cōputet gradus alio modo quàm hic dr in hoc cap. Porro.]

† al. fenestris

Isid. 9. Etymo. l. 25 sensim, tan verba ipſa.

Abbr. 4. distinct. Burchard. 3. pt. 10. Iuo p. 9. c. 46. Pan. l. 7. c. 75.

¶ *Burchardus, & Iuo, & auctor Pannormiæ, qui citant partim Isidorum partim ex dictis Isidori, ex hoc, & capite*, consanguinitas. §. *q. 4. vnum caput faciunt; & habent*, Series consanguinitatis, septem gradibus, &c.

Item Alexander Papa II. omnibus episcopis, & clericis, necnon iudicibus per Italiam constitutis.

¶ *Sic est emendatum ex Hugone, Anselmo, & Polycarpo; qui hanc eandem epistolam recitant. Ab Iuone autem, & in Pannormia referuntur duo capita alterius epistolæ eiusdem Alexandri eodem cum hoc argumento, scriptæ clericis Neapolitanis, siue, vt in Pannormia Metropolitanis. Et apud Gratianum erat coniuncta vtraque inscriptio, hoc modo.* Neapolitanis, clericis, & omnibus episcopis, atque iudicibus per Italiam constitutis. *Ex iisdem vero Hugone, Anselmo, & Polycarpo multa in toto hoc capite sunt emendata.*

¶ Quomodo sint computandi gradus consanguinitatis. C. I.

5 AD sedem Apostolicam perlata est quæstio nuiter exorta de gradibus consanguinitatis: quam quidam legum & canonum imperiti excitantes, eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones, & ecclesiasticum morem numerare nituntur; nouo, & inaudito errore affirmantes, quòd germani fratres, vel sororis inter se sint in secunda generatione; filij eorum, vel filiæ, in quarta; nepotes, vel neptes eorum, in sexta. Talique modo progeniem computantes, & in huiusmodi sexto eam gradu terminantes dicunt, deinceps viros, ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi profanum errorem confirmandum in argumentum assumunt sæculares leges, quas Iustinianus Imperator promulgauit de successionibus consanguineorum. 6 Quibus confisi, ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiæ terminantes, numerationem sanctorum patrum, & antiquam ecclesiæ computationem ad nos vsque perductam peruersa quadam calliditate distu rbare nituntur. Nos vero Deo annuente hanc quæstionem discutere curauimus, in synodo habita in Lateranensi consistorio, conuocatis ad hoc opus episcopis, & clericis, atque iudicibus diuersarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & sacris canonibus, distincte inuenimus ob aliam; atque aliam causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorum graduum mentio facta est; nisi vt hæreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, vt aperte monstretur, vsque ad quotam generationem à consanguineorum sit nuptiis abstinendum. Ibi præscribitur, vt hereditas propinquis modo legitimo conferatur hic vero, vt rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus distincte non numerantur gradus, nisi vsque ad sextam: in canonibus autem vsque ad septimam distinguuntur generationem. Hac igitur de causa, quia, hereditates nequeunt deferri nisi de vna ad alteram personam; idcirco curauit sæcularis Imperator in singulis personis singulos præfigere gradus. Quia vero nuptiæ sine duabus non valent fieri personis; ideo sacri canones duas in vno gradu constituere personas. Vtramque tamen computationem, si attente, ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, & eamdem esse in eis sententiam, atque ad eumdem terminum conuenire manifestissimum erit. Iustinianus namque vsque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definiuit. Canones vero vltra septimam, nullam numerauere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit Imperator. [Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus. 7 Genetata quippe persona semper gradum adiecit.] Ecce in his breuibus verbis aperte ostenditur, tales gra-

5 Hugo ibidē Polyc. ibidē. Anſ. l. 11. c 92. Iuo par. 9. c. 6. Pann. l. 7. c. 55.

6 Instit. l. 3. tit. 5. & 6.

7 eod. tit. 6. Isidorus l. etym. 9. c. 5.

dus, quales isti computant, non tantum vsque ad sextum, verumetiam vltra numerari debere; quippe cum vltra sextum vlteriores gradus numerandos esse decernat. Vbi enim vlteriores nominat gradus, aperte indicat non sex tantummodo esse gradus; sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipse firmauerit Imperator, & decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum decimum nominat, non esse tantummodo sex lucè clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis, si possunt, intendant; quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimuero, vbi secundum leges inter agnatos, vel cognatos defertur successio, consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentelæ vinculo tenerentur. Succedunt autem inter se, teste Iustiniano, in decimo gradu: consanguinei igitur sibi sunt, qui sibi succedunt. Quòd, si in decimo gradu consanguinei sibi existunt; non est terminata consanguinitas (vt isti fatentur) in sexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu; aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quòd si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu; fallidici erunt isti, qui vltra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsæ, aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed, vt veridicę leges, & veraces sint canones, dicamus hoc, quod veritas habet: scilicet, quòd non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu; sed terminatur secundum canones in septimo gradu, Vtraque enim computatio, sicut superius diximus, vno fine concluditur. Namque duo gradus legales vnum gradum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundum

1 Concor. Alexan. de Imo. in l. si aue frater. in fin. C. de sui. edic.

sæculares leges dicuntur in secundo gradu [1]; iuxta canones numerantur in primo. Filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo; nepotes vero, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio: sic deinceps, qui in legibus scribuntur in octauo, & decimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto. Atque hoc modo de reliquis sentiendum est; vt qui secundum canones dicuntur in sexto, vel septimo; secundum leges accipiantur in duodecimo, vel quartodecimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dum quæreretur, in quota generatione coniungi fideles debeant; ipsas sæculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit [2 Quædam terrena lex in Romana rep. permittit, vt siue fratris & sororis, siue duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse subcrescere. Vnde necesse est, vt iam in tertia, vel in quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam à secunda, quam prædiximus, omnimodo debent abstinerere.] Ecce hic aperte monstratur filios & filias fratrum in secunda generatione numerari. Et, si fratrum filij, & filiæ numerantur in secunda; fieri non potest, vt ipsi fratres non sint in prima. Quòd si fratres computantur in prima, filij eorum in secunda; dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis vsque ad septimam. Sed sunt quidam, qui ex his Gregorij verbis, quibus ait, vt in tertia, vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iuste facere posse; quod prudentissimus doctor sua sententia diffiniuit. Isti itaque qui se hoc velamento defendere nituntur, aduertant in eiusdem patris sententiis, hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum à Felice Messanæ Siciliæ præsule requisitus, an hoc, quod Augustino mandauerat, generaliter cunctæ ecclesiæ tenendum esset; apertissime firmauit, non aliis hoc, quàm illi genti mandasse: ne bonum, quod cœperant, metuendo austeriora, desererent: sed & illis, postquam in fide essent firma radice solidati, & vniuersali Ecclesiæ censuit semper esse tenendum; vt nullam de propria consanguinitate, vel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monstratum est, & ex verbis ipsius legis, & auctoritate prudentissimi Papæ Gregorij, quid de gradibus consanguinitatis numerãdis sentire debeamus. Quamuis alia quoque ratio pari modo ipsos reuincat aduersarios. Nam si, vt ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos, qui vltra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes, qui in prædictæ arboris pictura numerantur, ex vna parentela consistunt, numquàm sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari: veluti non sine damno cuiusque personæ valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque sacrorum præceptio canonum, quæ iubet à propria abstineri consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelæ discrepat computatione. 3 Nam in septem gradibus, si canonice, & vsualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Vltra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne vero in hac consanguinitatis computatione, aliqua dehinc valeat ambiguitas remanere; aliam, quam quidam faciunt, numerationem in hac etiam disputatione duximus finiendam †. Sunt enim quidam, qui non à fratribus, sed à filiis eorum, id est, patruelibus, vel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo ceteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diuersa. Isti enim, qui numerandi initium sumunt à filiis fratrum, non progrediuntur vltra sextam generationem: sed sicut totius mundi sex ætates existunt, & humanæ vitæ itidem sex; ita & in consanguinitate sex tantummodo autumant computandas esse generationes: quibus finitis, nouæ coniunctionis dicunt posse fieri initium, vt quasi fugientem possint reuocare consanguinitatem.

2 S. ead. q. 2. & 3. ca. quædam lex.

3 S. ead. q. 2. & 3. c. in copulatione.

† al. disputãdam

¶ 4 Hæc itaque computatio, quæ incipit a fratrum filiis, & numerat vsque ad sextam generationem, tantumdem valet, quantum ea, quæ incipit à fratribus, & computat vsque † ad septimam. Nec vlla in sensu existit diuersitas: quamuis in numero graduum varietas videatur. Vltima enim generatio, si initium numerandi sumat à fratribus, septima inuenitur: si à filiis fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolica vos auctoritate monemus fratres, & filij; vt omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis, quemadmodum sancti patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctæ, & vniuersalis ecclesiæ per longa tempora olim computasse monstratur. Nam, si quis peruersa, & obstinata mente à recto tramite Apostolicæ sedis deuiare voluerit, & aliter, quàm nos, in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit †; primum pro sua temeritate cælesti pœna plectetur: postmodum vero gladio perpetui anathematis se nouerit iugulandum. Data Romæ, &c.

4 S. ead. q. 4. consanguinitas.

† al. cõputat septimam

† al. attẽtauerit

Item

Item Gregorius Papa.

¶ Quare consanguinitas vxoris ad viros pertinere dicitur, & quomodo affinitas sit computanda. C. III.

1 Sent. 4. dist. 41. Habitudinem.

POrro.] CASVS. Assignatur hic ratio quare affinitas obseruetur: quia vir & vxor sunt vna caro, & ideo vxoris meę consanguinei in eodem gradu sunt affines mihi, & meorum consanguineorum vxores sunt mihi affines, & affines vxoris meæ sunt vitandi in omni gradu vt mei consanguinei. qui aliud dicit, tanquam Antichristus est vitandus.

† al. filia

† al. loquemo dyrique

PRimo gradu.] CASVS. In hoc cap. prosequitur Isidorus legalem graduum computationem vsque ad septimum gradum, ostendens in quo gradu sunt personæ.

PRorro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet, manifestissima ratio est: quia, si secundum diuinam sentẽtiam ego & vxor mea sumus vna caro, profecto mihi, & illi mea, suaque parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meę in vno & primo gradu erimus: filius † vero eius in secundo gradu erit à me, neptis vero tertio: idque † vtrinque in ceteris agendũ est successionibus. Vxorem vero propinqui mei, cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere; quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua femina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruari. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt: à quibus tanto fortius vos oportet cauere, quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

¶ *In Polycarpo caput hoc item. ac sequens recitatur ex Zacharia. Ac sane Gratianus in extremis verbis sequentis capitis indicat caput hoc fuisse etiam Zachariæ.*

Item Zacharias Papa.

¶ Qualiter parentelæ gradus computantur. C. IIII.

1 Sent. 4. dist. 41. Habitudinem.

2 PArentelæ gradus taliter computamus. siquidem ego & frater meus vna generatio sumus; primumque gradum efficimus, nulloque gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius secunda generatio sunt: ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquo gradu separantur. Atque ad hunc modum ceteræ successiones numerandæ sunt. Porro de affinitate, quam dicitis parentelam, & c. *vt superiore capite Gregorij.*

Item Alexander Papa secundus.

¶ Æquiuocatio est, cum soror vxoris cognata vocatur. C. V.

Ibi Glos. fol. 2. Dynus. c. fin. 55. 4. dist. 41. Habitudinem.

† al. frater

3 QVòd autem frater, sororvè vxoris tuæ cognati tui dicuntur; æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quàm vlla causa cognationis. Vxor enim fratris fratrissa † potius, quàm cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum autem fratrum vxores vocantur ianitrices « quasi eamdem ianuam terentes, vel per eamdem ianuam intrantes. Viri soror glos appellatur. Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec vxoris frater.

¶ *In Polycarpo etiam refertur proxime post cap. ad sedem. vt ad eumdem Alexandrum pertinere videatur. A verbo autem* vxor, *vsque ad finem habentur apud Isidorum, lib. 9. cap. fin.*

« ¶ Ianitrices.] *Ita etiam legebatur in le. non facile. ff. de gradibus, antequam locus ab Alciato esset restitutus. li. 2. disp. c. 23. Qu amobrẽ nihil mirandum, si Isidorus, aut alius qui spiam allatam hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa est, à vãtẽgeo.*

Item Isidorus 4.

15 l. 9. c. 5. & in decretis fals Pauli, li. 5. tit. 11. de ædific.

¶ Nomina graduum superiorum, siue inferiorum, siue ex latere venientium. C. VI.

PRimo gradu, superiori linea continentur pater, mater, inferiori filius, filia: quibus nullæ aliæ personæ iunguntur. ¶ 5 Secundo gradu continentur, superiori linea auus, auia; inferiori nepos, neptis: transuersa frater, soror: quæ personæ duplicantur. Auus enim & auia tam ex patre, quàm ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequẽtibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. 6 [Istæ personæ secundo gradu ideo duplices appellantur: quia duo aui sunt, paternus, & maternus.] Item duo genera nepotum sunt, siue ex filio, siue ex filia procreati. Frater & soror ex transuerso veniunt, [id est, β aut frater patris, aut frater matris: qui aut patruus, aut auunculus nominatur:] qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

6 Anianus interpres Pauli.

¶ Tertio gradu veniunt supra proauus, proauia; infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, sororisque filius, filia, patruus, amita, id est, patris frater & soror, auunculus, matertera, id est, frater matris & soror.

¶ Quarto gradu veniunt supra abauus, abauia; infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patrui filius, filia: consobrinus, consobrina; id est, auunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, id est, amitæ filius, filia: itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur: quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est, aui paterni frater, & soror; auunculus magnus, matertera magna, id est, auiæ tam paternæ, quàm maternæ frater & soror.

¶ Quinto gradu veniunt, supra quidem atauus, atauia; infra atnepos, atneptis. Ex obliquo fratris, & sororis pronepos, proneptis; fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinæ, consobrini, consobrinæ filius, filia, propior consobrinus †, propior consobrina †, id est, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia: his accrescunt propatruus, proamita.

† al. sobrinus † al. sobrinæ

¶ Hi sunt proaui paterni frater & soror, proauunculus, promatertera.

¶ Hi sunt proauiæ paternæ, maternæque frater, & soror, proauique materni. [7 Hæc species nec aliis gradibus, quàm scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.]

7 Anianus interpres.

¶ Sexto gradu veniunt, supra tritauus, tritauia; infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris, & sororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinæ, consobrini, consobrinæ nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, id est, propioris sobrini filius, filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt, propatrui, proamitæ, proauunculi, promateterteræ filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi sunt abaui paterni frater, & soror) abauunculus, abmatertera.

¶ Hi sunt abauiæ paternæ, maternæque frater, & soror, abauique materni.

¶ 8 [Hæc quoque explanari amplius non potest, quàm vt auctor ipse disseruit.]

8 Anianus.

¶ Septimo gradu, qui sunt cognati recta linea supra, infraque propriis nominibus non appellantur: sed ex transuersa linea continentur fratris, sororisque atnepos, atneptis, consobrini filij, filiæque.

¶ Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia vlterius per rerum naturam nec nomina inueniri 9, nec vita succedentibus prorogari potest. 10 [In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari.]

9 Anianus.

10 Idem Alex. in l. in ius vocari. colum. 3. ff. de in ius voc. & plene per Imol. in l. si vero. §. de viro. ff. fol. ma. & gl. in §. penul. instit. de ga.

ε *Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro sententiarum Pauli, additis non vno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraque tamen habentur etiam apud Isidorum, lib. 9. c. 5.*

β ε Id est, aut frater.] *Hæc vsque ad vers.* Qui & ipsi, *non sunt loco indicato: sed tantum apud collectores.*

De gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quot sint, quomodo computandi, quibus etiam appellentur nominibus, auctoritate Isidori, atque Gregorij, & Alexandri sufficienter monstratum est.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra.
Laua dat uxores, dat tibi dextra mares.

Figura præsens ra boreali cet ad septimũ deberet gradũ protendi, cum vsque ad eum secundum decreta sit prohibitio coniugalis ꝛ q. 3. c. de affinitate. & extra de clan. despon. c. cum inhibitio. tamẽ quia p iura noua ipsa cõiugalis ꝓhibitio est in trib⁹ postremis gradibus reuocata, vt dicto. c. cũ inhibitio. & de cõsan. & affini. c. nõ debet. ideo vsque ad quartum dumtaxat figurã hanc duximus extendendã. Nec id ipsum graduũ cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut trium computationem agnouerit illam etiam vsque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quàm aptissime hæc imprimatur, tũ consanguinitatis tum affinitatis arbor, iudicet qui huiusce causæ trigesimæ quintæ canones & legit, & intelligit.



Consanguinitas est attinẽtia personarũ ex eo proueniens, quòd vna descẽdit ab altera, vel ambæ ab eadem, Vel est vinculum personarum ab eodem ſtipite descendẽtium carnali propagatione cõtractum. Et dicitur à cõ, quod est simul, vel vnitum; & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem ſtipite descendentium gradus continens, & numeros distinguẽs. & est triplex, scilicet graduum descendentium ascendentium, & collateraliũ.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter ſe differũt. Et dicũtur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum,

CONSANGVINITAS PER TRES REGVLAS DECLARATVR.

PRIMA regula magiſtralis pro linea recta. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio (Petrucium eſſe fingimus in cellula vbi eſt facies) vtroque computato & intermediis, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quattuor ſunt gradus: & ſic de aliis.

¶ Pro linea collaterali duæ ſunt regulæ.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui, (nam illi ſunt in linea æquali;) quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige ſecundum canones.

¶ Pro arbore conſanguinitatis ſecundum computationem Hoſtiæ dantur tales regulæ.

PRIMA In linea recta aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collaterali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Nam ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum ob aliud ſit quàm computatio Decretiſtarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

CIRCA

CIRCA LECTVRAM Arboris diuerſis olim diuerſum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturæ ipſius arboris nouum modum aſſumens, per ſuas metricas regulas ipſius intellectũ niſus fuit aperire: ſed propter multitudinem regularum, & verſuum obſcuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus materiam conſanguinitatis & affinitatis ignotam, nota: & habentibus notam, ex oculorum inſpectione notiſsima fieret: antiquorum ſcripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. Secundo an ſit authentica. Tertio ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ quæſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio, probatio enim ad oculum alias vincit. inſtit. de gradi. §. agnationis. 27. quæſt. 1. nec aliqua. ‖ Ex oſtenſione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione, extra de dona. Apoſtolicæ. ver. fi. Hinc eſt quòd agrorum mentio ſubijcitur oculis. 16. quæſt. 3. inter. de præſcrip. quia indicante. C. fin. reg. l. 3. Ventris inſpectio: an mulier ſit prægnans, ff. de ven. inſpi. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ inueſtigatio, an mulier ſit virgo. extra de prob. propoſuiſti, an arcta. de fri. & ma. fraternitatis. vel aliter impedita. eod. titu. ex litteris. Iniuriæ an ſit atrox æſtimatio ff. de fer. l. 2. Et litteræ Papales an ſint veræ vel falſæ. de cri. fal. licet.

¶ Ad ſecundum dic quòd arbor authentica eſt: quod patet ex canonibus Iſidori & Alexandri. 35. quæſt. 5. cap. 1. 2. & vltim.

¶ Ad tertium dic quòd quia in decretis de conſanguinitate & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere & quia in decretalibus eſt idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id ſatis eſſe validum ſatiſque famoſum, quod repetita lectio probat. C. de emen. Iu. co. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit ſecundum ſtatum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

DEINDE ad arborem conſanguinitatis ſpecialiter deſcendamus. Et primo quæritur quid ſit conſanguinitas, & vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo quæritur quomodo arbor formetur: & quare ſic formetur, & quare ſic punctetur. & interſeremus regulas per quas cognoſcuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quaſdam quæſtiones.

¶ Ad primum dico, ‖ quòd conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera: vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum: quod ſatis eſt idem. Dicitur autem conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas: à con & ſanguine: quia de communi ſanguine deſcendunt. Et quo ad probationem coniugij non diſtinguo an tales conſanguinei ſint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod eſt expreſſum extra de proba. per tuas.

¶ ‖ Linea vero eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens. Et eſt triplex linea, ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium & collateralium, vt infra patebit, vt ff. de gradi. l. 1. & l. iuriſconſultus.

¶ ‖ Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuium: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. §. gradus.

¶ Formatur autem ſic arbor. ‖ Primo vide cellulas aſcendentium: ſecundo deſcendentium: demum collateralium. Aſcende ſuper cellulam vacuam: quæ remanſit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere: cum aliæ cellulæ (exceptis, his quæ per genitiuum nominantur) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris: fratrem fratris: patrem filij, & ſic de ſingulis? & eam alij vocant Ioachim: alij Protheum: alij truncum. Nos autem à nomine bidelli noſtri vocemus eam Petrucium. Et ſcire debes, quòd competenter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcendentium diuiderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus, proauus, &c. à latere ſiniſtro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia poſiti à latere dextro deſcendunt à maribus, & econuerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hæc cõtinens pater mater, & vnum punctum ſupra, & vnum infra. Supra illam eſt cellula auus auia, continens duo puncta ſupra, & duo infra. Supra illam eſt cellula proauus proauia, continens tria puncta ſupra, & tria infra. Supra illam eſt cellula abauus abauia, habens quattuor ſupra, & quattuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua, eſt cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum ſupra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta ſupra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta ſupra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta ſupra, & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes quòd punctorum numeratio, eſt numeratio graduum, habito reſpectu ad cellulam vacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum: puncti inferiores ſecundũ ius ciuile, &c. ‖ Ponitur autem computatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc caſum quo inſtruimur in matrimoniis, quæ licite contrahi poſsint necne: & cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, in eo præcipue lex minor eſt canone extra de ſecun. nup. cap. vltim. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quòd in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat vtrumque ius: quia in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradum adijcit.

¶ ‖ Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrumque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio: vtroque computato & intermediis, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quattuor ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque perſonas: & ſic quattuor ſunt gradus. Si veris ſcire quot diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo erunt gradus. Scias autem quòd iſte P. non habet totam ſuam computationem in arbore. Scias enim quòd quilibet habet duos parentes: quattuor auos: octo proauos: ſedecim abauos: & ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſsibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere.

¶ ‖ Quæro an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goffre. in ſum. de conſangui. & affini. §. item quantum. quòd non, per decre. non debet. eo. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. quæſt. 3. progeniem. & duobus capitulis ſequent. in quibus dicitur, quòd olim non ſolum vſque ad ſecundum gradum, ſed etiam inquantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem, & alterum aſcendentem, perdurat prohibitio. ad idem inſtit. de nup. §. 1. ff. de ritu nup. l. nuptiæ. & hoc verum puto.

¶ ‖ Ad collaterales tranſeamus, & ad fratrem & ſororem: & cauſa Breuitatis proſequendo ſolum partem mediam arboris ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quod per ſe patet. dicamus de fratre & deſcendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis. ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones: in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundum canones: in tertio ſecundum leges. Nepos in tertio ſecundum canones: in quarto ſecundum leges. Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſecundum canones: in quinto ſecundum leges: & ſic debet eſſe vtraque punctatio, & iſti ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris ſecimus ſtipitem. Fac conſequenter ſtipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, ſoror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecundo gradu, frater patruelis etiam ſecundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto ſecundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto: & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Poſtea fac proauum ſtipitem, & habet filios patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus, propior ſobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorumdem nepos neptis. Et quia P. diſtat à proauo quem nunc feci ſtipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori ſobrino tertio: & à filio tertio, & à nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto ſecundum canones. Secundum leges vero diſtat P. à patruo magno quarto, à propiori ſobrino quinto, & à filio ſexto, à nepote ſeptimo, & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Modo fac abauum ſtipitem cum tribus filiis, ſcilicet propatruo, proauo & proauunculo. de proauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorumdem pronepos proneptis. Iſti omnes ſunt cum P. in quarto gradu, quia P. diſtat à ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges propatruus diſtat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & ſic debet eſſe vtraque punctatio.

¶ ‖ Nunc videndum eſt quibus regulis gradus illorum collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam ſecundum canones.

¶ ‖ Collateralium in linea æquali quarto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe vel ſibi attinent: hoc ſecundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto.

¶ ‖ Secundum leges vero aliter eſt, & ſic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe: vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis, & ex punctatione, quòd prædicti P. & pronepos propatrui diſtant viij. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gra

Conſanguinitas diffinitiua.

Linea diffinitiua: & eius multiplicitas.

Gradus deſcripti.

Laborit cõtinuatio ſermonis.

Ius canonicum eſt excellentius ciuili.

Regula linea recta.

Coniugalis prohibitio in recta linea eſt perpetua.

Regula collateralium.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali.

Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.

Regula canonica in linea inæquali.

duos gradus: ſecundum canones vero duæ perſonæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones, in ſecundo ſecundum leges: ſed computatio eorum ob aliud fit quàm noſtra. 35. quæſt. 5. cap. 2. Bene ergo dicitur ſecundum leges, quòd in æquali linea collateralium ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis: non eſt reperire diſparem gradum. vide in linea paris numeri ſecunda, vel iiij. diſparis numeri j. vel iij. In prima ij. gradus, in ſecunda iiij. in tertia vj. in quarta viij. quod non eſt ſecundum canones, quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & ſic de ſingulis.

¶ Nunc reſtat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula ſecundum canones. ‖ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe, Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in deſcendentibus vſque ad lineam æqualitatis: & hoc eſt quod dicimus, quòd perſona addita perſonæ vſque ad lineam æqualitatis non creſcit gradus: quia propatruus, filius eius, nepos & pronepos omnes diſtant iiij. gradu à P. Sed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem regulam tradimus.

‖ Regula canonica I linea inæquali.

‖ Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ ‖ Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ (ſtipite dempto) tot ſunt gradus. vnde P. à ſtipite diſtat iiij. à propatruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij. & ſic quælibet perſona facit gradum. Vides ex ſupradictis quòd P. non poteſt contrahere cum aliqua de arbore. Diſtat enim à ſummo, ſcilicet abauo: ab imo, ſcilicet à nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: à mediis citeriori: per quod ſatis patet, quod cum nullo poteſt contrahere. Sed ſi extremus in collateralibus: vt puta ſi pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, poſſet P. cum illa contrahere, Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen conſanguinitas. Prohibitio enim, quæ per ius poſitiuum proceſſerat, potuit tolli: ſed naturalia ſunt immutabilia. 5. diſt. in prin.

¶ Scire debes, quòd communiter dicunt doctores, quòd abauus & proauus & auus ſunt bigami, dicentes, quòd ſi non eſſent bigami, non poſſent filij eorum coniungi, cum eſſent fratres: ſed de hoc non multum curo: quia eadem ratione ſic eſſet de aliis cellulis duplicibus, quòd perſonæ earum eſſent bigami. vnde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quattuor perſonas, ac ſi diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus, vnde duplicatio poſita fuit, vt nomina de monſtraret in vtroque ſexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum eſt etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando. Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali, & ego poſſum accipere filiam tuam. ergo tu meam. Et negatiue Ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia ſi vnus eſt in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui eſt in tertio vel citeriori, poteſt contrahere cum filia eius, qui eſt in quarto gradu, & non econuerſo. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere poſſunt cum filia P. ſed non econuerſo.

‖ Quæſtio notabilis.

¶ ‖ Demum quæritur, an collaterales quorum vnus eſt in quinto & alter in primo, puta filia P. & propatruus poſsint ad inuicem contrahere? Dicit Hoſti. quòd non. & hoc not. extra eod. quod dilectio. &c. tua. & in ſumma huius titu. de conſan. §. numquid. in v. & j. quod per ſua argumenta nititur probare ſic, ſcilicet pater & filius vna perſona cenſentur. C. de impu. & aliis ſub. l. vltim. ſicut ergo non contrahitur cum ſtipite, ſic nec cum filiis ſtipitis. benefacit prædicta decret. tua. vbi fratres videntur poni pro ſtipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex glo. quam ponit ꝛ. eod. titu. capit. vltim. & Ra. & Ioan. de Deo: & hoc eſt veriſsimum, quod probant verba regulæ poſitæ ꝛ. eod. cap. vltim. dum dicit ibi; deſcendentium ab eodem. ſed certum eſt quòd propatruus deſcendit à ſtipite. Præterea aut dicis quòd eſt inter eos prohibitio aſcendentium & deſcendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quòd certum eſt filium P. non deſcendiſſe à propatruo. Eſt ergo prohibitio collateralium. ſed certum eſt, quòd iſti diſtant quinto. quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere, non video. Ioan. Andr.

Multa

Multa dies, variuſque labos huiuſce parauit
Artis notitiam: quæ modo clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

AFFINITAS ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. non facile. §. affines.

¶ Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. quæſt. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus; & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas. patet de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. cap. diſcretionem. & cap. penul. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſang. & affini. quod ſuper his.

PEGVLA. Quotieſcumque inter vnam perſonarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradum incluſiue, nulla eſt prohibitio: vt inter me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium: quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt nec fuit conſanguinitas.

AD ARBO

ARBOREM Affinitatis & eius materiam trãſeamus. Et primo videndum eſt quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur: deinde arborẽ formemus. Ponemus poſtea quædam notabilia, & quaſdam quæſtiones.

¶ Affinitatis definitio.

¶ Eſt affinitas perſonarum proximitas ex coitu prouenies, omni carens parentela. hoc ſecundum canones: ſed ſecundum leges eſt proximitas prouenies ex nuptiis; & requiritur ſecundum leges, quòd legitimæ ſint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines.

¶ Affinitas per coitum nefariũ contrahitur.

¶ Sed quod per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. cap. diſcretionem. & eo. tit. cap. penu. Sed conſideratio legis fuit circa hereditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. in prin. & ff. de teſti. l. 3. & 4. quæſt. 3. §. item in criminali. verſi. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis, quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc, quòd concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis: vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autẽ ꝙ affinitas eſt perpetuum impedimentũ, quod durat etiammortua perſona qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ ſit extra clauſtra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde qđ ibi not.

Et inſurgit affinitas ex coitu interdũ cum publicã honeſtate, interdum ſine: & publica honeſtas interdum ſine affinitate, vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis & affinitatis. ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt, ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc ideo quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quòd poſsis contrahere cum illa, non obſtante quòd ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis non tamen ſublatum eſt impedimentum publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi, quòd poſsis cum tali contrahere non obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo, quòd deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu, & non obſtante quòd eſt tibi affinis in quarto pro eo quòd dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimonium procedere poterit.

¶ Affinitatis genus per quam regulam cognoſcitur.

¶ Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem, illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis, & primo genere: ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecundo gradu: ſi ille aliam mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra de conſan. & affi. cap. non debet, hic circa hoc non inſiſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliam perſonam carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat, illa attinet mihi ſecundo genere. ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodem gradu. Eſt igitur videre de gradibus. Certum eſt, quòd affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & in illo vſque ad quartum gradum: licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum: ſed computantur gradus affinitatis ſecundum gradus conſanguinitatis. ¶ Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier; vide quo to gradu eſt tibi conſanguineus tuus ſecundũ regulas quas tradidi, in proxima arbore; & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere.

¶ Affinitatis gradus computantur ſicut gradus conſanguinitatis.

¶ Arboris affinitatis formatio.

¶ Nunc formemus arborem, & in medio arboris ſunt quattuor cellulæ, & in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecunda ſecundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponantur in medio fratris & ſororis. Secundo, quare non exprimant attinentiam, dicendo primus gradus affinitatis, & ſic de ſingulis. Ad primum dic, hoc fuiſſe vt detur intelligi, quòd affinitas oritur ex conſanguinitate, & quòd ab vtroque ſexu virili & femineo affinitas contrahatur. Ad ſecundum dic, attinentiam non fuiſſe expreſſam: vt illa computatio graduum ad conſanguinitatem & affinitatem referatur, vnde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis, & frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis, & ſic de aliis. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quattuor cellulas continens in prima ſcribitur frater, in ſecunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea continens alias quattuor cellulas: in quarum prima ſcribitur vxor fratris olim relicta, in ſecunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt aliæ quattuor cellulæ: quarum prima ſoror, ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harum ſunt aliæ quattuor: prima vir ſororis olim relictus, ſecunda vir filiæ ſororis, tertia vir neptis ſororis, quarta vir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: à ſiniſtris, relicta relicti ſororis; quæ ſecundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonſtrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarũ vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri ſororis: in qua ſcribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula ſororis, & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idẽ ſcribitur.

¶ Quæſtio.

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula, vxor fratris, ſcribitur, olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus eiuſdem lineæ? Et dic hoc factum fuiſſe propter cellulam, quæ ponitur ad dorſum illius. q. d. frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua iſte relictus à relicta fratris vult contrahere eum ſorore, numquid poteſt? Olim non poterat, quia erat ſibi in ſecundo genere, & primo gradu: hodie vero poteſt. Idem ſit repetitum quo ad cellulam viri ſororis.

¶ Regula magiſtralis gradus affinitatis, & genus manifeſtãs.

Ad cognoſcendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, quàm ex prius dictis, tolle hanc ſolam regulam magiſtralem, ¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & non viri & vxoris, collige ex his, quæ

his, quæ in principio dixi. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cũ matre & filia. Sed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virũ, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. extra de conſan. & affi. quod ſuper his. Primi generis quare dixerim, etiam ex ſuperioribus patuit, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. vide hoc in arbore. nam frater & ſoror ſunt in primo gradu cõſanguinitatis, maritus ſororis eſt fratri in primo gradu affinitatis, & ſic vxor fratris ſorori, & ſic filia ſororis eſt filiofratris, & ipſi fratri in ſecũdo gradu cõſanguinitatis, maritus eius in ſecundo gradu affinitatis, & econuerſo, & ſic in reliquis. Vnde vir proneptis ſororis attinet fratri & omnibus deſcendentibus, qui ſunt in arbore, quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu conſanguinitatis attinet prædictis ipſa proneptis. Qui ſunt in arbore, ideo dixi, quia ſi pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & ſic attinet quinto gradu ſecundum regulas traditas in proxima arbore.

¶ Affinitas notabilia declarat.

¶ Poſt hoc notandum eſt, illud preciſe non ſequitur, ego & tu ſumus affines: ergo filius, quem procreo, eſt tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego ſum tibi affinis, & ipſe conſanguineus interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum, ſi ego & tu ſumus affines per appoſitionem mei, quia ſcilicet contraxi cum conſanguinea tua, ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo, ille eſt tibi conſanguineus, non affinis. ſed ſi ego maritus conſanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec eſt tibi conſanguineus, nec affinis. Si vero tu conſanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipſe affinis. ſed ſi tu & vxor mea erat is in æquali linea, vel inęquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipſa in ſecundo vel primo: tunc ipſe filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipſe mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis conſanguinei in linea inæquali, ſed vxor mea erat remotior, vt quia ipſa in tertio, & tu in ſecũdo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipſe affinis: tu in tertio gradu, & ipſe in tertio gradu. Item nota quòd iſtud etiam non ſequitur, ego & tu ſumus affines, & ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam: quia ſi habeam conſanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris: ſed inter virum & conſanguineos mulieris, & inter mulierem & conſanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de conſangui. & affinit. quod ſuper his. Sed ego non poſſum contrahere cum filia tua, niſi forſan illa excederet quartum gradum, vt quia eſſet in quinto. & eſt ſimile ſecundum quod dixi ſupra in proxima arbore circa finem.

¶ Affinitatis prohibitio inter aſcendẽtes & deſcendẽtes eſt perpetua.

¶ Nunc quæritur an affinitas inter aſcendentes & deſcendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum vſque ad quartum gradum? Et ſi teneremus opin. Goffre. de qua dixi ſupra in arbore proxima circa medium, diceremus quòd vſque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quòd prohibitio ſit perpetua. Dicit enim textus, quòd ita abſtinere debemus à conſanguineis vxoris, vt à propriis. extra de conſangui. & affinit. cap. 1. 35. quæſt. 3. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter conſanguineos aſcendentes & deſcendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem inſtitu. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quòd tales affines aſcendentes & deſcendentes habentur loco parentum & liberorum. ff. de gradi. l. non facile. §. & retro. in fi. Eodem modo poſſet formari quæſtio de affinibus quorum vnus eſt in primo gradu, alter in quinto, ſicut in conſanguineis dixi ſupra in arbore proxima. in fi. An autem liceat diuerſis temporibus habere in vxores duas cognatas, ſcilicet vxores duorum fratrum, & an cõiuncti olim in gradu prohibito hodie permiſſo ſimul manere poſsint, de hoc vide not. extra de conſanguinit. & affinit. c. non debet.

¶ Conſanguinei. & affines que inter prohibentur coniungi

¶ Vltimo quæritur ad vtramque arborem, an prohibitio conſanguineorum vel affinium coniugendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter ſcias quòd olim propter neceſsitatem frater neceſſario habuit contrahere cum ſorore, & conſanguinei cum conſanguineis. vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filiis & nepotibus Adę, hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt fere duodecim perſonæ, quas vide nota. extra de reſtitu. ſpolia. litteras. & de diuer. cap. gaudemus. Demum ius poſitiuum canonicum prohibuit conſanguineos & affines primi generis coniungi in ſeptimo gradu & citeriori: quæ prohibitio poſtea vſque ad quartum gradum eſt reſtricta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibuſdam aliis prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex cauſa, quæ ibi ponitur, & extra de teſti. cap. licet ex quadam. per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex poſitiuo. Vnde in ſecundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere poſſunt iure diuino, ſed non poſitiuo. Ratio vero prohibitionis ſumitur 35. quæſt. 1. §. 1. cap. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam ſi contraherem cum ſorore, idem eſſet pater & ſocer, mater & ſocrus, vir & frater, &c. Sed ſi aliũ habeo patrem, aliũ ſocerum, numeroſius ſe charitas protẽderet: in qua vniuerſi fideles & præcipue ſtudentes cõtinue perſeuerent per gratiã eius, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

QVÆST.

Vnc quæritur.] Hæc quæstio diuiditur in septem partes: in prima quarum probatur per tria. cap. quòd consanguinei debent computare parentelam ad coniungendum vel separandum matrimonium: & si defuerit parentela, vicini antiquiores. Secunda ibi, *Ecce.* Tertia ibi, *Hoc iuramentum.* Quarta ibi, *Ab hoc.* Quinta ibi, *Qui vero.* Sexta ibi, *Occasione.* Septima ibi, *Recepturus.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic proponitur sexta quæstio, quæ satis vtilis est: & locū habet in causis de facto.

a ¶ *Nunc quæritur.*] Hæc quæstio sexta expeditur ff. ead. cap. 1. & 2. & extra qui mat. accu. pos. videtur. & extra de sen. & re iudi. tenor. ‖ nā consanguinei præferuntur extraneis ea ratione, quia melius possunt scire suam consanguinitatem cum chartis, cum testibus, cum recitatione maiorum, & aliis argumētis. hoc tamē quod dicitur de consanguineis in testimoniis admittendis, exaudi tantum cum de consanguinitate agitur: nam si super alio ageretur, non sunt admittendi nisi cum eo temperamento quod dixi. 3. quæst. 5. in prin. & hoc probatur extra de testi. super eo. Item licet soli cōsanguinei accusare possint matrimonium: tamē quilibet potest denuntiare, vt extra de cogna. spi. tua. & licet per denuntiationem non agatur nisi ad pœnitentiam, vt extra de ac. super his. tamen quia in hoc casu nō possunt pœnitere nisi separentur, iudex ab officio suo eos separabit [a]. arg. 24.q.3.ecce.

‖ Consanguinei præferuntur extraneis quando super matrimonio est quæstio. 1 Sent. 4. dist. 41. Pol.l.6.tit.4. Anſ.l.10.cap. 60. Burc.l.7.c.21. Iuop. 9.c. 59. Pan. l. 7.c.84.

a Ad hoc facit quod no. sup. 2. q. 1. si peccauerit frater. in 1. glo. in fi. Arch.

Consanguineos.] CASVS. Dicitur hic, quòd matrimonium potius accusare debent consanguinei, quàm extranei, sed vbi cōsanguinei desunt extranei audiendi sunt: & si consanguinitas probetur, matrimonium separetur.

b ¶ *Extraneorum.*] ar. ꝙ peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiātur in causa consanguinitatis, & ꝙ propinqui ceteris personis præferantur, si cōtradixerint: quod est verum, vt extra qui ma. accu. pos. videtur.

c ¶ *Nullus.*] nisi deficiente parentela, vt hic in fine.

d ¶ *Accuset.*] improprie secundum H. argu. C. de inoffi. testa. parentibus. vbi ponitur accusare pro agere. ‖ Et nota ꝙ causa matrimonialis non est criminalis nec ciuilis, etiam vbi de crimine agitur in foro ecclesiastico: sed mista. extra de procu. tuæ.

‖ Matrimonialis causa est mista.

e ¶ *Vel consanguinitatem in synodo computet, &c.*] hoc referas ad testem. Et est arg. ‖ quòd non potest idem accusator esse & testis in causa criminali: quod verum est, licet quidam consentiant dicentes hoc speciale, esse in matrimonio, vt idem sit accusator & testis: sicut est speciale, quòd non iuretur in eo de calumnia, cum sit quæstio spiritualis. extra de iuramento calum. litteras. & quòd consanguinei admittuntur, & quòd non omnino ibi obseruatur ordo iudiciarius. extra vt lit. non conteſt. ad hoc Deus. & quòd valet testimonium de auditu. ff. ead. de parentela. & quòd post publicationem attestationum testes possunt induci. extra de testi. feries. & c. licet.

‖ Accusator & testis idem esse non potest in causa criminali.

f ¶ *Propinqui.*] ‖ hic præferuntur propinqui, & in accusatione adulterij. C. de adult. l. quamuis. & in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de libe. homi. exhi. l. 3. §. penul. & in accusatione de effusis & eiectis. ff. de effu. & eiect. si vero. §. cum autem.

‖ Propinqui præferuntur aliis in certis casibus.

g ¶ *Notitiam.*] arg. ꝙ non sit idoneus testis in hac causa qui nō habuit notitiam consanguineorum, quos computat, si suo tempore fuerint.

h ¶ *Defecerit.*] quia nō sunt vel nesciunt, vel sunt infantes.

i ¶ *Nota sit.*] ante motam quæstionem. extra de consanguinita. & affin. ex litteris b.

3 ff. de testibus, l. testis idoneus.

Videtur.] Hoc cap. fuit olim extra de matri. contract. contra interdict. eccle. cap. 1. sed hic est Palea.

b Sed quando dicitur mota quæstio? dicit Vin. ex quo matrimonij in tensio est extra, de offi. delega. consultationibus. Arg. 22. q. 5. hoc videtur. Arch. ‖ al. admittuntur.

Notificamus.] CASVS. Quidam mortua vxore sua duxit aliā, quæ dicebatur primę cōsanguinea fuisse. dicitur hic quòd si duo vel tres de consanguineis viri, vel mortuæ vxoris, vel alij testes idonei dixerint iurati consanguinitatem, seperentur, si vero aliqui hoc dixerint sine iuramento, separatio hæc nō fiet, sed indicetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerūt.

† al. Cyriaco

k ¶ *Defunctæ.*] mortua enim erat vxor eius cuius consanguineā postea accepisse dicebatur, vel affinem.

4 Sent. 4. dist. 41. Iuo p. 9. c. 33. Pann. l. 7. c. 85.

l ¶ *Bonæ famæ.*] argu. quòd debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, vt extra de testibus, in litteris. & extra eo. tit. licet. ‖ Sed quid si criminosus seruus vel infamis cōtraxit, nūquid possunt admitti ibi homines similis conditionis? Videt ꝙ fic. 2. q. 7. si hæreticus. C. de inoffi. testa. in arenam, Dico ꝙ non, sicut nec dico aliàs criminosos testes contra criminosum admittendos. nec enim habet ibi locum replicatio. extra de excep. à nobis.

‖ Matrimonij serui an possint ad testimonia seruorum diffolui.

m ¶ *Eis.*] i. accusatoribus. Testes em nō puniuntur ante quàm dixerint testimoniū. arg. C. de testi. nullū. est tamen argu. hic pro H. ꝙ idem possit esse accusator & testis in huiusmodi causa c.

n ¶ *Contraxerint.*] sed forte non bono zelo diffamauerunt matrimonium, vt C. de adulte. quamuis. in fine.

c Non est falsum secundum id quod not. 4. q. 4. c. 1. in gl. ibi. sed no. sup. eadem in sum. idē quod dicitur hic, Arch.

Si duo.] CASVS. Quidam contraxerunt, & erat fama contra eos esse consanguineos. dicitur quòd si hoc constiterit testium approbatione, vel eorum confessione, separentur si neutrum erit, ab episcopo adiurentur: & si negauerint, sibi sunt relinquendi: scientes quòd si aliud habent in conscientia, in mortali peccato sunt vsque ad separationem, &c.

o ¶ *Confessi.*] si tamen eos consanguineos fama publica nuntiet: quæ habetur pro vno teste, idem est si vnus confitetur, secundum Baz.

6 Sent. ibidē. Iuo p. 9. c. 33.

2 ¶ *Sicut*

[Consanguinei non probant per consortes, nisi famam habeant.

2 ¶ *Sicut est fama.*] ‖ nam sine fama non sufficeret eorum cōfessio, vt extra de eo qui cog. cōsan. vxor. suæ. super eo. licet H. dicat sufficere si vterque iuret septima manu. 33. q. 1. requisiti. sed cōtra eum est extra de eo qui cog. consang. vxor. suæ. super eo. vbi dicitur, ꝙ rumor, &c. Sed dici potest ꝙ aliud est vbi se cōsanguineos dicunt, vt hic: aliud vbi turpitudinem allegāt: vt ibi: quia nec tūc familiares testes admittuntur: vt extra de testi. in litteris. Vel facias vim in eo qd dicit, rumor, &c. quia aliud est quàm fama [a]. Itē si adest præsumptio violenta cum fama, sufficit, vt extra de testib. preterea.

a Rumor est vbi aliqua apparentia dicit. fama est quādo multitudo dicit. Sic hic clamor, secēdum Iude.

b ¶ *A liminibus segregatos, &c.*] sed dic segregatos quo ad sacramenta: sicut quilibet in mortali peccato existēs. 1. q. 1. facerdotes.

c ¶ *Atque infames.*] infamia canonica, quæ deletur per pœnitētiam. 6. q. 1. infames.

d ¶ *Donec.*] arg. quòd infamia per pœnitētiam aboleatur.

e ¶ *Nō prohibeātur.*] ratione iuuenilis ætatis vel ipso iure si ignoráter coniuncti sunt. arg. 33. q. 2. interfectores. & cap. in adolescentia. & 34. q. 1. §. 1.

ECCE. Hæc est 2. pars huius quæstionis.

f ¶ *Ecce quibus accusantibus.*] G. prout colligi potest ex rubricis istis, ‖ quattuor ponit genera sacramentorū. Primo, ponit sacramentum accusatoris in primo ca. de parētela. Secūdo, ponit sacramētum synodalium testiū, in c. episcopus. Tertio, testium in c. de parētela illa. Quarto, sacramētum eorum qui separantur, in c. ab isto. Dicūt tamen quidam G. deceptū fuisse per consuetudinem Italiæ, quæ est vt accusator debeat iurare iuxta tenorē illius c. de parentela. nam quidam dicunt, quòd accusator iurare non debet, quia nec etiā de calumnia in huiusmodi causa iuratur extra de iur. calū. litteras. vnde vtrūque capitulum de parentela, intelligitur de sacramēto testium: sed de parentela primū, loquitur de sacramēto testium, quod dicitur esse separationis, quia per illud separātur quorū matrimoniū accusatur. In illo autem c. episcopus, fit mentio de iuramento testium synodalium, quod non dicitur separationis, prout dicit præcedens cap. quia per tale iuramentum nulli separantur, quia per illud se non obligant ad aliud testes illi synodales, nisi vt nuntient episcopo quod illicite perpetratur in parochia. Vnde ex quo nuntiauerint episcopo, si voluerint quòd separentur, oportet quòd iterum præstent aliud sacramentum, de quo habes, in cap. de parentela. in quo plus est: quia debent addere de credulitate. sed testes synodales non iurant nisi de auditu. Nec contradicit extra de testi. quoties. ‖ vbi dicitur quòd de scientia debent iurare. nam illud per hoc intelligo. In illo autem cap. ab isto. ponitur sacramentum eorum qui separantur propter consanguinitatem.

Sacramentum quinquplex de tribus causis matrimonialibus.

c. 25. q. 1. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. c. 6. 8. 10. c. 16.

d. propter d. propter

Vbi l. 9. c. 6. 10. 9. c. 65. 7. c. 85. d. ibid

g ¶ *Ab accusatore.*] hoc falsum est secundum quosdam, immo à testibus.

De parentela.] CASVS. Ostenditur hic qualiter debeant iurare qui de parentela debent testimonium ferre.

h ¶ *Audisti.*] antè motam quæstionem. extra de consan. & affin. ex litteris. ideo autem hic admittitur testimonium de auditu [b], quia difficile est quòd aliquis sciat quousque consanguinitas protenditur. ff. de gra. cog. non facile. circa princ. licet hoc sit correctum per illud extra de testi. licet. & nota, quòd secundum quod G. inducit hoc cap. habes ꝙ accusator debet iurare de veritate dicēda, licet non de calumnia. & est arg. ad idem extra de despon. impu. attestationes. admittitur autē testimonium de auditu tūm vbi agitur de consanguinitate, aliàs per auditum nō probaretur matrimoniū, immo putaretur clandestinum.

b Adde alios casus in quib⁹ admittitur not. do. in l. fi arbiter. ff. de proba.

3 Pol. l. 6. ti. 11. Anſ. l. 6. c. 152. Burc. l. 1. c. 91. 92. 93.

h ¶ *Aut audisti.*] arg. testimonium de auditu esse recipiendum: vt 3. q. 9. §. de his. 14. quæst. 2. super. & ca. quamquam. 34. quæst. 1. non satis. hodie non: vt extra de testi. licet.

i ¶ *Inquirere.*] simile extra de testi. si qui testiū. & hic est intellect⁹.

k ¶ *Quandocumque.*] dum tamē ante testium publicationem. extra de testi. fraternitatis. & cap. feries. Vel dic quòd iudex ex officio suo etiam post apertas attestationes potest requirere à testibus. extra de cōsangui. & affi. cap. 1.

Illud sacramētū.] secundum intellectum G. hoc iuramētum est testis, præmissum accusatoris, sed melius est, vt primo exprimat forma sub qua iurant sequentes. H.

† al. præmium

HOC IVRAMENTVM. Hæc est tertia pars quæstionis.

m ¶ *Nō est separationis.*] id est, non fit separatio ad istud inter eos quorum matrimonium accusatur, nisi iterū præfletur sacramentum sequentis cap. quod aperte colligitur extra de testi. cogen. præterea.

Pisc topus.] CASVS. Dicitur hic ꝙ episcop⁹ de qualibet parochia septem viros veraces & honestos debet vocare vt iurēt quidquid in parochia nouerint cōtingere pertinēs ad correctionē episcopi, quòd de hoc interrogati dicent veritatem episcopo vel eius legato.

n ¶ *Allocutionē.*] i. pdicationē. 10. q. 1. placuit.

o ¶ *Pignoribus.*] id est, reliquiis, quibus obligatur sicut per pignora.

p ¶ *Amodo.*] argum. quòd sine accusatore contra aliquem inducere testes potest episcopus, & pronuntiare, & ‖ quòd idem possit esse iudex & accusator simile 6. quæst. 2. si tantum. 11. quæst. 3. præcipue. & supra ead. quæst. cap. 1. & 2. quæst. 5. presbyter. si. sup. 4. q. 4. c. 1. & 2. contra c.

‖ Accusator & iudex potest idem esse.

c Huic cōtrario standum est: & qd præmittitur falsum est: nam episcopus nō est accusator & iudex hoc casu: sed vnus iurstorum accusat: & alius introducit testes alios. Arc

q ¶ *Postmodum.*] ar. ꝙ in causa cōsanguinitatis testimoniū pōt ferre quis de his q̄ recēter didicit. ar. cōtra, 5. e. in c. tribus. & ar. ext. de consang. & affin. ex litteris. sed hic postmodū nō intelligitur post motam quæstionem, quod ibi prohibetur: sed postmodum, id est, de cetero, & sic per æquiuocationem solue. ad hoc proxi. quæst. quod autem.

r ¶ *Synodalem.*] immo quælibet causa est synodalis indirecte: vt extra de iudic. nouit.

s ¶ *Illud.*] scilicet de parentela.

AB HOC. Hæc est quarta pars quæstionis. Ioan. de Fant.

t ¶ *Separationis.*] id est, ad quod fit separatio testium.

Qui vero.] Sexta ibi, *Occasione.* Septima ibi, *Recepturus.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic proponitur sexta quæstio, quæ satis vtilis est: & locū habet in causis de facto.

a ¶ *Nunc quæritur.*] Hæc quæstio sexta expeditur ff. ead. cap. 1. & 2. & extra qui mat. accu. pos. videtur. & extra de sen. & re iudi. tenor. ‖ nā consanguinei præferuntur extraneis ea ratione, quia melius possunt scire suam consanguinitatem cum chartis, cum testibus, cum recitatione maiorum, & aliis argumētis. hoc tamē quod dicitur de consanguineis in testimoniis admittendis, exaudi tantum cum de consanguinitate agitur: nam si super alio ageretur, non sunt admittendi nisi cum eo temperamento quod dixi. 3. quæst. 5. in prin. & hoc probatur extra de testi. super eo. Item licet soli cōsanguinei accusare possint matrimonium: tamē quilibet potest denuntiare, vt extra de cogna. spi. tua. & licet per denuntiationem non agatur nisi ad pœnitentiam, vt extra de ac. super his. tamen quia in hoc casu nō possunt pœnitere nisi separentur, iudex ab officio suo eos separabit [a]. arg. 24.q.3.ecce.

‖ Consanguinei præferuntur extraneis quando super matrimonio est quæstio. 1 Sent. 4. dist. 41. Pol.l.6.tit.4. Anſ.l.10.cap. 60. Burc.l.7.c.21. Iuop. 9.c. 59. Pan. l. 7.c.84.

a Ad hoc facit quod no. sup. 2. q. 1. si peccauerit frater. in 1. glo. in fi. Arch.

Consanguineos.] CASVS. Dicitur hic, quòd matrimonium potius accusare debent consanguinei, quàm extranei, sed vbi cōsanguinei desunt extranei audiendi sunt: & si consanguinitas probetur, matrimonium separetur.

b ¶ *Extraneorum.*] ar. ꝙ peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiātur in causa consanguinitatis, & ꝙ propinqui ceteris personis præferantur, si cōtradixerint: quod est verum, vt extra qui ma. accu. pos. videtur.

c ¶ *Nullus.*] nisi deficiente parentela, vt hic in fine.

d ¶ *Accuset.*] improprie secundum H. argu. C. de inoffi. testa. parentibus. vbi ponitur accusare pro agere. ‖ Et nota ꝙ causa matrimonialis non est criminalis nec ciuilis, etiam vbi de crimine agitur in foro ecclesiastico: sed mista. extra de procu. tuæ.

‖ Matrimonialis causa est mista.

e ¶ *Vel consanguinitatem in synodo computet, &c.*] hoc referas ad testem. Et est arg. ‖ quòd non potest idem accusator esse & testis in causa criminali: quod verum est, licet quidam consentiant dicentes hoc speciale, esse in matrimonio, vt idem sit accusator & testis: sicut est speciale, quòd non iuretur in eo de calumnia, cum sit quæstio spiritualis. extra de iuramento calum. litteras. & quòd consanguinei admittuntur, & quòd non omnino ibi obseruatur ordo iudiciarius. extra vt lit. non conteſt. ad hoc Deus. & quòd valet testimonium de auditu. ff. ead. de parentela. & quòd post publicationem attestationum testes possunt induci. extra de testi. feries. & c. licet.

‖ Accusator & testis idem esse non potest in causa criminali.

f ¶ *Propinqui.*] ‖ hic præferuntur propinqui, & in accusatione adulterij. C. de adult. l. quamuis. & in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de libe. homi. exhi. l. 3. §. penul. & in accusatione de effusis & eiectis. ff. de effu. & eiect. si vero. §. cum autem.

‖ Propinqui præferuntur aliis in certis casibus.

g ¶ *Notitiam.*] arg. ꝙ non sit idoneus testis in hac causa qui nō habuit notitiam consanguineorum, quos computat, si suo tempore fuerint.

h ¶ *Defecerit.*] quia nō sunt vel nesciunt, vel sunt infantes.

i ¶ *Nota sit.*] ante motam quæstionem. extra de consanguinita. & affin. ex litteris b.

3 ff. de testibus, l. testis idoneus.

Videtur.] Hoc cap. fuit olim extra de matri. contract. contra interdict. eccle. cap. 1. sed hic est Palea.

b Sed quando dicitur mota quæstio? dicit Vin. ex quo matrimonij in tensio est extra, de offi. delega. consultationibus. Arg. 22. q. 5. hoc videtur. Arch. ‖ al. admittuntur.

Notificamus.] CASVS. Quidam mortua vxore sua duxit aliā, quæ dicebatur primę cōsanguinea fuisse. dicitur hic quòd si duo vel tres de consanguineis viri, vel mortuæ vxoris, vel alij testes idonei dixerint iurati consanguinitatem, seperentur, si vero aliqui hoc dixerint sine iuramento, separatio hæc nō fiet, sed indicetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerūt.

† al. Cyriaco

k ¶ *Defunctæ.*] mortua enim erat vxor eius cuius consanguineā postea accepisse dicebatur, vel affinem.

4 Sent. 4. dist. 41. Iuo p. 9. c. 33. Pann. l. 7. c. 85.

l ¶ *Bonæ famæ.*] argu. quòd debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, vt extra de testibus, in litteris. & extra eo. tit. licet. ‖ Sed quid si criminosus seruus vel infamis cōtraxit, nūquid possunt admitti ibi homines similis conditionis? Videt ꝙ fic. 2. q. 7. si hæreticus. C. de inoffi. testa. in arenam, Dico ꝙ non, sicut nec dico aliàs criminosos testes contra criminosum admittendos. nec enim habet ibi locum replicatio. extra de excep. à nobis.

‖ Matrimonij serui an possint ad testimonia seruorum diffolui.

m ¶ *Eis.*] i. accusatoribus. Testes em nō puniuntur ante quàm dixerint testimoniū. arg. C. de testi. nullū. est tamen argu. hic pro H. ꝙ idem possit esse accusator & testis in huiusmodi causa c.

n ¶ *Contraxerint.*] sed forte non bono zelo diffamauerunt matrimonium, vt C. de adulte. quamuis. in fine.

c Non est falsum secundum id quod not. 4. q. 4. c. 1. in gl. ibi. sed no. sup. eadem in sum. idē quod dicitur hic, Arch.

Si duo.] CASVS. Quidam contraxerunt, & erat fama contra eos esse consanguineos. dicitur quòd si hoc constiterit testium approbatione, vel eorum confessione, separentur si neutrum erit, ab episcopo adiurentur: & si negauerint, sibi sunt relinquendi: scientes quòd si aliud habent in conscientia, in mortali peccato sunt vsque ad separationem, &c.

o ¶ *Confessi.*] si tamen eos consanguineos fama publica nuntiet: quæ habetur pro vno teste, idem est si vnus confitetur, secundum Baz.

6 Sent. ibidē. Iuo p. 9. c. 33.

2 ¶ *Sicut*

Deparentela illa.] CASVS. In quadam matrimoniali causa fuit appellatum ad Papam. Papa causam delegauit Othoni episcopo, & quibusdam aliis. testes in gradibus & in personarum nominibus primo discordauerunt, postea in altero consenserunt. iudices delegati ipsum super hoc consuluerunt. dicit Papa, quòd hic considerandæ sunt testium personæ, & qualiter debeãt iurare, & esse sine varietate.

a ¶ *Diuerso.*]ergo nulli erat credendum:vt 4. q. 3.Item qui falso. Vel loquitur hic de diuersitate testium qui discordant: ‖tenentur enim testes ex vtroque latere próbare cõsanguinitatem : vt extra de consang & affin. ex litteris. & singulos gradus clare distinguere, & ꝓpriis nominibꝰ nominare personas omnes, vel sufficienti circumlocutione, & debẽt vidisse quòd personæ constitutę in vno prędictorum graduum, se pro consanguineis habuerunt: vt extra de testi.licet.2. Sed certe testes, qui debẽt probare consanguinitatem, debent incipere à principio , & sic descendere vsque ad personas illas de quibus quęritur.si incipiunt à duobus fratribus, & bene probant illos fuisse fratres , sed de patre eorum nihil probant , nec inde aliquid sciunt , & alios descendentes, probant gradus, nunquid hoc sufficit?Dico quòd sic: quia de stipite nõ inuenimus cautum,sed tantum de laterибus: vt extra de test.series. & ipsos fratres canon quandoque ponit pro stipite. supra eadem quæst.5.cap.1.

b ¶ *Postmodum.*] Ponamus ergo,quòd Petrus & Berta, qui sunt frater & soror contrahunt matrimoniũ : & duo testes bene probant Petrũ esse filiũ Ioánis,sed de Berta, nihil sciũt. Item alij duo probãt Bertã esse filiam Ioannis,sed de Petro nihil sciunt:separabitur ne tale matrimonium? Dicũt omnes quòd non : quia nec isti duo probãt cõsanguinitatem,nec illi duo. nam aliud probant isti, & aliud illi. Sed qui hoc dicũt,cæci sunt:quia si probaui aliquem esse filium alterius,illum esse patrẽ istius probaui. sed in casu isto probatũ est iudici, quòd Ioannes est pater Petri : similiter est ei probatum quòd Ioannes est pater Bertæ. ergo cõstat iudici quòd idem est pater vtriusque; ergo consanguinitas est probata.& forte primi melius dicunt.

c ¶ *Quia credãt.*] sufficit quòd iurent de credulitate : nec est contra extra de testi.quoties.illud enim intelligo per

¶ Iuramentum illorum , qui consanguinitatem probant. C. VIII.

ij DE parentela illa,vnde nos cõsulere voluisti,pro qua etiam est ad nostram audientiam appellatum,aliorum fratrum scripta suscepimus,qui vtique causam ipsam diuerso[a] modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus , quàm in nominibus personarum discordasse:postmodũ[b] vero in altero eorum cõputatores eiusdem parentelæ dicũtur conuenisse.Ceterum in huiusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum,quę aliquid contra quoslibet astruere velint: quæ etiam iusiurandũ præstare debent, quòd neque gratia, neque pretio, vel timore[c], vel odio alicuius hoc dicunt cõtra eos,de quibus agitur: sed potius,quia credant[c] ita verum esse , & ita se à suis antecessoribus audiuisse. In quibus omnibus non debet aliqua varietas , vel contrarietas[d] inueniri.

5 *Qui vero separantur ab inuicem, huiusmodi iuramẽtum præstabunt*†.

¶ Iuramentum separationis. C. IX.

1 A Bisto die in antea , quòd tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ cõsanguineæ[a] N.cum qua cõtra legem,& rectam Christianitatem adulterium & incestum perpetrasti;nec in cõiugio, nec in adulterio illã tibi sociabis, nec cum illa ad vnã mensam manducabis,& bibes , aut sub vno[e] tecto manebis ; nisi forte in ecclesia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse,& ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini; nec aliam coniugem accipies, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia[f] data fuerit ab episcopo tuo,aut eius misso.Sic te Deus adiuuet[g], & istæ sanctorum reliquiæ.

a ¶ Consanguineæ.] *Quæ sequuntur vsque ad vers.* perpetrasti , *addita sunt ex Burchardo & Iuone, itẽque alia nonnulla.*

6 *Occasione vero consanguinitatis vxorem suam dimittere,& aliam ducere non licet alicui, nisi causa primum probata fuerit.*

Vnde Alexander Papa I I. Guliel-mo de Monstrolio†.

¶ Nisi coram ecclesia consanguinitate probata vxorem dimittere non licet. C. X.

2 MVltorum relatione cognouimus , te propriam velle abiicere[h] vxorẽ,& adhærere alteri,prętendentem consanguinitatis occasionem.Vnde Apostolica auctoritate interdicendo mandamus tibi,vt hanc,quam nũc habes vxorem , nullatenus præsumas dimittere,vel aliam ducere, donec episcoporũ religiosorũ concilium[i] causam istam examinauerit.

7 *Recepturus vero eam, quam iniuste dimisit,hoc modo iurabit.*

¶ Reconciliationis iuramentum. C. XI.

3 A Bisto die in antea istam cõiugem tuam N. quam iniustè dimiseras[k] , ita tenebis,sicut per rectum maritus suam debet habere coniugem in dilectione, & debita disciplina ; nec eam per vllum malum ingenium à te separabis,nec ea viuente aliam accipies. Sic te Deus adiuuet, &c.

Quòd autem vnius[l] *testimonio coniugia apud quosdam dirimuntur, nulla rationeratum habetur.Cũ enim Dominus dixerit.* [*Omne*[m] *verbum stabit*[n] *in ore duorum , vel trium testium.*] *Item cum in lerdensi cõcilio, cap.20.dicatur.* [*Omnis controuersia, quæ de ecclesiasticis rebus fit, secũdum diuinam legem sub duobus, vel tribus testibus terminetur, Domino dicente* [*non vnus stet contra* β *alium* †, *sed in ore duorum , vel trium testium stet omne verbum.*] *Item cum alibi dicatur* [4 *nullius* γ *personæ quantumlibet exercitatæ testimonio aliquid creditur,*] *euidentissime apparet, vnius assertione coniugia non esse dirimẽda.*

β ¶ Contra alium.] *In Deuteronomio hæc additur* , quidquid illud peccati , & facinoris fuerit.*In Euangelio autem sunt tantummodo sequentia*,vt in ore duorum,&c. γ ¶ Nullius personæ.] *In codice Theodosiano , libro 11.tit. 14. leguntur hæc verba.* & nunc manifeste sancimus , ne vnius omnino testis responsio audiatur,etiam si præclaro curiæ honore præfulgeat.*quorum similia recitantur ab Iuone,par.16.cap.204. Et Gratianus supra 6. quæst. 2.in principio hanc eamdem fere sententiam attulit.*

QVÆSTIO VII.

Vod autem o *quæritur, si illi, qui de incestuosis nascuntur, filij reputentur; Augustinus in lib. quæstionum super Leuiticũ,cap. seu quæst. 76. determinat,ita dicens.*

¶ Non appellantur filij,qui de incestuosis nascuntur. C. I.

Quid

f ¶ *Licentia.*] cum sit ſnex. Si enim esset inuenis,de iure communi posset cõtrahere, secundum quosdam: vt no.33. quæst. 2.in adolescentia. 2. Iuo p.9.ca. 32. Pan.l.7.c.82.

g ¶ *Deus adiuuet.*] sed clericus cum separatur à concubina sua, non debet iurare : vt extra de cohabit. cleric. & mu. clericos.

OCCASIONE. Hæc est sexta pars quæstionis.

Vltorum.] CASVS. Iste cõsanguinitatis occasione volebat vxorem suã dimittere , prohibet Papa ne dimittat, nisi prius causa fuerit in concilio ꝓbata. 3 Polyc.ibid. Burc.l.9.c.81. Iuo p.8.c.217. Pann.l.7.c.41.

h ¶ *Abiicere.*] ꝓpria auctoritate: quod non licet.33. quæst. 2.ca.1.& 2.

i ¶ *Concilium.*] hoc olim. Vel exaudi distributiue. De hoc not. 33.q. 2.cap.1.

RECIPIENS. Hæc est septima pars quæstionis.

k A *bisto.*] ¶ *Dimiseras.*] auctoritate propria:vel per ecclesiã si fuit decepta.

l ¶ *Quod autẽ vnius.*] hæc quæstio incidenter proponitur. *Deuter. 17.*

m ¶ *Omne verbum.*] Supra 2. quæst. 4. §.1. & cap.placuit.

n ¶ *Stabit.*] nisi in casu.de consec. distinct.4. placuit. & 86. distinct. tanta.& 8.q.3.talia. *Deut.19. Matth.18.*

Vod autẽ.] CASVS. Hic intitulatur 7. quæstio, quæ modicam habet dubitationem. *al. aliquam*

o ¶ *Quod autem.*] ‖ si parentes nesciunt ințpedimentum , non est dubium quin filij sint legitimi : vt extra qui fi.sint legi.cum inter. Si autem vnus sciuit , & alter nesciuit, dicunt quidam, ꝙ quãtum ad sciẽtem non sunt legitimi , sed quantum ad ignorãtem sunt. argum.32. quæst.2. solet quæri. & C. solut. ma. si ignorans. Sed licet Hug. & L.ita dixerint, tamen reprobatur eorũ distinctio, extra ea,ex tenore. quia inconueniens esset, quòd aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus : sicut nemo potest esse partimliber, & partim seruus. ff.de li. cau.duobus. sed si ambo parentes sciunt impedimentũ, tales filij nõ sunt legitimi.licet ecclesia habuit illud pro matrimonio:vt extra de clandest. despon.cum inhibitio. 4 Burc.l.7.c. 17. Iuo p.9.c.52. Pann.l.7.c.83. 5 Filij ex matrimonio illicito nati possunt esse legitimi.

Quid

Quid est.] CASVS. Cum de incestu soleant filij nasci, quæritur quare dictum sit in veteri lege , qui dormierit, &c. Et respondetur.quòd legitimi non sunt,nec parentibus succedunt.

a ¶ *Quid est.*] dubitando dicit,& tamen soluit: & interrogando respondetur.sic 22.quæst.2.quod ait.

b ¶ *Sine filiis.*] scilicet legitimis. ‖Dicuntur enim non esse filij , qui non sunt boni. 12. q. 2. non licet. argu.32.q.4. dicat.& 40.distin. multi. ergo verbo generali tãtũ legitimi continentur. extra de iureiur. quintaullis. ff. de ope.lib.si libertus. ‖Filius nõ est qui bonus nõ fuit.Ieuit.20.

De his vero, qui.]Hic depingit octaua qstio, qua quęritur quo gradu possit dispensari cum consanguineis vel affinibus. Et quidẽ in tertio Papa solus:sed in primo & secundo non potest,vt dicunt:q a in Leuitico prohibitus fuit vterque in consanguinitate & affinitate : sed hoc falsum est:vt extr.de diuor.gaudemus.vt notaui 30.q.3. Pictacium. ‖& sunt tria quæ inducunt hanc dispositionẽ , proles, & tẽpus.ʒ.ead.cap.1.ff.de ritu nup. qui in prouincia.& reformatio pacis,vt ext. de despon.impub.accessit.in parte decisa.& hęc est indirecta dispensatio. In hoc enim casu tãtum videtur dispensare,quòd post spatium lõgum non admittunt accusatorem, nisi accusatus ipsum spõte admittat: vt extra qui matri.accu.pos.per tuas.

c ¶ *Finem.*] hodie nõ seruantur, sed duæ partes siccæ comeduntur. ‖ Prima sicca pro animabus sanctorũ ad laudem Dei. Altera sicca pro illis qui sunt in purgatorio. Tertia cum sanguine pro illis qui sunt in peccato viuentes.

Ribus gradibus.] Hęc est 7. pars dist. in qua dicitur, q sacramenti dominica tractantur à tribus ordinibus. Io. de Fant.

CASVS. Ostenditur hic primo à quibus ordinibus sacramenta conficiantur Eucharistiæ. Secundo dicitur q presbyter diaconus vel subdiaconus curare debent vt Eucharistia conficiatur: & q populo possit sufficere: & q fragmenta si qua superfiant: clerici ecclesiæ cũ reuerentia sumant: & post sumptionẽ à cibis omnibus abstineãt horis in c. notatis. Tertio dicitur q fragmẽta non debent dari extraneis: q a Dauid panes propositionis ab Abimelech nõ accepit do nec mundũ se esse dixit.

d ¶ *Tribus gradibus.*] id est ministris trium graduum.

e ¶ *Commissa.*] tractanda.

f ¶ *Sacramenta.*] id est, corpus & sanguis: quæ sunt sacramenta vnitates ecclesiæ, vt ſ. e. quia passus. corpus enim Christi & sacramẽtum est res sacramenti, vt s. ea. in summa: ſ. ea. hoc est quod dicimus.

g ¶ *Reseruentur.*] ſ. ea. dist. presbyter Eucharistiam. cõtra extra de offic. archipres. officium. contra. sed ibi iubetur reseruari ad opus morientium: hic prohibetur reseruari ad opus confecrantium.

h ¶ *Putent.*] simplices, vel ipsi presbyteri.

i ¶ *Miscere.*] sed nec species illæ aliis cibis permiscentur. ‖ nõ enim in stomachũ descendunt: quare per secessum nõ emittuntur, licet eñ ex ipsis aliquis reficiatur: non tamen incorporantur: nec in stomachũ descendunt: nec per secessum emittuntur. interdum enim odore recreatur b homo: qui tamen nec in stomachum, nec in secessum dirigitur. Dicit potest c quòd species bene descendunt in stomachum: nam quattuor †, aut octo diebus nec inter α catholicos connumerabitur, qui in istis videlicet temporibus, Pascha, Pentecoste, & Natali Domini non communicauerit.

α ¶ Nec inter.] *Hæc vsq; ad finem absunt hoc loco à Burchardo, & Iuone, sunt que summa quædam capitis. Seculares, supra ead.*

Item Sergius Papa ait.

¶ Quare tres partes fiunt ex corpore Christi. C. XXII.

1 Riforme est corpus Domini. Pars oblatæ β in calice a missa, corpus Christi, quod iam resurrexit, monstrat: pars comesta, ambulans b adhuc super terram. Pars in altari vsque ad missæ finem remanens, corpus iacens in sepulchro: quia vsq; ad finẽ c sæculi corpora sanctorum in sepulchris erũt.

β ¶ Oblatæ. *Antea legebatur*, oblata. *Emẽdatum est & hoc, & alia ex vetustis codicibus glossa ordinaria, atque ex aliis scriptoribus indicatis.*

Item ait Clemens Papa, epist. 2.

¶ A quibus fiunt commendanda sacramenta Dominica. C. XXIII.

2 Ribus gradibus d cõmissa e sunt sacramenta f diuinorum secretorum, id est, presbytero, diacono, & ministro: qui cum timore, & tremore clericorũ reliquias fragmentorũ corporis Dominici custodire debent. *Item ibidem.*

¶ Tanta in altario certe holocausta offerantur, quanta populo suffi cere debeant. Quòd si remãserint, in crastinum non reseruẽtur g, sed cum timore, & tremore, clericorũ diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt, cõsumunt; non statim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putent h sanctæ portioni miscere † i cibũ, qui per aqualiculos k digestus in fecessum funditur. Si igitur mane Dominica portio editur; vsque ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserũt; &, si tertia, vel quarta hora acceperint ieiunent vsque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione, æterna custodienda sunt sacramenta. *& infra.* ¶ Præcipimus etiam, ne vnquam extero † clerico l ecclesiæ, siue laico de fragmentis oblationum Christi ponatur ad mensam. Vnde scis tu, qui pasim sanctuarij † panes indignis impendis, vnde nosti, si à mulieribus mundi sunt hi, quibus impendis? Hinc & Dauid ab Abimelech sacerdote interrogatus, cum panem sibi ad comedendum posceret, si mundus esset à muliere, cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducauit.

Item Isidorus lib. 1. de summo bono, cap. 24.

¶ Iudicantur, non mundãtur scelerosi, qui communicare non desinunt. C. XXIIII.

§ 3 Qui scelerate viuunt in ecclesia, & communicare nõ desinunt, putantes se tali cõmunione mũdari, discant nil ad emundationem sibi proficere, dicente propheta [Quid est, quòd dilectus m meus fecit in domo mea scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas?] & Apostolus [Probet n, inquit, seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.]

Item ex octaua synodo. Basilius episcopus dixit. 4

¶ *Hoc Basilij caput est ex versione Ruffini c. 70. quibusdam tamen omissis. Ex hac autem citatione, quam nunc affert Gratianus, & aliis eiusdem locis, vt alibi dictum est, videtur posse colligi regulas illas B. Basilij post octauam synodum in codice, quo Gratianus vsus est fuisse collocatas.*

¶ Damnationem, non salutem acquirunt, qui indigne sacramentis Christi communicant. C. XXV.

TImorẽ o docet p nos Apostolus dicens [Qui manducat, & bibit indigne, iudiciũ sibi manducat, & bibit] Fidem vero edocet nos sermo Domini dicens [Hoc est corpus q meum, quod pro vobis dabitur: Hoc facite in meam commemorationem. *& infra.* ¶ Et

Mortale quælibet est dignũ excommunione.

1 Alg. l. 1. c. 21. Sent. ibidem. Polye. ibidẽ. Burc. l. 5. c. 18. Iuo p. 2. c. 28.

3 Alger. ibidẽ. Poly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 5. c. 18. Iuo p. 2. c. 28. Rabanus de inst. cler. c. 31.

4 Sens. 4. dist. 12. Polye ibid. Burch. l. 5 c 17 Iuo p. 2. c. 27. Pann. l. 1. cap. 151.

a Amelarius de eccles. offi. c. 12. Cabilon. 2. c. 45. Beda 1. Cor. 11. & ibi gloss. ord. Euzipius. *Luc. 19. Matt. 8.*

a *Quotidie.*] nam facile no sunt tribuẽda, vt de pœ. dist. 1. nonnulli.

b ¶ *Secũdum fidem.*] id est, conscientiã. extra de præscriptio. quoniã omne.

c ¶ *Litigauerũt inter se.*] id est, fuerunt cõtrarij tanquã litigantes inter se. Arg. q; quãdoq; ea quæ in superficie videntur contraria, non sunt cõtraria, quia habẽt eundem effectũ. 3. q. 1. 22. q. 2. beatus. 8. q. 1. in scripturis. 3. 14. q. 1. quod debetur. 3. 23. q. 5. prodest. & q. 1. noli. 3. 35. q. 5. ad fedem. arg. diuersarũ sententiarũ neutrã reprobari. 8. q. 1. in scripturis.

a id est, quia ad vnã & eundem effectũ tẽdunt. arch. † *al. susceperit*

d *Sap. 16.* *I quotiescunque effunditur.*] id est, significatur effundi.

e ¶ *Sanguis.*] id est, in commemorationem effusionis ipsius offertur. ſ. ead. iteratur. q. d. quotiescunque fit cõmemoratio sanguinis Christi.

f ¶ *Debeo.*] id est, debeo semp pręparare me habilẽ & dignũ ad accipiendũ, vt ſ. ea. non iste.

g *I non sunt.*] vel fuerunt.

h ¶ *Excõmunicetur.*] id est, dignus sit excommunicari. ‖ Omne enim mortale peccatũ dignũ est excõmunicatione, vt supra 6. q. 1. illi qui. 3. 11. q. 3. nullus sacerdotũ. 22. q. 1. c. vlt. & c. in sacris. Vel excõmunicentur in sacramentis. aliàs tantũ pro contumatia potest quis excõmunicari. 11. quæst. 3. certum.

ADDITIO. Sub. tantum potest quis excommunicari excõmunicatione maiori. q. 3. certũ. Petr. de hoc dixi. 2. q. 1. nemo.

i *Etsi nõ.*] ¶ *Nisi forte.*] Tunc idipsum etiam abstinere peccatũ est. infra ead. si quis intrat.

k ¶ *Et natali.*] vel nisi ratione pœnitentiæ iniunctæ in illis diebus à cõmunione cessare teneat, vt 33. q. 2. c. admonere. Alij dicũt tantũ in Pascha esse præceptum, extra de pœn. & remiss. omnis.

In cœna.] CASVS. Quidam in cœna Domini propter negligentiam non cõmunicabãt: sed dicit Papa q omnes debent cõmunicare: nisi sit eis interdictum propter peccatũ: cum etiã pœnitẽtes illa die recõcilientur ad percipiendam communionem.

l ¶ *Demonstrat.*] sic olim: modo sic nõ est; sed monachi faciunt.

m ¶ *Reconcilientur.*] finita pœnitẽtia, vt s. 26. q. 6. si quis de corpore. Vel cõsuetudini quãrũdam ecclesiarũ alludit. & secundũ primum intellectũ illud est expressiuum veritatis; sicut illud Io. Quasi vni, &c.

Manet corpus Christi quandiu ſpecies manent: quæ descendunt in stomachũ, & nutrit. S. T. p. 3. q. 77. ar. 4. 5. & 6. in corp. nec proprie ei potuit in cœlo, vnde nunquã discedit. est enim immobiliter in hoc sacramento. S. Th. q. 7. art. 6. in corp

* excõmunicato] orig.

† al. sacrarij

3 J. dist. 4. qui in maternis. § 9 scelerate. *Hiere. 11.*

Luc. 22.

1. *Cor. 11.*

4 Ex Basilij regulis breuiori bus. c. 171.

1. *Cor. 11.*

‖ Hoc est. n. &c. quid demonstrat hyhoc.

d De hoc mẽbro videas qđ Irg. & not. ſupra cap. cum omne.

* *Idest nõ ex persona sua, sed ex persona Christi*

* *In illo triduo corpus Dominj erat sine anima, non tamen diuinitãs à persona verbi, & ideo vsus fare potuisset S. Th. par. 3. quæ 76. art 1. ad 1.*

‖ Clerici debent esse demotiores quàm laici.

d Vel sit eis Iniunctum in pœnitentia.

† *al. parum pẽdunt*

9 Burch. l. 5. c. 23. Iuo p. 2. c. 33.

‖ Corpus Christi ſuſcipere volẽs tria de bet habere.

1. *Cor. 11.*

‖ Species sacramẽtales an deficiant in stomachum.

b De hoc nosce in illo vbi videtur.

c Qđ non. ſ. a. species. & canon illa. ibi videtur.

10 Burch. l. 5. c. 22. Iuo. p. 2. c. 32. Pann. l. 5. c. 151.

¶ Apostoli verum putauissent conficere in triduo.

Respon. ‖ nemo potuit ante resurrectionem conficere verum corpus Christi, nisi Christus. sic ergo data est forma vt post resurrectionem hoc fieret, per illud: hoc facite in meam commemorationem. ideo enim non cantatur missa in illo triduo: & intelligo per synecdochē. De hoc 75. dist. quod à patribus.

Philip. 2.

a ¶ *Apostolus.*] hic probat quòd communicando dilectionē debemus habere.

b ¶ *Filio.*] scilicet Christo.

‖ Inimici sunt diligendi.

c ¶ *Puto.*] ‖ quia tenemur hos diligere q nos diligūt, vt extra de test. cū in officiis. immo nec solū sufficit diligere diligentes se, immo inimicos. 23. q. 3. sex sunt differentiæ. historiā habes 1. q. 1. si quis inquit.

Io. §.

d ¶ *Tradidit.*] quo ad sufficientiā, non quo ad efficientiā. ℣. de pœn. di. 4. §. sic itaque peccata.

Num. 16.

e ¶ *Tdixit.*] CASVS. Ad euidētiā huius c. lege primo historiam, quā habes ℣. 1. q. 1. super c. 9. s inquit. quæ sic incipit, Legitur in libro Numē. quæ similiter tangitur hic. & hoc primo. Secundo exponit Augu. verba illa, & dicit q thuribula dicuntur sanctificata in pœna eorū qui peccauerunt. & ostēdit ideo Dominū præcepisse vt thuribula cōbusto rum in laminas ducerētur. & altari circumponerentur: quia Domino, quamuis ab impiis, erāt oblata, & vt esset posteris in exemplum, & in memoriā pœnæ istorū.

‖ *femina* } or.

f ¶ *Ignem alienum.*] ‖ omnis ignis alienus dicebatur ad sacrificandū præter illū qui cælitus octauo die de cœlo erecti tabernaculi missus est. 1. q. 1. sicut.

g ¶ *Quia sanctificauerunt.*] id est, pœna eis illata pro peccatis fuit exemplū aliis, ne similē pœnam incurrant: & ita sanctificauerunt ea quo ad exēplum. H. i. pœnas peccatorū suorū in exēplū aliis statuerūt sanctificationis offerēdo thuribula. 7. q. 1. deniq;. G.

h ¶ *In.*] id est, contra. i ¶ *Sanctificata sunt.*] contra ℣. 14. q. 5. scriptū.

‖ Victimæ impiorū abominabiles dicuntur.

‖ Abominabiles dicuntur victimæ impiorum: non quin bona sit omnis creatura, & à Deo dilecta: quia scriptum est: Nihil odisti eorum quæ fecisti[a]. sed quantū ad offerentes: quia praua intentione offerunt, exemplo Cain. Quod autem dicitur, munera ab offerente placuerunt, &c. in eo non reprobantur munera: sed potius offerentium merita constituendo eum vita dignum. munera ergo oblata non reprobat, sed praua opera offerentium. 90. dist. neque ad Cain.

a De hoc etiā habetur 14. q. 2. sane profertur.

‖ Pecus occidi iubetur cum q̄ 10 peccauit mulier,

k ¶ *In signum.*] contra 15. q. 1. mulier. sed non est contra. nam & hic & ibi qui deliquerunt, puniti sunt: sed thuribula non peccauerunt: nec cum eis peccatum est, sicut cum pecude peccat mulier. seruatur ergo hic vt fiat in signum pœnæ illatæ. ‖ & pecus occidi iubetur, ne cum eo alia pecce: præterea pecus non posset duci in aliam formam sicut thuribula: immo & si subtiliter inspicias, & thuribula destruuntur, cum formā amittant. arg. ff. ad exhi. Iulianus scribit. §. sed si quis. 19. q. 2. hoc ius. H. ibi, vel conflata.

l ¶ *Reprobari.*] scilicet, tantum.

m ¶ *Quòd à talibus.*] arg. q priuilegium concessum ab Apostolico

Apostolus[a] de vnigenito Dei filio[b] [humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, mortem autem crucis.] Cum ergo anima fidē habet his dictis, & considerat magnificentiā gloriæ ipsius, & admiratur nimietatem humilitatis quomodo tantus, ac talis obediens fuit patri vsque ad mortē pro nostra vita; puto[c], quia prouocari posit ad affectum, & dilectionem ipsius, & Dei patris, qui vnico filio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. *& infra.* Talem ergo affectum, & fidem præparare debet in animo suo is, qui panem, & calicem Domini percipit.

Item Augustinus in lib. quæstionū Numerorum, quæst. 30.

¶ [illegible] quæstionem [illegible] cum [illegible]

CAPVT XXVII.

TDixit Dominus ad Moysem, & ad Eleazarum filium Aaron sacerdotem. Tollite thuribula ærea è medio exustorum: & ignem alienū[e] hunc seminate[f] ibi: quia sanctificauerunt[g] thuribula peccatorum horum in animabus[a] suis: & fac ea laminas ductiles, circumpositionē altaris: quoniam oblata sunt ante Dominum, & sanctificata sunt[h], & facta sunt in signum[k] filiis Israel.] [1] Sed notandum nouo modo dicta sanctificata pœna eorum, à quibus peccatum hoc fuerat perpetratum: quia per eos exemplum datum est ceteris, quo timerent. Circūpositionē autem altari cur ex eis fieri voluit; addidit dicens, [quoniam oblata sunt ante Dominum, & sanctificata facta sunt in signū filiis Israel.] Non ergo in eis reprobarii[l] voluit; quòd à talibus[m] oblata sunt: sed hoc potius attendi, ante quē oblata sint, id est, quia ante Dominum: vt plus in eis valeret nomen Domini, ante quem oblata sunt, quàm pessimum meritum eorum, à quibus oblata sunt.

a Omittuntur aliquot verba.

‖ Ignis alienus quis dicebatur.

Philip. 2.

Ioan. 15.

Ioan. 10.

Ioan. 13.

Ioan. 6.

Ioan. 17.

Ioan. 14.

Ioan. 20.

Ioan. 21.

Ioan. 15.

Ioan. 16.

Ioan. 17.

Ioan. 18.

Ioan. 19.

Ioan. 20.

Ioan. 21.

Ioan. 22.

Ioan. 23.

Ioan. 24.

Ioan. 25.

Ioan. 26.

Ioan. 27.

Ioan. 28.

Ioan. 29.

Ioan. 30.

Ioan. 31.

Ioan. 32.

Ioan. 33.

Ioan. 34.

*Ioan.

Via.] Hæc est decima quarta pars dist. in qua quæritur, quare Deus nobis dedit corpus & sanguinem suum. & dicitur, quòd ideo vt esset in nobis naturaliter per memoriam, & apud patrem intercederet pro nobis. Ideo tradidit corpus suum ad perpetuam rei memoriam. Ioan. de Fant.

CASVS. Beneu. sic exponit hunc casum: quia Christus in carne assumpta non erat mansurus nobiscum, sed ascensurus in cœlũ: ideo in die cœnæ instituit sacramẽtum Eucharistiæ, vt ille q semel est oblatus pro nostra redemptione, in memoriã passionis suæ quotidie in sacramento offeratur, in quo sacramento ipse qui cœlũ & terrã sua potestate creauit verbo suo, secreta virtute panẽ & vinũ in corpus suum conuertit, quod à sensu corporeo nõ percipitur: sed fide & intellectu comprehẽditur: sicut ille qui per baptismũ mutatur de malo in bonum. H. vero sic ponit hunc casum. Primo ostẽdit quare in cœna sacramentum altaris instituit, scilicet corpus suũ, quod ab oculis hominũ erat ablaturus in cœlũ, semper erat mansurũ nobiscum in sacramẽtis propter remissionẽ peccatorum, & propter cõmemorationem nostræ redẽptionis per ipsum factæ in cruce. Secundo cõmendat hoc sacramentũ, & dicit non esse æstimandũ secundũ speciẽ, quia videtur ibi esse modicũ panis, & modicũ vini: sed secundum fidẽ qua credimus corpus & verũ sanguinem Christi ibi esse. & hoc probat testimonio Iesu Christi dicentis & testificantis Caro mea vere est cibus, &c. Item, Accipite & comedite: hoc est corpus meũ, &c. Tertio, quia ipse panem & vinum in corpus & sanguinem suum conuertit ea potẽtia, qua ex nihilo creauit vniuersa. Tertio ostendit, q licet corporeis oculis nulla videatur in illo sacramẽto facta conuersio vel cõmutatio: tamẽ mente & fide credendũ est ita esse: quod ostẽdit tali similitudine. Ecce iste est malus, est paganus, est filius diaboli: cõpungitur, baptizatur, efficitur bonus & filius Dei. ecce qualiter iste diuina potẽtia inuisibiliter est cõuersus, & mutatus de malo in bonũ, de pagano in Christianũ, de filio diaboli in filium Christi. sed ecclesiæ extrinsecus nulla videtur facta mutatio: sed intrinsecus facta est, & ita creditur. sic & in isto sacramẽto extrinsecus nulla videt facta mutatio, immo videtur ibi purus panis, & purũ vinum sicut ante. sed pia fide debemus credere ita esse, scilicet ibi esse verum corpus & verum sanguinem Christi, & reuerentiam debitam impendere Deo.

1 Sent 4 dist. 4. Algerus. l. 1. c. 16. & 15. Iuo par. 2. c. 4.

Io. 6.

2 Sent. 4. dist. 10. Pan. l. 1. c. 129. Pasch. in epi. ad Frãdegardum ex Euseb. Emiss.

a Vel die curr ebat, i. opera batur: iuxta illud Roma. 1. curre, i. opera ri. & nõ est curẽtis, sed Dei miserẽtis: vel currebat, id est, currere debebat, i. ad memoriã reduci secundum L. & Hu.

† *al. visib lis*

¶ Visibiles creaturæ in Christi corpus, & sanguinem inuisibiliter conuertuntur. C. XXXV.

1 ¶ QVia corpus assumptũ ablaturus erat ab oculis nostris, & sideribus illaturus, necessarium erat, vt die cœnæ sacramentum [b] nobis corporis, & sanguinis sui consecraret [c]: vt coleretur [d] iugiter per mysteriũ [e], quod semel offerebatur in pretium [f]: vt quia quotidiana, & indefessa [g] currebat. [h] pro hominum salute redẽptio [i]; perpetua esset etiam redemptionis [k] oblatio [l], & perennis [m] victima illa viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia vere vnica, & perfecta hostia, fide æstimanda, non specie; nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vnde merito cœlestis cõfirmat auctoritas: quia [caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est pot[a].]

2 ¶ Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quando quidẽ, qui auctor est muneris [n], ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis † sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens [Accipite, & comedite: hoc est enim corpus meũ:] & sanctificatione [o] repetita. [Accipite, & bibite: hic est sanguis meus.] Ergo sicut ad nutum præcipientis Domini repente ex nihilo substiterunt excelsa cœlorum, profunda fluctuũ, vasta terrarum; ita pari potestate in spiritalibus sacramentis vbi [a] præcipit virtus, seruit effectus. Quanta itaque, & quàm celebranda beneficia vis diuinæ benedictionis operetur, attende: &, vt † tibi nouum, & impossibile videri non debeat, quòd in Christi substantiã terrena, & mortalia conuertun-

† *al. quomodo*

a Sub aud. & quælibet forma per se propriã habet virtutẽ: propriã & cõpletã significationẽ, & naturã propriã determinatã, vnde & propriã operationẽ per se. Arch.

† *al. aliter*

† *al. hæc, quæ*

† *maculata]* vero lectio. † *al. sed*

‖ Panis cõuertitur in corpus, sed nõ fit corpus.

‖ Peccata nos faciunt miseros.

tur [p], teipsum, qui iam in Christo es regeneratus, interroga. Dudum alienus à vita, peregrinus à misericordia, à salutis via intrinsecus mortuus exulabas: subito initiatus Christi legibus, & salutaribus mysteriis innouatus, in corpus ecclesiæ non videndo, sed credendo transiluisti, & de filio perditionis adoptiuus [q] Dei filius fieri occulta puritate meruisti [r]: in mensura visibili permanens, maior factus es teipso inuisibiliter, sine quantitatis augmento cum ipse atque idem esses; multo alter † fidei processibus extitisti: in exteriori nihil additum est, & totum in interiori mutatum est: ac sic homo Christi filius effectus, & Christus in hominis mente formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu, præterita vilitate deposita, subito nouam indutus es dignitatem, & sicut hoc †, quòd in te Deus læsa [s] curauit, infecta diluit immaculata † [t] deterſit, non sunt oculis, nec † sensibus tuis credita [v]; ita cum reuerendum altare cœlestibus cibis satiandus ascendis, sacrum Dei tui corpus, & sanguinem fide respice, honora, mirare, mente continge, cordis manu suscipe, & maxime haustu interiore assume.

k ¶ *Redemptionis.*] id est, fides passionis: per quã redempti sumus Vel prædicatio sacrificij: quod erat nostra redemptio, Ioan.

l ¶ *Oblatio.*] id est, corpus & sanguis.

m ¶ *Et perennis.*] qa post eã nõ erit alia. extra de cc. mis. cũ Marthę.

n ¶ *Muneris.*] id est, corporis & sanguinis, vel sacrificij.

o ¶ *Et sanctificatione.*] id est, verbis sacrificantibus. & improprie dicitur repetita, & dicitur repeti propter hoc verbũ, accipite, quod repetitur. nam nõ repetitur: immo alia est forma. Nota tamen q quidã dicunt, quòd totum illud, Hoc est corpus meũ, &c. hic est sanguis meus, &c. est vna forma. Sed tu dic, quòd duę sunt [b]. & quod ad prolationem istius, Hoc est corpus, &c. transubstantiatur panis in corpus: & ad prolationẽ istius, Hic est sanguis, vinum cõuertitur in sanguinẽ. Sed obiicitur. Nonne ibi ante erat sanguis, ex quo erat ibi corpus? Sic: quia vbicunq; corpus, & sanguis. sed non fuit ibi sanguis prius p transubstantiationem, sed p mistionem, vt dixi s. eo. comperimus.

p ¶ *Conuertũtur.*] bene dicit cõuertuntur vel trãsubstãtiantur, vt alij, transeunt vel transeant. sed nõ fiũt nec incipiũt. nihil enim fit vel incipit esse corpus Christi. ‖ potest tamẽ concedi, q de pane cõficiatur vel fiat corpus Christi: sicut de aqua fit crystallus, non tamen est crystallus. sed securius nõ conceditur hoc: & vbicunq; inueniatur, panis vel de pane fit vel cõficit corpus Christi, sic intelligatur, id est, trãsit in corpus Christi, vt ȝ. ea. panis. Vel exponẽ sic, id est, sub specie panis vel laret vel incipit esse vel latere corp[s] Christi, vbi ante consecrationẽ non erat, si eũ panis corpus Christi fieret, singulis diebus ei adderetur aliquid, quod prius nõ erat, & sic semper augmentaretur. Itẽ qualiter vniretur diuini tati iste panis & ille? Itẽ si panis est corpus Christi, ergo aliquid, quod nõ est natum de Virgine, & sic aliquid inanimatũ est corpus Christi. ergo est animatum & inanimatũ: ergo non solum de Virgine habuit originem. Non intelligas ergo, q aliquod augmentum sumat ex tali conuersione, nec eo modo quo cibus conuertitur in carnem: sed est ibi corruptio, id est, desinit ibi esse substantia panis & vini, nulla tamen generatio. vnde non potest dici, quòd sit ibi vera transubstantiatio quantum ad hoc vt noua essentia ibi generetur.

b Subaud. & quælibet forma per se propriã habet virtutẽ: propriã & cõpletã significationẽ, & naturã propriã determinatã, vnde & propriã operationẽ per se. Arch.

† *al. aliter*

† *al. hæc, quæ*

† *maculata]* vero lectio. † *al. sed*

‖ Panis cõuertitur in corpus, sed nõ fit corpus.

‖ Peccata nos faciunt miseros.

q ¶ *Adoptiuus.*] quia filij iræ fueramus [c], facti sumus filij Dei. de pœn. dist. 4. §. hanc societatem. ver. & filij. ‖ Christus autem nullo modo filius Dei adoptiuus dicitur: quia non potest dici de filio Dei, quòd ex non filio factus sit filius eius.

c Vel ȝ. dist. 4. firmissime. ‖ Christus non est filius adoptiuus Dei.

r ¶ *Meruisti.*] id est, obtinuisti, quasi tãquam emeritus per merita misericordiam à Deo gratis consecutus fuisti. vt enim ait Aug. misericordiæ meritum nullũ est: si enim merito confertur, iustitia est, non misericordia. Vel meruisti, id est, dignus fuisti: vt illud, quia meruisti portare regem, id est, digna fuisti inuenta.

s ¶ *Læsa.*] id est, corrupta labe peccatorũ. Vel læsa, id est, lædẽda, scilicet peccato: ‖ quia peccata nos miseros faciunt. ȝ. ead. quotidie.

t ¶ *Immaculata.*] in, pro valde, id est, valde maculata putredine peccatorum.

v ¶ *Credita.*] scilicet tria commissa. Thom.

Quia

Via passus est Dominus.] CASVS. Hu. sic ponit hunc casum. In hoc c. Aug. primo ostendit, quòd in memoriam passionis Christi corpus eius immolatur, & per eius dignam participationem nos efficimur corpus eius spirituale: & qualiter, docet quadam similitudine. Primo nascitur granum: portatur ad aream, trituratur, in horreo ponitur, & postea molitur, postea aqua conspergitur, & sic fit panis. Ita est de nobis, quod ex ipsa littera facile est assignare. Secundo ostendit, q debemus esse vnum, sicut ille panis est vnum ex multis granis, & vinum ex multis racemis vnum. & sicut vinum post pressuram est potabile: sic nos post pressuram sumus digni potare calicem. Tertio ostendit, quòd hoc sacramentum est vnitas: vnde qui accipit hoc, & non est in vnitate, testimonium accipit contra se: qui vero in vnitate est, quamuis hoc sacramentum non accipiat sacramentaliter, eius tamen beneficio non priuatur. Sequens capitulum patet.

1 Sta commẽdauit. Beda 1. Cor. 10. Alg. l. 1. c. 1. & alibi. Iuo par. 2. c. 1.

a ¶ *Quia passus.*] in prima parte dicitur nobis ideo Dominum corpus suum in sacramento commendasse: quia illud pro nobis obtulit passioni: & nos fecit illud corpus, & dicit qualiter. In secunda parte dicitur, q si hæretici accipiunt corpus Christi, contra se accipiunt: cum iste panis significet vnitatem: & ipsi quærunt diuisionem. In tertia dicitur quòd quicunque baptizatus particeps efficitur corporis Domini, etsi ante decedat, quàm de pane illo edat, vel de calice bibat.

¶ Quare in specie panis, & vini sacramentum suum Christus nobis ministrauit. C. XXXVI.

1 QVia passus [a] est Dominus pro nobis, commendauit nobis in isto sacramento corpus & sanguinẽ suum: quod etiã [b] fecit & nos ipsos [c]. Nam & nos ipsius corpus facti sumus [d], & per misericordiam [e] eius, quod accipimus, nos sumus. Recordamini: & vos non fuistis, & creati estis: ad aream Dominicã comportati estis laboribus boum, id est, annuntiantium Euangelium, triturati estis: quando catechumeni defferebamini; in horreo [f] seruabamini: nomina vestra dedistis [g]: cœpistis [h] moliri eiuniis, & exorcismis: postea ad aquam venistis, & conspersi estis, & panis [i] Dominicus facti estis. Ecce quod accepistis. Quomodo ergo videtis esse vnũ [k], quod factum est; sic vnũ estote vos, diligẽdo vos, tenendo vnam fidẽ, vnã spem, indiuiduam charitatẽ. Hæretici, quando hoc accipiunt, testimonium contra se accipiunt; quia illi quærunt diuisionem, cum panis iste indicet vnitatem: sic & vinum [l] in multis racemis fuit, & modo vnũ est, vnum [a] est in suauitate calicis post pressuram torcularis. Et vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem & contritionem cordis iam in nomine Christi, tamquam ad calicem Domini venistis: & ibi vos estis in mensa, & ibi vos estis in calice, nobiscum vos estis Simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul viuim[o]. *Itẽ in sermone de infantibus.* ¶ [2] Ita Dominus Iesus Christus nos significauit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis, & vnitatis [m] nostræ in sua mensa consecrauit. Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis; non mysterium accipit pro se, sed testimonium [n] contra se. 3 Nulli [ß] est aliquatenus ambigendum tũc vnumquemque fidelium corporis [o] & sanguinis Dominici fieri participem, quando in baptismate membrum effici tur Christi, nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc sæculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio nõ priuatur, quando in se † hoc, quod illud sacramentum significat [p], inuenit † .

2 Beda ibidẽ paulo superi? ex Aug. in ser mõ. ad infantes ad altare de sacramẽto. ‖ Christus fecit nos corpus suum.

3 Ita, qui mã datur Sent. 4. dist. 13. dist. 4. nulli. Sent. 4. dist. 9. Folyc. Ipsitio.

a ¶ Vnum est.] *Ita emendatum hoc ex Beda, quemadmodum & multa alia. Huius vero lectionis vestigium erat in manuscriptis, & apud Iuonem. In vulgatis legebatur.* Vinum in sua natiuitate, calix post, &c.

ß ¶ Nulli est.] *Hæc vsque ad finem habentur infra dist. 4. c. nulli. & in Polycarpo citantur ex Innocentio.*

Item in libro sententiarum Prosperi [4].

¶ Dum Hostia frangitur, passio Christi ad memoriam redit. C. XXXVII.

5 ¶ VM † frangitur Hostia [q], dum sanguis de calice in ora fidelium funditur; quid aliud, quàm Dominici corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur?

¶ *Apud Lanfrancum (apud quem fere habentur, quæ a Gratiano citantur ex lib. sententiarum Prosperi aut ex Aug. in l. sententiarum Prosperi) hæc antecedunt.* Sacramenta enim illarum rerum, quarum sunt sacramenta, semper similitudinem gerunt, sicut in sacramento, de quo hæc quæstio ventilatur, dum frangitur Hostia, &c.

6 *Item Leo episcopus, & sancta synodus, quæ in vrbe Romana conuenit, clero, honoratis, & plebi consistenti Constantinopoli ita scribit.*

¶ De veritate corporis & sanguinis Christi ambigere non licet. C. XXXVIII.

137 IN quibus [r] isti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus defidiæ torpore iacuere? vt nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est: vt nec ab infantium [s] linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter cõmunis sacramenta fidei taceatur; quia in illa mystica distributione spiritalis alimoniæ hoc impertitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cælestis cibi, in carnẽ [t] ipsius, qui caro [v] nostra factus est, transeamus Christi veram comedimus, & verum eius sanguinem bibimus vt in corpus eius spirituale trãseamus, & in æternum viuamus, qđ contra naturã fit per miraculũ: sicut ipse cõtra naturã fuit nat[a] de Virgine.

i ¶ *Et panis.*] id est, de corpore ecclesiæ, quod per Dominicum corpus figuratur.

k ¶ *Vnum.*] siue vnum panem ex pluribus granis, siue vnum corpus Christi ex pluribus membris purissimis: ‖ cuius figuratum est ecclesia sacrosancta, quæ ex pluribus personis adunatur.

‖ Ecclesia, ex pluribus adunatur.

l ¶ *Vinum.*] id est potabile.

m ¶ *Mysterium vnitatis.*] scilicet corporis Domini, quod est signũ vnitatis, vt ȝ. ead. hoc sacramentum.

n ¶ *Sed testimonium.*] infra dist. 4. nulli est aliquatenus.

o ¶ *Corporis.*] id est, vnitatis ecclesiæ per corpus Christi significatæ. ȝ. ea. hoc est.

† *al. ipse*

† *al. inueniunt*

p ¶ *Significat.*] nã ipsi sunt etiam ipsa ecclesia. 8. 24. q. 1. schisma. & cap. omnibus.

q ¶ *Vm frãgitur Hostia.*] Hoc totum referas ad species exteriores, & secundum hoc dices ipsa accidentia frãgi, & dare sonitũ. a ‖ Sed nũquid ante fractionem totum corpus erat sub qualibet parte illius hostiæ, vel pars corporis commensurabat se parti hostiæ? Si non fuit sub qualibet parte hostię, ergo sequitur q aliquid modo est sacramentum Eucharistiæ, quod prius non fuit: quia cum forma integra fuit, nulla pars eius poterat dici sacramentum: quia sub nul la tunc erat corpus. Si dicis quòd corpus Christi est in qualibet parte hostiæ; ex hoc sequitur quòd idem corpus sit quantumlibet magnum, & quantumlibet paruũ, & q corpus ipsum communẽ formam habeat, & sic totum rotundum & quadratum secundum q est sacramentum. Sed his obiectionibus respõdeo per similitudinẽ speculi quod frangitur: vbi eadem forma resplendet in paruo & in magno speculo.

a Sed nunquid sumimus ibi eadẽ forma quæ fuit passus? nõ, sed tãtum sumimus corpus quod habet eãdem formã, quia vbicunq; sumitur, habet eãdem formã; sed apparenter in vno loco est in illa forma. secundum H. B. & L. Et not. q ecclesia tantum pro suis orat vel laudat deũ quando dicit sanctus, sanctus, sanctus, quasi dicat, cãtus pro his qui regnantur in cœlo, sanctus pro his qui patiuntur i purgatorio, sanctus p his qui peregrinãtur in mundo. Et propter hãc eamdem rationem hostia sacrata diuiditur in tres partes in altari sec undo Host. qui hoc fecerit in summa de pœ. & rem. ſ. 5. quibus mortuis. vt tertio An.

‖ Corp[s] Christi nũquid erat totum ante fractionem sub qualibet parte hostiæ. 4 Lanfrancus ibidem. 5 Alg. l. 1. c. 19. Iuo par. 2. c. 9. Pan. l. 1. c. 140 T al. dam 6 Leo 1. epist. 23 & 7. 7 An. l. 1. 9. ca. 6. & 7.

Decreti ij. pars. PP

† al. non. Est cibus

‖ Fideles dicitur aquilæ. a Ambr. in c. 29. Lucæ l. 8. c. 7.

2 a 2. 22. Lu c. lib. 6. c. 7.

3 De iis, qui sanctificantur. c. 9.

4 Ino par. 3. c. 7. j. can. reuera. S. nt. 4. distinct 10.

a ¶ *Idem est cibus.*] id est, similis.

b ¶ *Aquilæ.*] ‖ angeli vel fideles, quorum iuuentus vt aquilæ renouatur. vt 23. q. 4. cum in lege. 24. q. 1. quoniã vetus.

c ¶ *Clare.*] id est, sicut ille carnem nostrã sumpsit, ita & nos sumamus carnem illius: vel id est, cuius verba sumimus in argumentum, hæc scilicet, caro mea vere est cibus, &c. de illo sumamus exemplum incarnationis suæ. i. e. reuera.

Panis & calix.] CASVS Eucharistia verborum certa forma consecratur, non qualiber: nec hoc fit à natura nec humana institutione, nec cõsert ad salutem propter humanam bene dictionem. *Nõ nascitur.* id est, non fit nobis mysticus à natura, sed consecratione Euãgelica cõsecratur, quamuis sit panis ante cõsecrationẽ, vel id est, quãuis vr̃ species panis & vini, quæ iam non sunt, sed fuerũt. *Non religionis*, supple tantum, id est, religiose tractandum & sumendũ; nõ quod benedicimus in mensa. Sequentia duo c. patent.

d ¶ *Sed certa.*] id est, diuina.

e ¶ *Fit nobis.*] id est, ad nostram vtilitatem.

f ¶ *Non nascitur.*] id est, non ex natura, sed miraculose cõficitur. extra c. Marthæ. ver. cedit [a].

g ¶ *Quod ita fit nobis.*] i. q. ita consecretur nobis corpus Christi.

h ¶ *Resurrectionis.*] id est, spiritualis refectio animę à peccato resurgentis, de pœn. dist. 1. §. hoc idem refuscitatus.

i ¶ *Non quod benedicimus.*] gratiasque agimus, id est, non est sicut corporalis esca, quam benedicimus, & gratias Deo agimus: quod quidẽ facimus in omni munere, &c. [b]

k ¶ *Munere.*] quod agere debemus.

l ¶ *Spiritali*] id est, aliquid significante.

Ante benedictionẽ.] ¶ *Significatur.*] & licet verba successiue proferãtur: nõ tamẽ successiue cõsecratio fit, sed in vno instanti corrũpitur panis, & in vltimo instãti prolationis verborum. & licet panis sit corpus compositum, momentanea est tamen eius corruptio. §. ea. quia corpus. ver. ergo.

n ¶ *Peccatorum.*] venialiũ, vel ẽt mortaliũ [c], scilicet per fidem, vt §. ea. cum omne. & §. ea. species.

Nos autẽ.] ¶ *Cõprehendimus.*] i. intelligimus vel accipimus? Idem † [2] est [a] cibus refectionis, est cibus sanguinis. Sicut enim caro Dñi vere est cibus: ita sanguis vere noster est potus. *Idem.* ¶ [1] Est etiam corpus, de quo dictum est [caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus;] Circa hoc corpus aquilæ [b] sunt, quæ alis circumuolitant spiritalibus. *Idem.*

¶ [2] Vnde & corpus Christi edimus, vt vitæ æternæ possimus esse participes. *Idem.* ¶ 3 Cuius [β] clare [c] argumentis vtimur, suis vtamur exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysterij veritatem. *& infra.* ¶ 4 Quid hic quæris naturæ ordinẽ in Christi corpore, cũ præter naturã sit ipse Dominus Iesus Christus partus ex Virgine?

[a] ¶ Idem est cibus.] *In aliquot vetustis codicibus* Idem Leo Papa. Est cibus, &c.] *Eũdemque Leonem citat Anselmus. Ceterum apud B. Leonem non sunt inuenta, sed apud B. Ambrosium, cuius etiam sunt sequẽtia, variis ex locis collecta.*

[β] ¶ Cuius clare.] *Gratianus infra c. reuera sic refert ex Ambrosio.* Sed quid argumentis vtimur? suis vtamur exemplis, incarnationis, &c. *Et ita etiam Algerus Iuo reliqua eodem modo, tantummodo in hoc discrepat, quod habet*, incarnationisque nouitate. *Sed retenta est Gratiani lectio cum obglossam, tum quoniam Lanfrancus fere cõcordat cum Gratiano, vbi expositam à se catholicam veritatem confirmat B. Ambrosij verbis.*

Item Ambrosius in libro de cathechizandis rudibus.

¶ Non natura nascitur, sed consecratione nobis conficitur corpus & sanguis Christi. C. XXXIX.

PAnis & calix non qualibet, sed certa [d] consecratione mysticus fit nobis [e], nõ nascitur [f], Proinde, quod ita fit nobis [g], quãuis sit panis & calix, alimentum est resurrectionis [h], non sacramentum religionis: non, quod benedicimus [i], gratiasque agimus Domino in omni eius munere [k], non tantum spiritali [l], verumetiam corporali.

¶ *Iuo citat ex Augustino in libro de catechizandis rudibus. Beda ad c. 10. primæ ad Corinthios, & Algerus citant ex B. Augustino contra Faustum: habeturque libro 20. contra Faustum, c. 13. Verum apud Algerum, & Iuonem est in summam redactum; apud Gratianum multis præterea locis depravatũ: quæ ob glossam correcta non sunt. Verba B. Augustini sunt hæc.* Noster autem panis & calix non quilibet, quasi propter Christum in spicis, & in sacramentis ligatũ, sicut illi desipiunt; sed certa consecratione mysticus fit nobis, nõ nascitur. Proinde, qđ non ita fit, quãuis sit panis & calix, alimentum est refectionis: non sacramentum religionis; nisi, quòd benedicimus, gratiasque agimus Domino in omni eius munere non solum spiritali, verumetiam corporali.

Idem Ambrosius in libro de iis, qui mysterijs initiantur, c. 9.

¶ Quod ante benedictionem panis & vinum est, post benedictionem ed corpus, & sanguis Christi. C. XL.

6 ANte benedictionem verborum cęlestium alia species nominatur; post benedictionem † corpus significatur [m]. *Item ibidem.* ¶ In illo sacramento Christus est, *Item libro 4. de sacramentis, c. 5.* ¶ Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorũ [n].

Item Augustinus in libro sententiarum Prosperi [7].

¶ Sub specie panis & vini inuisibilem Christi carnem & sanguinem honorauit. C. XLI.

[2]8 NOs autem in specie panis & vini, quam videmus, res inuisibiles, id est, Christi carnẽ, & sanguinem honoramus: nec similiter comprehendimus o † has duas species, ex quibus consecratur Dominicum corpus, quemadmodum ante consecrationem comprehendebamus †: cum fideliter fateamur ante consecrationem esse panem, & vinum [γ], quod natura formauit; post consecrationem vero Christi carnem & sanguinẽ, quod benedictio consecrauit.

γ ¶ Et vinum.] *Apud Lanfrancum, dum verba Augustini in libro de catechizandis rudibus ab aduersario sibi obiecta interpretatur, sic legitur*, esse panem, vinumque, id est, eas res, quas natura formauit; inter sacrã dum vero conuerti in Christi carnẽ & sanguinem; quas vtrasque res benedictio cõsecrauit. *Iuo autem habet fere vt Gratianus.*

¶ Confessio † Berengarij. C. XLII.

[2]8[2]9 EGo Berengarius indignus sancti Mauritij Andegauẽsis ecclesiæ diaconus cognoscens veram, catholicam, & Apostolicam fidem, anathematizo omnem [p] hęresim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus fui: quæ astruere conatur panem [q] & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & nõ verum corpus & sanguinẽ Domini nostri Iesu Christi [r] esse; nec posse sensualiter, 'nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari, vel frangi [s], aut fidelium dentibus [t] atteri. Consentio autẽ sanctæ Romanæ, & Apostolicæ sedi: & ore, & corde profiteor de sacramẽtis Dominicæ mensæ eamdem fidem me tenere, quam dominus, & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta synodus auctoritate Euangelica, & Apostolica tenendam tradidit, mihique firmauit †: scilicet panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & sensualiter non solum sacramento †, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri; iurans per sanctam, & ras ad

6 Tract. reuer. Sẽt. 4. dist. 10. Aug. l. 1. c. 9. Ino par. 2. c. 7 Pan. l. 1. cap. 124.

† *fl. consecrationem.*

7 Habetur apud Lanfrancum ex Augu. in li. de catechiz. rudib.

8 Cassiodorus in ps. 109. Sẽct. qui ibid. Alg. l. 1. cap. 7. & 10. Iuo par. 2. c. 9. Pan. li. 1. c. 125.

† *prudimus* vera lectio.

† *peudebamus* } vera lectio.

† *al. Iuramentum*

9 Ex actis synodi Rom. sub Nicol. I. franc. ibiem. Alg. l. 1. c. 19. Sẽct. 4. dist. 11. Iuo p. 2. c. 10. Pan l. 1. c. 126. d Arg. ad hoc C. de cẽsta. testamentũ sed arg. contra. ff. vt leg. nom. hæc stipulatio. §. diuus. Archid.

† *al. formauit*

† *al. in sacramento*

‖ Partes non sunt de corpore Christi.

‖ Ida de facramento, &c. & non Lanfra. & Iuo, sed aliter.

‖ Lanfrancus ibi. Iuo par. 2. c. 9. Pan. l. 1. cap. 9.

‖ Ida. 6.

‖ al. tedemptione

‖ Corpus Christi dubitatis spe. & non natura ti. sed sacramẽto. Hæc ergo dicitur & à Ioan. Scripsit.

ras ad species ipsas. ‖ nam de Christi corpore partes non fecimus, vt Ioan. qui manducat.

a ¶ *Homousion.*] id est, eiusdem substantiæ.

ADDITIO. Homoion in Græco, idem est, quod, idem, vel vnum. Vsia, id est, substantia: ideo dicitur Trinitas homousion, id est, vnius substantiæ. Archi.

b ¶ *Lecto.*] hucusque verba Berengarij fuerũt: ea quæ sequuntur, sunt verba notarij.

c ¶ *Misit.*] ergo sicut excommunicationis epistola mitti debet, &c. 11. quæstione tertia, curæ. ita & absolutionis, vt octaua quæstione vltima, cap. vnico [a].

d ¶ *De reuerso.*] ad fidem.

e ¶ *Conuerso.*] ad Deũ. arg. de pœn. dist. 1. agite. 1. q. 7. didici.

Orte.] CASVS. Quidam mirabantur quomodo in sacramento sit caro Christi & sanguis: cũ ibi non appareat forma carnis & sanguinis Christi. Et respondet Ambro. hoc fieri verbo, & virtute Dei, vt sub aliena specie sumeretur corpus & sanguis Christi, ne viderẽtur homines carnem humanam sumere, & sanguinem, & dicerent sicut Apostoli dixerũt: Durus est hic sermo. & recesserunt à Christo.

f ¶ *Forte.*] sunt quidã qui non credunt corpus Christi esse in altari, quia impossibile eis videtur quod dicitur: præterea quia non videtur nisi species panis & vini. In prima ergo parte ponit eorum dubitationem. In secunda ostendit non esse impossibile, & quare sub specie panis & vini corpus & sãguis sint [f] altari.

g ¶ *Sanguis.*] est in altari, vel creditur.

h ¶ *Dixi.*] in alia parte capituli, quæ non est hic, sed est cap. reuera.

i ¶ *Mutare.*] ‖ ead. reuera. & §. e. quia corpus.

k ¶ *Verba vitæ.*] id est, tu ipse es vita, & ita qui digne te sumit, sumit vitam æternam. & propter hanc confessionem meruit Petrus consortium cælestis habitaculi. 50. distin. fidelior.

l ¶ *Hoc dicerent.*] §. durus est hic sermo, & quis potest eũ capere? & ita scandalizati de fide recesserunt, quia fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. arg. de pœnit. dist. 4. in domo. ‖ Tribus ergo de causis sumitur corpus Christi sub alia specie, & non sub sua visibiliter, scilicet vt fides haberet meritum, vt hic. Et ne esset horror carnis & sanguinis. Et ne ridiculum fieret paganis. infra ead. panis, &c. b. Quarta etiam causa potest notari ibi, ne igitur plures, &c. Item quia non habemus in vsu carnem crudam comedere infra ead. quid sit. in fine. Sed quare potius sumitur sub istis speciebus panis & vini, quàm sub aliis? quia istæ duæ species sunt magis amicæ humanæ naturæ. præterea sicut corpus principaliter his duobus cibis nutritur, ita principaliter anima illo cibo, scilicet corpore Christi & sanguine pascitur. Ioan.

m ¶ *Gratia.*] id est, gratis corpus datum.

n ¶ *In similitudine.*] id est, in specie panis & vini.

o ¶ *Natura.*] scilicet corporis Christi.

Prima quidem.] CASVS. Dicitur in hoc c. r. quòd in nouo testamento male senserimt de corpore Christi quidam eius discipuli. cum. n. diceret: Nisi quis manducauerit carnem meam, &c. illi qui carnaliter intelligebant, recesserunt ab eo, Dicentes, Durus est hic sermo, &c. duodecim remanserunt, quos ipse docuit, q huiusmodi verbum est spiritualiter intelligendum, & spiritualiter sumptum reficere valet. & q spiritualiter intelligi debeat. patet ex eo, q dicit se ascensurum vbi erat prius. & intelligitur q in teger ascensurus erat, & quòd non dat corpus suũ ad comedendũ in propria forma, sed in sacramẽto, vt corpus non minueretur aliquo modo.

p ¶ *Prima.*] 1. q. 1. fertur [c], contra. ibi dicitur, q simonia fuit prima hęresis in ecclesia, sed dic prima, id est, præcipua. 1. q. vlt. patet.

q ¶ *Inquit.*] CASVS. Dum Dominus faceret sermonem præsentibus Apostolis, & discipulis aliis, inter alia dixit, Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit vitam æternam. quidam discipuli propter duritiam sermonis recesserunt. tunc instruxit Dominꝰ qualiter hoc esset intelligẽdum. & maxime per id quod dixit: Cum videritis filiũ hominis ascendentem, &c. ipsi enim intellexerunt quòd per partes, & in eadem forma deberent accipere corpus Christi, & præterea quòd consumerent illud comedendo, hoc non esse faciendum declarat.

r ¶ *Eius.*] scilicet Christi.

s ¶ *Spiritus.*] id est, spiritualis intellectus.

t ¶ *Qui viuificat.*] id est, prodest ad salutem.

v ¶ *Caro.*] id est, carnalis intellectus.

x ¶ *Et vita sunt.*] id est, spiritualem vitam conferunt. Vel spiritualiter intelligenti vita confertur.

y ¶ *Et vita.*] non enim carnaliter intelligendi sunt spiritus & vita.

z ¶ *Hoc corpus.*] id est, non in eadem specie vel grossitie vel representatione, in qua me videtis, & pati videbitis, mandu cabitis carnem meam, & sanguinem meum bibetis: sed in sacramento. ‖ ead. cap. prox. & c. omnia.

a ¶ *Caro autem.*] id est, carnalis intellectus, carnalem intellectum vocat eorum intelligentiam, qui dicunt vel credunt corpus Christi per partes diuidi. Vnde subdit, sed quomodo, &c.

b ¶ *Intellexerunt.*] scilicet discipuli recedentes.

c ¶ *Hoc vos.*] verba Christi vsque ibi, si ergo. Vel suspenditur vsque illuc, vbi erat.

d ¶ *Si ergo. &c.*] supple tunc intelligetis quid est hoc quòd corpus meum in sacramento do: & tunc legitur sine interrogatione. Vel sic, supple tunc intelligetis quod dictum est postea verba sunt Aug. interrogatiue dicentis, quid est, hoc [d]? q. d. quid sibi vult hoc verbum Domini, & statim subiungit solutionem dicens, hinc, &c.

4 Lanfrã. ibi. Alge. l. 1. c. 11. & 21. Iuo par. 2. c. 8. Pan. l. 1. c. 133.

Ioan. 6.

c Ext. ead. cum liqueat. vbi de hoc.

5 Sẽt. 4. dist. 10

6 Tract. 27. in Ioan. & in Ps. 98.

In Psal. 54.

7 Tract. 27. in Io.

d Et subest hic aposiopesis, id est, defectus locutionis, secundum Lau.

a ¶ *Cum videritis.*] interrogando hoc inserit Augustinus.
b ¶ *Corpus.*] in tali forma & per partes.
c ¶ *Quia gratia.*] id est, corpus suum gratis nobis datum.
d ¶ *In quo.*] scilicet sub illa specie in qua resurrexit.
e ¶ *Oportet.*] in illa scilicet forma & representatione, in qua humanis & corporeis sensibus subiici non valet. licet enim vbique sit etiam in altari quolibet in vera forma, quam de Virgine sumpsit; non tamen subiicitur corporeis sensibus.
f ¶ *Veritas.*] id est, verum corpus in forma panis in altari quolibet vbi cõsecratur, & hoc est vbique, scilicet in quolibet altari vbi consecratur. Vel veritas, id est, diuinitas.

ADDITIO. Vnde dicit ipse: cælum & terram ego impleo. & alibi dicitur: Si ascendero in cælũ, &c. Lau Et ex istis verbis Aug. videtur q Christus siue eius corpus sit locale, vel sit in loco: vel facit loci distantiam. vel sit in loco loci diffinitione. De hoc satis no. hic Hug.

NOn hoc corpus.] CASVS. Hęc sũt verba Aug. exponentis illud verbum Euangelij: Spiritus est qui viuificat: caro autem non prodest quidquam. & loquitur Aug. in persona Domini quasi ipse Christus exponat dicens: Non hoc corpus, &c. Nec fumetis corpus in propria hac visibili forma: sed sub alia specie inuisibiliter. *Et si necesse est*, id est, quãuis.

g ¶ *Non hoc corpus.*] in hac grossa substantia, & non in tali forma.
h ¶ *Ipsum.*] 38. dist. in dignum.
i ¶ *Inuisibiliter.*] id est, sub specie, sub qua non videtur, id est, sub specie panis & vini.
k ¶ *Non ipsum.*] in sua scilicet specie, vt in ea sensibus corporeis subiiciatur.

QVid est.] CASVS. Ostendit Augu. in hoc c. quòd Christus dupliciter sumitur, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter. sacramentaliter ab indignis: spiritualiter, vt à dignis. q enim manducat, scilicet digne: sed si accipit, indigne.

l ¶ *Quid est.*] CASVS. ‖ Duobus modis manducatur Christus. Vno modo sacramentaliter: quod competit bonis & malis. Alio modo spiritualiter cum per fidem & dilectionem cooperãtem accipitur. hoc est tantum bonorum. ‖ Quæri autem solet hic vtrum Christi corpus sumatur cum diuinitate & anima? H. d. quòd non sumitur ibi diuinitas vel anima. Alij vt B. dicunt* quòd sumendo corpus sumo deitatem & animam: quia tu qui accipis carnem diuinæ substantiæ eius in illo participas alimento. infra ead. sicut verus.

ADDITIO. Et melius etiam secundum theologos: quia etsi ibi non sit diuinitas per transubstantiationem, est tamen per concomitantiam ibi, vt not. ꝫ. ead. comperimus. Archid.

m ¶ *Solum.*] id est, corpus Christi. quamuis enim sit ibi deitas & humanitas, i. anima & caro: solam tamẽ eius carnẽ semel in cruce immolatam quotidie in altari manducamus siue bibimus, non deitatem non animam: in solam enim carnem panis conuertitur, & vinũ in sanguinẽ.

n ¶ *Calicem.*] totus integer manducatur & sumitur. ꝫ. ea, inuitat. non tamen anima vel deitas: quia illa non pertinent ad esum & potum. H.

o ¶ *Ipse dixit.*] vnde conceditur ista totus Christus fuit in sepulchro, id est, persona illa humana, s. secundum naturã humanitatis nostræ secundum corpus non tamen hic conceditur ista: totum id quod Christus erat, in sepulchro erat: quia non eius anima: & ita secundum B. licet quis sumat totum Christum: non tamen eius animam vel animalitatem.

p ¶ *Sanguinem.*] per fidem & charitatem, qua si qui est de vnitate ecclesiæ, quam caro & sanguis meus significat.

q ¶ *Manet.*] id est, mihi per dilectionem adhæret: & ego per gratiam inhabitantem in eo maneo. de pœnit. dist. 1. §. hoc idem. ver. refuscitatus.

VTquid.] CASVS. Dicitur hic, quòd vbi non potest haberi corpus Christi sicut in sacramento conficitur, sufficit sola fides: quia & tunc dicitur quis Christum manducare.

r ¶ *Ventrem.*] vnde subaudi, tantum. Vel vbi non potest haberi copia corporis Domini: sed non prohibet sacramentaliter accipi corpus Domini: sed quia necessitate instante ei non obest si non accipit, ex quo per eum non stat. cum enim credit, manducat spiritualiter, sed non sacramentaliter. sup. capitu. proxi.

HOc est quod.] CASVS. Dicitur hic quòd sacrificium ecclesię ex duobus conficitur, ſ. sacramento, id est, specie panis & vini: & re sacramenti, id est, corpore Christi. sicut enim duę sunt naturæ in Christo qui est Deus & homo: ita in sacrificio est sacramẽtum, & res sacramenti, id est, corpus Christi, quod spiritualiter intellectum sub specie panis & vini significat corpus Christi olim visibile & palpabile, & in humana forma intellectum. Immolatio quæ fit à presbytero impropriè appellatur Christi passio, vel mors, vel crucifixio: non quòd sit illa, sed quia illam significat, secundum eamdem improprietatem appellamus fidem sacramentum fidei, id est, baptisma.

s ¶ *Hoc est.*] CASVS. In prima parte dicitur quod sacramẽtum ecclesiæ constat ex duobus: ex visibili elementorum specie: & inuisibili corpore & sanguine Christi. quod probat per similitudinem inductam ex persona Christi, quę ex Deo & homine constat. In secunda parte dicitur, quòd veram carnem & verum sanguinem accipimus sub specie panis & vini. In tertia parte dicitur, quòd cæleste sacramentum quod est in altari, impropriè dicitur corpus Christi: sicut baptismus impropriè dicitur fides. In quarta dicitur duobus modis accipi corpus Christi.

t ¶ *Duobus.*] id est, duo continere, id est, duo simul esse in consecratione facta, scilicet species visibilis, & corpus inuisibile.

a ¶ *Et re*

a ¶ *Et re sacramenti.*] id est, post consecrationem sacerdotis, quæ sacrificium dicitur: duo sunt, ibi, scilicet sacramentum, & res sacramenti quæ ante consecrationem ibi non erant.
a ¶ *Et re sacramenti.*] siue sacrificium hic dicatur ipsum sacramentum, scilicet species visibilis ipsa, siue corpus Christi, siue ipsa immolatio corporis Christi: non est verũ quod hic dicit, scilicet quòd constat ex sacramento & re sacramenti: quia ex his nihil conficitur: sed tenetur collectiue pro ipso sacramenta, & re sacramenti. Et est impropria locutio, id est illa duo: sicut & probatio est valde impropria quæ sequitur, Christi persona conficitur ex Deo & homine, id est, Christus est verus Deus & homo, nõ enim ex Deo & homine aliquid constituitur * vnde Augustinus. Christus ex vna persona geminę substantiæ: quia Deus & homo: nec Deus huius personæ pars dici potest.

b ¶ *Corpore.*] quasi in se habet diuinitatem & humanitatem: alterum naturaliter: alterum per vnionem. non enim ex homine & Deo aliquid constituitur: sed sicut ad constitutionem alicuius totius exiguntur ad minus duo: ita & ad hoc vt Christus sit Deus & homo, exigitur vt illa duo sint eo, id est, humana natura & diuina. Nam & hac similitudine dicitur constare ex illis, similiter ex sacramento & re sacramenti nihil constituitur; sed dicitur constare ex illis sacrificium totaliter acceptum, scilicet vt quasi collectiue accipiatur: quia ad hoc vt plenum sit sacrificium illa duo oportet adesse.

c ¶ *Constat.*] id est, est Deus & homo. extra de hæret. cum Christus.

d ¶ *Quam forma.*] & ita non est panis. argu. ꝫ. ea. panis. arg. contra ꝫ. ea. qui manducat.

e ¶ *Caro.*] id est, species panis, sub qua latet corpus Christi, est sacramentum carnis Christi.

f ¶ *Et sanguis.*] id est, species vini, sub qua latet sanguis Christi, est sacramentum sanguinis Christi.

g ¶ *Inuisibili.*] ‖ dupliciter quidem manducatur Christus, scilicet in sacramento: quod boni & mali faciunt, per fidem cooperantem, & per dilectionem: quod bonorum est duntaxat. H. Et nota quod in sacramentis duæ sunt res, corpus Christi, & vnitas ecclesiæ, secundum quòd notantur hic duo modi manducandi. sacramentalis & spiritualis, extra eod. cum Marthæ.

h ¶ *Visibile.*] scilicet, quondam.

i ¶ *Cælestis.*] id est, cæleste sacramentum, quod vere representat Christi carnem, dicitur corpus Christi, sed improprie. Vnde dicitur suo modo, sed non rei veritate, sed significati mysterio, vt sit sensus, Vocatur Christi corpus. id est, significat.

k ¶ *Passio.*] sub hac appellatione accipe carnem Christi & sanguinẽ.

l ¶ *Fides.*] ‖ id est, fides vocatur. cum enim dicitur, in fide parentum paruuli saluantur, intelligitur id est, in baptismo suscepto in fide parentum. similiter pueri dicuntur fideles, non à fidei virtute, sed à sacramento fidei, vt ꝫ. dist. 4. nihil.

ADDITIO. Adde quòd baptismus dicitur fides, quia est sacramentum fidei, vt habetur ꝫ. 45. dist. de Iudæis. 47. dist. cap. 1. Archid.

DVpliciter.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd dupliciter intelligitur caro & sanguis Christi. Vno modo intelligitur spiritualiter. Vnde dicit Dominus, Caro mea vere est cibus, &c. Alio modo intelligitur de carne quã assumpsit de virgine, & quæ crucifixa fuit in cruce. Seq. cap. patet.

m ¶ *Dupliciter intelligitur.*] i. potest intelligi: secundum illam formam & quantitatem, quã habuit in cruce: vel secundũ quantitatẽ corporis glorificati, q̃d spiritualiter videtur, quod nulli sensui subiacet. ꝫ. ead. in illo sacramento.

n *Via morte.*] *Huius.*] scilicet, mortis & passionis Christi, in cuius memoriam hoc sacramentum institutum est. ꝫ. quia corpus. Archi.

o *Oblata.*] non est in eadem forma.

p *Emel Christus.*] Hæc est 17. pars di. in qua probatur, q̃ Christus semel mortuus amplius mori nõ potest. veritas carnis eius & sanguinis semper est in sacramẽto altaris. & probatur hoc per tria ca. Ioan. de Pant.

CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ quãuis Christus semel passus fuerit. & postquã resurrexit, secundum Apostolum sit immortalis: tamen semel in anno repræsẽtatur mors eius in ecclesia in Pascha in qua representatione fic afficimur, ac si fieret coram nobis.

p ¶ *Et scimus.*] 22. q. 5. hoc videtur.

q ¶ *Ne obliuiscamini.*] arg. propter memoriam multa fieri. ꝫ. ead. dist. & dixit.

‖ *Clauditur hoc vase nostri pia victima phase. Viua, salutaris, semel in cruce, semper in aris. Quos recreat Iesu tã sacri corporis esu: A vitiis munda sacra ti sanguinis vnda. Hic editur Iesus, rema net tamen integer esus: Res occultatur: quare? quia si videatur, Forsitan horrere: & manducare timeres. Vt sine subiectio depen det in aere nubes: Et centrum terræ pelagi sustentat abyssos: Sic vini color & sapor est, pondus quoque panis.*

r ¶ *Representat.*] quia tunc legitur passio Domini, & plenius omnia, quæ in eius passione acta sunt, ad memoriam reducuntur. Forte dicit de iis quæ fiunt in Paraseeue, & de salutatione crucis, vel secundum aliquarum ecclesiarum consuetudinem, quæ solent passionem representare & resurrectionem.

SEmel.] CASVS. Dicitur hic quòd Christus semel immolatus in seipso, id est, in humana & visibili forma, efficax & sufficiens hostia fuit pro omnibus, quos redimendos esse prædestinauit. & licet tantum semel fuerit passus, tamen quotidie immolatur in sacramento.

s ¶ *In semetipso.*] i. passus in propria persona in forma humana.

t ¶ *Immolatur.*] id est, eius immolatio representatur, & fit memoria passionis.

v ¶ *Quod.*] scilcet, quod semel. &c.

‖ Christus pro omnibus mortuus est.

a ¶ *Altitudo.*] ‖ Christus mortuus est pro omnibus quo ad sufficientiam, non quo ad effectum efficax enim fuit quantum in redimente, sed per eos stetit, qui se indignos fecerunt. mortuus est ergo, vt hic dicitur, pro solis prædestinatis quo ad effectum: sed quo ad sufficientiam pro omnibus [a].

a 8. quæst. 2. in scripturis.

b ¶ *Præsciuit.*] in bona significatione. I.

IN *Christo.*] CASVS. Hug. sic ponit hûc casum. Oicit Ambr. in hoc c. q̃ hostia, quæ semel pro nobis oblata est in ara crucis, quotidie offertur in sacramento. & licet in multis locis offeratur, vna est tamen hostia, & non plures: vnû est sacrificium, & non plura. ad memoriam & repræsentationem illius quod olim factum est, quotidie & in pluribus locis iteratur semper idipsum immutabile.

c ¶ *Oblata.*] id est, corpus Christi oblatum est in ara crucis.

d ¶ *Offerimus.*] quotidie offerendo.

e ¶ *Et vna est.*] id est, vnius passionis repræsentatio, non multarum, sicut dicitur vna fides [b].

f ¶ *Idipsum.*] immutabile & perpetuum sup. ea. dist. c. quia corpus, vt perpetua esset redemptionis oblatio, quia huic aliud sacrificium nõ succedit, vt sacrificiis legalibus, quibus sacrificium noui test. successit. q. d. istud non mutatur, quia idem est quod fuit, & ideo ipsum semper idipsum. B.

g ¶ *Plenus.*] quia in qualibet parte est totus. j. ea. vbi pars est.

† al. exemplar

h ¶ *Vnum.*] id est, vna forma confectum, & tamen plura sunt sacrificia

i ¶ *Ille.*] vt ẽ. e. quia.

k ¶ *Hostiam.*] ‖ scilicet seipsum. vnde versus.

‖ Christus se ipsum communicauit.

Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

l ¶ *Consumi.*] & ideo ipsũ semper idipsum. B. m ¶ *Hoc enim facite.*]

c Vt pat.

dicunt quidam c q̃ per hæc verba Dominus Apostolos ordinauit, Hoc facite, &c.

Lu. 22.

L *Iquido apparet.*] Hęc est 18. pars dist. in qua dicitur, quòd ideo Dominus vltimo suum corpus nobis commendauit, vt melius memoriæ commenderetur. Io. de Fant.

CASVS. Quidam reprehẽdebant hoc, sc̃q fideles accipiunt corpus Christi ieiuni: quia Dominus hoc dedit discipulis suis nõ ieiunis, sed præsidiu. contra hos dicitur q̃ Dominus ideo fecit ad extremum, vt magis in memoria haberetur hoc sacrametum: nec iussit q̃ ita fieret, quia nemo mutasset, sed Apostolis hoc

1 Chrysostomus in cand. epi ho. 17.
b Id est, dẽ. no nã tot sunt fides quot sũt homines fideles secundum Lauren.
2 Aug. l. 1. c. 15. Simo. 4. dist. 2. Iuo par. 2. c. 6. Pan. l. 1. c. 145.

diuini concilij altitudo [a] redimendos iudicauit, præsciuit [b], prædestinauit, vocauit, modis, atque temporibus, quibus id fieri congruebat [c].

¶ *Et hoc Iuo ex Lanfranco citat verba B. Augustini & referente, & exponente: quod facit etiam Algerus l. 1. c. 16. & 18. Verba autem B. Augustini in epistola ad Bonifacium, quam Algerus etiam citat, sunt hæc.* Nonne semel immolatus est Christus in seipso? & tamen in sacramento non solum per omnes Paschæ solennitates, sed omni die populis immolatur.

c ¶ Congruebat.] *Apud Lanfrancum hæc sequuntur, quæ respondent alteri membro propositionis B. Augustini.* In sacramento tamen, quod in huius rei memoriam frequentat ecclesia, caro Domini quotidie immolatur, diuiditur, comeditur, & sanguis eius de calice, fidelium ore potatur.

Item Ambrosius in epistolam ad Hebræos, c. 10. [1]

¶ Hostia, quæ semel oblata est, in recordationem suæ mortis quotidie offertur. C. LIII.

2 IN Christo semel oblata [c] est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? nonne per singulos dies offerimus [d]? offerimus quidem: sed ad recordationem mortis eius: & vna est [e] hostia, non multæ. Quomodo vna, & non multæ? quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum† est illius: idipsum, & semper β idipsum [f]. Proinde vnum est hoc sacrificium: alioquin, quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi? nequaquam: sed vnus vbique est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus [g]. Sicut [γ] enim quod vbique offertur, vnum [h] est corpus, & non multa corpora: ita & vnum sacrificium. Pontifex autem ille [i] est, qui hostiam [k] obtulit nos mundantem. Ipsam vero offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata consumi [l] nõ potest. Quod nos facimus, in commemorationem fit eius, quod factum est [Hoc enim facite [m], ait, in meam commemorationem.]

β ¶ Et semper.] *Apud B. Ambrosium, & B. Ioannem Chrysostomum hæc adduntur,* offerimus, nec nunc quidem alium agnum, cras alium, sed semper eundem ipsum: *quæ græce in optimo exemplari manuscripto (nam in Veronensi desiderantur) sic habent,* οὐ νῦν μὲν ἕτερον πρόβατον, ἄυριον δὲ ἕτερον, ἀλλ' ἀεὶ τὸ αὐτό.

γ ¶ Sicut enim.] *In excusatis B. Ambrosij nomine commentarijs legitur,* sicut enim, qui vbique offert. *Sed non est visa mutanda Algeri, Iuonis, & Gratiani lectio. Græce est* ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμα ἐστί, *Nonnulla vero alia sunt emendata.*

determinandum reliquit. & Paulus illos redarguit, qui sacramentum cum cibis sumebant, & in epistola de hoc docuit: & alia se determinare promittit. vnde intelligitur eum determinasse hoc quod tota tenet ecclesia. sic ponit Bene.

n ¶ *Propterea.*] non ergo omnis Christi actio nostra est lectio [d]. j. dist. 4. proprie. 14. q. 5. dixit.

d Al. instruc tio.

o ¶ *Calumniandum.*] id est, calumnia est imponenda.

3 Epist. 118.

p ¶ *Seruatur.*] ‖ numquid quis conficerent pransus? H. d. quòd non: licet secus dicat in aliis sacramentis. B. vero dicit contra, & ego. licet fieri non debeat [e], quia vt hic colligitur, non est ieiunium de substantia, aliàs non confecisset [f] Dominus.

‖ Cõficere potest pransus.

4 Beda in Cor. 11. Iuo p. 2. c. 112. Pan. l. 2. & c. 146. Alg. l. 1. c. 1. c Vt 7. q. 1. nihil.

f Al. consecrasset.

q ¶ *Nunquæ Saluator.*] non redditur hic ratio quare post cœnam Christus corpus suum dedit: sed tantum quare post omnia, id est, vltimo loco. Sic ergo quæris, quare post cœnam corpus suum & sanguinem Christus dederit? ‖ Respondit ideo cœnatus Dominus cœnatis discipulis corpus suum tradidit, vt in hoc sacramento consummationem omnium sacramentorum veteris testamenti, & agni paschalis, quem ante manducauerant, & cæterorum monstrarer.

¶ al. exteri ‖ Christus quare post cœnã suum corpus dedit.

I. Cor. 11.

r ¶ *Infigere.*] nam & pacta nouissima, &c. C. de pact. pacta. argumen. contra. sup. de pœniten. distinct. 2. principium. vers. primo. & docet Tullius in rhetoricis, validiora argumenta in principio & in fine esse proponenda. illud enim procedit quod nouissime fit. ff. de acqui. pos. si quis ante conduxit.

† al. modum. mo variasse

s ¶ *Digressurus.*] quoniam ipse dixit, Vos omnes fugietis, & ego vadam immolari pro vobis.

t ¶ *Seruaret.*] argum. quod canon non determinat, nos determinare possumus, vt 22. quæst. 5. hoc videtur. 32. quæst. 2. quos Deus. ff. de testamen. quæstum. argu. contra 2. quæst. 5. confuluisti.

† al. illis

v ¶ *Mutasset.*] quod enim Dominus iubet, bonus seruus non mutat. 28. q. 1. sic enim. circa princip.

† morum? or.

x ¶ *Ad manducandum.*] corpus Domini.

y ¶ *Multum.*] hoc multum respicit illud, cetera autem.

z ¶ *Insinuaret.*] de iis quæ debeant ordinari.

a ¶ *Ordinatum.*] si. 12. dist. illa.

b ¶ *Orarum.*] id est, regionum.

Panis est.

d ¶ Subtexuit.] *Sequebatur in vulgatis,* quæ ad eiusdem sacramenti ordinem pertinent, scilicet, quomodo ieiuni, &c. *quæ & à plerisque manuscriptis, & originali, & ceteris collectoribus absunt.*

Item Ambrosius in libro 4. de sacramentis, c. 4.

¶ Quæ consecrationem est panis, & quorum Christi, in quæ

P *Anis est.*] Hæc est 19. pars dist. in qua probat ex quibus verbis cõficiatur corpus Christi, & qualiter manducetur. Ioan. de Fant.

CASVS. Quæritum fuit ab Amb. quomodo de pane fit corpus Christi? Et respon. q̃ per consecrationem fit panis Christi corpus. consecratio vero fit per verba Christi, s. hoc est corpus meum. hic est sanguis meus. quibus Christus tãtam vim contulit, q̃ ad eorũ prolationem panis fit corpus Christi, & vinum sanguis: remanent tamen species panis & vini, sub quibus latẽt & operiuntur caro & sanguis: ne in sumendo esset horror, si species crudæ & vitæ carnis & crudi sanguinis appareret. sic ponit H. casum, excepto eo quod ponitur in principio §. Bene. vero sic ponit. Quæritur quomodo de pane fit corpus Christi? & respõdet, verbis Christi. Alia quæ adduntur, laudes sunt & orationes: sed sermo Christi, quo omnia sunt creata, panem, & vinum in carnem & sanguinem conuertit: quam uis non appareat ibi caro vel sanguis. Et q̃ sacramentũ cõficiatur verbis Christi, probatur per verba, quæ presbyter profert in missæ secreta.

a ¶ *Panis est in altari.*] in prima parte dicitur, q̃ ad prolationem illius formæ, Hoc est corpus meum, &c. panis & vinum transeunt in corpus & sanguinem Christi: & hoc propter illorum verborum Christi efficaciã. Ille enim qui ex nihilo creauit omnia, satis potest hoc fic commutare. In secunda parte respondet cuidam obiectioni quare nõ fumitur in eadem forma in qua Christus passus est. In tertia ponit verba illa ad quæ fit transubstantiatio, reliqua de solennitate esse occulte ostẽdẽs. In quarta, dbat nos in altari accipere verũ corpus Christi, auctoritate eiusdem.

b ¶ *Sacramẽtorum.*] ‖ pluraliter dicit propter speciem pluralitatem, vnum tamen est sacramentũ [a]: quia vnus sub vtraq; specie est Christus.

c ¶ *De pane.*] id est, panis transit in carnem & corpus Christi, & hoc est per consecrationem. s. ea. panis. & habetur j. ea. qui manducant.

d ¶ *Quibus.*] quasi dicat, attende cuius verba sunt, & videbis.

e ¶ *Conficit.*] id est transire facit substãtiam panis & vini in verũ corpus & verũ sanguinem.

f ¶ *Sacramentum.*] ‖ dum panis est, nullum est ibi sacramentum, quia nihil significat: sed cum incipit transire in corpus Christi, statim species panis incipit significare corpus Christi, & esse sacramentum. cum autem nihil significaret, tunc non erat sacramentum. non tamen panis, vel sacramentum, vel corpus Christi consecratur precibus: sed in sacramentum quod est corpus Christi, panis fit transubstantiatio.

1 Lanf. ibid. Alg. l. 1. c. 7. & alibi. Guitmundus l. 3. sect. 4. dist. 10 Iuo p. 2. c. 7.

1 Hic summa tm referetur sententia, ver bis hinc inde collectis.

‖ Sacramentũ panis potest dici sacramentum.

a De hoc dixi supra ead. cõpetimus ibi vi dus. Arch.

1 Panis ante consecrationem non est sacramentum.

g ¶ *Quis sermo.*] id est, qua vi & qua potentia hoc facit corpus Christi? ea scilicet qua creauit cuncta.

h ¶ *Quo.*] id est, qua potestate facit? & ita quærendo soluit H. hoc tamen est impossibile quòd panis sit corpus Christi, sed talia verba ad sanum intellectum sunt intelligenda.

191 PAnis est in altari [a] vsitatus ante verba sacramentorum [b]: vbi accesit consecratio, de pane [c] fit caro Christi. Hoc igitur aditruamus. Quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? consecratione. Consecratio autem quibus [d] verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. Vbi venitur, vt conficiatur venerabile sacramentum; iam non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo Christi sermo hoc conficit [e] sacramentũ [f]. Quis sermo [g] Christi? nempe is, quo [h] facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factum est cælum: iussit Dominus, & facta est terra: iussit Dominus, & facta sunt maria: iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo, quàm operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quę non erant; quãto magis operatorius est, vt sint, quæ [a] erant [i], & in aliud commutentur. [2] Et sic, quod erat panis ante consecrationem, iam corpus [k] Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calice missum fit sanguis consecratione verbi cælestis. Sed forte dicis: speciem sanguinis non video: sed habet similitudinem [l]. Sicut enim mortis [m] similitudinem sumpsisti; ita etiam similitudinem [n] pretiosi sanguinis [o] bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretium tamẽ redemptionis operetur. Didicisti ergo, quia quod accipis, corpus est Christi. & c. 5. ¶ Vis scire, quia verbis cælestibus consecratur? Accipe, quæ sunt verba. Dicit sacerdos. Fac nobis, inquit, hanc oblationem adscriptam, rationabilem, acceptabilem β, quod est figura corporis & & sanguinis domini nostri Iesu Christi: qui pridie, quã pateretur, in sanctis manibus suis accepit panẽ, respexit ad cælum ad te sancte pater omnipotens æterne Deus gratias agens benedixit, fregit, fractumque Apostolis suis, & discipulis suis tradidit dicens, Accipite, & edite ex hoc omnes: hoc enim est corpus meum, quod pro multis cõfringetur. Similiter & calicẽ, postquam cœnatum est, pridie quam pateretur, accepit, respexit ad cælum ad te sancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens benedixit, Apostolis, & discipulis suis tradidit dicens, Accipite, & bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus. Vide, omnia illa verba Euãgelistæ sunt vsque ad [accipite] siue corpus siue sanguinẽ. Inde verba sũt Christi, accipite, bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus. Vide singula. Qui pridie, inquit, quàm patere tur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequam cõsecretur, panis est: vbi autem verba Christi acceserint, corpus est Christi. Denique audi dicentem, Accipite, & edite ex eo omnes: hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi calix est vini, & aquæ plenus. Vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa, P conuertere. Deinde ipse Dominus Iesus testificatur nobis, quòd corpus suum accipiamus, & sanguinem suum. Numquid debemus de eius fide, & testificatione dubitare?

a ¶ Vt sint, quæ erant.] *Hæc B. Ambrosii verba, quæ Berengarius catholicis obiciebat, accurate explanãtur à Guitmundo lib. 3. & ab Algero lib. 1. c. 7. Lanfrancus autem non modo ea optime interpretatur, sed etiã addit in quibusdam codicibus sic legi.* Si igitur tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt quæ erant, in aliud commutentur?

β ¶ Acceptabilem.] *In codicibus Gratiani erat,* rationabilem, &c. *Addita vero sunt omnia vsque ad vers.* Vide, (*quod antea erat* Inde) *Multum enim videntur facere ad ea, quæ sequuntur, intelligenda.*

Idem Ambrosius lib. 5. de sacramentis, c. 4.

¶ Non corpus, sed animæ substãtiam fulcit panis vitæ æternæ. C. LVI.

3 NOn iste panis est, qui vadit [q] in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. *& paulo post.*

¶ Iste panis quotidianus est: accipe quotidie [r], quod quotidie tibi prosit: sic viue, vt quotidie merearis accipere [s].

Itẽ August. in epistola ad Irenæu. 4

i ¶ *Quæ erant.*] ante quam consecrarentur. sed esse defierunt [b]. sicut enim sapor aquæ permistæ calici definit esse, ita substantia panis desinit esse consecratione superueniente.

b Quãtum ad substantiam.

k ¶ *Iam corpus.*] id est corpus Christi transit accedente Christi forma, ita vt post consecrationem non sit iam ibi panis, sed verum corpus Christi.

l ¶ *Similitudinem.*] id est, tantum significat.

ADDITIO. Vel dic vt supra, dum frangitur.

m ¶ *Mortis.*] id est, repræsẽtationis mortis suæ passionis.

n ¶ *Similitudinem.*] id est, speciem sub qua latet corpus Christi mortuum pro nobis, ad similitudinem cuius & nos pro ipso mori debemus saltem in peccatis.

o ¶ *Sanguinis.*] non colore, sed representatione.

p ¶ *Vniuersa.*] id est, vinum & aquam.

q *Non iste panis est qui vadit.*] ‖ id est, non incorporatur sicut ceteri cibi, qui in stomacho digeruntur. vel non descendit in stomachum sicut ille cibus corporalis. Vel non transit in substentationem corporis sicut ille. Est enim cibus animæ, non corporis. vnde subauditur, sed, &c. Hug. species tamen bene vadunt in corpus [c]. Sed numquid ibi est sacramentum? Non: quia definit ibi esse * corpus Christi: & tamdiu est ibi sacramentum quamdiu est corpus Christi. Sed quamdiu hoc fit, id est, vsque ad quem locum procedat per gulam, nescio. Sed licet non sit sacramentum cum est in corpore, si tamen euomuerit illud, cum veneratione est seruandum; quia sacramentum fuit.

‖ Corpus Christi non digeritur vt ceteri cibi.

ADDITIO. In hac gloss. supra ibi, nescio. dicit Hug. hoc Deus nouit. sed credit, quòd tamdiu corpus Christi sit in sumente, donec species in ore, & sapor eius non sentitur, quod sit ex quo transglutitur, statim definit esse sacramentum: & corpus Christi definit esse in sumente secundum Hug.

c De hoc no. sup. ea. dist. in c. tribus. in gl. sed nec species. ibi videas. & cap. si quis per ebrietatem Arch. * *Vide notata sup. ead. trib. gradibus.*

3 Sent. ibid. Iuo p. 2. c. 7. In summa redacta verba ídẽ vero habetur apud B. Augu. sermo. 28 de ver. Dom.

4 In gloss. ordin. ad c. 6. Ioan.

r ¶ *Quotidie.*] s. ea. dist. quotidie. & cap. si quotiescumque.

s ¶ *Accipere.*] si fit sacerdos. si laicus, tempore constituto [d], vel potiùs mystice spiritualem notat sumptionem. Vnde glo. ibi, accipe quotidie, id est, quotidie te præpara habilem ad suscipiendum.

d Extra de pœ. & re. c. omnis.

Christus panis est.] CASVS. Dicitur hic, quòd Christus dicitur esse panis, non solum secundū quòd Deus est viuificans omnia: sed etiā secundum q̄ est homo in carne assumpta pro nobis: per quā assumptionē vnitur quis Christo, & viuit de spiritu sancto, sicut vnū corpus de suo spiritu, vnū corpus cum illa carne, vel vnū corpus cum Christo.

a ¶ *Secundum carnē.*] secundum quam est panis hominum [a].

b ¶ *Carni.*] Christi spirituali, id est ecclesiæ.

c ¶ *Vnita.*] per participationem in ecclesia.

Vi manducant.] CASVS. Quæritur, cū Christus in sacramento māducetur, & in partes diuidatur, quomodo dicitur vnus & integer esse? Et respondetur, nō est mirum si māducatus viuat: q̄ occisus resurrexit; & pres quæ fiūt in sacramento, non fiunt de illo: sub illis tamen assumitur totus integer: sicut remansit totus apud patrem cum descēdit de cœlo in Virginē. & ideo dicitur sacramentū, quia aliud apparet, & aliud intelligitur & sumitur: q̄ autem non est in vnitate ecclesiæ, non prodest ei sumere corpus Christi.

d ¶ *In sacramento.*] id est, in specie panis & vini visibili.

e ¶ *Veritate.*] i. vera caro & sanguis Christi inuisibiliter manducantur.

f ¶ *Manducatur.*] id est, modo manducandi sumitur: & ita intelligē omnes tales processus.

g ¶ *Manducetur.*] nec mirum: quia surrexit b occisus. ergo amplius mori nō potest siue manducetur, siue non.

h ¶ *Partes.*] ſ. ea. dist. ego Berengarius. contra.

i ¶ *sic fit.*] id est, sacramentū per partes diuiditur: sub quo totū & integrū Christi corpus latet.

k ¶ *Manducent.*] quia in sacramento.

l ¶ *Partem.*] totū corpus Christi sub parte speciei.

m ¶ *Suam.*] & sub illa totum Christum.

n ¶ *Per partes.*] glorificatū quidē corpus aliquam læsionem post resurrectionem pati non potest 11.q.3. secundum

o ¶ *Integer.*] si credis. ADDITIO. Id est, per fidē: quia credere debes ipsum semper integrum manere, & non per partes diuidi. Arch.

p ¶ *Videtur.*] quia species panis & vini videt.

q ¶ *Panis est.*] i. species panis, & species calicis.

r ¶ *Renuntiant.*] id est, ostendunt & probant.

s ¶ *Quod autem.*] id est, sed.

t ¶ *Postulat.*] nominibus partium appellatur corpus & sanguis Christi. Vel ipsę species, quæ per partes diuiduntur, vocantur corpus & sanguis Christi: sed significati mysterio, vt supra. ea. hoc est.

t ¶ *Postulat.*] id est, quod fideles instruuntur debere credere.

v ¶ *Panis.*] i. sub specie panis latet corp? Christi: & sub specie vini sanguis per significationē. nam in rei veritate, vtrumque sub vtroque latet.

x ¶ *Sacramenta.*] sup. 1.q.1. multi sæcularium c.

¶ *Redere.*] CASVS. Dicitur in hoc ca. q̄ qui credit in Christū, spiritualiter manducat eum, & viuit in æternum: nec tamen sacramenta liter, sumit corpus Domini sicut faciūt mali: sed eius participatione fit membrum Christi: & eius spiritu vegetatur: & ad Deum tendit, ad quem mali non accedunt.

y ¶ *Qui credit.*] ‖ diligendo eum super omnia scilicet sperando eum sibi dari in præmium, ponēdo totam spem in eo, incorporat sibi Christū per fidem & dilectionē, & spem. de pœn. distin. 2. charitas.

z ¶ *Renascitur.*] puta p baptismū, vel per Eucharistiā, cum digne sumit.

a ¶ *In sacramento.*] i. in sacramentali māducatione, sed etiam in spirituali. ‖ nam sicut in baptismo induitur Christus interdum sacramento tenus: interdum quo ad vitæ sanctificationē d (primum bonorum & malorum est commune, secundum bonorum & piorū: sed secundū est p. prium bonorū) sic à malis māducatur Christus sacramentaliter tantum: à bonis vero sacramenta liter & spiritualiter, & ab omnibus credentibus spiritualiter.

b ¶ *Ad altare.*] id est, ad vitam æternam.

c ¶ *Iustificatus.*] infra ead. panem.

d ¶ *Discernit.*] vtrū, s: iuste posit percipere. iustus enim accusator sui ipsius e est. arg. 13.q.2. in præsenti.

Corpus.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ corpus Domini quod ex pane & vino consecratur, in memoriam mortis Christi recte sumitur ad salutem: quod quando ab homine conficitur, virtus Dei inuisibiliter operatur: perducatur panis ille. nam licet Deus sit factor. & auctor panis & vini, tamen homo ministrat. Vel intellige de Christo, & dicas visibilem olim scilicet & nunc in cælo. Sequentia tria capit. plana sunt. *Benedictione Christi*, id est, instituta à Christo: quod dicitur tertio capit. *Pietatis*, id est, sanctæ religionis & diuinæ culturæ: & quia hoc Deus ex pietate constituit.

e ¶ *Corpus & sanguinem.*] id est, transire in corpus & sanguinem Christi: quod est fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum, id est, sacramentum in corpus Christi transubstantiatum.

¶ Etiam secundum carnem Christus est panis viuus. C. LVII.

CHristus panis est, de quo qui manducat, viuit in æternum: de quo ipsemet dicit [& panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, &c.] Determinat, quomodo sit panis, non solum secundum verbum, quo viuunt omnia, sed etiam secundum carnem a assumptam pro mundi vita. Humana enim caro, quæ erat peccato obnoxia, & ideo mortua, carni b eius mundæ vnita c, incorporata, vnū cum illo effecta, viuit de spiritu eius, sicut viuit corpus de suo spiritu. Qui vero non est de corpore Christi, nō viuit de spiritu Christi.

Idem Augustinus sermone 2. de verbis Apostoli [1].

¶ Quomodo Christus visibiliter in sacramentis, spiritualiter manducatur, & bibitur. C. LVIII.

QVi māducāt, & bibūt Christum, vitā manducant, & bibunt. Illum manducare, est refici, illum bibere, est viuere. Quod in sacramento d visibiliter sumitur, in ipsa veritate e spiritaliter manducatur f, & bibitur. Manducatur g Christus: viuit manducatus; quia resurrexit occisus. Nec, quando manducamus, partes h de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit i, & norunt fideles, quemadmodum manducent k carnē Christi: vnusquisque accipit partem l suam m: vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes n manducatur, & manet integer o totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo, manet integer † totus in corde tuo. Totus erat apud patrem, quando venit in Virginem, impleuit illam, nec recessit ab illo, *& infra.*

¶ Quod videtur † p, panis est q, & calix, quod etiam oculi renuntiant r. Quod autem s fides postulat t instruenda, panis v est corpus Christi, calix, sanguis. *& infra.*

¶ Ista ideo dicuntur sacramenta x: quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalē: quod intelligitur, fructum habet spiritalem. *& infra.*

¶ 3 Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis; non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se.

¶ *Sententia prioris partis huius capitis est apud B. Augustinum in sermone 3. de verbis Apostoli, & fusius quidem explicata. Cetera autem à vers.* Manducatur Christus, *vsque ad finem sunt apud Bedam: & pars refertur etiam 7. c. inuitat.*

Idem Augustinus super Ioannem ad c. 6. tract. 26. & 27.

¶ Quo modo spiritaliter corpus Christi sit accipiendum. C. LIX.

4 CRedere in Iesum Christū, hoc est manducare panem viuum. Qui credit y in eum, manducat. Inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur z. [Et, qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.] Participatione enim filij (quod est per vnitatem corporis Christi & sanguinis) homo manducans viuit, non sumens tantum in sacramento a (quod & mali faciunt) sed vsque ad spiritus participationem: vt in corpore Domini tamquam membrum maneat, & eius spiritu vegetetur: quod est, dum eius mandata seruat. ¶ 5 Ad altare b Dei inuisibile (quò non accedit iniustus) ille peruenit, qui ad hoc præsens iustificatus c accedit. Inueniet illic vitam suam: qui hic discernit d causam suam.

¶ *Caput hoc cōfectum est ex dictis B. Augustini in tract. 26. & 27. in Iuonem, & in Psal. 42. & ex Prospero, vt suis locis est indicatum.*

Idem in lib. 3. de Trinitate, cap. 4.

¶ Spiritus sanctus inuisibiliter corpus & sanguinem Christi sanctificat. C. LX.

CORpus e, & sanguinem e Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum rite sumimus f ad salutem spiritualem in memoriam g pro nobis Dominicæ passionis. Quod cum per manus h hominum ad illam visibilē i speciem perducitur, non sanctificatur k vt sit tam magnum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei l: cum hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

[1] Beda 1. Cor. 10. & ibi glos. ordi.

[2] ſ. inuisitur. & qui manducat me. Alg l. 1. c. 5. 7. 15. & alibi. Bertramus de sacram Bich. Sent. 4. distin. 12. Iuo p. 2. c 8.

[b] Subaud. q̄ maius fuit: & ita istud q̄ nō est causale: sed probatio à maiori. vel dic quòd est causale, quia semel est mortuus & resurrexit ad immortalitatem: ergo amplius, &c. vt sequitur in glo. secundum Io. de Fane.

† *hic* } glossa

‖ Corpus glorificatum Iesu non potest, *ergo quidam*, otig.

[c] Ibi dicitur q̄ istud sacramentum dicitur mysterium.

[d] Beda 1. Cor. 10. ex Aug.

[e] Beda ibidē. sup. quia passus.

[f] Beda ibidē.

[g] Alg. l. 1. c. 3.

[Vita præsens habet venialiter non ducit.

[h] Beda 1. Cor. 10. & glossa ordi. ibidem.

[i] Alg. l. 1. c. 10. Iuo p. 2. c. 4.

[k] Beda ab Iuone

[l] Cornē Christi non manducat qui ab eo discordat.

[a] Vt quasi Christum præsentem in cruce videat. sup. e. distin. semel Christus secundum Hie.

[b] Sancta malis obsunt.

[a] *al. Presbyter*, Beda ibidē, & glossa ord.

[8] Alg. l. 1. c. Sent. 4. dist. 9. Iuo p. 2. c. 8.

[9] Beda, & glossa ord. ibidē.

[10] Sēt. 4. dist. 9.

[1. Cor. 11. *Ioan.* 13. Tract. 62. ‖ Iudex nō iudicet secundū conscientiam.

[11] in glossa ordin. in psal. 48. vers. Mandu-cauerunt & adorauerunt ex Aug.

[12] In glossa ordin. in psal. 48. vers. Mandu-cauerunt, & adorauerunt ex Aug.

b Subaud qui in terrenis sint pingues, id est, fortes: in cælestibus debiles. 47. dist. omnes. Arch.

[13] Beda 1. Cor. 11.

[14] Lanf. ibidem. Alg. l. 1. c. 21. Guitmundus. l. 3. Sent. 4. dist. 9. Anſel. 9. c. 11. Iuo p. 2. c. 9. 1. *Cor.* 11.

[Opera Trinitatis sunt indiuisa.

[2] Subaud. secretum & mysticum. ſ. eadē. panis, & calix. Archid.

[3] Beda 1. Cor. 10. & glossa ordi. ibidem.

[4] Alg. l. 1. c. 3.

[5] Alg. l. 1. c. 10. Iuo p. 2. c. 4.

[6] Beda 1. Cor. 10. & 11.

‖ Christus in ductur in baptismo.

[d] Hoc tantum est bonorum ſ. ea. q. 4. quomodo. Iustus ſe ipsum accusat. 4 sup. ead. vt quid. Alg. l. 1. c. 6. & 21. Sen. 4. distin. 9. Iuo par. 1. c. 4.

[e] Arg. 11. q. 3. custo. dij. ead. dist. panem. 5 in 1. sent. Augu. al. Prosperi sent. 289. & ex August. in Psal. 42. Alcuinus de diu. of. fol. 89.

[f] Sumimus.] ad salutem scilicet si digne sumamus.

ADDITIO. Aliàs secus. ſ. ead. & sancta.

[g] ¶ *In memoriam.*] vnde sacerdos cum celebrat, crucem habet ante se f, & laici aliam extra.

[h] ¶ *Per manus.*] quia homo administrat quasdam opportunitates vt fiat panis & vinum. arg. 26. q. 5. nec mirum.

[i] ¶ *Visibilem.*] id est, visibilem oblationem & celebrationem ex multis confectam.

[k] ¶ *Non sanctificatur.*] i. non trāsubstantiatur sacramentū, vt fit, &c.

[l] ¶ *Spiritu Dei.*] sed contra ſ. ea. panis. vbi dixit quod sermo Christi, id est ipse

Operatio Christi, quæ est: Accipite & comedite: hoc est corpus meum, Marci 4.

Ommendauit.] b ¶ *Corpus.*] scilicet corpus suum, quod est ecclesia: vt sit simplex relatio, vt ſ. ead. quia passus.

c ¶ *Nos ipsius corpus,*] spirituale, qū sumus in ecclesia merito & nomine.

Hoc pietatis est.] supra 23. quæst. 4. ipsa pietas, & ſ. ead. distin. quia passus.

Anem.] Hæc est 20. pars distin. in qua dicitur, quòd spiritaliter māducare corpus Christi est portare innocentiam ad altare. & hoc probat per 1. c. Io. de Fan.

CASVS. Debet quis corpus Christi digne sumere dimissis prius peccatis debitoribus suis: nec debet ficte dimittere: quia Deum fallere non potest.

d ¶ *Mortifera.*] q. d. si non potes omnino peccata vitare, ordina ita saltem vt non sint mortifera: ‖ nam sine venialibus hæc vita nō ducitur. de pœ. dist. 3. de quotidianis. debet enim aduersario peccatū remittere, id est, rancorem, sed satisfactionem non cogitur remittere. 23. q. 4. fi illic.

e ¶ *Panis est.*] q. d. non latet sub horribili specie vel nociua: sed sub specie panis, quę est amica naturæ. G.

f ¶ *Quam non fallis.*] 24. q. 3. Deus qui. & omnium secretorū cognitor est. ſ. 32. dist. erubescant.

g ¶ *Ipsum fallere non potes.*] vt 11. quæst. 3. secundum. arg. contra. 16. quæst. 1. reuertimini. dist. 81. oportet. contra sed fallere quis potest quantum in se est: sed non q Deo aliam opinionē inducat propter alicuius fallaciam, quam habet: quoniā immutabilis est. 82. quæst. 4. incommutabilis.

ADDITIO. Dic clarius. Falli dupliciter dicitur, i. in falsam opinionē induci, quod in Deū non cadit: vt hic, & 24. q. 3. Deus. Secūdo modo dicitur falli, id est fraudem pati, secundum quod dicitur Deus defraudari, vel nomen eius falli: vt in contrariis. Arch.

Vi discordat.] CASVS. Dicitur hic, quòd qui malus est, non manducat spiritaliter, nec incorporatur ecclesiæ, licet quotidie sacramentaliter sumat corpus Christi.

h ¶ *Nèc māducat.*] ‖ i. nō incorporatur corpori eius, quod est ecclesia, māducando, i. credēdo: licet quotidie sumat corpus de Virgine natū: hoc. n. & mali accipiunt, vt ſ. ea. c. 1. & ſ. ea. dist. quid est. &c. credere.

ET *sancta.*] CASVS. Dicitur hic quòd bona quandoque nocent malis, vt corpus Christi indigne sumentibus, quod probat auctoritate Apostoli, & exemplo Iudæ. & econtra: mala quandoque prosunt bonis, sicut Angelus Satanæ profuit Paulo.

i ¶ *Obesse.*] ‖ occasionaliter sancta malis obsunt, scilicet cum sunt per abusum sumpta: & sanctorum abusio, id est, præsumptio & temeritas qua quis præsumpsit indigne sumere.

ratio eius, qui casum scripsit. & Gratiani lectionem secutus est. etiam B. Thomas in catena ad eum Ioannis locum. Reliqua vero sunt emendata & locupletata.

Idem † *in libro sententiarū, c. 139.* 7

¶ Sacramentum corporis & sanguinis Christi corporaliter & visibiliter sumitur, sed spiritualiter intelligendum est. C. LXI.

8 QVi discordat à Christo; nec manducat b carnem eius, nec sanguinem bibit: etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat.

Idem tractatu 6. & 62. in Ioannem 9.

¶ Quare corpus Christi & sanguis Christi sit accipiendum. C. LXII.

10 ET *sancta* malis posſūt obesse, bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Vnde Apostolus [Qui manducat, & bibit indigne; iudicium sibi manducat, & bibit:] non quia res illa mala est: sed quia malus male accipit quod bonum est. Nō enim mala erat bucella, quæ tradita est Iudæ à Domino. Salutem medicus dedit: sed quia ille, qui indignus erat, accepit; ad perniciem sui accepit. Et mala prosunt bonis, sicut angelus Satanæ profuit Paulo. Per malum enim fit bonum, cum bene accipitur malum.

Quæ multo fusius apud B. Augustinum explicantur tractatu 6. & 62. in Ioannem, hic in summam quandam sunt collecta

Idem 11.

¶ Non prohibeatur accedere ad altare qui in crimine est. C. LXIII.

12 QVi prohibeat dispensatorem māducare pingues terræ in mensa Domini, sed exactorem q moneat timere r.

Idem in libro quinto de baptismo, cap. 8. 13.

¶ Et qui indigne accipit corpus Christi accipit. C. LXIV.

14 SIcut Iudas, cui bucellā tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiēdo, locum in se diabolo præbuit; sic indigne quisque sumens Dominicum sacramentum, non efficit, vt quia ipse malus est, malum sit; aut, quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini, & sanguis Domini nihilominus etiā erat illis, quibus dicebat Apostolus [qui manducat indigne; iudicium sibi manducat, & bibit.] inquirendo merita singulorum. 1. q. 4. ſ. econtra ego sum Deus zelotes.

Icut Iudas.] CASVS. Quæritur, hic vtrum mali accipiant corpus Christi? Et respondetur quòd sic: quia Iudas quamuis malus esset, tamen corpus Christi accepit indignus: & de male accipiente dicit Apostolus: Qui manducat carnem meam, &c.

s ¶ *Erat.*] sacramentaliter.

Item Ambrosius in libro de his, qui mysteriis initiantur, c. 8. & 9.

¶ Quibus exemplis præter naturam substantia panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi conuerti probetur.

C. LXIX.

21 1 REuera mirabile est [a]; quòd manna [b] Deus pluit patribus; & quotidiano cæli pascebantur [c] alimento. Vnde dictum est [panem angelorum mãducauit homo.] Sed tamen panem illum qui manducauerũt, omnes [d] in deserto mortui sunt [e]. Ista autẽ esca, quam accipis, iste panis viuus, qui de cælo descendit, vitæ [f] æternæ substantiam subministrat; & quicunque panem hunc manducauerit, non morietur in æternum; quia † corpus est Christi. Considera nunc, vtrum præstantior sit panis angelorum, an caro Christi, quæ vtique corpus est vitæ. Manna illud de cælo [g], hoc super † cælum; illud cæli, hoc Domini cælorum; illud corruptioni obnoxiũ [h], si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione [i]; quod quicumque religiose gustauerit, corruptionem [k] sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis è Christo; illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit [l] in æternum. Iudæus bibit, & sitit: tu, cum biberis, sitire non poteris: & illud in vmbra [m], hoc in veritate. Si illud, quod miraris, vmbra est; quantum istud est, cuius & vmbram miraris? Audi quia vmbra est, quæ apud patres facta est [Bibebant enim (inquit [n]) de cõsequente eos petra autem erat [P] Christus. Sed non in pluribus eorum complacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figuram facta [q] sunt nostri.] Cognouisti præstantiora: potior etenim lux, quàm vmbra; veritas, quàm figura; corpꝰ auctoris, quàm manna de cælo. Forte dicas, aliud video: quomodo tu mihi asseris; quòd Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis † vt probemus [r] non hoc esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque vim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur? Virgã tenebat Moyses [s]: proiecit eam, & facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam & serpentis, & virgæ. Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu: subito de fontium venis sanguis [t] cœpit erumpere: non erat potus in fluuiis: rursus ad prophetæ preces cruor cessauit fluminum, aquarum natura remeauit. Circumclusus erat vndique populus Hebræorum, hinc Ægyptiis vallatus, inde mari clausus. Virgam leuauit Moyses: separauit vse aqua, & in murorum speciem congelauit [x]: atque inter vndas via pedestris apparuit. Iordanis retrorsum [y] conuersus contra naturam in sui fontis reuertitur exordium [z]. Nonne claret naturã vel maritimorum fluctuum, vel fluuialis cursus esse mutatum? Sitiebat populus patrum: tetigit Moyses [a] petram; & aqua de petra fluxit. Nũquid non præter naturam operata est gratia [b], vt aquam vomeret [c] petra, quam non habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat, vt sitiens populus bibere nõ posset: misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit: quam infusa subito gratia temperauit [d]. Sub Hælisæo propheta vni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est. rogauit Hælisæum, qui amiserat ferrum: misit etiam Helisæus lignum in aquam, & enatauit ferrum [e]. Vtique & hoc præter naturam factum esse cognoscimus. Grauior est enim ferri species, quàm aquarũ liquor. Aduertimus igitur maioris potentiæ † esse Dei gratiam, quàm naturam: & adhuc tamen [f] propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod, si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret: quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa Domini saluatoris operantur? Nam sacramentũ istud, quod accipis, Christi sermone cõficitur. [2] Quod si tãtũ valuit sermo Heliæ, vt ignem de cælo deponeret † [g]; nõ valebit Christi sermo, vt species mutet elementorũ? De totius mũdi operibus legisti, [quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.] Sermo igitur Christi, q potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt in id mutare quod, non erant? non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Sed quid † argumentis vtimur? sumamus exemplis, incarnationisque exemplo † astruamus mysterij veritatem. Numquid naturæ vsus præcessit, cum Dominus Iesus ex Maria nasceretur? Si ordinem quærimus [d], viro mista femina generare cõsueuerat. Liquet igitur, quòd præter naturæ ordinem virgo generauit. Et hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturã sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine? Vera vtique caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est. Vere ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus Iesus, [Hoc est corpus meũ.] [2] Ante benedictionẽ verborum cælestiũ alia species [e] nominatur: post cõsecrationẽ corpus Christi significatur †. Ipse dicit sanguinem suũ. Ante consecrationẽ aliud dicitur: post consecrationẽ sanguis nũcupatur: & tu dicis, Amen [f], hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna † fateatur: quod sermo [g] sonat, affectus [h] sentiat.

[a] ¶ *Manna dicitur à Mã; quod est bonum admirãtes dixerunt manhu, i. quid est hoc? quasi quàm bonũ & quàm iuste, secundum H. I. Cor. 10.*

[b] ¶ *Manna.*

[c] ¶ *Pascebantur.*] non solùm carnaliter, verum etiam spirituliter: non nulli tamen animales tantùm pascebantur corporaliter.

[d] ¶ *Omnes.*] id est, imitatores eorum qui indigne sumpserunt.

[e] ¶ *Mortui sunt.*] exceptis duobus, scilicet Caleph, & Iosue: vt ꝛ. distinct. 76. ieiunium. & ita propter duos nec plꝰ nec minus: ‖ quia & modicus excessus non attenditur. ff. de verb. obl. cõtinuus. in prin. & parum interuallũ non obest. ff. de duo. re. duos. §. duo. verb. modicum. & modica res non inducit simoniam extra de simo. & si quæstiones. argumen. contra. ff. de verb. sig. l. 3. quia ibi pro vno miliari, quod super est, datur dies. Ioari.

[f] ¶ *Vitæ.*] id est, vitam, per quam æternaliter substinemur.

[g] ¶ *De cælo.*] id est, de aere. insti. de rerum diui. §. fere.

[h] ¶ *Obnoxium.*] quia scaturiebat vermibus, & putrescebat, nisi quòd in opus sabbati reseruabatur.

[i] ¶ *Corruptione.*] quia nec sanctum tuũ dabis videre corruptionem.

[k] ¶ *Corruptionem.*] æternæ damnationis.

[l] ¶ *Diluit.*] id est, remissionem peccatorum cõtulit tibi, si in humilitate permanseris.

[m] ¶ *In vmbra.*] id est, figura fuit.

[n] ¶ *Inquit Apostolus.*] in epistola ad Corithios.

[o] ¶ *Petra.*] ‖ id est, aqua, quæ fluxit de petra, quæ ad litteram eos sequebatur. Alij dicunt quòd reuera ipsa petra. Alij dicũt q̃ soror Moysi Maria tulit secũ partem illius petræ, & vbicũque erat opus, petra illa percussa dabat aquas [b].

[p] ¶ *Erat.*] id est, significabat Christum.

[q] ¶ *Hæc autem in figuram facta.*] Hucusque sunt verba Apostoli.

[r] ¶ *Vt probemus.*] plurium similium inductione ostendit non esse impossibile Deo panem in corpus suũ, & vinũ in sanguinẽ suum conuertere.

[s] ¶ *Virgam tenebat Moyses.*] de hoc habetur 27. quæst. 5. nec mirum. in princ. & verb. hæc potestas.

[t] ¶ *Sanguis.*] hæc fuit prima plaga Aegypti. verus sanguis erat, sicut veri serpentes. quid ergo bibebant Hebræi?

[v] ¶ *Separauit.*] in duodecim diuisiones, vt quælibet tribus per suas turmas incederet.

[x] ¶ *Congelauit.*] dicũt quidam, quòd aqua superior stetit non fluxit, sed inferior fluxit in mare.

[y] ¶ *Retrorsum.*] ad fontem Xanti [c] versa recurrit aqua.

[z] ¶ *Exordium.*] hoc legitur in lib. Iosue, id est desijt descẽdere, quasi gradu recepto reuertebatur in suum exordium.

[a] ¶ *Moyses.*] Historiam habes 23. quæst. 4. §. hisomnibus.

[b] ¶ *Gratia.*] diuina per lignum immissum.

[c] ¶ *Aquam vomeret.*] actualiter, vel naturaliter.

[d] ¶ *Temperauit.*] id est, dulcorauit.

[e] ¶ *Et natauit ferrũ.*] id est, humanũ genus de imo peccatorũ leuauit.

[f] ¶ *Et adhuc tamen.*] q.d. dictum est & probatum, quòd maioris potentiæ est gratia quàm natura rerum. nihil tamẽ adhuc diximus de benedictione diuina, sed tantũ de prophetica. Vel licet multa exẽpla introduxerim de ꝓphetica benedictione, tamen adhuc possum inducere alia de eadem, & addit de Helia [d].

[g] *Deponeret.*] quãdo duo quin quagenarij cõbusti sunt, historiam habes. 23. quæst. 4. quòd Christus.

[a] ¶ *Minus* ‖ *Non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas.*] dicit Imperator, quòd cum nobis consentaneum est vbi nulla est copulatio interposita, intelligi eam adhibitam: multo fortius vbi inutilis fuit ab initio, per nos validam effici, vt C. de rei vxo. act. l. 1. circa prin.

[b] ¶ *Quàm mutare.*] id est, minus est mutare, quàm dare.

[c] ¶ *Sed quid argumentis.*] id est, ad quid subaudi exterius, quasi confirmamus quod diximus exemplis: quæ ipse in se exhibuit?

[d] ¶ *Quærimus.*] id est, hoc corpus, in quo transubstantiatur panis prece mystica, est natum de Virgine: nec Christus post in cœna cum discipulis corpus suum confecit, cum semel in vtero Virginali à tota trinitate perfectum esse non desijt, neque desijsse potuit meritis Christi exigentibus.

ADDITIO Ergo nec Christus corpꝰ istud cõfecit in cœna, nec sacerdos illud quotidie conficit, si verbum teneatur proprie. non ergo ea ratione corpus Christi dicitur confici tali prece, quòd ipsum in vtero Virginis corpus formatum deinceps formetur: sed quia substantia panis & vini, quæ non fuerat corpus Christi vel sanguis, ad verba Christi prolata fit corpus Christi & sanguis: & ideo sacerdotes dicuntur conficere corpus & sanguinem Christi: quia eorum ministerio substantia panis transubstantiatur in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem. Pe. Archidia.

[e] ¶ *Alia species.*] id est, alterius rei species, id est, substantia fuit, vel aliud substantiatum.

[f] ¶ *Amen.*] id est, vẽrum est, vt distinct. 34. sedulo.

[g] ¶ *Sermo.*] ꝛ. distin. 93. diaconi. ‖ ad hoc enim verba sunt institutа, vt quod quis cogitat, aliis proferat. 22. quæst. 2. is autem.

[h] ¶ *Affectus.*] id est, fides.

Item Augustinus in quodam sermone de verbis Euangelij 3.

¶ Quomodo per partes Christus manducatur, & integer permanet.

C. LXX.

4 INuitat † Dominus seruos, & præparauit eis cibũ seipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? & tamen ait [qui manducat me, viuit propter me. Quãdo Christus manducatur, vita mãducatur [i], nec occiditur, vt manducetur: sed mortuos viuificat [k]. Quando manducatur, reficit; sed non deficit. Non ergo timeamus fratres manducare ipsum panem, ne forte finiamus illum, & postea quid mandũcemus, non inueniamus. 5 Manducatur Christus: viuit manducatus: quia surrexit [l] occisus: nec quando mãducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento [m] sic fit: & nõrunt fideles quemadmodum [n] manducent carnem Christi: vnusquisque accipit partẽ suã, vnde & ipsa gratia partes vocantur: [6] per partes mãducatur, & manet integer totus: per partes mãducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo: manet integer totus in corde tuo.

[i] *ad. quod.*

[k] *al. mentitate*

[l] *Sup. ead. qui manducant.*

Item Paschasius in libro de corpore † & sanguine Christi, cap. 9.

¶ Quòd aliud sacrificium non reiteratio est passionis Christi, sed commemoratio. C. LXXI.

22 ITeratur [o] quotidiè [p] hæc oblatio, licet Christus semel passus in carne per vnã eamdemque mortis passionem semel saluauerit mundum: ex qua morte idem resurgens ad vitam, mors ei vltra non dominabitur: quia profecto sapientia Dei patris, pro multis causis necessarium hoc prouidit. Primo quidem, quia quotidie peccamus, saltem in peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest: quia licet omnia peccata donata sint in baptismo, infirmitas [q] tamen peccati adhuc in carne manet. Vnde [s] psalmista, [Benedic anima mea Domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.] Et ideo, quia quotidie labimur [r], quotidie [s] Christus pro nobis mystice immolatur [t]: & passio Christi in mysterio traditur, vt qui [v] semel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua [x] delictorum per hæc sacramẽta corporis & sanguinis peccata relaxet. Vnde oramus, dimitte nobis debita nostra, [quia si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] *Item infra eod. capite.* ¶ Iteratur [y] hoc mysterium ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait. [Hæc quotiescumque feceritis, in meam cõmemorationem facite. Quotiescumque ergo hũc panem sumitis, & bibitis hunc calicem, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.] Non vtique sic est accipiendum, donec mors Christi veniat, quia iam vltra non moritur: sed donec ipse Dominus ad iudicium veniat. Interdum † [z] autem semper mors Christi pro sæculi vita posteris nuntianda est, vt discant, qua charitate dilexit suos: qui pro eis mori dignatus est, cui omnes vicẽ debemus rependere [a] charitatis: quia ad hoc nos prior dilexit, cum essemus [b] gehennæ filij, vt diligeremus eum à morte iam liberati.

ß ¶ Vnde psalmista. *Hæc prophetæ verba, & nõnulla alia, quæ neque apud Pachasiũ, neq; apud B. Thomẽ, quæ in opusculo de sacramẽto altaris illiũ citat legũtur: habẽtur tamen in eodẽ libro edito Rabani nomine.*

Item Augustinus [8].

[o] *Iteratur.*] ‖ quotidie sumimꝰ corpus Christi: quia quotidie egemus, vt remittantur nobis peccata. licet enim per baptismum sublata sunt, tamen propter fomitem originalis peccati quotidie recidiuamus Item alia ratione, vt posteris nostris notificemus mortem Domini, & qualiter dilexerit nos.

[p] ¶ *Quotidie.*] ꝓterquam in die sancto veneris, & in sequenti sabbato. ꝯ. distin. 3. sabbato.

[q] ¶ *Infirmitas.*] id est, origo peccati.

[r] ¶ *Labimur.*] saltem venialiter. de pœn. dist. 2. si enim.

[s] ¶ *Quotidie.*] ꝓterquam in die sancto veneris, & in sequenti sabbato. ꝯ. distin. 3. sabbato.

[t] ¶ *Immolatur.*] Christi immolatio facta pro nobis in sacramẽto corporis & sanguinis eius representatur.

[v] ¶ *Vt qui.*] duæ causæ hic notantur huius sacramenti: deletio venialium peccatorum: & memoria passionis Dominj.

[x] ¶ *Recidiua.*] id est, recidiua delicta, id est, redeuntia per iterationem.

[y] ¶ *Iteratur.*] ob cõmemorationem. ꝛ. ead. dist. c. cum omne.

[z] ¶ *Interdum.*] id est, interim donec veniat Dominus ad iudicium.

[a] ¶ *Rependere.*] vade propheta. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi caliceм, &c. extra de test. cum in officijs.

[b] ¶ *Cum essemus.*] id est, quamuis non dilexerit nos in eo, quòd essemus gehennæ filij ‖ dilexit tamen nos in eo, quòd creatura. vnde dicitur: Nihil eorum odisti quæ fecisti.

Matth. 6. 1. Ioan. 1.

Rom. 6.

Psal. 102.

Luc. 22. 1. Cor. 11.

† *al. de sacram. mysto altaris*

† *Interim* vera lectio

‖ Christus qui licet nos dilexit.

8 Pasc. Algr. Raba. } differt.

1 Lan. A'g. Guit. } sparsim. Iuo par. 2. c. 7.

Deuter. 8. Psal. 77. Deuter. 1. & 2. Exod. 16. Sap. 16. Ioan. 6.

† *al. & supra*

† *exẽplis? Probemus* } orig. ‖ Excessus modicus non attenditur.

Exod. 4.

Vtrum sub figura.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc cap. Augu. ex verbis Christi probat quòd in sacramento altaris est verum corpus & verus sanguis Christi essentialiter sub specie panis & vini, non autem per figuram tantum, vt dixit Bereng. Ostendit etiam quòd virtute & potentia diuina panis & vinum transubstantiantur

¶ Non solum sub figura, sed in veritate, Dominici corporis & sanguinis sacramentum celebratur.
C. LXXII.

VTrum [a] sub figura [a], an in veritate hoc mysticũ calicis sacramentũ fiat. Veritas ait [caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.] Alioqui quomodo magnum † [b] erit [Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,] nisi vera sit caro? Sed quia Christum vorari [c] dentibus [d] fas non est, voluit Dominus hunc panem, & vinum in mysterio [e] vere carnem suam, & sanguinem suum consecratione spiritus sancti potentialiter creari [f], & quotidie pro mundi vita mystice immolari: vt sicut de Virgine per spiritũ sanctum vera caro sine coitu creatur; ita per eumdem ex substantia panis, & vini mystice idem corpus [g] Christi consecretur. Corpus Christi, & veritas, & figura est: veritas [h], dum corpus Christi [i], & sanguis virtute spiritus sancti in virtute † [k] ipsius ex panis & vini substantia efficitur: figura vero est [l], quod exterius sentitur. [1] Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus, saltem peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest. Et ideo, quia quotidie labimur, Christus quoque mystice pro nobis immolatur. [2] Intra catholicam Ecclesiam in mysterio [i] corporis Christi nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito [m] consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est, qui baptizat; ita ipse est, qui per spiritum sanctum hanc [n] suam efficit carnem, & transit [o] vinum in sanguinem. Vnde & sacerdos [p], [iube, inquit [q], hæc perferri [r] per manus Angeli tui sancti in sublime altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis tuæ.] Vt quid perferenda [s] in lucem [t] deposcit, nisi vt intelligatur, quòd ista fiant in eius sacerdotio [u]? Hanc [v] igitur oblationem [w] benedictam, per quam nos benedicamur: adscriptam [x], per quam omnes in cælo adscribamur: ratam, per quam in visceribus Christi esse censeamur: rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilem, vt qui nobis ipsis displicuimus, per hanc acceptabiles eius vnico filio simus. Nihil rationabilius, vt quia nos iã similitudinem [a] mortis eius in baptismo accepimus; similitudinem quoque carnis eius sumamus, & similitudine pretiosi sanguinis potemur: ita vt, & veritas non desit in sacramento, & ridiculum nullũ fiat paganis, quòd cruorem occisi hominis bibamus. Si enim discipuli patienter [b] ferre nequiuerunt, quod Dominus dixit, [qui non mãducat meam carnem, &c.] Sed dixerunt [durus est hic sermo,] quomodo ergo ferrent ista increduli? Credendum est, quòd in verbis [c] Christi sacramenta cõficiantur. Cuius enim potentia creantur prius, eius vtique verbo ad melius proereantur † [7]. Reliqua omnia, quæ sacerdos dicit, aut clerus chori cantat, nihil aliud, quàm laudes [d] & gratiarum actiones sunt, aut certe obsecrationes [e], & fidelium petitiones. Vnde & sacerdos dicit prius Euangelistarum verba assumens [qui pridie, quàm pateretur, &c.] Porro [d] deinceps sunt verba Dei, potestate, & omni efficientia plena [Accipite, & mãducate, hoc est corpus meum.] In hoc ergo creatur illud corpus.

[a] ¶ *Vtrum sub figura.*] *Apud Paschasium ex cuius locis videtur confectum hoc caput, hæc habentur pro titulo quarti capitis,* vtrũ sub figura, an in veritate hoc mysterium vera caro, & verus sanguis Christi fiat. *Caput autem sic incipit.* Quòd in veritate corpus & sanguis fiat consecratione mysterij, nemo, qui verbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait, &c. *Algerus autem, qui cap. 16. hæc eadem fere habet, citat & ipse Augustinum ex libro de sacramento altaris, & hoc facit initium,* Veritas ait, &c.

[b] ¶ Transit.] *Paschasius, & Polycarpus ex Paschasio ad Placidum habent,* trãsfundit sanguinẽ. *sed ob glossam non est mutatum.*

[c] Hanc igitur.] *Apud Paschasium & Rabanum (idem enim fere opus est huius atque illius nomine inscriptum) integra est oratio.* Sed obsecrans per filium patrem, per quem ad eum accessum habemus, Rogamus, hanc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicamur: adscriptam, per quam nos omnes in cælo conscribamur: ratam, per quam in visceribus Christi censeamur: rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilemque facere dignetur †: quatenus & nos per hoc, quòd in nobis displicuimus, acceptabiles in eius vnico filio simus.

[d] ¶ Porro deinceps.] *Sunt hæc addita ex Paschasio, c. vsque ad vers.* In hoc ergo, *vt sententia ipsa perciperetur.*

Item Gregorius Papa in homilia Paschali, id est, 22. Euang.

[a] ¶ *In virtute.*] ꝛ. ead. distinct. corpus & sanguis.
[b] ¶ *In mysterio.*] id est sacramento conficiendo.
[c] ¶ *In merito.*] scilicet vt transubstantiaretur.
[d] ¶ *Hanc.*] substantiam panis & vini.
[e] ¶ *Et transit.*] id est, transire facit.
[f] ¶ *Sacerdos.*] id est, ad ostendendum, quòd non in merito sacerdotis, &c.
[g] ¶ *Iube.*] id est, fac.
[h] ¶ *Inquit.*] per consecrationem. hoc continetur in secreta.
[i] ¶ *Perferri.*] id est, trãsubstantiari. vel perferri, id est, sursum efferri, id est, conuerti in sanctum altare tuum, id est, corpus tuum super choros Angelorum exaltatum. ‖ Sed contra videtur, quòd oratio hæc sit superflua, quia hæc dicitur post verba quorum virtute conficitur [a] corpus Christi: & ita de eo quod iam factum est, superflua est oratio. Respon. scriptura non attendit huiusmodi angustias temporis, sed sacerdos cum non possit multa simul proferre, ita loquitur ac si tempus staret, & essent adhuc facienda, quæ in principio sermonis nondum erant facta. simile nota. 35. distinct. sexto. versus prin. & verba non ad tempus suæ prolationis, sed per conceptionem vel per contemplationem loquentis sunt referenda, vt si dicam, manus mea est clausa, &c. Vel intellige [b] de spirituali corpore ecclesiæ, vt per hoc sacramentum assocletur triũphanti ecclesiæ. vnde sequitur in secreta, vt quotquot inde sumpserimus. cælesti gratia repleamur.
[j] ¶ *Perferenda.*] id est, transubstantianda.
[k] ¶ *In virtute.*] ꝛ. ead. distinct. corpus & sanguis.
[l] ¶ *In mysterio.*] id est sacramento conficiendo.
[m] ¶ *In merito.*] scilicet vt transubstantiaretur.
[n] ¶ *Hanc.*] substantiam panis & vini.

‖ Oratio quæ post consecrationem dicitur, superflua non est.
[a] Vt not. supra ea. panis.

Ioan. 6.

† *al verum Ioan. 6.*

† *al. verbo*

[1] Sup. ead. iteratur.

2. ꝛ. q. 1 intra catholicam. Sent. 4. dist. 11. Poly. l. 3. tit. 9. ex Paschasio.

[a] ¶ *Dentibus.*] id est, in figura vel forma humana.
[e] ¶ *In mysterio.*] id est, sacramento.
[f] ¶ *Creari.*] id est, in veram carnem & sanguinem Christi trãsubstantiari.
[g] ¶ *Idem corpus.*] id est, in sacramento, sub quo latet corpus Christi.
[h] ¶ *Veritas.*] id est, cũ panis & vinum sacrificantur in corpus & sanguinem Domini, ibi est & veritas, quæ corpus est & figura, quæ species est, & est res sacramenti figuras, scilicet sacramentum sanguinis, & sacramentum vnitatis, vt ꝛ. ead. quia passus. vnde & alibi dicitur sacramẽtum sacramentorum, vt ꝛ. ead. tribus. in princ.
[i] ¶ *Corpus Christi.*] id est, sub appellatione ista, corpus Christi, species panis & vini, & verum corpus Christi continetur. ꝛ. ead. hoc est circa finem.

‖ Veritas figura & res sacramenti sunt in altaris sacramento.

[b] Iste forte est melior intellectus. Arch.

[k] ¶ *Vorari.*] ꝛ. ea. dist. ego Berengarius. contra. sed ibi hyperbolice locutus est, & veritatem excesit.

[l] ¶ *Figura.*] Alcuinus de diuinis offic. pag. 89. & 87.

[m] ¶ *Merito.*] Remigius episcopus Autisiod. in canone Missæ.

[n] Transubstantiatio fit ad votum sacerdotis.

[o] ¶ *Transit.*] Paschasius, c. 9. & 10.

[p] ¶ *Sacerdos.*] Ambr. lib. 4. de sacramentis, c. 4. & 5.

[q] ¶ *Iube.*] Exod. 12.

[r] ¶ *Perferri.*] 3. Sent. 4. dist. 12. Ino p. 2. c. 9.

† *al sanguinaris Rom. 6.*

[s] ¶ *Perferenda.*] Ambr. lib. 4. de sacramentis, c. 5. & 6.

[t] ¶ *In lucem.*] Alg. l. 1. c. 22. & 23.

[u] ¶ *In eius sacerdotio.*] Exod. 12.

[x] ¶ *Adscriptam.*] 24. dist. in canone.

[a] ¶ *Similitudinem.*] 1. Sent. 4. dist. 12. Ino p. 2. c. 9.

[b] ¶ *Patienter.*] 3. Sent. 4. dist. 12. Ino p. 2. c. 9.

[c] ¶ *In verbis.*] ꝛ. ead. quia corpus. ꝛ. ead. panis. & ꝛ. ea. non omnis.

[d] ¶ *Quàm laudes.*] ꝛ. 11. dist. ecclesiasticarum. 3. dist. 4. non est aliud.

[e] ¶ *Obsecrationes.*] vt no. ꝛ. dist. 1. de hymnis.

‖ Doctores reprehendi non sunt. [Augustin] Polyc.

Quid

Quid sit sanguis.] CASVS. Ostendit Greg. in hoc cap. quòd corpus Christi ore & corde debet sumi. & hoc sacramentum in memoriam mortis Christi sæpe conficitur à sacerdote per miraculum in præsentia angelorum, vt ibi sit verum corpus Christi, quod in Virgine sumpsit, quod dedit Apostolis, quod in pluribus locis est totum, & quicũque de ipso accipiunt, non minuunt, sed integrum manet, totum manet, quotidie comeditur & bibitur: sed sub alia specie. quia non habemus in vsu carnem crudã comedere, & sanguinem bibere. *Summa & ima.* ima, scilicet panis & vinum, transire in summa, id est, corpus Christi, & vnum ex visibilibus fieri: quia visibilia, scilicet panis & vinum transeunt in corpus Christi inuisibile nobis.

¶ In sanguine agni, Christi sanguis, qui verè nunc sumitur, olim præfigurabatur.
C. LXXIII.

1 QVid sit sanguis [2] agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super vtrũque postem [3] ponitur; quando nõ solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. *Item dial. lib.* 4. 58.

¶ 2 Hæc salutaris † victima [c] illã nobis mortẽ vnigeniti per mysterium reparat [d]: qui licet resurgens à mortuis iam non moritur [a], & mors ei vltra non dominabitur: tamen in semetipso immortaliter, & incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio moritur [e]. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutẽ [f] patitur †, eius sanguis non iam in manus [g] infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur [h]. Quis enim fideliũ habere dubium posit, in ipsa [i] immolationis hora ad sacerdotis vocem [k] cælos [l] aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorũ chori adesse [m]? summa † [n], & ima sociari, terrena cælestibus iungi, vnumque [o] ex inuisibilibus [p], atque visibilib⁹ fieri? *Idem.* ¶ 3 Vnoꝫ, inquit, eodemque tempore, ac momento [q] in cælo rapitur ministerio Angelorum corpori Christi consociandum: & ante oculos sacerdotis in altari videtur. *& infra.*

¶ 4 Tanta est ecclesiæ vnitas in Christo, vt vnus vbique sit panis [r] corporis Christi, & vnus sit calix sanguinis eius. Calix [s] enim, quẽ sacerdos catholicus [t] sacrificat, nõ est alius, nisi ipse, quem Dominus Apostolis tradidit: quia sicut diuinitas verbi [v] Dei vna est, quæ totum implet mundũ: ita, licet multis locis, & innumerabilibus diebus illud consecretur corpus, non sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices, sed vnum corpus Christi, & vnus sanguis cum illo, quod sumpsit in vtero Virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim verbi replet [x] illud, quod vbique est, & coniungit, & facit, vt sicut ipsa vna est, ita coniungatur corpori Christi, & vnum corpus eius sit in veritate. Vnde animaduertendũ est: quia siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrime sumunt, & generaliter omnes, & specialiter vnusquisque.

Item. ¶ Mysterium fidei dicitur †: quia credere debes, quod ibi salus nostra consistit. Prouidẽs enim nobis Dominus dedit hoc sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non potest; per istud sacramentum corporis sui peccatorum remissionem consequamur. Quotidie enim ipse comeditur, & bibitur in veritate: sed integer, & viuus, atque immaculatus manet [y]: & ideo magnum, & pauendum est mysteriũ: quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum mysterium [y] sit, vnde corpus & sanguis dicitur figuram panis & vini habet, faciente Domino: quia non habemus in vsu carnem crudam [z] comedere, & bibere sanguinem.

[a] ¶ Moritur.] *In originali est.* Sacræ oblationis immolatur. *Sed ob glossam non est mutatum.*

[b] ¶ Vno, inquit.] *Hæc habentur apud Aleuinum in libro de diuinis officiis, cap. de celebratione missæ qui Gregorium citat.*

[y] ¶ Manet.] *Quæ post hoc verbum sequuntur apud Aleuinum. sic habent:* Mysterium est, quod aliud videtur, & aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Sed cum mysterium sit; vnde corpus & sanguis Christi dicitur? Consulens omnipotens Deus infirmitati nostræ, qui non habemus vsum comedere carnem crudam, & sanguinem bibere, facit, vt in pristina remaneant forma illa duo munera: & est in veritate corpus Christi, & sanguis, sicut ipse dicit.

Item Ambrosius 5.

¶ Post consecrationem licet figura panis & vini remaneat; tamen nihil est ibi, nisi corpus & sanguis Christi.
C. LXXIIII.

6 OMnia quæcunque [a] voluit Dominus, fecit in cælo, & in terra.] Et quia voluit, licet figura panis & vini hic sit; omnino nihil aliud, quàm caro Christi, & sanguis post consecrationẽ credenda sunt. Vnde ipsa veritas ad discipulos [Hæc, inquit, caro mea est, pro mũdi vita.] Et, vt mirabilius loquar, non alia plane, quàm quæ nata est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepulchro. hæc inquam, ipsa est. Et ideo Christi caro est, quæ pro mũdi vita adhuc hodie offertur, & cum digne percipitur, vitam † vtique æternam in nobis operatur. 7. Panem [d] quidẽ istum, quem sumimus in mysterio, illum vtique intelligo panem, qui manu sancti spiritus formatus est in vtero Virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim Angelorum factus est cibus hominum: vnde ipse ait [Ego sum

[1] Lanfrancus ibid. Oikumenius. 1. a. Alg. l. 1. c. 22. & 23.

[2] Exod. 12.

[3] Sent. 4. dist. 12. Ino p. 2. c. 9.

† *al. sanguinaris Rom. 6.*

† *forte vt ita lectio.*

[a] Vnde sub ista, quando, &c.

† *summis ima*

[1] Alcuinus de diuinis offic. pag. 89. & 87.

[4] Remigius episcopus Autisiod. in canone Missæ.

[5] Transubstantiatio fit ad votum sacerdotis.

[p] ¶ *Ex inuisibilibus.*] id est, ex ipsis sacramentis & rebus sacramentorum. hoc est quod exponendo subdit, vno inquit, id est, vno & eodem momento panis transit in corpus Christi ministerio Angelorum, & in altari videtur per speciem: quasi quod est eius species, videtur eo tempore, &c.

[q] ¶ *Momento.*] id est, eo tempore quo Christus est in quolibet altari, totus in cælo est versus Deus & homo in præsentia Angelorum, facta commutatione in verum corpus & sanguinem.

[r] ¶ *Panis.*] intransitive, id est, vnũ corpus Christi vbique est vbi est consecratum: & sic de sanguine.

[s] ¶ *Calix.*] id est, sanguis qui in calice continetur.

[t] ¶ *Catholicus.*] hinc colligo sacerdotem non catholicum corpus Domini * cõficere non posse ꝛ. ead. cap. prox. & 24. quæstio. 1. schisma.

ADDITIO. Et plane. hoc legi. 1. quæst. 1. si quis inquit. ver. constat. &c. seq. Arc.

[v] ¶ *Diuinitas verbi.*] quæ est verbum, id est, Christus qui sub his speciebus latet: cum ipse est qui mirabilia facit in oculis nostris.

[x] ¶ *Replet.*] donis spiritualibus.

[y] ¶ *Sed cũ mysterium.*] id est, quamuis sit mysterium vnum quod ibi latet, id est, Christus: veraquamuis panis & vinum sit vnius rei mysterium, quod ibi latet, id est, Christus: tamen corpus & sanguis dicitur propter pluralitatem specierum.

[z] ¶ *Crudam.*] ꝛ. ead. forte.

[a] ¶ *Omnia quæcunque.*] CASVS. Ostẽdit Amb. in hoc cap. quòd post consecrationem sub specie panis vel vini nihil aliud est nisi caro & sanguis Christi, & est illa caro quam de Virgine pro salute mundi suscepit: & illud corpus sumimus in sacramento illo quod natum est de Virgine, quòd mortuum est & resurrexit, & sedet ad dexteram Dei patris: & vnus panis est tantum, & non dud.

* *Non vere conficit, sed vere ea requisita adhibita, licet ad suam damnationem.*

b Arg. contra 25. q. vlt. cap. vlt. in fine.

† *al. vita aeterna in nobis reparatur 7. sent. 4. dist. 12.* Petrus Chrysologus serm. 67.

9 Ex lib. 4. de sacramẽtis, c. 4. & 6.

6 Paschasius in eodem li. c. 2. Rabanus c. 3.

Psal. 134.

Ioan. 9.

Psal. 77.
Ioan. 6.

2 *Caro.*]

a ¶ *Caro.*]argum. quòd panis transubstantiatur in corpus Christi.
b ¶ *Pro mundi.*] assumpta.
c ¶ *Sententiis*] id est, auctoritatibus.
d ¶ *Panis.*] id est, caro Christi, quæ dicitur panis humanus.

QVi manducat.] CASVS. Quidam corpus Christi nolebant comedere timentes ne deficere posit. Dicit Au. quòd non debent hoc timere, quia Christus vixit manducatus: quia & occisus resurrexit. nec partes fiunt de ipso in sacramento: sed sub eis sumitur, integer tamē manet totus: sicut totus descendit in Virginem: & totus remansit apud patrem. Sequentia duo ca. plana sunt *secundum se*, id est, secundum formam humanam.

e ¶ *Qui manducat.*] pone casum per c.ſ. cap. qui manducant.
f ¶ *Vivit.*] ſ. ead. sicut Iudas.
g ¶ *Finiamus illum.*] id est, consumamus.
h ¶ *In sacramẽto.*] quia sacramentum per partes diuiditur, sed non ipsum corpus.

1 Beda. 1. Cor. 10. & ibi gloſa ord.

i ¶ *Quemadmodum.*] quia in sacramento.

2 Sup. ead. inuitat. Iuo par. 2. c. 8.

Dehac] id est, sub specie sub qua est, in sacramento. *Commemoratione*, scilicet passionis & mortis eius. ſ. ead. quia passus. *Fit*, id est: transubstantiatur. *Obtulit.* in forma humana. *Secundum se.* secundum sui formam vel speciem: vel in eo statu in quo apparebat, cum intér nos cõuersabatur visione corporali. Arch.

k *Singuli.*] ¶ *Singulis.*] quasi dicat, sub qualibet portione speciei est totus per singulos homines. Arch.

VBi pars.] CASVS. Credebant quidam simplices sub maiori specie panis & vini plus esse de corpore Christi. hi in hoc cap. reprehenduntur. nã totum corpus est vbi est aliqua eius pars: sicut de manna æqualiter habuerunt, qui inæqualiter collegerunt.

a Vt L. & B. qui dicũt hoc audaciter eſſe tenendum.

l ¶ *Vbi pars est.*] dicũt quidam [a] quòd quælibet pars hostiæ licet ipsa integre cõsecretur: conuertitur tamen in totum corpus, non pars in partem. nã aliàs non video qualiter in factione sumeretur totum corpus sub parte prima. sed secundum hoc videtur, quòd vbi pars est, ibi est totũ.

3 Origenes hõ. 7. ſuper Leuiticum.

‖ & secundũm hoc videtur quòd pes & nasus sunt communicati. quod non credo. Ad hoc dicũt quidam, quòd ſi hæc dictio, vbi, designat locum, vera est. nam in quocumque loco est vna pars corporis Domini, est & alia: & ita erit in corpore glorificato. ſi vero dicas quòd vbi, id est, in quacumque corporis parte est pes, est & oculus: falsa est.

4 Iſychius l. 2. cap. 2. ſuper Leuiticum.

‖ Pes & nasus an ſint in Euchariſtia coniuncti.

m ¶ *Corporis.*] id est, sacramenti, sub quo latet corpus. Sed obijcio; panis viuus, qui de cælo descendi.] & item [Panis, quem ego dabo, caro [c] mea est pro mundi [b] vita.] Ex his namque duabus sentẽtiis aperte datur intelligi: quia panis iſte & ille, non duo, sed vnus panis & vna caro, proculdubio vnũ corpus efficitur: illud vere, illud ſane, quod ſumptum est de Virgine, quod passum est, & sepultum, quod surrexit, & in cælum ascendit, & sedet ad dextram Dei patris, & quod est venturum iudicare viuos & mortuos.

d ¶ Panem quidem.] *Hæc vsque ad finem, quæ à Magiſtro etiam referuntur, non leguntur hoc loco apud Paſchaſium, aut Rabanum. Sed ſimile quiddam habetur apud Petrum Chryſologum ſermone 67.*

Item Auguſtinus ex ſermone de verbis Domini [1].

¶ Quamuis quotidie manducatur Chriſtus, integer tamen permanet viuus.
C. LXXV.

2 QVi manducat [e] me, viuit [f] propter me.] ergo fratres timeamus manducare panẽ iſtum, ne forte finiamus illum [g]; & postea, quod manducemus, non inueniamus. Manducetur Chriſtus: viuit manducatus, quia ſurrexit occiſus: nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento [h] sic fit. Et norunt fideles, quemadmodum [i] manducent carnem Chriſti. Vnuſquiſque accipit partem ſuam: vnde & ipſa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in ſacramento, & manet integer totus in cælo: manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando venit in Virginem: impleuit illam, nec receſsit ab illo. Veniebat in carnem, vt eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, vt Angelos paſceret.

¶ *Hæc eadem fere habentur ſ. cap. qui manducat, &c. inuitat.*

Item Hieronymus in Leuiticum [3].

¶ Corpus & ſanguinem Chriſti ſecundum ſe nulli edere licet. C. LXXVI.

4 DE hac quidem hoſtia, quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa vero, quam Chriſtus in ara crucis obtulit, ſecundum ſe nulli edere licet.

Item ex ſermone Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam.

corpus Chriſti non est punctabile. ſi enim est in puncto loci: ergo oportet vt repleat aliquantulum locum. aſsignetur ergo quantum. ſi tantum locum replet corpus, ergo minorem locum replet pars corporis. ‖ propterea melius videtur dicendum quòd corpus Chriſti non circumſcribitur loco, quia non est tantus locus quin

‖ Corpus Chriſti non circumſcribitur loco.

¶ *Habetur in miſſali Ambroſiano in præfatione Dominicæ quintæ poſt Epiphaniã* [1]. *& in antiquis etiam præfationibus in præfatione eiuſdem Dominicæ. Ex Ambroſio citant Algerus, & Iuo, quamuis Magiſter ex Hieronymo. Guitmundus ait eſſe ex præfatione, quæ per totum orbem latinum decantatur.*

¶ Corpus Chriſti in ſingulis portionibus ſinguli totum accipiunt.
C. LXXVII.

5 SInguli accipiunt Chriſtum Dominum; & in ſingulis [k] portionibus totus est: nec per ſingulos † minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis.

Item Hilarius.

¶ De eodem. C. LXXVIII.

6 VBi pars est [l] corporis [m], ſest & totum. Eadem ratio [n] est in corpore Domini, quæ in mãna, quod in eius figura præceſsit; de quo dicitur [qui plus collegerat, non habuit amplius [o]; neque qui minus [p] parauerat, inuenit minus.] Non est omnino quãtitas viſibilis in hoc æstimãda [q] myſterio, ſed virtus ſacramentiſ piritualis.

Idem.

¶ *Iuo etiam citat ex Hilario. & infra ead. cap. in Chriſto in extremo, reſertur vnà cum verbis Hilarij: apud quem tamen non eſt inuentum. Algerus citat Auguſtinũ de ſacramẽto altaris. Idem fere habetur apud Paſchaſium cap. 1. & ceteros, qui hoc idẽ argumentum tractant.*

¶ Corpus Chriſti, quod ſumitur, & figura est in ſpecie, & veritas in ſubſtantia.
C. LXXIX.

7 COrpus Chriſti [r], quod ſumitur de altari, figura est, dum panis, & vinum extra videtur; veritas [s] autem, dum corpus & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur.

Item ex ſymbolo [t] *Epheſino* [8].

¶ Carnem viuificatricem, & ipſius verbi propriam factam in altari accipimus.
C. LXXX.

9 NEceſſario igitur & hoc adijcimus. Annuntiantes enim ſecundũ carnẽ mortẽ vnigeniti filij Dei, id est, Ieſu Chriſti, & reſurrectionẽ eius, & in cœlos aſcẽſionem pariter confitentes, incruentam [v] celebramus in eccleſiis ſacrificij ſeruitutem [x]. Sic etiã ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur participes ſancti corporis, & pretioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum redemptoris effecti; non, vt communem [y] carnẽ percipientes (quod abſit) nec, vt viri ſanctificati, & verbo [z] conũcti ſecundum dignitatis vnitatem,

5 Algerus l. 1. c. 15. Guitmũdus li. 1. col. 6. Sẽt. 4. diſt. 12.

† *al. ſingulas*

‖ Membra in ſancta Euchariſtia non ſunt miſta.

6 Simile apud Euſebium Emiſſenũ hom. 16. quæ eſt quinta de Paſcha, ſeu de corpore, & ſanguine. Guitm. ibid. Paſcha. c. 19. Rabanus c. 43. Sent. 4. diſt. 13. & diſt. 12. *Exod.* 16.

‖ Corpus Chriſti an circumſcribatur loco.

al. Theophaniam

1 Iuo par. 2. c. 4. 1. Cor. 10.

‖ Aqua & petra fuit ſignũ ſanguinis Chriſti.

1 Beduen. Cor. 10.

3 Algerus l. 1. cap. 3. Guitmundus li. 1. p. 2. c. 4.

‖ Sacrificium Deo offerimus non in forma carnis neq; ſanguinis.

7 ſ. ead. in Chriſto. Paſchaſius c. 4. Rabã. c. 12. Algerus l. c. 4. Iuo p. 2. c. 7.

8 Ex epiſtola Cyrilli, & ſynodi Alexandrinæ ad Neſtorium, quæ præponitur Epheſino conc. Paſchaſius in epiſtola ad Furdegardũ. 9 Lanfrancus. Guitmũd° l. 3. Algerus l. 1. c. 10. Iuo p. 2. c. 4.

b Hic textum relinquit quem ordinat vt melius intelligatur.

y ¶ *Non vt communem.*] i. quaſi in cõmuni vſu habetur ad manducandum, nec [b] percipiens carnem alicuius viri ſanctificati. id est, ſancti.
z ¶ *Et verbo.*] non per vnionẽ perſonæ, vt dicebãt quidã hæretici; ſed ſecundũ charitatis dignitatẽ & iuſtitiæ. 24. q. 3. quidam. ver. Neſtoriani.

Inquit

INquit Apoſtolus.] CASVS. Docet Apoſtolus in epiſtola ad Cor. quod patres noſtri eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt nobiſcum, & eundem potum ſpiritualẽ biberunt, ſed corporalem aliam: nam illi mannã & aquam de petra, nos carnem Chriſti & ſanguinem: ſed eumdem habuerunt intellectum ſpiritualem. & littera Apoſtoli exponitur hic ab Aug.

a ¶ *Omnes.*] tam nos quàm patres vete. teſta. ſed diſsimiliter: quia illi in figura, nos in veritate.

b ¶ *Quod tamen idẽ.*] id est, hoc ſignificat idem hoc quod illud. ‖ illi enim biberunt aquam de petra, quæ fuit ſignum ſanguinis Chriſti.

c ¶ *Spirituali.*] id est, ſecundum ſpiritualẽ intellectum, idem manducauerunt iſti ſpiritualiter quod nos: non quòd ſub mãna lateret corpus Chriſti, vt nunc in ſpeciebus ſacramentalibus, ſed quia manna illud ſignificabat.

INChriſto pater.] Hęc est 23. pars diſtin. in qua extirpatur hæreticorum error dicentium filium non eſſe per eſſentiam vnum cum patre, ſed collectiue, nec nos eſſe vnum cum Chriſto niſi ſola voluntate. Ioan. de Fan.

CASVS Beneuentanus ſic ponit hunc caſum: Ariani dicebant tres eſſe ſubſtantias in trinitate: & illud quod dixit Chriſtus in Euangelio, Ego & pater vnum ſumus: de vnitate volũtatis intelligendum eſſe dicebãt: & exẽplum inducebant. Homines dicuntur vnum eſſe in Chriſto, vnitate tamen voluntatis, quia non volunt contraria Deo: ita Chriſtus dicitur vnus cũ patre ſuo voluntate, quia eadem vult cum eo. Contra illos probat Hilarius primum falſum eſſe eorum ſimile. Homines enim dicuntur vnum eſſe cum Chriſto non tantum volũtate, ſed quia ſumus Deo vniti naturaliter, & hoc dupliciter, quia noſtram carnem aſſumpſit de Virgine factus verus homo, & nos naturaleꝫ & propriam eius ſumimus in ſacramento. Secundo oſtendit, quòd alio modo dicimur nos eſſe vnum cũ Chriſto, & alio modo Chriſtus vnum cum patre: & propter hanc diuerſitatem oſtendendam dixit Apoſtolus gradatim, & quodam ordine ego ſum in patre meo: & vos in me, & ego in vobis, vt oſtenderet Chriſtum eſſe in patre per naturam deitatis, & vnitatem ſubſtantiæ. nos vero eſſe in Chriſto per humanam naturam quam ipſe aſſumpſit, & ipſe in nobis per propriam carnem eius, quam in ſacramento ſumimus. Ponitur etiam iſte caſus in apparatu, ſed magis breuiter.

1 Iuo par. 2. c. 4. 1. Cor. 10.

d ¶ *In Chriſto pater.*] Ariani dicebant tres eſſe ſubſtantias in Trinitate; & illud quod dicitur in Euangelio, Ego & pater vnũ ſumus, dicebant non intelligendum eſſe de vnitate eſſentiæ: ſed de vnione voluntatis, quaſi filius non velit contraria patri: ſicut dicitur, Nos ſumus vnum cum Chriſto, ſcilicet vnitate voluntatis. contra iſtos loquitur hic Hilarius, & dicit ſimilitudinem iſtorum falſam eſſe: & dicit, quòd alio modo dicimur nos vnum cum Chriſto, & alio modo ipſe Chriſtus eſt vnum cum patre. & illam diuerſitatem oſtendit per hunc ordinẽ verborum, cum dixit, Ego ſum in patre meo, vos in me, & ego in vobis, vt oſtendatur Chriſtum eſſe in patre ſecundum vnitatem ſubſtantiæ. nos vero ſumus vnum cum Chriſto per humanam carnem, quam aſſumpſit, & ipſe in nobis vnum eſt per propriam carnem, quam in ſacramento eius ſumimus. hanc ſententiam Hilarius obſcuris verbis ponit: & vt ait Hier. inclytus doctor Gallicano cothurno [a] extollitur, longiſque periodis inuoluitur, & à locutione ſimplicium fratrum procul eſt.

3 Algerus l. 1. cap. 3. Guitmundus li. 1. p. 2. c. 4.

a Dicit H. quòd non ſic ſunt eadem res, vt non ſint diuerſa, vt ſuperius tractatum est. tria ſcilicet ſacramentum, res ſacramenti, & res tantum. ſed ſacramentum & res ſacramenti ſunt vna res, vt vnus panis, & vnum corpus. res tantum non ſunt vna res, ſed ſunt vnum, vt vnus panis, & vnum corpus. ſed ſacramentum & res tantum non ſunt vnum, vt vnus panis, & vnum corpus. ſed ſacramentum & res tantum non ſunt vnum, vt vnus panis, & vnum corpus.

e ¶ *Vnum.*] cum enim pater & Chriſtus vnum ſint, id est, eiusdẽ ſubſtantiæ & naturæ vnitate, & nos vnum cum Chriſto per eius carnem aut ſicut diuinam poſsidentis habitationẽ, ſed vere viuificatricem, & ipſius verbi propriam factam.

¶ *Caput hoc in nimias prope anguſtias concluſum. Suæ integritati reſtitutum eſt, potiſsimum ex originali.*

Item Auguſtinus, tract. 26. *ad cap.* 6. *Ioannis.*

¶ Quemodo manna, & aqua de petra fuit idem cum noſtro cibo, & potu.
C. LXXXI.

1 INquit Apoſtolus [omnes [a] eamdem eſcam ſpiritalẽ manducauerunt.] ſpiritualem vtique eamdem: nam corporalem aliam: quia illi manna, nos aliud. Et adiũgit [& omnes eumdem potum ſpiritalem biberũt.] [2] Aliud illi, aliud nos ſpecie viſibili. Quod tamen idem [b] est virtute ſpiritali [c].

¶ *Plenius hæc res à B. Auguſtino exponitur. Sed Iuo habet fere, vt Gratianus.*

Item Hilarius de Trinitate, libro octauo.

¶ Quòd veritatem Dominici corporis, & ſanguinis ſumimus.
C. LXXXII.

23 3 IN Chriſto pater [d], & Chriſtus in nobis vnum [e] in his eſſe [f] nos faciunt. Si vere igitur carnẽ corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & vere homo [g] ille, qui ex Maria natus fuit. Chriſtus est, noſque vere ſub myſterio carnem corporis eius ſumimus, & per hoc, vnum erimus [h], quia pater in eo est, & ille in nobis; quomodo voluntatis vnitas aſſeritur [i], cum naturalis [k] per ſacramentũ [l] proprietas perfectæ [m] ſacramentum ſit vnitatis? Non est humano [n], aut ſæculi ſenſu in Dei rebus loquendũ: neque per violentam † [o], atque impudentem [p] prædicationem, dictorum cæleſtium ſanitati [q], alienæ atque impiæ intelligentiæ peruerſitas est extorquenda [r]. Quæ [a] ſcripta ſunt, legamus; & quæ legerimus, intelligamus: & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali [s] enim in nobis Chriſti veritate, quæ dicimus, niſi ab eo diſcimus [t], ſtulte, atque impie dicimus. Ipſe enim ait [caro mea vere eſca est, & ſanguis meus vere est potus. Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet; & ego in eo.] De veritate carnis, & ſanguinis nõ est relictis ambigendi locus. Nunc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra vere caro est, & vere ſanguis est: & hæc accepta [u], atque hauſta [v] id efficiunt, vt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. An ne hoc veritas non est? Contingat plane his verum nõ eſſe, qui Chriſtum Ieſum verum eſſe Deum negant. Est ergo in nobis ipſe per carnem, & ſumus in eo; dũ ſecundum hoc, quod nos ſumus, in Deo est. Quòd autem in eo per ſacramentum communicatæ carnis, & ſanguinis ſumus; ipſe teſtatur dicens [& hic mundus iam me non videt: vos autẽ me videbitis, quoniam ego viuo, & vos viuetis: quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis] Si voluntatis tantum vnitatem intelligi vellet; cur gradum [x] quemdam, atque ordinem conſummandæ vnitatis expoſuit? niſi, vt cũ ille in patre per naturam [y] diuinitatis eſſet, nos cõtra [z] in eo [a] per corporalem

1 Aqua & petra fuit ſignũ ſanguinis Chriſti.

al. violentiã

‖ Tempus vnum pro altero ſæpe ponitur.

21. diſtin. in nouo. & ff. de verb. ſig. verbum aliquando præteritum pro futuro, vt 50. diſt. ponderet. aliquando ponitur præſens pro præterito. 35. diſt. ſexto die. & hoc verbum fit, quandoque ſe habet ad futurum. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. de inde. econuerſo autẽ ponitur præſens pro futuro. J. diſt. proxi. peruenit. ibi dicit vult. id est, volet.

† *al.* dicimus *Ioan.* 6.

ADDITIO. quod no. J. diſt. 4 omni tempore. 32. q. 5. ſi Paulus. in glo. verba ſunt. 54. diſt. fraternitatem. iuxta fi. Arch.

i ¶ *Aſſeritur.*] ab ipſis hæreticis Ario & eius ſequacibus, qui tres ſubſtantias in Trinitate aſſerunt, vt 24. q. 3. quidam. ver. Ariani.

k ¶ *Naturalis.*] id est, naturalis & propria caro Chriſti ſumpta.

l ¶ *Per ſacramẽtum.*] per ſanguinem, quẽ in ſacramẽto ſumimus, ſi &c.

m ¶ *Perfectæ*] perfectæ dicit, ‖ quia ante vnitas naturæ etiam erat inter nos & Chriſtũ per aſſumptam noſtram carnem, ſed non erat perfecta, nam per illam nos ſumus vniti ei, ſed non ipſe nobis. & ſic per ſacramẽtũ altaris perfecta vnitas est inter nos & eũ.

‖ Vnitas perfecta eſt inter nos & Chriſtum.

Ioan. 14.

n ¶ *Humano.*] quaſi dicat auctoritate Domini volo probare quod intendo, non meo ingenio, quòd illud ſequitur curſum naturæ.

o ¶ *Per violentam.*] id est, per hanc tantam præuaricationem, quæ recte violenta dicitur.

p ¶ *Impudentem.*] i. circũſpectã & improuidã locutionẽ Arianorũ, qui male interpretantur illud, vt in nobis vnũ ſint ſicut tu pater in me.

q ¶ *Sanitati.*] i. ſanitate. Vel legatur acquiſitiue, ſ. perverſe ſana.

r ¶ *Extorquenda.*] hoc vult dicere, diuerſitas vel peruerſitas interpretationis non extorquẽda est à ſanctitate dictorum cæleſtium, id est, à ſanctis dictis cæleſtibus.

s ¶ *De naturali.*] id est, quod dicimus Chriſti naturam in nobis eſſe, habemus ab eo.

t ¶ *Accepta.*] à Chriſto [b].

v ¶ *Hauſta.*] id est à nobis ſumpta. ſed vtrumque verum est. ſi enim ipſe in nobis est per carnem aſſumptam à ſe, eodem modo & nos in eo. Item ſi nos ſumus in eo per carnem communicatam, ſimiliter & ipſe est in nobis. vnde dicitur, quia ego viuo, ſ. naturaliter: quia eiusdẽ ſubſtantiæ cum patre est, & non in eo tanquam vas vel liquor in vaſe: vt mentiuntur quidam hæretici, vt 24. q. vlt. quidam. ver. Metangi.

b Scilicet in vtero virgina li. Hug.

x ¶ *Cur gradum.*] gradatim & ordinate dixit, ‖ ego in patre, & vos in me, ego in vobis. ſi & enim volũtate tantum in vnũ eſſemus, non oporteret dixiſſe, niſi quia ego & pater & vos vnum ſumus, ſ. per volũtatẽ: non feciſſe gradum dicendo ſigillatim vnumquemque. ‖ ordo enim & diſtinctio nominum multum operatur [c], & eſt ſi. ff. ſi quis cau. ſed & ſi. §. quæritum. 43. diſt. ſit rector. extra de reſcri. cum dilecta. nã & ſi ſeruus cõis diſtinctis nominibus dominorum ſtipuletur pro virilibus portionibus eis acquiritur. ſi tacitis nominibus, pro ea tantum parte quæ quiſque dominus eſt ff. de ſtip. ſer. ſi communis ſeruus ita ſtipuletur.

‖ Chriſtus eſt in nobis, & nos ſumus in Chriſto.

‖ Ordo nominum multum operatur.

c Quod not. 63. diſt. metropolitano. Archid.

y ¶ *Per naturam.*] ‖ ſicut enim ipſe eſt vnum cum patre natura diuinitatis, ita vnum eſt nobiſcum humanitatis natura.

‖ Chriſtus eſt nobiſcum vnum.

z ¶ *Nos contra.*] id est, econuerſo.
a ¶ *In eo.*] ſcilicet filio ineſſemus.

a ¶ *Natiuitatem.*]& ita quoque ipse in nobis, sed consummatius & plenius per id quod sequitur. Et sic innuitur hic Christum esse in nobis per carnem in sacramento communicatam, & nos in eo per carnem Virginis assumptam. Sed innuitur contrarium ibi, cum eo qui.

b ¶ *Qui.*] scilicet filius per naturam assumptam à Christo in Virgine, vel à nobis in sacramento.

¶ Patet est in filio, &c. qualiter intelligitur.

c ¶ *Naturaliter.*] per naturam diuinam inest. ¶ sic enim intelligi debet, pater est in filio, & filius in patre, id est, iste est eiusdem naturæ vel substantiæ cum illo, & econuerso.

d ¶ *Secundum natiuitatem.*] id est, de parte nascendo. vel secundum natiuitatē, id est, diuinitatem, quæ est natiuitas.

Ioan. 6.

e ¶ *In eo.*] scilicet filio.

f ¶ *Non enim.*] hic vult dicere, quòd malus non fiat vnum cum Deo per assumptionem corporis Christi, licet eius, id est, mali Christus habeat in se carnem assumptam.

Ioan. 6.

g ¶ *Sumpserit.*]per incarnationem in Virgine.

al. propter

h ¶ *Per me.*]hoc est ex patre habet viuere, qui ex eo natiuitatem habet:

¶ Homo non habet natiuitatem à Christo.

¶ homo vero non habet natiuitatē à Christo, sed ab homine,à quo gignitur & nascitur, & ideo non est ibi omnimoda similitudo.

i ¶ *Per patrem.*] id est, à patre secundum diuinitatem.

k ¶ *Quomodo non naturaliter.*] id est, sicut Christus est vnum cum patre.

l ¶ *In se.*] i. secundum naturam diuinam, quæ spiritus est, q.d.quoniam non habet naturam cum patre, vt sit idem cum eo. & sic vere Dei filius est vnum & idem cum patre vnitate substantiæ, non voluntatis,&c.

m ¶ *Hæc autem.*]scilicet superiora. aliàs supradicta.

n ¶ *Et per honorem.*] id est, honorabile, sacramentum nobis datum à Christo in cœna.

o ¶ *In calicem.*] Hæc est 24. pars distin. in qua ratio redditur,quare aqua mittitur in vinum. Ioan.de Fan.

CASVS. Casus iste ponitur sic : Melchisedech corpus Christi præfigurauit quando panem & vinum obtulit , sed aquā obtuliſſe non legitur. & ideo quæritur quare in sacrificio aqua ponitur Et respondet Ambrosius duas de hoc rationes assignans. Vna est, quia aqua de petra fluxit, quæ

1 S.corpus.

eius natiuitatem a , & ille rursus in nobis per sacramentorum ineſſe mysterium crederetur:ac sic perfecta per mediatorem vnitas doceretur: cum nobis in se manentibus ipse maneret in patre, & in patre manens, ipse maneret in nobis : & ita ad vnitatē patris proficeremus, cum eo quib naturaliter c secundum natiuitatem d ineſt, nos quoque in eo e naturaliter ineſſemus, ipso in nobis naturaliter permanente. Quòd autem in nobis naturalis hæc vnitas sit, ipse ita testatus est. [Qui edit carnē meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.] Non enim f quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit g . Perfectæ autem huius vnitatis sacramentum superius iā docuerat dicens [sicut misit me viuens pater, & ego viuo per † patrem ; & qui manducauerit meam carnem, & ipse viuet per me h .] Viuit ergo per patrem : & quomodo per patrem i viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur ; vt id, de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur. Hæc ergo vitæ nostræ causa est, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus, victuris nobis per eum ea cōditione, qua viuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum viuimus, id est, naturam suæ carnis adepti, quomodo k non naturaliter secundum spiritum in se l patrem habeat, cū viuat ipse per patrem ? *Item infra.* ¶ Hæc m autem idcirco commemorata à nobis sunt: quia voluntatis tantum inter patrem & filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis nostræ ad Deum vtebantur exemplo, tāquàm nobis ad filium, & per filium ad patrem obsequio tantum, ac voluntate religionis vnitis, nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur:cū & per honorem n nobis datum Dei filii, & permanentem in nobis carnaliter fillium, & in eo nobis corporaliter, & inseparabiliter vnitis mysterium veræ, ac naturalis vnitatis sit prædicandum. *Idemß.* ¶ 1 Corpus Christi, quod sumitur de altari,figura est, dū panis, & vinum extra videtur:veritas

hoc sacramentum significauit,alia est quia de latere Christi aqua fluxit & sanguis. & assignat rationem quare de latere, Postea ponit multas auctoritates per quas corpus Christi multipliciter commendat. Diuiditur. in prima parte dicit quare aquam in sacrificiis offeramus. In secunda commendat sacrificium multiplici auctoritate.

autem, dū corpus & sanguis Christi in veritate interius creditur.

α ¶ *Quæ scripta.*] *Audita hæc sunt vsque ad vers.* De naturali. *ex ipso originali, itemque alia nonnulla, quæ facere videbantur ad sententiæ integritatem.*

ß ¶ Idem.] *Antea legebatur*,id est. *Emendatum est ex vetustis codicibus. De hoc autem loco notatum est supra ead. cap. corpus.*

Item Ambrosius in libro quinto de sacramentis,cap. primo.

¶ Quare in sacrificio aquæ vino misceatur. C. LXXXIII.

24 IN calicem o mittitur vinum: & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis , quomodo ergo Melchisedech panem, & vinum p obtulit q ? Quid sibi vult admistio aquæ? Rationem accipe. *& paucis interiectis.* ¶ Iusit Deus Moysi, vt tangeret petram de virga: tetigit petram, & petra vndam maximā fudit, sicut Apostolus ait, [bibebant autem de consequenti r eos petra : petra autem erat Christus.] Non immobilis petra, quæ populum sequebatur. Et tu bibe, vt te Christus sequatur. Vide mysteriū. Moyses, hoc est, propheta s ; virga t , hoc est , verbum Dei. Sacerdos verbo Dei tāgit petram v : & fluit aqua, & bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos calicem , redundat aqua in calice, salit x in vitam æternam , & bibit populus Dei , qui Dei gratiam consecutus est. Didicisti ergo hoc. Accipe y & aliud. *& paucis interiectis.* ¶ De latere eius aqua fluxit , & sanguis, Quare aqua? quare sanguis? Aqua, vt emundaret z ; sanguis, vt redimeret. Quare de latere ? quia vnde culpa a , inde gratia : culpa per feminam , gratia per Dominum Iesum Christum. *Item cap. 3.* ¶ Audi psalmum. Vide, quemadmodū aptus sit cælestibus sacramentis. [Dominus pascit me, & nihil mihi deerit , &c. Virga tua, & baculus tuus , ipsa me consolata sunt.] Virga imperiū, baculus passio est, hoc est , æterna diuinitas Christi; sed etiam passio corporalis. Illa creauit,hæc redemit b [Parasti in conspectu meo mensam c , & c. & proculum tuum inebrians d quàm præclarum est.] *& infra.* ¶ Quotiescumque bibis , remissionem accipis peccatorum , & inebriaris in spiritu. Vnde & Apostolus ait [Nolite inebriari vino, sed implemini spiritu sancto.] Vino enim qui inebriatur, vacillat, & titubat. Spiritu qui inebriatur, radi-

p ¶ *Et vinum.*]expressum autem non est quòd obtulerit aquā ‖ præsumimus tamen ꝙ & sinō aquam vino miscuisset, vinum tamen lymphatū obtulit:quia prohibitum erat sacerdotibus in templo ne purum vinum biberent. vnde Apostolus: Nolite inebriari vino, &c. similiter de Christo credendum est a , quia magister est abstinentiæ. 1.q.2.quàm pio.

‖ Melchisedech vinū lymphatum obtulit.

a Hoc est expressum sup. ea.in sacramēto.

q ¶ *Obtulit.*]ideo forte quia fatigatis,non purum vinum sed cū aquā mistum solemus offerre.

r ¶ *De consequenti.*] id est,satisfacienti eis petra. ‖ Vel sicut tradit Hebræi, aqua de petra, quā Moyses bis percussit saliens vsquequaque populū per desertum ambulantē secuta est:de petra quæ est Christus,salit aqua æternæ vitæ : quam potamus in deserto huius vitæ ambulantes,quia deseritur à stabilitate huius mundi. 7. dist.5.ne tales. ibi, non enim manere.

Gen. 14. ‖ Aqua de petra populū per desertum secuta est.

s ¶ *Propheta.*] i.sacerdos.43.dist. sit rector.

t ¶ *Virga.*]virga in manu sacerdotis.est verbum Dei in ore sacerdotis. aliter exponitur 45. dist. disciplina.

1. Cor. 10.

v ¶ *Tangit petram.*]id est, prædicat Christum, Vel tangit petram, id est, duritiam cordis.

x ¶ *Salit.*] id est , facit nos salire,id est, transire.

y ¶ *Accipe.*] alia ratio quare aqua misceatur in sacrificio.

ADDITIO. Sunt quat tuor rationes , quare aqua misceatur vino. Prima quia fluxit aqua de petra in signum Passionis Christi. 5.ead.reuera. Et est secunda ratio, quia exijt de latere Christi. 5. ead. cap. 1. Tertia quia Christus hoc fecit. 5.ead. scriptura, Quarta qa populus per aquam significatur , & per mistionem aquæ cum vino populi redemptio.5. ea. cū omne.secundum Hug.

Ioan. 19. Gen. 2.

Psal. 5.

z ¶ *Vt emundaret.*]infra dist.4. proprie. in fin.

a ¶ *Quia vnde culpa.*] ‖ q.d.de latere culpa , & de latere gratia : sed non de eodem latere. verbi gratia:de latere Adæ fuit femina , vnde culpa exiit:de latere vero Christi sanguis & aqua , vnde gratia. G.

‖ Culpa de latere, & gratia de latere.

b ¶ *Hæc redemit.*] scilicet passio,& fides eius.

c ¶ *Mensam.*]i.cōmunionem corporis tui.

d ¶ *Inebrians.*] id est, dans obli

dans oblionem delectationum:vt supra distinct.35.luxuriosa.

a ¶ *Pacificata sunt omnia.*] in terra redempti sunt homines. princeps enim mundi huius eiectus est foras,in cœlis chorus Angelorum, qui iam turbatus fuerat,per passionem eius & resurrectionem spe futuræ reparationis in noua gaudia resurrexit: vt supra eadem distinct.1. hi duo. ¶ nec (vt Origenes dogmatizauit) pro redēptione diaboli passus est Christus : nec pro Angelis , sed vt eius lapsus in restitutione hominis esset reparatus. & ideo dicitur pro Angelis fieri dum quod inde cecidit,ex hominibus redditur : & ideo etiam dicuntur pacificata q̄ sunt in cœlo, quia numerum Angelorum diminutum fide passionis suæ Christus replet. id est, homines, qui peccato depraui erant , suo sanguine redemit,& ex his ruinam Angelorum resarcit Deus. supra distin.1. hi duo.

Christus pro dæmonibus & reprobis nō est passus.

Molēs omissa.

b ¶ *Vel in cœlo.*] vel, pro&,id est, animæ sanctorum quæ iam in cœlis sunt,& sancti,qui adhuc sunt in terra: & tūc pacificata, id est, saluata. Vel pacificata,id est, homines Angelis reconciliati sunt.

c ¶ *Cœlum.*] id est, illi qui ascēdunt in cœlum, sanctificati sunt : quibus suppletur ruina Angelorum in cœlis.Ioan.

d ¶ *Supersubstantialē.*] & in textu Matthæi est, supersubstantialem,id est, super omnē subsātiam, scilicet creatam.

Sicut verus est Dei.] Hæc est 25.pars dist. in qua probatur per 9. cap.Christum verum esse Deū,& in sacramento altaris verum corpus & sanguinē eius.Io.de Fāt.

CASVS. Sicut Christus est verus filius Dei, nō per adoptionem, sed ex substātia eius : ita vera est eius caro, quam in sacramēto sumimus. caro autem non descendit de cœlo, sed panis. vnde quia Iesus particeps fuit vtriusq;:qui accipit carnem & corpus eius,particeps est deitatis ipsius.

e ¶ *Quasi filius.*] expressium est veritatis. non enim imagine naturæ veritas obumbratur. ff.de lib. & posth.filio.

f ¶ *Et tu quia accipis.*] id est, corpus Christi accipis diuinæ substantiæ vnitum.

1 Ag.l.1.ca. 6. Gaium dias. li.

In illo sacramento.] CASVS. Dicitur in hoc capit. quòd in sacramēto Eucharistiæ est corpus Christi, & non corporalis esca, sed spiritualis. & ad hoc probandum inducit Ambrosius auctoritatem Apostoli.

1 Cor 10.

g ¶ *In illo sacramento.*] id est,sub illa visibili specie. vel intransitiue illud sacramentum. scilicet sub illa specie. Vel illa species etiam suo modo dicitur corpus Christi.supra ead.species.

13 2 SExtam e sanctam synodum recipio cum omnibus canonibus suis, in quibus dicitur f. In quibus † picturis sanctarum imaginum agnus præcursoris digito ostensus depingitur, quig in figuram h gratiæ β transiti, verum nobis per legem Moysi demonstrans agnũ Iesum Christum Dominum nostrum. Antiquis ergo figuris, & vmbris, ad veritatis præfigurationem sanctæ ecclesiæ traditis vale⁊ dicentes, gratiam k, & veritatem præferimus, & sic plenitudinem legis recipimus. Verum igitur agnũ 3 Dominum nostrum Iesum Christum secundum imaginem humanam amodo etiam in imaginibus pro veteri agno depingi iubemus.

† al. sexta

habetur in quibusdam, & secundum hoc littera patet. Vel in quibus.

g ¶ *Qui.*] id est, sacrificium cuius agni.

h ¶ *In figuram.*] tẽpore gratiæ, quæ figurabatur in veteri testamẽto.

i ¶ *Transit.*] id est, transire debet, quasi non debet depingi.

k ¶ *Gratiam.*] id est, gratiosam veritatẽ, scilicet Christũ hominem.

1 ¶ *Pro veteri.*] Hoc credo reprobari : ‖ quia in cruce tantum agnus Dei depingebatur. nam aliàs homine depicto agnum depingi non obest in parte inferiori. sed cũ corrigatur quo ad hoc : ergo quomodo recipitur cũ omnibus canonibus?

‖ Scilicet.

Omnes quos.] Hæc est 14. pars distin. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Tradunt hic catholici doctores, quòd pater & filius & spiritus sanctus vnius sunt substantiæ. & non tres dij, sed vnus : & quia pater genuit filium, non est filius : nec filius pater : nec spiritus sanctus est pater & filius, sed patris & filij spiritus : nec dicitur Trinitas incarnata, crucifixa, sepulta, sed tantum filius : nec dicitur Trinitas descẽdisse super Iesum in specie colũbæ, nec super Apostolos in specie ignis, sed solus spiritus sanctus : nec illa vox ꝙ facta est ad Christum quando fuit baptizat⁹, scilicet, Tu es filius meus dilectus : vel illa quãdo coram tribus discipulis fuit transfiguratus, scilicet, Hic est filius meus dilectus, &c. nec illa vox, Clarificaui, & iterum clarificabo, attribuitur Trinitati. sed tantum patri : quamuis inseparabilia sint opera Trinitatis.

m ¶ *Omnes.*] CASVS. In prima parte dicit tres personas patrem & filium & spiritum sanctum vnius & eiusdem substãtiæ. In secũda parte dicit, quòd licet istæ tres personæ sint eadem essentia : quædam tamen singulariter attribuũtur personis, quæ Trinitati non attribuuntur : & similiter aliquid attribuitur patri quod non filio, & econuerso. & idem in spiritu sancto.

Mar. 1.

Act. 2.

Mar. 1. Io. 11.

n ¶ *Columbæ.*] ‖ vera quidem columba fuit, quæ nec prius nec postea compariut : sed in suam materiam rediit : sicut legitur de stella, de qua descendit spiritus sanctus per significationem. significabat enim plenitudinẽ donorum spiritus sancti, quæ in Christo erant, super quẽ spiritus sanctus descendit. infra distinctio. proxi. per aquam.

‖ Colũba quæ descendit in bapt. smo. Christi vera fuit.

o ¶ *Ignis.*] genitiui casus est, aliàs non cõgrue diceretur, &c.

5 Sixt glo. ord. in ca. 3. Ioan. Nisi quis

Necessarium.] Hæc distinct. diuiditur, in 32. partes: in quarum prima probat per 10.c. quòd qui non fuerit baptizatus, saluus esse non poterit. Secunda ibi, *Non ratione.* Tertia ibi, *Mulier quamuis.* Quarta ibi, *Solet.* Quinta ibi, *Ostenditur.* Sexta ibi, *Non illud.* Septima ibi, *Baptismi.* Octaua ibi, *Hi de quib⁹.* Nona ibi, *Aliud est.* Decima ibi, *Tunc valere.* Vndecima ibi, *Siue paruuli.* Duodecima ibi, *Si non sanctificatur.* Decimatertia ibi, *Prima igitur.* Decimaquarta ibi, *Paruuli.* Decimaquinta ibi, *De trina.* Decimasexta ibi, *In synodo.* Decimaseptima ibi, *Venisti.* Decimaoctaua ibi, *Iudæi.* Decimanona ibi, *In catechismo.* Vigesima ibi, *Omnis.* Vigesimaprima ibi, *Non licet.* vigesimasecunda ibi, *Si ad matris.* Vigesimatertia ibi, *Qui bis.* Vigesimaquarta ibi, *Presbyteris.* Vigesimaquinta ibi, *Quãdo quis.* Vigesimasexta ibi, *Quæris.* Vigesimaseptima ibi, *Si baptizata.* Vigesimaoctaua ibi, *Nõ ex quo.* Vigesimanona ibi, *Quando.* Trigesima ibi, *Non dubito.* Trigesimaprima ibi, *Placuit igitur.* Trigesimasecunda ibi, *Placuit vt quicumque.* Ioan. de Fant.

CASVS. Quærebatur hic quę sint necessaria illi, qui vult baptizari. Et respõdet, quòd duo sunt necessaria, scilicet, vt aqua exteri⁹ abluaẽ, & vt fides interius habeaẽ, vt sicut aqua visibili, ita & spũ inuisibili baptizetur.

a ¶ *Necessarium* est.] Hic depingitur 4. distin. in qua agit de baptismo qui est ianua omniũ sacramentorum. Vnde videndum est quid sit baptismus, quæ forma baptizandi, quãdo fuit baptisma institutum, quot sunt genera baptismi, & quis effectus. ‖ Et quidem baptismus est exterior hominũ ablutio cum certa forma verborum. Est etiam character impressus animæ. Dicitur etiam baptisma ipsa aqua: vt 1. quæst. 1. detrahe. ‖ Forma autẽ baptismi est, Baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti [a], Amẽ. Quam formam Dominus tradidit discipulis suis cum dixit: Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. j. ead. proprie itaque. nec etiam omitti debet hoc pronomen, ego. ext. de baptis. si quis sane. Nec obst. j. ead. à quodam. quia ibi nomine Christi intelliguntur tres personæ. Et institutum est secundum quosdam cum dictum est Nicodemo: Nisi quis renatus fuerit, &c. secundum alios cum dixit discipulis, Ite baptizate, &c. & hoc post mortem secundum alios cum misit Iudam cum cæteris. 1. q. 1. dedit. Ego credo quòd tunc cum à Ioãne est baptizatus: vt j. ead. per aquam. ‖ Quot sunt genera baptismi? & quidem tria: fluminis, & sanguinis, & flaminis, vt dicemus infra ead. baptismi. ‖ Quis est eius effectus? quia cum digne quis baptizatur, tam actuale quàm originale peccatum sine pœnitentia tollitur: vt infra ead. sine pœnitentia. aliàs enim est tantum sacramenti * collatio [b].

b ¶ *Sacramentum.*] subaudi, vel aliquid quod suppleat vicem eius. hæc autem sunt duo, scilicet, martyrium, & cordis contritio. j. ead. baptismi vicem. & c. catechumenum. ‖ Et ita aqua est sacramentum: quia intransitiue legitur hoc, sed ipse character similiter. 32. q. 7. licite. ipsa etiam ablutio. & hæc tria idem significant, s. ablutionẽ interius factam: vel quæ fieri debet, propter fictę accipiẽtem. Sed de aqua quando dicis [c] incipiat vel desinat esse sacramentum? Dic, q̃ simul incipit & definit esse sacramentum, s. in prolatione vltimæ syllabæ ipsius formæ: quia tunc signat: non autem ante vel post est sacramentum: remanet tamen res sacra ext. de sac. vnc. c. 1. Idem dicitur in oleo benedicto vel chrismate: quia tamdiu est sacramentum quamdiu fit cum eo vnctio. non enim ante vel post: remanet tamen res sacra. Alij tamen dicunt contra vt notatur 1. q. 1. detrahe: quod multum facit pro opinione nostra. Item si alius liquor admisceatur illi aquæ, numquid baptizatur puer? secundum leges videtur, quòd non: quia definit esse aqua: quia liquor nouus efficitur. ff. de acquirendo rerum domi. adeo. §. voluntas. sed hoc non credo: quia quotidie mari nouus liquor adiicitur, vel sputum, vel vrina: & sic in mari non fieret baptismus, secundum canones secus.

c ¶ *Doctrina.*] id est, fides, quæ habet per doctrinam.

d ¶ *Renascitur.*] de adultis scilicet & sensatis ab hinc intelligitur cap. de pœn. di. 4. c. in domo.

e ¶ *Intellectu.*] in fide, quæ intellectu comprehenditur [c].

f ¶ *Vt symbolum.*] infra ead. ante[l] viginti.

g ¶ *Spiritu sancto.*] hoc quantum ad paruulos, qui nõ habẽt fidem.

Per baptismũ Christi.] CASVS. Beneuen. sic ponit hũc casum. In hoc c. dicit Aug. [d] per baptismum omne peccatũ actuale dimittitur: originale vero non deletur omnino, sed debilitatur & mitigatur, vt iã nõ imputetur ad pœnam æternã, & ad quid remaneat interserit, vt s. homo cõtra illicitos motus ex illo procedentes pugnans & vincens coronã mereatur. vbi enim luctа, ibi corona. nemo eñ coronabit nisi q̃ legitime certauerit. & hũc casum melius ponit Hugo quàm Beneuenta.

h ¶ *Euacuatur.*] ‖ no. q̃ quadruplex est pœna originalis peccati, præcludit ianuã celestem, perpetuo damnat, causa est mortis rẽporalis, & impotentia resistendi virtis. prima duo & vltimum tollit baptismus.

i ¶ *Sed ne absit.*] immo etiam vt prosit, quia vbi maior pugna, maior corona. de pœn. dist. 3. ille rex. similiter remanet actu, sed inefficax, vt est in pacto de non petẽdo instit. de except. §. præterea. vel cum opponitur exceptio sententiæ. ar. ff. fol. mat. viro itaque. & sic originale transit reatu, sed manet actu.

ADDITIO. Hic adde & vide q̃ d leg. & no. j. e. di. nõ ex quo. Arch.

k ¶ *Miraculo.*] ‖ vt in beata Maria, & in Ioanne Apostolo, quia neuter eorum potuit peccare. Item natiuitas Mariæ in vtero non celebratur, sed natiuitas ex vtero bene.

l ¶ *Totũ.*] ar. ‖ q̃ in baptismo oĩs seqla & infamia abolet [d], & q̃ gra Dei in baptismo nõ regrit gemitũ vel planctũ: vt dist. e. sine pœnitẽtia.

m ¶ *Factũ.*] ar. ext. de verb. sign. nã & ego. ar. ff. de ædil. edic. q̃d ita.

Firmissime.] CASVS. Hug. sic ponit hũc casum. In hoc c. ostendit Aug. q̃ originale peccatũ est peccatũ siue vitiũ, & quilibet nascitur cũ originali peccato, & nisi q̃s ab eo liberet̃ p fidẽ vel baptismũ, etiã puer nõdum natus ex vtero, si sic moriatur, dãnabitur æternaliter, Bñ. vero sic ponit hũc casum. Nemo ex femine viri nascit sine peccato originali, à quo nõ liberatur adultus sine fide Christi, nec paruulus sine sacramẽto baptismi, sine quo si mortuus fuerit, sine fine peribit. Apostolus, in epistola ad Ephesios. Seq. cap. patet, quod loquitur de adulto.

n ¶ *Firmissime.*] Supra 1. quæst. 1. firmissime. extra de hær. cap. 3.

o ¶ *Natura.*] id est, à natiuitate in vtero [e]. Vel natura, id est, consuetudine nascendi, non ex creatione. Vel dic natura, id est, naturali & inseparabili vitio, scilicet originalis peccati, quod ab homine separari non potest, sicut naturalia ab homine non separantur. Archid.

p ¶ *Filij.*] id est, debitores & digni pœna æterna, id est, obnoxij.

q ¶ *Iræ.*] id est, pœnæ æternæ.

r ¶ *Nisi per fidem.*] vel sacramentum fidei, vt in paruulis: vt infra eadem quæris à me.

s ¶ *Sempiterno igne.*] id est, pœna æterna. 14. quæst. c. pœnale.

t ¶ *Puniendos.*] infra ead. regenerante. contra, vbi dicitur quòd habent mitissimam pœnam. sed dic igne sempiterno, id est, pœna: quia semper erunt in tenebris: vt infra ead. nulli.

a Non

DISTINCTIO IIII.

¶ Sine sacramento visibili, & fide inuisibili nemo saluatur. C. I.

NEcessarium [a] est visibile sacramẽtum [b] aquæ ad ablutionem visibilis corporis: sicut necessaria est doctrina [c] inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis animæ. *Idem.* ¶ Renascitur [d] homo [ex aqua,] visibili sacramento, [& spiritu] inuisibili intellectu [e], vt symbolum [f] baptismi visibiliter accipiat, & spiritalem intellectũ ipsius symboli perficiat †. Vel [ex aqua] visibili [& spiritu] sancto [g].

Idem in libro primo de peccatorum meritis, & remiss. seu de baptismo paruulorum, cap. 38.

¶ In baptismate concupiscentia extinguitur, non vt non sit, sed vt non obsit. C. II.

PEr baptismũ Christi id agitur, vt euacuetur caro peccati. Euacuatur [h] autem, non vt in ipsa viuente carne cõcupiscentia consperſa, & innata repente absumatur, & non sit: sed ne obsit [i] mortuo, quæ oberat nato. Nam si post baptismũ vixerit, atque ad ætatem capacẽ præcepti peruenire potuerit; ibi habet, cum qua pugnet, eaque adiuuante Deo superet, si non in vacuum [l] gratiã eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo [k] ineffabili omnipotentissimi creatoris, vt lex peccati, quæ inest in membris repugnans legi mẽtis penitus extinguatur, & non sit: sed, vt quidquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum fuerit, cum eidem concupiscentiæ subiecta mente seruiret; totum [l] aboleatur, & velut factum [m] non fuerit, habeatur.

¶ *Restitutum est caput hoc suæ integritati, vt melius B. Augustini sententia perciperetur. Neque enim glossa impediebat.*

Idem ad Petrum diaconum, c. 26. [2].

¶ Qui ex viro, & muliere concipitur, cum originali peccato nascitur, nec sine baptismate saluatur. C. III.

FIrmissime [n] tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum; & ob hoc natura iræ filium nasci, de qua dicit Apostolus [Eramus enim & nos natura [o] filij [p] iræ [q], sicut & ceteri.] A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem [r] mediatoris Dei, & hominum hominis Iesu Christi.

Item cap. 27. ¶ Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione vtentes, verum etiã paruulos, qui siue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur: siue cum de matribus nati, sine sacramẽto sancti baptismatis, quod datur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, de hoc sæculo trãseunt; sempiterno † igne [s] puniendos [t]: quia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali concreptione, & natiuitate traxerunt.

Item Ioannes Chrysostomus †,

¶ De eodem. C. IIII.

NOn potest [a] quis gratiam vitę cęlestis accipere, nisi [b] prius purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pœnitentiæ confessionem [c], per donum baptismi [d] salutaris domini, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Item Gregorius in Moralibus, libro 4. cap. 2.

¶ Sicut nunc in baptismate, ita olim in circumcisione remittebantur peccata. C. V.

QVod autem apud nos valet aquæ baptismatis, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui de Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circumcisionis.

Item Augustinus ad Valerium contra Iulianum de nuptijs, & concupiscentia libro secundo, c. 11.

¶ Originale peccatum nunc in baptismate, olim in circumcisione remittebatur. C. VI.

EX quo instituta est circumcisio in populo Dei (quod erat tunc signaculũ iustitiæ fidei;) ad significationem † purgationis valebat & paruulis originalis, vetęrisque peccati: sicut & baptismus ex illo valere cœpit ad innouationẽ [f] hominis, ex quo est institutus.

Idem de libero arbitrio, lib. 3. c. 23.

¶ Paruulis in baptismate offerentium prodest fides. C. VII.

ILlud perscrutari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid paruulis prosit; cum eo accepto plerumque moriuntur, priusquam ex eo quidquã cognoscere potuerunt. Qua in re satis pie, recteque creditur prodesse paruulo fides [g] eorum à quibus consecrandus offertur. Et hoc ecclesiæ commendat saluberrima auctoritas, vt ex eo quisque sentiat, quid sibi prosit fides sua, quando in aliorum quoque beneficio [α], qui propriam nondum habeat potestatem commoda sit.

α ¶ Beneficio.] *Eadem lectio est apud Iuonem, in Pannormia, & in originali ad marginem. In textu autem est,* beneficium, qui propriam non habent, potest aliena commodari.

g ¶ *Fides.*] i. sacramentum baptismi collatum in fide eorum, i. in. nomine Trinitatis, quam ipsi tenentur credere & confiteri. Ber.

Filius Deus.] CASVS. Dicitur hic quod filius Dei susceperit carnẽ similem carni peccatrici propter peccati redemptionẽ. vnde per eius fidem & baptismum consequuntur adulti remissionem peccatorũ paruuli vero baptizati tamquam fideles saluantur: sed non sunt salui nisi baptismo fuerint renati, secundum verba Euangelij.

h ¶ *Nisi quis renatus.*] ideſt, ea regeneratione, scilicet interiori, qua renascuntur illi, qui renascuntur ex aqua & spiritu sancto, &c. subaudi, vel nisi iusta ignorantia eos excuset, &c. extra de presbyt. non bap. c. 2.

ADDITIO. Vt s. dist. proxi. c. vlt. in fi. 28. q. 1. sic enim. Archid. *C. 33.*

i ¶ *Ex aqua.*] iam sanctificata per spiritum: nec ab hac sanctificatione separatur pater vel filius, cum inseparabilia sint opera Trinitatis, 28. q. 1. sic enim. & s. dist. in. proxi. c. vlt. *Io. 3.*

Per aquam.] CASVS. Bene. sic ponit hunc casum. Remittuntur peccata in aqua baptismi: in quam descendit spiritus sanctus: sicut legitur descendisse quando Christus baptizabatur à Ioanne. & quamuis sit in vsu ecclesiæ prius aquam sanctificare, & hominem postea baptizare; tamen primo baptizatus est Christus: & postea descendit spiritus sanctus super eum: vt ostenderetur, quod Christus non indigebat sanctificatione: sed sanctificare pertinebat ad eum & ad suum spiritum. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc cap. Ambro. baptismum commendat dicẽs, quòd per aquam baptismi homo sanctificatur, & fit cælestis. sed tantum illa aqua habet hanc efficaciam, super quam profertur forma Euangelica, & descendit spiritus sanctus: & sic per spiritum sanctum infunditur illi aquæ vis sanctificandi. quod hæc duo sint ibi necessaria, ostendit ex eo quòd Christus dicit descendere baptizari à Ioanne, descendit ad aquam Iordanis: per quod intelligitur formam Euangelicam debere proferri super aquam, & post descendit spiritus sanctus super eum baptizatum: per quod intelligitur quod aqua baptismi per spiritum sanctum sanctificatur. Seq. capit. patet.

Matt. 5.

c Hæc non videtur bona expositio quamuis fuit Hug. & hoc propter id quod sequitur. sed dic secundum. H. i. à peccato originali, &c. i. debeo liberari à te, à pœna quæ debetur mihi & aliis pro originali peccato. Arc.

¶ Baptismi diffinitio.

‖ Baptismi forma.

a Vt j. ea. proprie. & c. si qs presbyter. & c. multi.

‖ Baptismi tria sunt genera.

‖ Baptismi effectus.

* Cõprehendendo tamen in sacramenti collatione etiã impressionem characteris: mã character imprimitur et indigne suscipientibus

b In hoc casu, s. quando indigne hoc sacramentum recipitur: tunc tantum recipit ipsum sacramentũ, & non rem sacramenti, vt j. ea. quomodo. Arch.

‖ Aqua in baptismo est sacramentum. *ideſt, ablutio aumaqua.*

† *sint Chromatius*

1 sent. 4. dist. 21. d. de pœni. dist. 1. non potuit.

2 Tom. 3. & 1. ter opera Fulgentij.

3 Iuo p. 1. ca. 26. & 27. Pann. l. 1. c. 8. & 9. *Eph. 2.*

‖ Peccati originalis pœna est quadruplex. 4 Sent. 4. dist. 4. & 9.

‖ Baptismus quãdo fuit institutus.

‖ Iuo p. 1. ca. 30. Pann. l. 1. c. 11.

‖ Baptismus Ioannis non fuit proprie baptismus.

a De hoc leg. d. not. 5. 1. q. 1. dedit. Arch.

† *al. sanctificationem*] Gtat.

† *Ignis æterni sempiterno supplicio*) orig.

2 Maria & Ioannes Apostolus peccare non potuerũt.

‖ Infamia abolletur in baptismo.

d Arg. contra 29. dist. de inde. in fi.

e Vt hoc melius intelligas scias quo. ddũq; fuit natiuitas ex vtero, alia ab vtero. In vtero nasci est in vtero animam corpori infundi. Ex vtero nasci est ex vtero in lucẽ prodire. Vnde beata Virgo & Io. bapt. & Ierc. cum originali peccato nati fuerũt in vtero: & hoc vult dicere littera c. in princ. ibi omnem hominẽ, &c.

‖ Peccati originalis pœna est quadruplex.

f Algerus l. 3. c. 7. Iuo p. 1. ca. 20. Pann. l. 1. c. 12.

g Iuo p. 1. ca. 49. Pann. l. 1. c. 10.

a Subaud. ex qua quis decernit & intelligit quid credere debeat. Arch.

b De hoc leg. & notã. ead. proprie. ver. ideligitur

a NOn potest.] ẽ. de pœn. dist. 2. illa. ẽ. de pœn. dist. 1. §. alij econtra. & c. non potest. sed illud de adultis.

b ¶ *Nisi.*] j. ead. dist. omnis qui, s. 15. q. 1. §. vt itaque.

c ¶ *Confessionem.*] quantum ad adultos.

d ¶ *Baptismi.*] quo ad paruulos, vel per aliud loco illius. j. ead. baptismi vicem.

QVod autem.] CASVS. In hoc ca. fit mentio de tribus temporibus, scilicet de tempore gratiæ, de tempore ante legem, & de tempore legis. In tempore gratiæ baptismus omnia delet peccata in paruulis & adultis. In tempore ante legem paruuli in fide parentum, adulti in fide sacrificiorũ à peccatis mundabantur. In tempore legis adulti & paruuli per circumcisionem mundabantur.

e ¶ *Aqua.*] certe plus operatur hodie baptismus quam tunc circuncisio: quia circũcisio tantum pœnam tollebat, sed gratiam non dabat: sed in baptismo secus est, vt extra de bapt. maiores.

EX quo.] CASVS. Quærebatur in quo tempore locum habuit & effectum circumcisio. & respõdet, quod ex quo circũcisio fuit instituta. & lex populo data: sicut baptismus valuit ex quo fuit institutus.

f ¶ *Ad innouationem.*] ‖ quod tunc credimus factum cum Christus tactu suæ mundæ carnis vim regenerationi contulit aquis, teste Amb. vt j. ea. per aquam. & c. proprie. ‖ non. n. baptismus Ioannis fuit proprie baptismus [a]. sed baptismi adiuuefactio, teste Aug. vt j. ea non regenerabantur. vnde licet baptizati essent ab eo quidam, tamen cũ iterum baptizati fuerunt, non fuit facta iniuria sacramento: quia eius baptismus sacramentum nõ erat, vt j. e. aliud. quidam vero propter sacramentũ circumcisionis quod ceperant, & fidem quam plene habebant, non sunt rebaptizati. B. Alij dicũt, q̃ institutus fuit baptismus cum dixit Nicodemo. Nisi quis renatus fuerit, &c. Alij dicunt tunc cum dixit discipulis suis. Ite bap. o. g. &c. vt j. ead. proprie. sed præualet q̃d prius dictum est: tamen baptismus eius adhuc plenum non habuit effectum, sed post mortem [b] eius cœpit plenum habere effectum: quia adhuc non erat ianua cęli aperta, sed post mortem eius fuit aperta. j. ea. proprie. ver. ad cuius. Io.

Illud perscrutari.] CASVS. Solet q̃ri quid prodest baptismus [a] paruulis, qui moriuntur ante tẽpus discretionis? Et respõdet prodest eis, quia saluantur in fide offerentis. Vnde potest aliquis intelligere, q̃ multum prodest alicui fides propria, cum tantum prodest paruulis fides aliena.

Idem de baptismo paruulorum libro primo, c. 32. & 33.

¶ Per fidem, & baptisma iustificamur à peccatis. C. VIII.

FIlius Dei carnem peccati [β] suscepit, & pœnam sine culpa, vt in carne peccati & culpa solueretur, & pœna. Per fidem ergo, & baptismum eius à peccato homo per iustificationem, & à morte liberatur per resurrectionem. ¶ Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutẽ, & offerentium responsionem. Qui vero non sunt baptizati, inter non credentes iudicantur ex Euangelio Ioannis, [Nisi quis renatus [h] fuerit ex aqua [i] & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei.]

¶ *Caput hoc est summa verborum Beati Augustini in locis indicatis.*

β ¶ Carnem peccati.] *Apud B. Augustinum longe plenius & rectius.* Dominus autem, *inquit*, in carnem suam non peccatum transtulit, tanquam venenum serpentis: sed tantum transtulit mortem, vt esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa; vnde in carne peccati, & culpa solueretur, & pœna. *Multum igitur interest inter carnem peccati, & similitudinem carnis peccati. Quod explicans B. Augustinus cum alibi sæpe, tum potissimum sermone 48. de verbis Domini, addebat tamẽ,* si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati; quomodo, vt de peccato damnaret peccatum in carne? solet & similitudo capere nomen eius rei, cuius est similitudo.

Item Ambrosius libro primo de sacramentis, c. 4. & 5.

¶ Per aquam baptismi de terreno fit homo cælestis. C. IX.

PEr aquã † baptismi transitus est à terrenis ad cælestia. Hoc est enim Pascha, ideſt, trãsitus eius, transitus à peccato ad vitam, à culpa ad gratiam, ab iniquinamento ad sanctificationem. Qui per hunc fontem transit, non moritur, sed resurgit. Non omnis aqua sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiã Christi. Aliud est elementum, aliud cõsecratio; aliud opus, aliud operatio. A qua opus est: operatio spiritus sanctus est. Non sanat aqua, nisi spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit: sicut legisti, quòd cum Dominus noster Iesus Christus formam [k] baptismatis daret, venit ad Ioannem: & ait illi Christus, Sine modo. Sic enim decet nos implere omnẽ iustitiã.]

k ¶ *Formam.*] ideſt, institutionem factam eius exemplo: post enim dedit præcepto. j. ea. proprie.

l ¶ *Baptizari.*] ideſt, à peccato originali mundari [c]. & loquitur

† *Qui per hũc fontem transit transit à terrenis*] orig.

C. 5.

in persona ecclesiæ generaliter. Ipse enim vt pote sanctificatus non indigebat mundari ab originali peccato: & ita excusatur sacerdos cum dicit,ego reus, &c.

a ¶ *Descendit.*] ℣.ea. aliud. contra. Sed bis dicitur descendisse. Primo in specie columbæ,vt ibi,Secundo inuisibiliter, vt hic: & ita bis:sed per aliud,& aliud. arg.extra de testi. cum tut. sed solutionem ibi scriptâ amplectaris, ne euanescat ratio, quâ hic ponit Am.

b ¶ *Descendit.*] ℣.ea.aliud. contra, ibi dicitur, ℣ columba in aquâ descendit antequam hristus venit ad baptismum. sed ibi soluetur.

Vmquam aqua baptismi [ideſt,aqua quæ est baptismus.vel, i. baptismus in aqua celebratus posset. sub.manêre tali dispositione. Hug.

On ratione.] Hæc est secunda pars d. in qua probatur per 9. c.quòd nõ debet fieri baptismus solennis nisi in Pascha,& Pentecoste. Io. de Fan.

Casvs. Quidam indifferenter omni diesolenni baptizabant & solenniter:quos Siricius Papa in hoc c.reprehendit: & dicit quod hoc fieri non debet nisi in Pascha & Pentecoste. Seq.c.patet.

c *Vo tempora, ideſt Paſcha.*] Hoc c.intelligas de baptismo solenni. nam quolibet tẽpore propter timorẽ potest baptizari. ℣.ea.dist. 3 celebritatem.

Proprie in.] Casvs. Quæsitũ fuit à Leone, quare solennis baptismus celebretur tantũ in Pascha & Pentecoste, & non in festo Epiphaniæ, quãdo Christus fuit baptizatus. Qui respondet de Pascha triplicem rationem assignãdo. Vna est, quia plena potestas data est baptismo in mor te Christi & resurrectione. Alia est, quia in baptismo representatur mors Christi, & resurrectio. Tertia est,quia postquàm Christus resurrexit,baptizandi formam discipulis tradidit, & gentes baptizare præcepit. De festo autem Pentecostes multiplex ratio assignat, quia tunc spiritus sãctus in Apostolos venit, sicut illa die venit in baptizatos. Et quia hæc solennitas pendet ex paschali festiuitate,ideo semper celebratur die Dominica:& quia illi qui in Pascha baptizari non poterunt ex aliquo impediti, in ea die baptizentur. & hoc ad imitationem beati Petri, qui in eodem die tria millia hominum baptizauit, quos ad fidem conuertit. Die vero Epiphaniæ baptizare non debemus,sicut quidam putant,quia peccatorum remissio non erat in baptismo Ioannis, ad quem illa die venit Christus. nec ideo fuit baptizatus,quod indigeret remissionem peccatorũ. sed vt institueret in se sacramentum baptismi. Et scias quod quidam

vide,quia omnis iustitia in baptismate constituta est. Ergo α, quare Christus descendit a ; nisi, vt caro ista mundaretur,caro, quam suscepit de nostra cõditione? Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit:sed nobis erat necessaria; qui peccato manemus obnoxij. *& paulo post.* ¶ Descendit Christus, descẽdit b & spiritus sanctus. Quare Christus prior descendit, postea spiritus;cum forma,& vsus baptismi hoc habeat, vt ante fons consecretur; & tunc descendat, qui baptizandus est? *& paucis interiectis.* ¶ Christus autem ante descendit; secutus est spiritus:qua ratione? vt numquam ipse egere Dominus Iesus sanctificationis mysterio videretur:sed sanctificaret ipse, sanctificaret & spiritus.

α ¶ Ergo quare.] *Hæc vsque ad vers.* Non enim,*emendata sunt ex B. Ambrosio. Antea legebatur.* Christus ad baptismum descendit,non vt caro mundaretur, quam suscepit de nostra conditione. *Multisetiã alijs locis in capite hoc restituta est vera lectio.*

Item Chromatius β *in Matthæum, capit. 6.*

β ¶ Chromatius.] *Antea citabatur Chrysostomus,apud quem non est inuentum, sed in fragmentis Chromatij.*

¶ Aquã baptismi non purgaret peccata,nisi tactu Dominici corporis esset sanctificata. C. X.

1 NVmquam aquæ baptismi purgare peccata credentiũ potuissent ; nisi tactu Dominici corporis sanctificatæ fuissent.

*Item Syricius Papa Himerio Tarraconensi,epist.*1. 2

¶ Generale baptisma non nisi sabbatho sancto Paschæ,& Pentecostes celebretur. C. XI.

2 3 NOn ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, vt passim,ac libere natalitiis Christi, seu apparitione †, nec non & Apostolorũ, seu martyrum festiuitatibus,innumeræ, vt asseris, plebes baptismi mysterium cõsequantur: cum hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes ecclesias Dominicum specialiter Pascha defendat cum sua Pentecoste.

*Item Leo Papa vniuersis episcopis per Siciliam constitutis,epist.*4.c.5.

¶ De eodem. C. XII.

4 DVo tẽpora, ideſt, Paschæ, & Pentecoste ad baptizandum à Romano Pontifice legitimè sunt præfixa. Vnde,quia manifestissime patet baptizandis in ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus locuti sumus,esse legitima; dilectionem vestram monemus, vt nullos alios dies huic obseruantiæ miſceatis.

ε *Prior pars huius capitis vsque ad vers.* Vnde qua.] *non est ijsdem omnino verbis in epistola. Sed in codice canonum est rubri cæ loco ad hoc caput, & refertur in concilio Moguntino I.c.*4.

*Idem in eadem epistola,c.*3.

¶ Quare in prædictis temporibus baptisma celebretur. C. XIII.

5 PRoprie in morte crucifixi,& in resurrectione ex mortuis potentia baptismi nouam creaturam condidit ẽ ex veteri:vt in renascentibus & mors Christi operetur,& vita, dicente beato apostolo Paulo [An ignoratis,quia quicumque f baptizati sumus in Christo Iesu in mortẽ ipsius baptizati sumus? consepulti h enim sumus cũ illo per baptismum in mortem:vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius ; simul & resurrectionis erimus.] & cetera, quæ latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputauit: vt appareret ex huius doctrinæ spiritu i regenerandis filiis hominũ,& in Dei filios adoptandis illum diem esse, & illud tempus electum k, in quo per similitudinem, formamquel mysterij ea,quæ geruntur in membris,his,quę in ipso sunt capite gesta,congruerent:dum in baptismatis regula & mors interuenit interfectione peccati,& sepulturam triduanã m imitatur trina demersio; & ab aquis eleuatio resurgentis instar † est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas n docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diemo, in quo orta est & virtus p muneris,& speciesq actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimũ valet,quod ipse dominus Iesus Christus, posteaquam resurrexit à mortuis,discipulis suis(in quibus r omnes ecclesiarum præsules docebantur)& formam s, & potestatem tradidit baptizandi, dicens.

d ¶ *Potentia baptismi.* ideſt, Baptismus potens & efficax.extra eod.maiores.§.caute.

e ¶ *Condidit.*] ideſt, reformauit & innouauit, ideſt, instituit. est vt condat quasi vt celebretur tunc, scilicet a in morte.

f ¶ *Quia quicumque.*] ideſt, cuiuscumque conditionis, seruus vel liber masculus vel femina. adultus vel puer. 29. q. 2. in prin.

g ¶ *In morte.*] ideſt, ad similitudinẽ mortis eius b : ¶ vt sicut semel mortuus est ille, & semper viuit:ita & nos semel mortui in peccatis per baptismum,semper viuamus in bono:vel in morte eius dicimur baptizati:quia mors eius est causa purificationis nostræ. de pœ.dist.2.si enim.

h ¶ *Consepulti.*]& similiter videmur fuisse mortui, & resurrexisse, ex quo nouam formam assumpsimus per mortẽ eius in baptismo.

i ¶ *Spiritu.*] ideſt,spirituali doctrina.

k ¶ *Electum.*]sed videt quod ‖ tactu sui corporis vim baptismo contulit. ℣. ead. numquam. Sed dicimus, ℣ tũc potestatem aquæ cõtulit:sed in morte sua volunt illam potestatem suum consequi effectum, vt hic in fine dicitur.

l ¶ *Formamque.*]ideſt, per similem formam mysticam.℣.dist.2.q.2.passus. m ¶ *Triduanam.*]℣.ea. postquam & c.de trina.

n ¶ *Qualitas.*] ideſt.similitudo fact. c.

o ¶ *Legitimum diem.*] ideſt,diem naturalem.dic sabbatum, & sequentem noctem.

p ¶ *Et virtus.*] i.efficacia sacramenti, scilicet baptismi. habebat quidẽ ante efficaciam, sed non tantã; quia non erat adhuc porta cæli aperta. quamuis enim vis regenerandi aquis tactu sui corporis contulerit : vt ℣.ead.numquam,non tamen patebat ianua ante passionem,quia apertionem paradisi passio eius specialiter operata est cum resurrectione, d extra ea.maiores. §. caute.

q ¶ *Et species.*] ideſt, similitudo vel representatio, vel similitudo representata, ideſt, quod representatur ab actione, quæ fit in baptismo:scilicet mors, & triduana sepultura, & resurrectio Christi.

r ¶ *In quibus.*] supra dist.51 miramur e.

s ¶ *Et formam.*] generaliter scilicet. quod non fecerat ante. supra ea.ca.per

a Respicit literam præcedentem.

b Ideſt, fides mortis eius. H. aliqui dicunt in morte, ideſt, per exortum ablutione & mortificatione. ‖ Mortui semel, semper viuamus. 5 ‖ uo p. 1. ca. 45. ‖ conde] vera lectio. *Rom.*6.

‖ Baptismi vis quando data fuit aqua.

c Ideſt,modus operãdi, quẽ habet qui baptizat. Archid.

† al. ad instar

d De hoc notat supra.cap. ex quo

e Hoc, vult dicere quia ad discipulos loquendo omnes cõprehẽdit in hoc ca. hic allegato. miramur,cum suis concor. Archid.

ea. c. per aquam. vel hic dicto,ibi facto 23. q.5.c. si audierit.extra de apell. c.dilecti.

a ¶ *De quo.*] ideſt, de qua forma baptizandi generali.

b ¶ *Instruere.*] tantum supple, & non post: nisi, &c.

c ¶ *Nisi proprie.*] ideſt, generaliter ad omnes.

d ¶ *Pentecostes.*] sicut resurrectio. 78.dic.quòd die.

e ¶ *Ad alios.*] i. aliis diebus attribuantur, ‖ & in aliis diebus contingãt: quoniam resurrectio sem per die Dominico celebratur.

f ¶ *Non ex nostra.*] quasi dicat,nõ ex nostro ingenio; vt ℣. distin. 2.in Christo.

g ¶ *Trium millium.*] ‖ sed quomodo posset esse,℣ tot vna die baptizaret? forte quia fundebat aquã super eos. aliàs non videtur ℣ quemlibet posset immergere. Sed pone ℣ non super eos fundebat aquam nisi in partẽ corporis : totus ne erat baptizatus? Dicit Hug.quod si fundatur super caput,vel super maximam partẽ corporis. semper crederet eũ baptizari:aliàs non. Vel dic eum baptizari si aqua ẽt cadat super pedem a.arg. ℣.ea. nec quemquam. sicut sufficit posse dere partem ad hoc vt posideat totum : dum tamen eius quidem animi sit vt totum intendat posidere: vt ff.de acq.pos.posideri.§.i.fic de poſ. distin. 1. vulgaris.

ADDITIO. Hoc etiã no. Goffre. in summa de baptismo.§. item quæritur quid si. & Innocen. extra, de baptismo debitum.Archid.

h ¶ *Petrus.*] supra ea. dist.2 . tunc eis.

i ¶ *Si quis.*] ¶ *Aliam gratiam.*] Et ita non omnis Christi actio, nostra est lectio:argu. ℣. dist. 2. liquido. quia ex eo non esset remissio peccatorum b. vt ℣. ead. dist. non regenerabantur.

k ¶ *Ex voluntate.*] i. ex concupiscentia.

l ¶ *Carnis.*] ideſt, feminæ,quæ de carne Adæ est facta propterea dicitur femina caro, quæ regitur:vir spiritus, qui regit.

m ¶ *Renascendi.*] scilicet pro nobis:quomodo & circuncidi.

n ¶ *Dicens.*] in epistola ad Corinthios.

o ¶ *Finis.*]scilicet consummationis. implet eũ in se &in nobis quod lex prædixerat.

p ¶ *Christus est.*]Christus dico valens ad iusti-

Matt.28.

al.confecratio

‖ *al.ortig.*

‖ Baptizando nisi opus totum corpus submergere.

† *al.omnem.*

1 Arg. contra ‖ cap. prima. vt.toto corpore. *Act.2.*

† *al. remedijs*

1 Iuo p.1.ca. 43. Pann.l.1.c.18.

b Nam per illud baptisma tantum corpus laubatur exterius non mundabatur interius à peccato. Arch.

[Euntes ergo nunc docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris,& filij,& spiritus sancti.] De quo a vtique eos ante passionem potuisset instruere b, nisi proprie c voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic obseruantiæ etiam Pentecostes d ex aduentu spiritus sancti sacra † solennitas,quæ de Paschalis festi pendet articulo: & cum ad alios e dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & † eos,quos à die Paschæ,aut molestia infirmitatis,aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas intercluſit,inuitat α, vt quibuslibet necessitatibus impediti, desiderij sui effectum dono spiritus sancti consequantur. *& infra, c.*4.

¶ Hoc autem nos non ex nostra f persuasione defendere,sed ex Apostolica auctoritate seruare satis idoneo probamus exemplo,sequentes beatum Apostolum Petrum, qui in eo die, quo omnium † credentium numerũ promissus spiritus sãcti repleuit aduentus,triũ milliũ g populum sua prædicatione conuersum lauacro baptismatis consecrauit. Quod sancta scriptura, quæ Apostolorum actus continet, fideli historia docet dicens [His auditis compuncti sunt corde; & dixerunt ad Petrũ,& ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus h vero ad illos, pœnitentiã, in quit,agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.in nomine Iesu Christi in remissionẽ † peccatorum; & accipietis donum spiritus sancti.]

α ¶ Inuitat.] *Iuo habet*,inuitans. *Sed in originali est*:intercluſit inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos,desiderij, &c.

*Item in eadem epistola,c.*6.

¶ De eodem. C. XIIII.

1 SI quis autem Epiphaniæ festiuitatem (quæ in suo ordine debito honore veneranda est)ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis ; quia hoc quidam putant, quòd in eadem die Dominus ad baptismum sancti Ioannis accesserit; sciat illius baptismi aliam gratiam i aliam fuisse rationem: nec ad eamdem pertinuisse virtutem ; qua per spiritum sanctum renascuntur, de quibus dicitur [qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate k carnis l , neque ex voluntate viri,sed ex Deo nati sunt.] Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec quærens remedium renascendi m, sic voluit baptizari,quomodo voluit circuncidi, hostiamque pro se emundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait)fieret & sub lege,quam nõ venerat soluere, sed adimplere,& implendo finire:sicut beatus Apostolus prædicat,dicẽs n [finis o autem legis Christus p ad iustitiam omni credenti.] Baptismi autem sui in se condidit q sacramentum : quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium:& tunc regenerationis potentiam r sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis,& aqua baptismatis.

*Item ex concilio Gerundensi,c.*4.

¶ In solennitate Paschali,& Pentecostes catechumeni baptizentur. C. XV.

2 DE catechumẽis baptizandis id statutum est, vt in Paschæ solennitate, vel Pentecostes, quanto maioris celebritatis maior celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant : ceteris solennitatibus infirmi s tantummodo debeant baptizari : quibus quocumque tempore conuenit baptismum non negari.

¶ *Restitutum caput est ex suo originali.*

*Item Leo Papa,epist.*4.c.6.

¶ Necessitate cogente, quolibet tempore baptizare licet. C. XVI.

3 SI qui necessitatẽ mortis,ægritudinis, obsidionis, persecutionis,& naufragij vrgentur t, omni tempore debent baptizari.

Apud B. Leonem sententia huius capitis,est post c. duo tempora. & ante c.si quis autem supra ead.

Item Gelasius Papa clero, & plebi Tarent. 4

¶ Nisi necessitate cogente inter Pascha & Pentecosten nullus baptizare præsumat. C. XVII.

5 VEnerabilis baptismi vsfacramentum non nisi in festiuitate Paschali,& Pentecostes tradere præsumat episcopus; exceptis iis, quibus vrgente mortis periculo, talibus oportet, ne in æternum pereant,remediis subueniri.

Constat.]

¶ *In epistola Gregorij secundi clero,& plebi Turingiæ, vnde citat Iuo (quamuis & Gelasij esse potuerit) & in concilio Vuormacensi, vnde Burchardus, legitur*, Sacrosancti baptismi, *itemque apud Iuonem,c.*202. *In capite autem* 63. *est.* Generalis,*& in margine*, Venerabilis.

*Idem Gelasius epistola ad episcopos Lucaniæ,c.*12. 6

¶ De eodem. C. XVIII.

7 BAptizandi sibi quispiam passim quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam, præter Paschale festum, & Pentecostes venerabile sacramentum, excepto duntaxat grauissimi languoris incursu ; in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortasis ægrotans exitio præuentus abscedat.

*Item Isidorus de officijs,l.*2.c.24.

[Cathechumenus si moriatur sine baptismo, an sit imputandum presbytero.

c De hoc etiã leg.& not. 18. dist. peruenit. in fin. vel vide. Arch.

2 Iuo p.1.cap. 60. Pann.l.1.c.20.

‖ Paruuli possunt in omni tempore baptizari.

3 Burc.l.4.ca. 2. Iuo p.1.c.197. Pann.l.1.c.19.

*Rom.*10.

*Matt.*5.

*Rom.*10.

4 In epi.Gregorij II. ad Clero & plebi Turingiæ,& in c. Vuormacensi, c.1.

5 Burc.l.4.c. 7. Iuo p.1.ca.63. & 102. Pann.l.1.c.21.

6 Conc.Paris. c.7.

7 Anſ.l.9.ca. 12. Burc.l.4.c.4. Iuo p.1.c.199.

c Non nisi

Constat. IC A S V S. Quæsitum fuit ab Isido. ad quem spectat officium baptizandi: & respondetur, quòd ad solum sacerdotem, sed in necessitate presbytero vel episcopo absente potest baptizare diaconus, vel etiam laicus. Sequen. tria cap. plana sunt.

a ¶ *Baptisma.*] idest baptismi mysterium. vnde ad expositionem eius sequitur, eiusque mysterium.

b ¶ *Sacerdotibus.*] ſ.e. ſanctum. contra. vbi dicitur, quòd auctoritas traditionis baptismi etiã ad laicos pertinet Christianos. sed illud in necessitate verum est, vt hic subiungitur, & ibi in exemplo de pœnitente & catechumeno declaratur:

c ¶ *Mysterium.*] ſ. de pœ. dist. 1. quem pœnitet.

d ¶ *Vel presbytero.*] idest, licentia. ſ. dist. 93. diaconos. & cap. diaconi. contra. dic vt ibi.

e ¶ *Quod & laicis.*] ſ. 30. q. 1. ad limina. 1. q. 1. quod quidam.

Mulier.] Hæc est 3. pars dist. in qua probat per 12. cap. quòd in necessitate potest fieri baptismus à quocumque Ioan. de Fant.

f ¶ *Mulier.*] ſ. 33. q. 5. mulierem. 23. dist. mulier.

g ¶ *Super quibus.*] ſ. 30. q. 3. super quibus.

In necessitate.]

h ¶ *Etiam laicos.*] ſ. 1. q. 1. neque. & cap. si quis per ignorantiam. & cap. quod quidam. ſ. 93. dist. diaconos.

i ¶ *Vicumque.*] ſ. 1. q. 1. neque. & c. si quis per ignorantiam.

Romanus.] CASVS. Paganus quidam baptizauit hominem in forma ecclesiæ: quare quæritum fuit quid esset faciendum. Et respondet Isidorus, quòd Papa non attendit baptizantem hominem, sed Dei virtutem in baptismo.

k ¶ *Romanus.*] ſ. ea. di. quos à paganis. contra ibi, nõ in forma ecclesiæ. ſ. dist. 62. nulla ratio. ſ. 1. q. 1. c. 1. G. eótra, ‖ ibi emendicitur, quòd nemo dare potest quod nõ habet, vt ſ.e. quomodo. in prin. quomodo ergo baptismũ paganus tradere dicitur; sic creditor dominium rei sibi obligatæ post biennium in alium transfert, quod tamen non habet. initi. quibus ali. licet vel nõ. §. 1. Arg. contra. ff. de acqui. rerum de traditio. iuris ergo auctoritate permittente potest quis in alium transferre quod nõ habuit. & hoc casuale: illud vero regulare. 1. q. 7. Daibertum.

Quodã.] CASVS. Quidam baptizati fuerunt à quodam: sed nesciebatur vtrum esset Iudæus: Paganus, vel Christianus. quare quæritum fuit à Nicolao quid de his esset faciendum. Qui respondens dicit, quod si in nomine patris & filij & spiritus sancti fuerunt baptizati, non debent iterum baptizari.

l ¶ *Trinitatis.*] ſ.e. dist. sanctũ. & c. si non sanctificatur. contra. ſ.e. dist. multi. & ca. si reuera. & ca. in synodo. contra. Sed hic expone Trinitatis explicitè. ſ.e. dist. agunt homines. ſ. ea. dist. postquam vos. contra. Et quare potius baptizatur quis in nomine Christi, quàm in nomine Trinitatis? ‖ Tu dic quòd in nomine Trinitatis non intelligitur nisi trium personarum essentiæ vnitas, & in nomine Christi intelligitur vnctus, vngens, & a quo vngitur. Dicit ergo Gra.

¶ Non nisi sacerdos baptizare præsumat. C. XIX.

1 COstat baptisma a solis sacerdotibus b esse tractandũ: eiusque mysterium c nec ipsis diaconis explere est licitum absque episcopo, vel presbytero d; nisi, his procul absentibus, vltima languoris necessitas cogat. Quod & laicis e fidelibus plerumque permittitur, ne quispiam sine remedio salutari de sæculo euocetur. *Item Gelasius Papa.* ¶ 2 Diaconus quoque propriam, *&c. vt supra, in tractatu ordinandorum, vbi de reuerentia diaconorum erga sacerdotes agitur.*

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 99. & 100.

¶ Non præsumat mulier baptizare. C. XX.

3 3 MVlier f, quamuis docta, & sancta, viros in conuentu docere, vel aliquos baptizare non præsumat.

Nisi necessitate cogente. Vnde Vrbanus Papa II. [*super quibus* g *consuluit,*] *&c. vt supra, in tractatu cõiugij: vbi de compatribus agitur.*

Item Augustinus ad Fortunatum.

¶ Etiam laici necessitate cogente baptizare possunt. C. XXI.

4 IN necessitate, cum episcopi, aut presbyteri, aut quilibet ministrorum non inueniuntur, & vrget periculum eius, qui petit, ne sine illo sacramento hanc vitam finiat, etiam laicos h solere dare sacramentum, quòd acceperunt, solemus audire.

Item ex decreto Martini† Papæ III.

¶ De eodem. C. XXII.

5 QVicumque i presbyter in prouincia propria, vel in alia, vel vbicumque inuentus fuerit, commendatum sibi infirmum baptizare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de alia aliqua excusatione †, & sic fine baptismo moritur; deponatur.

Item Isidorus.

¶ Non reiteratur baptisma, quod à pagano ministratur. C. XXIII.

6 ROmanus k Pontifex non hominem indicat, qui baptizat: sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit, qui baptizat.

¶ *De hoc capite dictum est supra 1. quæst. 1. si quis per ignorantiam.*

¶ Baptizatur quis in nomine Christi, nõ autẽ in nomine Trinitatis. 2 Re Ezz. secundum G.

7 Sent. 4. dist. 3. Alger. l. 3. c. 6. Iuo p. 1. c. 148. Pann. l. 1. c. 29.

Act. 2. & 19.

8 Amb. l. 1. de spiritu sancto. c. 3.

9 Iuo p. 1. cap. 160. Pann. l. 1. c. 30.

10 ſ. ea. aliud. Sent. 4. dist. 5. Iuo p. 1. c. 156. 157 158. 159. 1 ann 1 1. c. 11; † *Baptisma tale*} or.

11 sup. dist. 32. prater hoc.

1. Cor. 3.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 104.

¶ De eodem. C. XXIIII.

7 AQuodam Iudæo a nescitis, vtrum Christiano, an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de iis fit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctæ Trinitatis l, vel tantum in Christi nomine, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (vnum quippe idemque est, vt sanctus exponit Ambrosius 8 constat eos non esse denuo baptizandos.

a ¶ Iudæos.] *Apud Algerum est,* vt audio, *Verum in originali post hoc caput sequuntur verba hæc,* sed primum, vtrum Christianus, an paganus ipse Iudæus extiterit, vel si postmodum factus fuerit Christianus, inuestigandum est.

Item Augustinus contra Cæsonium grammaticum, libro 3. c. 6.

¶ Sicut per bonum, ita per malum ministrum æquè baptisma ministratur. C. XXV.

9 SI inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, nõ est melior baptismus, qui per meliorẽ datur; nullo modo est malus, qui etiã per malum datur, quando idem baptismus datur: & ideo per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est.

Idem super Ioannem in parte prima, tract. 5. ad c. 1.

¶ Non merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismate operatur. C. XXVI.

10 BAptismus † talis est, qualis ille est, in cuius potestate datur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur. *Item ibidem.*

¶ Quid nouerat Ioannes Baptista? Dominum. Quid non nouerat? potestatem m Dominici baptismi in nullum hominem a Domino transituram: sed ministeriũ plane trãsiturum, potestatẽ à Domino in neminem ministrorũ, ministerium & in bonos, & in malos, 11 Nõ exhorreat n columba o ministerium malorum: respiciat Domini potestatẽ. Quid tibi faciat malus minister, vbi p bonus est Dominus? Quid te impedit malitiosus præco, vbi beneuolus est iudex. *Item infra.*

¶ Neque q qui plantat r, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum s dat Deus. *Item ibidem.*

a ¶ *Item ego.*] respondet tacitæ obiectioni, q. d. ‖ licet malus minister conficiat vel baptizet, nihilominus tamen debent esse boni.

‖ Ministri sacramentorum debent esse boni.

Matth. 23. Ioan. 1.

b ¶ *Qui baptizat.*] interius absoluendo à peccatis. nam illius est baptismus, non baptizantis. ſ.c.à quodam.

c ¶ *Ebriosum.*] dum tamen intelligat quid agit 2. consuetudiné hic notat hoc nomen, non actum, extra e. maiores. ver. illud vero.

2 Debet etiã leg. & not. supra. 1. q. 1. dedicibi videas. Archid.

d *CVm baptizat.*] ¶ *Aut tolerantur.*] ſ. 23. q. 7. cap. 1.

SI qui.] CASVS. Quidam ab hæreticis in forma ecclesiæ baptizati volebant ad ecclesiam redire quærebatur vtrum essent baptizandi. Et respondetur quod nõ, sed debent integre instrui in fide, & ecclesiæ per manus impositionem reconciliari. Si vero sunt paruuli, vel tales, qui instrui non possint, debent chrismari, & patrini debent respondere p eis, & confessionem facere. *Communicati*, idest, vncti vel cõmunioni redditi.

1 Sent. 4. dist. 5. Iuo p. 1. c. 160.

Ioan. 1.

†al. dogmatis

e ¶ *Trinitatis.*] ſ. 1. q. 1. neque in nomine.

f ¶ *Confessione.*] ideſt, inuocatione.

g ¶ *Et si consentiunt.*] hoc de adultis

h ¶ *Per manus impositionem.*] confirmatoriã: quæ etiam in hoc casu recõciliatoria ẽ. ſ.e. di. ab antiqua. & 1. q. 1. ſ. ecce.

h ¶ *Per manus.*] sed nũ quid de furioso iudicat secundum illum statum mentis, quem habebat cum in furorem incidit? ‖ Nam si voluntatem habuit baptizandi, & incurrit furorem: valebit ei baptismus in furore collatus. alias non. extra eo. maiores. §. vlt. Secus in puero: quia puer non habuit voluntatem vmquã: & tamen saluabitur baptizatus. ſ. ead. quæris.

3 Burc. l. 4. c. 30. Iuo p. 1. c. 160. & 33. ex Romanensi.

‖ Baptismus apposit confert furioso.

†al. nomen ſ otig.

i ¶ *Communicati.*] ideſt, perunctí.

k ¶ *Eucharistiæ.*] hoc de adultis: ‖ quia paruulis non datur corpus Christi, vt ſ.e. c. in ecclesia. nisi forte vbi consuetudo est q infunditur per ora eorum sanguis Christi, non corpus. secundum quosdam.

¶ Corpus Domini non datur paruulis.

3 Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 160. Pann. l. 1. c. 28.

Quamuis. CASVS. Dicitur hic, q licet vnum sit baptisma hæreticorum baptizantium in forma ecclesiæ, & catholicorum: tamen qui extra ecclesiam baptizantur, gratiam Dei nõ consequuntur: & ideo si ad fidem reuertuntur, reconciliari debent, & non

¶ Ego a dico, & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse omnes, per quos baptizatur: iustos oportet esse tanti iudicis ministros, si ministrare iuste voluerint. Si autem noluerint esse iusti, qui in cathedra Moysi sedent; securũ me facit magister meus, de quo spiritus eius dixit [Hic est, qui baptizat b..] *item infra.* ¶ Non timeo adulterium, non ebriosum c, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur [hic est, qui baptizat.]

a ¶ Ego dico.) *Sic etiam Iuo: sed in originali.* Et ego, & omnes dicimus, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si autem noluerint, &c. *Sunt autem partes huius capitis ex eodem tractatu quinto hinc inde collecta.*

Idem in tractatu 6. ad c. 1. Ioannis.

¶ De eodem. C. XXVII.

1 CVm baptizat malus ex aliqua vel ignorantia ecclesiæ, vel tolerantia (aut enim ignorantur mali, aut tolerantur d vt palea, quousque in vltimo ventiletur area;) illud, quod datum est, vnum est: nec impar propter impares ministros, sed par & æquale propter [hic est, qui baptizat]

Idem de ecclesiasticis regulis †, c. 52.

g ¶ *Ex Deo patre.*] mirum est cum Ephesinum concilium fuerit in Græcia celebratũ, & de quattuor principalib? sit vnum: vt 15. dist. canones. ‖ quomodo Græci audẽt dicere spiritum sanctum à solo patre procedere, cum hic dicitur contra; inducti tamen sunt ad hoc dicẽdum duabus de causis, scilicet, quia Christus loquens de processione spiritus sancti, solum patrẽ nominat dicens: Qui à patre procedit. Item etiam quia in symbolo fidei apud eos edito simpliciter continetur, Qui à patre procedit. nos addimus, filioque. sed in fine symboli apud eos sub anathemate prohibetur, vt nullus de fide Trinitatis aliud docere vel aliter prædicare quã ibi continetur, audeat. vnde dicunt nos anathematizatos qui ibi addimus, filioque. sed Christus ideo ita dixit, quia patri voluit attribuere auctoritatem inspirandi. Item in anathemate ponitur aliud pro contrario. sed non est contrarium, sed idem: cum filius cum patre sit idem in substantia. ergo quod à patre procedit, & à filio. & sic non addimus, sed potius declaramus.

h ¶ *De meo.*] id est à me, & à patre meo procedit. C. de sum. trinit. l. inter claras. Ioan. de Fant.

SAluator.] CASVS. iste fic consueuit poni communiter. Loquitur hic Didymus contra Græcos, qui errori Nestorij adhærentes dicunt spiritum sanctum à filio non procedere, vt colligitur ſ. ead.

¶ Quod spiritus sanctus procedit à patre & filio. C. XXXIX.

1 1 DE spiritu[a] dicit Dominus in Euãgelio [ille me clarificabit[b].] Hoc rectissime sentientes, vnum Christũ Dominum, & filium, non velut alterius egentem gloria confitemur à spiritu sancto gloriam cõsecutum: quia eius spiritus nec melior, nec superior ipso est: sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprij spiritus vtebatur, ab ipso dicitur clarificari: quòd virtus sua[c], vel disciplina quælibet vnũquemque clarificet. Quãuis enim in sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in persona proprietas[d], iuxta id, quod spiritus est, & non filius: attamẽ ab illo alienus[e] non est. Nam spiritus appellatus est veritatis[f]: & veritas Christus est. Vnde & ab isto similiter, sicut ex Deo[g] patre procedit. Denique hic ipse spiritus etiam per manus sanctorum Apostolorũ miracula gloriosa perficiens Dominũ glorificauit Iesum Christum, postquam ascendit in cœlum. Nam creditus est Christus natura Deus existere[h], per suum spiritum virtutes efficiens: ideoque dicebat [De meo accipiet, & annuntiabit vobis.]

Item Didymus, in lib. 2. de spiritu sancto, contra errores Græcorum.[2]

¶ De eodem. C. XL.

SAluator[α], qui & veritas, ait, [Non enim loquetur à semetipso:] hoc est, non sine me, & sine meo & patris arbitrio: quia inseparabilis[i] à mea & patris est voluntate[k]. *& amplius.* ‖ !

¶ Quia non ex se est[m]: sed ex patre, & me est. Hoc enim ipsum, quod subsistit, & loquitur à patre, & à me illi[n] est. [Ego veritatẽ loquor,] id est, inspiro, quæ loquitur, siquidem spiritus veritatis est. Dicere autem, & loqui in Trinitate, non secundum cõsuetudinem nostram, qua ad nos inuicem sermocinamur, & loquimur, accipiendum: sed iuxta[o] formam incorporalium naturarũ, & maxime Trinitatis, quæ voluntatem suam inserit[p] in corde credentium, & eorum, qui eam audire sunt digni: hoc est dicere, & loqui. *& infra.*

¶ Loqui ergo patrem[q], & audire filium, vel e contrario filio loquente audire patrem, eiusdem naturę in patre, & filio, consensusque significatio est. Spiritus quoq; sanctus, qui est spiritus veritatis, & spiritus sapientiæ, non potest filio loquente audire, quæ nescit: cum hoc ipsum sit, quod profertur à filio, id est, procedẽs à veritate, cõsolator manans de cõsolatore, Deus de Deo spiritus veritatis procedẽs. Denique, ne quis illum à patris & filij voluntate, & societate discerneret[r], scriptum est. [Non enim à semetipso[s] loquetur: sed ficut audiet, loquetur.] Cui etiam simile de seipso Saluator ait, [Sicut[t] audio, & iudico,] & alibi [Non potest filius facere quidquã, nisi quod viderit patrem facientem[v].]

α ¶ Saluator.] *In originali hæc antecedũt.* Dehinc in consequentibus de spiritu veritatis, qui à patre mittatur, & sit paracletus, Saluator, &c.

versic. denique. & in argumentum suum assumit auctoritatem Domini dicentis, Non enim loquitur à semetipso: sed sicut audit, loquitur. Secundo exponit qualiter ista verba sint circa Trinitatem intelligenda, scilicet, dicere, loqui, & audire: quia aliter accipiuntur quàm secũdum consuetudinem, qua nos loquimur. Tertio dicit, quòd spiritus sanctus nõ potest aliquid audire à filio quod ipse nesciat.

i ¶ *Inseparabilis.*] per hoc exaudi quod dicit: ‖ Inseparabilia sunt opera Trinitatis: vt 28. q. 1. sic enim. vt intelligatur de inseparabilitate voluntatis & operationis nam quod operatur pater, operatur & filius, & spiritus sanctus.

k ¶ *Voluntate.*] quia vult, aliàs falsum esset q gignit pater, non filius: comedit filius, nõ autem spiritus sanctus. argum. supra ead. distinct. 3. cap. vlt. ‖ Mihi enim videtur esse distinguendum inter opera operata, & opera operantia: sed male, nisi intelligas opera operata, id est, actus ipsos, vel accidẽs quod est in subiecto. Si enim intelligas opera operata secũdum q effectus est à sua causa, nil operatur vna persona quod tota Trinitas non causetur iuxta illud. Actio displicuit, passio grata fuit.

l ¶ *Et amplius.*] alia expositio est. Ioan.

m ¶ *Quia nõ ex se est.*] id est, nõ procedit ex se, id est, ex persona sua.

n ¶ *Sed iuxta formã, &c.*] sicut & ad iura corporalia restituit q s, non autem ad incorporalia. ff. de vsu cap. sequitur §. si viam. & ita aliter loquuntur leges de his quàm de illis.

o ¶ *Inserit.*] q a hoc liquidum est hic esse, &c.

p ¶ *Patrem.*] in Euangelio tamen exponitur, ‖ pater dicit vel loquitur de filio, id est, gignit filium. Pater vel filius loquitur de spiritu sancto, id est, inspirat spiritum sanctum. Filius audit patrem, id est, gignitur ab eo. Spiritus audit à patre vel filio, id est, inspiratur ab eo. & hæc expositio vsitatior est quàm ea quæ hic ponitur.

q ¶ *Eiusdem naturæ.*] secũdario. principaliter enim sic notatur personarum distinctio, immo principaliter. nec est ibi inuenire prius vel posterius. & omnia quæ in Trinitate personas distinguunt, essentiam innuunt, & essentialiter intelligũtur, & accipiuntur. Vnde August. Non est Deo aliud esse personã, & aliud esse substantiam, cum hoc nomen persona principaliter editũ fit ad notandum distinctionẽ personarum.

r ¶ *Discerneret.*] dicendo quòd non procederet ab eo.

s ¶ *A semetipso.*] legitur in Euangelio Ioan. Cum venerit paracletus spiritus veritatis, ille vos docebit omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso: sed quæcumque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

t ¶ *Sicut audio.*] id est, intelligo & scio. dicitur enim filius scientia, & ‖ quidquid habet filius, habet à patre, & spiritus sanctus à pre & filio.

v ¶ *Facientem.*] sæpe solet similis filius esse patri. Item & magistro discipulus. 24. quæst. 1. cum beatissimus, Ioannes.

FINIS.

Immortali Deo immortales gratias.

† absunt ab ottg.

‖ Opera Trinitatis qualiter sunt inseparabilia.

† al. ille Io. 14.

‖ Opera sunt duplicia.

Ioan. 16.

Ioan. 5.

‖ Pater loquitur de filio, quid significat.

‖ Filius in diuinis quidquid habet, à patre habet.

1 Iuo p. 2. c. 3. Ioan. 16.

2 paulo post med. inter opera Hie.

Ioan. 14. & 16.

‖ Spiritus sanctus à patre & filio procedit, quidqd dicãt Græci.

CANONES POENITENTIALES

QVORVM NOTITIA VIRIS ECCLESIASTICIS EST VALDE NECESSARIA. SVNT ENIM quædam regulæ directiuæ ad pœnitentias delinquentibus imponendas.

CONSIDERANDVM est de canonibus pœnitẽtialibus. Ad quorum intelligentiam prænotãdum est,quòd sicut est in scientiis practicis, quæ versantur circa opera, quòd sermo in vniuersali est incertus & dubius:sed cum applicatur ad singularia incipit quodammodo habere certitudinem, vt qui non considerat circunstantias particulares, potius deuiet, quàm se rectificet, vt patet in medicina, & scientia morali.Sic est intelligendum in proposito, quòd canones instruunt in generali quomodo est pœnitentia imponenda:sed descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circumstantias personarum attendentes ad canones sicut ad regulas directiuas: quia si contra canones imponant,non recte imponunt.Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, quod possit Patrum regulis obuiare.distinctione 38.nulli. In canonibus autem maxime determinatur pœnitentia quo ad tempus: & magis quàm quo ad modum: quia illa determinatio est certior & communior. hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri, nota regulariter, sicut dictum est supra, septemnis est pro peccato mortali pœnitentia imponenda, & hoc non tantum propter temporis diuturnitatem: sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moysi lepra percussa, separata fuit extra castra septem diebus, Numeri 12. Maria significat pœnitentem. Interpretatur enim amarum mare.Hęc pœnituit septem diebus, sed nunc pœnitet septem annis, quod significatum est,Ezech.4. Diem pro anno dedi tibi.

¶ Si quæratur quare pœnitentia sit aggrauata, cum lex noua sit lex misericordiæ?Respond. quòd hic est maior ingratitudo propter maiorem gratiam, & maior contemptus propter maiorem dignitatem nouę legis,in qua Christi sanguis est effusus,& grauius peccatum propter statum peccantis, qui debet esse perfectior. Et vlterius satisfactio in lege noua debet esse perfecta, vt in pristinum statum reducat.Et quia sol in vna die non redit in idem punctum, sed in anno: ideo dies conuersus est in annum.Rursum, Quia perfectum remedium est in lege noua:ideo annus multiplicari debet per septem, propter septem dona spiritus sancti recuperanda, & propter septem dotes: scilicet tres animæ, & quattuor corporis obtinendas.Huiusmodi autem pœnitentia non est omnibus imponenda, nec tamen est infirmanda: sed est insinuanda, vt cognoscatur quàm grauis est culpa. hæc Bonauentura. Licet autem pro singulis peccatis criminalibus sit statuta talis pœnitentia; debet tamen imponi magis vel minus aspera prout maioritas vel minoritas criminis cum ceteris circumstantiis hoc exposcit,vt in sequentibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi casus, in quibus propter dignitatem peccantis vel criminis enormitatem imponitur pœnitentia maior : aliquando etiam ex variis causis minor. Ad hoc ergo quòd presbyter circa pœnitentias disponendo cautius arbitretur, notandi sunt casus, in quibus per canones certæ pœnitentiæ imponuntur,quos scilicet canones tenetur presbyter scire, vt dictum est supra. Sunt autem isti.

¶ Primus est, quòd si presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam x. annorum faciat hoc modo: scilicet, quòd sit inclusus, siue à ceteris in aliquo loco remotus: sacco indutus & humi prostratus misericordiam Dei iugiter implorans. primis tribus mensibus continuis à vespere in vesperam pane & aqua vtatur, exceptis Dominicis diebus,& festis præcipuis, in quibus modico vino, piscículis & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus,de illo loco exeat,non tamen in publicum procedat ne populus in eum scandalizetur. Et per hoc videtur,quòd in publico crimine loquatur,Post hoc resumptis viribus aliquantulum, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis & aliis præcipuis festis, in quibus vino, sagimine, ouis & aliis prædictis vtatur. Finito sic primo anno & dimidio, & caseo poterit vti. Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit corporis Domini:& ad pacem veniat, & ad psalmos cum aliis fratribus canendos in choro vltimus recipitur.Ad cornu tamen altaris non accedat: sed minorum ordinum tantum officia gerat, deinde vsque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet secundam, quartam & sextam exceptis diebus Pascalibus, qui sunt quinquaginta, in pane & aqua iechalibus, qui sunt quinquaginta, in pane & aqua iechalibus iunet. secundam tamen feriam vno psalterio vel denaiunet. secundam tamen feriam vno psalterio vel denario si sit operarius redimere poterit. Et sic cum septimum annum compleuerit, potest eum episcopus ad gradum pristinum reuocare: ita tamen quòd in tribus annis sequentibus sine vlla redemptione omni sexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadem pœnitentia imponenda est presbytero de omnibus aliis peccatis, quæ depositio-

Legitimæ feriæ sunt tres.

ligunt quidam de simplici fornicatione:alij forte melius secundum Rayn. de adulterio vel incestu: puta, quia cognouit coniugatam,consanguineam vel affinem.

¶ Secundus casus est; si presbyter cognouit filiam suam spiritualem: quam scilicet baptizauit, vel in baptismo vel in confirmatione tenuit: vel quæ sibi confessa fuit, debet pœnitentiam agere xij. annis. & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando xv. annis pœniteat.& postea monasterium intret tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus vero qui talia commisit: pœniteat xv. ann. Ipsa vero mulier debet omnia relinquere,& res suas pauperibus dare,& conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. 30. quæst. 1. si quis sacerdos.& cap.non debet.

¶ Tertius est,quòd quicumque filiam suam spiritualem vel matrem cognoscit:septem annis pœniteat,& similiter ei consentientes.30.quæst.3.non oportet.

¶ Quartus est, quòd qui contrahit cum aliqua alij desponsata per verba de præsenti: ipsa dimissa xl.diebus ieiunet in pane & aqua: & sequentibus septem annis pœniteat.extra de spon.duor. accepisti.

¶ Quintus est,quòd qui cognoscit duas commatres vel sorores:siue vxor viuat,siue non:ad minus vij.annis pœniteat,licet plus deberet.30.quæst.4.si presbyter.

¶ Sextus est, quòd qui cognouerit monialem siue deuotam, x. annis pœniteat.& similiter ipsa secundum formam traditam. 27. quæst. 1. de filia.& cap. deuotam. In quorum primo cap. dicitur, quòd si filia episcopi, vel presbyteri, vel diaconi post votum solenne contraxerit matrimonium : non admittitur ad communionem : nisi marito defuncto pœnitentiam egerit: si autem eo viuente decesserit, & pœnitentiam egerit, & communionem petierit : tantum in fine vitæ recipiet eam. In secundo cap. dicitur quòd deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit: & desinens egerit pœnitentiam x. annis, postea recipiatur ad communionem, & antequam in ecclesia admittatur ad orationem:ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat.

¶ Septimus est, de eo qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem. pœniteat vij.annis.Si autem scienter, perpetuo priuetur coniugio. 34.quæst.1.si quis cum duabus.

¶ Octauus est, quòd qui duxit in vxorem eam quam polluit per adulterium, pœniteat v. annis. 31. quæstione 1. si qua vidua.

¶ Nonus est, quòd qui contra naturam peccauit, si sit clericus debet deponi vel religioni tradi, si corrigibilis appareat ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Si vero sit laicus à cœtu fidelium vsque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus.extra de excess. prælat. clerici.Hoc enim vitium maius est, quàm cognoscere matrem.32. quæst. 7.adulterij.& hæc Augustinus. Adulterij, inquit malum,vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio.Peius enim est cum matre,quàm cum aliena vxore concumbere: sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. hæc Augustinus. Quocumque autem modo tale factum exerceatur præterquam inter virum & feminam ordinate & in vase debito, vitium contra naturam & sodomiticum iudicatur, vt dicit Ray.

¶ Decimus est, quòd qui coierit cum brutis pœniteat plusquam vij.annis : & similiter pro incestu.32. quæst.2. hoc ipsum.& §.seq.

¶ Vndecimus est, quòd presbyter qui interest clandestinis nuptiis triennio suspenditur. & si culpa exegerit: grauius puniatur. extra de clandest. de sponsa. cum inhibitio.

¶ Duodecimus est, quòd qui votum simplex violauerit:pœniteat tribus annis.27.distinct.si vir.

¶ Decimustertius est, quòd qui excommunicatus celebrauerit : debet triennio pœnitere. & per ij. iiij. & vj. feriam à vino & carnibus abstinere. 11. quæstio. 3. de his. De pœna vero degradati celebrantis habetur distinct. 50. accedens.

¶ Decimusquartus est, quòd homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur. & pœniteat vij. annis. 50. distinctione miror.

¶ Decimusquintus est, quòd homicida casualis pœniteat v.annis.& hoc secundum Ray. si culpa casum præcessit : aliter non, nisi forte ad cautelam. distinctione 50. eos.& duobus cap.sequentib.

¶ Decimussextus est, quòd si quis fecerit homicidium propter necessitatem euitabilem : pœniteat duobus annis.distinct.50.cap. de his clericis. quæ licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. distinct. quia te. Quod verum est quo ad culpam:sed bonum esset, quòd pœniteret quo ad cautelam & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam. extra de homicid. cap. 2.§. vltimo. Et secundum Rayn. forte distingui potest in homicidio necessario sicut in casuali.& vtrum culpa præcesserit necessitatem vel non. Argum. distinct. 50. de his not.extra de homicid.interfecisti.Sed & si quis per insaniam committat homicidium, non ei imputatur. 3.quæst. 4.iudicas. quin etiam qui intuitu disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur. extra de homicid. presbyterum. 15.quæst.1. si quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur. extra de homicid. suscepimus.Qui autem latronem occultum occidit, quem viuum comprehendere potuit,xl. diebus non intret ecclesiam,& aliàs pœnitere debet extra. eod.tit. cap. 2.vbi de hoc dicitur. Qui vero paganum vel Iudæum occidit, pœniteat xl.diebus.distinct.50.cap.qui vero odij.

¶ Decimusseptimus est, quòd matricida pœniteat decem annis secundum formam satis aperte traditam trigesimatertia, quæstione secunda, latorem. Vxoricidæ vero grauior pœnitentia debet imponi. Talis enim & qui Dominum occidit,numquam equitat,nec vehiculo portatur,nec matrimonium contrahit: vsque ad decem annos carnes non comedit nec vinum bibit, & alia quæ habentur trigesimatertia. quæst. 2. admonere. & cap. quicumque. Imponitur autem pœnitentia maior vxoricidæ,non quia illud peccatum sit grauius isto:sed quia homines proniores sunt ad occidendum vxores, quàm matres. Maius enim peccatum est occidere matrem quàm vxorem occidere, vt dicit Bonauentu. in 4. sententiarum,& communiter omnes doctor.Gulielm.vero Duran. tenet contrarium in repertorio, pro eo quòd vxoricidæ imponitur pœnitentia maior. Mihi autem magis placet sententia aliorum. Sed qualem pœnitentiam agere debent qui filios occidunt? Respon. Aut est certum quòd ipsimet scienter interfecerunt,& sic debet eis imponi pœnitentia maior quàm pro alio homicidio. Argumen.extra eodem cap.vltimo.in text.& gloss.& de homicid. cum iuramento.de pœniten. distinct. 1. aut facta.In hoc tamen casu vir vxorem recuperat quam coactus abiurauerat, & ipsa pœnitentia agit secundum arbitrium episcopi : ita quòd si habet alios filios pacifice gubernare possit eos vxor. extra eo.intelleximus. quòd si virum non habet, induci debet vt intret religionem: ad quod si non potest induci,tutius est ei dare licentiam nubendi, vt extra eod. veniens. Et hoc quando timetur de continentia; aliàs non, vt patet 31. quæst.2. in adolescentia. Et si pater sit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abstinere, & ei grauior quam laico : non tamen publica (nisi veniat in publicum) pœnitentia debet

imponi, vt extra de pœnitentia quæsitum. Aut certum est, quòd non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerunt, sed casu fortuito contingit: & sic de stricto iure in nullo tenentur. Argumen. extra de homicid. ex litteris. 2. cap. Ioannes. & cap. vltimo. Nisi velint ad cautelam pœnitere. In dubio tamen præsumitur, quòd non hoc ex certa scientia, sed potius ex incuria prouenerit. extra de præsumptio. afferte. Aut certum est, quòd non exhibuerunt omnem diligentiam quam potuerunt & debuerunt: & sic culpa præcesit casum. Et si sit grauis culpa, vt si posuit puerum in medio vtriusque: secundum arbitrium pœnitentiarij imponitur pœnitentia quinque vel septem annorum. 50. distin. si qua femina. & cap. sequen. & cap. si quis sponte. occulta, si sit occultum. publica si sit publicum. & maior si in lecto suffocetur quàm si in cunis. & maior presbytero Græco quàm laico, vt habetur extra de pœniten. quæsitum. Et licet dispensetur quo ad pœnitentiam, quæ est arbitraria, vt dicitur ibidem: non tamen quo ad ordines propter homicidium quod est delictum enorme & indispensabile, distinctione 50. mitor. Si autem culpa, quæ præcesit casum sit leuis, vt si posuit puerum in eodem lecto, longe tamen à se: imponitur pœnitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra eodem, de infantibus. Monendi ergo sunt parentes, quòd tam tenellos secum in vno non collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniente opprimantur & suffocentur, vt secunda quæstione 5. consuluisti. Et hoc modo distinguit Hostien. & Ber. extra de infantibus. Quid de illis qui filios vel seruos suos infantes, vel etiam adultos languidos relegata pietate exponunt, idest, extra se ponunt ante ecclesias, vt aliqui moti misericordia colligant eos? Respon. Tales grauiter peccant: quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorum, contrahere possent matrimonium cum sorore vel consanguinea: ideo exponens tenetur de hoc peccato pœnitere, & est puniendus sicut expositus, si sciēter cum tali contraheret, puniretur. extra de pœniten. officij, secundum Hostien. Talis enim secundum Ray. est tanquam homicida iudicandus, qui hominem sibi ita coniunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circumstantiis & vtrum ob hoc mors secuta fuerit vel non fuerit: pœnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares secundum Ray. si mors inde sit secuta: quia scilicet fuerunt in culpa eos exponendo, vel alimenta negando. Tamen secundum Ro. si in nulla culpa fuissent: quia forte nec eleemosynas quærendo, nec aliter eos alere possent, irregulares non essent, nec peccarent.

¶ Decimusoctauus est, quod qui presbyterum interfecit, pœniteat xij. annis. extra de pœniten. & remissio. cap. 2. De pœnitentia vero eius qui occidit monachum, vel clericum subdiaconum, vel diaconum, habetur 17. quæst. 4. qui occiderit. De pœnitentia autem eius qui machinatur in mortem domini sui, vel in regimen eius, habetur. 23. quæst. vltima. §. si quis.

¶ Decimusnonus est, quòd qui iniuste alium ad mortem accusat, quadraginta diebus in pane & aqua per septem annos ieiunet & pœniteat, & hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio pœniteat, extra de accusa. accusasti, Hostien. vero & Ioan. de Deo in ieiunando intellexerunt quod primus pœniteat per septem annos, quolibet anno ieiunando quadraginta diebus in pane & aqua. secundus vero per tres annos. G. vero Duran. intellexit prout littera magis sonat, scilicet quòd primus ieiunabit quadraginta diebus in pane & aqua: siue continue; siue interpollate, & per septem annos ieiunabit & pœnitebit: non tamen in pane & aqua: sed ad arbitrium presbyteri, secundus vero per tres Quadragesimas, prima ante natalem Domini, secunda ante Pascha, tertia ante sanctum Ioannem. has enim instituit beatus Petrus, vt habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane & aqua. probantur hæc secundum Hostien. 22. q. 5. c. 1. 2. & 3. Quadragesimæ sunt tres.

¶ Vigesimus est, quod periurus quadraginta diebus in pane & aqua ieiunet, & vij. annis sequentibus pœniteat. & semper debet esse in pœnitentia, scilicet interiori. 6. quæst. 1. quicumque.

¶ Vigesimus primus est, quòd qui compulsus conditionaliter à domino scienter peierat, si liber sit, xl. diebus in pane & aqua. & hoc secundum gloss. intellige vel continue vel interpollate pœniteat vij. annis sequentibus, non tamen in pane & aqua. vt dicit gl. Si vero seruus sit eius qui eum coegerit tribus Quadragesimis & legitimis feriis, scilicet, ij. iiij. & vj. 22. q. 5. qui compulsus.

¶ Vigesimus secundus est, quòd qui peierat in manu episcopi vel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis. Si vero in cruce non consecrata, vno anno. Qui vero coactus & ignorans ignorantia iuris, & postea cognoscit, pœniteat tribus Quadragesimis. 22. q. 5. cap. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda vel qualibet causa vel necessitate peierat (quia corpus plus quam animam dilexit) tribus quadragesimis pœniteat. ea. quæstio. 5. cap. si quis coactus. Alij inducunt tres annos: & vnum ex his in pane & aqua.

¶ Vigesimus tertius est, quòd qui falsum scienter iurat, vel aliū iurare cogit, diebus xl. pœniteat in pane & aqua: & septem sequentibus annis numquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori. Alij etiam si conscij fuerint similiter pœniteant. 22. q. 5. si quis conuictus.

¶ Vigesimus quartus est, quod qui mensurat in falsa mēsura, xxx. diebus in pane & aqua ieiunet. extra de cōtrah. emp. vt mensuræ. De pœna vero falsarij litterarum, habetur extra eo. ad audientiam. & c. dura. & c. ad falsariorum. & de verb. signifi. nouimus.

¶ Vigesimus quintus est, quòd qui frangunt pœnitentiam solennem: siue redeundo ad crimina priora vel similia: siue redeundo ad negotiationem vel militiam sæcularem, quæ sibi fuerant interdicta: sola inter ecclesiam fidelibus oratione iunguntur, à communione suspenduntur, à catholicorum conuiuiis separantur, & pœnitere debent x. annis, & communicent in fine vitæ. 33. q. 2. de his vero. & de pæ. dist. 5. si quis vero.

¶ Vigesimus sextus est, quod qui canit missam & non cōmunicat: debet vno anno pœnitere, & interim missas non cantare. de consecra. dist. 5. relatum.

¶ Vigesimus septimus est, quod presbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat x. annis, & mensibus v. diaconus vero triennio & dimidio. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.

¶ Vigesimus octauus est, quod qui committit sacrilegiū ecclesiam violando, vel chrisma siue calicem sacrum pol lutis manibus accipit, vel similia sacrilegia committit, pœniteat septem annis. Primo anno extra cœmeterium quod violauit, consistat. secūdo anno ante fores ecclesiæ. tertio in ecclesia. & in hoc triennio carnes non comedat: vinum non bibat nisi in Pascha vel Natali, non offerat nec communionem accipiat. quarto anno communicabit: & in illo & in v. & vj. & in vij. tribus feriis à carnibus & vino abstineat ieiunando. 12 quæst. 2. dæmon. Comburens autem ecclesiam, quindecim annis pœniteat, & eam restituat. 17. q. 4. §. si quis, in versiculo maius. De pœna vero raptoris siue furis rei ecclesiasticæ, & de pœna furis & effractoris tam clerici quà laici, habetur eadem quæst. §. peccata. & c. si quis clericus.

¶ Vigesimus nonus est, quòd si parentes frangunt sponsalia filiorum, à communione triennio separentur: & similiter

similiter filij si sint in culpa; si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint, excusantur vtique: scilicet quo ad pœnam ecclesiæ: sed non quo ad reatum ex quo dederunt operam in contrarium. 31. quæst. 3. si qui parentes. argument. de pœniten. distinct. 1. si cui.

¶ Trigesimus est, quòd qui blasphemauerit publice Deum vel aliquem Sanctorum: & maxime beatam Virginem: illi debet episcopus hanc pœnitentiam iniungere: scilicet vt septem diebus Dominicis præ foribus ecclesiæ in manifesto dum missa cantatur existat, & vltimo illorum dierum dominicorum pallium & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem præcedentibus sextis feriis in pane & aqua ieiunet ecclesiam nullatenus ingressurus: & quolibet prædictorum dierum tres paupēres vel duos vel saltem vnum reficiat si potest: & si non potest hæc pœna in aliam commutetur. quod si renuerit agere omnia supradicta, interdicatur sibi ecclesia: & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. extra de maledic. statuimus. Item blasphemus si diues fuerit, xl. alioquin xxx. vel xx. & si ad hoc non sufficit: quinque solidorum vsualis monetæ pœna multetur, nullamque misericordiam in hoc habiturus, vt dicitur ibidem: scilicet quin soluat quinque solidos, quos si non habet, currat per ciuitatem, vel commutetur in pœnam aliam temporalem. Hæc autem pœna soluetur ei, qui condemnat: id est potestati sæculari. hanc enim pœnam temporalem præcepit Papa imponi per potestatem temporalem. quod si neglexerit, per episcopum præcipitur cogi. hæc Host. habet autem prædicta pœna locum secundum Gof. cum quis blasphemat non ex ira vel ebrietate vel dementia: quia tunc cum eo mitius ageretur. 2. quæst. 3. si quis iratus. §. notandum. Secundum vero Host. hæc pœna est specialiter inducta contra eos, qui Deum blasphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blasphemat Deum nisi iratus. Tanta tamen posset esse iracundia, quod æquiparatur dementiæ: & tunc illud quod dicit Gof. locum posset habere. hæc Host.

¶ Quid si quis iuret pēr caput, vel per ventrem, vel per corpus, vel capillum? Respondet Hostil. quòd si faciat hoc affirmando vel iurando, non habet locum hæc pœna. secus est si faciat hoc detestando vel vituperando, licet iratus. Item secundum Gof. & Host. hæc quæ dicuntur de pœna temporali, fiunt iudice pro tribunali sedente. In iudicio autem animæ presbyter discretus moliendo rigorem dispensare poterit ex causa circa pœnam spiritualem superiorem. xxv. quæst. vj. pœnitentibus. hæc Host. Item blasphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam postulandam. quod si noluerit, degradetur. distinct. 46. clericus.

¶ Notandum vero quòd blasphemus secundum leges est decapitandus, vt in authen. vt non luxu. contra natu. circa medium. collat. 6. Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradandus: & laicus excommunicandus. 22. quæst. 1. si quis per capillum. Hodie vero laicus aget pœnitentiam supradictam, scilicet illius canonis, statuimus & hoc si publice blasphemauit. Si enim occulte, non pœnitebit publice, vt puto. Clericus vero hodie est corrigendus pœna arbitraria & occulta: non illa quæ est publica. Clericus enim publice non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit, vel sæpius hoc commiserit: locum habet pœna legis, scilicet vt laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, id est, ecclesiæ ingressus sibi interdicatur, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. Clericus vero degradetur. hæc Hostien. tit. de maledicis.

¶ Trigesimus primus est de presbytero, qui reuelat confessionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari. de pœnitent. distinct. 6. sacerdos.

¶ Trigesimus secundus est, quòd qui dicendis horis canonicis & aliis officiis diuinis discrepat à consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ, vj. mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex cōmeptu. 17. dist. de his.

¶ Trigesimus tertius est, quòd episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericum inuitum aut reclamantem vel penitus inuitum absolute suspenditur anno vno. 74. distinctione, capit. 1.

¶ Trigesimus quartus est, quòd episcopus, qui correctionem de venditione ministeriorum dissimulat, duobus mensibus: presbyter iiij. diaconus iij. subdiaconus, & ceteri ad arbitrium iudicis pœnitere debent. 1. quæst. 1. quidquid inuisibilis.

¶ Trigesimus quintus est, quòd sortilegus xl. diebus pœniteat. extra de sortile. requisisti.

¶ Trigesimus sextus est, quòd qui videt in astrolabio pœniteat duobus annis. extra de sortileg. ex tuarum.

¶ Trigesimus septimus est, de stilla sanguinis altaris cadentis super terram, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere xl. diebus. Si cecidit super pallio altaris pœniteat iiij. diebus de consecr. distinct. 2. cap. si per negligentiam.

¶ Trigesimus octauus est, quòd si aliquis euomit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem: si laicus, pœniteat quadraginta diebus. Si clericus vel monachus vel presbyter vel diaconus, pœniteat septuaginta diebus. Si episcopus, pœniteat nonaginta diebus: Et debet euomitura comburi, & iuxta altare collocari. Si vero causa infirmitatis euomuerit, septem diebus pœniteat. de consecr. distinct. 2. si qui propter ebrietatem.

¶ Trigesimus nonus est, quando mus corrodit vel comedit corpus Christi. de pœnitentia huius casus inquire vbi sit notata. de consecr. distinct. 2. circa finem.

¶ Quadragesimus est, quòd qui domum vel aream voluntarie succendit, sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat. extra de iniu. si quis domum. Canon tamen dicit quòd si ex odio vel iniuria hoc fecerit, excommunicari debet, nec absolui donec satisfecerit, & iurauerit quod ignem de cetero non apponet. Imponitur autem sibi vt Hierosolymam vel in Hispaniam vadat in Dei seruitio anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiscopus vel episcopus hoc relaxauerit, damnum restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. 23. q. 8. pessimam. Hodie autem postquam sunt denuntiati non possunt citra sedem Apostolicam absolu. extra de sentent. excommun. tua nos. Immo text. loquitur de incendiariis indistincte postquam sunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expresse, & Gratia. extra de senten. excommun. quicumque. & Goffre. licet Rom. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendiū fecerit: si sit humilis, subiicitur bestiis: si sit in aliquo gradu, decapitatur vel in insulam relegatur. ff. de incen. tui. nau. l. fin. Qui vero alibi vt in villis vel castris remissis ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburitur. Et hoc intelligendum secundum Hostien. si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, resarciet damnum, vel si minus idoneus sit, parum vel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, vt ibidem dicitur. l. qui ædes.

¶ Quadragesimus primus est, quòd qui dederit vel acceperit communionem ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitum ab ecclesia, & postea intelligit; pœniteat vno anno. Si autem sciuit & neglexit, pœniteat decem annis: vel secundum quosdam, vij. vel secundum alios, v. Qui vero permittit hæreticum missam celebrare in ec-

clesia catholica per ignorantiam iuris, pœniteat xl. diebus. Si pro reuerentia eius, per annum pœniteat. Si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & pro cõsuetudine Romanorum, proiiciatur ab ecclesia sicut hæreticus, si sit impœnitens: alioquin pœniteat x. annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos transierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat xij. annis, tribus extra ecclesiam, septem inter audientes, duobus extra communionem. & sic xij. anno communionem siue oblationem percipiat. 24. q. 1. si quis dederit.

¶ Quadragesimus secundus est, quòd patronus, qui res ecclesiæ dilapidat, vno anno pœniteat. 16. q. 7. c. filiis.

¶ Quadragesimus tertius est, quòd qui domum suam magicis & incantatoribus lustrat, vel aliud facit, & qui ei hoc consulit, annis v. pœniteat. 16. quæst. 5. qui diuinatores. & cap. non liceat.

¶ Quadragesimus quartus est, quòd qui pacẽ cum proximo suo non facere iurat, anno vno pœniteat, & ad pacem redeat. 22. quæst. 2. qui sacramento.

¶ Quadragesimus quintus est, quòd pro periurio, adulterio, homicidio dantur pro pœnitentia regulariter vij. anni, & similiter pro fornicatione: licet non ita aspera pœnitentia iniungatur. 22. quæst. 1. prædicandum. 33. q. 1. hoc ipsum. & §. seq.

¶ Quadragesimus sextus est, quòd qui scienter rebaptizatur, vij. annis pœniteat, & feria iiij. & vj. in pane & aqua ieiunando tres quadragesimas facit. & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si autem pro munditia, id est, pro salute corporis obtinenda, vt extra de apostat. cap. 2. tribus annis pœniteat. de consecrat. distinct. 4. qui bis. & talis qui bis baptizatur vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri irregularis. distinct. 84. dictum est. De pœna autem talium habetur de consecr. dist. 4. eos. Cuius capituli sententiam prætermitto gratia breuitatis.

¶ Quadragesimus septimus est, quòd qui vxorem adulteram cognoscit antequam pœniteat, iij. ann. pœniteat. 21. quæst. 2. si quis. Qui vero cognoscit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam, pœniteat, ij. annis. ead. q. si quis primo. Quomodo vero pœnitentia iniungenda sit mulieri partum alterius supponenti, vel etiam de non suo viro concipienti, habetur extra de pœnitent. & remiss. officij.

¶ Ad regulas igitur prædictas iuspiciendo potest studiosus indagator procedere ad pœnitentias pro diuersis criminibus secundum canones imponendas: & ex causa consideratis circumstantiis, vt dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circumstantiæ sint diligenter attendendæ: principaliter tamen qualitates personæ, & præcipue vtrum sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo seruitutis. Nam circa tales personas cauere debet pro posse presbyter ne talem pœnitentiam eis imponat: per quam illis quibus sunt adstrictæ præiudicium fiat, maxime circa coniugatos. vnde si seruus sit & timore peccauerit, obediens domino suo in atrocioribus, est mitius puniendus. 22. quæst. 5. qui compulsus. obedire tamen non tenebatur in talibus. 11. q. 3. si Dominus. Si autem voluntarie peccauerit, corpore punietur etiam acrius quàm alius. 24. quæst. 1. qui contra pacem. Nec est seruo iniungẽda peregrinatio, per quam dominus eius, qui non est in culpa, illius seruitio defraudetur. extra de sentent. excom. relatum. Si vero liber sit tota pœnitentia canonis, si potest facere, debet imponi. 16. quæst. 1. sacerdotes pœnitentiam. Sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

¶ Considerandum etiam erit vtrum sit persona noua in fide: quia nouis in fide minor debet etiam pœnitentia imponi. extra de pœnitent. & re. Deus qui. Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circumstantiæ: de quibus ad præsens supersedeo gratia breuitatis.

¶ Sciendum autem quòd in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ ij. iiij. & vj. distinct. 81. presbyter. de consecrat. distinct. 3. ieiunia. Aliqui tamen vt dicit Rom. pro ij. feria ponunt sabbatum.

¶ Insuper notandum est, quòd si pœnitentia in pane & aqua imponatur non habenti panem, potest loco panis leguminibus & piscibus vesci: & etiam aliis, si necessitas illud requirat extra de pœnitent. & re. licet. in text. & glos. aliàs non licet.

¶ ‖ Notandum etiam secundum Ioan. si pœnitentia sit imposita à canone: liberatur quis à ieiunio dando denarium, vel legendo psalterium propria auctoritate. Innocvero dicit, quòd ieiunia necessaria, vt quattuor temporum & huiusmodi, non possunt redimi nisi subsit rationabilis causa: voluntaria vero redimi possunt, etiam sine auctoritate superioris. ‖ Ieiunia an possint redimi.

¶ Ad hoc etiam nota, quòd vbi imponitur pœnitentia aliquot annorum siue quadragesimarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere: hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pœnitentiæ sint arbitrariæ, vt dictum est supra. ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam, secundum canones. 50. distin. de his clericis. extra de homic. cap. 2. & in multis aliis iuribus. Et sic intelligitur illud extra de accus. accusasti. & de spon. dilectus. & similia.

EXPLICIVNT CANONES POENITENTIALES.

CANONES

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM

Per Clementem à Petro apostolo Romæ ordinatum Episcopum, in vnum congesti.

j. ij. iij.

Episcopvs à Duobus aut tribus episcopis ordinator.

¶ Presbyter ab vno episcopo ordinator: item diaconus, & reliqui clerici.

¶ Si quis episcopus aut presbyter præter ordinationem Domini, quam de sacrificio instituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, vt qui contra ordinationem Domini faciat, deponitor: excepto nouo frumento & vua opportuno tempore. Præterea licitum non esto aliud quidpiam admouere ad altare, quàm oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore.

iiij. ¶ Omnium aliorum pomorum primitiæ episcopo & presbyteris domum mittuntor, non super altare. Manifestum est autem, quòd episcopus & presbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt.

v. ¶ Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vxorem suam prætextu religionis non abiicito: si abiicit, segregator à communione. si perseuerat, deponitor.

vj. ¶ Episcopus, aut presbyter aut diaconus sæculares curas non suscipito: alioquin deponitor.

vij. ¶ Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum diem Paschæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit: deponitor.

viij. ¶ Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicumque ex sacerdotali consortio, oblatione facta, non communicauerit: causam dicito. Et si bona ratione subnixa sit, veniam promeretor. Sin minus dixerit: à communione excluditor, tamquam qui populo auctor offensionis fuerit mota contra eum suspicione, qui obtulit.

ix. ¶ Quicumque fideles ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud preces & sanctam cõmunionem permanent: eos tamquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant, à communione arceri oportet.

x. ¶ Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit: iste communione priuator.

xj. ¶ Si quis cum deposito clerico, vt cum clerico preces coniunxerit: deponitor & ipse.

xij. ¶ Si quis clericus, aut laicus à communione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, sine commendatitiis litteris receptus fuerit, à communione excluditor tam qui recepit, quàm qui receptus est. Si excõmunicatus fuerit: in longiusilli tempus excõmunicatio protenditor.

xiij. ¶ Episcopo, qui parochiam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet à pluribus ad hoc compellatur: nisi rationabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere vi adigat, nempe quod plus lucri & vtilitatis his, qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre possit. neque hoc tamen à seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

xiiij. ¶ Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicumque tandem de clericorum consortio, relicta parochia sua, in aliam cõcesserit, & omnino transmigratione facta, præter voluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit: hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ: maxime si accersente ipsum episcopo eius redire contemnat, peruerso illic ordine perseuerans, vt laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.

xv. ¶ Quòd si episcopus, ad quem accesserint, pro nihilo reputata vacationis ministerio ecclesiastico pœna, quæ contra eos definita est, ipsos vt clericos susceperit, à communione excluditor, vt peruersi ordinis magister.

xvj. ¶ Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptiis, aut concubinam habuit: is episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest.

xvij. ¶ Qui viduam duxit, aut diuortio separatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata sit spectaculis: episcopus presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

xviij. ¶ Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, clericus esse non potest.

xix. ¶ Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.

xx. ¶ Si quis humana violentia eunuchus factus est, aut in persecutione amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est: efficitor episcopus.

xxj. ¶ Qui sibiipsi virilia amputauit, clericus non efficitor: sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

xxij. ¶ Si quis, cum clericus esset, virilia sibiipsi amputauerit: deponitor, homicida etenim sui ipsius est.

xxiij. ¶ Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos à communione eiicitor: puta quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

xxiiij. ¶ Episcopus,aut presbyter, aut diaconus in fornicatione,aut periurio, aut furto deprehensus, deponitor: non tamen à communione excluditor. Dicit enim scriptura:bis de eorum delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter & reliqui clerici subduntur.

xxv. ¶ Ex his,qui cælibes in clerum peruenerunt:iubemus,vt lectores tantum & cantores (si velint) nuptias contrahant.

xxvj. ¶ Episcopum, aut presbyterum , aut diaconum, qui vel fideles delinquentes,vel infideles iniuriam inferentes percutit,& terrorem ipsis per huiusmodi vult incutere,deponi præcipimus. Nusquam enim Dominus hoc nos docuit.Immo vero contra, cum ipse percuteretur,non repercutiebat:cum lacesseretur conuitiis , non regerebat conuitium : cum pateretur, non comminabatur.

xxvij. ¶ Si quis episcopus,aut presbyter , aut diaconus ob certa crimina iuste depositus , attingere ministerium,quod aliquando tractauerat,præsumpserit:omnino hic ab ecclesia abscinditor.

xxviij. ¶ Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor,tam ipse,quàm qui eum ordinauit, & omnino à communione abscinditor , quemadmodum Simon magus à me Petro.

xxix. ¶ Si quis episcopus sæcularium magistratuum familiaritate vsus,per ipsos ecclesiam nactus fuerit, deponitor, segregantor quoque à communione , quicumque cum ipso communionem habent.

xxx. ¶ Si quis presbyter , proprium aspernatus episcopum,seorsum conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum in pietate ac iustitia condemnarit; deponitor , quasi qui principatum ambiat:tyrannus enim est. Consimiliter &reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici vero à communione segregantor. Atque hæc post vnam , & item alteram,ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

xxxj. ¶ Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum à communione exclusus sit : hunc ne vtiquam ab alio fas esto suscipi,quàm ab eo,qui ipsum à communione excluſit:nisi forte fortuna episcopus , qui ipsum à cõmunione segregauit,defunctus sit.

xxxij. ¶ Nemo peregrinorum episcoporum , aut presbyterorum,aut diaconorum sine commendaticijs suscipitor litteris:& si eas obtulerit , attentius in disquisitionem vocantor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint;suscipiuntor:sin minus,vbi necessaria ipsis suppeditaueritis , ad communionem & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittitote. multa enim per obreptionem fiunt.

xxxiij. ¶ Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit,habeaque ipsum quodammodo pro capite,neque sine illius voluntate quidquã agere insolitum : illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in sancto spiritu.

xxxiiij. ¶ Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus & regionibus sibi non subiectis ordinationes facere non præsumito. Si vero præter voluntatem eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent,id fecisse conuictus fuerit;deponitor tam ipse,quam etiam hi quos ordinauit.

xxxv. ¶ Si quis ordinatus episcopus ministerium & curam populi sibi commissam nõ susceperit ; hic à communione seiunctus esto tamdiu,donec susceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter & diaconus.Si vero non præ voluntate sua,sed præ malitia populi non susceperit : maneto ipse quidem episcopus : clerus vero eius ciuitatis à communione segregator,eo quòd tam inobedientem populum non corripuerint.

xxxvj. ¶ Bis in anno episcoporum celebrator synodus: ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocanto , neque non in ecclesiis incidentes contradictiones dirimunto:semel quidem quarta feria † Pentecostes, secundo duodecima Hyperberetei †.

xxxvij. ¶ Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito,& eas dispensato,quasi inspectãte Deo. Non licitum autem ei esto quidpiam ex iis sibi tamquam proprium assumere : aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quòd si pauperes illi sint , vt pauperibus subministrato:non tamen horum prætextu res ecclesiæ venundato.

xxxviij. ¶ Presbyteri, & diaconi absque voluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus Domini commissus est , & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

xxxix. ¶ Manifestæ sunto priuatæ res episcopi:si modo & priuatas habet:manifestæ item sunto dominicæ , vt priuatas quidem res episcopus,cum moritur , quibus vult , & quomodo vult , relinquendi facultatem habeat : neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi , qui nonnumquam vxorem & liberos,aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud Deum pariter & homines , simul ne ecclesia per ignorationem rerum episcopi damni aliquid substineat,simul ne episcopus aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædantur,aut etiam qui illum generis proximitate contingunt,incidant in negotia, eiusque mors implicetur diffamationibus.

xl. ¶ Præcipimus,vt episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ fidei eius committendæ sunt:multo vtique magis oportuerit & de pecuniis mandatum dare , vt illius arbitratu dispẽsentur,neque non cum timore Dei summaque solicitudine per presbyteros ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos & hospitio exemptorum fratrum vsus opus habet , ne quo modo ipse posteriore loco habeatur,quàm ceteri. Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inseruiunt, de altari nutriantur : quando nec milites vmquam suis annonis arma hostibus inferant.

xlj. ¶ Episcopus, aut presbyter,aut diaconus , qui vel aleæ , vel ebrietatibus indulget, vel desinito , vel deponitor.

xlij. ¶ Subdiaconus,aut cantor,aut lector,qui consimilia facit , vel desinito, vel à communione seiungitor. Similiter & laici.

xliij. ¶ Episcopus,aut presbyter, aut diaconus,qui vsuras à mutuum accipientibus exigit , vel desinito , vel deponitor.

xliiij. ¶ Episcopus,aut presbyter,aut diaconus,qui cum hæreticis preces coniunxerit:dumtaxat à cõmunione suspenditor. Si vero etiam ipsos tamquam clericos aliquid agere permiserit; deponitor.

xlv. ¶ Episcopum,aut presbyterum , qui hæreticorum baptisma aut sacrificium susceperit , deponi præcipimus. Quæ etenim conuẽtio inter Christum & Belial? aut quæ particula fideli cum infideli.

xlvj. ¶ Episcopus,aut presbyter si eum, qui verum baptisma habeat, iterum baptizauerit , aut pollutum abiptis non baptizauerit ; deponitor , vt qui crucem & mortem

i *al.hebdomade.*

† Hyperbereteus apud Asiæ populos & Macedones October Græce dictus.

& mortem Domini derideat : neque discernat veros sacerdotes à sacerdotibus impostoribus.

xlvij. ¶ Si quis laicus , cum suam à se vxorem abiicit, alteram duxerit,aut ab alio dimissam; à communione segregator.

xlviij. ¶ Si quis episcopus:aut presbyter secundum ordinationem Domini non baptizauerit in patrem & filium,& spiritum sanctum,sed in tres principio carentes,aut tres filios,aut tres paracletos,deponitor.

xlix. ¶ Si quis episcopus , aut presbyter in vna initiatione non tres immersiones, sed vnam duntaxat, quæ in mortem Domini detur,peregerit ; deponitor. Non enim dixit Dominus,in mortem meam baptizate:sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij,& spiritus sancti.

l ¶ Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus , aut quiuis omnino de sacerdotali cõsortio, nuptiis,& carnibus,& vino abstinuerit,non propterea quo mens ad cultũ pietatis reddatur exercitatior , sed propter abominationem ; oblitus, quòd omnia pulchra valde , & quòd masculum & feminam Deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei vocat ad calumniam:aut corrigitor,aut deponitor, & ex ecclesia reiicitor, Consimiliter & laicus.

lj. ¶ Si quis episcopus,aut presbyter eum , qui à peccato reuertitur,non recipit , sed reiicit ; deponitor , eo quòd Christum offendat,qui dixit, ob vnum peccatorem,qui resipiscat,gaudium oboriri in cælo.

lij. ¶ Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus carnibus & vino festiuis diebus nõ vtatur idque per abominationem , non propter exercitationem ad cultum pietatis; deponitor,tamquam qui cauterio notatã habet conscientiam,& multis auctor sit offendiculi.

liij. ¶ Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit; à communione excluditor. excepto tamen eo , qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitium.

liiij. ¶ Si quis clericus episcopum contumelia affecerit; deponitor,principi enim populi tui non maledices.

lv. ¶ Si qu is clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum:à communione segregator.

lvj. ¶ Si quis mancum,aut mutum, surdumue , aut cæcum,aut eum,cui vitiosus incessus est, subsannauerit: communione priuator. Consimiliter & laicus.

lvij. ¶ Episcopus,aut presbyter , qui negligentius circa clerum vel populum agit,neque in pietate eos erudit: à communione segregator. Si vero in ea socordia perseueraverit; deponitor.

lviij. ¶ Si quis episcopus,aut presbyter , clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit : à communione reiicitor : sin perseuerat; deponitor , vt qui fratrem suum necauerit.

lix. ¶ Si quis falso inscriptos impiorum libros tamquã sacros in ecclesia ad populi & cleri corruptionem publicauerit; deponitor.

lx. ¶ Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione,aut adulterio, aut quacumque alia actione prohibita,& conuictus fuerit ; in clerum non perducitor.

lxj. ¶ Si quis clericus per metum humanum,vel Iudęi, vel Græci , vel hæretici negauerit , si quidem nomen Christi ; ab ecclesia reiicitor. si vero nomen clerici; deponitor. pœnitentia tamen ductus , vt laicus recipitor.

lxij. ¶ Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus, aut omnino quicumque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ eius,aut à bestiis abreptum,aut suffocatum; deponitor.hoc enim lex prohibuit,Sine vero laicus fuerit à cõmunione excluditor.

lxiij. ¶ Si quis clericus,aut laicus , synagogam Iudæorum , aut hæreticorum conuenticulum ingressus fuerit,vt preces cum illis coniungat; deponitor,& à communione secluditor.

lxiiij. ¶ Si quis clericus in concertatione aliquem pulsauerit , & vno ictu ac pulsatione interemerit; deponitor propter temeritatem suam.Sin vero laicus sit; arcetor à communione.

lxv. ¶ Si quis dominicum diem,aut sabbatum, vno solo dempto,ieiunare deprehendatur; deponitor:sin laicus; à communione eiicitor.

lxvj. ¶ Si quis virginem sibi non desponsatam admota vi detineat; a communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliam ducere : sed eam detineto , quam solicitauit,quamuis paupercula sit.

lxvij. ¶ Si quis episcopus , aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit; deponitor tam ipse , quàm qui ipsum ordinauit : nisi forte constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati,aut ordinati sunt:hi neque fideles,neque clerici esse possunt.

lxviij. ¶ Si quis episcopus,aut presbyter, aut diaconus, aut lector,aut cantor sacram Quadragesimã. Paschæ, aut quartam feriam, aut Parasceuem non ieiunauerit; deponitor,præterquã si imbecillitate impediatur corporis.Sin laicus sit; communione priuator.

lxix. ¶ Si quis episcopus , aut presbyter , aut diaconus, aut omnino quicumque ex clericorum cõsortio cum Iudæis ieiunauerit,aut communem festum diem cum ipsis egerit,aut lautia festi,nempe azyma,aut aliud huius generis , ab eis susceperit; deponitor. si laicus , à communione segregator.

lxx. ¶ Si quis Christianus oleum ad sacra gẽtiliũ,aut in synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit , aut lucernas incenderit; à communione excluditor.

lxxj. ¶ Si quis clericus , aut laicus ceram aut oleum ex sancta subripiat ecclesia; à communione seiungitor.

lxxij. ¶ Vas aureum & argenteum sanctificatum , aut velamen linteumve, nemo amplius in suos vsus assumito.iniquum enim est. Ceterum si quis deprehensus fuerit,excommunicatione mulctator.

lxxiij. ¶ Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum homines, ab episcopis vocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictusue fuerit; censura irrogator ecclesiastica.Si vero vocatus nõ obtemperauerit,secunda quoque vice vocator,missis duobus ad ipsum episcopis. Quòd si per contumaciã ne sic quidem comparuerit,synodus suã contra ipsum pronuntiato sententiam , ne quid tergiuersando detrectandoque iudicium lucri facere videatur.

lxxiiij. ¶ Indictionem testimonij contra episcopum hæreticus non admittitor : sed neque fidelis , si solus sit. In ore enim duorum aut trium testium consistet omne dictum.

lxxv. ¶ Item non oportet episcopum fratri,aut filio,aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neque enim ecclesiam Dei conferre debet in heredes. Enimuero si quis id fecerit , irrita permaneto ordinatio.. ipse autem excommunicatione percellitor.

lxxvj. ¶ Si quis oculo defectus,aut obtuso cruce existat, & dignus sit; episcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipsum polluit,sed inquinatio animæ.

lxxvij. ¶ Qui vero mutus surdusue,& cæcus est:episcopus non efficitor, non quia oblæso corpore est , sed ne ecclesiastica impediantur munia.

lxxviij. ¶ Si quis dæmonem habeat , clericus non efficitor:sed neque cum fidelibus preces fundito.Mundatus vero recipitor:& si dignus fuerit,efficitor.

lxxix. ¶ Qui

lxxix. ¶ Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus est, aut ex conuersatione praua; eum iustum non est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est, eum, qui non prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere: nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

lxxx. ¶ Dicimus, quòd non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationibus immittere: sed vacare, & commodum se exhibere vsibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum dominicum.

lxxxj. ¶ Serui si in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem, hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando vero seruus quoque gradus ordinatione dignus videatur (qualis & noster Onesimus apparuit) & Domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint; efficitor.

lxxxij. ¶ Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul vtrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem sacerdotalem; deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

lxxxiij. ¶ Quisquis Imperatorem aut magistratũ contumelia affecerit: supplicium luito. & quidem si clericus sit; deponitor. si laicus, à communione remouetor.

lxxxiiij. ¶ Sunto omnibus vobis, clericis simul & laicis, venerandi ac sacri libri, veteris quidem testamenti, Moysis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue vnus. Iudicum vnus. Ruth vnus. Regnorum quattuor. Derelictorum ex libro dierum, duo. Hester vnus. De Machabæorum gestis tres. Iob vnus. Psalterium vnus. Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum. Prophetarum duodecim. vnus Esaię. Hieremię vnus. Ezechiel vnus. Daniel vnus. Inquiritor autem à vobis extrinsecus, vt adolescentes vestri addiscant item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra vero, hoc est noui testamenti, Euangelia quattuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quatuordecim. Petri epistolæ duæ. Ioannis tres. Iacobi vna. Iudæ vna. Clementis epistolæ duæ. & præceptiones, quæ vobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet ob quædam arcana, quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum canonum, Gregorio Holoandro interprete

ERRATA SIC CORRIGITO.

Colomna 115. *linea* 40. *statim post* (plene) *sic legito.* habes 21. q. 4. in summa.
Col. 344. *in extrema linea eiusdem colomnæ, sic legendum statim post* (nisi le-) *addas* ctoratum, & inferiores, ostiariatum & psalmistatum.

LVGDVNI,
Excudebat Petrus Rouſſin, anno Natiuitatis Domini noſtri
1584.

MARGARITA DECRETI,

SEV TABVLA MARTINIANA,

Edita per F. Martinum ord. Prædicatorum. D. Papæ Pœnitentiarium, & Capellanum.

Numeros columnarum vbi distinctiones, causæ, quæstiones, & carum capitula sunt, suprà in tabula capitulorum inuenies.

INTER alia, quæ ad fidelium Christi doctrinam scripta sunt, magnam ipsis Decretorum liber consolationem præstat: huius enim doctrinis & clerici & Laici reguntur. Et per ipsas tum in sacramentis, tum in scripturis repulsa falsitate, perfectam quilibet cognitionem habet de veritate, nec frangitur in aduersis, nec dissoluitur in prosperis. Præteritorum memores, & de futuris cauentes, quoslibet ad sanctam imitationem bonámque operationem Decretorum lectio accendit. Sed quia tam salutaris doctrina videbatur diffusa: Ego frater Mar. ord. Prædicatorum, domini Papæ pœnitentiarius & capellanus, pro eius faciliori inuentione dictiones præcipuas per alphabetum, non sine magno labore ad meã potissimè vtilitatem disposui. Non tamen decreti sententias determinare, sed ipsius libri materias intimare. Nec capitulorum ordinem in allegationib. obseruaui, multáq; ob prolixitatem omisi. In Christo ergo omnium auctore bonorũ, per quem (teste Hiero. 35. distin. c. ab exordio.) ω, reuolauit ad α. spem ponendo, hoc opus à prima litera vsque ad extremam deduxi, ipso adiuuante, qui est principium & finis.

AARON. Quod charitas Aaron multipliciter insinuatur, cap. vt cognouerunt. de pœni. dist. 2. §. opponitur. ante medium.

Item ipsius sacerdotiũ approbatur. 22. dist. sacrosancta.

Item quòd in suo sacerdotio status summi Pontificis repræsentatur. xxj. dist. cap. j. §. j.

Item ponitur in exemplum terroris contra vsurpantes prælaturas. 7. q. j. denique. post medium.

Item ponitur in exemplum, quòd nemo honorem prælationis assumat, nisi à Deo vocatus. 8. q. 1. in scripturis. in princip.

Item ponitur in exemplum quòd nullus homo potest esse sine peccato. de pœn. dist. 2. §. opponitur. circa med.

Item ponitur in exemplum lapsis post pœnitentiam ad prælaturæ restitutionem. 50. dist. si post ordinationem. §. econtra exemplis.

Item cum filijs suis in exemplum ponitur episcopis & clericis de mutua inuicem honoratione. 95. dist. esto.

Quod oblationes ecclesiarum solis sacerdotibus debentur, præfigurat. 10. q. 1. hanc.

Quod est in argumentum quòd Deus dat gratiã subditis per orationem sacerdotum. 1. q. 1. dictum est 1.

Quod virga Aaron deuorauit virgas magorum. 26. q. 5. nec mirum, ante med.

ABBAS. Quod abbas non ab episcopo ponitur, sed à monachorum congregatione eligitur. 18. q. 2. abbas. & duobus c. seq.

Quod in abbatem eligi debet qui sit dignus moribus atque actibus monasticę disciplinę. 18. q. 2. abbatem cui libet.

Quod in abbatem electus debet esse cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, & sobrius. 18. q. 2. si quis abbas.

Quod abbate exempto irrequisito nil debet episcopus in monasterio eius exercere. 18. q. 2. luminoso.

Quod subest correctioni & dispositioni episcopi non exemptus. 18. q. 2. abbates. & c. abbas pro. & c. si quis abbas.

Quod solus abbas habet potestatem in monasterio suo. 18. q. 2. nullam.

Quod potest cõsecrare duos ordines primo sacerdos existens. dist. 69. quoniam.

Quod nõ debet regere plures abbatias. 21. q. 1. clericus.

Quod dispensat cum monacho vt habeat specialem cellam. 18. q. 2. nullus. 20. q. 3. monachum.

Quod sine suo consensu monachus vouere non potest. 20. q. 4. monacho.

Quod sine sua licentia non licet monachis aliquid habere, dare vel accipere. 12 q. 1. non dicatis.

Quod abbas criminosus potest deponi ab episcopo etiã inuito conuentu. 18. q. 2. si quis.

Quod non licet abbati alienare vel obligare res ecclesiæ absque consensu episcopi. 12 q. 2. abbatibus.

Quod confessiones audire, vel pœnitentias iniungere non possunt nisi suorum subditorum. 16. q. 1. peruenit. & duob. c. seq.

Quod non licet episcopis, & aliis regularibus aliter quã cathedralis ecclesia diuina officia decantare. 12. dist. de his.

De hac materia habes vbi agitur de monachis.

ABBATISSA. Quod in abbatissam non eligitur nisi sexagenaria. 20. q. 1. iuuenculas.

Quod nullam monialem velare potest. 20. q. 2. statuimus.

Quod volens loqui cum aliquo debet associari per vetulam monachã, 18. q. 2. diffinimus. col. 2. & c. in decima.

ABEL. Quod Abel placuit Deo, & eius oblatio. 14. q. 5. scriptũ. de pœn. dist. 5. c. 1. §. semper offerat. vltra med.

Quod ponitur in exemplum patientiæ. 7. q. 1. aduersitas, circa med. §. cum autem à vitijs.

ABORTVS. Quod abortus procuratio æquiualet homicidio, 2. q. 3. consuluisti, 32. q. 2. quòd verò non. & in c. seq. & c. sicut.

ABRAHAM. Quod Abraham ponitur in exemplum quod sepulturæ prædecessorum suorum nisi ex causa non sunt relinquendæ. 13. q. 2. Ebron.

Item est in exemplum decimarum dandarum sacerdotibus. 16. q. 7. decimas Deo.

Quod excusatur à mendacio, 22. q. 2. c. vtilẽ, in fine. & c. quæritur.

Item in filij prompta immolatione ponitur in exemplũ obedientiæ. 23. q. 5. si non licet, vltra medium. & c. lex æterna. & q. 8. occidit.

Item ponitur in exemplum sanctimoniæ coniugalis. de pœn. dist. 2. §. opponitur. ante finem.

Quod ideo de pluralitate fœminarum nõ culpatur, quia tunc Dei populi multiplicatio quærebatur. 32. q. 4. recurrat. ante finem.

Item ponitur in exemplum quòd ex bonis patribus mali filij generantur. 32. q. 4. recurrat. & 47. dist. sicut hi. §. necesse. in fi. & c. seq.

Item quia in hospitalitate acceptor personarum nõ fuit, angelos recipere meruit. 42. distinct. quiescamus.

Item quòd lac non vinum angelis hospitio acceptis exhibuit. 35. dist. sexto die, in fine.

ABROGATIO. Quod abrogatio legum vel constitutionum fit contraria consuetudine. 4. dist. in istis. & §. proximo.

Item contraria constitutione. 31. dist. ante triennium.

Item locorum varietate. 31. dist. aliter, §. proximo.

Item temporũ disparij successione. 34. dist. fraternitatis.

Item malorum emergentium occasione. 63. dist. quia sancta Romana. §. verum. Exemplum ibi de serpente æneo, quem Moyses bona intentione fecit, Ezechias bona intentione destruxit.

ABSOLVTIO. Quid est absolutio peccatorum. 11. q. 3. ipse ligandi. & c. seq. & c. plerumque.

Item quid excommunicati. 11. q. 3. debẽt. & tribus c. seq.

Item quid iuramenti illiciti. 15. quæst. 6. auctoritatem.

Quod solius Papæ est à iuramento licito absoluere. 15. q. 6. alius. & c. seq.

Quod absolutio cum discretione est facienda, 23. q. 4. si is qui.

Quod minor maiorẽ nec ligare nec absoluere potest. 21. dist. inferior. 24. q. 1. audiuimus. in fi.

Quod hæreticus vel præcisus ab ecclesia nec ligare nec absoluere potest. 1. quæst. 1. remissionem.

Quod malus sacerdos quamdiu toleratur absoluit. 1. q. 1. ita fit. & duobus c. seq.

Quod episcopus vel sacerdos pronior debet esse ad absoluendum quàm ad ligandum. 26. q. 7. alligant.

Quod non licet aliquid accipere pro absolutione. 1. q. 1. nullus episcopus.

Quod archiepiscopus potest absoluere excommunicatũ ab episcopo. 2. q. 1. nemo.

Quod vera est absolutio sacerdotis quando fit claue nõ errante. 11. q. 3. tunc vera est. & c. plerumque.

Quod ligatus à canone, potest absolui ab infirmitate. 17. q. 4. si quis suadente.

Quod excommunicatus sacerdos nec ligare potest nec soluere. 24. q. 1. audiuimus.

Quod mortuus in excommunicatione non debet absolui si viuus non pœnituit. 24. q. 2. nec quisquam.

Quod debet fieri per manus impositionem. 26. q. 7. his qui. & c. sacerdos.

Quod absoluẽdus debet flectere genua. 26. q. 7. sacerdos.

Quod ille qui ligat, debet absoluere. 24. q. 1. si Petrus.

ABSTINENTIA. Quod abstinentia vera est à peccatis abstinere. de cons. dist. 5. ieiunium. c. nihil enim. & c. seq. de pœn. dist. 3. c. incassum. §. sed verba. in fi.

Quod boni à licitis abstinent. 33. q. 4. christiano. & c. vir cum propria.

Quod duplici de causa boni à licitis abstinent. 27. quæst. 2. sunt qui. §. duobus enim modis.

Quod non sufficit à malo abstinere, nisi bonum fiat. 22. quæst. c. de forma. 35. dist. ecclesiæ. in fi.

Quod abstinentia ciborum multipliciter commendatur, & persuadetur. 35. dist. sexto die. per totum. c. de consc. dist. 5. non dico. vsque ad c. legimus.

Quod errores Gentilium in abstinentia sectantes, anathematizantur. 30. dist. si quis presbyter.

Quod abstinentia respicit personæ valetudinem, temporis opportunitatem, ciborum qualitatem & quantitatem. 41. dist. quod dicit.

Quod discreta commendatur. dist. 41. quisquis. de consc. dist. 5. non mediocriter.

Quod maxime conuenit episcopis & prædicatoribus, 35. dist. ecclesiæ.

Quod non requirit nisi corporis sustentationem. 44. distinct. conuiuia. de consec. dist. 5. ne tales.

Quod auiditas ciborum quantumcunque vilium in abstinente arguitur. 41. distin. deliciæ. & cap. quod dicit.

Quod tempore quadragesimæ maximè presbyteri & clerici abstinere debent à cibis. 4. distin. statuimus, cum duobus cap. sequentibus.

Quod abstinentia morbos corporales curat. de consecr. dist. 5. ne tales.

Quod cum à carnibus abstinemus, à sementinis etiam carnium abstinere debemus. 4. dist. denique.

Quod die sabbati abstinendum est à carnibus, nisi in infirmitate & festis. de consec. dist. 5. quia dies.

Quod monachis præcipuè abstinentia carnis est apta & vtilis. de consec. dist. 5. carnem.

ABOMINATIO. Quod abominatio est Domino eleemosyna de rapina, vel simonia, vel de vsura. 1. q. 1. non est putanda. 14. q. 5. scriptum est.

ABLVTIO. Quod ablutio peccatorum fit per aquam lachrymarum. de pœnit. dist. 1. medicina.

Item per fidei feruorem. 24. q. 1. si Petrus.

ABVSVS. Quod abusus priuilegij punitur. dist. 74. vbi ista didicisti. 11. q. 3. priuilegium.

Quod abusus clauium sacerdotalium damnabilis est. 11. q. 3. ipse. & cap. plerunque.

ACCELERATIO. Quod acceleratio reprobatur in ep. scopi & clericorum ordinatione. 28. dist. de Syracusanæ. 61. dist. miramur. 59. dist. si officia. & duob. c. seq.

Item in sententiæ prolatione. 2. quæst. 1. Deus.

Item in noui honoris collatione. 23. distinct. communis.

Item in baptismi dubia reiteratione. de consecratio. distinctio. 4. cum itaque.

Item in clericorum qui lapsi sunt, condemnatione. 50. distinc. ponderet.

Item in condemnatorum restitutione: quia properata nimis remedia, aliorum ruinæ non sunt profutura. 50. dist. abiit. & c. seq.

Quod acceleratio commendabilis est in malorum exercenda vltione. 33. q. 4. si ea.

Item in lucri animarum promotione. 21. q. 1. relatio. de consec. dist. 4. ne, quod abst.

Item in eleemosynarum pro defunctis oblatione. 13. q. 2. qui oblationes.

Item in ecclesiarum vacãtium prouisione. 65. dist. de persona. & 50. dist. postquam.

Item in ecclesiasticarum rerum recuperatione. 12. q. 2. Augustino.

ACCEPTIO. Quod acceptio personarum non est apud Deum. 32. q. 4. sicut. de cõsec. dist. 4. nec quemquã, circa med.

Quod etiam non debet esse inter homines. 49. dist. c. vlt. 63. distin. sacrorum. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. 11. q. 3. summoperè.

Quod prohibetur acceptio personarum in pœnitentiæ impositione. 26. q. 7. sacerdos.

Item prohibetur in sententiæ diffinitione. 3. q. 9. necesse.

Item in fidei prædicatione. de consecr. dist. 1. nullus episcopus.

Item in hospitum receptione. dist. 42. quiescamus.

Item in faciendo pro omnibus (&maximè pro defunctis) oratione. 13. q. 2. non existimemus.

Item in eleemosynarum largitione. 16. q. 1. si cupis.

Quod munerum acceptio pro oblatione orationum vel aliorum spiritualium damnabilis est. 1. q. 1. eos qui. & c. seq.

Quod regulares aduocati munera (quæ sæcularibus aduocatis licet accipere) non debent exigere. 15. q. 2. obseruandum.

Quod quandoque scelerate accipitur quod à volentibus datur. 14. q. 5. non sane.

Quod gratuito & ex deuotionis causa munera oblata cuilibet licet accipere. 15. q. 2. obseruandum.

ACHAB. Quod Achab sacerdotib. peccantibus ponitur in exemplum, quòd post humilem pœnitentiam remaneãt in statu suo. de pœn. dist. 1. §. ecõtra. dist. 3. c. illud verò. §. ecce. & di. 1. voluissent. §. ex his. & §. Achab.

Item ponitur in exemplum quòd malo prælato quamdiu sustinetur est obediendum. 1. q. 1. sicut Christus.

Quod quinquagenarios eius ad preces Heliæ ignis cœlestis consumpsit. 23. q. 4. si illic. §. sed obijcitur.

ACHOR. Quod Achor propter furtum anathema in-

curtit,& Israel hostibus tradidit.1.q.4.ecclesia.
Quod quia non statim furtum licuit, innocens populus pro ipso punitus fuit.23.q.3.si ea.
ACOLYTHI.Quod acolythi Græcè, Latinè cerofetarij dicuntur.21.dist.cleros & clericos.circa fi.
Quod acolythi officiū est præparare luminaria, & ipsa coram ministris altaris deportare. dist.25.perfect.s. 33. dist.c.si quis.§.deseruientes.
Quod acolythi possunt contrahere matrimonium.15.q. 3.sane §.seq.
ACTIVA.Quod activa vita & contemplativa commēdatur.8.q.1.in scripturis.& c.qui episcopatum.
Quod à rectoribus ecclesiarum,& maximè ab episcopis est exercenda.88.d.st.decreuit.
ACCVSATIO. Quod accusatio non debet admitti quæ nō procedit ex charitate.4.q.4.nullus introducat.
Quod eam debet præcedere admonitio charitativa.1.q. 1.si peccauerit.post medium.& q.7.accusatio quoque.
Quod accusationem contingit fieri vel criminaliter vel ciuiliter.2.q.3.Euphemiū.& §.seq. q.11. non est credendum.per totum c.
Quod debet fieri in scriptis.2.q. 1.legum.q.3.si quis itatus.& q.8.accusatorum.
Quod debet fieri præmissa inscriptione.3.q 9.qui accusare.4.q.4.nullus introducatur.
Item in quibus casib. potest fieri sine inscriptione, notatur.4.q.4.§.abacti.
Quod inscriptio accusatoris debet cōtinere criminis magnitudinem,& tempus cōmissi criminis.4.q.4. si quis se iniuriam ab aliquo.§.in aliis autem.
Quod in accusatoris libello nomen accusati est ponendum.2.q.8.c.per scripta.§.quæ verò.
Quod vtraque parte præsente debet fieri accusatio.11.q. 3.eorum.
Quod accusatio non admittitur contra absentem,nisi sit contumax.3.q.9.per totum.
Quod persona illustris in crimine iniuriarum per procuratorem potest accusare,3.q.9.absens per alium.
Quod tribus modis falsa accusatio detegitur, aut calūnia,aut præuaricatione, aut tergiuersatione. 2. q. 3. si quem pœnituerit.§ 1.versic.accusatorum.
Quod modus accusationis qualis esse debeat,ponitur 2. q.8.per totum.
Quod accusare nō possunt hæretici,pagani,& 2.q.7.alieni.& c.seq.& 4.q.1.c.1.& seq.
Item crimi.nosi,6.q.1.qui crimen.& 3.q.5.constituimus. & duobus c.seq.
Item nec conspiratores.3.q.4.conspiratores.
Item nec incestuosi.3.q.4.consanguineorum.
Item nec malæ opinionis.3.q.5.suspectos.
Item nec litigiosi nec calumniatores.3.q.5.nullus.
Item nec inimici.3.q.4.detractores.
Item nec excōmunicati.3.q.4. nullus. & c. omnes.4.q.1. per totum.2.q.7.in sancta Nicæna.
Item nec infames.3.q.5.nullus.
Iſē impuberes, mulieres & pauperes & huiusmodi personæ excluduntur ab accusatione. 2.q.1. prohibetur. 12.q.2.episcopus qui mancipium.& c.seq.15.q.3.§.1. & tribus c.seq.
Quod sortilegi & diuinatores non possunt accusare.3. q.5.constituimus.
Quod qui sacerdotes fieri nequeunt,sacerdotes accusare non possunt.2.q.7.ipsi apostoli.6.q.1. omnes verò, & c.sacerdotes.
Quod episcopum laici passim accusare non possunt.2.q. 7.c.1.& c.clericos,& c.laici.
Quod episcopus reaccusatus damnari non potest, nisi per duodecim episcopos,vel per lxxij.testes idoneos conuictus.2.q 5.nullam.
Quod nec clericos possunt laici passim accusare. 2.q.7. nullus laicus.& c.seq.& c.sicut.
Quod accusatus accusare non potest,nisi primo præcessit set purgatio, & n.si accusaret de maiori crimine. 3.q. 11.neganda.§.neganda.
Quod accusator debet esse bonæ vitæ, & liber genere, non seruus.2.q.7.quærendum est.
Quod in accusatione requirenda sunt qua conscientia: quo merito:quia intentione: vtrū scilicet pro Deo vel inani gloria accuset.2.q 7.si q sunt.& c.si quis episcop⁹.
Quod nullus accusare vel se defendere potest in causa criminali per procuratorem.5.q.3.in criminalib.
Quod episcopum clerici accusare possunt.2.q.7. Paulus Dyaclinæ.& c.seq.2. q.7.quapropter.& c.si quid in ecclesia.
Quod etiam laici quantumcunque infames propter simoniam & hæresim accusare possunt. 6.q.1.nos sequētes. & c.seq.
Quod monachi ex charitate possunt episcopum accusare.2.q.7.c.nullus monachus.§.sed aliud est.
Quod libertus licet accusare patronum in certis casibus. 12.q.2.episcopus qui mancipium.
Quod criminosus criminosum dominum potest accusare,2.q.7.pagani.& § seq.
Quod ad accusationem hæreticorum etiam infames vtriusque sexus admittuntur.2.q.7.præsumunt.§.seq.
Quod mulieri licet accusare simon am,crimen læsæ maiestatis,& quodlibet crimen publicum.15.q.3.sane.
Quod secundum leges mulier non potest virum accusare de adulterio.32.q.5.apud.§ hoc in mulierib.
Quod secundum canones vir & mulier mutuo se accusare possunt,licet non æqualiter.32.q.5.Christiana.
Quod gradus consanguinitatis vel affinitatis non debet accusare nisi propinqui vel antiqui.35.q.6.c. 1.& seq.
Quod qua forma debent iurare qui accusant parentelā habetur 35.q.6.c.de parentela.1.& c.episcopus.
Quod accusator obligatur ad pœnā talionis.2.q.8.quisquis.& c.qui crimen. 2. q. 3. calumniator. & qui non probauerit.6.q.6.qui calumniam.
Quod zelo iustitiæ accusans præmiatur.6.q.1.c.sunt plurimi.§.verum.
Quod accusans ex malitia punitur.45.dist. accusatores. 2.q.3.si quem pœnituerit.
Quod accusans episcopū calumnioſe infamis efficitur. 3.q.4. clericus verò qui. & c.hi qui episcopos.2.q.3.si quis episcopum.
Quod falso accusantes vel in probatione deficientes vlterius accusare alios prohibentur, 3.q.10.placuit,& c. accusatorum.4.q.6.c.1.& vlt.
Item à cōmunione vsque ad exitum vitæ suspēduntur.3. q.10.eos qui.5.q.6.Epiphaniū,2.q.3. si quis episcopū.
Quod ab accusatione, pretio, vel promissione desistens punitur.2.q.3.si quem.
ADAM. Quod Adam propter peccatum à facie Dei se absconditde pœnit.dist.1.c.& venit.
Quod in hoc quòd ipse qui melior erat muliere,extra paradisum factus est,mulier intra, ponitur in exemplum quod nō homo melioratur à loco, sed locus ab homine.40.distinct.illud.& cap.seq.
Item in hoc quòd propter peccatum de paradiso eiectus est,ponitur in exemplū,quòd homo ignobilis effectus propter culpam meretur à loco dignitatis expelli. 40. d.st.Adam.
Item quia non de terra,sed de ipsius costa facta est mulier,innuitur,quòd ab ipso fieri à principio tota deriuatur tota humani generis propagatio.33.q.5.nec illud otiosum.
Quod Adam virili ætate factus est.de pœnit.dist.2. capit. tolle.§.Adam verò.
Quod asserens ipsum mortalem creatum, siue peccaret, siue non,anathematizatur.de consi.dist.4.placuit igitur.
Quod Adam in paradiso charitatem, & alias virtutes habuit.de pœnit. distinct.2.tolle.§.colligitur.
Quod in hoc quamdiu solus erat non peccauit, solitaria & contemplatiua vita commendatur.de pœnit.distin. 7. non est.§. Romanos.§.Adam verò.
Quod ideo Adam plus peccauit, quia omni bono plus abundauit.de pœnit.dist.5.consideret.parag.desleat.
ADINVENTIO. Quod adinuentio quę ius nouum impedit,vt est iudicium ferri candentis, vel aquæ feruentis,est superstitiosa.2.quæstio.4.consuluisti.
Item quæ vetus ius male interpretatur.37.dist. relatum.
Quod adinuentio quæ circa constitutionem aliquid mutat errorem corrigendo,est vtilis,8.dist.veritate.
Item quæ detrahit nimio rigori,vt est dispensatio, 1.q.7. exigunt.
Item quæ addit vel religioni vel grauamini.55.dist.nullus.
Item nouorum experimentorum & causarum est necessaria.50.dist.vt constitueretur.
ADIVTORIVM. Quod adiutorium non est ferendum maximè à sacerdotibus in alterius detrimentum. 14.q.5.denique.
Quod qui in fraudem alterius quemquam iuuat, socius est criminis.14.q 6.c.1.post medium.
Quod patriam vel socios ad defendendum iuuare iustitiæ est.23.q.3.fortitudo.& cap.non in inferenda.
Quod viri ecclesiastici ne à maledicis calūniatoribus opprimantur,sunt adiuuandi.3.q.1.Deus.
Quod misericordius homini ad peccandum adiutorium subtrahatur,quàm feratur.14.q.6.si res.& c.hi qui.
Quod prælati subditorum suorum præcipui debent esse adiutores & vitores.23.q.8.scire.8.q 1. clemens.

De qua materia habes vbi agitur de Auxilio.

ADMONITIO. Quod admonitio debet præcedere accusationem vel excommunicationem.16.q.1. quidam.2.q.7.accusatio.post medium.
Item debet præcedere vindictam.12 quæst.2.indigne.
Quod admonendi sunt primo hæretici ab errore discedere,quàm tradantur pœnæ.23.q.4.non inuenitur.in fi.
Quod administratores sæcularium dignitatum admonendi sunt.ab episcopis super pauperum & viduarum defensione.23.q.5.administratores.
Quod iudices admonendi sunt per prælatos ad opera pietatis.14.q.6.hi qui.
Quod viduæ admonendæ sunt ad studia castitatis. 27.q. 1.de viduis.sub nulla.
ADOLESCENTIA.Quod adolescentia in malum prona est,12.q.1.c.1.
Quod adolescentes monachi vel clerici ab approbatissimo magistro debent informari,12.q.1.c.1.
Quod nil incertius quàm vita adolescentiū,12.q.1.c.1.

De hac materia habes vbi agitur de Ætate.

ADORARE. Quod adorare cogebantur iusti simulachrum à Rege Nabuchodonosor,& recusatores mittebantur in ignem,23.q. 4.non inuenitur.
Quod adorando imagines, non picturam,sed picturæ præsentationem venetamur, de consec.d.ſt.3.perlatū.
ADRIANVS.Quod Hadrianus Papa primus Caroli magnum pro defensione ecclesiæ de Francia in Italiā vocauit.63.dist.c.Hadrianus.
Quod Hadrianus Papa secūdus octauam synodum vniuersalem procurauit celebrari.63.dist.c.Hadrianus.
ADVENTVS.Quod aduentus spiritussancti per Petri Apostoli prædicationem multorum hominū corda sacrauit.de consec.dist.4 propriè.
Quod ab aduentu domini vsque ad octauam epiphaniæ non est iurandum.22.q.5 decreuit.
Quod nec eo tempore nuptiæ sunt celebrandæ. 33.q.4. non oportet.
ADVERSITAS. Quod aduersitas iustorum non est signum reprobationis,sed exercitiū virtutis.7.q.1.aduersitas.
Quod pie aduersatur qui corripit vitiosum, 23.q.5.c.1. circa medium.
Quod vtiliter latroni mēbra præcidit qui ipsum ex hoc à malo retrahit,23.q.3.si quis fortitudinem.
Quod malum malo reddit qui inimicum suum ad præcipitium euntem non impedit,23.q.4.nimium.§.1.
Quod piè molestat medicus lethargicum excitando, & phreneticum ligando,23.q.4 quid faciet.
Quod amicus vtiliter verberans præponitur amico inutiliter blandienti,23.q.4.nimium,circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione.

ADVLATIO. Quod adulatio peccatori exhibita dat audaciam peccata augmentandi.46. dist.sunt nonnulli.50.dist.si quis diaconus,& duobus c.seq.
Quod adulator qui alicui tribuit bonum quod non habet, hoc est mortale quando ex certa scientia fit. 22. q.2.primum est.ver.5.
Item adulatur qui superiorē vt ei placeat in eo quod habet extollit,hoc est veniale, 25.dist.c.vnum oratum.
Item adulatur qui approbat malum quod est in aliquo, & hoc est mortale.46.dist.clericus qui.
Quod parietem linire dicitur qui peccantibus adulatur, 46.dist.sunt nonnulli.
Quod pastor qui luporum quærit laudes, oues negligit, 83.dist.nihil.
Quod clericus adulationibus vacans debet degradari, 46.dist.clericus qui.
Quod melius est pro veritate pati supplicium quàm pro adulatione beneficium.11.q.3.nemo peritorum.
Quod insidiator alienarum hæreditatum adiuuat regibus.37.dist.nonne.
ADVLTERIVM. Quod adulterium propriè est vbi celebrati coniugij iura temerantur.32.q.4.nemo.
Quod adulterium est alieni thori violatio,36.q.1.lex.§. cum ergo.versic.adulterium vero.
Quod grauius puniendi sunt viri quā fœminæ pro adulterio.32.q.6.indignantur.
Quod adulter vxorem adulteram non potest dimittere nec accusare,32.q.6.per totum.
Quod plus peccat qui vxorem habens cū alterius nupta adulterat:quàm solutus alterius vxorem violando.32. q.7.quemadmodum.§.sunt.
Quod permittitur potius adulterium quàm vxoris adulteræ homicidium,33.quæst.2.si quod verius.
Quod violenter oppressæ non potest opponi adulterium. 32.q.5.puto.
Quod secundum canones vir & mulier pari ratione in adulterio condemnantur.35.q.5.Christiana.
Quod vir vxorem de adulterio accusare non potest,si ipse pariter fuerit fornicatus,32.quæst.7.c.1.
Item si dedit ei adulterandi occasionem.27.q.2.si tu.
Quod si credebat ipsa virum mortuū cum adultero contrahendo.34.q.2.si virgo.
Item si fuerit vi oppressa.32.q.5.proposito.
Item si alius sub mariti specie concubuit cum ea, 34.q. 2.in lectum.
Item si post adulterium commissum eam ex consensu retinuit.32.q.1.si quis vxorem.
Quod suæ vxoris amator ardentior,fœdus adulter iudicatur.32.q.4.origo.
Quod patronus est turpitudinis qui adulterium celat vxoris.32.q.1.apud.& c.1.
Quod vir innocēs adulteram recipere non cogitur.32. q.1.de benedicto.
Quod qui post adulterium vxorem suam cognouit, impeditur ab ordinum promotione.34.dist.si cuius.
Quod Abrahā & Iacob excusantur ab adulterio cognoscendo ancillas.32.q.4.dixit Sara.& c.obiiciuntur.
Quod potest esse matrimonium cum persona quam potuit per adulterium.31.q.1.denique.
Quod transgressor voti castitatis peior adultero iudicatur.27.1.q.1.& per totum.
Quod sacerdoti adulteranti cum sua filia spirituali, grauior & perpetua pœnitentia imponitur.50.q.1. si quis sacerdos.
Quod sicut vir dimittens vxorem suam efficitur adulter, sic episcopus relinquens ecclesiā suam.7 q.1.sicut vir.
Quod nasci de adulterio nō est culpa nascentis,sed ipsius qui generat.56 dist.nasci.
Quod nati de adulterio nec sunt in fide stabiles, nec in bello seculari constantes.56.dist.si gens Anglorum.
Quod virgo non reputatur adultera quę ignoranter vitro nubit alieno.34 q.2.si virgo.
Quod adulterium committens presbyter aut diaconus si in eo deprehensi fuerint, reparari non possunt.50. dist.

si quis diaconus.
Quod clericus de adulterio conuictus aut confessus ab officio depositus communione concessa toto tempore vitæ suæ in monasterio retrudatur.81. dist. si quis clericus.
Quod adulteræ & incestæ sunt virgines,quæ post consecrationem nupserunt.37.dist.c.vlt.
ADVOCATVS. Quod non debet ex suo sensu scripturæ aliquid proponere.37.dist.relatum.
Quod non debet opprobriis, sed ratione allegare.3.q.7. infames.§.si quis adeo procax.
Quod miti relatione non tumultuosa voce factum debet proponere,5.q.4.duodecim. in fine,& c.seq.§.debet ergo.
Quod non debet lucro sed iustitiæ intendere.3.q.7.infames.circa med.& §.apud vrbem Romanam.
Quod aduocatus sæcularis potest vendere iustum patrocinium,& iuris peritus consilium.14.q.5 non sane.
Quod regularibus aduocatis non licet pro aduocatione minima accipere.15.q. 2.obseruandum.§.hoc autem.
Quod monachi possunt esse aduocati de abbatum suorum licentia in causis monasterij. 16.q.1. monachi à monasterio.
Quod ob verecundiam sexus mulieri non licet coram iudice aduocare.15.q.3.§.1.ver.legibus.
Quod clerico in causa criminali non licet aduocare coram iudice sæculari.23.q.vlt.c.his à quibus.
Quod clericus aduocans contra ecclesiam suam, vel episcopū,vel patronum: amittere meretur beneficia. 15. q.6.nos sanctorum,22.q.5.de forma, 96.dist.si imperator.
Quod contra inhibitionem ecclesiasticam aduocans nō solum rerū amissione,sed etiam exilij relegatione punitur,de pœ.dist.quicunque ausus.
Quod princeps & quilibet illustris potest litigare per ad uocatum in crimine iniuriarum.3.q.9.absens per aliū.
Quod Christus est aduocatus noster apud patrē de pœnit.dist.2.c.si enim inquit ante medium.
AFFECTVS.Quod affectus plus placet Deo offerentis quàm munus oblationis. 3.q. 7.in grauibus. 24.q. 1.odi & proieci.
Quod illa oratione electitur Deus quæ non consistit in multitudine verborum,sed in affectu cordis, de cōse. dist.5.non mediocriter.
Quod oratio quæcūque cum barbarismis & solœcismis verborum proferatur, Deo placet, si ex affectu animi procedit,38.dist.sedulo.
Quod qui Deo perfectè seruire desiderat,oportet ꝙ carnalem affectionem consanguineorum posponat, 12. q.1.cui portio.
Quod qui nihil affectat, perfectior est illo qui multa possidens auare dispensat,1.q.2.si quis propter.
AFFINIS. Quod affinis in testem contra affinem nō accipitur,3.q.9.absens per alium.
Quod nec ad accusationem aliorum admittitur:quia affinis affinem accusare non potest,3.q.5.similiter.
Quod vno coniugum defuncto,in superstite affinitas nō deletur, nec alia copula affinitatem prioris copulæ solueret potest.35.q.vlt.fraternitatis, post med.& q.3.per totum.
Quod qualiter affinitas sit computanda, habetur,35.q. 3.porro duorum.
Quod affines in quinto gradu copulari possunt defuncto viro vel vxore,in quarto si iuncti fuerint, non separentur.In tertio autem non licet, 35.q.3. de propinquis.
AGATHO. Quod Agatho Papa quis fuerit,qua natione,& quid fecit habetur,63.dist.c.Agatho.
AGNVS.Quod per agnum Christus Iesus repræsentatur,non tamen debet agnus in cruce depingi,sed secūdum imaginem humanam,de consec.dist.3.sextam.
Quod agni sanguis quid sit,iam non audiendo sed bibēdo didicimus,qui super vtrunque positem ponitur quādo non solum ore corporis,sed etiam ore cordis hauritur,de consec.dist.2.quid sit.
ALCHIMIA. Quod alchimia videtur esse ars reprobata:quia qui credit vnam speciem posse transferri in aliam vel similem nisi ab ipso creatore infidelis est, & pagano deterior.26.q.5.episcopi.circa finem.
Quod alchimistæ sunt discentes:& ad veritatem scientię nunquam peruenientes.eadem cau: & quæst.nec mirum,circa med.
Quod multæ virtutes insitæ sunt in herbis & lapidibus. 21.q.vlt.c.si.
Quod insunt in rebus corporeis per omnia elementa quędam occultæ seu manifestæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis & causalis prorumpuntin species debitas suis modis & finibus. 26.q.5. nec mirum.circa finem.
ALEA.Quod alea ludere si non dimiserit episcopus vel presbyter & etiam inferioris gradus clerici, grauiter puniuntur.35.dist.episcopus.
ALIENATIO.Quod alienatio rerum ecclesiasticarū potest fieri per episcopum tempore necessitatis vel meliorationis causa,12.q.2. placuit,& c.sine exceptione. ibid.& c.terrulas.
Item pro redemptione captiuorum.12.q.2 apostolicos, & tribus c.seq.
Quod abbatibus non licet res monasterij sui sine episcopali licentia alienare,12.q 2.abbatibus.
Quod in alienatione rei parochialis sufficit cōsensus cleri scopi & pastoris,12.q.2.abbatibus.
Quod etiam consentiente episcopo abbas nisi sit pro fabrica monasterij,non potest res ecclesiæ alienare,17. q.4.in venditionibus.§.etiam.
Quod cum res ecclesiæ non sint episcopi, sed communes: non licet ei sine consensu capituli res notabiles alienare,12.q.2.sine.& c.seq.
Quod serui ecclesiæ qui retineri non possunt,ab episcopo alienari possunt,12.q.2.fugitiui.
Quod ecclesia alienas res non debet inuadere.32.q.2.si cut ecclesia.
Quod alienum nō est quod iure possidetur,14.q.4.quid dicam.§.hæc enim certè.
Quod peccatum non dimittitur nisi res ablata restituatur,14.q.6.si res.de pœnit.dist.5.falsas.
Quod alienas res inuadunt qui decimas, quæ pauperibus fiunt,auferunt.16.q.1.decimæ.
Quod omnis alienę rei illicita vsurpatio,nomine furti in decalogo prohibetur,32.q.4. meretrices.
Quod episcopus dicitur aliena rapere cum totum sibi retinens egenis clericis nil impertitur,93. dist.diaconi sunt,post medium,1.q.2.si quis propter.
Quod alienas res ecclesiæ compellitur restituere,12.q.2. monemus.
Quod episcopus vel presbyter contra constitutū alienās res ecclesiæ, deiicitur de honore.17.q.4. quicunque episcoporum.
Quod moriente episcopo nō licet metropolitano res defuncti,quæ sunt successoris,occupare vel alienare,12. q.2.non liceat alicui metropolitano.
Quod cuiuscunque gradus clericis,qui defuncti episcopi res, quæ sunt successoris occupauerint vel alienaue rint,anathema& propriį gradus periculum incurrunt, 12.q.2.hæc huius placiti,& c.non liceat clericis.

De hac materia habes infra de Ecclesia.

ALIMENTA. Quod alimenta olerum & legiminum plus prosunt corpori & animæ quàm deliciæ, de consecra.dist.5.ne tales accipiamus.
Quod episcopus vel presbyter si vxorem habet superstitē tenetur ipsi in alimētis prouidere, 31.dist.omnino.
Quod clerici vxorati ecclesiæ deseruientes,ab ea alimenta percipiant,32.dist.si qui vero.
Quod ecclesia tenetur illi in alimentis prouidere,qui suaquæ habuit dedit ecclesiæ,16.q.7. quicunque fideliū.
Quod matri & aliis propinquis non obstante iuramento tenetur quilibet in alimentis prouidere, 22.q. 4.inter cetera.
ALTARE.Quod altare nisi sit lapideum,non consecratur,de consec.dist.1.altaria si non.
Quod altare non debet erigi sine licentia episcopi,de cōsecr.dist.1.nullus presbyter.
Quod consecrari debet chrismate & benedictione,de cōsecr.dist.1.altaria placuit.
Quod presbyter consecrare altare non potest,26.q.6.ministrare.
Quod altaria inutilia,quæ consecrata non sunt vel in locis indebitis facta:debent dirui.de cōsecr.dist.1.placuit.
Quod oblatio & fructus altaris vendi prohibentur. 1.q. 2.audiuimus.
Quod altare ad cuius honorem ecclesia est consecrata si motum fuerit,cum ecclesia debet consecrari, de consecr.dist.1.si motum.
Quod in altari in quo celebrauit episcopus,nō debet eodem die celebrare presbyter de consec.dist.2.c. vlt.
AMOR DEI.Quod amare Deum debemus plus quā nostros proximos,12.q.1.cui portio.
Quod si Deum amaremus,omnia difficilia & aspera perficeremus,de pœn.dist.2. charitas est.§.ergo si.
Quod amor Dei nutritur per verbum Dei, & omnium cupiditatū ligna cōsumit.de pœn.dist.2.si sermo me⁹.
Quod illi Deum amant plus quàm se,qui pro eius amore saluti suæ non parcunt: & ipsam mortem corporis libenter accipiunt.de pœn.dist.2.c.charitas.§.illi verò, in fine.
AMOR PROXIMI. Quod amamus proximum sicut nos quando non propter aliud sed propter naturæ participationem eum tantum diligimus. de pœnit. dist.2.charitas.§.proximos.
Quod non omnis qui parcit, est amicus, nec omnis qui verberat,inimicus.5.q.5.non omnis, & c.seq. 23.q.4. quid faciet.
Quod amor proximi habet plagas suas: quæ dulciores sunt cum amatissimę inferuntur,5.q.5.non osculatur, 23.q.1.paratus.in fi.& q.5.non utres.
Quod proximum sicut nos amare tus cum ad bonos mores & ad vitam æternam consequendam sicut nobis eius saluti consulimus,de pœn.distin.2.charitas est.§. proinde.
Quod sic debemus affici charitatis affectu ad proximos, vt velimus omnes saluos fieri,24.q.3.corripiatur,in fi.
Quod melius est proximum cū seueritate diligere,quam cum lenitate decipere,5.q.5.non omnis.
Quod non est amor, sed languor vbi mali mores nō corriguntur,23.q.5.non putes.
AMBITIO.Quod ambitio est ad honores mundi sine suffragio, & temporis sine merito laboris velle promoueri,41.dist.mitamur.in fi.
Quod quæ per ambitionem malo inchoantur principio: etiam si mores & actus boni fuerint,difficile est vt bono peragantur exitu.1.quæst.1.principatus,& c.nullus itaque.
Quod ad honoris suffragia non ambitiosi, sed probatæ vitæ sunt assumendi,1.q.7.per illicitam.§.seq.40.dist. multi.49.dist.qui ecclesiasticis,& c.hoc ad nos.
Quod boni prælationis honorem non ambiunt,sed alios sibi tanquam digniores præponunt. 8.q.1.illud.16.q. 1.vos autem.
Quod episcopus vel presbyter, qui ambiens celebriorē sedem suā deserit,vtranque sedem perdit.7.q.1.si quis episcopus,& c.seq.8.q.1.apostol.ca.
Quod casum quærit qui per ambitionem ad honoris fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum.48.dist.sicut.1.q.1.sicut is.
Quod obedientiæ meritum non percipit qui in hoc obedit ad quod libido ambitionis trahit.8.q.1.c.sciendū.
AMBROSIVS.Quod Ambrosius hortatu Valentiniani Imperatoris in Mediolan.episcopū eligitur,43.dist. Valentinianus.
Item de constantia eius respectu Imperatoris,& de patiētia respectu aduersitatis habes,23.q.8.conuenior.
AMENS.Quod amens qui in furiam versus est vel diabolica afflictione vexatus est, non debet promoueri, 33.dist.maritum,& c.seq.
Quod malum ex dementia factum &tempore dementię non imputatur,1.q.1.aliquos,& duobus c.seq.
Quod mala non sunt quę nec crimine mentem implicant,nec conscientiam ligant, sicut est in dementibus, 15.q.1.illa.
Quod an peccata,quæ dementes committunt,quia nolentes & non scientes committunt, excusentur. 15.q. 1.merito.
AMPLEXVS.Quod amplexus personæ indebitæ præsumptionē inducit lasciuiæ,27.q.1.nec aliqua,31.dist. omnino.
ANGELVS. Quod Angelus creatus in gratuitis, de pœn.dist.2.§.principium enim.
Quod principiū eius est dissimile principio hominis propter infirmitatem humanę conditionis.de pœn.dist.2. §.principium.ante med.
Quod in nouem ordinibus angelorum quantæ sint distinctiones ciuium superiorum ostenditur. de pœnit. dist.2.§.principium.circa med.
Quod diuersitas angelorum ordinum Deo obsequentium exemplar est hominibus,vt secundum diuersitatem graduum gereretur administratio singulorum.d. stinct.89.ad hoc.
Quod ab angelis, qui præsentes sunt nostris operibus, defuncti quandoque aliqua insinuantur. 13.q.vlt.tenendum.50.dist.de his verò.
Quod angelus de cœlo quantumcunque de securo loco peccando cecidit.40.dist.quælibet.
Quod homini elato in terra timor incutitur, quia angelus aliorum angelorum præiatus in cœlo prosternitur. de pœnit.dist.2.circa princ.§.quod ergo.
Quod boni angeli ex casu malorum quasi territi à latide perfecta impediti fuerunt.de consec.dist.1.hi duo.
Quod ad reparandum angelorum ordinem Deus hominem formauit.de consec.dist.1.hi duo.
Quod angeli omnes in creatione æquales fuerūt.de pœnit.2.§.quod autem alias,quòd verò.
Quod angeli nisi essent in gratia firmati, peccare possent.ibidem.
Quod angeli nec primus nec alij sunt in gratia creati.de pœ.dist.2.citius.post med.
Quod angelus primus non ad Dei similitudinem, sicut homo,sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur.de pœnit.dist.2.iuxta fin.
Quod angeli tam boni,quàm mali per cœlum figurantur. de pœnit.dist.2.circa finem.
Quod angeli in cœlis gaudent super vno peccatore pœnitentiam agēte,magis quàm super nonaginta nouem iustis: quia fortius homo resurgit post pœnitentiam. 50.distinct.quia sancti tas tua.
Quod angelorum prædicatio & dæmonum confessio de Christi aduentu multum distent. 37.dist.si quid veri.
ANANIAS. Quod Ananias propter defraudationem pecuniæ grauiter punitus fuit,ponitur in exemplū his qui vouendo seipsos Deo retrocedunt. 17.q.1. Ananias,12.q.1.diligentissimis.circa med.23.q.4.quod Christus.§.potest.22.dist.quod interrogastis.in fine.
ANASTASIVS.Quod Anastasius Papa secundus propter fauorem hæreticis exhibitum diuino nutu percussus est 19.dist.Anastasius.1.q.1.dictum est in fine,& vide adnotad c.Anastasius.
ANATHEMA.Quod anathema nihil aliud est quàm separatio à Deo, & ponitur pro excommunicatione. 24.q.3.certum est.
Quod anathema sit qui canonicę electioni Romani Pontificis contradicere & resistere,aut ecclesiam Romanā inuadere,& in gradum filiorum eius prorumpere presumpserit.78.dist.si quis ex episcopis,& c. si quis ex sacerdotibus.
Quod anathema danti,& anathema accipienti,hoc est simoniaca hæresis.1.q.1. quicunque sacros ordines,& c. placuit.
Quod anathema non solum à fraterna societate,sed etiā à corpore Christi,quod est ecclesia,& à consortio sidelium repellit.3.q.4.f.vlt.
Item à sacramentorum perceptione; & sic est maior ex-

communicatio.5.q.2. præsenti.17.q.4. quisquis.§.si quis.

Quod anathema sit si quis omnem traditionem ecclesiasticam violat.1.q.7 si quis omnem.

Quod anathematizatus clericos accusare non potest.2.q.7.in sancto.& 3.q.4.nulli.& 6.q.1.illi qui.&c.omnes.

ANIMA. Quod anima corpori præponitur, 38.dist.sedulo.12.q.1.præcipimus.

Quod anima sine corpore corporaliter non viuit, 1.q.3.si quis obiecerit.

Quod anima non potest in eo corpore dici quod sensu caret.32.q.3.quod verò non formatum.

Quod nō infunditur nisi formato corpori. 22.q.2.quòd vero non.

Quod non ex traduce, neque cum semine anima infunditur,32.q.2.quod vero non.

Quod vt non credatur anima esse in corpore sicut spiritus in idolo: non dicitur in sicco esse, sed in sanguine hominis habitare,22.q.2.c.Moyses.in fine.

Quod sicut anima est vita corporis,sic Deus est vita animæ,de pœ.dist.1.resuscitatus.§.item si antequam.

Quod anima corpori vnita si baptisinate lota non fuerit, æternaliter perit.24.q.3.si habes.in fine.

Quod magna quæstio est de anima. 32 q. 2. quod verò non formatum.

Quod anima quæ peccauerit,ipsa morietur,34.quæst.3.si habes.

Quod animarum saluti episcopus studere debet.38.dist. Petrus.

Quod animæ salus est aliquando mutare locum, dum enim mutatur locus mutatur mentis affectus,81,dist. valet.

Quod illa anima decora dicitur,in qua virtutum gratia, & diuinæ operationis effigies relucet.de pœn.dist.2.illa anima.

Quod animæ defunctorum quatuor modis soluantur, 13.q.2.animæ defunctorum.

ANNVS. Quod annus per quatuor voluitur tempora,76.dist.c.1.& 2.

Quod annus nomine fati aliquando appellatur.2.q.6.ei qui.§.appellatore.

Item pro anno dies ponitur,33.q.2.hoc ipsum.

Item pro anno ponitur tempus.de conse.dist.4.si tépore.

ANTIOCHVS. Quod Antiocho vendente Iasoni sacerdotium,quia qui septuaginta annis Babyloniæ captiuitatis vixerat,in detestationem simoniæ extinctus est.1.q.1.sicut eunuchus.

ANTIQVITAS. Quod antiquitas à sanctis patribus accepta,a modernis est obseruanda. 12.dist.ridiculū.

Quod antiquitati deferrtur in multis, scilicet in libris cognoscendis.9.dist,vt veterum.

Item in consuetudinibus sequendis,12.dist. cōsuetudo.

Item in dubiis determinandis,50.dist.domino sancto,& 20.dist.de quibus.

Item in prælatis eligendis,61.d.t.statuimus.

Item in testificatione,35.q.6.notificamus.

Item in eleemosynis largiendis,86.dist.considerandā.

Item in suspicionis remotione.34.dist.fraternitatis.

Item in excusationis admissione.18.dist,placuit.

Item in pœnæ relaxatione vel mitigatione, 86.dist.tāta. 26.q.7.tempora.

Quod antiquitas naturæ ducit ad defectū,13.q.1. illud. 86.dist.tanta.

Quod antiquitas gratiæ ducit ad profectum,32.q.2.ancillam.20.dist.de quibus,

Quod antiquitas culpæ ducit ad interitum.23.q.1.schisma.2.q.7 Paulus.

Quod antiquitas gloriæ ducit ad thalamum sponsi. 61. dist.sponsus,

Quod antiquitas æternitatis ducit ad perpetuos amplexus.de conse.dist.4.non ex quo.

Quod antiquitas diaboli ducit ad pronosticandum, multa enim dæmones sciunt ex antiquitate, 26.quæst 4. sciendum,

ANTICHRISTVS. Quod antichristus vt facilius Christianos & Iudæos ad ritum suum attrahat, diem dominicum in fauorem Christianorum,& in fauorem Iudæorum sabbatum custodire fuciet.de conse.dist.3, peruenit.

ANNVLVS. Quod sponsus sponsam annulo debet desponsare.30.q.5.nostrates.

Quod annulus sponsæ à sponso & ecōtra datur in signū mutuę dilectionis & fidei coniugalis,30.q.5,fœminę. circa finem.

Quod iste annulus quarto digito à sponso sponsæ inseritur,vt sicut vena in illo digito cordi coniungitur,sic eorum corda coniungantur, 30.q.5. fœminæ.in fine.

APPELLATIO. Quod appellatio est remediū quo causa vitiata subleuatur,2.q.7.c.1.

Quod appellatur à minori ad maiorem gradat m.dist.in. 99.prouincia,2.q.6.omnes.& c.si quis putauerit.c.placuit.c.decreto, & c.anteriorum. §.illo.9. quæstione 3. conquestus,

Quod ad Romanū sedem indistincte appellatur. 2, q.6.si quis vestrum,& 5ex.c.fcq.& c.quoties episcopi.

Quod appellationi ad sedem apostolicam interposite ab omnibus est deferendum.2.q.6.decreto. & c.quoties episcopi.

Quod appellationis tempus decem dierum assignatur.2. q.6.anteriorum.fœminæ.

Quod tempus exequendi appellationem est annus, vel ex causa biennium.2.q.6.si quando.§.tempus.

Quod appellari potest post datam vel ante datam sententiam.2.q.6. qui scit.§.patet.c. quoties episcopi, & c.si quis iudicem.

Quod ab eo à quo appellatum est,debent dari litteræ dimissoriæ,quæ dicuntur apostoli,ei qui appellauit. 2.q, 6.post appellationem.

Quod ea pendente nihil innouatur, 2.q. 6. appellatione interposita,& c.seq.

Quod appellationi non deferens punitur,2.q.6.decreto, & c.quoties episcopi.

Quod processus post appellationem factus enetuatur.2. q.6.quoties episcopi.

Quod post secundam appellationem tertio appellans super eadem causa non auditur, 2. q. 6.si autem prouocatum,§.si quis in quacunque.

Quod appellationi licet renuntiare. 2.q.6.si quando.§.si verò is.

Quod forma vel modus appellationis ante vel post sententiam ponitur,2.q.6.appellatione.§.forma.

Quod appellare possunt quorum interest,vel qui negotium gerunt, vel quibus mandatum est.2. quæst. 6.nō solent,

Quod si vnus appellat,prodest aliis in eodem crimine cū eodem condemnatis.2.q.6.c.si quando,§.quandoque.

Quod iudex à quo appellatur, nō potest esse testis in causa appellationis,2.q.6.statutum.

Quod ab executore sententiæ non potest appellari nisi modum excedat executor, 2.q.6.si quando. ab executore,

Quod possessore appellante bona sequestrantur. 2.q.6. quoties post auditam.

Quod qui per appellationem non quærit nisi tempus redimere,non est audiendus,2.q.6.quicunque.

Quod à iudicibus de communi consensu electis non licet appellare,2.q.6.à iudicibus.

Quod iniustè & frustra appellans punitur in quadruplū expensarum,2.q.6.omnino.

Quod nullius debito modo citati, & per contumaciam se absentantis appellatio recipitur,2.q. 6.si quando.§. sunt etiam.

Quod nec notorij malefactoris de crimine conuicti vel confessi appellatio admittitur,2.q.6.si quando. §.sunt etiam.ver.nullus etiam.

Quod propter plura facinora condemnatus: si à maiori appellauerit prætermissis aliis,est audiendus.2. q.6.appellatione,§.si quis ex.

APOCRYPHA. Quod apocrypha scripta: dicuntur, idest,secreta:quia in secreto & non in publico sunt legenda.15.dist.& 17.per totum.

Quod apocrypha sunt quorū auctor secretus est:& quādoque si non ignoratur, tamen ab ecclesia non recipitur.ibid.

Quod apochrypha dicuntur quę in ecclesia recipiuntur, sed in canone scripturarum non computantur.ibid.

APOSTATA. Quod apostata est transgressor legis suę,cuiusque violator. 3.q.4.beatus.

Quod obseruans diuinationes & sortilegia,sciat se à fide Christi apostatam,idest,retro abeuntem,26.q.vlt.non obseruetis.

Quod fideles sub Iuliano apostata constituti obediebāt sibi in his quę erant pro republica, non contra fidem, 11.q.3.Iulianus.

Quod enormitas criminis huius apostasiæ innuitur ex pœna Ananię.17.q.1.Ananias.32.q.7. quid in omnib.

Quod apostata à fide non admittitur in testimonium cōtra aliquem,2.q.4. non potest.3.q.4.alieni. & duobus c.seq.

Quod talis omnibus infamibus, & in infamia præponitur.6.q.1.infames.3.q.4.alieni.& c.si quis.

Quod apostasia religionis fit in postpositione tonsuræ,& læcularis vestis assumptione,20.quæst.2.si in qualibet.

Quod canonicus regularis si animi leuitate motus sine sui superioris licentia monachus efficitur,tanquā apostata redire compellitur,& punitur.19.q.3.mandamus,

Quod vouere Deo religionem & castitatem, & retrocedere damnabile est.17.q.1.qui bona.27.dist. virgines, 20.q.1.puellæ.32.q.5.si Paulus.post medium.

Quod tales apostatæ peiores efficiuntur aliis peccatoribus.47.d.t.quantumlibet.16.q.1.quidam.

Quod apostaticis qui professi sunt, non redduntur bona quæ ad ordinem portauerūt,27.q.vlt. quicunque vult, §.sit.

Quod apostatę cogendi sunt ad redeundum. 27.distin. quod interrogasti.20.q.1.quem progenitores, & q.2, si in qualibet,& q.3.prochiuus.

Quod reuersus in habitu & stalio & in aliis punitur, 19. q.3.mandamus.

Quod redire contemnentes excommunicantur. 20.q.2, si in qualibet.

Item incarcerantur,45.dist.cum beatus,§.Salomon.

De hac materia habes vbi ponitur vagatio.

APOSTOLICA. Quod apostolica sedes prælata est omnibus ecclesiis.21.dist.quanto.

Quod ipsa est prima auctoritate & dignitate,licet Antiochena sit prior tempore.21.dist, nunc autem. 24.q.1. rogamus.

Quod apostolicæ sedi Constantinopolitana ecclesia subsit,nemo dubitare debet,22.dist.de Constantinopolitana.

Quod ipsius in iudicijs est maior auctoritas.9.q. 3. patet.& c.ipsi sunt.

Quod nulli permittitur de ei? iudicio iudicare,17.quæst. 4.nemini.21.dist.nunc autem.

Quod immediatè apostolicæ sedi subiecti, maximè qui propinqui sunt annue se debent præsentare circa idus Maij,93.dist.iuxta.& §.præcedenti.

Quod in apostolicam sedem neuter illorum quicx concertantium temeritate fuerit ordinatus, est permittendus permansurus,79.dist.si duo.

Quod apostolica sedes peccatores & contumaces ad sanitatem quoquo modo attrahere debet.17.distinct. nec licuit.

Quod sine apostolicæ sedis licentia compagis, id est sodalibus diaconis,& clericis mappulis vti non licet,93. dist.peruenit.2.& §.præcedenti.& c. illud.

Quod apostolicæ sedis auctoritate concilia vniuersalia sunt congreganda,17.distinct.multis.& c.regula. & c. concilia.

Quod ad apostolicam sedem sunt dubia &ardua referēda, 17.distin.nec licuit.19.q.1.frater.24.quæstione 1. rogamus.& duobus cap.seq.

Quod apostolica auctoritate doctorum opuscula approbantur,19.distin.si Romanorum.

Quod apostolicæ sedi specialiter reseruatur iudicium episcoporum,3.q.6.dudum.

Item restitutio depositorum.2.q.6.ideo huic.

Item congregatio conciliorum.ibidem.

Item restitutio hæreticorum.1.quæst.7.conuenientibus. circa principium,

Item exemptio episcoporum,16.quæstio.1.frater.

Item determinatio quæstionum in fide. 24.q.1.quoties.

Item mutatio episcoporum.7.q.1.mutationes.

Item diuisio & vnio episcopatuum.16. quæst. 1. & temporis.

Item absolutio excommunicatorum ab eodē.21. dist. inferior.

Item interpretatio antiquorum canonum & scripturarū. 17.dist.nec licuit.

Item pallij datio. 100.dist.quoniam.

Item simoniacorum dispensatio.2.q.3.Paulum.Item nouarum & difficilium quæstionum diffinitio.17. distin. multis.

Ité famæ restitutio. 2.q.3.Euphemium.§. hinc colligitur.

Quod Christianus peccatum infidelitatis seu paganitatis incurrit qui sedi apostolicę obedire contemnit.81. dist.si qui sunt presbyteri.in fi.93.dist.cathedra m.21. distin.omnes siue.

Quod apostolicis nolens obedire præceptis, à pōtificalib.sit alienus officijs,& sit ruinæ suæ dolo prostratus. 19.dist.nulli fas.22.dist.c.3.& 19.dist.ita cominus.

Quod apostolicis præceptis nō est superbe resistendum, sed eius iugum est pie tolerandum.12. dist.præceptis apostolicis.19.dist.in memoriam.

Quod ab apostolicis non licet institutis recedere. 21.dist. hoc.& c.consequens.

Quod apostolica sedes ab omnibus est honoranda: & ei obediendum est in memoriam beati Petri apostoli. Et quamuis iniustum videatur quod mandat & intolerabile:tamen p ia deuotione tolerandum est.19.dist. in memoriam.&13.dist.ante.23.quæ.1.quid culpatur.

Quod ex apostolica tuba sonora prædicatione salus omnium in vniuerso mundo exiuit.19.dist.in memoriam. 43,dist.si rector.

Quod quæcūque emanāt ab apostollica sede,aut dicuntur.decretales epistolæ.19.dist.c.1.& c.in canonicis.

Aut sanctiones.eadem dist.c.sic.omnes.

Aut iugum vocatur.eadem dist.in memoriam.

Aut institutа & constitutiones eadem distin. enimuero, & 20. dist.de liberis.

Aut præcepta.19.dist.nulli fas est.

Aut concilium.27.dist.regula.

Aut synodus,eadem distinct.nec licuit.&.cap.multis.

De hac materia vide vbi agitur de Ecclesia Romana,& de Papa,& de Dispensatione,& de sede Apostolica.

APOSTOLVS. Quod apostolos, idest, episcopos & presbyteros dominus elegit:diaconos autē post ascensum domini in cælum apostoli sibi constituerunt episcopatus sui ministros:93.dist.dominus noster.cap.pe.

Quod Apostoli prius docti sunt à Christo& postea ab ipso ad pradicandum missi ;in exemplum quòd prædicatores prius sacris literis debent insistere, ne rudes quærāt discere cū ex officio alios debent docere, 36. dist.§.ecce.

Quod apostoli fuerunt patres Petro in apostolatu, sed nō in administratione:& ipsum primum principem voluerunt:& septuaginta duos discipulos elegerūt:loco quorum successerunt episcopi,21.dist.in nouo. & 22.dist. sacrosancta.

Quod apostolorum princeps Petrus factus est post peccatum in exemplum ip quantumcunque magnus peccator post pœnitentiam non est repellendus à dignitate. 50.dist.considerandum.

Quod apostoli patres ecclesiæ fuerunt: pro quibus nati sunt eis filij,scilicet episcopi.68.dist.quorum.

Quo t

Quod apostolorū tempore spiritussanctus visibiliter operabatur in sacramentis.1.q.1.munita.

Quod apostolorum tēpore multitudinis credentiū erat cor vnum:& nihil erat eis proprium,sed erant eis omnia communia;& omnia ante eorum pedes ponebantur:quia instante persecutione ea ponebere eis non licebat.12.q.1.dilectissimis.

Quod Apostoli vxores suas quas ante apostolatum duxerant,sine carnali commistione circumducebāt,vt mercede prædicationis sustentarentur ab eis.31.dist.omnino.

Quod Apostoli prædia in Iudæa minimè possederūt,sed vendiderunt, & pretia eorum tantummodo ad fouendum egentes seruabant: quia futuram ecclesiam in gētibus præuidebant.12.q.1.futuram.& c.seq.

Quod Apostolos dominus ad prædicandū misit sine aura & virga,vt ab eis incentiua litis,& instrumenta tolleret vltionis,11.q.3.ita sæpè.

Quod ipsis omnibus sacramentorum dispensationē cōmisit.19.dist.ita dominus.

Quod Christus ipsis vindictam prohibuit: quoniam eos volentes Samaritanos per ignem consumere, compescuit.23.q.4.quòd Christus.

Quod regulares imitatores Apostolorum sunt quantum ad proprietatum abdicationem, nec debent dicere, meum vel tuum est.12.q.1.dilectissimis.16.q. 1.ex au ctoritate.

Quod episcopi & superiores quantū ad dignitatem, & omnis pretbyter quantum ad eucharistiæ cōfectionē, & ligandi & soluēdi potestatem habent.dist.21.in no uo.11.q.3.absit,vt quicquam.

AQVA. Quod aqua cum sale omnibus sacerdotibus benedici præcipitur. de conse.dist. 3.aquam.

Quod in sabbato sancto ante chrismatis immissionē pro per aspersionem debet accipi. de conse.dist.4. in sabbato sancto.

Quod qui huius virtute aspergitur venialia delentur, & insidiæ diaboli cum phantasmatibus fugantur,de cōse.dist.3.aquam.

Quod huius institutionis efficacia in veteri lege est multiplicater præfigurata.de consec. dist.4. nec quemquā.

ARBITER. Quod arbitri sunt qui consensu litigātiū in iudices eliguntur,vt ipsorum sententiæ stent. 2.q.6. à iudicibus.§.quod de arbitris.11.q.1.si clericus.

Quod non licet ab ipsis appellare.2.q.6.à iudicibus.ver. arbitrarij,& c.placuit.2.

Quod nullus potest esse arbiter in ea causa in qua est iudex.3.q.7.infamis.ante finem.§.si quis vero.

Quod seruus arbiter esse non potest.3.q.7. infamis,in fi.

Quod infamis in arbitrio non excluditur,nec etiam filius in re patris.3.q.7.infamis,circa finem.

Quod arbitrij liberi nos condidit Deus, vt nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahamur. de pœn.distin. 2. vt cognouerunt.§.liberi.circa finem.

ARCHIDIACONVS. Quod archidiaconus nemo debet esse nisi sit diaconus, 60.dist.nullus episcopus, & duob.c.seq.

Quod debet tali conferri eui ætas debita cum prudētia, & vitæ merita suffragātur.dist.60.innouamus.dist.93. legimus.post medium.

Quod archidiaconi' est coadiutor episcopi in ordinatione clericorum.23.dist.subdiaconus.& c.seq.

Quod archidiaconi interest ministros ecclesiæ & parochiarum,vt officia sua diligenter expleant commone-re.25.dist.perlectis.§.hi sunt,

Quod ipsius est de archipresbytero prouidere, 63.dist.si in plebibus.

Quod non debet ab archipresbyteris vel presbyteris pecunias vel alia extorquere,94.dist.dictum.

Quod non debet præbendas vel ecclesias cum cura animarum sine consensu episcopi conferre,16.q.7.nullus omnino.

ARCHIEPISCOPVS. Quod archiepiscopus Græcē summus episcoporum dicitur Latinē. 21.distinct. cleros.

Quod archiepiscopus ante pallij receptionem nec se debet vocare archiepiscopum, nec ea quæ sunt pontificalis dignitatis debet exercere.100.distinct. quoniam quidam.

Quod vltra tres menses consecrationis suæ non debet differre pro pallio laborare.100. dist. quoniam quidā.

Quod accipiēs pallium, primo fidem catholicam debet profiteri,& iurare statuta sedis apostolicæ & conciliorum principalium custodire.100.dist.quoniam.

Quod non potest vti pallio nisi intra suam prouinciam, & hoc tantum in missarum sōleniis.100. dist. pallium tibi,& c.contra morem.

Quod archiepiscopus debet primatibus obedire. 99. dist.c.1.

Quod episcopi vocati sunt in partem solicitudinis archiepiscopi.9.q.3.c.1.& c.seq.

Quod archiepiscopi interest episcopum confirmare & consecrare.64.distinct.episcopi. c.extra.15.distin.non debet.

Quod ipsius est cogere omnes sub eo diœceses, vt in officio diuino decantando à metropolitana ecclesia non discrepent.12.dist.de his qui.

Quod episcopi prouinciales debent interesse electioni & confirmationi archiepiscopi. 63. dist. metropolitano, 66.dist.archiepiscopus.

Quod archiepiscopus nō nisi in sua ciuitate debet à prouincialibus episcopis ibidem conuenientibus consecrari,51.dist.qui in aliquo,in fine.

Quod excessus suffraganeorum suorum potest punire, 12.dist,de his qui.10.q.3.quia.

Quod omni anno semel prouincialem synodum tenetur facere:sed ibi de suffraganeorum rebus nil debet extorquere.18.dist.quoniam.

Quod ipsius est causas dubias suffraganeorum diffinire. alioquin debet eos sedi apostolicæ transmittere. 18. dist.de conciliis.6.q.4.si inter episcopos.

Quod archiepiscopus non debet iudicare causas eorum qui subsunt episcopis,nisi per consultationem vel per appellationem ad ipsum fuerint deuolutæ.17.dist.multis.6.q.3.scitote. 3.q.6.peregrina.9.q.2.conquestus.

Quod archiepiscopus potest absoluere quem suus suffraganeus excommunicauit ordine non seruato.11.q.3. si episcopus fortè.2.q.1.nemo.

Quod de his quæ sunt vtpiue communia, archiepiscopus sine consensu episcopi non debet se intromittere. 9.q.3.c.1.

Item nec de his quæ sunt specialia episcopi,sicut beneficia cōferre,deponere,& excommunicare,& huiusmodi; nisi ad ipsum fuerit appellatum. 9. q. 2.nullus primas.6.q.3.scitote.9.q.3.conquestus.

Quod si negligens esset suffraganeus: præmissa trina admonitione archiepiscopus potest se de aliquibus intromittere.9.q.3.cum simus.& c.per principalem.

Quod archiepiscopus suam prouinciam diuidere nō potest,nec possunt esse duo archiepiscopi in vna prouincia.101.dist.peruenit.

Quod solus Papa suffraganeum à iurisdictione ipsius eximit.16.q.1.frater noster.

AAMA. Quod arma victoriæ antiquorum patrum sunt nobis in exemplum spiritualium bellorum & victoriarum.23.q.1.nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt in ecclesia legi Iudæorum historias, vt per eas ad arma spiritualia informemur,23.q.1.nisi bella.

Quod contra arma persecutorum clericus debet se munire armis orationum & lachrymarum.23.q.8.non pila quærant,& c.conuenior.ante med.dist.36.c.vlt.

Quod Christus in Aegyptum ab Herode fugiens,& lapidibus Iudæorum cedens, docuit non arma armis,sed fugam persequētibus opponi. 23.quæst. 3.c. 1.§.1.per totum.

Quod ideo dictum est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, vt clerici & prælati armis bellorum non vtantur.93.q.8.cum à Iudæis.& tribus.c.seq.

Quod ecclesia cum à paganis impugnatur,non corporalia arma,sed Christum patienter expectat.16.quęst.3. porro.

Quod laicis ecclesiam,patriam,& socios defensando, licet arma sumere.23.q.3.per totum.

Quod prælatis & clericis licet laicos hortari contra inimicos fidei,& contra oppressores. 23. quæst. 8.igitur. & c.seq.

ARGVMENTATIO. Quod argumentatio quando que fit de minori ad maius.38. dist.si in laicis.

Item à maiori ad minus,32.q.5.si Paulus.

Item à toto ad partem.13. quæstione 5. pœnale. circa princip.

Item à parte ad totum,32.q.4.meretrices.

Item à nominis interpretatione. 16, quæstione 1. placuit.

Exemplum ibidem in interpretatione monachi.

Item ab auctoritate.32.q.1.dixit.

Item à si.nili.2.quæstio.6.qui se scit. 2.quæstio. 1.multi. in fine.

Item ab oppositis vel contrariis.8.q.1.sciendum.

ARROGANTIA. Quod arrogātes dicuntur qui garrulitatem auctoritatem putantes, humiliter nescīunt inferre quod docent. 46.dist.c.1.& seq.49.dist.hinc et enim,circa med.

Quod nihil est impudentius arrogantia rusticorum,46. dist.c.1.

ARS. Quod ars liberalium artium debet diligenter doceri,quia per eam manifestantur diuina mandata.37. dist.de quibusdam.

ASPERITAS. Quod asperitas immoderata correctionem non inducit,nec salutem,45. dist.cum beatus,& c.recedite. & c.qui syncera,23.q.1.paratus,post med.

Quod neque multa asperitate exulcerandi sunt subditi, neque nimia benignitate dissoluendi.45. distinct.disciplina.

De hac materia habes vbi agitur de correctione & austeritate.

AVARITIA. Quod auaritia quæ instituit meū & tuū, est iuri naturali contraria,quod dictat omnia communia.8.distin.differt.47.dist.sicut, 12.q.3. dilectissimis. & c.duo.

Quod ipsi in terrenis rebus ad sufferendum aduersa fortes facit,in cœlestibus debiles,47.dist.omnes.

Quod excæcat rationem, & gratius intuetur aurū quàm solem.48.dist.sicut,& 37.dist.nonne.

Quod auaritię dicitur idololatria vel fornicatio.28.q.1. idololatria,1.q.1.eum omnis.

Quod auaritia facit adulari regibus vt hæreditates capteut alienas.37.dist.nonne.

Quod hæreticus inscius auaro scienti coæquatur.6.q.1. quęro.

Quod clericis & maxime prælatis inhibetur. 55.distin. his igitur.1.q.1.cum omnis.8.q.1.sunt in ecclesia.10. quæst.1.relata.12.quæstione 2.gloria.

Quod clericus aligna rapere conuincitur, qui sibi vltra necessaria retinere probatur,42.dist.cap.1.& 47. dist. sicut hi.

Quod pœna auarorum innuitur,14.quæs.4.ministri.16. q.1.reuertimini.post med.& c.seq.circa finem.

AVDACIA. Quod audacia humana per leges coercetur instituras,4.dist.factæ sunt.

AVCTORITAS. Quod auctoritas regalis &sacerdotalis tenetur defendere res ecclesiæ.23.q.5.res autem omnes.

Quod auctoritate sacra pontificum regitur iste mundus, 97.dist.duo sunt.

Quod plenam auctoritatem habent rectores sedis apostolicæ,11.dist.consequens.& c.seq.

Quod longæuæ consuetudinis non vilis auctoritas est, dummodo canonibus non sit contraria, 11.dist. consuetudinis.

Quod auctoritati legis cedere debet vsus siue consuetudo praua,maximè sedis apostolicæ,11.dist.c. 1.& c.se.

AVGVRIVM, Quod augurium quod fit in consideratione auium ad scientiam futurorum est ex traditione malorum angelorum,26.q.2.qui sine.

Quod hanc artem exercere vanitas est & superstitio,26. q.2.sed & illud.

Quod idolatrię cultus est augurij superstitionibus implicari,26.q.2.sed & illud.

Quod auguriis deseruiēs est ab ecclesia separandus, 26. q.5.augurijs.

AVSTERITAS. Quod austeritas indiscreta in vigilijs & orationibus reprehenditur.de consecra. dist.5. non mediocriter.

Quod melius est per mansuetudinem peccatores ab errore eruere,quàm per austeritatem in foueā perditionis propellere,45.dist.recedite.

Quod cum austeritate imperant qui subditos suos non cum tranquillitate corrigere,sed sæpe e reflectere festinant,45.dist.c.vera iustitia.

Quod quia Deus benignus est,dispēsator eius austerus esse non debet.26.q.7.alligant.

AVRVM, Quod aurum habet ecclesia,vt egentium necessitati & libi & captiuorum redemptionibus deseruiat.14.q.2.per totum cap.

Quod sicut fulgor auri prælatet metallo plumbi, sic pontificalis dignitas præualet regum diademati.96.distin. duo.in fine.

Quod ideo Christus sine auro apostolos ad prædicādum misit,vt ipsis subtraheret causam litis.11.q.3.ita.

Quod cum episcopatus auro emitur, anima perditur. 1. q.1.cum ordinaretur.

Quod gratius intuetur cupidus aurum,quàm solem. 47. distinct.sicut.

Quod auro cito violetur iustitia. 11.q.3.pauper.

AVXILIVM, Quod auxilium ecclesia contra hostes non propter vltionem,sed propter defensionem potest petere à principe.23.q.3.Maximianus.

Quod vt ecclesia pacem adipiscatur, vt aliquis vtilitati multorum seruetur,sicut Paulus Apostolus fecit, vtile est petere auxilium. 23.quæstio. sex differentiæ, post medium.

Quod episcopi tenentur mutuo sibi præbere auxilium pro pace terrarum facienda.90.dist.præcipimus.& ca. sequen.

Quod infirmante episcopo ipsi vicini in his quæ spectāt ad officium pontificale,auxilium debent ferre.7.qu.1. pontifices.cap.3.& c.quamuis.

Quod sacerdos qui fuerit de collegio, si in aduersitate suæ ecclesię ab auxilio se subtraxerit,magis schismaticus quàm sacerdos iudicabitur,3.q.1.nulli.

Quod in presenti vita consiliorum & orationum mutua auxilia possunt fieri,13.q.2.in presenti. de pœn.disti.6. §.1.ante medium.de conse.dist.4.quæris.

Quod oppressis non ferentes auxilia cum possint, peccant,23.q.3.c.ostendit.& c.non in inferenda.

Quod in damnum alterius nulli auxilium est dandum. 14.q.5.denique.

Quod malefactoribus auxilia non sunt ferenda, 14.q.5. per totum.

De hac materia require in titulo de adiutorio.

ASTROLOGIA. Quod astrologia quia nihil cōfert ad salutem,sed potius mittit in errorem,à quolibet fideli est post ponenda,37.dist. legimus.§. sed contra, 26.q.2.illud quod.circa finem.

BABYLON. Quod Babylonis filia anima esse dicitur,quæ propter lubricas cogitationes filia Dei esse desinit.de pœniten.dist.3.in salicibus.

Quod amissio gloriæ virginalis designatur in ignominiosa destructione Babylonis,32.qu.5.si Paulus, post medium.

Quod ignis qui per septuaginta annos babylonię captiuitatis vixerat Iasone vendente sacerdotium, in detestationem simoniæ extinctus fuit.1.q.1.sicut eunuchus.

BALAAM Quod Balaam qui pro mercede iniquitatis ab asina corripitur, ponitur in exemplum quòd prælatus propter culpam à subdito, & doctus ab indocto potest argui. 2. q. 7. secuti. & cap. nos si incompetenter. & c. Paulus,

BALNEARE. Quod balneare se, perfectis & religiosis licet. 24. q. 1. omnis.

Quod in die dominico balneum conceditur, dummodo non fiat per voluptatem, sed pro necessitate. de consc. dist. 3. peruenit.

BALSAMVS. Quod balsamus à clericis sicut chrisma vel baptismus non debet vendi. 1. q. 1. dictum est solere. & c. quibusdam.

Quod episcopi de facultatibus ecclesiæ balsamum tenentur comparere 1. q. 1. statuimus. 1.

Quod episcopus qui balsamum benedictum vendit, simoniam committit, & damnationē perpetuā incurrit, 1. q. 1. placuit vt nullus episcoporum.

BAPTISMVS. Quod baptismus triplex, scilicet saluta ris specificatur, videlicet fluminis, flaminis, & sanguinis. de consc. dist. 4. baptismi. & c. catéchumenum.

Quod tunc prodest sanguinis & flaminis, cum baptismū fluminis non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. de consec. dist. 4. baptismi vicem. §. quantum itaque.

Quod latro baptismo flaminis & sanguinis baptizatus est quando Christum in cruce confessus est. de pœni. dist. 7. nullus expectet. circa prin. §. vlt.

Quod baptismus fluminis lumpsit simpliciter virtutem ex passione Christi. de consecra. distin. 4. propter.

Quod Pharaon in aqua submersus designat quod diabolus omnes vires amittat in aqua baptismatis. de consec. dist. 4. nec quemquam, ante finem.

Quod baptismi est multiplex prærogatiua, videlicet quia potest suscipi sine aliis sacramentis: sed non alia sine eo. 1. q. 1. si quis per ignorantiam.

Item quia potest dari à quocumque, quod non alia, 32. dist. c. præter. §. verum. & §. porro. per totum.

Item quia est fundamentum & ianua aliorum sacramentorum. de consecra. distinct. 4. cum itaque. in fi.

Item quia sine eo salus non habetur. de consec. dist. 4. firmissime.

Item quia per ipsum originale, mortale, & veniale peccatum remittitur, non sic per alia. de consc. dist. 4. regenerante. & c. fine pœnitentia.

Item carens eo non potest quis contrahere cum christiana, 28. q. 1. caue.

Quod sine inuocatione trinitatis non est baptismus. de consc. dist. 4. si reuera. & c. in synodo.

Quod verus est baptismus, licet per imperitiā verba substantialia corrupte proferantur. de consc. dist. 4. retulerunt.

Quod accedit verbum ad elementum, & fit baptismi sacramentum, 1. q. 1. detrahe.

Quod nō merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismo operatur. de consc. dist. 4. baptismus.

Quod character baptismi non perditur per peccatum, 1. q. 1. quòd quidam. ante medium. 32. q. 7. licitè.

Quod baptismus paruulis valet ad salutem, etiam si non recta intentione offerantur. de consecratio. distinctio. 4. non illud.

Quod in baptismo spiritualiter renascitur homo, & membrum Christi efficitur. de consc. dist. 2. quia passus. circa fi. & de consc. dist. 4. ad hoc.

Quod nullus potest saluus fieri, si contemnit baptizari. 1 5. q. 1. firmissime.

Quod in hoc quòd Christus mundus à peccato baptizari voluit, exemplum baptizandi nobis in peccato natis dedit de consc. dist. 4. si baptizata est. & c. non regenerabuntur.

Quod apostoli fuerunt baptizati tempore Christi. de consc. dist 4. quando, & c. seq.

Quod verus baptismus non tantum constat in ablutione corporis, quantum in fide cordis, & baptismus datur non solum originale, sed etiam actuale peccatum. de consecra. distinct. 4. regenerante.

Quod excepta necessitate baptismus à sacerdotibus debet dari. 93. distinct. diaconi. de consecr. distinctio. 4. constat.

Quod baptizandos catechizandi & exorcizandi debet præuenire officium de consecra. distinct. 4. siue paruuli, vsque ad cap. venit sacerdos.

Quod expositio signorum sufflationum & vnctionum & quorumlibet aliorum quæ in exorcismo & catechismo geritur, ponitur. de consecrat. distinctio. 4. postea. vsque ad c. venit. & c. 1.

Quod interrogatio articulorum fidei debet præcedere baptismum. de consecratio. distinctione 4. prima. in fine.

Quod baptizandis adultis indicatur pœnitentia interior & non exterior. de consec. dist. 4. omnis. & duob. c. seq. & c. sine pœnitentia. ibid.

Quod excepta necessitate, generalis baptismus non debet fieri nisi statutis temporibus, scilicet in Pascha, & Pentecoste. de consecr. distinc. 4. non ratione. vsque ad cap. constat.

Quod in primitiua ecclesia nō licebat nisi prædictis temporibus baptizare, modo in necessitate licet omni tempore, & in omni aqua. de consecratio. distinct. 5. celebratum.

Quod antiquitus baptizandus dabat votum suū in scriptis, 2. q. 1. legum.

Quod paruuli si ante baptismum decedunt, propter originale peccatum damnantur. de consec. distinct. 4. firmissimè.

Quod ordinatus antequam baptizatus nihil accipit. 1. q. 1. si quis per ignorantiam.

Quod baptismus nō tollit irregularitatem bigamiæ. 34. dist. si quis viduam.

Quod sacerdos vadens ad baptismum semper chrisma debet portare secum. de consec. distin. 4. nullus ministrorum.

Quod adulti fidem suam ante baptismum debent profiteri. de consc. dist. 4. prima.

Quo' paruulis prodest fides offerentium. de consc. dist. 4. illud perscrutari, & c. hi qui apud.

Quod perfidia parentum non obest baptizandis sicut fides prodest. de consc. dist. 4. quæris à me.

Quod monachi in suis monasteriis baptisteria habere prohibentur. 18. q. 2. pridem.

Quod nō licet monacho baptizare, vel pueros de baptismo suscipere. 16. q. 1. placuit communi. & c. ex auctoritate.

Quod non licet abbati vel monacho de baptismate alios suscipere, nec commatres habere. de consc. dist. 4. non licet. & c. seq.

Quod in necessitate licitè recipitur baptismus à quocunque. 24. q. 1. si quem. 32. q. 4. iste. & c. seq. de consc. dist. 4. constat.

Quod etiam si in necessitate à patre conferatur carnali, non ideo pater in matrimonio suo impeditur. 30. q. 1. ad limina.

Quod à Pagano vel Iudæo si in forma ecclesiæ datur, verus est baptismus. de consc. dist 4 Romanus.

Quod à schismatico hæretico si in forma ecclesiæ datur, similiter recipitur. 1. q. 1. dictum est à domino. §. quod verò, cum duob. c. seq.

Quod à quocunque malo & peruerso homine, dummodo non peruersè detur, recipitur. 19. dist. secundum. de consec. dist. 4. si inter, & duobus c. seq.

Quod quandoque baptizatur quis in fide dantis, cum scilicet fidelis adultus baptizat infantem. de consc. dist. 4. constat.

Quod baptizatur quis in fide tantum patrinorum cum paruulus fidelium præsentatur hæretico baptizandus. 1. q. 4. placuit.

Quod qui ab hæreticis scienter baptizantur, quia tunc nihil gratiæ receperunt, per impositionem manus sunt ecclesiæ reconciliandi. 1. q. 1. quod quidam dicunt. de consc. dist. 4. quamuis.

Quod baptismus simulatoriè vel pro sanitate temporali acceptus verus est, nec reiteratur, de cōsc. dist. 4. solet etiam, & duobus c. seq.

Quod talis baptismus non prodest ad salutem nisi simulatione cessante. de consc. dist. 4. tunc valere incipit.

Quod Simoni magο qui simulatoriè baptizatus fuit, & post nō pœnituit, baptismus nō profuit. 27. dist. quod interrogasti.

Quod baptizans & de baptismo suscipiens dicitur pater spiritualis, 30. q. 1. ad limina. §. filia.

Quod baptizandus potest ter vel semel immergi secundum diuersas consuetudines terrarum. de consc. dist. 5. de trina, & 5. dist. c. seq. & c. propter vitandum.

Quod totum corpus est in baptismo immergendum. de consc. dist. 4. prima igitur.

Quod baptizata muliere prægnante fœtus in ea non baptizatur. de cōsc. dist. 4. si ad matris, & duob. c. seq. & c. si baptizata.

Quod in dubio quisque baptizari debet. de consc. dist. 4. paruulos.

Quod non baptizatus baptizandum non potest de fonte suscipere. de consc. dist. 4. in baptismate.

Quod baptizatū nō debent plures accipere quàm vnus. de consc. dist. 4. non plures, & c. in catechismo.

Quod non decens est, licet non sit prohibitum coniuges simul alterius puerum de baptismo leuare. 30. q. 4. quod autem.

Quod vno coniugum suscipiente puerum alterius in baptismo, vterque feciſſe iudicatur, & vterque compater efficitur. 30. q. 4. scisciatur, & c. si quis.

Quod an valeat reddere debitū mulier, quę proprium filium leuauit de baptismo, vide 30. q. 1. per totum.

Quod in baptizatis maneat concupiscentia, licet attenuata. de consc. dist. 4. per baptismum.

Quod paruuli adulti facti tenentur ad fidem quam pro ipsis offerentes spopondерunt. de consecra. distinct. 4. paruuli.

Quod hi qui pro baptizandis in baptismo spopondерūt, tenentur omnes symbolum & orationem dominicam, & alia bona informare. de consecr. distinct. 4. vos ante omnia.

Quod adultus in infirmitate baptizans, quia ex necessitate videtur feciſſe, non debet ordinari, 57. dist. si qui in ægritudine.

Quod qui scienter rebaptizantur, Deum abnegare dicuntur, & per multam pœnitentiam reformantur. de consec. dist. 4. eos quos.

Quod catholicum rebaptizare scienter, manifestissimum scelus est. de consc. dist. 4. rebaptizare.

Quod præcisi siue aliter apostatantes in fide, nō sunt rebaptizandi, ne fiat iniuria characteri imperatoris. 23. q. 7. quemadmodum membrum.

Quod rebaptizatus irregularis efficitur & punitur. de cō sc. dist. 4. qui bis. & c. seq.

Quod rebaptizatus etiam ignoranter non debet promoueri. 51. dist. qui in aliquo. 50. distinct. confirmandum est, in fi.

BEATITVDO. Quod beatitudo paradisi cœlestis à nemine extra ecclesiam posito percipitur. de consecr. dist. 4. ecclesia paradiso.

Quod beatitudo est reuelatio gloriæ magni Dei, & salutoris domini nostri Iesu Christi. de consecr. distinct. 5. ieiunium.

Quod beatitudo æterna solūmodo membris Christi paratur. de pœn. dist. 1. omnis qui non diligit.

BELLVM. Quod bellum in hac vita duplex exercetur, scilicet carnale, & spirituale. 23. q. 1. nisi bella.

Quod à perfectis bella carnalia non sunt peragenda, sed animæ certamina contra spirituales aduersarios dissuadenda, 23. q. 1 nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderūt legi in ecclesia historias Iudæorum, vt per bella ipsorum quæ gesserunt, ad bel la spiritualia informemur. 23. q. 1. nisi bella.

Quod ideo bella carnalia plerunque geruntur, vt ad pietatis iustitiæque societatem victis facilius consulatur. 23. q. 1. paratus. in fi. & c. apud.

Quod sicut antiquitus ducibus concessum fuit bellare, sic & modernis, dummodo non bellent desiderio fundendi sanguinem, sed rempublicam pro fide Christi ampliandi. 23. q. 4. si non, & c. displicet. & q. 1. noli.

Quod dicitur iustum bellum, & quid sit, multipliciter in nuitur. 23. q. 2. per totum.

Quod iustum bellum dicitur intuitu præcipientis, qui ipsius ordinariam habet potestatem. 11. quæst. 3. Iulianus.

Quod dicitur iustum bellum intuitu obedientis, vt sit qui obtemperare debeat. 23. q. 1. quid culpatur. & q. 8. con uenior.

Quod iustum bellum dicitur intuitu illius contra quem fit si meruit. 23. q. 2. c. vlt. & q. 5. de occidendis.

Quod iustum bellum dicitur intuitu eius propter quod fit, puta propter iniuriam propulsandam, vel vindictam inferendam. 23. q. 5. cum homo.

Quod iusta bella pro pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur. 23. q. 1. apud veros. & q. 4 displicet.

Quod intentio mala licitum bellum facit iniustum. 23. q. 1. militare.

Quod non pax quæritur, vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur. 23. q. 1. noli.

Quod capto hosti in bello est miserandum, dummodo futurum periculum non timeatur. 23. q. 1. noli. in fine. & q. 4. est iniusta.

Quod Sarraceni bellantes contra Christianos iustè à Christianis impugnantur. Iudæi verò quia seruiunt, patienter, sustinentur. 23. q. 8. dispar.

Quod possessiones ecclesiarum materiali gladio demandato ecclesię defendi debent. 15. q. 6. auctoritatem. 23. q. 3. Maximianus.

Quod bella pro ecclesia sumpta, & contra excommunicatos & infideles meritoria sunt. 23. q. 5. omnium, & duobus c. seq. & q. 8. vsq. ad §. ecce. & q. 4. sicut excellentiam.

Quod morientes in bello ecclesiæ saluantur, 23. q. 5. omnium, & q. 8. omni tumore.

Quod an episcopo liceat ad bellum proficiscī sine licentia Papæ. 23. q. 8. si vobis. & c. si quis episcopus.

Quod in hoc quòd Moses alijs pugnantibus non se immiscuit, sed orauit, exemplum dedit quòd prælati bel lare non debēt, nec bellis interesse. 36. dist. si quis vult. quæst. 3. porro. 23. quæstio. 8. c. 1. cum tribus seq. & c. conuenior.

Quod prælati propter possessiones temporales principibus obnoxij sunt tributa bellorum siue aliarum rerum exoluere. 23. q. 8. §. ecce. & c. seq. vsque ad §. quanuis. & c. si vobis.

BENEDICTIO. Quod benedictio solēnis super plebem tantum datur ab episcopis. 26. q. 6. ministrare. de consc. dist. 1: cum ad celebrandas.

Quod non solennis potest dari à sacerdote celebrante benedictionis tributere. 1. q. 1. dictum est à domino.

Quod consequens non est vt presbyter aliis benedicat, qui sua vulnera non curat. 28. distinctione presbyterum.

Quod minor maiori benedictionem non debet dare. 21. dist. denique.

Quod die dominica populus de missa ante benedictionem sacerdotis egredi non præsumat. de consc. dist. 1. missas die, & c. seq.

Quod populus non debet detrahere sacerdotibus, à quibus capit benedictionem, 6. q. 1. sacerdotes. 38. distin. seriatim.

seriatim.

Quod coniugium non benedicitur à sacerdote, nisi virgo contrahat. 32. dist. seriatim.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere, 23. dist. sponsus.

BENEFACERE. Quod bene fit etiam inuitis, quorum vtilitati potius consulitur quàm voluntati. 23. q. 1. paratus. post medium. 45. dist. & qui emendat.

Quod benefacit qui latroni membra auferendo, quia ex hoc cogitur à malo opere cessare. 23. quæstione 3. si quis.

Quod medicus benefacit phrenetico ipsum ligando, & pater filium indisciplinatum castigando, licet ipsis inuitis. 23. q. 4. ipsa pietas. & c. seq. q. 1. c. paratus. ante finem. 5. q. 5 non omnis. & c. seq.

Quod benefacere non debet quis alicui in damnum alterius. 14. q. 5. denique. & c. forte.

Quod clericis maximè Deo seruientibus benefieri debet. 11. q. 1. Christianis. 12. q. 1. quia tua.

Quod qui non ex amore, sed timore benefacit, reputatur non facere. 23. q. 5. ad fidem. 32. q. 5. licut enim. de consc. dist. 5. quidquid. 86. dist. non satis.

Quod benefacienti si ex hoc aliquod malum præter suā voluntatem contigerit, non imputatur, 23. q. 5. de occidendis. in fine.

BENEFICIVM. Quod beneficia ecclesiæ dāda sunt clericis quibus parentum bona non suffragantur. 1. q. 2. clericos. & c. seq.

Quod illis debentur clericis qui in ecclesia vigilanter deseruiunt. 1. q. 2 clerici. 86. dist. non satis.

Quod qui parentum bonis sustentari possunt: si beneficia ecclesiastica suscipiunt sacrilegium committunt. 1. q. 2. clericos. & c. seq. & c. si quis.

Quod prælatus in beneficio conferendo potius debet attendere vitæ meritum, quàm consanguinitatis gradū, 8. q. 1. Moses.

Quod sicut anima nō viuit corporaliter sine corpore, sic ecclesia non proficit sine beneficiis corporalibus. 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod pro beneficio ecclesiastico nō pastillum, nec aliud quantuncunque minimum dari debet. 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod illi qui emunt vel vendunt ecclesiastica beneficia, simoniam incurrunt, & beneficio fruſtrantur, 1. q. 3. si quis dator, & c. seq.

Quod quia beneficia ecclesiastica domini Dei sunt, ideo vendi non possunt. 1. q. 3. saluator. ante med.

Quod clerici criminosi beneficijs ecclesiasticis sunt priuandi. 81. d. ſt. si quis amodo.

Quod presbytero irregulari beneficium suum ecclesiæ ex dispensatione concedi rur. 50. dist. studeat.

BENIGNITAS. Quod benignitas nimia non debet resoluere subditos: nec nimia asperitas exulcerare. 45. dist. disciplina. & c. qui syncera, & c. licet nonnunquā. & c. sunt namque.

Quod multa agenda sunt cum inuitis quadam benigna asperitate. 23. q. 1. paratus.

Quod benignitas seruanda est in correctione. 23. q. 4. quod Christus. 45. dist. licet nonnunquam.

BIGAMVS. Quod bigamus ad ordines eligi non potest, 31. q. 1. quomodo. 32. dist. seriatim. 33. & 34. dist. per totum.

Quod per bigamiā quilibet irregularis efficitur. 32. dist. maritum. 34. dist. cognoscamus. & c. seq.

Quod baptismus non delet irregularitatem bigamiæ ante contractæ, 34. dist. si quis viduam. 16. dist. acutius. & c. vna. 28. q. 3. acutius.

Quod bigamus non promouetur, hoc est propter defectum sacramenti, 26. dist. acutius. & c. vna.

Item propter prærogatiuam sacerdotalis dignitatis. 26. dist. vna. & §. bigamus.

Item propter suspitionem futuræ incontinentiæ. 82. dist. proposuisti, in fine.

Item quia talis qui matrimonia frequentauit, nō potest esse orator castitatis. 16, dist. vna. & §. bigamus.

Quod an ille sit bigamus qui duxit in vxorē quam prius coitu fornicario corrupit virginem, 30. q. 5. qualis, 24. dist. præcipimus, 51. dist. qui in aliquo. 32. dist. nemo. 33. dist. maritum.

Quod ille non est bigamus qui duxit sponsam alterius, non tamen carnaliter à primo cognitam. 34. dist. Valentino.

Quod bigamus reputatur qui vxorem suam post adulterium scienter cognoscit. 34. distinctio. si cuius, & cap. sequen.

Quod qui contrahit cum corrupta de facto licet contrahere non possit de iure: tanquam bigamus reputatur, 28. dist. presbyter.

Quod qui credens se cum virgine cōtrahere, inuenit eā cognoscendo corruptam bigamus reputatur, nec debet promoueri. 55. dist. qui in aliquo.

Quod cum bigamo potest dispensari, & facilius in ordine susceptо quàm in suscipiendo, 50. dist. quicunque pœnitens.

Quod in ecclesia deuotione cordis est cantandū, & theatrales cantus non sunt exercendi. 92. dist. cantantes. de consc. dist. 5. non mediocriter, 38. dist. sedulo. 12. q. 1. quia.

Quod secundum solennitatem temporū cantus est exercendus. 25. dist. perlectis. ante finem.

Quod plerunque dum in cantando ad fauorem populi blanda vox quæritur, congrua vita deseritur. 92. dist. in sancta.

Quod gloria in excelsis, & allelu-ia non semper est cantandum, de consc. dist. 1. hi duo.

Quod diaconi Romanæ ecclesiæ quia solennioribus officiis debent deseruire, cantare tempore officij prohibentur, 92. dist. in sancta.

Quod clericus vel presbyter inter epulas mensæ cantās, est excommunicandus. 22. q. 1. clericum.

Quod clerici cœtibus non nisceantur vbi amatoria & impia decantantur. de consc. dist. 5. nullus presbyterorum.

Quod inter festum & paschæ & pentecostes, tantū tres psalmos ad nocturnos canimus, per totum annum, si festum est, nouem, si verò feria, duodecim recitamus, de consc. dist. 5. in die.

Quod nemo debet obedire episcopis vel abbatibus cū mandant cantari missas pro hæreticis. 11. q. 3. si quis episcopus aut abbas.

De hac materia habes vbi agitur de Missa, & vbi agitur de officio.

CAPVT. Quod caput sequi debent membra. 12. dist. non decet. 11. distinct. nolite. de consc. distinctione celebratam.

Quod indecens est si membra perfectiora sunt capite, 61. dist. miramur.

Quod capite languescente facilius membra corporis inficiuntur. 6. quæstione 1. sunt plurimi. §. verum. & c. ex merito.

Quod totum corpus morbis innaditur si languor in capite curatus non fuerit. 1. q. 7. sicut inquit.

Quod caput dicitur Romana ecclesia. 12. dist. c. 1. & seq. 3. q. 6. dudum.

CHARACTER. Quod character in baptismo imprimitur. 23. q. 4. displicet. circa medium.

Quod character baptismi nō perditur ex quocunque peccato. 3 2. q. 7. licite. 1. q. 1. quod quidam. ante medium. 23. q. 4. displicet circa medium.

Quod apostatæ à fide non sunt rebaptizandi, ne iniuriam faciat characteri Imperatoris. 23, quæstio. 7. quemadmodum.

Quod schismaticus qui ab hæretico vel ecōuerso in forma ecclesiæ baptizatur, characterem recipit. de consec. distinct. 4. quomodo. ante medium.

CARDINALIS. Quod sanctus Syluester primus videtur fuisse, qui ministros domini Papæ collaterales appellauit cardinales. 2. q. 5. prasul.

Quod cardinali diacono à subdiacono vsque ad lectores omnes debent exhibere honorem. 93. distinctio. à subdiacono.

Quod vacante sede apostolica episcopi cardinales aliis sibi adiunctis debent sine dilatione Papam eligere. 23. dist. in nomine domini. 79. dist. per totum.

Quod summus pontifex non nisi à cardinalibus & à clericis religiosis est inthronizandus. 79. distin. c. 1.

Quod qui sine canonica electione cardinalium & clericorum religiosorum præsentia inthronizatus fuerit, non apostolicus sed apostaticus habeatur. 79. distinct. cap. 1.

Quod olim non eligebant Papam nisi presbyteri & diaconi cardinales. 79. dist. oportebat. & duobus cap. seq.

Quæ cardinales episcopi in consecratione Papæ vice fungantur metropolitani. 23 dist. in nomine domini.

Quod cardinalibus conceditur cum aliis clericis & laicis inuasorem sedis apostolicæ anathematizare. 79. distin. si quis pecunia.

De hac materia habes vbi agitur de electione Papæ.

CHARITAS. Charitas quid sit, & de diuersis eius effectibus. de pœ. dist. 2 per totum.

Quod præcepta charitatis duo sunt, scilicet, amor Dei, & amor proximi. 8. q. 1. in scripturis. ante finem.

Quod vbi charitas non est, non potest esse iustitia. 24. q. 1. vbi sana.

Quod qui charitatis iussa spernit, Deum qui charitas est, tanquam Iudas prodit. 11. q. 3. abiit.

Quod charitas quæ operit multitudinem peccatorum, proprium est donum bonorum. 1. q. 1. multæ autem.

Quod qui sunt in charitate, participes sunt omnium bonorum ecclesiæ. de consec. dist. 4. ecclesiæ charitas.

Quod tunc perfecta charitas est in homine quando nihil aliud quàm Christum quærit. de pœ. dist. 2. charitas est. in fine.

Quod verba sunt postponenda quæ veritatem inflant, & charitatem vulnerant. 99. dist. ecce.

Quod non est charitas sed languor, vbi mali mores non corriguntur. 23. q. 5. non putes.

CAROLVS. Quod Carolus imperator primus vocatus fuit ab Hadriano Papa pro defensione ecclesiæ. 63. dist. Hadrianus. 23. q. 8 hortatu.

CASTITAS. Quod castitas sine continentia Deo placet, quam non facit necessitas, sed voluntas. 33. q. 5. tunc saluabitur. circa medium.

Quod absque castitate omnia opera sunt imperfecta. 33. q. 5. tunc saluabitur.

Quod castitas non aliter quàm inspiratiuè habetur. 28. distinct. de his.
Quod ipsam seruare est viam arctissimam & difficilem incedere. 28. d. ſt. de his, & 33. q. 5. tunc saluabitur. circa medium.
Quod pauci casti, & sine carnali vitio inueniuntur. 50. distinct. quia sanctitas tua. in fi.
Quod nemo potest gloriari se castum cor habere. de pœn. dist. 2. §. fugerat sanctus Dauid. circa medium.
Quod castitas mentis non aufertur per violentiam illatam corpori. 33. q. 5. per totum ferè.
Quod non corrumpitur corpus, nisi primum animus corrumpatur. 32. q. 5. non potest. & quinque c. seq.
Quod virgo violenter oppressa, non debet se sacris virginibus coxquare. 32. q. 5. illæ.
Quod sine tactu impudico castitas corporis perditur. 32. quæstio. 5. nec solo.

De hoc require vbi agitur de pudicitia.

Quod in virginali & viduali castitate excellentiam inuenire amplorem quàm in matrimonio experitur. 27. q. 1. nuptiarum.
Quod ordini sacro castitas est annexa. 84. dist. cum in prætorito. & 31. dist. aliter.
Quod quia tempore gratię non generis succeſſio, sed vitæ perfectio quæritur: ideò sacerdotibus continentiæ castitas imperatur. 32. q. 4 recurrat. §. his itaque. in fine.
Quod clerici orientalis ecclesiæ ante sacros ordines matrimonio coniuncti, etiam post in sacris cum vxoribus licitè possunt stare. 31 dist. cap. quoniam. §. hoc autem. & c. seq. & 32. distin. si quis.
Quod tempore sancti Gregorij subdiaconis & supra præcepta est continentia. 31. dist. ante triennium.
Quod sicut episcopi ita ministri altaris debent esse casti. 31. dist. lex continentiæ.
Quod nullus ad altaris ministerium debet accedere, nisi castitas eius ante fuerit approbata. distinctio. 31. ante triennium.
Quod qui fidem castitatis Deo vouerunt, irritam faciendo damnationem incurrunt. 27. q. 1. c. 1.
Quod post professam continentiam clericus sæcularis vel monachus matrimonium contrahere non potest. 27. q. 1. per totum.
CASVS. Quod casum aperit, qui ad summi loci fastigia propositis gradibus per abrupta ascensum quærit. 48. distinct. sicut.
Quod est malum cadere à proposito, & posteà simulare propositum. 12. q. 1. certe.
Quod casus alterum nullum debet retrahere à bono proposito. 17. q. 1. qui bona.
Quod inordinatus zelus ad emendandum subditum deterius interdum facit cadere prælatum. 24. q. 3. non in perpetuum.
Quod septies in die cadit iustus, & toties surgit. de pœnit. dist. 3. septies cadit.
Quod iusti vocabulum non amittit, qui quoties cadit, toties surgit. de pœn. dist. 3. quamuis. §. hac in fine.
Quod timore æternæ pœnæ cadere facit per pœnitentiã de veniæ spem bias. 50 dist. quid est.
Quod si altissima sublimitas ceciderit, quis cadere non posſitde pœ. dist. 2. vt cognouerunt. §. opponitur. in fi. 40. dist. quælibet.
Quod qui casu occidunt, non eis imputatur. 55. dist. qui partem. 50. dist. hi qui arborem. 1. §. 1. illa cauen.
Item virgo si cecidert per corruptionem non est qui suscitet eam redintegran 30. 32. q. 5. si Paulus.
CATHEDRA. Quod cathedra non sacerdotem, sed sacerdos cathedram habeat. 40. dist. multi.
Quod cathedra Petri super quam stat ecclesia, non est deserenda. 93. dist. qui cathedram.
Quod prælatis qui super cathedram Petri residet, est obediendum. 1. q. 1. non quales.
CATHEDRATICVM. Quod cathedraticum dictum est ab honore cathedræ pontificalis. 10. quæstio, 3. cap. 1.
Quod episcopus nomine cathedratici vltra duos solidos non debet accipere. 10. quæst. 3. illud te. & c. seq. & cap. inter. & cap. vlt.
CAVSA. Quod causa dicitur propriè illius vel ad quem damnum vel emolumentum spectat. 1. quæst. one 6. biduum.
Quo cessante causa, debet cessare id quod factum est propter causam. 1. q. 7. quod pro remedio.
Quod qui causa vtilitatis ad aliam ecclesiam transfertur, ad priorem redire non debet. 7. quæstio. 1. pastoralis. §. quod verò.
Quod coniugium quod fit causa procreandi, cessante causa non soluitur. 32. q. 7. tantum.
Quod pendente relatione ad superiorem in causa nihil est commutandum. 2. q. 1. nomen. & q. 6. quoties post, & c. quoties episcopi.
Quod non licet episcopo causam sanguinis agitare. 23. q. vlt his à quibus.
Quod episcopus nec pro ciuili, nec pro criminali causa coram iudice sæculari est accusandus. 11 q. 1. nullus episcopus. & cap. si quæ causæ.
Quod si in mala causa pauperi assistitur, tanto ex hoc nequior efficitur. 23. q. 4. ne amisso.
Quod episcopi viduarum causas impensius fouere debent. 87. dist. licet.
Quod si iustus in causam cecideret, potius est ei adiuuandum quàm alteri. 86. dist. non satis.
Quod causarum ecclesiasticarum alia est ciuilis, de qua habetur. 14. q. 2. super prudẽtia. alia criminalis, de qua habetur, 16 q. 1. frater. post med.
CAVTELA. Quod cautela laudabilis est in qua non furor, sed ratio totum agit. 11. q. 3. illa præpositorum.
Quod nihil quod ad cautelam pertinet, est omittendum. 63. dist. quanto.
Quod cautela præcauet vt inter duo mala leuius cõmittatur. 96. dist. duo. & c. seq.
Quod cautela est habenda in cauẽdo peccato, 41. distinctio. sæpè.
Item in prædicando & docendo, 43. dist. sit rector. ante medium.
Item in regendis subditis. 39. dist. Petrus.
Item pro rebus ecclesiæ conseruandis. 28. dist. de Syracusanæ.
Quod multa fiunt ad cautelam futurorum, vt noui iuris promulgatio. 23. dist. c. 1.
Item singularis prohibitio. 89. dist. decenter. 23. q. vlt. pes sunam.
Item cõditionis per scripturam professio. 12. q. 2. longinquitate.
Item specialis libelli conscriptio. 1. q. 7. quoties.
Item Iuramentorum obligatio. 11. q. vlt. cum aliquis.
Quod correctio debet ex charitate prouenire, & secundum diuersitatem culparum extendere, 24.q.3. corripiantur.
Quod correctio debet esse mista cum benignitate & asperitate, 45. dist. disciplina. & cap. sunt namque.
Quod qui iustè iudicat, stateram in manu gestans invtroque penso iustitiam & misericordiam portat, 45. dist. omnis.
Quod non frustra hæc duo iunguntur, homo peccator: quia peccator est, corripe. quia homo est, miserere, 23.q.4. duo.
Quod correctio quandoque plus debet habere mansuetudinis quàm rigoris, 45. dist. qui syncera. & cap. licet.
Quod asperitas nimiæ increpationis nec correctionẽ recipit, nec salutẽ, 45. dist. cum beatus. & cap. disciplina.
Quod castigatus leuiter reuerentiam exhibet castiganti, dist. 45. cum beatus.
Quod correctio quandoque plus debet habere de asperitate quàm de benignitate, 12.q.2. fraternitas. 24.qu. 3. ecce. & cap. seq. & cap. illud.
Quod ferro necesse est vt abscindantur vulnera quæ fomentorum non sentiunt medicinam, 82. dist. quia aliquanti,
Quod melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere, 5.q.5. non omnis. & c. non osculatur.
Quod non est charitas sed languor vbi mali mores non corriguntur, 23.q.5. non putes. & cap. seq.
Quod non corripere malos sed fouere, est eos occidere, 23.q.5. qui vitiis. 45. dist. sed illud.
Quod falsa & periculosa misericordia indulget vbi propter asperitatem vel blandimenta linguæ delinquentium correctio postponitur, 50. dist. si quis diaconus.
Quod licet Dei sit principaliter corrigere, tamen prælatus suam correctionem nõ debet negligere, 23.q.4. sicut non est.
Quod facientis culpam habet qui eum possit corrigere, negligit emendare facientis culpam, 83. dist. error.
Quod licet sciamus neminẽ vltra terminum à Deo præfixum esse victurum, tamen omnibus languẽtibus nõ incongrue medemur. sic quamuis nemo saluetur nisi prædestinatus, omni tamen delinquenti adhibenda est correctio. 23. quæstio. 4. Nabuchodonosor. §. item qui.
Quod episcopus, qui crimina non corrigit, non episcopus, sed canis dicitur impudicus, 83. dist. nemo.
Quod primo seipsum corrigat qui alios nititur corrigere, 25. dist. primum. 43. dist. in sacerdotibus. 81. distin. nemo.
Quod prælatus si culpas subditorũ impune dimittit, grauiter offendit, 11.q.3. si is qui. 23.q.5. qui vitijs. & alia capitula quæ sequuntur vsque in fi. quæst.
Quod synodi prælatorum ad hoc debent esse vt depravata quæ emerserunt corrigantur, 18. dist. peruenit. & c. seq. 16.q.2. visis. in fi.
Quod prælatus quando in correctione excedit, non tenetur à subditis veniam postulare, 86. dist. quando necesse.
Quod à subditis senior non est increpandus, cum culpa sua nõ trahit ad interitum corda iuniorum, 2.q.7. Paulus dicit.
Quod laudabile est in subditis correctionem prælatinul la dissimulatione postponere, 2.q.7. sicut inquit.
Quod contemptores mandatorũ superiorum sic puniendi sunt, vt alij talia committere timeant, 23.q.3. nulli.
Quod prælati à subditis, doctiab indoctis de publicis excessibus corrigi possunt, 2.q.7. secuti sunt viã Balaam. & cap. episcopi. §. item Ioannes.
Quod priuatum crimen publice non est arguendum: sed vbi contingit crimen, ibi mortiatur, 2.q.1. si peccauerit. in fi. 6.q.2. si tantum.
Quod publicam correctionem debet præcedere admonitio, 2.q.7. accusatio. 1. in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Percussione.

CORONA. Quod coronam in capite clerici habẽt ab institutione Romanæ ecclesiæ, 12.q.1. duo.
Quod ratio coronæ in capite signat tẽporalium depositionem. ibidem.
CORPORALIA. Quod corporalia altaris nõ debẽt esse de serico, sed de puro panno lineo ab episcopo cõsecrato. de conse. dist. 1. consulto omnium.
Quod non debeant lauari per fœminas nec tangi, 23. distin. sacratas.
CORPORA. Quod corpora sanctorum nullus de loco ad locum sine licentia episcoporum transferre præsumat. de consecra. dist. 1. corpora.
Quod corpora modernorum hominum sunt debitoria antiquorum, & ideo ipsis est compatiendum, 34. dist. fraternitatis.
CREATVRA. Quod creatura quelibet in se bona est, & dicitur esse vera. de pœn. dist. 2. ante fi.
Quod creatura quæ mutatur, nõ vera, sed vacua esse probatur. de pœn. dist. 2. ante fi.
Quod per creaturas iurare, est blasphemare, 22.qu. 1. si quis per capillum.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

CREDERE. Quod credere in Deum est amando in eum tendere. de pœ. dist. 2. charitas est.
Quod qui diuinationibus & incantationibus, credit, fidẽ Christi perdit, 26.q.5. episcopi. ante medium. & duobus cap. seq.
Quod qui credit se cũ Diana vel aliis mulietibus in nocte is silentio super bestias vel aliter multa terrarũ spatia transire fidem Christi euacuat, 26.q.5. episcopi. ante medium.
Quod in testimonio quandoque credendum est paucioribus numero, 4.q.3. per totum.
Quod innocens semper bene credit & bene iudicat de aliis, 22.q.4. innocens.
Quod mala de aliis nõ cito neque de facili debemus credere, 86. dist. si quid.
Quod malum de proximo nullus debet credere antequam probetur, 2.q.1. Deus, 30.q.5. iudicantem. 11.q.3. in cunctis & c. quamuis.
CREDITOR. Quod creditor non est dicendus vsurarius, 10.q.2. casellas. §. hoc ius.
CRIMEN. Quod crimen est graue peccatum accusatione & damnatione dignissimum, 81. dist. apostolus.
Quod crimen vocatur criminale peccatum, vel criminalis infamia, 25. dist. vnum orarium.
Quod crimen quandoque ponitur pro omni delicto siue mortali siue veniali, 25. dist. vnum orarium. §. nomine autem,
Quod manifesta crimina accusatione nõ indigẽt, 2.q.1. quæ Lotharius. §. in manifestis. & c. seq.
Quod magis nocet qui crimen celat, quàm qui illud amicabiliter ad corrigendũ indicat. 5.q.5. non vos. & quatuor c. seq.
Quod fraudulentus reputatur qui causa diffamationis vel vindictæ occultum crimen reuelat, 5.q.5. qui ambulat. 6.q.1. summa.
Quod grauiter peccat qui crimen quod solus nouit, publicat. 2.q.1. si peccauerit.
Quod meritorium est crimẽ publicare vbi possit prodesse, 22.q.1. hoc videtur. in fi.
Quod nullum crimen maculat nescientem, 23.qu.4. nimium sunt.
Quod crimen paternum nullam maculam potest infligere successori: nisi committat vel consentiat, 1.qu.4. crimen.
Quod nemini præterquàm de crimine læsæ maiestatis de se confesso contra alium creditur, 15. quæst. 3. nemini.
Quod graui punitur pœna crimen læsæ maiestatis, 6.q.1. quæro. §. si quis.
Quod crimen læsæ maiestatis & vitium simoniæ pari pœna punitur, 15.q.3. sane.
CHRISMA. Quod chrisma in cœna domini quolibet anno est conficiendum, & vetus intra ecclesiam est exurendum. de consecra. dist. 3. litteris.
Quod solius episcopi est chrisma cõficere, 55. dist. illud.

Quod

Quod archiepiscopi ab episcopis suis, & alij clerici ab archipresbyteris christma debent petere, 95. dist. presbyteri. de conse. dist. 4. presbyteri.
Quod clericus vendens christma simoniaca committit, 1.q.3. si quis præbendas. 1. quæst. 1. dictum est in quibusdam.
Quod presbyteri christma accepturi nil debent dare episcopis, 1.q.1. statuimus.
Quod omnis presbyter ad baptizandum vadens, eũ christmate debet progredi, de conse. dist. 4. nullus ministrorum.
Quod signare in fronte cum christmate. est tantum episcoporum, de conse. dist. 4. presbyteri. 95. distin. presbyteros.
Quod cum veteri christmate non licet inungere nisi in necessitate. de conse. dist. 4. si quis de alio.
Quod qui in necessitate à presbytero non fuit in baptismo christmatus in vertice, debet per presbyterum supplere. de conse. dist. 4. nullus ministrorum.
CRVDELITAS. Quod crudelitas non est crimina punire, sed pietas, 23.q.8. legi. & c. seq.
Quod falsa mansuetudo est crudelitas, quãdo scilicet delinquens non corripitur. 23.q.4. ipsa pietas.
Quod iudex nõ est crudelis qui crudeles iugulat, licet patientibus crudelis esse videatur, 23. quæstio. 5. non est crudelis.
Quod proximi vulnus crudeliter siletur, & vt sanetur, mi sericorditer indicatur, 5.q.5. non vos.
Quod crudelis est qui famam suã negligit, 12.q.1. nolo.
Quod vlciscendi crudelitas iure culpatur, 23. qu. 1. quid culpatur.
Quod libidinosa crudelitas est venena sterilitatis procurare. 32.q.2. aliquando.
Quod crudelitatem omnium prædonum superat qui res ecclesiæ quę pauperum sunt, defraudat, 12.q.2. gloria. circa med.
Quod qui pauperem fœnore trucidat, & qui diuiti aliqua rapit, æquales sunt in crudelitate, 14.q.4. quid dicam.
CRVX. Quod crux à cruciatu dicitur, & magnum eruciatum sustinet qui vim patitur, 3.q.1. nulli, in fine.
Quod qui diuicias mundi lutum reputat, crucem Christi portat, 12.q.2. gloria. circa medium. 12.qu.1. clericus.
Quod sacerdotalis gradus & alia sacramenta crucis figura perficiuntur, de consecra. dist. 5. nunquid.
Quod salubre est fideles crucis signaculo insigniri, 11. dist. ecclesiasticarum,
Quod ideo cruce signantur baptizandi & alij, vt diabolus per interemptionis suæ signum vas suum pristinum sciat deinceps sibi esse alienum, de conse. dist. 4. postea signatur.
Quod ignominia est Christum crucifixum pauperem sartis prædicare corporibus, trigesimaquinta distinct. ecclesiæ.
Quod dominũ crucifigunt qui eũ in sacerdotibus suis persequuntur, 3.q.1. nulli,
Quod festum inuentionis crucis est celebrandum quinto nonas Maij, de conse. dist. 3. crucis.
CVPIDITAS. Quod cupiditas est mater vsurarum, 47. dist. virum.
Quod cupidi ordinari prohibentur, quia tales de facili à vero deuiant, 47. dist. 100. virum. 8.q.2. dilectissimi,
Quod bonorum auctoritati inhærere non valet qui cupiditatem animæ quæ radix est omnium malorum, nõ abscindit. 47. dist. bonorum. & c. seq.
Quod gratius intuetur cupidus aurum quàm solem, 47. dist. sicut,
Quod quantumcunque aurum auro cumuletur, satietas nunquam aderit cupiditati, 47. dist. sicut.
Quod nemo cupiditati dammandi inflammatus desidet habere consortem, 23.q.7. quod autem.
Quod cupidi breuem in præsenti possidẽt fructũ, & post æternum incurrunt supplicium, 1.q.1. cum ordinaretur. & c. cito.
CVRATOR. Quod curator propter infirmitatem datur, 3.q.7. infames.
CVRIALIS. Quod curialis dicitur qui nexibus curiæ ligatus principibus adulatur, 37. dist. nomine. & 51. dist. qui in aliquo.
Quod curiales non sunt ad ordines admittendi, nec etiã ad religionem, nisi cum magna discussione, 53. distin. legem.
Quod curialis nõ debet in episcopum ordinari, 50. dist. non confidant, 51. dist. qui in aliquo.
Quod curialis qui in ciuilibus cautis vel pecuniarijs officium impendit, potest in episcopum postulari, 61. dist. Osius. & §. sed aliud est.
CVRIOSITAS. Quod curiositas est postpositis diuino & sanctorum eloquijs scriptis Philosophorum & poetarum ratione vanitatis vel delectationis intendere, 37. dist. sacerdotes. & c. seq.
Quod curiositas dicitur cum diuina scriptura non secundum sanctorum expositionem, sed secundum sæcularem sapientiam & sensus sui vanitatem exponitur, 37. dist. vino.
Quod curiosi dicunt clerici qui filios suos ecclesiasticis sumptibus potius sæcularibus scientijs quàm salubribus erudiunt, 37. dist. legant.
CVSTODIRE. Quod custodire tenetur Romana sedes statuta conciliorum quæ sua auctoritate confirmauit, 25. q. 1. cap. 1.
Quod si iurisdictio episcopo à superiore nõ seruatur, ordo ecclesiasticus, quem superior custodire tenetur, cõfunditur, 11.q.1. peruenit.
Quod prælati bona ecclesiæ non debent dare potẽtibus, sed diligenter custodire, 23.q.7. conuenior.
Quod nemo per exteriorem violentiam corrumpitur, si interior innocentia custodiatur, 11.q.3. custodi.
DALMATICA. Quod dalmatica nec episcopis, nec archidiaconis antiquitus sine concessione Papæ licebat vti, 23. dist. communis.
Quod licet modo omnes diaconi vtantur dalmaticis ex consuetudine, non tamen debent ipsis vti nisi in solennitate, 76. dist. de ieiunio.
DAMASVS. Quod Damasus Papa primus accusatus de adulterio cum 42. episcopis se purgauit, 2.q.7. nos si incompetenter. in fine.
DAMNVM. Quod damnum morum multum distat à damno temporalium, 6.q.1. sunt plurimi. in fine.
Quod deteriores sunt qui vitam moresque bonorum detrahendo corrumpunt, his qui substantias aliorum præ diaque diripiunt, 6.q.1. ex merito.
Quod nulli in alterius damnum est subueniendum, 14.q.5. denique. 22.q.2. primum.
Quod dominus per damnũ temporale nos cogit ad bonum, 23.q.6. quod errauerat.
Quod piissimi rectores reputantur qui in graui scelere constitutos damnorum admonitionibus ad bonum redire cogunt, 23.q.5. si vos.
Quod qui confugientibus ad ecclesiam vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, sunt excõmunicati. 17.q.4. diffiniuit.
Quod inferens damnum non est absoluẽdus nisi damno secundum arbitrium læsi restituto, 23.q.vlt. pessimam. 14.q.6. si res,
DATVM. Quod datũ aliquod ex pietate præcipuè ecclesiæ, non potest reuocari, 12.q.2. sacrorum. 14.q.6. comperimus. 16.q.2. visis. & q.6. illud. 17.q.3. sunt qui.
Quod dare ecclesiæ propter defectum hærędis, laudabiliter danti reddunturhabito hærede. 19.q.vlt. cap. vlt.
Quod qui res ecclesiis vel monasteriis in testamento datas detinent. pauperum sunt necatores, 13.q.2. clerici.
Quod non sufficit oratio & lectio nisi assit & eleemosynę datio, 86. dist. fratrem. & duodecim cap. seq.
Quod habenti dari nil aliud est quàm perdere. 1.q.2. pastor.
Quod episcopus de bonis ecclesię religiosis potest dare. 12.q.2. si episcopus. & c. seq.
Quod qui honorem nõ habet, honorem dare nõ potest, 1.q.1. qui perfectionem. & c. seq.
DAVID. Quod Dauid qui ex compassione omnes refugas recipiebat, ponitur in exemplum quòd patientibus est compatiendum. 7.q.1. omnis.
Quod ex eo quòd doluit mali regis chlamydem se præcidisse, ponitur in exemplum quòd subditus quantum cunque sanctus in malum prælatum quandiu sustinetur non debet insergere, 2.qu.7. plerunque. §. item. de pœn. dist. 2. §. opponitur.
Quod Dauid plenus fuit charitate, per multos effectus insinuatur. de pœ. dist. 2. §. opponitur. post medium.
Quod inter duo mala minus eligens potius voluit iuramentum frangere, quàm sanguinem humanum fundere, 22.q.4. quod Dauid. & cap. seq.
Quod in eo quòd Saul deprauatum honorauit propter vnctionẽ, innuitur quòd sacramenta in deprauato non annihilantur, 1.q.1. sacramenta.
Quod Dauid prohibitus fuit templum ędificare propter sanguinem quem effuderat. de consec. distin. 1. §. 1. in prin.
Quod in hoc quòd propter adulterium, & homicidium per parabolam diuitis sententiam cõtra seipsum dedit, innuitur quòd malus prælatus per sententiam quam quam profert in subditum seipsum condemnat, 5.q.7. sacerdos.
Quod per pœnitentiam de adulterij & homicidij pecca to consecutus est veniam. de pœn. dist. 3. §. Dauid.
Quod in eo quòd post peccatum spiritum sanctum recta bu't, & in honore permãsit, innuitur quòd lapsi per pœnitentiam in pristinum statũ reparatur, 50. dist. si post. §. contra. & cap. ponderet.
Quod occiso Vria propter adulterium Bethsabeæ ipsam duxit in vxorem, modo non trahitur in consequentiã, 31.q.1. cap. si qua fuerit vidua. §. sed obiicitur.
Quod dominus ei qui tot bellis interfuit, tã magnũ præbuit testimonium, innuitur quòd & plerique bella exercentes Deo placere possunt, 23.q.1. noli.
DECANVS. Quod decanus non debet fieri nisi primũ fuerit presbyter ordinatus. 60. dist. c. 1. & duobus. c. seq.
Quod diaconus in decanum electus nisi statim presbyter efficiatur, honore suscepto priuetur, 60. d. ult. innouamus.
Quod nemo in decanum debet eligi nisi qui ętate & moribus est maturus. 60. dist. innouamus.
DECIMÆ. Quod decimæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum. 16.q.1. quia.
Quod decimæ sunt tributa egentium animarum, 16.q.1. decimæ.
Quod decimæ iubentur dari lege naturali, sicut patet de Abraham & Iacob, 16.q.7. decimas Deo.
Item iubentur dari lege Mosaica, 16.q.1. decimas à populo.
Item iubentur dari scriptura prophetica, 16.q.1. reuerti mini. & q.7.c.1.
Item iubẽtur dari lege canonica, 16.q.7.c.1. & c. quicũque.
Quod decimæ sunt dandæ de grano & de vino, de fructibus arborum, de pecoribus, de horto, de negotiatione, & venatione, 16.q.7. quicunque. & c. seq.
Quod à laicis fideliter sunt dandæ, & ab episcopis ministris ecclesiarum discretè distribuendæ, 32. dist. præter hoc. 16.q.7. nullus.
Quod fideliter decimas dare, est nec plus nec minus offerre, 16.q.7. quicunque,
Quod dandæ sunt illi ecclesiæ vbi baptisma & alia sacramenta præcipiuntur, 16.q.1. quicunque. c. de decimis. & c, in sacris. 13.q.1. ecclesias. §. de decimis.
Quod aliis ecclesiis non sunt dandæ præter consensum episcopi, 16.q.1. statuimus & c. seq.
Quod propter nouas ecclesias priori ecclesiæ non sunt subtrahendæ, 16.q.1. si quis laicus. & c. de depimis. §. si ergo.
Quod decimæ concedi possunt monasteriis & hospitalibus, 16.q.1. quoniam.
Quod monachis de territoriis, quæ propriis manibus excolunt, concessę sunt decimæ, 16.q.1. cunctis. §. de his. & c. quæst.
Quod per donationem prædiorum monachis factã non priuantur ecclesiæ decimis suis, 16.qu.1. cunctis. §. de his, in fi.
Quod non fructus sed ius decimæ vendere vel emere simoniacum est, 1.q.1. presbyter.
Quod decimæ à laicis (quia pauperum sunt) possideri nõ possunt, 16.q.1. c. vlt. & q.7.c.1.
Quod non sunt à laicis aliquo munere redimendæ, 16.q.7. decimas quas.
Quod propter malitiam sacerdotis decimæ (quia ecclesiæ sunt) non sunt retinendæ, 16.q.6. si episcopum.
Quod non dantes decimas post admonitionem sunt ex communicandi, 16.q.7. omnes decimæ.
Quod qui decimas non tribuit, sacrilegium committit, & æternæ dãnationis periculũ incurrit, 16.q.7.c.1.
Quod frequenter in rebus temporalibus damna patiuntur, qui decimas dare negligunt. 16.qu.1. reuertimini.
Quod quanti pauperes mortui fame fuerint, tot detẽtor decimarum reus est homicidiorum, 16.qu.1. decimæ.
Quod qui decimas diligenter dat, non solum sanitatem corporis, sed etiam cum temporali fructu cœlestia promeretur, 16.q.1. decimæ,
Quod quadragesima diligenter in ieiunio obseruata solet uuntur Deo decimæ pro tempore totius anni, de conse. dist. 5. quadragesima.
DECRETALES. Quod decretales summorum Pontificum sunt eiusdem auctoritatis sicut decreta, quæ sunt in corpore canonum. 19 dist. per totum.
Quod decretalis epistola alia est specialis, videlicet quæ dirigitur ad vnam prouinciam, 35.q.3. §. quod scripsi.
Item quæ dirigitur ad vnã ecclesiã, 16.q.1. hinc est etiam.
Item quæ dirigitur ad vnam personam, 7.qu.1. petisti. & hæc non trahitur ad consequentiã, sicut habes in præ dictis cap.
Alia est generalis, quæ omnib⁹ dirigitur, 25.q.1. omnia. & c. seq & hæc quia diffinit, trahitur ad consequentiã, 25.q.1 hac consona.
Si imperat vel prohibet, necessitatem infert, 14.q.1. quisquis.
Si indulgetur non trahitur ad cõsequentiã, 14.q.5. dixit.
Si permittit vel consulit, liberam habet obseruantiã, 14.q.1. quisquis.
DEDICATIO. Quod dedicatio ecclesiæ debet fieri ab episcopo sine aliqua pactione, 1.q.1. statuimus.
Quod episcopi dedicatori ecclesias oblata ex deuotione possunt accipere, sed nihil debent exigere, 1.qu.2. placuit.
Quod prius est ecclesia dotanda quàm dedicanda, ibidẽ.
Quod loca semel dedicata non possunt fieri habitacula læcularia, 19.q.1.quæ semel.
Quod singulis annis celebranda est solennitas dedicationis, de consec. dist. 1. solennitates.

De hac materia require de Consecratione Ecclesiæ,

DEFENSIO. Quod defensio potest peti à principe cõtra hostes ecclesiæ, 23.q.3. Maximianus. & quæst. 2. per totum.
Quod ecclesia pro malefactoribus debet intercedere, nõ eos defendere, 14.q.4. hi qui. 12.q.1. siquis cuiuslibet. & c. seq.
Quod lex virtutis est patriam & socios defendere ab iniuria, 23.q.3. non in inferenda. & c. fortitudo.
Quod execrabile est non tueri quos suscipit defendendos, 87. d. ult. irreligiosum.
Quod qui potest & non repellit à socio iniuriam, tam est in vitio quàm ille qui facit, 23.q.3. non in inferenda. & c. seq.
Quod qui peccantem defendit, actius accendus est quę qui peccauit, 11.q.3. qui contentit.
Quod qui definit probare cum potest, consentit, 25.q.3. ostendit.

Quæ

Quod perfectus iniuriam propriam & suorū non debet defendere, sed diuino examini referuare. 23. qu. 1. §. 1. & c. seq.

Quod defensio cuique conceditur in necessitate. 23. q. 3. per totum. & q. 5. de occidendis. vsque ad fin. quæst.

Quod qui non defendit veritatem, proditor est veritatis. 13. q. 3. nolite.

Quod quilibet semper tenetur ad fidei defensionem. 23. q. 8. quicunque. §. his ita.

Quod qui pro fide vel fidelium defensione moritur, cœleste præmium consequitur, 23. q. 8. omni.

DEGRADATIO. Quod degradatio & deponere de ordine, pro eodem accipiuntur. 81. dist. sacerdos. & c. seq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depositione.

DELEGATIO. Quod delegatio dicitur quando prælati cum præsentes esse non possunt, per alium reputātur præsentes. 94. dist. valde.

Quod delegatus sicut ille cuius tenet locum, est honorā dus. 93. dist. præcipimus. 97. dist. nobilissimus.

Quod debet litteras cōmissionis illis ad quos delegatus est, demonstrare. 97. dist. nobilissimus.

Quod iudex delegatus debet dari ad arbitriū illius, qui impetitur auctoritate superioris, 11. q. 1. iudices.

DELIBERATIO. Quod deliberatio omnibus est necessaria, quę indiscussos hominum calores potest refrenare. 2. q. 6. anteriorum.

Quod laudabilis est cautela deliberationis, cum qua totum ratio regit, & furor sibi nihil vendicat, 11. q. 3. illa præpositorum, & c. seq.

Quod non sunt præcipitanda consilia & opera. tempore enim indigemus ad deliberādū, vt maturius agamus, 50. dist. ponderet. circa principium.

Quod maximè ecclesiæ negotia cum deliberatione sunt expiēnda. 45 dist. licet 1.

Quod indices diffinitiuam sententiam cum magna deliberatione debent proferre, 11. q. 3. cum apud. & c. seq.

Quod intra decem dierum spatium appellatione facta verum quiescendum sit ab ea, est deliberādum, 2. q. 6. anteriorum.

Quod qui ex deliberatione ad meliora non proficiunt, etiam ab eis bonis quæ videntur habere cadunt, 17. q. 1. qui bona.

Quod interdum quidam morā deliberationis extendunt quod bonum quod consequi intendebant, perdunt, 17. q. 1. qui bona.

Quod pro conuitio non est habendum quod sine delibe ratione est illatum, 2. q. 3. si quis iratus.

DELICIÆ. Quod deliciæ absque desiderio perceptæ non officiunt. 41. dist. deliciæ.

Quod deliciæ ciborum cōputrescere faciunt corpus humanum. de consecra. dist. 5. nihil. & cap. seq.

Quod debites dolere debent si propter consuetudinem non aliter quàm delicate possunt viuere, 41. dist. non cogantur.

Quod in rebus prætereuntibus non vsus, sed libido culpatur, 41. dist. quisquis.

Quod aliquādo sine voracitatis vitio pretiosissimo sapiēs vitur cibo, & insipiens vilissimum cum gulæ flamma exardescit cibum, 41. dist. quisquis.

Quod ignominiosum est prælatis & prædicatoribus delitiis affluere, qui Christum pauperem debent prædicare, 35. dist. ecclesiæ.

Quod episcopalis auctoritas plus debet vigere in deliciis meritorum quàm mensarum, 41. dist. episcopus.

Quod detestabile est in rugurio rusticano natum & milio nutritū in religione similam & mella fastidire. 12. q. 2. gloria episcopi.

DEMENTIA. Quod dementia si est perseuerans excusat à culpa in ipla commissa, 5. q. 1. aliquos. 32. q. 7. quemadmodum.

Quod si euenit ex propria culpa: postquam ad sanam mētem redierit, imponenda est ei pro commissa, licet minor quàm aliis pœnitentia, 15. q. 1. si quis insanientes.

Quod non debet promoueri ad ordines maximè in sacerdotem, qui aliquando insaniuit, 33. dist. communiter. & duobus cap. seq. 15. q. 1. c. vlt. §. licet.

Quod si sacerdos ex propria culpa dementis effectus hominem occiderit, & postea ad sanitatem redierit, celebrare non potest, 25. q. 1. si quis insaniēs. in fi. & c. seq.

Quod demētes vel furiosi cōiunctę, nec matrimonio nec religioni possunt obligari, 32. quæstione 7. neque furiosus.

Quod qui sani contrahunt, postea dementes effecti non separantur, 32. q. 7. hi qui.

DAEMON. Quod dæmones acumine sensus & ciarita te mētis omnia quæcunque animalia excedunt, 26. q. 4. sciendum.

Quod propter longum tempus vitæ, eorum maior est experientia quam hominum, 26. q. 4. sciendum.

Quod ex tribus præmissis multo ante cogitata prænuntiantes ab hominibus propter tertium sensus tarditatē videntur futura prædicere, 26. q. 4. sciēdum, per totum cap.

Quod dæmones fatura de quibus nullam vestigium haberi potest, cognoscere non possunt, 26. q. 4. sciēdum, post medium.

Quod quali modo fiant quæ per ipsos fiunt cū non sint hominibus videntur signa & miracula, 26. q. 5. nec illa rum, à medio vsque in finem ca.

Quod in arte magica & in omni alia diuinatione per dæmonum fallaciam deluditur curiositas humana, dum appetit scire quod non conuenit inuestigare, 26. q. 5. nec mirum. ante medium.

Quod necromātia, & auguria, & omnis ars magorum, & diuinationes arte dęmonum est inuenta, vt faciant eos suæ damnationis participes, 26. q. 2. qui sine.

Quod an illusionibus dæmonum quædam mulieres sceleratæ credant se in corpore multa terratum spatia trā sire, vel hoc solum spiritus infidelis patiatur, 26. qu. 5. episcopi.

Quod dæmones vt frequēter sunt ministri & vltores iræ Dei, 23. q. 5. non solum.

Quod qui per dæmonem aliquando vexatur, non debet ad sacros ordines promoueri, 33. dist. maritum. & tribus c. seq.

Quod dæmones per signa exteriora citissimè cogitationes hominum cognoscunt, 26. q. 4. sciendum. in fi. & c. quodam loco.

Quod dæmon cum mentem alicuius per infidelitatē subiicit, illi siue dormienti siue vigilanti in diuersis speciebus se ostēdit, & per illas animam hominis deludit, 26. q. 5. episcopi, post medium.

Quod dæmones hominib⁹ illudere nō possunt nisi Deo permittente, 26. q. 5. nec mirum. circa medium.

De hac materia require vbi agitur de Diabolo, & vbi agitur de Diuinatione.

DEPOSITIO. Quod deponūtur vel degradātur prælati vel clerici domicilia fœminarum etiam post admonitionem frequentantes, 81. dist. clericus, & cap. ar chidiaconum.

Itē aleis & inhonestis ludis & ebrietatibus sine cessatione deseruientes, 35. dist. episcopus. 34. dist. quorumdam. in fi.

Item tabernas & alia inhonesta tenentes & mercimonia exercentes, 44. dist. nulli. 14. q. 4. c. 1. & 3.

Item vsuras exercentes, 48. dist. c. 1. & seq. 14. q. 4. si quis oblatus.

Item cum moniali vel incarcerata vel filia spirituali fornicantes, 27. q. 1. si quis episcopus & cap. si quis rapuerit. 30. q. 1. omnes. & duobus cap. seq.

Item publica incōtinentia laborantes, 50. dist. qui semel. 81. dist. Maximianus. & c. si quis clericus. & duobus. c. seq. & c. si quis amodo. & tribus cap. seq. & 83. distin. proposuisti. 15. q. 8. hi qui altario.

Item qui sine examinatione promouetur. 24. dist. si quis presbyter. 81. dist. si qui sine.

Item qui ante promotionem criminosi fuerunt, 24. dist. si quis presbyter. 81. dist. tātis. & cap. seq. 15. quæst. 8. si quis.

Item qui scienter criminosos ord nauerit, 81. dist. tantis. & 41. dist. aliquantos, in fi.

Item qui ad pinguiores ecclesias sine licētia superiorum trāseunt, 7. q. 1. si quis presbyter. & c. si quis episcopus. & cap. seq.

Item qui in ecclesiam os ponentes contra suos superiores contumaciter insurgunt. 21. dist. intantum. 11. q. 1. si quis sacerdotum. & c. conuirationum. & c. seq.

Item deponitur qui peierauit, aut in homicidio aut in alio magno crimine inuentus fuerit, 81. dist. presbyter. & c. seq.

Itē qui publicè crimen in apostolicæ totius ecclesiæ scandalum fouerit, 2. quæst. 1. scelus. 11. quæst. 3. Teugaldum.

Item qui alium in ecclesia per pecuniam vel alio modo supplantauerit, 7. quæst. 1. præsentium. & ca. factus. & c. seq.

Itē qui in aliena diœcesi vel ecclesia officia exercere vsur pauerit, 9. q. 2. nullum.

Item qui dilapidator rerum ecclesiasticarum fuerit, 10. q. 2. si quis episcopus. 12. q. 2. diaconi. & cap. abbatib⁹. 17. q. 4. quicunque episcoporum.

Item qui ecclesiam per manum laicam intrauerit, 16. q. 7. si quis deinceps.

Quod episcopus solus potest deponere de beneficio, de ordine vero quem solus dedit, solus non potest deponere, 15. q. 7. cap. 1. & vlt.

Quod deponendorum ab ordine causa si diaconus est, à tribus episcopis, si presbyter, à sex, si episcopus, à duodecim est discutienda. 15. q. 7. si quis.

Quod episcopus deposito ab ordine vt non viuat sæculariter, locum vbi agat pœnitētiam debet assignare. 81. dist. sacerdos. 50. dist. accedens. circa finem.

Quod depositus ex culpa ab ordine, si humiliter decennalem pœnitentiam expleuerit, potest restitui. 32. dist. presbyter.

Quod siue iustè siue iniustè depositus in restitutione sua debet recipere ea successiue, quæ eum ordinaretur præceperat, 11. q. 3. episcopus.

Quod nullus propter infirmitatem corporis deponitur, sed datur coadiutor sibi, 7. quæst. 1. cap. 1. & tribus ca. seq.

Quod deponuntur reges non solum ex crimine, sed propter insufficientiam. 15. q. 6. aliius.

DERISIO. Quod derisio prælatorum à subditis facta damnatur. 2. q. 7. sententia. 15. q. 5. c. 1. in fi. de pœn. di stin. 2. §. opponitur. vbi agitur de Dauid, quem Michol derisit, propter quod sterilis facta est

Quod humilis habitus p.e viuentium videretur à peruersis, 21. q. 4. omnis.

DESPERATIO. Quod desperatio de Dei pietate est horrenda impietas, 26. q. 6. agnouimus.

Quod nemo est desperandus quāndiu est in hoc corpore constitutus, 24. q. 3. corripiantur. 32. q. 2. ancillam. de pœn. dist. 7. nemo.

Quod plerunque cum peccatos propter culpam cōtemnitur, in desperationem labitur, 45. dist. recedite.

Quod pœnitentia à confessore est temperanda, ne peccator propter desperationem cogatur facere deteriora, 26. q. 7. de his. & cap. alligant.

DETRACTIO. Quod detractor dicitur non solum ille qui aliis detrahit, sed etiam qui detrahentes audit, 6. q. 1. ex merito. 11. q. 3. non solum.

Quod bonum est à detractione linguam custodire: quia tales cuncta quæ de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur, 6. q. 1. ex merito.

Quod deteriores sunt qui detrahendo aliorum vitā moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum surripiunt. 6. q. 1. deteriores.

Quod summa iniquitas est detrahere: quia omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, 6. q. 1. summa. de pœn. dist. 3. homicidiorum.

Quod nemo putet minus periculum esse alicui detrahē do mentiri, quàm sanguinem fundi, 11. q. 3. nemo peritorum.

Quod sacerdotibus, qui populo benedicunt, non est detrahendum, 6. q. 1. sacerdotes.

Quod permittit quandoque Deus de bonis detractione fieri, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur, 6. q. 1. oues. §. ipsa. & c. sunt plurimi.

Quod detractores nihil aliud faciunt, nisi in puluerē sufflant, & in oculos suos terram excitant, vt vnde plus de tractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant, 11. q. 3. inter.

Quod nihil prodest ieiunare, vel orare, vel alia bona facere, nisi mens prius à detractione reuocetur, de cōse. dist. 5. nihil enim prodest.

Quod qui facilis est ad detrahendum, non admittitur ad accusandum vel ad testificādum. 3. q. 4. detractores. & q. 5. nullus.

Quod detractor nisi se correxerit, à vindicibus flammis exuretur. 2. q. 7. accusatio.

DEVS. Quod Deus vnus est, licet tres sint personæ in deitate. de consecra. dist. 3. cap. vlt.

Quod licet tres personę sint vna deitas & vna essentia, tñ aliquid est quod soli patri attribuitur: aliquid quod solifilio, aliquid quod soli spiritui sancto. de cōse. dist. 3. cap. vlt.

Quod Deus animæ & corporis dicitur creator, & continuus operator. 5 6. dist. nasci.

Quod occulta opera Dei iudicio sunt seruanda, 6. q. 1. si omnia.

Quod quando scriptura aliquid attribuit Deo quod est hominis vel alterius creaturę, per similitudinem loquitur, non per proprietatem, 24. q. 1. odi.

Quod Deus specialius dicitur pater Christianorum, quā aliorum, 11. q. 3. ad mensam.

DIABOLVS. Quod diabolus non fuit malus creatus: sed in veritate & charitate, de pœn. dist. 2. citius. §. quod vero. vbi inuenies pro & contra.

Quod propter superbiam & præsumptionem de sui statu excellentia cecidit, de pœn. dist. 2. §. quod vero, sed rè per totum.

Quod diabolus post casum suum conatur vnitatem ecclesiæ scindere, & humanum genus euertere, 16. quæst. 2. visis.

Quod ardentiores in Dei seruitio & Deo familiares magis impugnat, 3. q. 1. nulli.

Quod versutus hostis dicitur: quia mille modos nocendi habet, 16. q. 2. visis.

Quod ex subtilitate naturæ hoc perpendit de homine quod ipse homo non perpendit, 26. q. 5. nec mirū. post med.

Quod vt melius decipiat, in angelū lucis se transformat, 26. q. 5. nec mirum.

Quod diabolus adeo debilis est, quòd neminem possidere potest nisi se prius peccatorum ære vendiderit, 15. q. 1. non est.

Quod ipse potestatem exercet in malis tanquam in suo pecore, 24. q. 1. miramur.

De hac materia require vbi agitur de Dæmonibus.

DIACONVS. Quod Diaconus Græce, Latine minister dicitur, 21. dist. cleros.

Quod Apostoli post ascensionem Domini diaconos sibi statuerunt in ministros, 93. dist. Dominus.

Quod commendantur diaconi respectu prefigurationis pacis, & vitæ actiuæ & contemplatiuæ quam debet exercere, 13. dist. diaconi sunt quos.

Quod diaconi sunt tanquam oculi episcopi oberrantes & circumlustrantes, 93. dist. diaconi ecclesiæ.

Quod diaconi debent astistere episcopo predicari, ne ab æmulis infesterur, vel verbo Dei detrahatur, 93. distinctione diaconi qui.

Quod non debent præsente episcopo vel presbytero nisi de eorum mandato sacramenta conferre. 93. dist. pertinent. & c. diaconi.

Quod officium diaconorum inuenitur. 25. dist. perlectis.

Quod officium diaconorum non est ante medium. 93. dist. diaconi ecclesiæ.

Quod episcopus siue diacono non debet solemniter celebrare, nec calicem nisi prius porrigatur per diaconū debet auferre. 93. dist. diaconi sunt.

Quod absurdum est auditu diaconum extolli super episcopum & presbyterum. 93. dist. legimus.

Quod diaconus in quacumque dignitate constitutus, excepta legatione, si se præfert, à proprio gradu cadere debet. 93. dist. c. vlt.

Quod diaconi debent corporalia & pallas lauare. de consecra. dist. 1. nemo per ignorantiam.

DIALECTICA. Quod qui dialectica arte diebus & noctibus torquentur, in obscuritate mentis gradiuntur. 37. dist nonne.

Quod dialecticorum tendicula sunt quędam phantasma ta & vmbræ, quæ cito resoluuntur. 37. dist. vino.

Quod garrulitas ranarum quibus percussa est Ægyptus, garrulitatem dialecticorum & sophistica argumenta designat. 37. dist. legimus.

Quod non in dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est, non in contentione. 37. distinct. omnem.

DIES. Quod dies festiuandi exprimuntur, de cōsec. dist. 3. §. 1.

Quod qui dies sunt à iudiciis & placitis custodiendi. 15. q. 4. placita.

Quod die dominico nil est agendum nisi Deo vacādum. de consc. dist. 3. ieiunia.

Quod ideo dies dominicus magis est venerandus, quia in ipso mundus sumpsit exordium, & per resurrectionem Christi vita accepit principium. 75. dist. quod die.

Quod die dominico consecrantur episcopi. ibid.

Quod episcopus die dominico non debet abesse suę ecclesiæ. de consc. dist. 3. episcopus.

Quod die dominico, & in festis non debent flecti genua orationis causa. de consc. dist. 3. quoniam sunt: 30. dist. si quis presbyter.

Quod die dominico missa ab omnibus vsque ad finem est audienda. de consc. dist. 1. missas.

Quod nullus episcopus vel infra positus die dominico causas audiæ præsumat. 15. q. 4. per totum. de consc. dist. 3. c. 1.

Quod die dominico nullus super sancta Dei Euangelia debet iurare. 22. q. 5. decreuit.

Quod die dominico non est ieiunandum. de consc. dist. 3. ieiunium. & cap. sequen. 30. dist. si quis presbyter.

Quod die dominico plus solito homines carnis. deliciis solent intendere. 4. dist. denique.

Quod Antichristus diem dominicum & diem sabbati face ret custodiri, vt ex hoc sibi Iudæos & Christianos cautius attrahat. de consecr. dist. 3. peruenit.

Quod die sabbati abstinendum est à carnibus. de consc. dist. 5. quia dies.

Quod die fouis ne sequamur errores Gentilium, non est ieiunandum. de consecra. dist. 3. ieiunium.

DIFFINITIO. Quod diffinitum rationabiliter non debet aliquatenus violari. 25. q. 2. cum pie.

Quod diffinitiua sententia quæ cōdemnationem vel absolutionem non continet, pro nulla habetur. 2. q. 6. ei qui. § diffinitiua.

DILAPIDATIO. Quod dilapidatio quando sit bona, & quando non, require in verbo, Liberalitas.

Quod dilapidatione rerum ecclesiasticarum solū suspectus submouetur, & vsque ad discussionem facti detrahetur. 3. q. 2. si episcopus. §. quod si. & c. seq.

Quod in crimine dilapidationis speciale est, quòd seque stratur possessio à possessore, antequam conuictus sit. 3. q. 2. quia.

Quod si episcopus vel presbyter, qui res ecclesiæ quæ sunt pro necessitatibus pauperum & pro redemptione captiuorum dilapidauerit, est deponendus. 12. qu. 2. apostolicos. 17. quæst. 4. nullus res.

DILECTIO. Quod dilectio Dei est perfecta quando ipsum diligimus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus. de peniten. distinct. 2. si quis semel. §. charitas est.

Quod Deum diligere est illi copulari animo, concipere fruendæ, visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium. ibid.

Quod ordinem dilectionis peruertunt qui aut mundum qui cōtemnendus est diligunt, aut corpora sua minus digenda plus diligunt, aut proximos suos non sicut seipsos, aut Deum plusquam seipsos non diligunt. ibidem.

Quod dilectio Dei facit peccato facilè resistere, bonis operibus abundare, sæcularia blandimenta contemnere, & omnia quæ humanæ fragilitati sunt difficilia perficere. de pœnit. dist. 2. 5. charitas est.

Quod si Deum toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati desideriis seruiamus de pœ. dist. 2. §. charitas est.

Quod illi Deum plusquam se diligunt, qui pro eius amore saluti suæ non parcunt. de pœn. dist. 2 §. charitas est.

Quod homo proximū sicut seipsum diligit, quando quātum potest laborat vt eum adducat ad Deum colēdū. 23. q. 4. debet homo.

Quod tūc proximos diligimus sicut nos quando nō propter spērata beneficia, vel propter consanguinitatem, sed propter hoc tantum quod nostræ naturæ sunt participes diligimus. de pœ. dist. 2 § charitas est.

Quod in hoc proximos tenemur diligere, vt de eorū perditione doleamus, & ad eorum correctionem quotidie laboremus. 23. q. 4. non potest. §. seq.

Quod non est signum veræ dilectionis ad proximū quando dimittitur peccatum impūnitum. 23. q. 4. quid crudele.

De hac materia require vbi agitur de Amore.

DIOECESIS. Quod diœcesis dicitur vbi episcopus vel episcopatus habetur. 16. q. 1. cū pro vtilitate. & qu. 3. licet.

Quod quædam sunt diœceses quæ certis limitibus distinguntur, quædam vero non. 16. qu. 3. licet. §. hoc multipliciter.

Quod extra suam diœcesim nullus debet sacramenta aliis participare. 26. q. 3. licet. in fine.

Quod duæ diœceses in vnam redigi possunt auctoritate apostolica, 16. q. 1. & temporis. & ca. sequen.

Quod quando excreuerit fidelium multitudo, diœceses diuidi, & episcopi multiplicari auctoritate apostoli ca possunt. 16. q. 1. præcipimus.

Quod quædam diœceses per præscriptionē tolli possunt, quædam vero non. 16. qu. 3. licet. §. hoc multipliciter.

DISCERE. Quod discere debet quilibet antequā doceat. 23. dist. his. 16. q. 1. sic viue.

Quod qui discere aut agere bona recusat, magis diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, 38. distinct. nullus.

Quod debet esse discipulus qui squis doctor esse desiderat, vt possit docere. quod didicit. 16. q. 1. si clericatus.

Quod discere debemus triplici de causa, aut ne ignorem, aut negligamus, aut vt repudiemus. 37. dist. legimus.

Quod tales laudabiliter sciētias sæculares addiscunt, qui quod vtile inuenerint, ad vsum sactæ eruditionis conuertunt. 37. dist. turbat.

Quod clerici sacris litteris semper debēt insistere, ne tūc quærant discere, cum ex officio alios debent docere. 36. dist. qui ecclesiasticis. §. ecce.

Quod qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existunt: quia veritatis discipuli non fuerunt. 24. q. 3. quid autem.

Quod discendum est à minoribus licētiata verecundia. 38. dist. nullus. 24. q. 3. si habes.

Quod stultus est qui se in eo quod primū existimat, bona quæ videri discere contemnit. 22. dist. de Constantinopolitana. 84 dist. peruenit. 24. q. 3. si habes.

De hac materia require in verbo, Studio.

DISCIPLINA. Quod disciplina vltrix est malæ vitæ. 23. q. 4. ad fidem. & c. non putes.

Quod mali vtad bonam disciplinam perueniant: per flagella sunt corrigendi. 23. quæst. 4. displicet. circa med. & c. vlt.

Quod filius non diligitur, qui non disciplinatur. 23. q. 5. non putes.

Quod qui peccantem coercet aliqua disciplina, eleemosynam facit. 45. dist. & qui.

Quod huic officio hominis inuigilet disciplina, videlicet episcopo regenti plebem suam, pauperi regēti domū suam, diuiti regenti familiam suam, marito regenti cōiugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. 23. q. 4. duo.

Quod disciplina vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. 45. dist. disciplina.

De hac materia require in Correctione & Asperitate.

DISCIPVLVS. Quod discipulus non debet esse super magistrum. 6. q. 1. sacerdotes.

Quod miserum est eumfieri magistrum, qui nedum didicit esse discipulus. 48. dist. prohibētur. 61. dist. miserū. 16. q. 1. si clericatus.

Quod 72. discipuli ab Apostolis sunt electi. 21. dist. in nouo. in fin.

DISCORDIA Quod discordia mentium tā inter fratres carnales quàm spirituales inducit frequenter sepa rationem corporis. 56. dist. Ismael.

Quod disciplina perditur desidia cum prælatus negligit conuitia. 23. q. 3. iustum.

Quod diuersitas cultus plurimum est materia discordię. 90. dist. perlatum.

Quod qui socie. item fraternitatis discordiæ peste commaculat, Deum qui charitas est, tāquam Iudas prodit. 11. q. 3. abiit.

Quod ideo litigiosi ordinari prohibentur: quia tales ad concordiam non valent prouocare. 90. dist. c. 1.

Quod prælatorum interest discordantes ad cōcordiam reuocare. 61. dist. c. vlt. 90. dist. discordantes.

Quod discordantium munera vel oblationes nec Deus suscipit, nec à sacerdotibus sunt suscipiendæ. 90. dist. oblationes. 3. q. 7. in grauibus.

De hac materia habes vbi agitur de Concordia.

DISCRETIO. Quod discretio est mater virtutū omnium. 1. q. 1. præsentium.

Quod discretio necessaria est prælato in corrigendo. 50. dist. ponderet.

Quod correctio quandoque habere debet plus de asperitate quàm de benignitate, quandoque debet esse mista cum vtroque. 45. dist. disciplina.

De hac materia require de Correctione.

Quod necessaria est prædicatori in docendo. 43. dist. dispensatio. §. pariter. in fi.

Quod debet esse doctor discretus, vt ne tacēda proferat, aut proferenda reticeat. 43. dist. sit rector.

Item debet esse discretus, vt secundum capacitatem audi toris moderetur sermo prædicationis. 8. qu. 1. oportet.

Quod necessaria est discretio confessori in ligando & soluendo. 23. q. 4. si is qui. de pœn. dist. 1. §. quem pœnitet.

Quod necessaria est discretio omnibus in viuēdo, vt scilicet virtutes eligamus, & vitia reprobemus. 49. distin. hinc etenim.

DISPENSATIO. Quod dispensatio non potest fieri contra ius naturale nisi forte ad maius malum vitandum. 13. dist. §. 1.

Quod necessitas inducit dispensationem. 34 dist. fraternitatis. & c. lector.

Quod non debet fieri dispensatio nisi vrgente magna angustia. 55. dist. priscis.

Quod non est pro regula assumendum quod ex dispensatione specialiter est concessum. 56. dist. Cenomanen. 1. q. 7. & si illa 9. q. 1. ordinationes.

Quod pro necessitate temporum fit quandoque dispensatio contra decreta. 1. q. 7. requiritis. & tribus cap. seq. & cap. & si illa. 32. q. 4. recurrat. §. his itaque.

Quod multa tolerantur ex dispensatione, quæ canonis rigor condemnat. 34. dist. fraternitatis.

Quod sicut in procellis merces de nauibus iactātur propter maius bonum: sic dispensatio quandoque fit propter maius lucrum. 1. q. 7. dispensationes.

Quod secundū diuersitatem excessus dispensatio quādoque protrahitur, quādoque acceleratur. 15. q. 8. hi qui.

Quod dispensatur, quandoque ratione multitudinis. 50. dist. vt constituerit. 9. q. 1. ordinationes. in fi.

Quandoque ratione temporis & vtilitatis, 1. q. 7. dispensationes.

Quandoque ratione personæ, 1. q. 7. didici. & cap. tali.

Quandoque ratione meriti, & prærogatiuę scientiæ, 1. q. 7. tali.

Quandoque ratione religionis, 50. dist. si quis diaconus.

Quod quandoque dispensatur ad vnum ordinem, & non ad alios, 34. dist. lector. 9. q. 1. ab excommunicatis.

Quod in casuali homicidio cum clerico dispensatur, vt in susceptо ordine maneat. 50. dist. clerico.

Quod cum directe homicida non dispēsatur ad sacerdotium. 50. dist. miror. & duobus c. seq.

Quod cū illo dispensatur, qui flagellando aliquando præter intentionem ipsum occiderit, 50. dist. studeat.

Quod an dispensat Papa cōtra Apostolum, vt in bigamia. 34. dist. lector. & vide quæ ibi notantur.

Item dispensat contra canones apostolorum cum presbytero fornicante, vt post decennalem pœnitentiam ad pristinum redeat honorem, 81. dist. presbyter.

Item solus Papa dispensat in gradu consanguinitatis & affinitatis, 35. q. 3. quædam. § quod scripsi.

Item solus Papa restituit episcopos, & dispensat cū eisdē. 2. q. 6. ideo.

Itē solus Papa dispensat cum simoniaco in simonia scienter commissa, vel ratum habente siue sit in ordine, siue in beneficio, 1. q. 1. erga.

Item solus Papa dispensat contra canones qui præcipitat pœnitentiam vel satisfactionem pro enormibus crimi nibus, 12. q. 2. de viro.

Item solus Papa dispensat cum illo qui excōmunicatus exequitur officium, vel recipit beneficium, 11. q. 3. si quis episcopus damnatur, & cap. seq.

Item solus Papa dispensat cum illegitime natis ad beneficia, quæ sunt cum cura. 56. dist. Cœnomanen.

Quod Papa nō inuenitur dispensasse cum his qui ab hæreticis ad subuersionē ecclesiæ ordinantur, 11. q. 7. contenientibus. circa finem.

Item cum eo qui scienter à simoniaco simoniace est promotus, 9. q. 1. ab excommunicatis.

Item nec cum eo qui scienter est rebaptizatus vel reordinatus, 1. q. 7. saluberrimum. in fine, de consecra. dist. 4. quis bis.

Item nec cum eo qui ordinatus est ab inuasore sedis alterius episcopatus, 9. q. 1. ordinationes.

Quod dispensat episcopus cum illo pro quo ignoratē parentes, vt promouetur ad ordines vel ad beneficiū, peccuniam dederunt. 1. q. 1. præsentium. & cap. quicūque.

Quod dispensat episcopus cum clerico vel presbytero scrilego vel hæretico vel schismatico, ne desperent, 50. dist. si qs presbyter, & c. presbyteros, & c. vt cōstituerit.

Itē dispēsat episcopus in fornicatione clerici, furto, periurio, & aliis capitalib⁹ criminib⁹, dūmodo sint occulta, quia si sunt publica debet deponi. 50. dist. de his vero.

Item dispensat episcopus in pœnitētiis, quas canones statuerunt, 26. q. 7. pœnitentibus. & cap. tempora pœnitudinis. & duobus cap. seq.

Item dispensat episcopus cum eo qui prætermisso subdiacon atu diaconus vel presbyter efficitur, supplendo ordinem prætermissum, 52. dist. solicitudo.

Quod varia dispensatio quæ episcopis conceditur, coepiscopis prohibetur, 68.d stinct. oramus & cap. seq.

Quod dispensat Abbas cum monacho vt extra monasterium, tamen sub sua obedientia specialè ecliam habere possit. 16.q.4. monachum.

Item dispensat cum monacho, vt carnes comedere possit de consc. dist. 5. catnem.

DIVITIAE. Quod diuitiæ temporales si sunt cum studio & affectu singulari, ignominiosæ sunt. 22.q. 2. gloria.

Quod dilectores diuitiarum sottes sunt in terrenis, debiles in cœlestibus. 47. dist. omnes.

Quod diues cupidus gratius intuetur aurũ quàm solem. 47. dist. sicut hi.

Quod iniuste possidet diuitias qui ipsis male vtitur. 14.q. 4. quid dicam.

Quod nihil facit diuitias sic contemni sicut recordatio pauperis finis & principij. 48. distinct. sicut hi.

Quod fideli homini totus mundus est diuitiarum, infideli autem nec obolus. 14.q.4. quid dicam.

Quod diuites in rebus temporalibus si abundant iustitia & operibus bonis non sunt abijciendi. 30. dist. hæc autem scripsimus. in fine.

Quod diuitiæ ecclesiarum sunt bona pauperum, redemptio captiuorum. 12.q.2. autum.

DIVINATIO. Quod diuinatio nunquam in bonam partem accipitur. 1.q.1. nunquam.

Quod diuinatio à Persis est inuenta. 26.q.4. igitur. circa fi.

Quod secundum quosdam quatuor sunt genera diuinationis vid elicet ex terra, aqua, igni, aere. 26.q.4. cap. igitur.

Quod diuini dicuntur qui ex cõiectura mentis suę incerta futurorum quasi vera pronuntiant. 37. dist. vino.

Quod multi modi sunt & multa genera per quæ diuinatores futura inuestigant, quæ ponuntur. 2. quæst. 4. igitur. per totum. & q. 5. nec mirum.

Quod dominus per diuinatores illudi hominib⁹ permittit, vt probentur boni vtrum in Dei dilectione sint firmi. 26.q.5. nec. in fi.

Quod diuinatores propter detestationem criminis in accusatione non admittuntur. 2.q.8. quisquis.

Item sunt excommunicandi. 26.q.1.§.1.

Item si clerici fuerint, & se corrigere noluerint sunt deponendi. 26.q.5. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Intantatione.

DIVORTIVM. Quod diuortium proprie dicitur inter carnaliter commiscentes, vel commisceri appetentes. vnde inter Mariam & Ioseph non dicitur diuortiũ quando Ioanni fuit commendata. 7.q.2. quod autem. §. item si coniuges.

Quod quos Deus coniunxit, homo non debet separare, sudauit violenter, vel sine ratione. 33.q.2. quos Deus.

Quod frigiditas viri vere probata causat diuortium. 2.q. 4. consuluisti. §. hoc autem. 27.q 2. quod autem. 33.q. 1. §. 1.

Quod affinitas post contractum matrimonium superueniens non accusat diuortium. 27. quæstio. 2. quod autem. §. proxi.

Quod conuersus ad fidem potest diuortiari ab vxore nõ conuersa quæ ipsum nititur à fide Christi deducere. 28.q.1. idololatria. & sex c. seq.

Quod fornicatio carnalis & spiritualis causat diuortium. 28.q.1. idololatria. cap. seq.

Quod machinatio in mortem cum effectu propter contrahendum matrimonium causat diuortium. 31.q.1. si qua. & §. seq.

Quod diuortium non debet fieri pro quacumque infirmitate, vel deformitate, vel senio, vel sterilitate. 32. quæst. 5. si vxorem. & quæst. 7. tantum.

Quod causa consanguinitatis non licet quem dimittere vxorem nisi prius consanguinitas eorum coram episcopo approbata fuerit. 35.q.6. multorum.

Quod adulter vel adultera ab adultero diuortiari non potest. 32.q.6.§.1.

Quod extraordinaria pollutio naturaliter facta etiã frequentius iterata non iudicit diuortium sine iudicio. 35.q.3. extraordinaria.

Quod diuortium sine iudicio & sine consensu episcopi non debet fieri. 27. quæstio. 2. si vir. 33. quæstione 2. seculares. 33. quæst. 6. multorum.

Quod vxor sine iudicio ecclesię dimissa primo restituenda est antequam de diuortio agatur. 33.q.2. historia. & c. seq.

Quod vir & mulier quantum ad causas diuortij æqualiter iudicantur. 32.q.5. Christiana.

Quod si post diuortium propter fragilitatem vir aliam nouerit: propter doli præsumptionem compellendus est redire ad primam. 33.q.1. quod autem. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio infrà.

DOMINIVM. Quod dominium rei trãsfertur ratione ordinis, videlicet si quis seruus alterius in presbyte rum ordinatur. 54. dist. frequens.

Item ratione consecrationis: vt si res consecrata ab aliquo repetitur, non ipsa redditur, sed compensatur. 14. q. 6. comperimus.

Item propter religionem, cum scilicet per religionis ingressum cõtigerit vacare beneficiũ. 17.q.2. Gonsaldus.

Item ratione Christianitatis, vt scilicet cũ seruus Iudæi vel pagani Christianus efficitur. 54. dist. fraternitatem.

Item ratione dignitatis, sicut sedes Constantinopolitana licet posterior sit quàm Alexandrina, tamen prior in numero debet poni. 22. dist. renouantes.

Item auctoritate superioris, sicut quando iubente Domino Iudæi thesauros Aegyptiorum deportauerunt. 14. q. 5. dixit Dominus.

DONVM. De dono require vbi agitur de dato.

DVBIVM: Quod dubium de ordinatore an fuerit episcopus, an non facit ordinatos reordinati. 68. distinct. presbyteri.

Quod in re dubia auctoritas ecclesiæ est requirenda. 11. dist. palam.

Quod in rebus dubijs absolute nõ debet ferri sententia. 33. dist. habuisse.

Quod quãdo emergit dubitatio in persona, in facto & in iure, tunc nullo modo procedẽdum est in sententia. 30. q. 5. iudicantem. & §. seq.

Cum emergit in persona tantum vbi certum est ius & factum, tunc certa datur sententia. 5.q.1. quidam.

Cum in facto emergit dubitatio vbi certum est ius & persona, tunc non potest certa ferri sentẽtia. 5.q.1. quidã.

Cum in iure emergit dubitatio, vbi certum est factum & persona, tunc consulenda est sacra scriptura & seniores prouincię & Papa. 20. dist. de diebus. 24.q.4. quoties.

Quod qui dubitat se baptizatum, debet baptizari. de cõsecra dist. 4. paruulos. & cap. sequen. placuit.

Quod si dubium est de consecratione ecclesiæ vel altaris debent consecrari. de consec. dist. 1. ecclesiæ.

DVPLICITAS. Quod duplex monasterium pro monachis & monalibus fieri in vno prohibetur. 18. quęst. 2. diffinimus.

Quod monachus duplex officium suæ professioni contrarium non debet exercere. 16. quæst. 1. nemo. & cap. de præsentium. & cap. presbyteros.

Quod nemo potest esse accusator & testis. 4.q.4. nullus.

Quod nullus clericus ad duas ecclesias intitulari debet. 21.q.1.c.1.2. & 3. & 16.q.7. per laicos, in fi.

Quod nulla ecclesia parochialis duos pastores debet habere. 21.q.2. sicut.

Quod qui bene præsunt, duplici honore honorãdi sunt. 95. dist. ecce.

Quod ille duplex cor non habet, qui propter variũ euentum verba sua mutat. 22.q.2. ne quis. in fi.

Quod duplex tribulatio non consurget super illos qui in ter flagella egerunt pœnitentiam. de pœn. distin. 3. hac auctoritate. 23.q.5. quid ergo. post medium.

De duplicitate habes vbi agitur de simulatione & Hypocrisi.

DVRITIA. Quod duritia obstinationis est quando quis bonitatem Dei contemnens vsque ad mortem in peccatis perdurat. 93. dist. diaconi sunt. in fi.

Quod duro collo stamus si spreta lõga Dei pietate in peccatis vsque ad mortem perduramus. 93. dist. diaconi sunt. in fi.

De duritia require in asperitate, in austeritate, & correctione.

EBRIETAS. Quod ebrietas in principio generis humani ante diluuium ignorabatur. 35. dist. sexto die.

Quod ebrietas à Noe inuenta est, qui primus vineã plantauit. 35. dist. sexto die.

Quod ebrietas est fomes & nuttrix omniũ vitiorum. 35. dist. ante omnia. & 15.q.1. sane.

Quod Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. 35. dist. §. 1.

Quod ebrietas suadet ad iurgia & maledicta, sicut patet in Noe qui obiurgãdo filium eum maledixit. 35. dist. sexto die.

Quod tumultuosa est ebrietas. 35. distinct. luxuriosa.

Quod vbi ebrietas, ibi libido & furor. 35. distinct. vẽter.

Quod ebrietas obcæcat conscientiam, & sepelit rationẽ. 15.q.1. sane.

Quod propriũ est ebrietatis fœmora denudare, & ad luxuriam incitare. 35. dist. sexto.

Quod ebrietas pronum facit ad promittendum, post tristem ad exsoluendum. Exemplum de Herode & Ioanne baptista. 22.q.3. vnusquisque.

Quod ebrietas excusat culpam à tanto, sed nõ à toto. 15.q.1. sane. & c. inebriaruut.

Quod ebrietas assuefacta est mortale peccatum. 25. dist. vnum. §. criminis appellatio. aliàs. 35. dist. episcopus.

Quod cum ebriosis non solum cibus non est sumẽdus, sed etiam sunt vitandi. 11.q.3. ad mensam.

Quod clerici quorũ sensus vigere debet, maxime ab ebrietate debent abstinere. 35. dist. 5.1. & c. seq.

Quod episcopus aut presbyter ebriosus deponitur, inferiores clerici corona priuantur. 35. dist. ep scopus.

ECCLESIA. Quod ecclesia catholica dicitur fideliũ multitudo fide & charitate vnita. 93. dist. legimus. circa med. 1.q.1. multæ. in fi. 24.q.1. loquitur.

Quod omnes episcopi & omnes fideles sunt vna ecclesia. 93. dist. legimus. in fin.

Quod ipsa non solum ratione virginitatis, sed etiam ratione omnium fidelium tota virgo dicitur. 27.q.1. nuptiarum. ante finem.

Quod sponsa Christi dicitur pudica & incorrupta, quæ adulterari non potest. 24.q.1. loquitur. in fine. & c. omnibus.

Quod ipsa habet veraciter dominica sacramenta. 1.q.1. ex catholica. 24.q.1. quia ex sola.

Quod extra eam latius non habetur. 24.q.1. alienus. & c. quicunque. & c. quia ea.

Quod sicut præcisus ramus ab arbore non viuit, ita præcisi ab ecclesia. 23.q.4. ipsa pietas. Notẽt hoc membra atida per excommunicationem in contumacia obstinata.

Quod ritus ipsius à scriptura & à traditione apostolica, & à consuetudine sancta pullulauerunt. 11. dist. ecclesiasticarum. & c. catholica.

Quod status eius alter fuit tempore apostolorum & martyrum, alter modo. 12.q.1. futuram. 23.q.4. non inuenitur. post princ.

Quod ipsa malos, quibus iuxta est, tanquam zizania in medio tritici æquanimiter toletat. 12.q.1. exemplũ. 23.q.4. quantus. & cap. seq. & cap. quidam. de cõsecra. distinct. 4. est vnitas.

Quod ipsa propter malorum opera quæ sunt in ipsa spelunca lattonum dicitur. 16.q.7. & hoc circa med.

Quod licite possidet facultates temporales, quas non reputat proprias, sed communes. 12.q.1. exemplum. & c. seq. & c. habebat.

Quod quandoque soluit sæculari potestati tributa. 23.q. 8. conuenior. & cap. tributum.

Quod ad principes spectat singulares schismaticos ecclesiæ comprimere. 23.q.5. non vos.

Quod ecclesia Romana mater est & caput omnium ecclesiarum. 12. dist. cap. 1. & seq. 3.q.6. dudum.

Quod ipsa est prima sedes non habens maculam, neque rugam. 21. dist. quamuis.

Quod ipsa tanquam magistra est in omnibus sequenda. 11. distin. quis. in fine. 12. dist. cap. 1. & seq. 22. distin. omnes.

Quod ipsa est in speculum omnibus. 19. dist. enimuero.

Quod qui derogando ei cõtra ipsam loquitur hæreticus reputatur. 22. distinct. omnes. Notent hoc peruersi qui continuo sacrilego ore ecclesiam lacerant.

Quod ipsa habet plenitudinem potestatis: aliæ ecclesiæ vocatæ sunt per ipsam in partem solicitudinis. 3.q.6. multum.

Quod ipsa à tramite apostolicæ traditionis nunquã errauit. 24.q.1. à recta. c. in sede. c. hæc est. & c. cum beatissimus.

Quod custodit statuta conciliorum quæ ipsa confirmauit. 25.q.1. de consc. dist. 1. basilicas.

Quod ipsa statuta conciliorum secundum euentum temporum vel in toto vel in parte mutat. 25.q.vlt. c. postea. §. his ita.

Quod sententias quandoque reuocat, quandoque in melius commutat. 35.q.9. sententiam. & c. seq.

Quod ad Romanam ecclesiam omnibus sine exceptione licet appellare, & ab ea nemini appellare permittitur. 2.q.6. & ad Romanam. & tribus cap. seq. 9. quæst. 3. cuncta.

Quòd ipsa valet omnes iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur. 9.q.3. episcopo. §. sola. 17.q.4. nemini.

Quod in dubiis & arduis ad ipsam est recurrendum. 11. dist. palam. 12. dist. præceptis.

Quod qui in ecclesia Romana sacrum ordinem accepit, ad seruiendum remanebit. 1. quæst. 1. filium.

De hac materia require, vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Apostolica sede.

Quod ecclesia materialis non debet construi sine consensu episcopi. 16.q.1. quicunque. & q.5. lator. 18. quæstio. 2. quidam. de consec. dist. 1. nemo.

Quod propter nullius somnia construendæ sunt ecclesiæ vel altaria. de consec. dist. 1. placuit.

Quod propter nouarum ecclesiarum constructionem, priores ecclesiæ non debent decimas amittere. 16. quæstio. 1. quicunque.

Quod secundum exigentiam populi episcopus de ecclesiarum pluralitate, & quantitate debet prouidere. de consecrat. distinct. 1. omnes basilicæ.

Quod ecclesia maior debet habere 40. passus in circuitu, minor 30. 17.q.4. sicut antiquitus.

Quod consecrari debent à diœcesano, & non nisi prius dotentur. 16.q.7. piæ. & duobus cap. sequent.

Quod pro consecratione ecclesię episcopus nil debet exquirere. 1. quæst. 2. placuit.

De consecratione, plura inuenies in titulo consecrationis.

Quod in ecclesiis nihil incongruum vel inhonestum agi debet. 42. dist. nulli. & duobus cap. seq. 16. quæstio. 7. & hoc diximus.

Quod ecclesiæ debent seruari mundæ, adeò vt respleudeant. 86. distinct. pulchra.

Quod ecclesiæ non debent transferri nisi tribus de causis, videlicet, ratione necessitatis, difficultatis, & grauaminis. de consec. dist. 1. tribus.

Quod non debent à laicis incastellari. 10. quæst. 1. sancto rum.

Quod debent ecclesię ab episcopis annuis vicibus visitari, & indigentes reparatione ipsius sollicitudine debẽt reparari. 10.q.1. decreuimus. & duobus c. seq.

Quod ecclesia materialis tunc honoratur, quando confugientibus ad ipsam immunitas obseruatur. 17. quærustio. 4. reum.

Quod

Quod reus ad ecclesiam confugiens non restituitur nisi de securitate vitæ membrorum recepta cautione. 17. q.4. reum. 23.q.5. reos. 36 q.1 de raptoribus.

Quod seruus ad ecclesiam cõfugiens redditur cum cautione. 17.q.4. metuentes. & c. id constituimus.

Quod præter publicum latronem nullus trahi debet de ecclesia. 17.q.4. sicut.

Quod ille etiam frustra implorat ecclesiæ auxilium, qui in ipsam deliquit. 17.q.4. ad episcopos.

Quod cõfugienti ad ecclesias licet exire ad 30. passus ad requisita naturæ. 17.q.4. diffiniuit.

Quod violatores ecclesiasticæ immunitatis puniuntur excommunicatione & pœna pecuniaria. 17.q.4. sicut antiquitus, & quinque c. sequen. & c. nullus. cum pluribus seq.

Quod mulier eadem hora qua genuit & qua hora patitur menstrua, ecclesiam intrare non est prohibenda. 5. dist. cum enixa. §. nam si mulier. & c. ad eius verò.

Quod ecclesia materialis ad exẽplar triumphalis ecclesiæ decoratur officiorum ac ministrorum sibi subseruientium diuersitate. 8.9. dist. ad hoc. & c. singula.

De diuersitate ministrorum ecclesiæ, ac officiorum eorũ. 25. dist. perlectis.

Quod quicũque de ministris ecclesiæ, siue sit episcopus, siue alter, per laicũ intrat ecclesiam: tanquam sacrilegus debet deponi. 16.q.7. si quis deinceps, & 12. c. seq.

Quod vna ecclesia non debet habere duos pastores. 7.q. 1. in apibus. 16.q.7. si plures.

Quod vbi duo rectores sunt in vna ecclesia, non est spõsa sed scortum. 21.q.2. sicut.

Quod duo patroni vnius ecclesiæ compellendi sunt ad vnum presbyterum habendum. 16.q.7. si plures.

Quod vno rectore ecclesiæ viuente alter non substituitur. 7.q.1. in apibus. §. seq.

Quod sicut inter virum & mulierem est inseparabile matrimonium: sic est spirituale inter ecclesiam & ipsius rectorem. 7.q.1. sicut alterius.

Quod qui beneficiat⁹ est in ecclesia, tenetur officiare eã. 10.q.3. vnio.

Quod nullus debet esse præbendatus in duabus ecclesiis nisi ex dispensatione. 70. distin. sanctorum. 10 q.3. vnio. in fine. 21.q.1.c.1.

Quod incongruum est quòd cum officium vnum pro sui magnitudine diligenter quis non potest explere, ad duo videatur idoneus. 16.q.1. presbyteros.

Quod nullus presbyter debet habere duas ecclesias. 16. q.7. per laicos.

Quod cadit à priori ecclesia qui se de altera intromisit. 21.q.2. placuit.

Quod vnus duritia habere plures ecclesias, vnam intitulatam, & aliam commendatam. 21.q.1. qui plures.

Quod quis potest habere duas ex priuilegio. 16. q.1. & temporis. 21.q.1. relatio clericorum.

Item possunt habere duas propter multitudinem ecclesiarum, & paucitatem clericorum. 21.q.1.c.1. in fi. 55. dist. priscis.

Item possunt haberi duæ propter paucitatem parochianorum, vt si pauciores essent quàm decẽ homines. 10. q.3. vnio.

Quod in parochiali ecclesia inuestiri debet presbyter per episcopum. 16.q.2. sanè. in fi. & q.7. si plures. §. vt ergo,

Quod pastor non est qui sine consensu episcopi gubernat ecclesiã. 16.q.7. nullus omnino. & c. laicis. & c. seq.

Quod sacerdos non potest dimittere ecclesiam sibi commissam sine consensu episcopi. 71. dist. clericos.

Quod ecclesiæ conductitiis presbyteris sub annuo censu sunt committendæ. 21.q.2. præcipimus.

Quod præsumitur ecclesia ecclesiæ subiecta, si soluat ei cathedraticum. 10.q.3. illud magnitudinem.

Item si in eius territorio est sita. 16.q.7. omnes basilicæ.

Item si decimam vel quartam in eadem percipit. 10.q.3. priscis. & c. seq.

Item si ab ea pro officio conuiuium accipit. 10.q.3. illud magnitudinem.

Item si eius infantes baptizauerit. 10.q.3. relatum.

Item si aliquando sententia lata ab ea in aliquem illius ecclesiæ seruata fuerit. 9.q.2.c.1.

Item si mortuos eius sepeliuerit. 23.q.5. placuit.

DE REBVS ECCLESIÆ. Quod ecclesiæ vestimẽta sacrata, & vasa vetustate consumpta debent exuri, & pulueres in baptisterio, vel alio loco vbi pedibus nõ possunt conculcari, sunt ponẽdi. de cõse. dist. 1. altaris.

Quod ligna ecclesiæ non vsibus laicorum, sed religiosorum possunt adaptari, vel exuri. de consc. dist. 1. ligna.

Quod vestes sacræ & vasa nec mortuis, neque viuis sæcularibus sunt commodandæ. de consc. dist. 1. nemo per ignorantiam, & duob. c. seq.

Quod vestes sacræ & vasa nec contingi, nec lauari debent per laicos, sed per clericos, & in specialibus vasis. de consc. dist. 1. nemo per ignorantiam, & c. seq. 4. dist. omnis presbyter.

Quod sicut anima sine corpore non viuit corporaliter, sic & ecclesia sine temporalibus in nullo proficit. 1.q. 3. si quis obiecerit.

Quod res ecclesiæ diligenter sunt seruandæ, & per episcopos inter pauperes clericos sunt dispensandæ. 10.q.1. quæcunque. & q.2.c.1.12.q.1. exped.t. vsque in finem quæstionis, & q 2. placuit.

Quod pro earum conseruatione œconomus est habendus. 89. dist. quia. & c. seq. 12.q.2. vobis.

Quod sunt expendendæ pro indigentia pauperum, & redemptione captiuorum. 12.q.4. res & quattuor c. seq. 22.q.4. episcopus.

Quod res ecclesię sunt per episcopũ in quattuor vel tres partes diuidendæ, ita vt vna pars sit pro fabrica ecclesiæ. secunda pars episcopi. tertia clericorum obsequentium ecclesię, quarta pro pauperibus & peregrinis debet obseruari. 12.q.2. vobis. & c. concessio. & quatuor c. seq. 16.q.1. constitutum. c. ad hoc.

Quod cauetur ecclesiæ quantum ad res in episcoporum promotione. 28. dist. de Syracusanæ.

Item in clericorum & religiosorum prouisione. 12.q.2. statuimus. & duobus c. seq. c. sæpè. & duob. c. seq. 16.q. 1. possessiones.

Item in nouarum ecclesiarum constructione. 16.q. 1. si quis laicus. & duobus c. seq.

Quod nõ debent res ecclesiæ illicitè alienari. 12.q.2. nulli licet. & c. diaconi. & duob. c. seq.

Quod episcopo de rebus ecclesiæ prædialibus sine consensu clericorum non licet vendere. 12.q.2. placuit.

Quod episcopus de censibus ecclesiæ quinquagesimam monasteriorum constructione & aliarum ecclesiarum regularium centesimam potest dare. 12.q.2. bonæ rei.

Quod res minores potest per se episcopus alienare. 12.q. 2. rerrulas.

Quod episcopus res ecclesiæ illicitè suis propinquis nõ debet committere. 89. dist. dicẽtes, 10.q.2. episcopus.

Quod nec laicis nec sæcularibus sunt committendę possessiones. 89. dist. indicatum.

Quod non licet abbatibus & aliis personis sine consensu episcopi res ecclesiæ alienare. 18.q.2. abbatibus.

Quod res ecclesiæ non vi manuum, sed iudicio sunt repetendæ. 16.q.6. consuetudo.

Quod res ecclesiæ alienatæ malè, ipso iure sunt reuocatæ. 12.q.2. monemus. c. quisquis. & c. vobis.

Item debent restitui. 12.q.2. Augustino. & duob. c. seq. c. in legibus. & c. statuimus. & quattuor c. seq.

Quod contractus indebiti & scripturæ factæ de rebus ecclesiæ rescinduntur, 12.q.2. apostolicos. 15.q.6. auctoritatem. 15.q.1. si quis laicus.

Quod prælatus alienans res ecclesiæ indebitè, tanquam dilapidator deponitur, 10.q.2 quis. 12.q.2. apostolicos c. monemus. & quattuor c. seq.

Quod minores prælati excommunicantur, 12.q.2. statuimus, & c. seq.

Quod inuasor ecclesiæ vel defraudator à Christo iudice homicida iud. cabitur, 12.q.2. qui Christi.

Item sacr. legus iudicatur. 12.q.2. nulli licet. & c. indignè.

Quod septena pœnitentia puniuntur qui res ecclesiæ diripiunt. 16.q.1. similiter.

De hac materia habes vbi agitur supra, de Alienatione.

EDICTVM. Quod edictũ est quod vt teneatur Rex vel Imperator edidit. 2. dist. constitutio.

ELEEMOSYNA. Quod eleemosynæ tria sunt genera, videlicet dare egenti, dimittere lædẽti, & corrigere delinquentem. 45. dist. tria. & c. seq.

Quod eleemosynæ datio, quę in pauperes exercetur, beatificatur, 41. dist. parsimoniam.

Quod Deus in eleemosyna plus pensat animum benignum quàm datum, 42. dist. quiescamus. in fi. 45. dist. duc. 3.q.7. in grauibus. de pœ. dist. 5. §. doleadum: post medium.

Quod facta eleemosyna ex fide, causa, loco & tempore commendatur, 86. dist. non satis.

Quod eleemosyna habet promissionem præsentis vitę & futurę, 41. dist. §. 1. 33.q.5. secundum, in fi.

Quod plerunque ex Dei ira, mũdus, fame, & penuria premitur, quia pauperibus eleemosynę subtrahuntur, 16. q.1. reuertimini, circa med.

Quod Deo nõ placet eleemosyna cum scelere mista, 14. q.5. scriptum.

Quod nemo de eleemosyna facienda excusatur, 36. dist. in singulis.

Quod prælatis non prodest lectio & oratio nisi adsit eleemosynę largitio. 86. dist. fratrem.

Quod diuites ieiunia quę non possunt seruare, eleemosynis debent recompensare, 41. dist. non cogantur.

Quod qui sua timidè conseruando eleemosynam procrastinat, aliena nunquam fideliter sparget, 12.q.2. gloria episcopi, §. Socrates.

Quod eleemosyna non debet fieri de male acquisitis, 1. q.1. non est putanda, 14.q.5. per totum.

Quod de turpi lucro cuius non competit repetitio, potest fieri eleemosyna, 14.q.5. qui habetis, & c. seq.

Quod eleemosyna consanguinei & propinquis citius est danda quàm aliis, tamen cum prudentia, 86. dist. fratrem. §. in ipsa, & c. in singulis.

Quod in necessitate primum est danda iustis, demũ peccatoribus, non quia peccatores, sed quia homines, 56. dist. fratrem. § in ipsa.

Quod qui fame morientem pascere potuit & noluit, ipsum occidit, 86. pasce.

Quod qui negant eleemosynam fugientibus, & necessitatem patientibus, ipsum Christum, qui est misericordia, neganr. 7.q.1. omnis qui.

Quod minus peccatum est auferri habenti, quàm denegare indigenti. 47. dist. sicut 2.

Quod non sunt examinandi petentes eleemosynam vel hospitium. 42. dist. quiescamus.

Quod pauperibus vel peregrinis dare delicatam eleemosynam vel superfluam peccatum est. 25. dist. vnum. §. alias. 86. distinctio. pulchra. circa medium. 41. distinct. non cogantur.

Quod non vni omnia, sed diuersis secundum exigentiam personarum distribuenda est eleemosyna. 86. distinct. fratrem, & cap. dominus.

Quod malo homini tutius eleemosyna subtrahitur, si de cibo securus iustitiam negligit. 5. quæstione quinta, non omnis.

Quod eleemosyna vtiliter datur pro defunctis. 13, qu. 2. non existimemus. & cap. animæ. & cap. tempus. 24.q.2. sane quod. 26.q.7. ab infirmis. de pœn. distinctio. 6. §. 1. ante medium.

ELECTIO. Quod electio spectat ad collegium, etiam si duo vel tres fuerint in congregatione. 63. distin. Hadrianus. & cap. nosse. & cap. non licet. §. his. 16. quæst. 7. cap. vltim. 18. quæstio. secunda. & cap. abbatem. & duobus cap. sequen.

Quod electio ab hæreticis facta non valet. 9. quæstione 1. nos.

Quod electio non debet fieri. nisi post tertium diem sepulturæ, siue Papæ, siue alterius prælati defuncti. 89, distinct. nullus pontifice.

Quod electio clandestina omnino reprobatur. 79. distinc. si quis,

Quod electio potius debet fieri de gremio, quàm de extraneis. 61. dist. nec emeritis. & quatuor cap. seq. 18.q.2. abbatem monasterio. & c. seq. & c. abbas.

Quod si de gremio non potest eligi, tunc primum de eiusdem ciuitatis clericis, & tandem de tota diœcesi electio debet fieri, 61. distinctione nullus. & 63. distinctione, sacrorum.

Quod electio prælati ex certa causa potest fieri extra cathedralem ecclesiam vel ciuitatem. 23. distinct. in nomine. 63. distinctione, quanto. 79. distinctione, si quis pecunia,

Quod in electionibus consideranda est maior dignitas vel grauitas personarum, & bonus zelus. 19. distinctio. in canonicis.

Quod in electione habendus est consensus electi. 7.q.1. sicut alterius.

Quod nullus propriam vtilitatem, sed communem debet prospicere. 8.q.2. dilectissimi.

Quod in electione non debent interuenire munera vel patrocinia laicorum. 8.q.2. illud.

Quod electioni prælati non debent se ingerere principes vel quicunque laici. 61. distinct. c. nullus.

Quod electio prælati debet fieri cum concilio religiosorum ibidem assidentium, 63. distin. sacrorum. §. ex his. & c. obeuntibus. 79. dist. §. 1. & c. seq.

Quod cum in duos diuiditur æqualiter electio, melior & vtilior est præponendus. 63. dist. si fortè.

Quod electio post publicationem ab eligentibus non potest nisi per superiorem mutari, 61. dist. episcopus. 7.q.1. qualiter. in fi. 8.q.3. talia.

Quod electio non vitiatur, si ignorante electo pecunia datur. 1.q.6. §. vlt.

Quod non est confirmanda antequam diligenter discutiatur electi conditio. 61. dist. miramur. 85. dist. archidiaconum Florentinum. 1.q.6. ego. 38. dist. omnes.

Quod electio ex elatione aliude non est suscipienda, nec ex desidia respuenda, 16. quæst. 1. vos autem.

Quod electione celebrata consensus principis est requirendus. 63. dist. Reatina.

Quod in electione prælatorum vocatur populus non ad eligendum, sed adconsentiendum, 63. dist. nosse.

Quod electionem Papæ licet dominus sacerdotibus cõtulerit, sibi tamen specialiter reseruauit, 79 dist. c. vlt.

Quod olim electiones Romanorum Pontificum propter schismaticorũ & hæreticorũ dissensiones fuerunt Imperatoribus traditæ. 63. dist. vota. §. principibus.

Quod Hadrianus Papa & Leo in concilio tradiderunt Carolo Imperatori potestatem eligendi summum Pontificem, & inuestituras episcoporum. 63. distinctione, Hadrianus.

Item Leo Papa octauus propter insolentiam Romanorũ, quam exercebant circa electionem Papæ, Ottoni primo Imperatori confirmauit, & suis successoribus electionem Papæ, & inuestituras episcoporum. 63. distin. in synodo. & c. cum longe. §. electiones.

Quod tunc electus in Romanum Pontificem non consecrabatur, nisi primum decretum Imperatori præsentaretur, & consensus haberetur. 63. distinct. Agatho. & sex c. seq.

Quod Lodouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renuntiauerunt priuilegio super prouisione Papæ, volentes vt canonicè eligeretur à Romanis. 73. distinct. sacrorum. §. ex his.

Quod qualiter, & à quibus debet fieri electio Papalis, habetur. 23. distinct. in nomine. 79. dist. per totum. 7.q.1. factus.

Quod nemo eligendus est in Papam pecunia aut gratia humana, aut militari tumultu. 79. dist. si quis pecunia.

Quod electus canonicè in Papam, ante consecrationem habet plenitudinem potestatis. 23. distinct. in nomine. post medium. 79. dist. si quis pecunia.

Quod ille qui non canonicè electus gerit se pro Papa, nō apostolicus, sed apostaticus dicitur, 79. dist. si quis apostolicæ. & c. si duo. §. hoc autem, & c. seq.

Quod Cardinalibus & aliis clericis & etiam laicis concederitur apostaticum Papam anathematizare i. 79. dist. si quis pecunia.

Quod in electione metropolitani omnes prouinciales episcopi debent interesse. 63. dist. Metropolitano.

Quod nemo in prælatum seipsum eligere potest, 24. q. 1. didicimus. 8. q. 1. in scripturis. & c. si ergo.

Quod is prælatum eligi debet magis idoneus, non consanguineus vel amicus, 8. q. 1. Moses, & tribus c. seq.

Quod si ad sæcularia officia sumendi diligenter examinantur, multo fortius examinentur qui ad prælaturas assumuntur. 59. dist. si officia.

Quod propter malitiam temporis aut tumultum populares indignus non est eligendus, 61. dist. miramur.

Quod eligendus in episcopum longa probatione debet vitam suam notificare, 61. dist. in sacerdotibus, 8. q. 1. oportet.

Quod in prælatum non debet eligi aliquis eriminosus, 25. dist. primum, 6. q. 1. c. 1.

Item nec ille qui de incontinentia notatus est, 28. distin. priusquam. & c. de Syracusanæ.

Item nec ille cuius vxor & filij adhuc sunt super terram, 61. dist. Catinensis.

Item nec nimium simplex vel vsurarius, 46. distinctione de Petro.

Item nec ille qui non est in sactis, 60. distinct. c. vlt. & 61. dist. §. 1.

Quod antiquitus subdiaconus (quia tunc non reputabatur sacer ordo) non eligebatur in episcopum nisi necessitate cogente, 28. dist. de Syracusanę. §. ecce. 40. dist. c. vl. & vide ibi notata.

Quod nouus in religione non statim debet eligi in prælatum, 16. q. 1. si clericatus, 19. q. 3. monasterijs.

Quod videtur quòd exemplo Petri eligendus potius est in prælatum qui post casum pœnituit, quàm qui nunquam cecidit, quia talis per casum suum al orum infirmitatibus compati nouit. 50. dist. considerandum, & c. seq.

Quod laici in prælatos non possunt eligi, nec religiosis sunt præficiendi. 61. dist. statuimus. §. his omnibus, 19. q. 3. monasteriis.

Quod electus in episcopum per suum Metropolitanum presentibus suffraganeis episcopis debet ordinari, 24. dist. episcopi.

Quod electus in episcopum intra tres menses debet consecrari. 75. dist. quoniam quidam. 63. dist. obeuntibus. 50. dist. postquam.

Quod metropolitanus debet illi ecclesiæ prouidere cuius electus intra quinque menses negligit consecrari. 100. dist. quōniam quidam, in fine.

Quod clericus infamatus antequam consecretur debet se expurgare, 23. dist. illud.

Quod electus per consensum sponsus ecclesiæ efficitur. 7. q. 1. sicut alterius.

Quod electus cassatur propter auaritiam, & psalmorum imperitiam, 85. dist. archi. Flo.

Quod electus qui teste prole longam continentiam concinxit non habere, cassatur, 28. dist. priusquam.

Quod si post electionem quis iuret seruare statuta ecclesiæ & alia, non est simoniacus, 8. q. 3. per totum.

Quod differēs cōsecrare electum compelli debet per superiorem. 9. q. 3. nunc verò. 8. q. 3. Artaldus.

Quod vbi bona mista sunt malis, nasō discretionis virtutes debemus eligere, vitia reprobare, 49. dist. hinc etenim. §. paruo.

Quod inter duo mala id debemus eligere quod minori nexu nos citur obligare, 13. dist. duo. & c. nerui. 22. q. 4. si aliquid. & c. seq.

Quod sicut bono necessitate compulsus ibi se præcipitat vbi breuior murus ingeritur, sic inter ineuitabilia peccata minora semper eligantur, 13. distinct. nerui, ante fin.

Quod inter duo bona maius bonum mediocri bono est præferendum. de consc. dist. 5. non mediocriter.

EMPHYTEVSIS. Quod emphyteusis quæ in Græco dicitur locatio, in rebus ecclesiæ in casu permittitur. 16. q. 2. casellas. §. hoc ius.

Quod vbi absolutè periculum de rebus ecclesiæ timetur, prohibetur, 12. q. 2. apostolicos.

De hac materia habes vbi agitur de Precariis.

DE STATV EPISCOPI. Quod episcopus, sicut dicit Augustinus, nomen est operis, non honoris. 8. q. 1. qui episcopatum.

Quod episcopus qui Græcè dicitur superintendens, debet illis superintendere quibus præficitur, 8. q. 1 qui episcopatum, 21. dist. cleros.

Quod ordo episcopalis quadripartitur: videlicet in patriarchas, archiepiscopus, metropolitanos, & episcopos, 21. di. cleros.

Quod episcopi in locum apostolorum surrexerunt & tenent vices eorum, 21. dist. in nouo. 35. dist. ecclesiæ. 78. dist. quorum vices.

Quod episcopi non sunt qui minus quàm à tribus sunt consecrati. 68. distinctione chorepiscopi. §. quod autem.

Quod viuenti episcopo alter nō substituitur temerarie, & si substituitur, ab omni ministerio ecclesiastico destituitur. 21. q. 1. in primis, post med. 3. q. 6. accusatus. & c. dudum, 7. q. 1. factus. & pluribus c. seq.

Quod intrusus per laicam potestatem à principalibus episcopis nō est recipiendus 63. dist. si per ordinationem.

Quod inconsulto Romano pontifice nemo potest episcopum deponere. 3. quæst. 6. accusatus. & c. seq.

Quod nulli episcopo licet sine consensu Romani pontificis suam ecclesiam relinquere, vel ad aliam trāsire. 7. q. 1. non oportet. & multis cap. seq. vsque ad finem quæstionis.

Quod exigente vtilitate vel necessitate auctoritate apostolica de sede ad sedem mutari possunt episcopi. 7. q. 1. mutationes. & duobus. c. seq.

Quod episcopus propter infirmitatem vel senium non destituitur, sed datur ei coadiutor. 7. q. 1. scripsit. vsq; ad c. sicut vir. §. ecce. & c. qualiter, & c. quamuis fit.

Quod episcopus quandoque ad proprium instātiam absoluitur ab episcopatu. 7. q. 1. nihil. §. ecce. & c. qualiter. & c. quamuis.

Quod neophytus prohibetur promoueri in episcopum propter inconuenientiam vitæ, quæ contrariatur officio pontificali, 48. distinct. prohiberi.

Quod episcopus debet esse sine crimine, vt alios possit liberius arguere. 25. dist. primum.

Quod criminosus episcopus magis est dicendus canis impudicus quàm episcopus. 2. q. 7. qui nec.

Quod non omnis episcopus qui dicit, Pax vobis, est sicut columba: sed potius sicut coruus audiendus. 2. q. 7. non omnis.

Quod episcopi debent esse ætate antiqui, fide integri, in pressura probati, & qui magis velint rerum suarum pro scriptionem pati, quàm ecclesiam suam deserere. 7. q. 1. Nouatianus.

Quod episcopus propter aduersitatem non debet gregem relinquere. 7. q. 1. suggestum. & duobus c. sequen.

Quod episcopo non licet monachum fieri sine consensu Papæ. 7. q. 1. temporis. §. item.

Quod episcopus intrans religionem non resumitur ad episcopatum. 7. q. 1. hoc & c. seq.

Quod quandoque sub nomine presbyteri episcopi designantur. 93. dist. legimus in fi. 95. distin. ecce ego. ante finem.

Quod episcopi debent se scire presbyteros, non dominos, nec debent in clero dominari. 95. distin. esto. & tribus c. seq.

Quod episcopi nouerint se magis consuetudine quàm dispensatione maiores presbyteris. 95. dist. olim, in fi. & duobus c. seq.

Quod episcopus in ecclesia sit sublimior, in domo sit collega sacerdotum. 95. distin. episcopus in ecclesia.

Quod episcopus se sedente presbyterum non permittat stare. dist 95. episcopus in quolibet.

Quod episcopo non sufficit æqualem cum subditis gerere vitā: sed sicut est honore super illos: sic & vita debet esse præstantior. 8. quæst. 1. nec. sufficere.

Quod episcopus in eo quòd alijs præficitur, non debet se præsumere aliis sanctiorem. 8. q. 1. illud inferendum.

Quod plus laudatur patiētia episcopi in aduersitate quàm quies in religione. 7. q. 1. suggestum.

Quod episcopus debet habere maturos viros tam ex clericis quàm ex religiosis, tā in cubiculo quàm in monasterio socios propter bonum testimonium. 2. q. 7. cum pastoris. & duobus cap. seq. de consc. distin. 1. episcopus deo. & c. seq.

Quod domus episcopi debet esse circa ecclesiam, vt aptior sit contemplationi. 41. dist. episcopus.

Quod episcopus in mensa non debet resplendere vasis aureis, & argenteis, sed fidei meritis. 41. dist. episc opus.

Quod in mensa episcopi non debent esse fabulæ, sed lectio sacræ scripturæ. 14. distinct. pro reuerentia.

Quod non licet episcopo intendere venationi, nec consanguineum familiaritati. 34. distin. quorundam.

Quod in primitiua ecclesia propter pauperta tem accipiebant medietatem oblationum. 10. q. 1. antiquos. Post successiuè tertiam partem. 10. quæstione 1. de his. Tandem habuerunt quartam partem. 12. q. 2. quattuor. Modo verò de oblationibus nihil debent habere, sed alijs contenti esse. 10. q. 3. placuit.

Quod episcopus in multis debet requirere consilium clericorum, videlicet in facienda clericorum ordinatione. 24. dist. episcopus sine.

Item in causarum diffinitione. 15. quæstione 7. si quid. & capitulo episcopus nullius. 86. distinctione si quidem. Item in ecclesiasticarum rerum alienatione. 12. q. 2. sine exceptione.

Item in d gustātū collatione. 93. dist. legimus. 12. q 2. alie nationes

Item in ecclesiasticarum rerum dispensatione. 12. q. 1. episcopus ecclesiasticarum.

De Monachis & religiosis episcopis factis qualiter debeant se habere, habes vbi agitur de Monachis.

DE POTESTATE EPISCOPI. Quod sine licētia episcopi nullus presbyter in sua dœcesi potest missam cantare vel baptizare: vel aliud confimile facere, 16. q. 1. cunctis, & c. multis.

Quod sine consensu eius non debet ædificari monasterium vel oratorium. 18. q. 2 quidam. & cap. seq.

Quod iurisdictionem habet in religiosorum monasterijs 18. q. 2. c. 1.

Quod presbyteri & clerici religiosi suæ dioecesis ipsius subiacent potestati. 18. q. 2. quidam.

Quod episcopi est, in omnibus parochialibus ecclesijs presbyteros inuestire. 16. q. 7. sane. & ca. nullus. & c. cō stitutiones. & duobus c. seq.

Quod episcopi est monialibus & alijs religiosis fœminis prælatum præficere cum diligenti ipsius examinatione. 18. q. 2. qui religiosis. & duobus c. seq.

Quod iudices vel officiales Papæ de iurisdictione episcopi ideo se non debent intromittere ne ecclesiasticus ordo confundatur. 11. quæst. 1. peruenit.

Quod episcopus omnem principem excommunicare potest 11. q. 3. si autem.

Quod potest falsarium Papæ cuiuscunque ordinis sit vsque ad mandatum domini Papæ incarcerare. 19. dist. in memoriam.

Quod non potest episcopus in aliena dioecesi sine consensu dioecesani pontificalia exercere 92. dist. non licet. & de episcopis. & quinque c. seq.

Quod nolens episcopus ire ad ecclesiam suam, potest cogi per concilium prouinciale. 92. dist. si quis episcopus.

Quod episcopus solus sacerdoti honorem dare potest, solus auferre non potest. 67. dist. episcopus. 15. q. 7. ælix, & c. seq.

Quod auctoritate episcopi prælati inferiores possunt ad alias ecclesias transferri. 7. q. 1. episcopus de loco.

Quod accusati episcopi causam archiepiscopus cum suffraganeis perquirere potest, sed sine Papa determinare non potest. 3. q. 6. accusatus.

Quod cum multa discussione contra episcopum debet proferri iudicium. 2. q. 7. accusario quoque. & quinque c. seq.

Quod episcopi sunt oculi *Dei* ideo à subditis non sunt iudicandi. 6. q. 1. oues.

Quod episcopum subditi nec arguere nec accusare possunt. 2. q. 7. oues. & duobus c. seq.

Quod episcopus inutilis est deponendus: nec est ei dandus coadiutor. 15. q. 6. alius. §. quod etiam.

Quod sine licentia sui episcopi clerici non debent peregrinari, de consc. dist. 5. non oportet.

Quod episcopus alterius dioecesis clericum nec recipere nec ordinare potest sine consensu sui episcopi, & litteris dimissoriis. 71. dist. per totum. 9. q. 2. per totum.

Quod an episcopus possit compellere aliquem clericum ad su cipiendum ordinem vel dignitatem. 74. dist. per totum.

Quod clericus non tenetur episcopo seruire in opere seruili. 10. q. 3. placuit.

Quod episcopus de consensu clericorum potest diuidere parochiales ecclesias & vnire. 16. q. 1. præcipimus. & iuncut.

Quod episcopus in dando ecclesiam debet requirere consensum patroni. 16. q. 7. filijs vel nepotib. & c. monasterium. & cap. seq.

Quod episcopus inconsulto Papa ad bellum non debet proficisci. 23. q. 8. quo autu.

Quod eo die quo episcopus celebrauit in eodem altari sacerdos non debet celebrare. de consec. dist. 2. c. vlt.

Quod præsente episcopo sacerdos nisi de suo mandato non debet benedicere nec signare. de consec dist. 1. cum ad.

Vtrum possit episcopus successorem sibi ex testamento instituere. 7. q. 1. petisti.

Quod de rebus propriis vel acquisitis potest episcopus testamentū facere, de alijs vero non: quia cedunt ecclesiæ. 12. q. 1. episcopi. & c. seq. & q 3. potifices. & q. 5. per totum.

Quod morientis episcopi res pro futuro pontifice conseruari debent: quæ ripiētes illas anathema incurrūt. 12. q. 2. hæc huius. & c. non liceat charitatē. & c. de laicis illud.

Quod duo episcopatus per Papam in vnum coniunguntur. 16. q. 1. postquam.

Quod in duos per eundē diuiditur. 16. q. 1. præcipimus. §. sicut.

DE OFFICIO EPISCOPI. Quod officiū episcopi est virgines, altaria, & ecclesias consecrare: chrisma conficere, de cum ipso confirmare. 68. dist. quamuis.

Quod ideo inungitur episcopus, vt procurator animarū & distributor spiritualium existat. 21. q. 1. clericum. §. ex his omnibus.

Quod episcopus debet esse sciens & doctus, qui alios tenetur docere. 86. dist §. 1. 36. dist. qui ecclesiasticis. & c. si quis.

Quod multa sunt quæ episcopus tenetur scire. 38. dist. omnes.

Quod nullus episcopus propter opprobrium senectutis vel nobilitatem generis etiam à minus peritis discere negligat. 38. dist. nullus episcopus. 24. q. 3. si habes. circa med.

Quod episcopo non sufficit innocens vita nisi adsit & doctrina. 43. dist. §. 1. & c seq.

Quod episcopus debet docere populum sacram scripturam, non grammaticam vel philosophiam. 86. d. si. cum multa. 38. dist. ignorantia.

Quod episcopus debet intendere lectioni, & orationi, & prædicationi. 88. dist. episcop⁹ nullam, 3. q. 1. episcopi.

Quod

Quod episcopo non sufficit lectio vel oratio nisi adsit eleemosynæ largitio. 86. dist. fratrem.

Quod officium episcopi est discordantes concordare. 90. dist. per totum.

Quod episcopus vigilanter & sollicitè debet regere sibi commissos. 100 dist. rationis. 7. q. 1. suggestum. & c. seq.

Quod sibi non licet aliquem proprijs manibus cedere vel flagellare. 86. dist. non liceat.

Quod non debet prælatus petere veniam à subditis. 86. dist. quando necessitas.

Quod episcopi est locū assignare degradato in quo pœniteat. 81. dist. sacerdos.

Quod episcopus in ordinatione clericorum statuta conciliorum debet ordinandis pronuntiare. 38. dist. placuit.

Quod episcopi est etiam ordinare vt in ecclesijs baptismalibus sint doctores & magistri, qui pueros in liberalibus artibus & in alijs vtilibus doceant. 37. dist. de quibusdam.

Quod inter ecclesiam & episcopum est spirituale matrimonium. 7. q. 1. sicut alterius.

Quod episcopus possidet res ecclesiæ ad dispensandum non ad inuisc andum. 12. q. 1. episcopus. & c. expetit. & c. res ecclesiæ. cum duobus cap. sequen.

Quod ipse debet occupationes sæculares abijcere, ne prę focatus curis negotiorum Dei verbo non possit vacare. 11. q. 1. te quidem.

Quod non debet esse aduocatus vel tutor. 88. distin. episcopus tuitionem. & quatuor cap. seq. 11. q. 1. te quide.

Quod nec per se nec per laicum sed per œconomum clericum debet temporalia gerere. 16. q. 7. quoniam in quibusdam. c. sequ. 88. dist. volumus. & tribus c. seq. 8. q. 1. si Petrus.

Quod officia canonica non debent propinquis committere. 89. dist. decenter.

Quod episcopus debet esse hospitalis. 42. dist. §. hospitalem. vbi decem causæ hospitalitatis tanguntur.

Quod de rebus ecclesiæ debet primum sibi, postea minis tris, demum alijs fidelibus prouidere. 12. q. 1. nulli episcoporum.

Quod episcopus non debet in suam vel suorum proprietatem conuertere res ecclesiæ. 12. q. 1. res ecclesiæ.

Quod raptores rerum episcopi debent excommunicari, sicut raptores rerum ecclesiasticarum. 2. q. 7. accusatio quoque. 16. q. 1. similiter.

Quod redditur episcopo ratio de rebus ecclesiæ. 10. q. 3. c. 1.

Quod episcopus debet pauperibus & oppressis prouidere solicite, & eos defendere. 82. dist. episcopus. 84. dist. peruenit. 86. dist. fratrem. 87. dist. per totum. 12. q. 1. vidētes. & c. exhis. & duobus c. seq.

Quod nihil est laboriosius & periculosius officio episcopi, sed nihil beatius apud Deum si bene agatur. 40. dist. ante omnia.

De episcopi electione vel de electo, habes in titulo de electione,
Et de consecratione episcopi habes in titulo consecrationis.
Et de dispensatione in titulo dispensationis.
Et si qua sunt talia, in suis titulis inuenies.
De episcoporum sede vbi agitur de sedibus.

Quod chorepiscopi officium in pluribus cū officio episcopi conueniebat. 68. dist. quamuis.

Quod quia in præiudicium episcoporum fuit illud officium est ab ecclesia extirpatum. 68. dist. chorepiscopi.

ERMAPHRODITVS. Quod ermaphroditus habens vtrumque sexum an ad testimonium adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis demonstrabit, quia si calore prædominante pro viro se gesserit, recipitur in testem, aliàs non. 4. q. 3. cap. 1. post medium.

Quod ermaphroditus inter infames ponitur, & non potest esse aduocatus. 3. q. 7. infames. §. item in digesto.

ERROR. Quod error qui non resistitur approbatur. 83. dist. error.

Quod errare est aliud pro alio putare. 22. q. 5. in quibus. 38. dist. quamuis.

Quod non est consequens vt erret continuo quisquis aliquid nescit, sed si quis existimat se scire quod nescit. 38. dist. quamuis.

Quod non mediocriter errat qui magno bono mediocre bonum præfert. de consc. dist. 5. non mediocriter.

Quod errorem suū licet cuilibet corrigere, & illicite cōmissa in melius reuocare. 35. q. 9. loci. §. seq.

Quod error fortunæ & qualitatis coniugium non excludit, errot vero personæ & conditionis excludit. 29. q. 1. per totum.

ESAV. Quod Esau lenticulam nimium appetens ponitur in exemplum quòd non cibus, sed auiditas cibi impugnatur. 41. dist. quisquis. & tribus c. seq.

Quod multi de semine Esau saluati sunt. 1. q. 4. ecclesia, quæ. § his ita. in fi.

AETAS. Quod ætas certa & à canone examinata seruāda est in omnibus clericis ordinandis. 77. dist. per totum.

Quod ante 25. annum ætatis, nec diaconus debet ordinari, nec virgo in monacham consecrari, 20. quæstione 1. placuit.

Quod puella intra 12. annum ætatis suę, & masculus intra 14. ad religionem non obligatur, 20. q. 1. puellæ. §. cum ergo. & q. 2. si in qualibet. & c. puella.

Quod in pueris ætas discretionis est 14. anni. 22. quæst. 3. pueri.

Quod ante annos discretionis nemo cogendus est iurare, nec testis esse. 23. q. 5. honestum. 2. q. 7. testes.

Quod sex ætatibus mūdus & status hominis finitur. 33. q. 4. c. 1.

Quælibet ætas distinguitur per certa tēpora propter magnalia, quæ illis temporibus contigerunt.

Prima ætas ab Adam propter creationem mundi & durat vsque ad Noe.

Secunda à Noe propter aquæ diluuium, & durat vsque ad Abraham.

Tertia ab Abraham propter circuncisionem, & durat vsque ad Dauid.

Quarta à Dauid propter regalem vnctionem, & durat vsque ad Babylonis transmigrationem.

Quinta à transmigratione Babylonis propter filiorum Israel liberationem, & durat vsque ad aduentum Domini Christi.

Sexta ab aduentu Christi propter humani generis liberationem, & durat vsque ad finem sæculi.

Septima est in sepulchris quiescentium.

Octaua est ad vitam resurgentium.

EVANGELIVM. Quod Euangelium Christi est audiendum stando, & cum reuerentia. de consec. dist. 1. apostolica.

Quod sine custodia euangelij non habetur spiritus sanctus. 1. q. 1. marchion.

Quod euangelij custodia non consistit in verborum foliis, sed in sensu & medulla cordis. 1. q. 1. marchion.

Quod quantum ad perfectionem magna & multa est differentia euangelij ad legem Moysi. 23. q. 4. hæc autē. §. ex his.

Quod lex Moysi incœpit à terrore, Christi euangelium à mansuetudine.

Item sub lege peccantibus pœna corporalis statuitur, in euangelio pœnitentibus venia promittitur.

Item in lege dicebatur, qui fecit hoc vel illud, morte morietur. in euangelio, Gaudeo super vno peccatore pœnitentiam agente.

Item in lege populus seruili timore ad bonum cogebatur, in euangelio populus gratiæ liber effectus filiali amore operatur.

Quod non repugnat euangelio malos ad bonum compelli, 23, q. 4. displicet. circa finem.

Quod Papa potest euangelium interpretari, 2. q. 5. §. 1. 33. q. 2. quos Deus.

EVCHARISTIA. Quod eucharistia Græcè Latinè bona gratia interpretatur, 1. q. 1. multi.

Item dicitur mysterium, eo quòd secretam & recōditam habeat dispensationem, ante med.

Item dicitur sacramentum, quia sub regumentum corporalium rerum diuina virtus secretius veri corporis & sanguinis Christi operatur effectum. de consc. dist. 2. ego Berengarius.

Quod eucharistia propter corporis & sanguinis Christi existentiam excellentior est omnibus & oblationibus & sacramentis. de consc. dist. 2. nihil.

Quod ex pane & vino cum aqua misto efficitur eucharistia. de consc. dist. 2. cum omne. in fin.

Quod forma verborum prolata sit transubstantiatio eucharistię virtute diuina, de cōsc. dist 2. quia corpus. & c. panis. & c. reuera. ante finem.

Quod de forma verborum non est plus nisi, Hoc est corpus meum. &, Hic est sanguis meus. de consec. dist. 2. quia corpus.

Quod licet vno & eodem tempore in diuersis immoletur, tamen sicut est vna diuinitas cui vnitur, sic non diuersum, sed vnum idémque corpus conficitur, de consc. dist. 2. quid sit. post med. & c. verum.

Quod in hora confectionis ima summis sociantur ad vocem sacerdotis. de consc. dist. 2. quid sit.

Quod eucharistia sit oblatio benedicta, asscripta, & rata. de consc. dist. 2. verum. post med.

Quod tres partes de eucharistia factæ triformem statum corporis Christi, videlicet peregrinationis, sepulturæ, & resurrectionis designant, de consc dist. 2. singuli.

Quod licet in eucharistia Christus per partes manducetur, tamē manet integer vbique totus. de consc. dist. 2. qui manducat.

Quod in singulis portionibus specierum singuli Christū accipiunt. de consc. dist. 2. singuli.

Quod eucharistia est eidem corpus quod sumptū est de virgine, quod passum est, quod sepultum est, quod resurrexit, & in cœlū ascēdit. de cōsc. dist. 2. omnia. in fi.

Quod corpus quod Christus dedit in cœna, idem fuit quod passum est in cruce tāquam ad naturā, sed diuersum quātum ad formam. de consc. distinct. 2. prima, & c. seq.

Quod cum eucharistia non sunt vuæ nec aliqua grana leguminis benedicenda. de consc. dist. 2. didicimus.

Quod intincta hostia populo nō detur. nec lac pro vino offeratur, & ne ex intincto pane, vinum ad offerendū exprimatur, prohibetur. de consc. dist. 2. cum omne.

Quod eucharistia offertur, & datur sub aliena specie, ne abhorreamus cruorē & carnis sumptionem. de consc. dist. 2. forte. & c. panis.

Item vt vitaremus paganorum & infidelium derisionem. de consecra. dist. 2. verum. ante finem.

Quod eucharistia est pura conscientia offerenda, & pura mente. de consec. dist. 2. nihil.

Quod nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. 1. q. 1. multi. post medium.

Quod non conseerationi eucharistiæ, sed affectui, bona vita sacerdotis necessaria intelligenda est. 1. q. 1. interrogo. §. cum vita.

Quod sacerdoti pransо non licet celebrare. 7. q. 1. nihil. post medium. de consecr. dist. 1. Sacramenta.

Quod sacerdos hostiam consecrans, & non communicans, per annum à celebratione suspenditur. de consec. dist. 2. relatum.

Quod sacerdos corpus Christi sumens, & non sanguinem, grande sacrilegium committit. de consec. distinc. 2. comperimus.

Quod officium est sacerdotis eucharistiam distribuere. 93. dist. diaconi. c. peruenit, & c. præsente.

Quod à laicis personis nullatenus debet contrectari. de consec. dist. 2. peruenit,

Quod sacerdos semper eucharistiam paratam debet habere, propter infirmantes. de consec. dist. 2. presbyter.

Quod sacerdos qui à mane vel ab aliquo animali eucharistiam non cultodierit, 40. diebus pœnitebit. de consec. dist. 2. qui bene.

Quod si per negligentiam de sanguine aliquid super terram stillauerit, 40. diebus pœnitebit. de consc. distin. 2. si per negligentiam.

Quod tabula lignea super quam sanguis Christi stillauerit est radenda, & rasura per ignem cinis effectus intra altare est recondenda: panni propter idem ter sunt super calicem lauandi, & aqua circa altare fundenda. de consc. dist. 2. si per negligentiam.

Quod melius est mori sine eucharistia, quàm de manu hæretici sacerdotis communicari. 24. q. 1. cœpit.

Quod qualē pœnitentiā ferre debeat qui sciēter vel ignanter de manu hæretici sumit eucharistiam. 24. q. 1. si quis dederit.

Quod eucharistiæ digna sumptio est pœnarum relaxatio. de consc. dist. 2. cum omne, & c, panem de altari.

Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur, quotidie eucharistia iteratur, de consec. dist. 2. verum. & c. iteratur.

Quod quamdiu eucharistia non recipitur, cor non recipientis induratur. 82. dist. presbyter. circa medium.

Quod in tribus festis præcipuis, scilicet, in Pascha, & Pentecoste, & in Natiuitate Domini omnibus fidelibus communicandum est, de consecra. dist. 2. & si non frequentius.

Quod si quis in prædictis tribus festis non communicauerit, à cœtu fidelium est separandus. de consecr. dist. 2. si quis intrat. & c. seq.

Quod in cœna Domini est etiam à fidelibus Christi eucharistia percipienda, de consc. dist. 2. in cœna.

Quod excepta necessitate eucharistia ieiuno stomacho est sumenda. de consecr. dist. 2. liquido. 26. q. 6. si quis de corpore. & octo c. seq.

Quod ante eucharistiæ susceptionem tribus, quattuor, aut octo diebus, ab vxore propria est abstinendum. de consecr. dist. 2. omnis homo. q. 4. sciatis.

Quod ab illis qui in vnione ecclesiæ sunt, accipitur sacramentaliter. de consec. dist. 2. quia passus. in fin. & ca. quid est. & c. seq. & c. dupliciter.

Quod licet eucharistia sit bona, tamen in malum conuertitur indignè sumenti, de consc. dist. 2. & sancta. & c. sicut Iudas. & c. quid est. & c. qui manducant.

Quod indignè sumēs eucharistiam plus polluitur, quàm purificatur. de consc. dist. 2. quotidie. & c. qui sceleratè. & c. qui discordat.

Quod homo quātum in se est, eucharistiam polluit, cum ad ipsam sumendam indignè accedit. 1. q. 1. multi. ante finem.

Quod in hac quod Christus eucharistiam Iudæ dedit, in nuit, quod occultis peccatoribus cum eam exigunt, non est neganda. de consc. dist. 2. non prohibeat. & c. sicut Iudas. & 7. quæst. 1. aduersitas. in fi. 1. quæstione 1. Christus.

Quod illis qui enormiter publicè deliquerunt, eucharistia non statim est danda. de consecra. dist. 3. pro dilectione. de pœnit. dist. 1. in actionem.

Item nec raptoribus rerum ecclesiæ. 12. q. 2. indignè. & cap. de viro,

Quod propter pollutionem nocturnam ex præcedenti crapula, vel cogitatione immunda, ab eucharistia abstineat. 6. dist. testamentum. & cap. non est.

Quod tempore menstrui, & ante purificationem partus fœminę possunt communicare, 5. dist. ad eius verò concubitum.

Quod pœnitentibus in morte eucharistia non est neganda. 50. dist. pœnitentes. 27. q. 1. virgines. 1. q. 1. si quis hæreticæ. §. eccè. 2. q. 1. in primis. post medium. 46. dist. accusatores. 26. q. 6. si quis de corpore. & 4. cap. sequ.

Quod excommunicatis satisfacientibus in morte non est deneganda eucharistia. 86. dist. tanta.

Quod his qui in patibulis suspenduntur, si pœnituerint, non est eis deneganda eucharistia, nec sepultura. 13. q. 2. c. quæritur est.

Quod abstinens se quandoque ab eucharistia propter sacramenti reuerentiam, non est arguendus, neque fre-

quen ter sumens est iudicandus, 5. dist. ad eius verò cō-
cubit um. in fi. 12 dist. illa. de consc. dist. 2. quotidie.
Qua commu. o eucharistiæ dabatur antiquitus pro
vulgari purgatione. 2. q. 5. sæpè.
Quod post susceptionem eucharistiæ, corporalis cibus
non statim immendus est. de consc. dist. 2. tribus gra-
dibus.
Quod qui propter ebrietatem vomit eucharistiam, gra-
uiter punitur, propter infirmitatem, minus, quia infir-
mus si nauseam se habere sciuit, sumere non debuit.
de consec. dist 2. si quis per ebrietatem.
Quod non minus reus est qui negligenter verbum Dei
audiuit, quàm qui reuerendum corpus Christi per ne-
gligẽtiam in terram cadere permittit. 1. quæstio. 1. in-
terrogo.
EVNVCHVS. Quod Eunuchus si per insidias homi
nũ factus est, vel si in persecutione eius amputata sunt
virilia, vel per cgritudinẽ, vel sic natus est, & est dignus,
potest promoueri etiam ad episcopatum, 55. dist. Eu-
nuchus. & c. seq.
Quod non requiritur vt Eunuchus carnem illius vel pul
uerem semper secum portet. 55. dist. Eunuchus.
Quod non potest promoueri qui vt carnis lubricum vi
tatet seipsum castrauit. 55. dist. si quis absciderit. & qua
tuor c. seq.
Quod illi Eunuchi placent Deo, quos non castrat neces
sitas; sed voluntas, 33. q. 5. tunc saluabitur. §. qui sitit.
EXACTIO. Quod exactio licitè potest fieri in subdi-
tum; vt ab obstinatione indebita compescatur, 23. q.
6. iam vero.
Quod episcopi propter iura sua clericos exactionibus
grauare non debent, 10. q. 3. per totum. 16. q. 1. prædi-
cator.
Quod illi qui Romipetas vel alios peregrinos pedagio-
rum exactionibus grauant, anathema meurrunt. 24. q.
3. si quis Romipetas.
Quod illi qui nouas exactiones in pauperes faciunt, per
excommunicationem sunt reprimẽdi. 24. q. 3. illi qui.
EXAMINATIO. Quod examinatio conscientiæ &
bonæ vitæ debet consecrationem episcopi præcede-
re. 23. dist. qui episcopus. 24. dist. episcopi.
Quod examinandus est de fide quantũ ad ea quæ in di-
uinis Trinitatem & vnitatem personarum consequũ-
tur, 23. dist. qui episcopus.
Ité examinari debet de Christi incarnatione, & de mul-
tis aliis articulis, qui in symbolo continentur, 23 dist.
qui episcopus. post med.
Quod nullus clericus sine examinatione est ordinãdus,
24. dist. nullus.
Quod episcopus de latere suo bonos & discretos viros
debet eligere, qui ordinandos clericos in vita & scien
tia debent examinare. 24. dist. quando.
Quod sine examinatione ordinati à clero penitus abii-
ciendi sunt. 81. dist. si qui sinet
EXCEPTIO. Quod exceptio fori dilatoria in princi-
pio litis debet opponi & probari, 3. q. 6. si quis episco
porum. & §. seq.
Quod peremptorias exceptiones sufficit in principio
litis contestari. 3. quæstione 6. si quis episcoporum, &
cap. seq.
EXCOMMVNICATIO. Quod excõmunicatio
dicitur extra communionem ecclesiæ separatio. 11. q.
3. nihil. & c. canonica. 27. q. 1. viduas. 24. q. 3. tam sa-
cerdotes.
Quod omnis impius si non ab ecclesia, tamen à Deo est
separatus, 24. q. 4. certum.
Quod excommunicationem ecclesia traxit ab aposto-
lo, qui Corinthium satanæ tradidit. 24. q. 3. apostoli-
cæ, 11. q. 3 omnis
Quod tunc traduntur pecca. ores satanæ, cum per excõ
municationem à corpore Christi separantur. 11. q. 3.
audi. & c. omnis.
Quod sicut putridæ carnes sunt resecãdę, & ouis scabio
sa: ne ceteras inficiat à caulis est repellenda, sic mali
ne bonos inficiant per sententiam extra ecclesiã sunt
ponendi, 24. q. 3. resecandæ, & octo c. seq.
Quod nulla pœna maior est in ecclesia quàm excommu
nicatio. 24. q. 3. corripiantur. 11. q. 3. absit.
Quod multiplex est damnum quod excommunicatio in
ducit: videlicet qui à Deo leparat. 24. quæstione 3.
certum.
Item satanæ tradit. 11. q. 3. audi.
Item peccatorum absolutionem impedit. 24. quæstio. 1.
quicunque.
Item ab ecclesia fidelium remouet. 11. quæs. 3. omnis. &
c. seq.
Item à fidelitate iuramenti absoluit. 15. q. 6. nos sancto-
rum. & c. seq.
Item omnia bona opera in ea facta mortificat. 23. q. 4. si
quis, & q. 7. quemadmodum.
Item suffragia ecclesiæ siue in vita siue post mortem tol-
lit. 11. q. 3. quicunque intra. 24. q. 2. de communione,
& c. seq.
Item ęternam damnationem inducit, 11. q. 3. nemo epi-
scoporum.
Quod ex. ommunicatio non debet ferri pro leuibus ex
ceslib is, sed pro grauibus. 11. q. 3. nemo episcoporũ.
Quod non debet esse mortalis, sed medicinalis. 2. q. 1.
multi. in princ. 11. q. 3. audi. 3. 4. q. 3. certum, & c. corri-
piantur.
Quod excommunicatio non est propria propter iniu-
riam ferenda. 23. q. 4. inter querelas.
Quod nõ debet deferri cũ impetu, sed cũ deliberatione &
causæ cognitione. 11. q. 3. si quis episcopus. & c. fernetur.
Quod excommunicationẽ trina monitio debet præcede-
re. 2 quæstione. 1. Deus omnipotens. §. quando autem.
12. q. 2. indigne.
Quod excõmunicatio debet ferri in scriptis. 2. q. legum.
& 4. q. 4. nullus.
Quod ferri debet ab episcopo specialiter, vnde & mucro
episcopi dicitur. 16. q. 2. visis. in fin. 24. quæstione 3. cor
ripiantur.
Quod excommunicatio non est contemnenda. 11. q. 3.
nemo contemnat. & duobus cap. seq.
Quod ideo non est contemnenda quia non homo ligat,
sed Christus. 11. q. 3. nemo contemnat.
Quod quando non contemnitur, non est eradicatio, sed
disciplina. 24. q. 3. notandum.
Quod excommunicatio iusta vel iniusta est timenda. 11.
q. 3. c. 1. & c. qui iustus.
Quod etiam cum iniusta, contemnitur, incurritur. 11. q.
3. qui iustus.
Quod iniustæ excommunicationi est parendum vsque
ad causæ cognitionem. 11. q. 3. si episcopus. § præmis-
sis. & c. iustus. & §. seq.
Quod iniusta excõmunicatio dicitur quæ fit timore ter-
reno. 9. q. 3. fratres.
Item iniusta dicitur ex ordine, quando videlicet ordi-
ne non seruato in sententia proceditur. 11. q. 3. seruet-
ur. §. item sententia.
Item iniusta dicitur ex causa, quando scilicet nullum
subest crimen, sed solum propter odium iudicis vel ali-
quem alium fauorem iustum, iustus damnatur. 11. q. 3.
non solum. §. aliquando. & c. quatuor. cum quinque ca.
seq.
Item iniusta dicitur quæ non lædit eum in quem fertur,
sed à quo fertur. 24. quæst. 3. certum. & cap. de illicita.
& cap. si habes. §. vbi ergo. in fine.
Quod iniusta excommunicatio coram Deo non ligat.
11. q. 3. quomodo. & nonem cap. seq.
Quod qui patienter fert iniustam excommunicationem
ecclesiæ meretur coronam. 11. q. 3. & si.
Quod plures sunt species excommunicationis.
Quædam enim arcet à liminibus ecclesiæ, & ab Eucha-
ristiæ perceptione, & hæc dicitur minor. Alia vero non
solum ab his, sed etiam separat ab omni fidelium com
munione, & hęc dicitur maior. 11. quæst. 3. ad mensam.
§. euidenter. 3. quæst. 4. Engeltrudam. 5. q. 2. præsenti.
Quod excommunicatio lata ab episcopo morte superue
niente non remittitur à successore. 35. quæstio. 9. quod
quis.
Quod etiam roboratur à successore. 35. quæst. 9. loci.
Quod excommunicati sunt ipso iure à canone qui sorti-
legijs & diuinationibus intendunt. 26. q. 5. si quis ario-
los. & c. non oportet. & cap. aliquanti. c. sortes. c. si quis
clericus, & cap. augurijs.
Item qui manus violentas in clericum vel aliam perso-
nam religiosam vel ecclesiasticam iniecerit. 17. quæst.
4. si quis suadente. 24. quæst. 3. si quis.
Item violatores ecclesiarum & raptores rerum ecclesia-
sticarum. 11. qu. 3. canonica. 17. q. 4. omnes ecclesię. &
cap. frater. 24. quæst. 3. si quis de.
Item noua telonia imponentes & clericos siue Romipe-
tas spoliantes. 24. q. 3. si quis Romipetas. &c. seq.
Item litteras Papæ falsificantes. 50. dist. si episcopus.
Item omnis hæreticus ipso iure excommunicatus est. 4.
q. 1. quod autem.
Item omnis mortaliter peccans est extra communionem
ecclesiæ donec pœnituerit, sexta quæstione prima, il-
li qui.
Item ipso iure excommunicatus est, qui mortui episco-
pi res, quæ pro successore integraliter reseruari debẽt,
diripere præsumit. 12. q. 2. illud. & c. seq. & c. hæc hu-
ius placiti.
Quod excommunicandi sunt episcopi qui ad concilium
aduocati non veniunt, vel qui concilium impediunt.
18. dist. quoniam. & c. si quis. & 4. q. 5. c. 1. 11. quæstio.
3. certum.
Item excommunicandi sunt, qui præcepta apostolicæ se-
dis non custodiunt. 19. dist. nulli.
Item qui ecclesiastica priuilegia contemnunt. 12. quæst.
2. qui & diuinis & humanis.
Item episcopi & clerici dissoluti viuentes. 35. distinctio.
episcopus.
Item Imperatores & Reges delinquentes. 96. distin. duo.
11. q. 3. cum apud.
Quod non potest excommunicari nisi Christianus. 24 q.
1. audiuimus. post med.
Quod aliquis episcopus potest excommunicare subdi-
tum alterius episcopi ratione criminis. quod in eius
episcopatu commisit. 6. q 3. placuit. 3. q 6. ibi enim. &
cap. vlt. mo.
Quod negligenter testamenta exequentes sunt excom-
municandi. 13. quæstio. 2. qui oblationes. & duobus
cap. sequent.
Item contumax est excommunicandus. 17. q. 4. si quis
deinceps. in fine.
Item incendiarij sunt excommunicandi, & pro pœniten-
tia per annum vltra mare transmittendi. 23. q. vltima,
pessimam.
Item homicidæ & falsi testes. 24. q. 3. itaque.
Item hæretici & schismatici, & quorũ scripta hæresim cõ-
tinent, etiam post mortem sunt excommunicandi. 24.
q. 2. sanè pro.
Quod excommunicatur clericus mortuus in ludis genti
lium. 23. q 8. quicunque clericus.
Item excommunicatur post mortem qui hæreticum con
stituit hæredem. 24. quæst 2. sane profertur. ante med.
Item excommunicantur post mortem qui se voluntarie
occidunt. 23. q. 5. placuit.
Quod sacerdos missam inchoatam ex temeritate non fi-
niens, est excommunicandus. 7. quæst. on. 1. nihil in
fine.
Quod non vitantes excommunicatos sunt excommuni-
candi. 11. q. 3. sanctis.
Quod nemo est nominatim excommunicandus nisi de
crimine sit conuictus vel confessus. 2. q. 1. multi.
Quod nullus est excommunicandus antequam causa
probetur. 24. q. 3. de illicita.
Quod nomina publice excommunicatorum debẽt ignо-
rantibus intimari, ne per ignorantiam se possint excu-
sare. 11. q 3. curæ sit.
Quod qui propter facinus ab hęreticis excommunican-
tur, à fidelibus propter detestationem criminis non
sunt recipiendi. 24. quæst. 1. quisquis & c. seq.
Quod indebite excommunicans per 30. dies à sacra com
munione suspenditur. 11. q. 3. audi.
Quod excommunicatus non potest esse iudex aliorum.
24. q. 1. miramur.
Quod excommunicati non admittuntur ad denuntian-
dum vel ad accusandum. 5. q. 4. conspiratores. & duo-
bus c. seq. 4. q. 1. per totum. 24. q. 1. miramur. §. his au-
ctoritatibus. in fin.
Item infames sunt. 6. q. 1. infames.
Quod excommunicatus si intra annum se purgare con-
tempserit, post annum tanquam reus non est audien-
dus. 11. q. 3. rursus. & c. seq.
Quod excommunicati non possunt alios excommunica-
re, vel iudicare. 24. q. 1. audiuimus. & c. ait. & c. seq. & c.
miramur.
Quod episcopus excommunicatus non dicitur ordinare
quantum ad executionem, quia quod non habet, dare
non potest. 1. q. 1. quicunque sacros. c. qui perfectio-
nem. & c. ventum est.
Quod excommunicati celebrantes triennij pœnitentia
puniuntur. 11. q. 3. de illis.
Quod excõmunicati in sacris constituti, officio interesse
non debent. 11. quæst. 3. si quis episcopus, in fine.
Quod excommunicati omnino sunt vitandi. dist. 93. si
inimicus, & c. seq. 6. q. 1. illi qui. 11. q. 3. ad mẽsam. & c.
rogo. & quatuor c. seq.
Quod non est communicandum excommunicato maio-
ri excommunicatione in oratione, cibo, potu, osculo,
aut salutatione. 11. q. 3. excommunicatos. & c. cum ex-
communicatio. & c. antecessor.
Quod non licet clericis communicare episcopo. 93. dist.
miratus.
Quod nominatim excommunicato non est communi-
candum, ne sententia transeat in tertiam personam. 11.
q. 3. si quis laicus. & c. excellentissimus. 24. q. 2. sane
quod.
Quod ideo non est communicandum excommunicato,
vt confusus citius laboret reconciliari. 93. dist. si inimi-
cus. & 11. q. 3. audi.
Quod cum pagano magis licet communicare quàm cum
excommunicato. 11. q. 3. ad mensam.
Quod quilibet prælatus debet alterius episcopi subdi-
tum excommunicatum vitare, & facere, vt à suis vite-
tur. 11. q. 3. curæ sit.
Quod sine culpa communicat excõmunicatis vxor, filius
seruus ignorans, & necessitatem patiens. 11. q. 3. quo-
niam multos. & c. excellentissimus.
Item qui communicat propter spem correctionis. 11. q.
3. antecessor. Vnde versus,

Vtile, lex, humile res ignorata, necesse.
Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse.

Quod viatori vel peregrino transeunti in terra excom-
municatorũ emere, & pauperi mendicare concedtur.
11. q. 3. quoniam multos.
Quod occultum excommunicatum tantum sciens tene-
tur vitare, ac si sciret publice eum excommunicatum.
6. q. 2. si tantum. & c. seq.
Quod publice excommunicato intrante ecclesiam omnes
debent exire. 24. quæst. 1. omnis qui. & 11. q. 3. si-
cut apostoli.
Quod presbyter si canonem inchoauit, propter super-
uenientem excommunicatum, missam non debet relin-
quere imperfectam. 7. q. 1. nihil.
Quod mortuo suffragia à viuis non debent exhiberi, qui
propter excommunicationem viuis non communica-
uit. 11. q 3. quicunque intra.
Quod tali excõmunicato possumus communicare mor-
tuo qui viuens periuit absolui. 24. q. 2 de communio-
ne & c. nec quicquam.
Quod communicans excommunicato ind. bite, excom-
municationem incurrit. 11. q. 3. præcipue. & c. si quis
episcopus. & c. seq. & cap. sicut apostoli. & c. episcopi
& c. placuit

Quod epis

Quod episcopi communicantes excommunicatis in cri-
mine, deponantur. 11. q. 3. Teugualdum. & c. quicũque
contristauerit.
Quod episcopus communione priuatur, qui soli sibi co-
gnitum publicat excommunicatum. 6. quæstione 2.
placuit.
Quod excommunicatus antequam absoluatur debet spõ
dere emendam de præterito, & cautelam de futuro. 11.
q. 3. cum aliquis. & 12. q. 2. de viro, in fi.
Quod absoluitur quis ab excommunicatione absens per
litteras. 24. q. 3. comperimus.
Quod absoluitur post mortem, si viuens hoc petiuit. 24.
q. 2. nec quisquam.
Quod de excommunicatione Papæ quam sibi reseruauit
nullus nisi in morte potest absoluere. 16. quæst. 1. frater
noster.
Quod solennis excommunicationis & absolutionis for-
ma ponitur. 11. q. 3. debent.
EXCVSATIO. Quod excusatio inferioris non va-
let, vbi de rebus ecclesiæ quas illicite possidet, vel prin
cipes vel parentes, se excusant. 16. q. 1. in canonibus. an
te finem.
Quod auctoritas & præceptum superiorum excusant in
quibusdam facta inferiorum. 24. q. 5. dixit dominus.
Quod auctoritas superioris non excusat inferiores in de-
lictis. 11. q. 3. si dominus. & c. seq.
Quod Iudæi furto excusantur Aegyptiorum, quia iuben
te Deo paruerunt. 14. q. 5. dixit dominus.
Quod ebrietas excusat culpam à tanto, sed non à toto.
15. q. 1. sane. & cap. inebriauerunt.
EXECVTIO. Quod executio sententiæ iudicis debet
differri vsque ad xxx. dies propter deliberationem. 11.
quæst. 3. cum apud.
Quod ab executoris sententia appellare non licet, nisi ip
se modum executionis excedat. 2. quæst. 6. si quando.
§. ab executore.
Quod licet ab executore appellare si ipsa sententia excõ
municationis opponatur. 11. q. 3. cũ excommunicato.
Quod executores testamentorum propter negligentiam
debent excommunicari. 13. quæst. 2. clerici.
EXEMPLVM. Quod exempla sanctorum tam in scri-
ptis quàm in factis perspicaciter sunt recordanda. 20.
dist. de quibus. 23. q. 6. vides.
Quod ratio sana est exemplis ponenda, 9. distin. sana.
Quod superiores inferioribus exemplum bonum tenen-
tur dare. 8. q. 1. qualis. 12. q. 1. nolo.
Quod vita pastoris in exemplum debet esse discipulis. 4.
q. 7. cum pastoris. 81. dist. nemo.
Quod prælati tot mortibus digni sunt quot vitiosa exem
pla ad subditos transmittunt. 11. q. 3. præcipue.
Quod senior ibi stricta increpatione est feriendus vbi iu-
uenibus exemplum ad interitum præbet. 2. q. 7. Paulus
dicit. 93. distin. perueniat ad nos in fin.
Quod in exemplum culpa vehementer extenditur quan-
do pro reuerentia status peccator honoratur. 83. dist.
nemo.
Quod quilibet quantumcumque magnus, subditos &
minores se paratus sit in bono imitari. 22. dist. de Con
stantinopolitana.
Quod casus perfectorum suo exemplo multos retrahit
à statu perfectionis quem aggredi intendebant. 17. q. 1.
qui bona.
Quod mali qui emendari despiciunt: ne sanctos suæ per-
ditionis exemplo inficiant, tanquam morbida caro ab
omnibus sunt præscindendi. 24. q. 3. ecce.
Quod ad exemplum domini gratiarum actio post mẽ-
sam debet dici. 44. dist. quando autem.

De hac materia habes vbi agitur de Imitatione.

EXEMPTIO. Quod exemptio episcopi vel abbatis
à suo superiori non potest fieri nisi per solum Papam.
16. q. 1. frater. 18. q. 2. luminoso.
Quod exemptus non potest iudicari nisi à solo Papa. 16.
q. 1. frater.
Quod in monasterijs exemptis nullus prælatus sine con-
sensu abbatis valet exercere aliquam potestatem. 18.
q. 2. luminoso.
Quod prælatus qui exemptioni Papæ insurgere conatur
communione vsque ad extremum vitæ suæ priuatur.
16. q. 1. frater. ante medium.
EXEQVIAE. Quod exequiæ pompaticæ plus sunt sola
tia viuorum, quàm subsidia mortuorum. 13. quæst. 2.
animæ.
Quod apud Deum non perit quidquid pro mortuis in
exequijs diligentia hominum persoluit. 13. quæstione
2. animæ.
Quod quia ignorantes quibus mortuis prosunt vel non
prosunt exequiæ, ideo pro nullo debemus eas omitte-
re. q. 1. existimemus.
EXHEREDATIO. Quod exheredatio aliorum nõ
debet fieri propter ecclesiæ promotionem. 17. quæst.
vlt. c. vlt.
Quod successor qui non adimplenit voluntatem defun-
cti, debet exheredari. 11. q. 1. Siluester.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreditate.

EXILIVM. Quod exilium est canonica pœna quam
ecclesia imponit in malitia obstinatos. 16. q. 1. Probiũ.
3. q. 1. in primis.
Quod sacrilegorum pœna est carcer, vel exilium. 17. q. 4.
attendendum.
Quod ignobiles pacem ecclesiæ turbãtes, in perpetuum
exilium relegantur. 24. q. 1. qui contra.
EXITVS. Quod exitus malitiæ virtutis operatur in-
gressum, eodemque studio quo crimen excluditur,
innocentia copulatur. 32. q. 1. cum renuntiatur.
Quod tunc quis ab vnitate ecclesiæ exit, quando à fide
& charitate recedit. 24. q. 3. cum aliquis.
Quod tunc boni à malis exire dicuntur, quando etiam
cum ipsis corporaliter conuersatur, mente à factis eo-
rum recedunt. 23. q. 4. tolerandi sunt. & c. ecce. & cap.
à malis.
Quod à malis exire est facta eorum detestando ipsos de
malo corripere. 23. q. 4. recedite.
Quod difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo
inchoata sunt principio. 1. q. 1. principatus. & c. fertur.
§. cum ergo. in fin.
EXPOSITIO. Quod expositus cuiuscunque mise-
ratione collectus, post decem dies à domino non po-
test repeti. 87. dist. sit expositus.
Quod expositio scripturarum accipienda est secundum
proprietatem linguarum, de quibus sunt translatæ.
38. dist. locutio.
Quod exponenda est scriptura secundum varietatem
tausarum, personarum, temporum, & locorum. 29. di-
stinct. per totum.

De expositione Scripturarum require vbi agitur de Scriptura.

EXORCISTA. Quod exorcistæ in Græco in Latino
adiurantes vocantur. 21. dist. clericos.
Quod exorcistæ est officium manus super energume-
nos & cathecumenos in exorcizando imponere. 25.
dist. perlectis.
FABVLA. Quod fabulas sæcularium negotiorum
non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis
recitare. 44. dist. conuiuia, & c. seq.
Quod in mensis clericorum lectio diuinarum scriptura-
rum haberi præcipitur, vt fabulosa & otiosa vitentur,
44. dist. pro reuerentia.
Quod quia oblectamenta fabularum nimium excitant
ad incendia libidinum, prohibet Christianis legere fig
menta poetarum. 37. dist. ideo.
FACILITAS. Quod facilitas veniæ incentiuum tri-
buit delinquendi. 23. quæst. 4. est iniusta. in fine.
FALLACIA. Quod fallacia ex voluntate procedens
grauior est, quàm quæ de infirmitate vel tenuitate pro
cedit. 22. q. 2. beatus. §. ille ergo.
Quod non mentitur qui animum fallendi non habet, si-
cut patet de Petro & Paulo. 22. q. 2. beatus.
Quod ille falsum iurat, qui scit falsum esse quod iurat,
22. q. 2. beatus. §. ille ergo.
Quod falli in illis quæ non sunt ad salutem, vel nullum,
vel leuissimum est peccatum. 22. q. 2. in quibus.
Quod minus malum est fallere aliquem in contractibus,
quàm falli in articulis fidei. 22. q. 2. in ipsarum.
Quod falsum testimonium nemo contra se vel proxi-
mum dicere debet. 23. quæstio. quinta. si non. ante
medium.
Quod falsi testes communione priuantur, si clerici fue-
rint, in monasterio perpetuo detruduntur. 24. q. 3. ita-
que, 50. d. ft. si episcopus.
Quod sicut veritas persequitur falsitatem, sic boni in ma-
lis non persequuntur nisi malum. 23. quæstione 4. qui
peccat.
FALSARIVS. Quod falsarius dicitur qui literas de-
fert, quæ licet veræ fuerint, tamen de conscientia Papę
non emanarunt. 19. dist. in memoriam. vbi not. glos.
quæ innuit diuersos modos falsandi.
Item falsarius dicitur, qui chartam vel bullam radendo
vel mutando falsificat, 50. dist. si episcopus.
Item falsarius dicitur, qui falsa suggestione, vel precibus
falsis impetrat. 25. q. 2. dicenti.
Quod charta super beneficiis personalibus si non habet
datam, falsa indicatur, 25. q. 2. §. si qua beneficia.
Quod licet episcopo falsarium domini Papæ incarcerare,
19. dist. in memoriam.
Quod falsarius litterarum domini Papæ si est clericus,
est ab ordine deponendus, & in monasterium perpe-
tuo detrudendus, 50. dist. si episcopus.
FALX. Quod falx in alienam messem mittitur, quan-
do fructus ecclesiæ non à vero, sed alieno pastore tol-
litur, 13. quæstione prima, cap. primo, § in dicentes. an
te medium.
Quod Deus falcem in messem mittit, cum vniuscuius-
cunque vitam temporalem per mortis sententiam in-
cidit, de pœni. dist. 2. cum sanctam. circa medium.
FAMA. Quod fama bona necessaria est nobis propter
alios, vndecima quæstione tertia, non sunt audiendi
12. quæstione prima, nolo. & quæstione 2. quattuor.
in fine.
Quod quisquis custodit famam suam, etiam in aliis est
misericors, 11. q. 3. non sunt audiendi.
Quod clericus de quo mala fama crebrescit, etiam si con
pinci non potest coram episcopo, etiam præsentibus
presbyteris expurgatur. 15. q. 5. c. f.
Quod prædicator bonus officium suum non debet ne-
gligere, etiam si currat inter infamiam, & bonam fa-
mam, 6. q. 2. sunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de Infamia.

FAMES. Quod fames quandoque ex ira Dei in mun-
dum mittitur, quãdo pauperibus eleemosynæ subtra-
huntur, 16. q. 4. reuertimini. post med.
Quod qui fame laboranti non succurrit, graue peccatũ
incurrit. 86. dist. non satis.
Quod qui fame morientem non pauit, quasi ipsum pro-
pria manu occidit. 86. dist. pasce.
Quod iudex ecclesiæ licet teneatur sedare panis famem,
& sitim aquæ, magis tamen famem audiendi verbum
Dei. 8. q. 2. audacter. in fi.
Quod fames pristina sermonis domini præsentia docti
narum eius & cœlestis panis saturitate compensabi-
tur, 76. dist. ieiunium. in fi.
Quod fames curat morbos, quos gula infert. de consc.
dist. 5. nullus.
FAMILIA. Quod familia debet per dominum suum
de malo corrigi, & ad bonum incitari. 47. dist. sicut hi.
§. necesse.
Quod non culpatur paterfamilias faciens quod debet,
si aliquis in familia manet incorrigibilis, 47. dist. quã-
tumlibet.
Quod episcopus debet cauere ne aliquem in familia ha
beat indisciplinatum, 47. dist. sicut hi. §. necesse.
Quod à principio in omni familia bona fuit aliquis ma-
lus incorrigibilis, 47. dist. quantumlibet.
Quod propter culpam familiæ negligens paterfamilias
punitur tam temporaliter quàm æternaliter, sicut pa-
tet de Hely. 47. dist. sicut hi. §. necesse.
Quod domino excommunicato, indebitè fertur senten
tia contra familiam. 24. q. 3. si habes. §. vt ergo.
FAMILIARITAS. Quod familiaritas contra extra-
neos repellit testem. 3. q. 5. consanguinei. & c. seq.
Quod familiaritas mulierum nimia omnibus clericis &
religiosis prohibetur. 82. dist. interdixit, & duobus c.
seq. 34. dist. quorundam. 81. dist. clericos. vsque ad fin.
dist. 18. q. 2. cognouimus, & c. seq.
Quod vbi nimia familiaritas est mulierum, stimuli anti
qui hostis non desunt. 81. dist. oportet.
Quod monachi sacratũ virginum custodes, ne propter
familiaritatem suspecti habeantur, à frequenti earum
accessu & colloquio arceantur, 18. q. 2. in decima. &
c. seq.
FATVM. Quod fatum est genus diuinationis, cui qui
intendit, damnationem animæ suæ incurrit, 26. q. vlt.
non obseruetis.
FAVOR. Quod fauor singularis non debet attendi in
electione prælati, 63. dist. porro.
Quod nec indigni debent propter fauorem ad sacros or
dines promoueri. 1. q. 1. pueri.
Quod illi qui ecclesias indignis ex fauore conferunt, sa
crilegi reputantur, 1. q. 1. sunt quidam.
Quod non corrigere peruersos nihil aliud est quàm fa-
uere. 83. dist. nemo. & c. seq. 13. q. 6. si res. post med. 23.
q. 4. quisquis.
Quod fauere impietati est non curbare cum possit quis
peruersos. 23. q. 5. qui potest. & c. ostendit.
Quod prælatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui
piger est in corrigendo, ipse eis in malitia sociatur.
23. q. 5. ita. & c. à malis. & c. seq.
Quod qui consentit peccantibus, & defendit delinquẽ-
tes: apud Deum & homines est maledictus, 11. q. 3.
qui consentit.
Quod fauorem dantes maleficiis sunt excommunican-
di. 21. q. 5. placuit, & tribus c. seq.

De hac materia require vbi agitur de Consensu.

FAX. Quod sicut fax accensa sibi detrimẽtum præstat,
aliis verò lumẽ in tenebris administrat, sic malus præ
latus vel prædicator. 15. q. 8. scisitantibus.
Quod sicut superuacuis laborat impẽdiis qui solem cer-
tat facibus aduuare, sic qui zelũ Dei dicit se habere,
& in corrigendo exequitur indebitè. 6. q. 1. si omnia.
FOELICITAS. Quod fœlicitate peccantium nihil
est infœlicius. 23. q. 1. paratus.
FOEMINA. Quod fœmina non debet esse iudex. 3. q.
7. infamis. § fina.
Quod fœmina propter verecundiam sexus nisi in sua &
suorum causa non permittitur pro aliquo aduocare.
15. q. 3. §. 1. & quatuor c. seq.
Quod fœmina nisi in crimine læsæ maiestatis, & in hæ-
resi, & in simonia nõ permittitur accusare. 15. q. 3. cer-
tis de causis. & tribus c. seq.
Quod fœmina quantuncunque docta & sancta in con-
uentu virorum non debet prædicare. 23. dist. mulier.
33. q. vlt. c. vlt. de consc. dist. 3. mulier.
Quod monachæ vel quantuncunque sanctæ fœminæ
non licet pallas altaris vel vasa sacra contingere. 23.
dist. sacratas.
An fœmina possit ordinem & characterem ordinis reci-
pere, 27. q. 1. diaconissam.
Quod fœmina sancta mente est diligenda, non corpora
li frequentia. 32. hospitiolum.
Quod fœmina extranea non debet clerico cohabitare.
81. dist. cum omnibus. & c. seq.
Quod non possunt Deo pleno corde coniungi qui fœ-

minarum accessibus copulantur, 32.distinctione, hospitiolum.
Quod clerico prohibetur cohabitatio fœminarum, nisi forte sint mater, vel soror, vel consimilis persona carens suspicione, 32.dist. interdixit. 23. dist. his ita tur. 81.dist.clericus.& c.seq.
Quod beatus Augustinus etiam cum sorore habitare noluit propter coniunctarum personarum societatem, 81.dist.legitur.
Quod religio non permittit vt solus cum sola loquatur, 81.dist.in omnibus.
Quod vt excludatur mala suspicio, nullus clericus, nisi certis locis & temporibus debet loqui cum fœmina. 81.dist.in omnibus.
Quod confabulatio clerici cum fœmina, debet esse per modica & compendiosa verba. 18.quæst.2.diffinimus, & cap.seq.
Quod etiam abbati nō licet loqui cum fœminis, nisi sub duorum vel trium monachorum testimoniis, 18.q.2. in decima.
Quod monachi & monachæ in vno monasterio non debent cohabitare, 18.q.2.diffinimus.
Quod abbatissa volens loqui cum aliquo, debet associari per vetulam monacham. 18.q.2.diffinimus.
Quod non licet clericis & aliis Christianis balneare se cum fœminis, dist. 81. non oportet.
Quod de formis fœminarum non est disputandum. 42.distin. hospitiolum.
Quod fœmina in signum subiectionis & verecundiæ peccati quod induxit, debet velare caput, 15.q.3.§.1.versus his itaque. 33.q.vlt.& c.vlt.& c.hæc imago.
Quod fœmina nec comam amputare, nec veste virili propter luxum vti debet. 30.dist.si qua mulier tuo.& cap. quæcunque.
Quod enixæ vel menstruatæ fœminæ non debet prohiberi introitus ecclesiæ. 5.dist.§.1.& c.seq.
Quod deterior est conditio mulieris quàm viri quantum ad subiectionem. 33.q.5.hæc imago.& cap.seq.
Item quantum ad voti fractionem, quia vir votum eius revocare potest, sed non econtrario, 33.q.5.noluit.
Item quantum ad ordinis susceptionem, 32.dist. mulieres. 15.q.3.§.1.
Item quantum ad accusationem & testificationem, 15.q. 3.§.primo.
FERIÆ. Quod feriæ legitimæ ad festiuandum & non ad placita sæcularia exercenda pœnuntur, 15.quæst.4. per totum.
Quod feriæ legitimæ ad ieiunandum sunt secunda feria, quarta, & sexta. 82.dist.presbyter. 11.q.vlti. de illis. 22. q.5.qui compulsus. de consc.dist.3.ieiunia.
Quod ab aduentu Domini vsque ad octauam Epiphaniæ, & alia tempora feriata sunt quo ad celebrationem nuptiarum, 33.q.4.non oportet.& trib.c.seq. Vide quod fantiuit concil.Trid.de hac re.
Quod qui dies vel quæ tempora feriauda sunt per anni circuitum, de consc.dist.3.§.1.
FESTIVITAS. Quod festiuitas sanctorum quando sit festiuanda, laicis est pronuntiandum, de consec. distinct.3.§.1.
Quod festiuitates per anni circulum sunt celebrandę, innuitur de consec. dist.3. pronuntiandum. & cap.rogationes.
Quod in sanctorum festiuitatibus maxime solent homines vacare comessationibus. 44.dist.comessationes.
Quod maximè clerici festiuitates sanctorum cum deuotione tenentur peragere, 44.dist.nullus. 15.q.4. per totum. 16.q.7.& hoc diximus.
Quod in festiuitatibus prohibendi sunt laici per sacerdotes à chorearum saltationibus, de consecr.distinc. 3. irreligiosa.

De hac materia habes vbi agitur de die Dominico.

FESTINANTIA. Quod festinantia in quibus sit bona, & in quibus mala, habes vbi agitur de acceleratione.
FINGERE. Quod decuplex inuenitur de canone fictio consona cum decem prædicamentis: nam quandoque fingitur esse qui non est, vt Iacob finxit se esse Esau, 22.q.2.quæritur.§.item opponitur. vbi nota prædicamentum substantiæ.
Item quandoque fingitur esse quis minor quàm sit, 2.q. 7.quanquam. Exemplum de Augustino, & Hieronymo. vbi nota prædicamentum quantitatis.
Item quandoque fingitur quis talis esse qualis non est, 29.q.1.§.1. vbi nota prædicamentum qualitatis.
Item quandoque quis fingitur esse pater qui non est, 27. q.2.institutum.§ iuxta. vbi Ioseph dicitur pater Christi. vbi nota prædicamentum relationis.
Item quandoque fingitur quis agere quod non agit. 22. quæstio.1.cum humilitatis. vbi nota prædicamentum actionis.
Item quandoque fingitur quis pati qui non patitur. 32. quæstio. 5. proposito. vbi nota prædicamentum passionis.
Item quandoque fingitur quis esse eo tempore quo non est.de pœnit.dist.1.per culosè. vbi nota prædicamentum tempotis.
Item quandoque fingitur situm esse, quod non est, 33. dist.duo.& c.verum. vbi nota prædicamentum situs.
Item quandoque fingitur non habere quod habet. 32. dist.lex continentiæ, vbi nota prædicamentum habitus.
Item quandoque fingitur esse in loco vbi non est, 7.quæst. 1.mutationes. vbi nota prædicamentum. vbi.
FIDES. Quod fides est de non visis, & ideo habet meritum.de pœnit.dist.4.in domo.
Quod fides est quæ per dilectionem operatur. de pœnit. dist.2.firmum Dei fundamentum.
Quod fides quandoque accipitur pro fidei sacramento, aliquando pro habitu mentis. de consec.dist.4.nihil.
Quod illud apostoli, Quidquid non est ex fide, peccatum est: sic accipitur quod quidquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, 28.q.1. omnes.§. ex his.
Quod fides non tantum est liberi arbitrij, sed donum Dei. de consc.dist.4.gratia.
Quod fides sine operibus non valet. 1.q.1.sicut vrgeri.& cap.fertur. de pœ.dist.2.§.non est mirum.
Quod fides meritorum suorum gradibus proficit & crescit. de pœnit.dist.1.§. hæc quæ.
Quod articuli fidei, quos firmiter credere debemus, pronuntur. 33.dist.qui episcopus. de consec.dist.4.prima.
Quod symbolum fidei est in ecclesia publicè laicis prædicandum. de consc.dist.4.symbolum.
Quod symbolum fidei ab ecclesia in archiepiscopum ante acceptionem pallij est profitendum. 100.dist.oportunum.
Quod est multiplex effectus fidei, nam fides in vnum connectit quos diuersitas mexitorum tenet, 45.dist.sit rector. post med.
Item fides omnia purgat. 15.q.vlt.c.vlt. 24.q.1.si Petrus.
Item omnes procellas militantis ecclesiæ superat. 24.q.1. non turbatur. in fin.
Item fides rempublicam magis quàm sudorescorporales gubernat. 23.quæst.8.tributum.§.quamuis.
Item vbi humana ratio non potest arrangere, fides comprehendit, 24.q.1.non turbatur. in fine.
Quod fides supplet vbi baptismus vel aliud sacramentū haberi non potest. de consec.distin.4.baptismi.
Item in baptismo prodest paruulis fides offerentium. de consc.dist.4.illud.
Item nisi quis soliditatem fidei tenuerit, Deum cognoscere non poterit. 29.q.1.quia.
Item vbi sana fides non est, non potest esse iustitia, 24.q. 1.vbi.
Quod sine fide falsa est virtus, etiam in optimis moribus. 28.q.1.omnes.§.ex his.
Quod prælatorum est confirmare fidem subditorum, 21. dist.§.1.in fin.
Quod cum circa fidem in aliquo dubitatur, ad sedē apostolicam, tamquam ad magistram recurritur. 11.dist. palam, 22.dist.omnes.
Quod omnes Christiani tenētur fidem Christi defendere, 96.dist.nos & c.vbinam.
Quod non habet fidem Christi qui corpus ipsius, idest, membra ecclesiæ nititur distrahere, 24.q 1.aduocauit.
Quod illis non est credendum qui fidem veritatis abiecerunt, 2.q.7.non potest, 61.distinct.episcopum.
Quod qui diuinationib. & magicis illusionibus credit, fidem perdit, 26.q.5.episcopi.
Quod ideo permittit Deus magicis artib.illudi hominibus, vt ipsorum erga Deum fides probetur, 26.q.5.nec mirum. in fine.
Quod fides cum promittitur, etiam hosti est seruanda. 23. q.1.noli.
Quod in promissione stultè facta. vel vi extorta fides non est seruanda. 22.quæstio. 4. in malis. 15. quæstione 6. c.1.& seq.
Quod non est fides quæ promittitur pro crimine adimplendo, 22.q.4.si ad peccatum.
Quod ad fidem suscipiendam nullus est cogendus, 45. dist.quid c.qui syncera.& c.de Iudæis.
Quod ad susceptam fidem cogitur quis redire, & eam seruare, 45.di.de Iudæis, 23.q.5.ad fidem.
FIDELITAS. Quod fidelitas seruanda est domino temporali, 24.quæst.5.si apud.
Quod propter præceptum ecclesiæ quandoque discolis dominis fidelitas nō seruatur, 15.q.6. nos sanctorum, & c.seq.
Quod Papa propter excessum Domini absoluit subditos à iuramento fidelitatis, 15.q.6.alius.
Quod Imperator tenetur Papæ iurare fidelitatem, 63. dist.tibi Domino.
Quod fidelitatis forma sex requirit seruanda, videlicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, 22. q.5.de forma.
Quod inter fideles & infideles multa debet esse discretio. 2.q.4.alieni.
Quod debet inter eos esse discretio in accusatione & testificatione, 2.q.7.pagani.
Item in matrimonij contractione, 28.q.1.iam nunc.& c. seq.& c.Iudæi.& §.seq.
Item in ciborum perceptione, 28.quæst.1.nullus.& c.seq.
Item in mutua cohabitatione, 28.quæstione.1.Iudæi.& cap.sequen.
Item in ieiuniorum obseruatione. de consc.distinctione 3.ieiunium.
Item in temporis præscriptione, 16.q.3.porro.
Quod non potest homini esse fidelis, qui Deo extitit infidelis, 2.q.7.non potest.
Quod fidelis malus licet sit numero intra ecclesiam, merito est extra. 1.q.1.vt euidenter, 24.q.vlt.de illis, in fi.
Quod talis plus nocius est ecclesiæ, quàm directè infidelis. 11.q.3.nolite. in fin.
Item peior est infideli. 6.q.1.quæro.
Quod talis Christiani peccatum grauius est peccato infidelis, 32.q.4.in eo.
Quod pœna ipsius pro peccato grauior erit quàm pœna infidelis. 12.q.1.scimus. 1.q.1.nonne.
Quod talis tolerandus est, nō imitandus quandiu ab ecclesia per sententiam non præscinditur. 24.q.4.fortè, & c.infidelis.
FILIVS. Quod filius dicitur per carnis propagationem per morum imitationem, 22.q.2.quæritur.§.item opponitur.
Quod filij Dei dicuntur tripliciter, vel prædestinatione tantum, vel prædestinatione & spe beatitudinis æternæ, vel merito fidei & præsentis iustitiæ. de pœn dist. 4.si ex bono.
Quod filij spirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per baptismi immersionem, aut à baptismo per leuationem; aut per confessionem. 30.q.1.omnes.& c. ad limina.
Quod filij diaboli dicuntur non per carnis propagationem, sed per criminis successionem. 1.q.1.cito.
Quod filij liberi dicūtur qui ex libero matrimonio sunt orti. Naturales autem concubinarum filij; quos sola natura genuit, non honestas coniugij. 32.q.4.c.vlt.
Quod illi non reputantur filij, nec debent in bonis succedere patris, qui nati sunt de incestu. 55.quæst.7.per totum.
Quod filij legitimi dicuntur, qui vel ante baptismū, vel post de matrimonio nati sunt. 28.q.1.nunquid.
Quod filij sequuntur conditionem ventris. 32.q.4.c.vlt. 28.q.1.Iudæi.
Quod pater carnalis de filiis temporalem curam debet habere. 30.dist.si quis reliquerit.
Quod tenetur filios suos verbo & exēplo à vitiis ad virtutum studia prouocare, 47.dist.sicut hi.§.necesse. vsque in finem.
Quod non debet semper eos osculari, sed quandoque propter disciplinam castigare. 5.q.5.non osculatur.
Quod gloria patris est filius sapiens. 95.distinctio.esto. in fi.
Quod tunc pro patribus nati sunt filij, quando pro apostolis surrexerunt episcopi. 68.dist.quorum.
Quod filij presbyterorum si paternæ incontinentiæ sunt imitatores, ad sacros ordines non sunt promouendi. 36.dist.presbyterorum.
Quod quandoque filiis peccata parentum imputantur, quandoque non. 61.dist. per totum.
Quod filij illegitimi puniuntur propter incontinentiam parentum. 15.q.3.cum multæ.
FISCVS. Quod fiscus tollit quod nō accipit Christus. 16.q.7.maiores.& q.1.decimæ. circa med.
Quod res conuictorum, & vnitati pertinaciter resistentium, fisco vendicantur. 23.q.4.nimium, in fin.
FLAGELLVM. Quod flagellum Domini quādoque est ad vindictam, quandoque ad hominis purgationē, 7.q.1.cum percussio.
Quod sicut pastor errantia pecora flagello reducit, sic homines errantes per flagella sunt reducendi, 23.q. 4.nimium. post medium. & c. displicet. per totum.& c.debet.
Quod flagellato nō est addenda afflictio. 7.q.1.cum percussio.
Quod flagellatio vt proficiat, debet esse discreta, 45. dist cum beatus.

De hac materia require vbi agitur de Correctione disciplinæ, & vbi agitur de Percussione.

FLAMINES. Quod flamines dicebantur sacerdotes Gentilium, à filo quo in capite vtebantur, pro quo dicebantur flamines, quasi filamines, 21.dist.cleros. circa med.
Quod apostoli in locis vbi Gentiles primos habuerunt flamines constituerūt patriarchas, vbi verò archiflamines, constituerunt archiepiscopos: & vbi flamines, posuerunt episcopos. 80.dist.in illis.
FLETVS. Quod fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorum, quia ipsos per mortem nō amittimus, sed præmittimus, 13.quæstione 1.quàm præposterum.
Quod fiere mortuum indebitè, prouenit ex desperatione futuræ resurrectionis, & ex pusillanimitate plus quàm ex pietate. 13. quæstione 2. vbicunque. & §. sequen.
Quod Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad mundi huius ærumnas resuscitandum. 13.quæstio. 2. qui diuina.
Quod Petrus fleuit, & flēdo peccata deleuit. de pœ. dist. 1.circa princ.
Quod peccator fiere debet cogitando quia inistè peccando Deum suum offendit. de pœn. distinctione 5.§. desleat.
Item fleat qui peccatis se vltro obtulit, & in ipsis pessimè uerauit. de pœn. dist. 1.§. 1. circa princ. Item

Item fleat non solum quia peccauit, sed quia interim vitæ se priuauit, de pœn. dist. 5.§. 1. ver. dolendum.
Item fleat quod proximum suum malo exemplo corruperit, de pœn. dist. 5.§. 1. ver. animaduertere.

De hac materia habes vbi agitur de Lachrymis, & vbi agitur de Luctu.

FOMES. Quod fomes est langnor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur, 15.q.1.§. itaque.
Quod fomes carnis concupiscentia appellatur, quæ vetus animæ infirmitas dici potest: sed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animæ ex coniunctæ carnis corruptione. 15.q.1. itaque.
Quod fomes non est peccatum, sed pœna peccati, 15.q. 1.§.1.
Quod fomes in baptismo non deletur, sed debilitatur, de consc.dist.4. per baptismum.& c.non ex quo.
Quod fomes semper repugnat legi mentis, etiam in perfectis, 32.q.5.si Paulus.
FONS. Quod fons signatus, & puteus aquæ viuæ dicitur ecclesia, 24.quæstio.1. omnibus.& cap.quoniam.
Quod à fonte præciso riuus arescit, sic vnusquisque ab vnitate ecclesiæ separatus, 24.quæstione 1. loquitur, ante finem.
Quod scientia sacræ scripturæ magis de fonte, quàm de riuulis est quærenda. 76.dist.ieiunium.c.rea princ.
Quod prælati non vtilia saluti prædicantes, dicuntur fontes sine aqua. 2.q.7.sicuti, in fin.
Quod charitas dicitur fons, 8. quæstione 1. in scripturis. ante finem.
Quod dicitur fons baptisma, 18.q.2.pridem.
FORMA. Quod forma & exemplum dicuntur esse prælati subditorum, 94.dist.dictum. 95. dist.esto. 16.q.1. prædicator, 21.q.4.præcipimus.
Quod forma ecclesiasticæ vitæ est in clericorum castitate. 82.dist.proposuisti. in fi.
Quod forma perfecta est, vt non totum sibi arripiat, sed quod habet, cum pauperibus partiatur, 86.distinct. in singulis.
Quod forma appellationis & apostolorum habetur, 2.q. 6.post appellationem.§.forma.
Item forma reconciliationis excommunicati. 11.q. vlti. quod prædecessor.§. excommunicationis.& c.seq.
Item forma fidelitatis iuratur, 22.q.5.de forma.
Item forma verborum qua transubstantiatur corpus & sanguis Christi, de consc.dist.2.quia corpus, & cap.qui manducat.
Item forma separationis & reconciliationis coniugum, 35.q.6.ab isto.& c.seq.
FORNICATIO. Quod fornicatio est duplex, scilicet, spiritualis, & corporalis, seu carnalis, 28.q.1. idololatria. 32.q.7. non solum.
Quod omnis pollutio immunda, est carnalis fornicatio, 32.q.7.per totum.
Quod fornicatio licet videatur esse genus cuiusliber coitus, tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, meretricum, vel concubinarum, 36. quæstio. 1. lex illa.§. cum ergo.
Quod fornicatio carnalis nulli impunè conceditur, 27.q. 1.nubendi.
Quod simplex fornicatio, quæ est soluti cum soluta, prohibetur, 32.q.4.dicat.& c.meretrices.
Quod propter maius malum vitandum, non est multum exaggeranda, 32.q.2.ancillam.
Quod fornicatio non est diuersa, siue pulchra sit, siue turpis quam quis cognoscit, 14.q.vlt.c.vlt.
Quod fornicatio maximum peccatum est, propter templi Dei violationem, 32.q.4.in eo.& q.7.non solum.
Quod fœminæ fornicantes cum clericis, debent in seruitutem redigi, 32.dist.eos qui.

De materia clericorum inuenies vbi agitur de Clericis.

Quod episcopus vel presbyter fornicans cum sua filia spirituali, si publicum est, debet deponi, si occultum, episcopus 15.annis, & presbyter 12. debet pœnitere. 30.q.1.omnes.& duobus cap.seq.
Quod maritus sic continere debet vt non det vxori occasionem fornicandi. 27.q.1.nubendi.
Quod propter solam cautam fornicationis vxor dimittitur quantum ad cohabitationem, 32. quæstio. 1. dixit Dominus.
Quod fornicatio spiritualis est idololatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, 28.quæstio. 1.idololatria.
Quod fornicatio animi est seruitus idolorum, 32.q.7. non solum.
Quod auaritia quæ est idolorum seruitus, fornicatio spiritualis dicitur, 28.q.1.idololatria.
Quod fornicatio spiritualis dicitur consensus mentis ad fornicandum, iuxta illud, Qui viderit mulierem, & c. 32.q.7.non solum.
FORTITVDO. Quod fortitudo corporalis si pro afflictione in malignantes exercetur, bona & laudabilis est, 23.q.3.fortitudo. Exemplum de Moyse, qui Aegyptium malignantem occidit, 23.q.3. non in ista gerenda.
Quod ille prodest furi vel piratæ qui fortitudinem membrorum suorum ne peius agat, debilitat, 23.q.3.si quis.
Quod dilectores huius sæculi fortes sunt in iis quæ sunt ad mundum, & debiles in his quæ sunt ad Deum, 47. distin. omnes.
FORVS. Quod forus est exercendarum litium locus, sicut innuitur 11.quæst.1.clericus siue.
Quod actor debet sequi forū pulsati. 11.q.1.si quis quā. Quod suæ clericus, siue laicus, pro crimine pulsatus non nisi in foro suo debet audiri. 11.q.1.clericus.& c.seq.
Quod clericis pulsatis in episcopali iudicio forum competit. 11.q.1.si quispiam.
Quod excepta fede apostolica nemo potest trahi extra suam diœcesim vel prouinciam pro causis litigio. 6.q. 3.& 12.q.4.ferè per totum.
Quod ratione criminis commissi efficitur quis de foro alieno. 3.q.6.c.vlt.
Quod ibi causa agenda est, vbi crimen committitur. 3.q. 6.peregrina.& lex c.seq.
Quod si quis mutat domicilium, ibi forum iudicij subeat vbi habitationem elegit. 23.q.2.vbicūque.§.quiae rgo.
Quod qui causam, siue iustam, siue iniustam ad alterius fidei iudicis forum euocat, est excommunicandus. 2. q.6.catholicus.
Quod clericus ab episcopo depositus si principem sæcularem adeat, amplius non auditur, sed spem recipiendi gradus in futurum ammittit. 21.q.5.c.1.& c.vlt.
Quod clericus si extra prouinciam (excepta sede apostolica) iudicia expectat, est deponendus. 3.q.6.non liceat. 11.q.1.si quis clericus.& c.seq.& cap.inolita.& c.de diuersis.
FRATER. Quod dicitur quis frater fide, 2.q.1.multi. circa medium. 11.q.3.ad menſam.
Item frater dicitur consanguinitate. 35.q.3.quædam lex.
Item dicitur frater iuris interpretatione. 28.quæstione 1. nunquid.
Item dicitur frater dignitatis communione, 51.dist.præterea.de pœn.dist.5.fratres nostros.
Item dicitur fratrer religione, 16.q.1.vos autem.
Item dicitur frater religionis professione, 20.q.2.episcopus habeat.
Item dicitur frater nomine naturæ. 6.quæst.1.ex merito.
Item dicitur frater similitudine, de consc.dist.1.Iacobus frater Domini.
Item dicitur frater facti comparatione, 14.q.5.immolās. in fi.
FRAVS. Quod fraus propriè committitur quando res ad speciales vsus missa retinetur, vel indebitè expenditur, 16.q.1.reuertimini.
Quod amico rapere furtum est, ecclesiamque defraudare sacrilegium est, 12.q.1. gloria. in fi. 13.q.2.qui oblationes. in fin.
Quod cum pauperibus eleemosyna subtrahitur, Deus qui res ad hoc contulit, de sua parte defraudari conqueritur, 16.q.1.reuertimini.
Quod qui defraudat panem egentium, homo sanguinis est, 14.q.5.immolans.
Quod qui legata morientium retinent egenos & mortuos consolatione defraudant, 13.quæst.2.qui oblationes.
Quod qui defraudat ecclesiæ res, in quadruplum debet rest tuere, 12.q.2. in antiquis.
Quod clericus qui res ecclesiæ, quæ sunt pauperum defraudat, est corripiendus, si verò episcopus est, deponēdus est, 10 q.2.episcopus.& c.seq.
Quod qui furem & latronem vel raptorem aliena cum possit vt restituat non compellit, est socius fraudis vel criminis, 14.q.vlt.si res.

De hac materia require vbi agitur de Diuortio.

FRVCTVS. Quod fructus digni pœnitentię sunt incipientium, videlicet de peccatis dolere, & de futuris malis cauere. de pœn.dist.5.circa fi. 50.distinct.quia sancti tas.
Quod fructus virtutum sunt proficientium, quorum est de virtute in virtutem progredi, de pœn.distinctione 5. in fi.
Quod fructus spiritus sunt perfectorum, quorum est beatitudinibus insistere, videlicet voluntariam paupertatem diligere, mansuetudinem tenere, pro æterno desiderio lugere, iustitiam esurire & sitire, misericordiam & munditiam ad tranquillitatem pacis amplecti, & pro obseruatione iustiæ persecutionem pati, & cæteris fructibus spiritus insistere. de pœn.dist.nction. 2. si quis semel.
FVGA. Quod fuga peccatorum est elongare se à terrenis & propinquis, 12.q.1.c.cui portio.
Quod fugiendi sunt honores, & fugientibus offerendi. 8.q.1.in scripturis.
Quod si à persecutoribus prælati persona quæritur, debet fugere: si autem fides vel grex quæritur, & obijcere. 7. q.1.aduersitas.§. hoc etiam tunc.
Quod qui iudicium fugit, constat illum de iustitia diffidere. 11.q.1.Christianis, in fine.
Quod hæretici & schismatici in prouincia permanentes sunt fugiendi, 24.q.3.omnis.
Quod ad ecclesiam fugientes sunt ab ecclesia protegendi, 87.dist.eos.
FVROR. Quod furor commotionis tempore iustum putat omne quod facit, 11. quæstione, rerria. illa.
Quod laudabile est in præpositis si non furant, sed ratio dominetur in ipsis. 15.q.3.illa.
Quod furor in sapiente talia facit, de quibus post multū dolet pœnitere. 11.q.3.cum apud.
Quod rectores aliorum non cum leuitate vel furore debent præcipitare sententiam, 11.q.3.summoperè.
Quod qui post sacerdotium furere incœperit, sacerdotio non carebit, nisi in furia sit perseuerans. 15.q. 1.si quis non in fin.
FVRTVM. Quod furtum est omnis illicita alienæ rei alienatio. 14.q.5.pœnalę. 32.quæst.4.meretrices. circa fin.
Quod fur reputatur qui volens furari propter timorem humanum non furatur. de pœnit.distinctione 1.si pro pierea.
Quod non permisit rapinam qui furtum prohibuit. 32. q.4.meretrices.
Quod furti nomine rapina, & quidquid proximo aufertur illicitè, in prohibitione decalogi continetur. 14.q. 5.pœnale.
Quod quantumcunque parum quis abstulerit, furti nomen meurrit. 14 quæstione 6.c.vltim.de pœ. distin. 1. vulgaris.
Quod non furtum sed mens furantis attenditur, 14.q. vlt.c.vlt.
Quod furtum non facit necessitas, sed voluntas. de consc.dist.5.discipulos.
Quod cum pro necessitate vitæ alienum tollitur, quia tunc omnia sunt communia, furtum non committitur. ibid.
Quod qui vt eleemosynam faciat alienum accipit, furtū committit. 14.q.5.fortè. 32.q.4.sic non sunt.
Quod non est furtum accipere ab inuito sibi debitum, 14.q.5.non sanè.
Quod res Aegyptiorum asportando furtum non cōmiserunt filij Israel, quia Domino omniū iubente parue runt. 14.q.5.dixit Dominus.
Quod furem vel raptorem nullus debet defendere, sed humanitatis causa potest pro ipso intercedere, 14.q. 6.c.si res.& c.hi qui.
Quod fures vel latrones, quia infames sunt, nec accusare, nec testes esse possunt. 3.q.5.constituimus.
Quod furtum ex auaritia commissum granius punitur quàm quod fit ex ingnia. 12.q.2.fraternitas.
Quod episcopus rerum ecclesiæ dilapidator tanquā fur à suo honore est deponendus. 19.q.2.c.vlt. 12.q. 2.in legibus.
Quod presbyter in furto deprehensus, ab omni honore deponitur, 82.dist.presbyter.
Quod prælatus est fur, qui non curat de quibus, vel non intrat per ostium in officium prælaturæ. 23. q.4.tres personas.
Quod furtiua vsurpatio præiudicium non generat. 93. dist.illud.
FVTVRVM. Quod futura scire expedit: & modo debito sunt inquirenda, 1.quæstio.7. conuenientibus. in prin.
Quod futura non sunt per sortilegia inuestiganda, 26.q. 2.non statim.& duobus c.seq.
Quod curiositas est per constellationes futura inuestigare. 26.q.7. fors.§. his ita.
Quod futura non sunt inuestiganda per auguria vel per aliarum artium magicarum documenta, 26. quæst.2. illud.
Quod omnia prædicta futura inquirere est idololatriæ deseruire. 26.q.2.sed & illud.
Quod aruspicia & augurationes, oracula & necromantia per quæ homines futura inquirunt, inualuerunt ex arte dæmoniaca. 26.q.2.qui sine Saluatore.
Quod ex inspectione scripturarum futura nō sunt quærenda. 26.q.5.aliquanti.
Quod dæmones ex acumine sensus & celeritate motus & ex diuturnitate temporis ipsis ante cognita hominibus aliqua prænunciant, futura videntur prædicere. 26.q.4.sciendum. per totum capitulum.
GENERATIO. Quod generatio est duplex, videlicet carnalis, quæ est à patribus per successionē, & spiritualis, quæ fit per baptismi generationem. 32.q.4.recurrat. de consc.dist.4.regenerante.
Quod in generatione carnali quādoque de malis nascūtur boni, quandoque de bonis nascuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali, 32.q.4.recurrat. 47.dist.quantumlibet. 56 dist.nasci.ante fin.
Quod nasci de adulterio non est culpa nascētis, sed eius qui generauit. 56.dist.nasci.
Quod vndecunque generentur homines, honesti & salui erunt, si parentum vitia non sectantur. 56.dist.vndecunque.& c.Dominus noster.
Quod multi summi pontifices & episcopi sunt ex presbyteris generati. 56.dist.c.1.Osius.
Quod ideo quidam vsque ad quartam generationē ecclesiam Dei intrare prohibentur, donec culpam auctorum multipliciter successio generationis aboleat. 1. q.1.cito.
Quod generatio spiritualis quæ est per baptismum, facit remissionem omnium peccatorum. de consc.dist. 4.regenerante.
Quod baptismus Ioannis non erat sufficiens ad spiritualem generationē. de consc.dist 4. non regenerabātur.
Quod Christus suo baptismo homines ad spiritualem generationem prouocauit. de consc. dist.4. non regenerabantur.

GENVA. Quod genua à festo Paschæ, vsque ad festum Pentecostes inclusiue in signum resurrectionis dominicæ ad horas non sunt flectenda, 76. d.ſt.c. omnium. §. non autem. & cap. ſeire. 30. diſt. ſi quis presbyter. §. ſtituliter.

Quod nec die dominico, nec in alio festo ſanctorũ genũa flectenda ſunt orando. 30. diſt. ſi quis presbyter. de conſe. diſt. 3. quoniam ſunt.

Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccatores debent. 26. q. 7. ſacerdos.

GESTVS. Quod geſtus exterior corporis qualitatem indicat mentis. 41. diſt. clericus. §. ſicut ergo.

Quod geſtus reprehenſibilis ſi diſſolutus vel mollis eſt, indicat laſciuiam: ſi fractus, indicat ſuperbiam, ſi citius, indicat impetuoſitatem: ſi tardus, indicat pigritiam, 41. diſtinctione, pariſimoniam. & cap. clericus. §. ſicut ergo.

GLADIVS. Quod gladius eſt duplex, ſcilicet, materialis, & ſpiritualis. 23. q. 8. §. 1. 15. q. 6. auctoritatem circa finem.

Quod Chriſtus non venit in terram mittere gladium materialem, ſed ſpiritualem, 33. quæſtio. 2. inceſtectores. §. in hoc.

Quod eccleſia non habet niſi ſpiritualem gladium, quia non occidit ſed viuificat, 33. q. 2. iſtter hæc. 16. q. 2. viſis. in fi. 24. q. 1. ſi Petrus.

Quod materialis gladius prælatis in exemplum patientiæ inhibetur, ſpiritualis verò qui eſt verbum Dei exercet præcipitur, 23. q. 1. §. 1. & q 8. §. 1.

Quod eccleſia criminoſos non materiali ſed ſpirituali gladio feriti iubet, 33. q. 2. interfectores. §. in hoc.

Quod prælati eccleſiæ de mandato Papæ poſſunt res eccleſiæ materiali gladio defendere, 15. q. 6 auctoritatem. circa finem.

Quod poteſtates ſæculares ideo non ſine cauſa gladium materialem portant, quia in malefactores iræ Dei exiſtunt miniſtri, 23. q. 5. non ſolum. & c. ſunt quædam, & q. 4. quæſitum. & c. ſicut. in fi.

Quod ſæcularis poteſtas cum gladium vindictæ reſpuit, occaſionem peccandi tribuit, 23. quæſtione quarta, eſt iniuſta.

Quod ille gladium materialem cum culpa accipit, qui ſine poteſtate conceſſa à ſuperiore in ſanguinem alterius armatur, 23. q. 4. ille gladium.

GLORIA. Quod gloria epiſcopi eſt pauperibus ſubuenire, 12. q. 2. gloria.

Quod prædicator gloriam ſuam enecuat, quando non pro æterno, ſed pro fructu temporali laborat, 1. q. 2. ſacerdos. in fine.

Quod in lata gente eſt gloria regis, in diminutione plebis eſt contritio principis, 1. q. 4. eccleſiæ. §. item Dauid. poſt medium.

Quod nihil eſt illo paſtore deterius, qui luporum laudibus gloriatur, 83. diſt. nihil. 6. q. 1. ſunt plurimi.

Quod melior eſt in malefactis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio. 1. q. 3. iniuſtum.

GRATIA. Quod gratia dicitur eo quòd gratis datur vel recipitur, gratia aliter non eſt, 1. q. 1. c. 1.

Quod gratia non generis nobilitate, ſed virtute paratur, 40. diſt. illud.

Quod nullus niſi purgetur à vitiis, gratiam Dei poteſt accipere, de pœnit. diſt. 1. non poteſt quiſquam.

Quod ſicut ſol æquali luce ſuper omnes radiat, ſic gratia Dei ſine acceptione perſonarum æqualiter omnibus infunditur, de conſec. diſt. 4. nec quanquam.

Quod gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta, 6. quæſtione 1. ſi omnia.

Quod quantumcunque occulta loca animam ſine gratia ſaluare non poſſunt, quia de paradiſo homo, & angelus de cœlo peccando ceciderunt, 40. diſtinctione, quælibet.

Quod gratia Dei dat fidem, & facit remiſſionem peccatorum, de conſec. diſt. 4. gratia quæ.

Quod gratia Chriſti non ſolum facit malum vitare, ſed etiam bonum facere, de conſec. diſt. 3. placuit. & cap. ſequen.

Quod gratias Deo & hominibus pro beneficiis agere debemus, 16. q. 1. recurrimus.

Quod de aduerſitatibus & paſſionibus Deo gratias referre debemus, 12. q. vlt. c. vlt.

Quod ſine gratia mandata Dei ad impleri non poſſunt, de conſecr. diſt. 4. c. vlt.

GRADVS. Quod gradus in eccleſia diuerſi, & ſtatus vnitatem eccleſiæ conſeruant, diſtinct. 89. ad hoc. 93. diſtinctione, à ſubdiacono. 50. diſtinctione in capite.

Quod in ſingulis gradibus ordinum conſerendis, dilationis tempora ſunt obſeruanda, 77. diſtinctione, in ſingulis. & c. ſeq.

Quod ad ſingulos gradus ordinum recipientium ætas eſt ſeruanda, 77. diſt. per totum.

Quod ad gradum diaconatus & ſuprà nemo eſt promouendus, niſi præmissa continentia fuerit approbatus, 77. diſt. quicunque.

Quod ad ſuperiorem gradum ſacerdotij nullus debet exponi, niſi ab inferiori ordine gradatim aſcendendo, 59. diſtinct. per totum.

Quod apud Deum non gradus altior, ſed vitæ melioris approbatur, 23. q. 4. ſicut excellentiam.

Quod gradus ſunt non ſolum inter virtutem & virtutem, ſed etiam in vna eademque virtute. de pœn. d. ſt. 1. §. ego ſum panis. §. hæc quæ. & c. cum ſanctam.

Quod nõ ſolum ſunt in virtute gradus, ſed etiam in peccato. de pœ. diſt. 2. ſicut tribus. §. non eſt mirum.

Quod tribus gradibus ad peccatum perueniturꝫ ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu. de pœn. diſt. 2. ſciendum. & c. ſicut tribus.

Quod olim vſque ad ſeptimum gradum conſanguinitatis & affinitatis matrimonium cõtrahi impediebatur, 35. q. 3. contrad. cimus. & q. 8. per totum.

De computatione conſanguinitatis & affinitatis habes 35. q. 3. contradicimus. & q. 4. & q. 5. per totum.

GRAMMATICA. Quod grammatica ad meliores vſus aſſumpta animæ ſaluti non infert detrimentum, 37. diſt. ſi quis artem.

Quod epiſcopo vel alij prælato eſt reprehenſibile omiſſo Euangelio vel alia ſacra ſcriptura populo grammaticam exponere. 37. diſt. turbat. §. cum ergo. 86. d. ſt. cum multa.

Quod epiſcopi vel preſbyteri ſi cadunt in grammaticã, non ſunt à ſapientibus irridendi, quia plus ſunt penſanda vitia morum, quàm verbotum, 38. diſt. quamuis. § ſed licet. & c. ſedulo.

Quod ſi aliquando ſancti viri loquũtur per barbariſmos & ſoleciſmos, non ſunt propter hoc deſpiciendi. 38. diſt. ſedulo. & c. ſeq. de conſe. d. ſt. 4. retulerunt.

Quod indignum eſt verba cœleſtis oraculi reſtringi ſub regulis Donati. 38. diſt. indignum. 1. q. 1. marchion.

GREX. Quod ſicut grex ex vna morbida oue polluitur, ſic ex prælato immundo plures inficiũtur, 45. diſt. ſed illud, in fin.

Quod prælati tanquam atietes ducatum gregi præbere debent. 7. q. 1. ſciſcitatis.

Quod languente paſtore grex inſidiatorum dentibus lacerandus exponitur. 7. q. 1. quamuis.

GVERRA. Quod guerra quandoque immittitur propter populi peccata. 23. q. 5. remittũtur. per totum. 56. diſt. ſi gens.

De hac materia require vbi agitur de Bello.

GVLA. Quod gula eſt mater luxuriæ, quia vẽter & genitalia ſunt vicina mẽbra. 44. diſtinct. §. 1. cum autem. de conſec. diſt. 5. nihil.

Quod gula ſic in vilibus vt in pretioſis attenditur, 41. diſt. quiſquis. & c. delicias.

Quod quinque ſunt ſpecies gulæ, videlicet accuratius cibo intendere, vel lautioria excogitare, in cibo tẽpus præuenire, ab cibum nimium æſtuare, de cibo plus ſumere. de conſe. diſt. 5. quinque.

Quod gula de paradiſo primũ hominẽ expulit, 35. diſt.

Quod gula groſſum ſenſum generat. 44. diſt. non liceat. §. ſi ergo.

Quod gula morbos facit, moleſtias ingerit, & ægritudines generat. de conſe. diſt. 5. nihil. & c. ne tales.

Quod guloſi non aliter feſta ſanctorum putant celebrare, niſi gulæ deſeruiant. 44. diſt. §. 1. in fine.

Quod ægritudines quas gula infert, fames curat. de cõſe. diſt. 5. legimus.

HABERE. Quod habere poteſt eccleſia proprium exemplo domini. 12. quæſt. 1. exemplum. & cap. ſequen.

Quod perfecti proprium non habent nec habere cõcupiſcunt, qui non ſuorum ſed communium ſunt poſſeſſores. 12. q. 2. ſacerdos.

Quod religionem profeſſi proprium habere non debẽt. 12. q. 1. ſcimus. & tribus c. ſeq. & c. habebat. & c. ſeq. 18. q. 2. quàm ſit. §. nullus.

Quod habentibus eleemoſynã dare nihil aliud eſt quàm perdere. 1. q. 2. paſtor.

HABITAT/O. Quod habitatio vera Chriſti eſt eccleſia, quæ fidem ipſius ſeruat. 24. q. 1. quæ dignior.

Quod Deus non habitat in illis qui per ſuperbiæ ſingularitatem ſe à melioribus diuidunt, 24. q. audiuimus, ante med.

Quod ſicut filij Iſrael diſperdere non potuerunt Iebuſæos, quin in medio ipſorum habitaret, ſic boni non poſſunt euadere falſos Chriſtianos, 11. q. 3. nolite recedere, per totum cap.

Quod nõ poſſunt cum Deo toto corde habitare qui fœminarum acceſſibus copulantur. 32. diſt. hoſpitibus.

Quod nullus clericus cum extranea fœmina debet habitare. 81. diſt. clericos. & 2. c. ſeq.

Quod monachi cum monialibus in vno loco non debent habitare, 18. q. 2. in nullo loco, & quattuor c. ſeq.

Quod habitatores præponuntur extraneis in pluribus in conſtitutione archidiaconi 95. diſt. legimus.

Item in conſtitutione œconomi. 89. diſt. quia.

Item in epiſcopo el gendo. 7. q. 1. remoto.

Item in abbatis electione. 17. q. 2. quàm ſit.

Item in epiſcopi accuſatione, 2. q. 7. quærendum.

Item in defuncti epiſcopi rerum conſeruatione, 12. q. 2. non licet alicui.

HABITVS. Quod habitus clerici non in veſtibus nec in calceamentis decorem debet prætendere, 41. diſt. clericus. & §. ſeq. & c. pariſimoniam.

Quod clerici in habitu ſuo nec ſericis nec aureis intextis, nec in ſummitate veſtimentorum variorum ornamentis vti debent. 21. q. 4. omnis mulier. & quattuor c. ſeq.

Quod religioſorum habitus non debent eſſe notabiles, nec diuerſi coloris, ſed conuenientes, pœnitentiæ & deuotioni. 20. q. 1. v. dud.

Quod religioſus habitum profeſſionis ſuæ, tam in lecto quàm in alijs locis debet deferre. 20. q. 1. vidua.

Quod mulier quæ propter iudum habitum hominis vitilem aſſumit, anathema incurrit. 30. diſt. ſi qua mulier.

HELI. Quod Heli ſacerdos ſanctus fuit: ſed quia filios non erudiuit, ſupinus eccidit. 37. diſt. legant.

Quod ſicuti propter filiorum Heli peccatum homines à ſacrificio Dei detrahebantur, ſic prauis exemplis prælatorum quotidiè peiores fiunt, 50. diſtinct. de his vero.

Quod ſicut ex peccato filiorum Heli in manu hoſtium populus corruit, ſic plebs peccata prælatorum luit. 1. q. 4 eccleſia.

HELIAS. Quod Helias vt oſtenderet illum verum Deũ eſſe quem colebat, orauit igne cœleſti quinquagenarios conſumi. 83. q. 4. ſi illic. §. ſed obijcitur. & cap. quod Chriſtus. & c. ea vindicta.

Quod precibus Heliæ cœlum clauſum fuit annis tribus & ſex menſibus, 23. quæſtio. 4. ſi illic. §. quòd tunc.

Quod Helias cultorum Baal vindicauit, ſacerdotes eius occidendo, 23. q. 4. Guiliſarius. circa finem.

HELISÆVS. Quod Heliſæus aſperſione ſalis ſterilitatem aquæ ſanauit. de conſec. diſt. 1. aquam ſalſe.

Quod in exemplum perfectis ad prophetandum vadens, boues & omnem curam domeſticam reliquit, 86. diſt. dominus.

Quod miſit lignum in aquam & ferrum ſecuris contra naturam natauit. de conſecra. diſt. 2. reuera. poſt medium.

HEREDITAS. Quod hereditas ſecundum leges ab indignis ſucceſſoribus poteſt auferri, 11. quæſtione 1. Sylueſter.

Quod heredi non licet ſine cauſa venire contra factum ſui prædeceſſoris, 11. quæſt. 1. Sylueſter, 16. queſti. 6. illud.

Quod nullus exheredato filio eccleſiam debet facere heredem, 17. q. vlt. c. vlt. 23. q. 2. ſi qui iraſcitur.

Quod epiſcopus res quas habuit hereditario iure, liberè poteſt conferre, 12. q. 1. epiſcopi.

Quod clerici ſunt funiculi hereditatis Chriſti, 12. quæſt. 1. clericus.

HEREMITA. Quod ſunt heremitæ qui vere & pure ſolitariam vitam ducunt, 16. q. qui vere.

Quod Ioannes Baptiſta fuit de vita eremitica, 2. q. 7. c. vlt. §. item Ioannes.

Quod eremitica vita vera ac pura digna honore iudicatur. 16. q. qui vere.

Quod eremitæ ne videantur eſſe acephali, debent ſubeſſe epiſcopis, 93. diſt. nulla. & c. ſeq. 12. quæſt. 2. ſi autem.

Quod eremitæ vtuntur priuilegio clericali ſicut alij religioſi, 16. q. 1. qui vere.

Quod eremita poteſt habere proprium, & condere teſtamentum, 19. q. 3. perlatum. §. econtra.

Quod eremitæ ratione proprij imperfectiores ſunt monachis, quibus proprium nõ licet habere, 19. q. 3. perlatũ. §. econtra.

HÆRESIS. Quod hæreſis Græce ab electione dicitur, quòd ſcilicet eam diſcipliniam quam ſibi vnuſquiſque legit, putat eſſe meliorem, 23. q. 3. hæreſis.

Quod prima hæreſis occaſione corporis Chriſti & ſanguinis orta eſt in diſcipulis, de conſecr. diſt. 2. prima.

Quod poſt illa Ariana quæ ponebat maiotitatem gradus in perſonis, orta eſt in clericis, 16. diſt. ſex ſynodus. § prima.

Quod tunc Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt quando propter fidei perſecutores epiſcopi ad concilia celebranda in vnum non poterant conuenire, 15. diſt. canones.

Diuerſitatem hæreſum & multiplicitatem earum, habes. 24. quæſt. 3. quidam autem hæretici. per totum.

Quod inter hæreſim & ſchiſma eſt illa differentia, videlicet quòd hæreſis eſt in peruerſa doctrina, ſed ſchiſma in ſeparatione ab eccleſia, 24. quæſtione tertia. inter hæreſim.

Quod largo modo ſimoniaca prauitas dicitur impia hæreſis, 1. q. 1. quiſquis. cap. cum liqueat. & cap. eos.

Quod ſimoniaca hæreſis ortum habuit tempore apoſtolorum, 1. q. 1. fertur.

Quod diuina prouidentia diuerſi erroris hæreſes eſſe permittit, vt fideles aſtutiores reddantur, 24. quæſtione vlt. c. vlt.

Quod nullum peccatum eſt grauius hæreſi, 32. q. 7. quid in omnibus, 24. quæſtio. 4. quid autem. 22. quæſtione 2. primum.

Quod an grauius peccat qui hæreſim incurrit ignorans, an qui ſciens auaritiæ deſeruit, 6. quæſt. 1. quæro.

Quod pro nullo alio quàm pro hæreſi Papa poteſt contineri, 40. diſt. ſi Papa.

HAERETICVS. Quod hæreticus eſt qui falſas ac nouas opiniones gignit vel ſequitur, 24. q. 3. hæreticus.

Item hæreticus eſt qui aliter ſcripturam ſacram intelligit, quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat. 24. q. 3. hæreſis, 38. diſt. quamuis.

Item hæreticus eſt qui præcipitus eſt ab vnitate eccleſiæ. 24. q. 3. c. 1. & ſeq.

Item

Item hæreticus eſt qui in vnam hæreſim damnatã incidit, 24. q. 1. Achatius.

Item hæreticus dicitur non qui errat, ſed qui errorem cõtumaciter defendit, 24. q. 3. qui in eccleſia.

Item largè ſimoniacus dicitur hæreticus. 1. q. 1. quiſquis.

Item qui Romanam eccleſiam negat eſſe caput eccleſiarum, & qui auctoritati eius derogat, eſt hæreticus, 22. diſt. omnes. circa fi.

Item ille qui hæreticos defendit, non ſolum hæreticus, ſed hæreſiarcha dicendus eſt, 24. q. vlt. qui aliorum.

Quod præſumptio ſenſus proprij via eſt ad hæreſim. 24. q. 3. quid autem.

Quod qui in expoſitione ſcripturæ locũ, tempus, & perſonam non attendit, de facili in erroris labyrinthũ cadit, 29. diſt. ſciendum.

Quod non ſunt inter hæreticos computandi qui errorẽ ab aliis recipientes parati ſunt poſtponere, 24. quæſt. 3. dixit.

Quod ſicut ipſi hæretici damnati ſunt ab eccleſia, ſic & ſcripturæ eorum, 15. d. ſt. in primis. §. montanus.

Quod hæretici excommunicati ſunt ipſo iure, 24. qu. 1. Achatius. & duobus c. ſeq.

Item poſt mortem excommunicantur, 24. q. 2. ſanè proferrur. per totum cap.

Quod conſortium & communio hæreticorum ſunt fugienda, 24. q. 1. aduocauit. & c. ſeq. & q. 3. clericus.

Quod hæreticorum conuenticula, conciliabula ſunt appellanda, 24. q. 3. clericus.

Quod ſacramenta hæreticorum in forma eccleſiæ tradita ſunt bona, quia non ſunt humana, ſed diuina, 23. q. 4. quid facit.

Quod ſcienter non debent ab ipſis (etiam in neceſſitate) ſacramenta recipi, 24. q. 1. ſi quem forte. & duobus c. ſequen.

Quod nec dãda ſunt ipſis à catholicis ſacramenta, 24. q. 1. nec quiſquam.

Quod hæretici non habẽt ſalutem in ſe, nec poteſtatem in alios. 24. q. 1. quodcunque. & c. vbi.

Item quòd non poſſunt contra fideles teſtificari. 2. qu. 7. non poteſt. & c. pagani.

Item nec ipſos accuſare poſſunt, nec iudicare, 4. q. 1. c. 1. 25. q. 1. omne.

Item nec excommunicare poſſunt, nec condemnare, 24. q. 1. ait. & duobus c. ſeq.

Quod hæreticos accuſare etiã infames perſonæ poſſunt, 6. q. 1. nos. §. ſed licet. & c. ſeq.

Quod hæreticus hæreticum excommunicare poteſt nõ catholicum, 24. q. 1. miramur. §. 1.

Quod hæreticus excommunicatus ab hæretico propter crimen à catholicis, propter deteſtationem culpæ nõ eſt recipiendus, 24. q. 1. quiſquis. & c. ſeq.

Quod reges & principes terræ debent hæreticos perſequi, & habẽt eccleſiam tueri, 23. q. 4. non inuenitur, & c. ſicut excellentia.

Quod hæretici ſunt cogendi & compellẽdi ad fidei quã reliquerunt receptionem, 23. q. 4. nimium. vſque ad finem quæſtionis.

Item poſſunt compelli per rerum temporalium ſpoliationem. 8. diſt. quo iure, poſt medium, 23. q. 4. ipſa pietas. & c. qui peccat.

Item ſunt cogendi vel domandi per corporalem punitionem, 23. q. 4. diſplicet. & c. ſeq. & q. 5. c. 1. & duobus c. ſequen.

Quod in perſecutione eorum non ad res eorum, ſed ad ſalutẽ reſpectus eſt habendus, 23. q. 4. ipſa pietas. in fi.

Quod inuentor hæreſis, & imitator pari damnatione plectuntur, 24. q. 1. c. 1.

Quod redeuntes debent recipi cum ſcriptura, quæ continet deteſtationem præteriti erroris, & veræ fidei confeſſionem, 1. q. 7. ſi qui voluerint. c. quoties. & c. maximum. & c. ſeq. 26. q. 6. his qui tempore. in fin. de conſec. diſt. 2. ego Berengarius.

Quod redeuntes, ad priſtinam dignitatem non admittũtur de iuris rigore, 1. q. 7. c. 1.

Quod humiliter redeuntes, ad priſtinam dignitatem reſtituuntur de benignitate eccleſiæ, 1. q. 7. conuenienti bus. & c. didici. & c. maximum. 23. q. 4. ipſa pietas.

Quod redeuntes non promouentur ad maiorem dignitatem, 12. diſt. 1. q. 7. ſaluberrimum.

HENRICVS. Quod Henricus primus Imperator priuilegio renuntiauit quod Romani pontifices propter ſchiſmaticos & hæreticos conulerant imperatoribus ſuper prouiſione & ſuper inueſtituris epiſcoporũ, 63. diſt. conſtitutio.

HISTRIO. Quod hiſtrio ad accuſandum non admittitur, quia infamis eſt, 4. q. 1. diffinimus.

Quod clerici maximè in ſæris conſtitui in conuiuiis vbi hiſtriones ſunt, non debent intereſſe, 34. diſtin. preſbyteri.

Quod hiſtriones prohibẽtur ad ordines promoueri, 33. diſt. maritum.

Quod nec euchariſtia in tali ſtatu manẽtibus dari debet. de conſe. diſt. 2. pro diſtinctione.

Quod hiſtrionibus propter ſuum officium res ſuas dare, peccatum eſt immane. 86. diſt. donare.

HOLOCAVSTVM. Quod holocauſtum ſpirituale eſt ieiunare, eleemoſynam dare, pudicitiam pollicere. 24. q. 1. odi. & proiecti.

HOMICIDIVM. Quod homicidium tres habet ſpecies: ſunt enim homicidæ interfectores, detractores, & odium habentes de pœnitentia. diſt. 1. homicidiorum. & quattuor c. ſeq.

Quod primæ ſpeciei homicida eſt, quia non tantum de facto, ſed etiam de cõcilio vel fraude aliquem occidit. de pœn. diſt. 1. periculoſe. & c. noli.

Quod omnes vulnerantes tandem mortuum, vel conſilium, vel auxilium præbentes, homicidæ iudicantur, 23. q. 8. c. vlt. 23. q. 2. aliquando.

Quod non habens publicam adminiſtrationem, ſi male ſicum vel qualẽcunque criminoſum interfecerit, homicida iudicabitur. 23. q. vlt. quicunque percutit. & q. 4. ille gladium.

Quod ille miniſter eſt homicida qui ſponte ſua illum occidit, quem ſcit etiam à iudice cecidendum, 23. q. 5. cũ miniſter.

Quod homicida eſt qui arbortum viuentis animæ procurat. 32. q. 2. quod vero.

Item qui ſibi voluntariè membrum virile abſciderit, 55. diſt. ſi quis abſciderit.

Quod quicunque qualicunque modo ſe occiderit, homicida iudicatur. 23. q. 4. diſplicet. poſt med. q. 5. ſi non licet. per totum cap.

Quod videtur quòd propter periculum caſtitatis licet ſe ipſum occidere. 23. q. 5 non eſt.

Quod Sanſon qui ſeipſum occidit cum aliis per inſtinctũ ſpiritus ſancti, de crimine excuſatur. 23. q. 5. ſi non licet. ante ſi.

Quod pro illis qui ſuipſius homicidæ ſunt, non eſt orandum: nec ſunt cum fidelibus ſepeliẽdi. 23. q. 5. placuit vt hi.

Quod ad homicidium miſcere ſe cum aliis quilibet debet formidare. 23. quæſt. 8. ſi in morte Longobardorum.

Quod nulla lex innocentem occidere concedit. 23. q. 5. c. non licet.

Quod homicidia maximè clericorum per iudices ſæculares ſunt vindicanda, 23. q. 5. ſunt quædam.

Quod principi vel iudici iuſtè officium exercenti, homicidium ad culpã non imputatur, 23. q. 1. noli. & c. ſeq. q. 5. de occidendis. & c. miles. & quattuor c. ſeq. & c. nõ fruſtrà. & quinque c. ſeq.

Quod reum non iudex ſed lex occidit: & ſi parcit, contemptor eſt legis, 23. q. quæſt. 5. miles. & cap. iudex. & c. ſequen.

Quod perimere malos auctoritate principis, non eſt cõmittere homicidium. 23. qu. vlt. quicunque percutit. & q. 5. miles.

Quod ſancti patres zelo iuſtitiæ occidendo merebãtur, 23. q. 4. c. ea vindicta. & q. 5. remittuntur. & qu. 8. legi. & c. ſeq.

Quod cum impius interficitur, Chriſtus dilatatur: quia abominatio aboletur. 15. q. 1. nec is qui.

Quod excommunicatos zelo iuſtitiæ occidendo homicidium non incurritur. 23. quæſt. 5. excommunicatorum.

Quod ad depreſſionem inimicorum Chriſti licet clerico hortari laicos, nec ex hoc homicida reputatur. 23. q. 8. igitur. & nouem c. ſeq.

Quod clericus non debet eſſe iudex in cauſa ſanguinis, quia ex hoc efficitur irregularis. 50. diſt. miror. & quattuor c. ſeq. & c. de his clericis. & c. ſtudeat.

Quod furioſo vel mente alienato homicidium ad pœnã non imputatur. 15. q. 1. illud. §. itaque. in fin. & cap. aliquos. & c. ſi quis inſanieris.

Quod nec pùrè caſuale homicidi um quantum ad pœnitẽtiam imputatur, 50. diſt. hi qui arborem & c. ſeq. 15. q. 1. nec is. & c. ſi quis. 23. q. 5. de occidendis.

Quod nec caſuale imputatur homicidium ad irregularitatem. 50. diſt. clerico. & c. ſeq. & c. eum qui & c. hi qui arborem.

Quod pro homicidio inuoluntario vbi ſufficiens cautela non adhibetur, ſecundum magis & minus, leuior tamen quàm pro alio homicidio pœnitentia eſt imponẽda, 50. diſtin. ſtudeat. & quattuor c. ſeq. 15. qu. 1. ſi quis non.

Quod vbi per culpam quis in neceſſitatem homicidij venit, de homicidio non excuſatur, 15. quæſt. 1. illud. §. itaque.

Quod vbi ſine culpa quis ad neceſſitatem pertenit homicidij, non imputatur 50. diſt. ſæpè.

Item ſi dedit operam rei licitæ, & omnem cautelam adhibuit, non imputatur. 50. diſt. hi qui.

Quod cũ qui defendẽdo ſe vel ſocium homicidiũ cõmittit, minus imputatur. 23. q. 5. non eſt iniquitatis.

Quod interpretatiũ homicida dicitur qui cum poſſit fame morientibus non ſuccurrit. 86. diſt. paſce. & q. 1. de cimæ. in fi.

Quod paſtor cum delinquentes non arguit, ipſos tacendo occidit. 45. diſt. epheſiis.

Quod qui res epiſcopi vel eccleſiæ rapit, homicida iudicabitur. 12. q. 2. qui Chriſti. & c. qui abſtulerit.

Quod negans pœnitentiam morienti homicida dicitur, 16. q. 6. cognouimus.

Quod ille qui aliquem ad peierandum ſcienter compulerit, dupliciter eſt homicida, ideſt ſui ipſius, & alterius. 22. q. 5. ille.

Quod qui alium occidit, & qui alij detrahit, ſe ipſum occidit. de pœn. diſt. 1. homic. diorum.

Quod homicidæ per eccleſiam cogendi ſunt ad pœnitẽtiam agendam. 24. q. 3. itaque.

Quod quia diuerſi ſunt modi homicidij, iuxta hoc & diuerſitas culpæ debet pẽſari, 23. q. 5. cum homo.

Quod voluntatẽ vel furore laicum occidens ſeptem annorum pœnitentia eſt puniendus, 50. diſt. ſi qua.

Quod clericum vel religioſum occidens punitur pœnitentia grauiori, 17. q. 4. qui occidet.

Quod occiſor patris vel matris pœnitentia punitur ampliori, 33. q. 2. latorem.

Quod pro vxoris homicidio pœna grauiſſima imponitur, 33. q. 2. admonere.

Quod occidens vxorem abſque lege vel ſine cauſa, non debet nubere: tamen cum adoleſcente poteſt diſpenſari, 31. q. 2. interfectores. & duob. c. ſeq.

HONOR. Quod honor non eſt ſuſcipiendus niſi prius is qui adipiſci deſiderat, vires ſuas cum onere metiatur. 1. q. 1. non eſt putanda. & c. ſeruir. in fine.

Quod ſi ad honores mundi ſine merito laboris non peruenitur: multo fortius ad honores cœleſtiũ dignitatem, 61. diſt. miramur. in fi.

Quod honor etiam à digno cum metu eſt ſuſcipiendus, 1. q. 1. non eſt. in fine. 63. diſt. Valentinianus.

Quod nemo debet ſibi honorem aſſumere niſi à Deo vocatus, 8. q. 1. in ſcripturis.

Quod honor contemnenti & fugienti eſt offerendus. ibidem.

Quod honor per ambitionem ſuſceptus vergit ad culpã & ad pœnam, 40. diſt. multi. 1. queſt. 6. ſicut. 8. queſt. 1. ſunt.

Quod prælatus non ſuum ſed honorem eccleſiæ debet cupere, 99. diſt. ecce.

Quod qui honore eſt maior, in ſanctitate & in ſolicitudine debet eſſe perfectior, 100. diſtinct. rationis, 1. q. 1. viliſſimus.

Quod non qui maior fuerit in honore, eſt iuſtior, ſed qui iuſtior eſt, ille eſt maior. 40. diſt. multi. in fine.

Quod tunc prælatus honoratur quando à ſuis ſubditis honor quilibet debitus non negatur. 99. diſt. ecce. in fine. & c. nullus.

Quod quanto quis in maiori honore conſtitutus peccat. tanto plus eſt puniendus. 5. quæſt. 6. quia. §. preſbyteri.

Quod honor indebite oblatus eſt reſpuendus. 99. diſt. nullus.

Quod honor ſic ſingulis exhibendus eſt, vt ex hoc nulli derogetur, 99. diſt. ecce. 11. q. 3. qui reſiſtit. 25. q. 2. de eccleſiaſticis.

Quod ſacerdos in perſona Dei cuius miniſter eſt, honoratur. 2. q. 4. habet. in fine.

Quod ſacerdotes ſunt honorandi, quos Deus dicens ipſos Deos & angelos honorauit. 11. quæſt. 1. ſacerdotibus.

Quod dilectores huius ſæculi pro. honore terreno multa tolerant, pro honore cæleſti pauca, 47. diſtinct. omnes, in prine.

HOSPITALITAS. Quod hoſpitalitas per ipſum Chriſtum commendatur, 42. diſt. §. 1.

Quod hoſpitalitas exercenda eſt ad omnes indifferenter. 42. diſt. quieſcamus.

Quod hoſpitalitas omnibus exemplo ſanctorum patrum perſuaderur, 42. diſt. §. 1.

Quod zelandum eſt pro hoſpitibus, quia hoſpitalitas etiam apud barbaros inuiolabilis cuſtoditur. 32. qu. 7. offerebat.

Quod res clericorum debent eſſe communes, maximè in ſuſceptione peregrinorum & hoſpitum. 16. q. 1. quoniam quidquid.

Quod hoſpitalitas maximè à prælatis & religioſis eſt ſeruanda. 89. diſt. volumus, 12. q. 1. quia. circa finem. & q. 2. mos.

Quod prælatus domum ſuam hoſpitibus claudens non poteſt eſſe hoſpitalitatis exhortator. 32. diſt. §. 1.

Quod electus in epiſcopum, à confirmatione repellitur propter inhoſpitalitatem. 86. diſt. archidiaconum Florentinum.

Quod mali hoſpites, qui res exportant hoſpitantium, ſunt ſicut mus in pera, ignis in linu, & ſerpens in gremio: qui male ſuos remunerant hoſpites, 13. q. 1. eccleſias. §. ad hæc. poſt medium.

Quod hoſpitalium conſtructio & gubernatio ſpectat ad curam epiſcopi, 18. q. 2. quidam.

HOSTIARIVS. Quod hoſtiarij in veteri teſtamento iidem ſunt quod ianitores. 21. diſt. cleros.

Quod hoſtiarij eſſectus claues eccleſiæ tenere, & omnia quæ ſunt intus & extra cuſtodire. 25. diſtinct. perlectis.

HOSTIS. Quod hoſtis interior eſt mala voluntas. 23. q. 1. paratus. in fi.

Quod exterius hoſtem pugnantem neceſſitas debet premere, non voluntas, 23. q. 1. noli.

Quod capto hoſti miſericordia debetur, niſi pacis perturbatio timeatur, 23. q. 1. noli. in fine.

Quod hoſti fides ſi promittitur, eſt ſeruanda. 23. queſtio. 1. noli.

Quod in iuſto bello nihil refert vtrum hoſtis aperte, vel inſidiis expugnetur. 23. q. 2. dominus.

HVMILITAS. Quod humilitas eſt pœnitentiæ fundamentum. de pœn. diſt. 2. c. 1. in prin.

Quod humilitas exercitia ſunt viliopibus officijs ſe ſubdere, & miniſterijs indignioribus ſe tradere. de pœ. diſt. 2. §. 1.

Quod humilitas prælatis eſt commendabilis. 99. diſt. 2.

Quod in-

Quod nihil fulget in episcopali cerulee splendidius quã humilitas, 100. dist contra morem, ante finem.
Quod humilitas docendis & discendis persuadetur, 38. dist. sedulo, & c. nullus, 40. dist. inuiti. in fi. 24 quæst. 3. fi habes.
Quod virginitas cum humilitate est admiranda, 30. dist. hæc autem scripsimus.
Quod Christus verbis & factis exemplum dedit humilitatis, 93. dist. dominus. 9. q. 3. nullus. ante fi.
Quod neophyti & totius humilitatis ignari ad regimen ecclesiæ non sunt assumendi, 61. dist. statuimus. & §. i.
Quod boni pastores potius per humilitatis mansuetudinem student peccantes reuocare, quàm per austeritatẽ in foueam perditionis propellere, 45. dist. recedite.
Quod qui sibi vult ab aliis humiliter obediri & ipse suo superiori obediat, 1. q. 6. qui se scit.
Quod cum culpa non exigit, omnes secũdum rationem humilitatis æquales sumus, 22. dist. de Cõstantinopolitana.
Quod humilitatis causa non est in confessione mentiendum, 22. q. 2. cum humilitatis.
Quod humilitas non est vbi est falsitas, 22. q. 2. cum humilitatis, & c. incauti.
Quod ficta humilitas est cum superbia mista, 8. qu. 1. in scripturis. in fi.
Quod nemo prælatis suis sic humilitate debet subiici, vt cogatur ipsorum vitia venerari, 2. q. 7. admonendi.

IACOB. Quod Iacob dicendo se primogenitum non est mentitus, quia non ad natiuitatem, sed ad ius primogenituræ respectum habuit, 22. q. 2. quæritur. §. proxi.
Quod non præcedens, sed subsequens consensus Iacob in Liam fecit eos coniuges. 29. q. 1. §. sed obiicitur.
Quod Iacob licet in se esset bonus: tamen filios aliquos malos, aliquos bonos habuit, 32. q. 4. recurrat.
Quod in hoc quod vidit Angelos ascendentes & descendentes, vitam prælatorum actiuam & contemplatiuã designat, 88. dist. decrebit.
IACTARE. Quod iactare non debet se quis de statu perfectionis suæ, quia & Petrus post iactantiam cecidit, 6. q. 1. imitare.
Quod omni ornatu qui possit iactantiam inferre, debent carere clerici, 21. q. 4. c. 1. 23. dist. his igitur.
IDOLOLATRIA. Quod idololatria quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio est fornicatio spiritualis, 28. q. 1. idololatria.
Quod idolorum culturam subtilitas dæmonum adinuenit, 26. q. 4. sciendum. per totum cap.
Quod ille princeps est idolplatriæ qui tes suas quas pro hibere potest, permittit idolis immolari, 26. qu. 2. si de area.
Quod eligendum est potius fame mori quàm ob reuerentiam idoiothytis vesci, 32. q. 4. sicut satius.
Quod Salomon qui Deo templum constituxerat, excæcatus luxuria templum idolis fabricauit, 32. q. 4. Salomõ.
Quod idololatra fit quis interpretatiuè multipliciter vi delicet per eucharistiæ perceptionem indigna, 32. dist. præter hoc. §. porro.
Item per rebeliem obedientiam, 8. q. 1. sciendum. in fine.
Item per æstuantem auaritiam, 6. q. 1. quæro.
Item per sortilegiorum, & diuinationum obseruantiam, 26. q. 2. fors. §. feq. & c. sed & illud. & q. 5. §. 1.
IEIVNIVM. Quod ieiunium est duplex spirituale & corporale, de cons. dist. 5. ieiunium.
Quod magnum & præcipuum est ieiunium spirituale, vi delicet à peccatis abstinere. de conse. dist. 5. ieiunium. & c. nihil.
Quod ieiunium corporale, quod est à cibis abstinere, est auctorizabile, quia primo à Deo in paradiso est præceptum. 35. dist. sexto.
Quod à sanctis patribus & ab ecclesia est institutum. de conse. dist. 5. ieiunia in ecclesia. & tribus c. seq.
Quod ieiunium de quo non est præceptum: vt scandalũ vitetur, secundum morem patriæ est seruandum, 12. dist. illa, 76. dist. vtinam.
Quod ieiunium ab ecclesia institutum, sine causa nõ est violandum, de cons. dist. 5. ieiunia in ecclesia.
Quod ieiunium quadragesimale, quod est pro decima tẽporis anni, est diligenter seruãdum, 76. dist. statuimus. & duobus c. seq. de cons. dist. 1. solent, & 5. dist. quadragesima, & c. ieiunium.
Quod ieiunium quattuor temporum est omnino ab omnibus seruandum, 76. dist. ieiunium. & sex c. seq.
Quod quibus mẽsibus & quibus de causis seruãda sunt, & in veteri lege seruata sunt ieiunia quattuor temporum, habes, 76. dist statuimus & duobus c. seq.
Quod antiquitus primus mensis anni Martius computa batur, & de omni alio tempore quando quattuor tem pora ieiunabantur, 76. dist. statuimus, & c. seq.
Quod à modernis hoc ieiunium fit quarta proxima feria post diem cinerum, secundum in hebdomada Pentecostes, tertium in Septembri post exaltationem sanctæ Crucis, quartum in Decembri post festum sanctæ Luciæ, 76. dist. statuimus. Vnde versus.

Dat Crux Lucia, Cinerũ, quoq; chrismatadia,
vt fit in angaria quarta sequens feria.

Quod dies tres rogationum ante ascensionem domini sunt ieiunandi. de conse. dist. 3. rogationes.
Quod sicut in memoriam passionis sexta feria ieiunatur sic & sabbatum in memoriam sepulturæ est ieiunãdum. de conse. dist. 4. in sabbato.
Quod de ieiunio sabbati videtur mos patriæ seruandus, 12. dist. illa.
Quod die sabbati est à carnibus abstinendum. de conse. dist. 5. quia dies.
Quod in cœna domini non est soluendum ieiunium. de conse. dist. 3. non liceat. & c. seq.
Quod die dominico ne sequamur errores infidelium, nõ est ieiunandum, 30. distin. si quis tanquam. & c. si quis presbyter, 76. dist. ieiunium. de conse. dist. 3. ieiunium. & c. ne quis.
Quod nec ieiunandum est tempore paschali vsq; ad Pẽtecost. 76. dist. ieiunium. § non autem. & c. seq.
Quod ieiunantes illo tempore ex deuotione, nõ sunt arguendi, 76. dist. post. & c. vtinam.
Quod hora meridiana in ieiuniis est comedendũ. de con sec. dist. 1. solent.
Quod in quadragesima ieiunium soluit qui antequã vesperas dicit, vel audit, comedit. de consec. distinctio. 1. solent.
Quod in ieiuniis quattuor tẽporum, & in vigilia Paschæ circa vespertinam horam est celebranda, & postea comedendum de conse. dist. 1. solent.
Quod ordinans & ordinandus debẽt esse ieiuni, 75. dist. quod à patribus. & c. seq.
Quod excepta causa infirmitatis non debent communicare ieiuni. de conse. dist. 2. liquido, 50. dist. presbyteros, 26. q. 6. si quis de corpore, 4. dist. denique. in fine.
Quod moderantia cibi est in ieiuniis habenda. de conse. dist. 5. non dico. & c. seq.
Quod in ieiuniis (maximè quadragesimæ) est à magnis piscibus & cibis lasciuis & potibus abstinendũ, 33. dist. denique.
Quod ieiunium debet esse mundum, 18. dist. habeatur, 86. dist. quid prodest.
Quod primo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio, cognitio infirmitatis in cibo, 35. dist. sexto.
Quod ieiunium delinquentis vulnera curat, & curatos sanctificat. de conse. dist. 5. sint tibi ieiunia.
Item satisfacit pro commissis, 76. dist. igitur.
Quod viuentium ieiunia sunt defunctorum auxilia. 13. q. 2. animæ.
Quod ieiunium ex causa redimitur eleemosyna, 82. dist. presbyter. ante finem.
Quod duorum vel plurium dierum absque cibo ieiunia prohibentur. de conse. dist. 5. nõ dico. & duobus c. seq.
Quod an melius ieiunat qui sepius parum, quàm qui ingurgitando lautius ratius comedit. de conse. dist. 5. nõ dico. & duobus c. seq.

De hac materia require vbi agitur de Abstinentia.

IEZABEL. Quod Iezabel nonnullos prouocat stupro sui corporis ad immolandum idolis, 23. qu. 4. si illic. §. quod tunc.
IGNIS. Quod est ignis intensæ deuotionis, qui inflammat sacrificia deprecantium, 1. quæstio. 1. cum scriptura.
Quod est ignis veræ contritionis, quo igne decoloquuntur & purificantur pœnitentes, 27. quæstio. 1. impudicas.
Quod est ignis ĩdebitę vltionis, à quo prohibiti sunt apostoli ne exurerent Samaritanos, 23. q. 4. quid faciet. in fin. & c. seq.
Quod est ignis carnalis voluptatis, in quo igne bonus cõiugatus positus nescit ardere, 33. q. 4. vir cum propria, in fine.
Quod est ignis ambitionis & cupiditatis: qui tanquam ignis alienus exurit, & non mundat. de pœn. dist. 2. inter hæc.
Quod est ignis diuinæ consolationis, qui culpam exurit, non hominem, & sanat purè confitentes. de pœn. dist. 3. inter hæc.
Quod est ignis futuræ purgationis, qui excedit omnem præsentem pœnam, 26. dist. qui in aliud. de pœ. dist. 7. nullus expectet.
Quod ignis pũgatorius post hanc vitam credendus sit 25. dist. qualis. in fin. 33. q. 2. admonere, circa med. 1. q. 3. peruenit. de pœn. dist. vlt. nullus expectet.
IGNORANTIA. Quod ignorantia est triplex, videlicet bona, mala, & indifferens, 38. distin. quamuis. & §. sequen.
Quod bona est ignorantia eorum qui dant occasionem ad peccandum, quæ nescire melius est quàm scire, 38. dist. quamuis.
Quod mala est ignorantia quando ea quæ Dei sunt ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur, 38. distinctio. qui ea.
Quod ind. fferens ignorantia est in his in quibus nihil interest ad regnum Dei vtrum sciantur an non. 22. qu. 2. in quibus.
Quod alia est ignorantia facti, alia iuris, 1 q. 4. turbatur, §. notandum, 22. q. 4. innocens.
Itẽ ignorantia facti alia simplex, alia probabilis, alia crassa & supina.
Ignorantia simplex est vera & non simulata, in qua peccantibus est parcendum. 11. q. 3. excellentissimus. & c. seq. 6. q. 2. c. vl 1. q. 4. §. vl. vbi agitur de idolothytis.
Ignorantia probabilis est quę probari potest ex hoc quòd ex vitalis est pro tanto. 1. q. 1. si quis à simoniacis.
Ignorantia crassa & supina est quando factum omnibus publicum ignoratur: quæ neminem excusat, sicut lupi non excusantur, quia Christum aduen. sse ignorant, med. 1. q. 3. curæ. 8. q. 1. licet ergo, 20. distin. si decreta. 16. dist. quod dictis.
Ignorantia iuris alia est iuris naturalis, quæ omnibus adultis & discernentibus est damnabilis. alia est iuris ciuilis & canonici, quæ quibusdã permittitur ignorare, quibusdam non, 1. q. 4. §. vlt. in fine.
Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici excusat à tanto, 34. q. 1. si quis dederit. 3. 2. q. 6. quemadmodum. 6. q. 1. quęro.
Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici non excusat à toto, 1. q. 4. §. vlt. ante fi. 28. distin. presbyterum.
Quod filij Israel circa promissionem Gabaonitarum habuerunt ignorantiam facti, sed non iuris. 22. q. 3 nonc ens. §. 1.
Quod ignorantia inuincibilis, quæ est ex furore vel dementia si est ex casu, non imputatur: si autem vens ex culpa, noxia est, 15. q. 1 si quis insaniens. & ca. proxi. & c. illud. relatum. §. itaque.
Quod ignorantia vincibilis procedens ex negligentia excusat à tanto, sed non à toto, 32. qu. 7. quemadmodum.
Quod affectata ignorãtia est quando quis nonvult intelligere vt bene agat, 37. dist. c. vt.
Quod ignorantia est mala & periculosa, quia mater est cunctorum errorum, 38. dist. ignorantia.
Quod licet laicis sit noxia, sacerdotibus tamen qui ducatum præbere debent alijs, est periculosior, 37. dist. cap. vlt. §. itaque & 38. dist. c. 1. & sex c. seq.
Quod ignorans non semper errat, 38. dist. quamuis.
Quod dicitur quis ignorare quando non cognoscit illud esse peccatum quod facit, vel non tantum quantum est talis excusatur pro tanto, sed non pro toto, 8. dist. consuetudo.
Quod qui ignorat modum & qualitatem facti ipse tunc peccat quando ignorantia iuris laborat, 8. dist. consuetudo. exemplũ de Paulo sed tunc non peccat quando facti ignorantiam habet, 34. q. 1. in lectum.
Quod qui dando operam rei licitæ ignorans quid ex facto suo sit secuturum, vt ille qui volens patrem suum à leone liberare, sagittam mittit, & patrem occidit, non peccat, 23. q. 5. de occidendis. 50. dist. sæpe.
Quod licet aliquis ignoret se debere continere recipiendo ordinem, ex eo quòd recepit ordinem tenetur continere, 28. dist. presbyterum.
Quod licet quis ignoranter rebaptizetur, ad sacros tamen ordines non potest promoueri. de consec. dist. 4. qui bis.
Quod qui patre procurante ecclesiam simoniacè licet ignoranter adeptus fuerit, crimine careat, fructum tamen paternæ emptionis reportare non poterit, 1. q. 5. eos qui. §. ex hac.
IMITATIO. Quod imitatio Christi necessaria est nobis, ne ab ipsius corpore separemur, 56. dist. Dominus. 82. dist. propositi.
Quod filij Dei sumus, & ipsum imitari debemus. 56. dist. Dominus.
Quod Christus dedit exemplum imitationis in patientia & humilitate, 93. dist. Dominus.
Quod superiores nostros in bono imitari parati esse debemus, 22. dist. de Constantinopolitana. 63. dist. Valentinianus.
IMITATOR. Quod imitator debet se totius virtutis imitatorem ostendere, 63. dist. Valentinianus.
IMAGO. Quod imago ponitur circa finem, in litteray,
IMPERATOR. Quod Imperator catholicus filius est non præsul ecclesiæ, 96. dist. si Imperator.
Quod nihil honorificentius quàm quòd Imperator filius ecclesiæ dicatur. 23. quæsti. octaua, conueniot. ante fi.
Quod Imperator Constantinopolitanus Papæ coronam omnemque regiam dignitatem in vrbe Romana & in Italia & in partibus occidentalibus concessit, 96. dist. Constantinus.
Quod nulli Imperatori licet decernere de electione summi pontificis, & de rebus ecclesiasticis. 96. distinction. §. 1.
Quod Imperator, aduocatus, & defensor debet esse ecclesiæ. 97. dist ecclesiæ meæ.
Quod Imperator debet iurare fidelitatem Papæ, & bona ecclesiæ defendere. 63. distinctione tibi Domino.
Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vsurpare, 96. distinctio. cum ad verum.
Quod Imperator pendet ex Papæ iudicio, non Papa ex Imperatoris, 50. dist. Domino sancto.
Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare, 63. dist. Valentinianus. 96. dist. duo sunt.
Quod Imperator potest interesse concilio pontificis pro confirmatione fidei, alias non. 96. dist. nos ad fidem. & c. vbinam. & c. satis.

Quod nec speciat ad Imperatorem prælatos ecclesiæ iudicare. 96. dist. si Imperator. & cap. in scripturis.
Quod Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui, quia Imperator subest ecclesiæ, 10. distin. per totum.
Quod ab Imperatore non potest peti cognitio publicorum iudiciorum clericorum: sed episcopale potest peti. 11. q. 1. placuit vt quicũq;. 21. q. 5. si quis à proprio.
Quod Papa potest Imperatorem excommunicare: quia Gelasius Papa Anastasium Imperatorem excommunicauit. 96. dist. duo sunt, Vide quod ibi not.
Quod Papa Zacharias deposito rege Fracorum tradidit regnum Pipino patri Caroli Imperatoris. 15. q. 6. alius.
Quod Lodouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renuntiauerunt priuilegio super prouisione Papæ, quod summi pontifices propter schismaticos cõsulerant Imperatoribus, 63. dist. per totum. & c. præcipue. §. ex his.

De hac materia habes vbi agitur de Rege.

IMPOSITIO. Quod impositio manus quia non est aliud quàm oratio super hominem repeti potest, 1. q. 1. manus.
Quod hi qui baptismum ab hæreticis susceperint, nõ sunt rebaptizandi, sed tantum per impositionem manus sunt confirmandi, 1. q. 1. hi qui baptisma.
Quod cum episcopo benedictio super caput funditur, omnes episcopi presentes manus imponẽdo debent ipsius caput tangere. 23. dist. episcopus.
Quod episcopo presbyterum ordinante, & manum super caput eius ponente omnes presentes presbyteri debent manus suas iuxta manum episcopi tenere. 23. distin. presbyter.
Quod diaconus & sacerdos quando ordinantur accipiũt manus impositionem, 5. q. 6. quia iuxta. 23. dist. diaconus.
Quod episcopo manus imponente super ordinandum, & alio orationem dicente nihil agitur, 23. dist. quorum dam.
Quod subdiaconus quia in ordinatione sua impositionẽ manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit. 23. distinct. subdiaconus.
Quod absque impositione manus episcopi, etiam si tonsuram clericalem quis ab eo habeat, non licet publicè in ecclesia legere. 69. dist. quoniam.
Quod abbati cui imposita est manus per episcopum, & est presbyter, licet in proprio monasterio cõferre duos minores ordines, 69. dist. quoniam.
INCANTATIO. Quod incantatio ex magicis artibus siue ex characteribus proueniens, siue ex consultationibus dæmonum, damnabilis est. 23. q. 3. illud.
Quod attendere inanem signorum in cœlo fallaciam in coniugijs sociandis, in domibus ædificandis, & in arboribus plantandis, incantatio illicita est, 26. quæst. 5. non liceat.
Quod infideles reputantur matres, quæ pueris suis capita dolentibus vel alia infirmitate laborantibus præter Pater noster, & Credo in Deum, quærunt ligaturas sacrilegas & incantationes. 88. dist. quoniam non. ante med.
Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedij præstant. 26. q. vlt. admoneant.
Quod gemmæ vel herbę ad infirmos possunt portari sine incantatione. 26. q. vlt. c. vlt.
Quod incantationes ab ecclesia sunt reijciendæ 26. q. 5. non oportet. & capitul. augurijs. & capitu. vltimo, admoueant.
Quod incantatores sunt infames. 6. quæstione prima, infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & vbi agitur de Sortilegio.

INCENDIARIVS. Quod incendiarius dicitur nõ solum qui facit, sed qui iubet & consentit, 23. q. vlt. si quis membrorum.
Quod incendiarij nocturni præcipue rerum ecclesiasticarum sunt grauius puniendi. 12 quæstio. 2. cum deuotissimam.
Quod incendiarij sunt à communione fidelium quousque satisfaciant sepatandi, 23. q. vlt. si quis membrorũ.
Quod incendiarij ex odio vel malitia & ipsis consentientes sunt excommunicandi. 23. q. vlt. pessimam.
Quod incendiarij cum satisfactione prætentorum, & iuramento de vltra non committendo, debent absolui. 33. q. vlt. pessimam.
Quod quia forma absolutionis incendiariorum consors est cum forma absolutionis excommunicatorum, videtur, quòd à canone ipso facto sunt excommunicati. 23. q. vlt. pessimam.
Quod episcopus qui pœnitentiam incendiariorum, quę est per annum esse vltra mare, relaxauerit, ab officio episcopali per annum abstinebit. 23. q. vlt. pessimam.
Quod incendiarius si sine satisfactione & pœnitentia mortuus fuerit, carebit ecclesiastica sepultura. 23. q. vlt. pessimam.
INCEPTIO. Quod inceptio siue inchoatio bonę vitæ non potest fieri nisi cum charitate. de pœn. dist. 2. §. non autem.
Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. de pœn. dist. 2. si enim. inquit. §. multi.

INCESTVS. Quod incestus est consanguineorum vel affinium abusus. 36. q. 1. lex illa. §. cum ergo.
Quod virgines quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ quàm incestæ sunt. 27. dist. virgines.
Quod incestum committit qui sponsam fratris sui, licet ab eo non cognitam, duxit in vxorem. 27. q. 2. si quis desponsauerit.
Quæ sunt personæ consanguineæ vel affines cum quibus incestus committitur, habes 35. q. 3. de incestis, & c. nec eam.
Quod incestus quantum ad peccatum grauior est adulterio. 32. q. 7. adulterij.
Quod incestuosus nec testificari, nec accusare potest, quia infamis. 3. q. 4. consanguineorum. 6. q. 1. infames.
Item incestuosi à communione fidelium sunt separandi, 25. q. 8. c. vlt.
Item incestuosi non debent matrimonium contrahere, 32. q. 7. quædam. & quinque c. seq. 34. q. vlt. in lectum.
Quod incestum committens ex sua culpa, post mortem viri non debet contrahere, 34. q. vlt. in lectum. & c. seq.
Quod possunt contrahere matrimonium quorum incestum excusat ignorantia, 34. q. vlt. in lectum. & c. seq.
Quod filij de incestu procreati non reputantur filij quãtum ad paternam successionem. 35. q. 7. c. 1.
INCONSTANTIA. Quod inconstantia animi perpenditur quando episcopus vel presbyter dimissa sua ecclesia proptia temeritate, sine causa alibi vagatur. 7. quæstio. 1. non oportet. vsque ad §. quòd vero.
Quod inconstans prælatus iudicatur, qui propter tribulationem à grege sibi commisso se elongat. 7. q. 1. suggestum. & duobus cap. seq.
Quod constantia in vouentibus castitatem & non seruantibus reprobatur, 17. q. 1. vouentibus.
Item à monachis à professione sui nominis & religionis & à religione recedentibus. 16. q. 1. si cupis. & c. placuit. & c. iuxta.
Quod inconstantes sunt qui bona facere deliberant, & effectui non mancipant. 17. q. 1. qui bona.
INCORRIGIBILITAS. Quod incorrigibilitas in episcopo est detestabilis. 34. dist. quorumdam.
Quod qui sacerdotali admonitione de malis non corriguntur, ab ecclesia sunt separandi. 16. qu. 1. in canonibus. in fi.

De hac materia habes, vbi agitur de Correctione.

INDVLGENTIA. Quod indulgentia peccatorum fit per pœnitentiam, 1. q. 7. si quis omnem.
Quod bonus est Dominus in omnibus, & aperta viscera eius omni homini pęnitenti. 1. quæst. 7. si quis omnem. post medium
Quod Deus peccatori conuertenti se, præstat indulgentiam. de pœnit. dist. 1. facilius. §. hoc idem.
INDVCIAE. Quod inducię tam actori quàm reo dandę sunt à iudice, ne à quacumque parte propere agatur, vel per surreptionem, 3. q. 3. induciæ.
Quod induciarum tempus quantum ad testium vel instrumentorum productionem, si in eadem prouincia lis agitur, tres menses. si verò in aliavicina, tantum sex: si verò in vltra marina, no uem menses indulgentur. 3. q. 3. induciæ. §. 1.
De aliarum rerum inducijs habes 3. quæst. 3. induciæ accusatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione, & vbi agitur de Acceleratione.

INFAMIA. Quod infamia non de facili debet credi, sed probata citius vlcisci. 11. q. 3. in cunctis.
Quod duplex est infamia, videlicet iuris canonici, quæ est crimen mortalis peccati vel excommunicationis, hæc tollitur quantum ad culpam per pœnitentiam & absolutionem. 6. q. 1. illi qui. sed quantum ad infamiæ notam, si sunt clerici, non tollitur nisi per Papam. 2. q. 3. Euphemium. §. hinc autem.
Alia est infamia iuris ciuilis, quæ multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti. Aliquando genere pœnæ. Aliquando genere vtriusque. Aliquãdo genere facti. 3. q. 7. infames. in fi. & §. porro. huius infamiæ notam non potest delere nisi ciuilis iudex, cuius interest legem condere. 2. q. 3. Euphemium. §. proximo.
Quod infamiam quandoque incurrunt boni ex diuina dispositione, vt purgentur vel probentur, 6. q. 1. sunt plurimi.
Quod in infamia ad constantiã recurrendum est, & si nõ inuenitur malum quod dicitur in lætitiam debemus profilire. 11. q. 3. inter verba.
Quod in infamia si nobis testis est in cœlo, & testis in corde, dimittendi sunt stulti foris loqui quod volunt. 11. q. 3. inter verba. & c. seq.
Quod non omnes lege canonum sunt infames quos leges sæculi infames pronuntiant. 2. q. 3. Euphemium. §. proximo.
Quod licet illa que intra tempus luctus nubit, secundum leges sæculi sit infamis, secundum canones non est infamis. 2. q. 3. Euphæmium. §. proximo.

Quod multa & varia sunt crimina quæ reddunt homines infames, quæ ponuntur, 3. q. 5. constituimus, & 6. q. 1. infames.
Quod fidei Christianæ & auctoritatis apostolicæ status præuaricatores sunt infames. 2. q. 7. alieni.
Item omnis hæreticus & infidelis est infamis. 2. q. 7. alieni, 6. q. 1. infames.
Item simoniacus, 1. q. 3. sane.
Item omnis apostata qui à tramite propositi sui recessit. 2. q. 7. alieni, 3. q. 4. si quis à vero.
Item omnis incestus macula pollutus, 3. q. 4. consanguineorum.
Item infamis est clericus qui ex sua culpa irregularis efficitur, 6. q. 1. omnes vero.
Item infames sunt qui superiores suos calumnioſè impetunt, 3. q. 4. consanguineorum.
Item omnes parrum inuatores, 3. q. 5. omnes.
Item omnes episcoporum vel abbatum calumnioſi accusatores vel conspiratores, 3. qu. 4. clericus, & c. seq. 11. q. 1. conspirationum.
Item omnes qui malitioſè aduersus sacerdotes ãmãtur, 6. q. 1. sacerdotes.
Item histriones & omnes turpitudinibus deseruiẽtes, 4. q. 1. diffinimus.
Item sepulchrorum violatores, 6. q. 1. infames.
Item ecclesiasticorum prædiorum direptores, 17. q. 4. attendendum.
Quod non est communicandum malis, ne infamiam male agentium in nos transferamus, 14. q. vlt. hi qui.
Quod infamis nec aduocatus nec procurator esse potest, 3. q. 7. infamis.
Item nec accusator nec testis esse potest, 3. q. 4. nulli, & q. 5. omnes, 4. q. 1. diffinimus, 6. q. 1. beatus, & c. seq.
Quod infamia maximè clericorũ propter scandalũ aliorum inducit purgationem, 2. q. 4. presbyter, & duobus cap. seq.
Quod accusans de crimine & probare non valens, infamis efficitur, 2. q. 4. c. 1. & 5. q. vlt. omuis qui.
Quod infamatores hominum sunt peiores direptoribus rerum, 6. q. 1. ex merito. & c. deteriores.
Quod infamatores hominum sunt etiam corporaliter affligendi, 5. q. 1. c. 1. & q. 6. delatori. & c. si quis.
Item infamatores sunt excommunicandi, 5. q. 1. quidam.
Quod infamis dicitur locus vbi crimẽ committitur, 31. q. 5. tolerabilius.
Quod lupanaria non infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam.
INFIDELITAS. Quod an infidelitas est credere se cum multitudine mulierum per multa terrarum spatia noctis tempore super quadã bestias equitare: vel huiusmodi phantasmata à malignis spiritibus mentibus & non corporibus irrogentur, 26. q. 5. episcopi.
Quod sacerdotes populum ab hac infidelitate remouere debent, quia non talia patitur corpus, sed infidelis animus, 26. q. 5. episcopi.

De Infidelitate habes vbi agitur de Fide & fidelitate.

INFIRMITAS. Quod infirmitas duplex est, videlicet corporis, & animæ, 15. q. 5. §. 1. & c. illud. §. itaque. 49. dist. hinc etenim per totum.
Quod mentis siue animæ infirmitas duplicatur, vna est quæ vitium appellatur, qua infirmitate anima à Deo separatur, vt est ira & odium & huiusmodi.
Alia autem infirmitas animæ non est peccatum: sed pœna peccati, vt obliuio & ignorantia, 15. q. 1. illud. §. ita que.
Quod infirmitas corporis duplicatur. Est enim vt lãguor naturæ, quæ carnis concupiscentia siue fomes dicitur. Alia est quæ propriè corporis infirmitas appellatur, qua elementorum seu humorum concordia turbata caro ijsa afficitur, & tandem diſſoluitur, 15. q. 1. illud. §. itaque.
Quod infirmitas sine causa à Deo non immittitur, licet ab homine ea ignoretur, 7. q. 1. cum percussio, 15. q. 1. illud. §. itaque.
Quod infirmitas corporalis excusat à pœna iudicis, 17. dist. placuit vt quotiescunque.
Quod non posse comparere reputatur qui infirmitate detinetur, 5. q. 3. si ægrotans, 18. dist. si episcopus.
Quod infirmitas mentis, quæ est dementia, excusat à culpa in ipsa perpetrata & à pœna, 15. q. 1. illud. §. itaque. in fi. 3. q. 9. indicas.
Quod episcopus propter infirmitatem corporalem non priuatur episcopatu, sed datur ei coadiutor, 7. q. 1. fere per totum.
Quod propter infirmitatem mentis seu dementiam potest alter ei substitui, 7. q. 1. quamuis.
Quod episcopus vel presbyter laborans morbo caduco suspenditur à sacrificio missæ, 7. q. 2. in litteris.
Quod cessante infirmitate debet restitui qui propter infirmitatem est destitutus vel suspẽsus, 7. q. 1. in litteris.
Quod vrgente infirmitate resignans beneficium, vouens intrare monasterium, & vltra non proceſſit, si non intrat, restituitur ad beneficium, 17. q. 2. c. 1.
Quod proprium debet esse prælatorum cõpati infirmitatibus subditorum, 24. q. 1. quæ dignior. in fi.
Quod infirmis non est pœnitentia iniungenda, sed innocẽtia, & amicorum orationibus & eleemosynis subleuanda, 26. q. 7. ab infirmis.

INGRATITVDO. Quod ingratitudi est reddere malum pro bonis, 23.q.3.sex.
Quod hoc vitium incurrunt qui pleni virtutibus in pec catum cadentes à Deo recedunt, de pœn.dist.5.constituerat, §.dolendum.
Quod ingratitudo auctoritate canonum & legum culpatur, 12.q.2.octaua.
Quod ingratitudo retrudit manumissum in seruitutem, 12.q.2.episcopus qui mancipium, c.liberti ecclesiæ, & c.sequen.
Quod pro ingratitudine potest quis à suo domino priuari beneficio, 22.q.5.de forma circa finem.
INIVRIA. Quod iniuria pensanda est non ex opere, sed ex voluntate, 15.q.1.si quis non iratus.
Quod bonis dispensatione diuina infertur iniuria, vt purgentur, 1.q.1.sunt plurimi.
Quod iniuria propria patienter est sustinenda, sed Dei vlciscenda, 33.q.4.inter querelas, & §.seq.
Quod tempore Heliæ ignis non fuit pro iniuria prophetæ, sed Domini, cuius cultus (pernebatur, 23.q.4.si illic.§.sed obiicitur, & c.Guilielmus.
Quod nostras & nostrorum patienter exemplo sanctorū debemus tolerare iniurias, 23.q.1.per totū, & q.4.qui secundum, & q.5.non est nostrum.
Quod iustus patienter tolerans iniuriam ecclesiæm mere tur coronam, 11.q.3.& si, & c.qui iustus.
Quod à perfectis licitè non verberibus, sed verbis moderatis iniuria propulsatur, 23.q.1.paratus.
Quod prælatorum iniuriæ degradatione puniuntur, 11.q.1.si quis sacerdotum,
Quod iniuria episcoporum est iniuria Christi, cuius legatione funguntur, 2.q.7.accusatio quoque.in fin.
Quod species eleemosynæ est iniuria dimittere, 45. dist. & qui, & duobus c.seq.
Quod iniuria semel dimissa nō debet amplius ad animū reuocari, 23.q.4.si illic,
Quod iniuriās satisfacere tenetur læsor, nec cogitur quis superbo indulgere priusquam humilietur, 23.qu.4.si illic.
Quod nolens pro iniuria satisfactionem accipere inedia punitur, 95. dist.si quis contristatus.
Quod secundum varietatem iniuriarum debet esse respectus pœnarum, de pœn.dist.1.vulgaris, & c. pœnæ. 50. dist.quia.
Quod qui aufert sua ab inuito, non iniuriam infert, 14. q.5.non sane,
Quod cum alterius iniuria nulli est subueniendum, 14. q.5.igitur.& c.denique.
Quod nec Deo gratum est obsequium cum iniuria alio rum, 14.q.5.c.1.& 2.
INIVSTITIA. Quod iniustitia iniquitate culpatur commissa in rebus proximorum, 14.q.5.immolans,& tribus c.seq.
Quod culpatur iniustitia prælatorum commissa respectu subditorum, 23.q.4.si quos post med.
Quod inculpatur iniustitia diutum commissa respectu pauperum, 42.dist.si quis.ante fi.

De *iniustitia habes vbi agitur de Iustitia.*

INNOCENTIA. Quod quem innocentia adiuuat, dignum est, vt alia castigatio non affligat, 2.q.4.Mennam, 3.q.9.dignum.
Quod innocens de omnibus bene iudicat, qui fidem in omnibus esse arbitratur, 22.q.4.innocens.
Quod ad officium innocentis pertinet non solum malū non inferre, sed etiam mala cohibere, 23.q.5. non est innocentiæ.
Quod qui non ex odio, sed amore corripit delinquentē: non solum castissimè innocentiæ, sed diligentissimè seueritatis impleut officium, 23.q.4.ita plane.
Quod an innocentes debent præferri in præluris lapsis pœnitentibus, 12.dist.nos consuetudinem, 16.q.1.legi.circa princ.
Quod videtur quòd exemplo Petri lapsus pœnitens innocentibus in prælaturis debet præferri, quia talis subditis nouit compati, 50.distin.considerandum.& c.fidelior.
INOBEDIENTIA. Quod inobedientia est peccatum arioland,& scelus idolatriæ nolle acquiescere, 81.dist.si qui tunt, 32.dist.præter hoc.§.porro.
Quod qui præcepto Papæ non obedit, peccatum idolola triæ incurrit, 81.dist.si qui sunt.
Quod omnes clerici qui non sunt sub obedientia episcopi, sunt acephali, 93.dist.nulla.& c.seq.
Quod vbi duo superiores mandant oppositа, inferiori nō est obediendum, 11.q.3.qui resistit, & c.seq.
Quod inobedientes paternis iussionibus, spuioribus debent corrigi vindictis, 23.q.3.iustum est.
Quod inobedientia punitur per excommunicationē, 38. dist.decernimus, 34.dist.quorundam.in fi. 11.q.3.si autem.& tribus c.seq.
Item punitur per depositionem vel degradationem, 11.q. 3.si quis sacerdotum, q.3.absit. 34.d.st.quorundā.in fi.
Item punitur per corporalem afflictionem, 11.q.1.si quis sacerdotum, 7.q.1 denique.
Quod prophetа ad schismaticos missus propter inobedientiam à leone occiditur, 7.q.1.denique.
IMPOTENTIA. Quod impotētia coēūdi si post carnalem copulam superueneri, nō soluit matrimonium, fiante venit, liberum facit alterum in matrimonio alijs copulari, 27.q.2.quod autem, §. cæce impossibilitas, 33, q.1.quod autem,
Quod propter impotentiam à copula coniugali se paratus liberè potest ad ordines promoueri, 27.q.2.quod autem §.1.
Quod naturalis siue perpetua impotentia soluit matrimonium, accidentalis vero quæ fit per malefic ium, si cessauerit, solutum restituit, 33.q.1.quod autem, in fi. & duobus c.seq.
Quod impotens coram iudice apparere non cogitur qui infirmitate detinetur, 5.q.3.si ægrotans.
IMPVNITAS. Quod impunitas culpę viam facit aliis delinquendi, 35.q.9.loci, & 2.q.7.quapropter, 93.dist. peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione & de Pœna,

INQVISITIO. Quod inquisitio facienda est de condītione clericorum priusquam confirmentur, 47. dist. de Petro. 23, dist.illud.
Item facienda est de infamiis subditorum antequam creatur, 2.q.1. Deus omnipotens, 30.q.vlt.nullum.
Item facienda est de culpa puniendorum priusquam puniantur, 28.dist.quia sunt, 86.dist.si quid & c.tanta.
Item faciēda est inquisitio tam superstatu clerici quàm populi ab episcopo, bis in anno concilium celebrando, 18.dist.quoniam.
Quod episcopus in synodis sub iuramento debet periculа inquirere animarum, & inquirenda committere, 35.q.6.episcopus.
Quod episcopi visitando parochias plus debent inquire re de lucro animarum, quàm de lucro temporalium rerum, 18.q.3.cauendum est.
Quod inquisitio ad veritatem facti non potest peruenire nisi diligenter circumstantiæ inquirantur, 23.q.8.occidit,
Quod iudicantem oportet cuncta rimari: & ordinem rerum plena inquisitione discutere, 30.q.vlt.c.vlt.
Quod confessor debet esse sapiens & diligens inquisitor de loco, tempore, & de aliis circumstantiis peccatorū, de pœ dist.6.§.1.post medium.
Quod veritas diligentius inquisita magis splendescit in lucem, 35.q.9.c.graue.
Quod iudici magis necessaria est leuis inquisitio, quàm atrox punitio, 23.q.5.c.in fin.
INSANIA. Quod insania continue laborās si quid cō miserit, non imputatur, 15.q.1.si quis insaniens.& c.illud.§.cum igitur.in fine,
Quod sicut insani mente non res sed phantastica rerum videnr, sic mens auari semper aurum & similia videt, 47.dist.sicut.
Quod qui infirmitate vel feruore passionis pressusi qd vouerit vel promiserit, nisi ratum postea habeat, nō tenebit, 17.q.2.Gonsaldus.
Quod sacerdos tempore insaniæ occidens hominem, licet quantum ad culpam innocens sit, ab executione tamen officij abstinebit, 15.qu.1.si quis non iratus.
Quod ad sacros ordines non promouetur qui aliquādo insaniuit, sed promotus post insaniam sanatus celebrabit, 5.q.1.si quis non.in fin.& 33.dist.maritum.
Quod episcopus insanus renuntiare non potest nisi habeat lucida interualla, 7.q.1.quamuis,

De materia habes vbi agitur de Dementia.

INSPIRATIO. Quod inspiratio spiritus sancti soluit à lege statutum, 19.q.2.duæ,
Quod vbi spiritus spirat: etiam prælato suo contradicente ad meliorem vitam potest quis transire, 19.q.2.duę.
Quod sancti patres ea quæ videntur irreprehensibilia, in spiratione diuina fecerunt, 23.q.5.si non liceat.per totum c.
Quod dominus per occultam inspirationem reuocat à malo, 23.q.6 quod erraverat.
Quod inspiratione diuina castitas habetur, 28.distin.de his.
Quod præsens ecclesia inspiratione diuina instituitur, 8. dist.qui contempta.
Quod qui post inspirationem diuinam & reuelationem in quo errauerat perseuerat, obstinatus est, 8.dist. consuetudo, 21.dist.nunc.
INSTRVMENTVM. Quod instrumenta chartarū debent sacerdotes cōficere de rebus propriis & ecclesiarum quas de nouo intrant, 12.q.4.c.1.
Quod quia sæpè proprietati originis obsistit longinquitas temporis stipendia de rebus ecclesiarum quæ recipiuntur ab episcopis, debent reddi in instrumentis, 12. q.2.sæpe.& c.longinquitate,
Quod defuncto episcopo omnes res ipsius, ne ab ecclesia alienentur, à canonicis debent conscribi, 12.q.5.sicubi.
Quod instrumenta vi extorta maximè à clericis, nullius sunt vigoris, 15.q.6.c.1.& c.auctoritatem.
Quod seruus non potest instrumentum condere testamenti, 13.q.2.illud etiam,
Quod vbi tabellio siue manus publica ad instrumenti subscriptionem nō habetur trium testium sufficit subscriptio, 16.q.3.placuit.& §.is autem.
Quod sacerdotes pro negotiis sæcularibus non debent poni in instrumentis pro testibus, 14.q.2. quanquam.
INTENTIO. Quod intentio operi indifferenti finem imponit, 41 dist.quisquis.c.delictæ.& c.quod dicit.
Quod bona intentio non excusat opus malum, 1.q.1.nō est per totum.
Quod mala intentio facit opus bonum non valere, 23.q. 5.cum multi.
Quod Deus plus respicit intentionem & voluntatē quā actus, 15.q.6.si quandoque à sacerdotibus, in fi. 22.q. 5.qui peccare.
Quod iuramenta secundum intentionem præstantis nō recipientis à Deo iudicantur, 12.q.5.humanæ,§.1.
Quod nemo debet considerare verba: non enim intētio verbis, sed verba intentioni debent deseruire, 22.q.5. humanæ.
Quod ream linguam non facit nisi rea intentio, 22.q.2. homines,& duobus c.seq.
Quod ea quæ post intentionem contingunt, non imputā tur, 23.q.5.de occidendis,& c.cum homo.
Quod officia vindictæ possunt implere boni bona intentione, 23.q.5.officia.
Quod qui hac intentione male accipit, vt bene dispeſer aggrauatur potius quàm iuuatur, 1.q.1.non est,& 14. q.5.forte.32.q.4.sic non sunt.
INTERCESSIO. Quod intercessio bonorum, quæ est pro salute proximorum est superiori porrigenda, 23.q.5.prodest.
Quod cum qui displicet ad intercedendum mittitur: ira animus ad deteriora prouocatur, 3.q.7.in graubus.
49.dist.§.1.
Quod sacerdotes in præiudicium aliorum nō debent intercedere: quia qui vincitur, intercessoris beneficio victum arbitratur, 14.q.5.denique.
Quod clericis proprium est pro confugientibus ad ecclesiam intercedere, quia hoc non est malos defendere, sed humanam sæuitiam reprimere, 14.q.6.si res. 17.q. 4.reum. 23.q.5.reos. 14.q.vlt.hi qui,
INTERPRETATIO. Quod interpretatio canonū spectat ad eum qui habet ius condendi eos, 25.q.1. ideo.§.his ita,
Quod Romana ecclesia sic canones condidit, quod ipsorum interpretationem sibi retinuit, 25.q.1.ideo.§. his ita,
Quod si in canonicis libris aliquid veritati contrariū inuenimus, vel mendosum Codicem debemus credere vel nos interpretem non intelligere, 9.dist.ego.
Quod ecclesiæ interpretatio si habet eloquentiæ venustatem est dissimulanda & fugienda, 38.dist.ecclesiastica,
Quod omnis lingua habet quædam propria locutionū genera quæ cum in aliam transferuntur videntur absurda, 37.dist.loquitio.
Quod qui scripturam sacram aliter interpretatur quàm spiritus sanctus flagitat.hæreticus est, 25.q.1.hæresis, 37.dist.vnio.
INTRVSIO. Quod intrusus episcopus non est habē dus pro episcopo, nec habet executionem, 62.dist.c. 1.& 63.dist.si per.
Quod intrusi prælati vel schismatici temporaliter & æternaliter à domino puniūtur, 7.q.1.denique.per totū c.
Quod intrusus priuatur dignitate, 63.dist.omnis.

De hac materia habes infra de Inuasore.

INVASOR. Quod inuasor sedis apostolicæ anathematizatur, 79.dist.si quis ex episcopis, & c.si quis peccuniam.
Quod inuasor alterius ecclesiæ episcopus non est dicendus secundus, sed nullus episcopus, 7.q.1.factus.
Quod inuasor alterius sedis scienter à ministerio ecclesiastico est repellendus & incarcerandus, 2.q.1.in primis.circa principium.& 7.q.1.præsentium.
Quod prælati suis ecclesiis postpositis alias inuadentes sunt adulteri & infames, 3.q.2.audiuimus,
Quod inuasor alterius ecclesiæ si admonitus dimittere contempserit, sæculari brachio est excludendus, 11.q. 1.petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia materiali, in fine, & supra de Intruso.

INVENTARIVM. Quod inuentarium dicitur scriptura vbi omnia quæ inuenta fuerint, diligenter cōscribuntur, 12.q.2.charitatem.
Quod decedente episcopo omnes œconomi & canonici ecclesiæ illius in mutua presentia de omnibus rebus debent inuentarium facere, 12.q.2. charitatem, & 12.q. 3.sicubi.
INVIDIA. Quod inuidia est mortale siue capitale peccatum, 25.dist.vnum.§.alias.
Quod inuidia perseuerans habet radicem in interioribus medullis reconditam, de pœnitent. distinctio.2. cap.1.
Quod propter prælationis inuidiam Cain fratrem occidit, 35.dist.sexto.
Quod penuria non est quàm Christianos suis facere doubus inuidere, 6.q.1.sunt.§.verum hac.

Quod

Quod qui bonos ex leui suspicione accusat, hic non charitatis sed inuidiæ stimulis exagitatur. 6.q.1.si omnia.
Quod clericis præcipue conuenit inuidiam non habere, 23.dist.his igitur.
Quod qui potius consuetudinem quàm veritatem fratribus reuelatam præsumit sequi, inuidus est, 8.dist. qui contempta.
Quod inuidia curatur per suum contrarium, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus se seruiendo, de pœ.dist.2.c.1.
INVITVS Quod inuitis multa bona præstantur quādo eorum consultur vtilitati, 45.dist.& qui. 23.q.4. nimium.per totum.c.discipliceт. per totum.
Quod interdum quis vel metu flagellorum, vel inducta disputationum de nolēte efficitur volēs, 23.q.6.vides.
Quod Iudæus non est cogendus fidem accipere inuitus, 45.dist.de Iudæis.
Quod à fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire, 23.q.4.displicet.per totum.& q.6.per totum.45. dist. de Iudæis.
Quod qui inuitum ad bonum cogit, non ipsum persequitur, sed diligit 23.quæstio.5.non vos. & quæst.4. ipsa pietas.
Quod nemo potest esse bonus inuitus, 23.quęstio. sexta, vides.
Quod licet episcopus inuitos non posset ordinare, potest tamen inferiores ordinatos ipsis contemptoribus præferre, 74 dist.consuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Coactione.

IOANNES. Quod Ioannes Baptista Herodem ab incestu prohibens ostendit coniugia fuisse inter infideles, 26.dist.vna tantum.§.Ioannes.
Quod Ioannes Euangelista verbo & facto schismaticos & hæreticos docuit vitare, 24.q.1.omnis qui.
IOSEPH. Quod Ioseph qui non cognouerat Mariam conceptum sentiens in ea, ex benignitate voluit eam occulte dimittere, 2.q.1.si peccauerit.
Quod inter Ioseph & Mariam quando commendata fuit Ioanni, non videtur fuisse diuortium: quia Ioseph nō. cognouerat eam. 27.q.2.quod autem.& §.seq.post medium.
Quod an inter Ioseph & Mariam fuerit coniugium cum ipsa carnalem non senserit copulam, 27. q.2.§.1. & c. institutum.§.potest.c.quod autem.§.proxi.& c. priusquam.& cap.inuenta.
Quod Ioseph venditus à fratribus in Aegypto ab eunucho comparatus fuit, significat quòd qui gratiam spiritus sancti mercatur, viuum semen non habet siccis genitalibus, 1.q.1.sicut eunuchus.
Quod Ioseph non tam per creaturam quàm per auctorē creaturarum iuravit, 22.q.1.mouet.§.sicut etiam cum.
IPOCRISIS. De ipocrisi require vbi agitur de y littera circa finem.
IRA. Quod ira Dei est tranquilla iusti supplicij constitutio.de pœ.dist.3.§.1.productior.
Quod dæmones appellantur ira & furor. 23.q.5.non solum.
Quod propter malitiam hominum ex ira Dei mundus famæ & penuria quandoque opprimitur, 16.q.1. reuertimini, post med.
Quod vno peccante ira Dei super multos venit, 45. dist. sed illud. 23.q.5.si audieris.
Quod ab ira peccati, qua naturaliter fuimus filij iræ, non liberatur quis nisi per fidem Christi. de conse.dist.4.firmissime.
Quod ira hominis est concitati animi perturbatio, de pœn.dist.3.productior.
Quod ira hominis si longo tempore teneatur, est mortale peccatum, 25.distin.vnum orarium.§.alias.
Quod apostolus prohibuit vindictam personæ propriæ dicens, non vos defendentes: sed date locum iræ. 23.q. 1.§.1.
Quod ira talia facit committere de quibus post multum solet homo dolere, 11.quæst.3.cum apud.
Quod quidquid calore iracundiæ fit vel dicitur, non est imputandum, nisi adsit iteratio vel perseuerantia, 2.q. 3.si quis iratus.de pœn.dist..1.vulgaris.§.cogitatio.
Quod præsidens iudicio ab ira debet cauere, quia ira viri iustitiam Dei non operatur, 11.q.3.episcopus presbyter.in fi.
Quod iratus commotionis tempore iustum putat omne quod facit, 11.q.3.ira.
Quod in præpositis laudabile est, vt nihil agant priusquā mens tōcitata per iram, ad tranquillitatem redeat, 11. q.3.illa.5.q.2.relatum.in fi.
Quod rectores aliorum non debent ex leuitate vel furore præcipitare sententiam, 11.q.3.summopere. 5.q.2. relatum.
Quod ira rectorum sæpè innocentes ad peccatum deducit, quia dum iusto amplius irascuntur, & volunt aliena coercere peccata, grauiora committunt, 11. quæst. 3.ita.
IRREGVLARITAS. Quod irregularitas nomen accepit à regula quam statuit apostolus seruandam circa ordinandos & ordinatos, & contrarium eius dicitur irregulare, id est, contra regulam. 48. distinct. quoniam. distin. 25. vnum orarium. §. nunc autem.
Quod irregularitas multipliciter contrahitur, 33. distin. maritum. 33.distinct.præcipimus.& c.seq.
Quod irregularitas incurritur contrahendo cum corrupta. 11 dist.feriatim.
Item sibi ipsi.absc indens quodlibet membrum ex indignatione, vel insto vel insusto timore truncans, irregularis est, 33.dist.maritum.
Item qui naturalium membrorum aliquem defectum patitur, 51.dist.qui in aliquo.
Item qui adulteram vxorem cognouit, 34. dist.si cuius. & c.seq.
Item bigamus, 33.dist.maritum.
Item simoniacus, 33.dist.maritum.in fi.
Item hæreticus. 51.dist.qui in aliquo.
Item qui publicam vel solennem pœnitentiam egit, 33. dist.maritum, 50.dist.ex pœnitentibus. 51.dist. qui in aliquo.
Item rebaptizatus. 51.dist.qui in aliquo.
Item filij presbyterorum, vel aliàs illegitimè nati, 56.dist. presbyterorum.
Quod irregularis non debet ad ordines sine dispensatione promoueri, 34.dist.præcipimus.

De hac materia habes vbi agitur de Dispensatione, & vbi agitur de Ordine.

IRRELIGIOSITAS. De hac materia habes vbi agitur de religione.
IRREVERENTIA. Quod irreuerentia ecclesiarum & oratoriorum prohibetur, 42.dist.non oportet.& trib. c.seq.
Quod si quis ex irreuerentia ecclesias docet contemnēdas, anathematizatur, 30.dist.si quis per superbiam. & duobus c.seq.
Quod irreuerentia superiorum reprobatur, 2. q.2. oues. 7.q.1.scire.& 23.quæst.5.si apud carnales.
Quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione. 11. q.1.si quis sacerdotum,& cap.coniurationum. & quatuor c.seq.
ITERATIO. Quod iteratio culpæ inducit aggrauationem pœnæ, 1.5.quæst.8.hi qui.
Quod illud quod non ostenditur gestum, nulla ratione videatur iteratum.de conse.dist.4.si nulla.& 4.capitulis præcedentibus.
Quod iterari oportet illud quod male factum est. 1.q.vlt. Daibertum.
Quod iteratur ordo, si de ordinante vtrum episcopus fuerit dubitatur, 68.dist.presbyteri.
Quod iteratur ecclesiæ consecratio, si igne exusta aut sanguinis effusione aut fornicatione polluta fuerit. 68. dist ecclesijs.
Quod nec baptismus nec confirmatio debent iterari, nisi de receptione vtriusque dubitetur, vel non fuerit forma debita tenta. 68.d.st.ecclesijs.
Quod iterato baptizatus scienter, iterato dominum crucifigit, & non potest promoueri. de consec. dist. 4. qui bis.
Quod quotidianum sacrificium eucharistiæ non est iteratio passionis, sed commemoratio.de conse. dist.2 iteratur.
Quod solennis pœnitentia apud quasdam ecclesias non itera tur.de pœn.dist.3.nihil prodest.§.ex persona.
Quod de hæresi redeuntes permanent in suis ordinibus, si tamen ab hæreticis iterata vnctione baptismi vel ordinis non fuerint maculati. 1.q.7.falsum.
Quod ab hæreticis in forma ecclesiæ ordinati non debēt iterato ordinari, sed per manus impositionem reconciliari. 1.q.1.manus impositio.
Quod sacramenta ab hæreticis in forma ecclesiæ data iterari non debent. 1.q.7.& si illa.§.seq.circa med. & 1. q.1.quod quidam.
IVDAS. Quod Iudas licet fuerit proditor & damnatus: quidquid tamen inter apostolos egit pro dignitate officij, ratum fuit, 19.dist.secundum ecclesię.7.q.1.aduersitas. in fi.
Quod propter Iudæ perfidiam nauis in qua ipse erat & apostoli, fluctibus agitabatur, 24.q.1.non mirabatur.
Quod Iudas in cœna Domini cum aliis apostolis corp° Christi sumpsit, 7.q.1. aduersitas.in fi.de conse.dist.2. sicut Iudas.
Quod Iudas à venia exclusus non fuisset, si pœnitentiam à Christo postulasset, de pœn. distinctio. 1. potestatis.
Quod nihil profuit Iudę egisse pœnitentiam per quam scelus corrigere non potuit.de pœn.dist.3.in salicibus.
Quod Iudas male pœnituit, quia laqueo se suspendit. de pœn.dist.3.inter hæc hircum.
Quod Iudas fuit infelicior omni pœnitente, quem pœnitentia non reuocauit ad dominum, sed traxit ad laqueum.de pœn dist.3.in salicibus.
Quod Iudas magis peccauit desperando, quàm Christum tradendo. 23.q.5.si non licet.
Quod qui seipsos occidunt, cum Iuda proditore perpetuæ damnationis exitum incurrunt, 23.q.5.si non licet,& c.seq.
Quod cum spiritus sanctus consubstantialis sit filio, simoniaci spiritus sancti gratiam vendentes, Iudæ qui Christum vendidit, comparantur, 1.q.1.eos.
Quod clerici res sacras subtrahentes Iudæ scariotis similes æstimantur. 17.quæstio.4. si forte. 23.quæst.4. quid ergo.in fi.
IVDAEVS. Quod Iudæi obedientes non sunt à Christianis molestandi, 23.q.8.dilpar.
Quod Iudæis permittitur festa eorum colere, dummodo ea non exerceant in contemptum ecclesiæ, 45.dist.quia syncera.in fi.
Quod sacrilegium faciunt qui Iudæis publica officia cō mittunt, 17.q.4.constituit, 54.dist.nulla.
Quod fideles non debent cum Iudæis habitare, nec māducare, nec medicinas ab eis recipere, nec cōsilium requirere in infirmitate, 28.q.1.nullus.& c.seq.
Quod ne religio Christiana à Iudæis polluatur, empti ab eis Christiani à seruitute liberātur, 54.dist. mancipia. & c.seq.de consecra.dist.4.plerique.
Quod Iudæi non sunt per vim ad fidem compellēdi, 45. dist.qui syncera.& c.de Iudæis.
Quod Iudæi qui de facili ad vomitum perfidiæ redeunt, cum multa deliberatione, & cum octo mēsium institutione sunt ad baptismum suscipiendi, de conse.dist. 4.Iudæi, 28.q.1.sæpè.
Quod die dominico vel alio die solēni debent Iudæi baptizari.de conse.dist.4.ne quod absit.
Quod si Iudæus vel paganus seruus, Christian⁹ fieri.voluerit, à seruitute liberatur, 54. distinct, fraternitatem.
Quod Iudæorum baptizatorum pueri ne parentū inuoluantur erroribus, sunt eis auferendi, & monasteriis aut Christi fidelibus ad conuiuendum tradendi, 28.q. 1.Iudæorum, de conf.dist.4.plerique.
Quod vno parente conuerso, & altero in iudaismo permanente, pueri sequi debent illum qui factus est Christianus, 28.q.1.Iudæi.
Quod ex Iudæis conuersi, quia ad vitia proni sunt, nō debent aliis Iudæis cohabitare, ne eorum participatione subuertantur, 28.q.1.sæpè.
Quod Iudæi à fide apostatantes coguntur ad eam redire, 45.dist.de Iudæis.de conse.dist.4.plerique.
Quod Iudæi prævaricatores fidei quantacunque pœna damnati fuerint, perfidia parentum etiam quo ad res filiis non oberit, 1.q.4.Iudæi.
Quod si Christianus vel Christiana iudaice prævaricanti carnaliter coniungatur, à communione ecclesiæ segregentur, 28.q.1.caue.& cap.si quis iudaice.
IVDEX: Quod iudex dictus est eo quòd ius dicat, siue quòd iure disceptet. 23.q.2.cap.1.
Quod iudex alius est ordinarius, alius est arbitrarius, 2. q.6.à iudicibus.
Quod ordinarius iudex est, qui ab apostolico vel Imperatore legitimam potestatem accipit, 2.q.6.à iudicibus, 11.q.1.iudices.
Quod arbitrarius est qui nullam potestatem habens cū consensu litigantium eligitur, 2.qu.6.à iudicibus.
Quod ad arbitrii rei iudices dandi sunt. 11.q.1.iudices.
Quod quidam sunt qui iudices non possunt fieri etiamsi pertantur, videlicet surdus, mutus, perpetuo furiosus, fœminæ, serui impuberes, infames, 3.q.7.infamis.
Quod ille debet esse alterius iudex, qui non habet in ipso quod condemnet, 3.q.7.iudicet.
Quod verus iudex nec pretio, nec stupore, nec odio, nec fauore iudicat, 11.q.3.episcopus.§.si ergo.
Quod iudex munera non debet accipere, quia munerū acceptatio veritatis est præuaricatio, 11.q.3.qui recte. & cap.non licet, 14.q.5.non sane.
Quod iudex etiam rectè iudicando, si temporale præmiū expectat, fraudē in duob⁹ perpetrat, 11.q.3.qui rectè.
Quod laudabiles sunt iudices in quibus nec ira nec furor, sed ratio dominatur, 11.q.3.illa.& tribus c.seq.
Quod Papa est iudex omnium, sed nemo ipsius, 9.qu.3. patet.& c.seq.
Quod bonus iudex nihil arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronuntiat, 3.q.7.iudicet.
In quo capitulo ponuntur plura quæ debet habere bonus iudex, 30.q.vlt.iudicantem.
Quod non est iudex in quo non est iustitia, 23.qu.2.iustum.
Quod criminosus iudex cum sententiam in alterius crimen profert, seipsum condemnat, 3.q.7.sacerdos, §.item in euangelio.
Quod iudex cuius vita cum loco iudicij non concordat, sæpè immeritos damnat, 11.q.3.plerunque.
Quod iudex cupidus cito vendit iudicium, 11. quæst.3. pauper.
Quod naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, 3.q.5.quòd suspecti.
Quod iudex labyrinthum impingit qui ante iudicat quā intelligat, 29.dist.scicndum.
Quod iudex circumstantias debet rimari, & ordinem rerum inquirere, 30.q.1.iudicantem, 2.q.1.in primis.de pœ.dist.5.§.1 post med.
Quod iudex nec debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam, 86.dist.si quid, 11.q.4.quamuis, 15.q.7.si quid.
Quod iudex sine accusatione damnare non debet, 23.q. 4.si quis potestatem.
Quod idem non debet esse iudex & accusator vel testis, 2.q.1.multi.4.q.4.c.1.
Quod iudex non debet esse suspectus, 3. quæstio.5.cap. vltim.
Quod iniquum est velle iudicare, & non iudicari, 32.qu. 6.iniquum.
Quod iudex plus legibus quàm suæ voluntati obtemperare debet, 3.q.7.iudicet.

Quod

Quod iudex in loco iudicij debet conscientiam quæ de domo portauit deponere, & secundum allegata & probata procedere, 3.q.7.iudicet.

Quod nullus iudicum sine licentia superioris debet aliquem clericum condemnare, 13.q.1. nullus iudicum.

Quod iudex reum puniendo reddit bonũ pro malo, 23.q.3.lex differentiæ.

Quod iudex secundum leges damnando iniquum non peccat, quia non ipse damnat, sed lex, 23.q.5.iudex & cap.seq.

Quod humanum est illum vereri iudicem, qui deprimere & erigere potest, 16.q.1.c.1.circa medium.

Quod nemo debet de gnari iudicem habere cõtra se, cuius approbauit arbitriũ, 2.q.8.accusatores.§. cuius.

Quod inferior iudex nõ potest superiorem iudicare, nec debet, 21.dist.inferior.& quinque c.seq.

Quod ad sæcularem iudicem non licet clerico confugere. 21.q.1.placuit.

Quod iudex laicus non debet se intromittere de clerico præcipuè de sacerdote iudicando, 96.dist.in scripturis, & c.seq. 16.q.7.in nona actione.

Quod licet iudici subditum alterius defonsare & fouere, sed non iudicare, 6.q.3.scriptum.

Quod iudex potest alterius subditũ iudicare ratione criminis commissi in sua potestate, 6.qu.3.placuit.& c. sequen.

Quod causam suam amittit qui rem eriam sibi debitam præter iudicis sententiam inuadit, 16.q.6.c.3.in fin.

Quod iudex spiritualis, scilicet confessor debet habere munus scientiæ, vt sciat cognoscere quidquid debet iudicare, de pœn.dist.6.c.1.post medium.

IVDICIVM. Quod iudicium duplex est, videlicet diuinum, & humanum, 6 q.1.si omnia, 15.qu.6.si quandoque à sacerdotibus. circa med.

Quod diuinum iudicium valde est timendum; quia ipse iudex est & testis, 9.q.3.aliorum.

Quod diuinum iudicium vsurpat qui incerta & dubia indicat, 2.q.1.nomen presbyteri.

Quod secretorum cognitor & iudex est Deus, 32.distin. erubescant.

Quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum, 2.q.4.consuluisti.post med.

Quod homines multa de Dei iudicio ignorant quia sortitan quæ nos laudamus, ipse reprehendit, & quæ nos reprehendimus, ipse laudabit, 11.q.1.sacerdotibus, in fine.

Quod homines Dei iudicio per peiores se flagellantur, 56.dist.si gens in fine.

Quod Dei iudicio homines in præsenti vita flagellantur, vt in futuro non puniantur, 23.q.4.quid ergo.per totum cap.

Quod Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, vt ex hoc magis humilientur & mereantur, 6.q.1.§.ipsa.

Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus eorti gitur, & alius obduratur, 23.qu.4. Nabuchodonosor.

Quod non potest humano condemnari examine quod Deus suo reseruauit iudicio, 35.q.6.si quandoque à sacerdotibus.

Quod facta Papæ à solo Deo iudicantur, 9.qu.3. facta.

Quod Deus aliorum causas voluit per homines terminari, sed summi pontificis causam sibi ipsi examinandam & terminandam reseruauit, 9.q.3.aliorum.

Quod nemo scit qualis in iudicio Dei futurus sit, 11.q.1.sacerdotibus in fin.

Quod qualiscunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repræsentatur, 15.dist.qualis.

Quod qualem inuenit dominus cum vocat, talem paricet & iudicat, de pœn.dist.3.nunquid Cain.

Item in futuro Dei iudicium locum nõ haberet si in hoc sæculo omnia iudicanda essent, 6.q.1.si omnia. 15.q.6. si quandoque à sacerdotibus.

Quod quem sacerdos iudicat, Deus iudicat. cuius personam gerit, de pœ.dist.3.in salicibus. §. his auctoritatibus. ver. sed quem.

Quod qui semel à sacerdote pro peccato punitur, nõ iterum à Deo pro peccato iudicabitur. ibid.

Quod Deus nõ bis iudicat in idipsum quod iustè in præsenti est punitum. de pœn.dist.2.sunt plures.§.auctoritas.

Quod humanum iudicium est duplex, videlicet priuatũ & publicum, siue contentiosum, 3.q.7.postulatus.

Quod priuatum iudicium exercet quando seipsum iudicat, de pœn.dist.1.in actionem.

Quod verum iudicium est iudicare prius conscientiam propriam, demum culpam alienam, 3.q.7. postulatus, & c.seq.

Quod non est curandum iudicium hominum vbi est bona conscientia; quia tale iudicium est temerarium, 11. q.3. temerarium, & duobus cap.seq.

Quod temerarium iudicium est quod procedit ex suspicione, 2.q.1.multi.ante fin.

Quod lapsi à baptismi innocentia proprio iudicio se accusantes per pœnitentiam restituuntur, de pœn. dist.1. c.multiplex.

Quod homo debet seipsum iudicare dum potest in mensus mores commutando, ne cum posse amiserit, à domino iudicetur de pœniten.dist.1.in actionem. §. seq.

Quod publicum iudicium siue cõtentiosum institutum est vt innocentia protegatur, & culpa puniatur, 2.qu.1. quæ Lotharius.

Quod hoc iudicium integrum est, quod plurimorũ sententijs confirmatur, 64.dist.extra.

Item debet secundum auctoritatem decretorum & sanctorum patrum diffiniri, 20.dist.de libellis.

Item debet esse sine tumultu contentionũ, 5.quæst.4.in loco.

Item hoc iudicium debet poni in loco tuto & communi, 3.q.9.hortamur, 35.q.2.siue.

Quod in omni tali iudicio debent esse quattuor personæ, videlicet iudex, accusator, defensor, & testis, 4.qu.4.c. nullus vnquam.& c.nullus introducatur.

Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri conuentionalis libellus, 3.q.3.inducias.§.offeratur.

Quod spoliati nõ debent ad iudicium trahi nisi prius in integrum restituatur, 2.q.2.nullus episcoporum. & tribus c.seq.3.q.2.ejectis.& c.seq.5.q.3.si primates,

Quod de suspicione vel extorta confessione pessimũ est iudicium, 15.q.6.si quandoque à sacerdotibus,

Quod ordo iudiciarius in publico iudicio est seruandus nisi forte adeo culpa sit notoria, quòd se omnium oculis ingerat, 2.qu.1.que Lotharius.& duobus cap.sequ.

Quod an in manifestis sit ordo iudiciarius seruandus, 2.q.1.per totum.

Quod absente reo in iudicio non est procedendum, 3.q.9.accusatori.vsque ad finem quæstionis.

Quod diuinæ & humanæ leges prohibent vt absens quis iudicetur, 3.q.8.accusatores.

Quod contumax absens iudicatur, 3.q.9.c. decreuimus.

Quod iudiciũ refugit qui de iustitia diffidit, 11.q.1.Christianis.

Quod quattuor modis humanum peruertitur iudicium, videlicet timore, cupiditate, odio, & amore, 11.qu.3. quattuor.& duobus c.seq.3.q.5.accusatores 2.

Quod iudicium non debet propter lachrymas quorumcunque peruerti, 23.q.4.est iniusta.

Quod candentis ferri & aquæ feruentis iudicium à sanctis est prohibitum, 2.q.4.consuluisti.

Quod in dubium absolutum non debet esse iudiciũ, 33. dist.habuisse, 2.q.4.consuluisti.

Quod iudicium mistum debet esse rigore & lenitate, 45. dist.disciplina, c.omnis.& c.sunt,

Quod libertini possunt trahere dominos suos ad iudicium, 12.q.2.episcopus, §.si sine venia.

Quod ecclesia non iudicat nisi de publicis in ordine iudiciario probatis, 2.q. 4. consuluisti.& q.vlt.nec illud. §.is itaque.& c.seq.2.q.1.mulci.in fine.

Quod an ecclesia quandoque in suo iudicio decipitur, vt ille qui intra ipsam est, per eam excluditur: & qui foris est, intromittitur, 24.q.3.si quis & c.cum aliquis.

Quod monachi & monachæ spectant ad iudicium episcopi, 11.q.1.de persona.

Quod clerici suum episcopum contemnentes traduntur iudici sæculari, 11.q.1.si quis sacerdotum, & duobus cap.seq.

Quod clericis prohibetur iudicium sanguinis, 23.q.8.sene.& c.seq.

Quod diebus feriatis & die dominico non sunt exercenda iudicia, 15.q.4.placita, 22.qu.5.decreuit, de conse. dist.3.§.1.

De hac materia habes vbi agitur de Sententia.

IVRAMENTVM. Quod iuramentum legitur Deus crebro fecisse, 22.q.4.incommutabilis.

Quod iuramentum homini non prohibetur tanquam malum, sed eius assuefactio vel libido prohibetur, 22. q.1.non est contra.

Quod iurare Dei est à seipso ordinata nullatenus cõuelere, 22.q.4.incommutabilis.

Quod dum vsus iuramenti habetur de facili periurium incurritur, 22.q.1.non est contra.

Quod iuramentum non dicitur malum esse, sed à malo esse, scilicet infirmitatis eorum quibus aliquid suadetur, 22.q.1.ita ergo.

Quod in scripturis non est prohibitum ab alio recipere iuramentum, 22.q.1.quamuis.

Quod iurare non est peccatum, 22.q.1.§.1.& cap.vt nouerit is.

Quod iuramentum non est institutum vt esset iniquitatis vinculum, vel cuiuscunque criminis, 22.qu.4.inter cetera.

Quod hæc est causa institutionis iuramenti, vt omnis iurans ad hoc iuret vt quod verum est loquatur, 22.q.5. iuramenti.

Item alia causa est iuramenti institutionis infirmitas dubitantis cum non vult credere, 22.q.1.si peccatum,

Item est alia causa, detestatio idolorum: nam ideo concedit per Deum iurare, ne per idola iuretur, 22.qu.1. considera.

Quod in iuramento non debet intentio verbis, sed verba intentioni deseruire, 22.q.5.humanæ.

Quod iuramentum debet habere tres comites, videlicet veritatem, iudicium, & iustitiam, 22.q.1.& iurabunt, & q.2.animaduertendum.

Quod iuramentum veritatem habet vbi non aliter corde quàm ore iuratur, 22.quæst.5.iuramenti, & c.quacunque.

Quod iustitiam habet quando licitum & iustũ est quod iuratur, non tendens ad mortale peccatum, 22.q.4.in nocens.§.illicitum.

Quod iudicio iuratur quando cum discretione & cautela iuratur etiam in licitis, 22.q.4.sacramentum. 22.q.4. innocens.§.illicitum.circa med.

Quod iuramentum fit dupliciter, videlicet per creatorem, & per ea quæ habent respectum ad creatorem: vel per creaturas, 22.q.1.considera.& duobus c.seq.

Quod per creatoris capillum vel caput iurare est blasphemare. 22.q.1.siquis per capillum.

Quod minus peccatum est per falsos Deos iurare verum quàm per verum Deũ iurare falsum, 22.q.1.mouet.circa med.

Quod per ea quæ respectum habent ad creatorem, sicut est Crux, Euangelia, & sanctorum reliquiæ & similia, falsum iurare est peierare. 22.q.vlt.qui compulsus.& c. seq.

Quod electus in episcopum repellitur à confirmatione, quia publice iurauerat super Euangelia Dei, 85.d.st. archidiaconum Florentinum.

Quod sacerdotes ex leui causa iurare non debent, 22.q. 5.si quis presbyter.

Quod qui per lapidem vel aliam creaturam iurat falsum, periurus est, 22.q.vlt.ecce.

Quod an qui iurans super lapidem putans super Euangelia iurare obligatur, 22.q.5.humanæ.§.proximo.

Quod periurium est nequiter decipere credentem, 22.q. 2.c.1.

Quod sophistice iurans, periurus est, 22. q.5. quacumque,& duobus,c.seq.

Quod Deus accipit iuramentum sicut ille cui iuratur intelligit, 22.q.5.quacumque,

Quod qui paratus est ad peierandum, antequam iuret periurus est, 22.q.5.qui peierare.

Quod qui dicit iurando plus, & scit non pluisse, periurus est, 22.q.2.homines.

Quod Saul quia de morte Ionathæ quam iurauerat sententiam tulit, quia eam propter populum exequi non potuit, periurus non fuit, 22.q.2.c.vlt.§. item opponitur. ante fi.

Quod non peierat qui compulsus iuramentum non impleuit, 11.q.3.antecessor.

Quod qui alium cogit peierare, etiam si dominus iurantis sit reus sit periurij. 22.q.4.inter cetera.& q.5.qui cõpulsus,& c.si quis coactus.& quatuor c.seq.

Quod illud est defiendum quod quis commisit illicite per iuramentum coactum, 22.q.4.inter cetera.

Quod ille qui alium cogit scienter ad periurium, vincit homicidam, scilicet quantum ad damnum, quia illeda nificat animam, iste corpus, 22.q.5.ille.

Quod illicitum iuramentum magis peccatum est adimplere, quàm periurium incurrere, 22.q.4.vnusquisque.

Quod iuramentum factum contra præceptum domini culpatur,& non tenet. 22.q.4.inter cetera.

Quod omne iuramentum est seruandum nisi in peiorem vergat exitum, & salutis detrimentum. 22.q.4.quod *Dauid*.& fere vsque ad finem quæstionis.

Quod nemo ante ætatem legitimam, idest ante annos quatuordecim cogendus est iurare, 22.q.5. paruuli.& duobus c.seq.

Quod in diebus dominicis à septuagesima vsque ad octauam Paschæ, & ab aduentu vsque ad octauam epiphaniæ, & in quatuor temporibus, & in litania maiori, & in diebus rogationum nisi pro concordia & pace nullus solenniter iurare præsumat, 22.q.5.decreuit.

Quod decens est vt iuramentum à ieiunis præstetur, 22. q.5.honestum.

Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.

Quod in tempore veteris legis iurabant, viuit dominus, viuit anima mea, 22.q.1.& iurabunt.

Quod in primitiua ecclesia iurabat, testis est mihi Deus: & testis est mihi conscientia mea, 22.q.1.si peccatum.

Quod modernorum est iuramentum, sic me vel to Deus adiuuet, & istæ reliquiæ sanctorum: vel consimile, 32. q.6.de parentela.& quatuor c.seque.1.q.7.quoties.22. quæstio.1.habemus.

Quod forma iuramenti ab hæresi vel à schismate redeũtium est specialis, 1.q.7.quoties.de consec.dist.2.ego Berengarius.

Quod in forma iuramenti fidelitatis sex requiruntur.de hoc habes vbi agitur de fidelitate.

Quod ab episcopo vel presbytero non exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationem tantum interrogari debent.q.4.si quis presbyter.

Quod infideles & idololatræ iurant per creaturas, 22.q. 1.& iurabunt.

Quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas, ne videlicet per contemptum creaturarum deieraretur, vel aliquod numen deitatis in creaturis crederetur. 22.q.1.mouet. §. item Christus.

Quod illicitum iuramentum non est complendum. 15. dist.duo.& c.seq.

Quod pluribus modis iuramentum dicitur illicitum, videlicet ex persona iurantis, vt sunt impuberes, quorum iuramentum non tenet, 22.qu.5.paruuli.& c. sequen.

Item est illicitum ex persona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet, 22. quæstione 5. capitulo nullus.

Item ex re est illicitum iuramentum, vt si res per quam iuratur, non est sacra, 22.q.1.clericum.

Item

Item ex fine est illicitum, vt si iuratur propter electionem & ante electionem, 8.q.3.Attalus.

Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente. exẽplum de Herode & saltatrice, 22.q.4.vnusquisque.

Item ex modo est illicitum, vt si temere vel indiscrete iuratur. 22.q.4.vnusquisque.& q.1.ita ergo.

Item ex tempore est illicitum vt si dominicis diebus vel alijs prohibitis iuratur, 22.q.5.decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis:

Quis, quid, cui, per quid, ad quid, cui, quo modo, quando.

Quod licitum iuramentum sit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione, 22.q.1.c.1.

Item pro infamię expurgatione, 2.q.4.presbyter.& tribus c.seq.

Item pro fide & fidelitate. de cõse.dist.2.ego Berengarius. 15.q.6.alius.

Item pro obedientia siue reuerentia. 23. dist.quamquã.

Item pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue in alijs, 14.q.2. quamquam, 22.quæstio.1.omne.

Item pro damno dato vel dando, 2.q.1.in primis circa medium. Vnde versus:

Pax, fama, fides, reuerentia, cautio damni.

Defectus verbi sibi poscunt sacra tueri.

Quod ab his iuramenta irritari possunt, videlicet à Papa, 15.q.6.auctoritatem.

Item seruorum à domino suo, 54.dist.si seruus sciente.

Item vxoris à marito suo, 33.quæstio.5.manifestum.

Item monachi iuramentum à suo abbate, 20.q. 4. monachum.

Quod solus Papa à iuramento licito absoluit, 15.q.6. ali°.

Quod absoluit subditos excommunicatorum excommunicationem contemnẽtium à iuramento fidelitatis, 15. q.6.nos.

Quod antequam incendiarij absoluantur, cautio iuratoria requiritur, 23.q.vlt.pessimam.

Quod grauior infligitur pœna peieranti, quàm consentienti, 22.q.5.si quis conuictus.

Quod eadem pœna est pro periurio & homicidio, 22.q. 1.prædicandum.

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

IVRISDICTIO. Quod iurisdictio clericorum & episcoporum quæ est circa curam animarum, ab abbatibus non est vsurpanda, 16.q.1.interdicimus.

Quod nec metropolitanus vel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scire ipsius, 9.q.3.nullus primas.

Quod primas vel patriarcha non habet iurisdictionem in episcopos, sed tantum in archiepiscopos, 9.q.3.conquestus.

Quod extra propriam iurisdictionem nullus debet iudicari, 3.q.6.peregrina.& quatuor cap.sequentibus.

Quod crimen commissum inducit iurisdictionem in extraneũ, 3.q.6.ibi semper.& c.vlt.6.q.3. placuit. & c.seq.

Quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem, 11.q.1.experientię tuę.

Quod laici habuerunt quandoque & habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionem, habuerunt enim electionem summorum pontificum, & inuestituras episcoporum. 63.distin. Hadrianus.& §.principibus.& c. in synodo.

Quod possunt in concilio interesse præcipue vbi agitur de fide, 96.dist.nos ad fidem.& c.vbinam.& c.satis.

Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigẽdi, 32.dist.eos qui.

Item datur eis iurisdictio in fidei vel episcoporũ contemptores morte affligendi, 23.q.5. principes. 16. distinct. nec licuit, 11.quæst.1.si quis sacerdotum.

Item in eos qui schisma faciunt vel excommunicationem contemnunt, 23.q.5.de liguribus.

Item datur eis iurisdictio vbicumq; ecclesiastica potestas non valet exercere disciplinam. 23.q.5.principes.

IVS. Quod ius generale nomen est, quod iustũ requirit, & inde ius dictum est, 1.dist.ius generale. Isidorus l.Etym.c 3.

Quod ius in duo, scilicet in ius naturale, & ius positiuum diuersificatur, 1.distinct.humanum genus.

Quod ius naturale innititur in Euangelio vbi dicitur. Quęcunque vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis.& econuerso.ibid.

Quod ius naturale ius positiuo antefertur, videlicet quia prius & dignius, 5.dist.§.primo.8.dist.quo iure.§.digni tate vero.

Item quia eis cedit omnis consuetudo, vel const.tutio, 9. dist.per totum.

Item quia contra ius naturale non admittitur dispensatio nisi ad maius malum vitandum, 13.dist.§.1.& 7.dist.nõ est peccatum.§.his itaque.

Item quod ius naturale vult omnia esse communia: positiuum vero restringit ad meum & tuũ, 7.dist.1.& c.seq.

Quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gẽtium, aut militare, aut publicum, aut Quintum, idest Romanorum. de quibus 1.dist.per totum.

Quod iure diuino & humano res possidentur, sed differenter, 23.q.7.c.1.

Quod iure poli reguntur matrimonia, non iure fori, idest ciuili.

Quod mulierem reddit infamem si mortuo viro intra tẽpus determinatum ducat alium, 2.q.3. Euphemium. §.seq.

Quod ius interpretandi canones habet qui potestatem habet condendi, 11.q.1.sicut enim.§.ex his omnibus.

Quod iudex dictus est ex eo quòd ius dicat populo, siue de iure disceptet. 23.q.2 c.1.

Quod qui ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam committit, 22.dist.omnes.

IVSTITIA. Quod iustitia est summum bonũ colere, ac vnicuique ius seruare, 12. q.2. cum deuotissimam. post med.

Quod iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia, 41.distinctione. quod dicit.

Quod iustitia est patriam, & socios defendere, 23.q.3. fortitudo.

Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest, 24.q.1.vbi.

Quod iustus miseris compatitur, 45.distinctione. vera iustitia.

Item non odio sed bono zelo est exercenda, 23. quę. 3. sex.

Quod semper est misericordia temperanda, 45. distinct. disciplina. cap. omnis.& c.vera.& cap.sequen.

Quod iustitiam aurum & munus violant, 11.q.3. qui recte. 1.q.3.vendentes.

Quod cultum suum iustitia perdit quando silentia iudicij ob stirpentium turbo confundit. 5.q.4. in loco.

Quod iustus quoties cadit toties resurgit. de pœn. dist.3. septies.

Kalendę. Quod Kalendæ Ianuarij iuxta ritum gentilium prohibentur Christianis obseruari, 26.q.vl. non licet.c. non seruetis.& c. si quis Kalendas Ianuarij.

Quod presbyteri eum per kalendas conueniunt, quasi sepienum ventrem habeant, & lucris honestioribus intẽdant, 45.dist.quoniam presbyteri.& c.nullus presbyterorum.

De hac materia habes vbi ponitur C.

LABIA. Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire, 11.q.1.sacerdotib. 43.distin. fit rector. ante medium.

LABOR. Quod labor bonus est in virtutibus & spiritualibus exercitijs, 23.q.4.quis nos potest.

Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccatis, 23.q.7.quemadmodum.

Quod labor indifferens est in necessitatibus corporis. de consec.dist.5.nunquam.

Quod merces felicitatis non acquiritur nisi per laborẽ virtutis. de consecra.dist.5.ieiunium.

Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono. dist.47 omnes.

Quod apostolus ne quemquam grauaret proprijs manibus laborabat. 1.q.2.sacerdos.

Quod boni laboris sui non in præsenti, sed in futuro quę runt fructum recipere. 1.q.2.sacerdos.

Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se trãsferat, 7.q.1.c.vl. 8.q.1. ol m.

Quod iustum est vt illi consequantur stipendum qui laboris impendunt obsequium, 1. quæstione secunda, sacerdos, in fine. 12.quæstione secunda charitatem.

Quod laborantes pro ecclesia stipendia debent accipere ab ecclesia. 12. quæstione secunda ecclesiasticis.

LAC. Quod lac Abraham non vina angelis hospitio receptis propinauit. 35.distinctione sexta die, in fin.

Quod sicut incongruum est, non pascentem gregem, lac gregis vsurpare, sic est militantium stipendia non militando subripere. 13.q.1.c.1.ante finem.

LACHRYMA. Quod lachryma amarissima Petri peccatum deleuit negationis, 50.dist.ponderet.

Quod in peccato negationis Petri lachrymæ eius, & non alia satisfactio leg.tur, de pœn.distinctio. prima. *Petrus* doluit.

Quod lachrymæ lauant delictum quod pudor est confiteri, quod non est intelligendum sine confessione: sed peccatum si adeo graue est vt cum pudore confiteatur, non ideo est desperandum, quia lachrymæ lauant. de pœnit.distinct.1.mensuram.§.proximo.

Quod non est mundus, qui post lachrymas reperit ea, quę delecait. de pœnit.distinct. 3. irrisor est. & tribus capit, sequentibus.

Quod non excusatur, qui lachrymas habuit pro temporali damno, & non potest habere pro peccato defiendo. de pœ.dist.3.sunt plures.

Quod lachrymas multi indesinenter fundunt, & tamen peccare non desinunt. de pœn.dist.3.irrisor est. ante si.

Quod lachrymæ debent esse arma clericorum. 23.quæst.8. conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

LAICVS. Quod laicus de rebus ecclesiæ non debet se intromittere, nec sibi sunt committendæ. 89. distinctio. indicatum.

Quod episcopus qui decimas & alias res ecclesiæ consanguineis vel alijs laicis distribuit, tanquam simoniacus & inter præcipuos hæreticos vt antechristus habeatur. 1.q.3.peruenit.

LAPSVS. Quod lapsus duplex inuenitur, videlicet à fide, qui fit per hæresim: & à moribus, qui fit per mortale peccatum, 1.q.7.si quis omnem.

An episcopus vel clericus per hæresim lapsus post reuersionem possit restitui, & qualiter, 1.qu.7.ferè per totũ. Verum episcopus vel clericus post peccati lapsum per dignam pœnitentiam reparari possit, & qualiter, 50. dist per totum. vsque ad §.quod vero.

Quod cum magna discretione & consilio lapsi sunt restituendi, 50.d.st.de eo autem.

LARVA. Quod laruas dæmonum ante se ferri presbyteri non consentiant, 44.dist.nullus presbyterorum, de consec.dist.5.nullus.

LATRO. Quod latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso, 26.q.6.presbyter.

Item idem latro in Cruce pendens præmium æternum amisisset, si ipsum vnius horæ pœnitentia non inuasset, 36.q.6.agnouimus.

Quod latro non est pro nomine Christi, sed pro suis facinoribus crucifixus, sed dum patitur, credit. de consec. dist.4.baptismi.

Quod latronis pœnitentia, quæ sera fuit, innuit quod vera conuersio in victimis poiitorum mente potius æstimanda est, quàm tempore, 26.q.6.agnouimus.

Quod sicut in latrone defectũ baptismi benignitas Christi supplenit, ita supplet fidẽ in pueris tempore baptismi, quam profiteri non potlunt. de consec.dist.4. baptismi per totum c.

Quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tam quam fur & latro degradatur, 10.q.2.c.vlt.

Quod licet latro suspendendus crudelem iudicem putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat, 23.q.5.non est crudelis.

Quod qui latronem in membris debilitat, prodest latroni, quia ipsius malitiam pro tanto compescit, 23.q.3.si quis fortitudinem.

Quod latroni ad latrocinia aspiranti parcere non est misericordia, sed iniustitia, 23.q.4.est iniusta.

LAVACRVM. Quod lauacrum commune Christianum & præcipuè clericum non conuenit habere cum mulieribus, 81.dist.non oportet.

Quod sicut baptisma per cinerem fluens lauat & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credentium lauat à sordibus peccatorum, 83.dist. nihil illo pastore. §.quanquam.

Quod exemplo Ioannis Euangelistæ possumus vti laudabili corporali, 24.q.1.omnis.

Quod corporalia & pallæ à diaconis & ministris debent lauari, de consec.dist.1.nemo per ignorantiam.

LAVS. Quod laus Deo pro suis beneficiis ànobis est impendenda, 16.q.1.reuertimini.circa fi.

Quod non bene conuenit in vno ore laus Christi, & laudes Iouis, 86.dist.cum multa.

Quod de verbis laudantium nos non multum debemus curare, 11.q.3.inter verba.

Quod velle laudari & dare histrionibus vt laudemur, vitium est, 86.dist.donare.

Quod sunt aliqui qui non nisi pro humana laude largiũ tur, & solummodo de hoc retributionem querunt, 12. q.1.sunt nonnulli, & q.3.non solum.

Quod nihil illo pastore miserabilius qui luporum gloriatur laudibus, 83.dist.nihil.

Quod periculum est indignum laudare, quia dum male facta laudibus efferuntur, augmentantur, 46.dist. sunt nonnulli.

Quod qui scienter indignum laudat, Christum cuius imbra fumus violat, 11.q.3.si quis hominem.& c.seq.

Quod Deus bonos vtra meritum laudatos ab alijs permittit in accusationem venire, vt culpa ex laude contracta suffocetur, 6.q.1.sunt plurimi.

LECTIO. Quod lectio diuinarum scripturarum non fabulæ debet inseri in mensis clericorum, 44.dist. proreuerentia.& cap.conuiuia.

Quod clerici & prælati debent insistere lectioni, 36.dist. qui ecclesiasticis.§.ecce.

Quod episcopus debet intendere lectioni, orationi & doctrinæ, quia sibi non sufficit sanctitas vitæ, nisi assit & scientia doctrinæ, 36. dist. qui ecclesiasticis, §. ecce.& 87.dist.c.1.

Quod sicut stellam non obscurat nox, sic inhærentes firmamento sacræ scripturæ non obscurat mundana iniquitas, 38.d.st.sicut.

Quod qui amat scientiam sanctarum scripturarum, carnis vitia non ambit. de consc dist.vlt.nunquam.

Qui libri sunt in quibus episcopus præcipuè & sacerdotes legere debent, habes 38.d.st.nulli.&quattuor c.seq. de consec.dist.vlt.nunquam.

Qui libri & quæ lectiones & homiliæ in ecclesia leg debent, habes, 15.dist.tancta Romana,& §.seq.

Quod clerici & præcipuè episcopi in gentilium libris, & maximè qui ad luxuriam & vanitatem prouocant non debent legere, 37.dist.nec per totum,& 86.distin.cum multa.

Quod cum beatus Hieronymus libros gentilis legeret, ab angelo est durissimè increpatus, 37 dist.eg mus.

ELOQ

LECTOR. Quod lectores dicti sunt à legendo, 21. d. st. cleros.
Quod lectorum officium est lectiones pronuntiare, 25. dist. perlectis.
LEGATVS. Quod legatus honorandus est loco illius cuius legationē fungitur, 9. dist. c. vlt.
Quod legatus siue sedis apostolicæ siue cuiuscunque, litteras debet secum portare legationis suæ, 97. dist. nobilissimus.
Quod legatus Papæ iurisdictionem episcopi non debet enervare, 11. q. 1. peruenit.
Quod legatus à latere Papæ missus inter terminos legationis suæ potest causas ad se per appellationem deuolutas audire & terminare, 2. q. 6. decreto.
Quod an legatus Papæ possit generale concilium celebrare, 17. dist. synodum.
Quod plura concilia generalia per legatos Papæ mandāte Papa sunt celebrata, 63. dist. Hadrianus, & 1. q. 7. cōuenientibus.
Quod subdiaconi possunt esse legati domini Papæ à latere missi ad omnia negotia perpetranda, 10. quæst. 3. relatum.
Quod omnes episcopi & sacerdotes sunt honorandi, quia legatione Christi funguntur, 7. q. 1. omnis.
Quod legatus secundum locorum legationis suæ exigentiam debet in expensis esse contentus, 10. quæst. 3. relatum.
LEPRA. Quod lepra cutis, lepra vestis, lepra domus iubētur sacerdotibus ostendi, quia peccata sacerdotibus debent reuelari, de pœn. dist. 1. §. Moysi.
Quod leprosum qui descendit de monte Christus sanauit, & priusquā sanaretur clamauit, significatur quòd in sanatione spirituali confessio non debet contemni. de pœn. dist. 1. §. Christus quoque.
Quod in hoc quòd Christus leprosos mūdatos ad sacerdotes misit, legalia approbauit, 1. q. 1. nonne.
Quod in hoc quòd leprosi antequam ad sacerdotes perueniremt mundati sunt, innuitur quòd peccator in sola contritione mundatur, vbi cōfessionem necessitatis articulus excludit, de pœ dist. 1. §. hoc idem.
Quod confessor debet habere scientiam discernendi inter lepram & lepram, 20. dist. §. 1.
Quod in hoc quòd Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur, & post per pœnitentiam restituitur, fiducia veniæ pœnitentibus datur, 50. dist. si post. §. econtra.
Quod in hoc quòd Maria propter murmur in Mosen lepram incurrit, innuitur quòd insurgens contra prælatū grauiter delinquit, 2. q. 7. plerunque. §. item obiicitur. Et de accusat one prælatorum ibi tractatur.
Quod in hoc quòd rex Ozias sacerdotum officia vsurpās lepra in templo percutitur, sacrilegorum culpa & pœna exaggeratur, 2. q. 7. nos si. §. sed notandum.
Quod qui simoniace aliquem ordinat, lepram non officium confert, 1. q. 1. cum ordinaretur.
Quod sicut Giezi propter pecuniam lepram incurrit, sic pecunia male conquisita corpus & animam commaculat, 1. q. 1. cito.
LEVITA. Quod leuitę ex nomine auctoris vocati sunt, de Leui enim exorti sint, hi græcè diaconi, latine ministri dicuntur, 21. dist. cleros.
De purificatione leuitarum & domus purificatione, habes de consec. dist. 4. nec quenquam.
Quod in leuitis sacerdotalis dignitas quandoque intelligitur, 50. dist. & purgabit.
LEX. Quod lex multiplex est, videlicet diuina, quæ natura constat, dist. 1. omnes leges, Isid. l. 2. etym. c. 5.
Item lex humana est quæ moribus constat, dist. 1. omnes leges. Isidorus ibid.
Item lex vetus, quæ dicitur testamentum, 6. distin. testamentum.
Item lex naturæ quæ facit omnia communia, quæ lex humana facit singularia, dicens meū & tuum, 8. dist. quo iure, & 12. q. 1. dilectissimus.
Item lex spiritus, quæ instinctu spiritus sancti cordi inseritur, 19. q. 2. duæ.
Item lex carnis, quæ absque culpa est in corpore non cōsentientis, 16. quæst. 1. si concupiscentia, 32. quæst. 5. si Paulus.
Item lex priuata, quæ idem est quòd lex spiritus, 19. q. 2. duæ.
Item lex publica, quæ à sanctis patribus est tradita, vt est lex canonum, 19. q. 2 duæ.
Item lex coniugii, quæ in baptismo non soluitur, 26. distin. vna.
Item lex est constitutio scripta, 7. distin. Moyses. Isid. l. 5. Etym. 3. Iuo. q. 4. c. 20.
Item lex est omne quod ratione constat, duntaxat quod religioni congruat quod disciplinæ cōueniat, & quod saluti proficiat, 1. d. st. consuetudo.
Item lex est constitutio populi, quam maiores natu sanxerunt, 2. dist. lex.
Quod leges humanæ vel publicæ secundum dispositiones terrarum variantur, 1. dist. omnes, & 31. dist. aliter.
Quod diuersæ diuersis temporibus emanarunt, quæ nomina à suis auctoribus traxerunt, 2. dist. quædam.
Quod diuersi inuentores legum & nomina eorum ponuntur, 7. dist. Moyses.
Quod leges factæ sunt vt humana coerceantur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia, 4. dist. factæ sunt, 23. q. 5. non frustra, & c. ad hæc idem.
Quod lex aut permittit, aut vetat, aut punit, aut præcipit, 3. dist. omnis autem.
Quod lex non debet statui pro priuato commodo, sed pro vtilitate communi, 4. dist. erit autem.
Quod leges instituuntur cum promulgantur, confirmantur dum approbantur, 4. dist. in istis. §. proxi.
Quod lex debet esse honesta, iusta, possibilis, vtilis, loco, temporique conueniens, dist. 4. erit autem lex.
Quod licet conditor legis solutus sit à legibus, tamen honestum vt præ ceteris secundum leges quas statuit viuat, 25. q. 1. confidimus, & c. ideo.
Quod Christus qui legem dedit, legem impleuit, 25. qu. 1. ideo. §. his itaque.
Quod sancta ecclesia non constringitur legibus, 11. dist. catholica
Quod leges sæculi non dedignantur canones sequi, 2 q. 3. Euphemium, §. 1. in fi.
Quod lex, quæ obuiat sacræ scripturæ & decretis Papæ, & bonis moribus, nullius debet esse momēti, 10. dist. non licet, & quattuor c. seq.
Quod lex diuina & canonica superior est lege ciuili, 10. dist. lege.
Quod illud quod legibus præcipuè ecclesiasticis est diffinitum, in iudicis est tenendum, 6. q 4. si inter, 11. q. 3. summopere.
Quod non cōuenit iudicare de legibus, 4. dist. erit. §. proxi. & c. seq.
Quod illa quæ cōtra legem facta sunt, pro infectis debēt haberi, 25. q. 2. imperiali.
Quod lex statuit pœnam malis, & præmia bonis, 23. q. 5. non vos.
Quod qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt à publica lege constringatur, 19. q. 2. duæ.
Quod lex est à dom no, prævaricatio legis à diabolo, 35. dist. sexto.
LIBELLVS. Quod libellus famosus est qui in infamiā alicuius conscribitur, 5. q. 1. c. 1. & 2.
Quod libellum famosum quicunque scripserit & publicauerit, anathematizandus est, 5. q. 1. si qui. & c. præcedenti.
Quod secundum leges imperatoris famosum libellū inueniens, & non statim eum deuastans, sed publicans, tā quam auctor capite punitur, 5. q. 1. §. si quis.
Quod libellus conuentionalis debet offerri ei qui prouocatur ad iudicium, 3. q. 3. induciæ. §. offeratur.
LIBER. Quod liber vitæ quid sit, & quid sit scribi in ipso, habes infra vbi agitur de scriptura.
LIBERALITAS. Quod liberalitas pro sancta fide tam loco quàm tempore commendatur, 86. distinct. non satis.
Quod approbanda est liberalitas, quæ circa proximos & consanguineos pro necessitate exercetur, 86. dist. non satis. §. est etiam.
Item liberalitas pulchra est, quæ indigētibus tēperatè, & non superfluè impeditur, 86. dist. non satis. §. item perfecta. & supra. §. dominus.
Quod episcopus debet esse liberalis, alioquin vacuū portabit nomen episcopi, 86. dist. non satis. §. liberalem.
Quod dare histrionibus & prohibitis venatoribus & personis turpibus non est largitas, sed vitium, 86. dist. donare, & cap. seq.
LIBERTAS. Quod libertas remanebat inconcussa antequam vinum inueniretur, quia hāc Noe primus perebrietatem violauit, 35. dist. sexto.
Quod pium est & meritorium Christianos suæ libertati restituere, quos Christus suo redemit sanguine, 12. q. 2. cum redemptor.
Quod bonum propositum non est prohibendum: quia vbi spiritus sanctus est ibi libertas. 19. q. 2. duæ. in fine.
Quod mala voluntas non est permittenda suæ libertati vbi potest prohiberi. 23. q. 4. displicet.
Exempium de Paulo.
Quod nemo ex praua consuetudine libertatem ecclesiæ debet infringere, 12. dist. omnia.
Quod serui ecclesiæ non debent ordinari nisi prius per episcopum habeant libertatem. 54. dist. admittuntur. §. de seruis.
Quod abbas vel monachus seruum monasterij liberum facere non potest, qui enim proprium non habet, rei alienæ libertatem dare non potest, 54. dist. abbati.

De hac materia habes vbi agitur de Manumissione.

LIBERTVS. Quod libertus est qui ex seruili statu traditus est liberatui, 12. q. 2. de libertis.
Quod libertus manumissus à principali patrono non singulis debet reuerentiam exhibere, 12. qu. 2. episcopus qui. §. si vero.
Quod libertus sine licentia superioris patronum accusare non potest, 12. q. 2. episcopus qui. §. libertus. & §. in patronos.
Quod liberti ecclesiæ cōpore suę manumissionis debent per scriptum profiteri se esse de familia ecclesiæ, & de obsequiis eius nūquā velle recedere, 12. q. 2. de liberti s §. ne vero.
Quod nouo episcopo surgente liberti ecclesiæ & ab eis geniti suam conditionem præsente episcopo in chartulis debent protestari, 12. q. 2. longinquitate.
Quod liberti ecclesiæ ad sacros ordines promoti, à seruitiis ecclesiæ non debent separari, 12. q. 2. dd liberti.
Quod liberti ecclesiæ si negotia ipsius facere contēpserint, vel contra ecclesiam insurrexerint, in priuilegia hermancipium. & c. liberti. & octo c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Manumissione.

LICENTIA. Quod est licentia præsumptionis: vtcū quis propria auctoritate à superiore commissa dimittit, 11. q. 2. placuit.
Quod est licentia dispensationis, vt quando simoniacus ignoranter ordinē recepit, exequendi officium sibi licentia datur, 1. q. 5. c. vlt.
Item est licentia occasionis, vt cum ex continentia viri vxori datur licentia fornicandi, 27. qu. 2. si tu abstines.
Item est licentia permissionis, vt quando Iudæis celebrādi cæremonias licentia datur, 45 dist. qui syncera.
Item est licentia approbationis, sicut est licētia nubendi data ab apostolo, 28. dist. de his. in fine.
LIGNVM. Quod de lignis ecclesiæ habes vbi agitur de ecclesia materiali.
LINGVA. Quod lingua quælibet habet quædam locutionum propria genera, quę cum in aliam transferūtur, videntur absurda, 38. dist. locutio.
Quod super apostolos spiritus sanctus in linguarum specie sedit, quia quos replet, de se loqui facit, 38. dist. locutio.
Quod opera sacerdotis siue prædicatoris cum linguæ sonitu cōcordare debent, 43. dist. sit rector. post medi.
Quod in cœlum os ponere, & linguam in terra trāsire est prælatis suis derogare, 21. dist. intantum.
Quod propter detrahentes linguas correctio peccantis à prælato non debet omitti, 45. dist. sed illud, 50. dist. si quis diaconus. ante fin.
Quod nihil prodest ieiunare vel otare nisi lingua à detractionibus cohibeatur, de consec. dist. in. 5. nihil enim.
Quod non refrænans linguam suam, huius vana est religio, 5. q. 4. in loco.
Quod cuicunque non sufficit oculos castos seruare, sed & linguam: quia qui de aliis loquuntur sua sententia iudicabuntur, 6. q. 1. ex merito.
Quod in condemnatione personæ non minus periculosa est lingua in verbis mentiens, quàm manus sanguinem fundens, 11. q. 3. nemo peritorum.

De hac materia habes vbi agitur de Locutione.

LIS. Quod lis ex ignorantia prouenit, & garrulitatē nutrit, 41. dist. §. 1.
Quod litigiosus ideo ordinari prohibetur, quia talis seminare discordiam nūquam cessat, 46. dist. hoc habet. §. ecce.
Quod episcopus pro rebus transitoris nō per se, sed per alium in iudicio litigare debet, 14. q. 1. cap. 1.
Quod lite pendente res litigiosa in nulla parte transferri debet ante causæ cognitionem, 11. q. 1. c. vlt. 92. d. st. si quis ordinatus. & c. seq.
Quod sacerdotum officium est litem habētes ad pacem reuocare, 90. dist. placuit.
Quod lis iudicialis debet contestari, 3. q. 3. induciæ. §. libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de Contentioso.

LITTERAE. Quod cōmendatitiæ litteræ vocantur, 73. dist. §. 1.
Quod non de facili episcopus dimissorias litteras clerico dare debet, 72. dist. episcopus, 19. q. 2. duæ.
Quod clericus vnius episcopi ab alio episcopo propter hospitalitatis causam non est suscipiendus, nec ordinandus, nec in beneficio est instituēdus, 71. dist. per totū.
Quod extraneo clerico sine commendatitiis litteris sui episcopi non licet ministrare, 81. dist. extraneo.
Quod nullus peregrinus clericus absque formata in alia diœcesi suscipi debet, 71. dist. nullum.
Quod iuxta statuta Nicæni concilij olim formatæ habebant interpositas græcas litteras, ne de facili falsificarentur, 73. dist. sanctissimo.
Quod exemplar litteræ dimissoriæ vel formatæ ponitur, 73. dist. in nomine. §. 1. & c. seq.
LOCVTIO. Quod locutio est duplex, videlicet Dei, & hominis, de consec. dist. 5. cap. vlt.
Quod locutio Dei non est secundum modum locutionū hominis, sed inspiratio qua voluntatem suam ingerit in corde credentium, de consec. dist. 5. c. vlt.
Quod locutio hominis ideo est instituta, vt cogitationes suas in alterius notitiam proferat, 22. q. 2. is autem.
Quod locutio hominis debet esse sana, vt fidem consoli det, 45. dist. c. vlt.
Item debet esse cauta, vt ordinatè loquens vulnere erroris corda audientium non ferat. 43. dist. sit rector. circa medium.
Item debet esse discreta, ne tacenda proferat, & proferenda reticeat, 43. dist. in sit rector. 22. quæst. viti. quoties.
Item debet esse ponderosa, vt loquendo nullum lædat, 50. d. st. ponderet.
Item debet esse vera, vt sicut gerit mentem, sic loquatur os, 22. q. 5. iuramenti.
Item non debet esse otiosa, quia de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22. q. vlt. quoties.

Item

Item non debet esse maledicta, quia sæpe maledictio reuertitur in illum qui eam mittit, 11. q. 3. illud. in fi. 24. q. 3. qui negligunt.
Item non debet esse detractoria, 6. q. 1. suat plurimi. & duobus c. seq
LOCVS. Quod locus non sanctificat hominem sed homo locum, 40. dist. multi.
Quod non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorū, sed qui imitantur opera eorum. 40. dist. non est.
Quod qui præsunt non ex locorum dignitate, sed honoris nobilitate innotescere debent. 40. dist. nos qui.
Quod non loca homines Deo proximos faciunt, sed bona merita, 40. dist. non loca.
Quod miserabilis est rector qui gubernaculi locum occupauit, & temum renere non nouit. 40. distinctione ante omnia.
Quod qui locis & temporibus conueniat diligenter est attendendum. 41. dist. quisquis.
Quod non ideo approbanda est consuetudo mala: quia locus bonus est: quia non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt, 12. dist. nouit.
Quod quantumcumque sunt occulta loca sine gratia saluare non possunt. 40. dist. quælibet. Vbi nota exemplū de angelo & de cælo, & de Adam & paradiso, de Loth & de morte.
Quod in hoc quòd Adam propter peccatum de paradiso eiectus est, innuitur quòd propter peccatum meretur quis nobili loco priuari. 40. dist. Adam.
Quod quandoque prodest conuersis mutatio loci, quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus, 86. distin. fratrem, & 81. dist. valet.
Quod non expedit locum visitare in quo quis peccauit, ne facti memoria reuocetur. 81. dist. valet. 15. quæst. 1. mulier.
Quod loca in nomine domini ædificata sunt honoranda. 41. dist. parsimoniam.
Quod locus rutus pro discussione causæ debet assignari. 33. q. 2. siue. & 3. q. 9. hortamur.
Quod his qui in peccato mortali decedunt, sacra loca pro sepultura non prosunt. 13. quæst. 2. quibus.
Quod qui in peccato mortali moriuntur, ad maiorem eumulum damnationis in sacris locis sepeliuntur, 13. q. 2. cum grauia. in fi.
Quod in pœnitentia vel cum leuibus peccatis decedentibus prodest in sacris locis sepeliri. 13. q. 2. cum grauia.
LOCVLVS. Quod loculus est diminutiuum à loco, & quandoque ponitur pro parua bursa, quàm & Christus habuit pro expensis reponendis, 12. quæstione 1. exemplum.
Quod Christus loculos suos opibus aliorum implebat vt indigentibus distribueret. 23. q. 4. duo ista.
Item ideo loculos habuit, vt innueret ecclesiam suam loculos habituram, 12. q. 1. exemplum.
LODOVICVS. Quod Lodouicus imperator primus confirmauit Paschali Papæ donationem Romanæ ciuitatis cum pertinentijs, & totum patrimonium sancti Petri, & electionem summi pontificis liberam fieri à Romanis, 63. dist. ego Lodouicus.
Item quod nullus possessor de agro ecclesiæ debet censum persoluere, 23. q. 8. secundum.
LOTH. Quod quia Loth per hospitalitatis opera Deo placuit, angelos recipere meruit, 42. dist. §. 1.
Quod Loth ideo filias suas pro angelis sodomitis obtulit vt hospitalitas non violaretur, & maius peccatum vitaretur. 32. q. 7. offerebat.
Quod filiæ ipsius Loth, patrem inebriauerunt vt eis cum misceretur, 35. dist. sexto die.
Quod ideo Loth filiæ ipsius accubuerunt, quia totum genus humanum submersum, & se causa propagationis seruatas crediderunt, 32. quæst. 4. dixit.
Quod non semper solitaria loca prosunt, quia Loth in ciuitate instus fuit, in monte solitarius peccauit, 40. dist. quæliber.
LVCRVM. Quod lucrum non deber ecclesia quærere cum damno aliorum, 12. q. 2. fraternitas. & quæst. 5. c. pen.
Quod Christus deflet ecclesiam, quæ facta fuerat domus orationis, & propter turpia lucra facta est domus latronum. 16. q. 7. & hoc diximus, post medium.
Quod simonia est sacramenta pro lucro temporali conferre. 1. q. 1. si quis episcopus.
Quod qui seruit Deo amore lucri temporalis, mercenarius est. 8. q. 1. sunt in ecclesia.
Quod nemo in electione prælati speciale lucrum, sed bonum commune debet prospicere. 8. q. 2. dilectissimi.
Quod Christus prælatos oues pascere docuit, non terrenis lucris delectari. 16. q. 1. nulli. & c. seq.
Quod prælati debent lucris intendere animarum non temporalium rerum. 16. q. 1. prædicator.
Quod exceptis Iudæis si aliorum infidelium colloquia & mensam vitamus, Christo eos lucrari non possumus. 23. q. 4. infideles.
Quod clericus turpia lucra exercens debet deponi. 13. quæstio. 4. si quis oblitus. & 6. cap. sequentib.
Quod an quæstus honestus vel inhonestus, sit qualitas lucri, negotiantem aut excusat aut accusat. de pæn. dist. 5. qualitas.
Quod res restituuntur heredibus quando quis ex circunuentione lucri ad religionem recipitur. 16. quæstio. 7. constituit.
Quod turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plus vendat. 14. q. 4. quicumque tempore.
Quod cum peccatis homines aliqua lucrantur ea pauperibus iustè erogantur, sicut mathematicus futura prædicando, vel meretrix turpia exercendo. 14. quæstione 4. q. 5. qui habetis.
Quod de malo lucro vbi competit repetitio, eleemosyna vel oblatio fieri non debet, 14. q. 5. per totum.
Quod mediens vel seruus lucrum suum ab inuito detentore non iniuriosè recipit, 14. q. 5. non sane.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

LVCIFER. Quod lucifer dicitur principium viarum Dei. de pœn. dist. 2. eap. principium.
Item dicitur Beemoth.
Item dicitur Cherub, quasi plenitudo sapientiæ.
Quod lucifer non ad Dei similitudinem sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur, quasi magis ei aliquid tributum sit, vt quo subtilior est natura, eo in illū similitudo Dei plenius credatur expressa, de pœ. dist. 2. iuxta fin. c. multi. §. hinc enim responsum.
Quod Deus fecit eum eminentiorem ceteris angelis.
Item fecit eum speciosum in multis condensis frondibus.
Quod cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei.
Quod omne lignum pretiosum paradisi Dei non est assimilatum ei & pulchritudini eius.
Quod protegens & extentus in monte sancto Dei fuisse perhibetur.
Quod omnis lapis pretiosus opertmentum eius fuit.
Quod omnes angelos quasi vestem & ornamentum suū habuit.
Quod in medio lapidum ignitorū perfectus ambulauit.
Quod lucifer quia magnus sine comparatione creatus est, ideo peccans sine venia damnatus est. de pæn. dist. 2. principium.
LVCTVS. Quod tempus luctus legis tempore, alij vsque ad tricesimum diem, alij vsque ad quadragesimum obseruabant, 13. q. 2. quia.
Quod fœmina intra tempus luctus nubens, secundum leges ciuiles infamis est sed non secundum canones, 2. q. 3. Euphemium. §. proximo. in fi.
Quod fideles mortui non sunt lugendi, cum sciamus eos non amitti, sed præmitti, 13. q. 2. quàm prœposterum.
Quod lugere mortuos non prohibemur ex pietate, sed ex resurrectionis desperatione. 13. q. vlt. vbicunque. & duobus c. seq.
Quod doctrina schismatici panis luctus dicitur. 1. q. 1. dominus declarauit.
LVDVS. Quod ludus & saltatio in sanctorum solennibus præcipue diuina officia obstrepens est irreligiosus. de consec. dist. 3. irreligiosa.
Quod vere pœnitens debet se cohibere à ludis sæculi & à spectaculis. de pæn. dist. 5. §. 1. in fine.
Quod ad ordines non debent promoueri qui ludis turpibus deseruiunt. 33. dist. maritum.
Quod episcopus vel presbyter, vel diaconus ludo deseruiens nisi desinat, est deponendus. 35. dist. episcopus. & 46. dist. clericum.
Quod an ludendo sub certa forma baptizati debeant pro verè baptizatis haberi. 1. q. 1. spiritus. §. ecce. de consec. dist. 4. solet queri.
LVPVS. Quod lupus dicitur pastor mercenarius cui nō est cura de ouibus. 23. q. 4. tres.
Quod lupi dicuntur laici subditi. qui aliquando dicuntur oues. 83. di. nihil. 2. q. 7. oues.
Quod lupi dicuntur dæmones & hæretici. 81. dist. oportet. & 43. di. §. 1. & c. seq.
Quod lupi arcendi sunt latratu canum, & baculo pastorum. 43. dist. §. 1.
Quod qui propter timorem recta loqui pertimescit, hic velut mercenarius veniente lupo fugit. 43. distinctione fit rector.
Quod nullus pastor placere lupis & ouibus potest. 83. dist. nihil.
Quod illo pastore nihil est miserabilius, qui luporū gloriatur laudibus. 83. dist. nihil.
Quod sicut lupus frustatim comedit agnum, sic mali pastores sucessiuè consumunt bona ecclesiastica. 12. q. 1. c. 1. ante med.
Quod ideò ad sedem apostolicam est recurrendum per appellationē, ne lupi, qui sub specie ouium intrant, bestiali læuitia quosdam lacerare præsumāt. 2. q. 6. decreto. in fin.
LVX. Quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras. de pœn. dist. 1. refusitatus. §. si autem.
Quod lux mundi sunt sacerdotes. 93. dist. sacerdotes.
Quod lux veritatis illi subtrahitur qui arrogantia sapientiæ seu iustitiæ velut albugine oculi excæcatur. 49 dist. hinc etenim. circa med.
Quod licet omnis qui male agit odit lucem, & quærit tenebras, Dei tamen oculos cuncta perspicientes latere non potest. 18. q. 2. pernicioſam. de pæn. dist. 1. porro. §. si ante.
Quod cum factum notorium inculpatur, luce clarius cōstare dicitur. 2. q. 1. scisciatis.
LVXVRIA. Quod luxuria inter alia peccata maximè tēplum Dei (id est corpus humanum) polluit. 32. q. 7. nō solum.
Quod luxuria fomentum recipit à vino: ideo dicitur, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. 35. dist. violentum. & duobus c. seq.
Quod pauci inueniūtur sine carnis luxuria. 50. dist. quia sanctitas tua. ante fi.
Quod luxuria sapientes insatuat, exemplum de Salomone. 32. q. 4. Salomon. 3. q. 7. sacerdos
Item sanctos prosternit. Exemplum de Dauid. de pœn. dist. 3. sepe. es. §. Dauid quoque. 3. q. 7. sacerdos. §. item Dauid.
Item fortes vincit. Exemplum de Samsone. 23. q. 5. si non. ante fin.
Item iugem scabiem habet cui carnis luxuria sine cessatione dominatur, 49. dist. hinc etenim. post med.
Quod delectationi luxuriæ diuersæ turpitudinis voluptates iunguntur. 32. q. 7. non soluni.
Quod nomine luxuriæ omnis inordinata pollutio intelligitur. 32. q. 4. in eo.
De diuersis modis & gradibus luxuriæ. 22. q. 7. quemadmodum. §. 1. 27. q. 1. nec aliqua.
Quod solo consensu mentis fine tactu corporis luxuria exercetur. 32. q. 5. nec solo.
Quod cum luxuria in cognitione non reprimitur, etiam in actione dominatur, 46. distinctione hinc etenim, post med.
Quod excellētia episcopi vel presbyteri vilificatur dum voluptatibus luxuriæ coinquinatur, 32. distinct. c. 1. in fin,
Quod episcopus vel sacerdos luxuriosus dignitate officij est puniendus. 15. q. 8. hi qui.
Quod abusus luxuriæ grauior est cum proptia vxore quàm cum meretrice. 32. q. 4. origo, & quæstione 7. adulterij.
Quod fœmina præter coitum debitum ex diuersis partibus corporis corrūpi potest, sicut per oscula, & similia. 27. q. 1. nec aliqua.
Quod aliquæ excedunt pecora in libidine, quia pecora post conceptum coitum non admittunt. 32. q. 7. non solum, & q. 4. origo, in fi.
Quod crudelis libido reputatur vbi propter luxuriā sterilitatis venena procurantur, 32. q. 2. aliquando.
Quod luxuria plus iuris habet aliquando quàm castitas. 34. dist. fraternitatis.

De hac materia habes vbi agitur de Fornicatione, & Castitate, & Pollutione.

MACERATIO. Quod maceratio carnis vt eius concupiscentia compescatur, consistit in ieiuniis & vigiliis, & laboribus, & castigationibus. 32. q. 5. si Paulus.

De materia habes vbi agitur de Abstinentia & de Ieiuniis.

MACVLA. Quod macula corporis notabilis remouet à ministerio altaris, 49. dist. hinc etenim. 1. q. 1. sacerdotes.
Quod ecclesia Christi est sine ruga & macula. 32. q. 4. recurrat. in fin. & 24. q. 1. omnib.
Quod sicut per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur, sic in omnē ecclesiam videtur diffundere qui corpus suum maculat. 26. q. 2. sed & illud.
Quod sacramenta ecclesiæ per malos ministros maculari non possunt. 1. q. 1. sic autem.
Quod sedes Romana semper māsit extra maculam hæreticæ prauitatis, 24. q. 1. in sede.
Quod macula discordiæ vel odij perseuerans nec passio nec morte pro nomine Christi suscepta purgatur, nec sanguine abluitur. 90. dist. neque.
MAGISTER. Quod magister nullus debet esse prius, quàm discipulus. 16. q. 1. si clericatus. 61. dist. miserum.
Quod ideo neophyti prohibentur ordinari, ne fiant magistri antequam fuerint discipuli. 48. dist. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Discipulis.

Quod magistros & doctores episcopi congruis constituunt locis, qui studia litterarum, liberaliumq; artium dogmata assiduè doceant: quia in his maximè diuina manifestantur atque declarantur mandata, 37. distinc. de quibusdam.
Quod magistri imperiti iniuriam faciunt cathedræ, 40. dist. multi.
Quod magistris imperiti non sunt præferendi, 61. distin. statuimus.
Quod magistro impunitas debetur, si causa correctionis discipulum verberet, de pœn. dist. 1. §. 3. & c. aut facta.
MAGVS. Quod magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur, 26. quæst. 5. nec mirum.
Quod magi tria munera obtulerunt domino, in quibus tres partes philosophiæ intelliguntur, videlicet, moralis, naturalis, & rationalis, 37. distinctio. legimus. §. hinc etiam simus.
Quod ars magorum inuenta est ex traditione maiorum angelorum, 26. q. 2. qui sine.
Quod præstigia magorum non possunt turbare mentes bonorum, qui talia nō credunt, sed mentes infidelium, 26. q. 5. nec mirum.

Quod & in nouarum formarum & in eorum similium repræsentatione fictionem habent, & non veritatem. 26. q. 5. nec mirum.

Quod magi plus facere non possunt nisi quantum Deus permittit, 26. quæst. 5. nec mirum. ante medium.

Quod ideo hanc artem permittit Deus vt homines qui in fide firmi sunt, probentur & mali qui mendacio credunt, per sua desideria seducantur. 26. quæstio. 5. nec mirum.

Quod cum hæc ars prohibita sit, qui ipsam sectantur, vel qui credunt talibus, perpetuæ damnationis interitum incurrunt. 26. q. 2. qui sine.

Quod absurdum est Samuelem tam sanctum virum credere magica arte per pythonissam suscitatum, sed potius Saul exigentibus peccatis per diaboli fallaciam illusum 26. quæst. 5. nec mirum.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus, & Incantationibus, & vbi agitur de diuinationibus.

MAIOR. Quod maior apud Deum est ille qui est iustior. 40. di. multi. in fin.

Quod maioritas inter homines attenditur diuersis respectibus: videlicet inferior ad superiores in obsequio & honore exhibendo, sicut acolythi subdiaconibus, vt supra distin. 93. à subdiacono.

Item in obediendo: quia nullus est qui nõ teneatur alicui obedire, alioquin acephalus esset. 93. dis. nulla. & c. seq.

Item in sedendo & stando, quia in talibus presbyterõ diaconus (nisi sit legatus) non debet se præferre. 93. dist. c. vlt. & suprà eo. ca. peruenit. in fi. cap. sequen. & c. nonnulli. & c. legimus. in fin.

Item in benedicendo, quia minor à maiore benedicitur. 21. dist. denique.

Itẽ in sacramenta conferendo, quia præsenre presbytero diaconus non debet sacramenta conferre. 93. distinct. diaconi. & cap. peruenit. & cap. præsente.

Item in reuerentiam impendendo, sicut tenetur filius patri, & vxor viro. 33. q. 5. est ordo.

Quod est maioritas respectu dignitatis officij, & sanctitatis meriti. 21. q. 7. Paulus Petrum.

Quod Petrus inter apostolos dignitate officij maior fuit. 2. q. 7. Paulus. §. hoc. & cap. puto.

Quod Cyprianus martyr quantum ad martyrium Petro comparatur. 2. q. 7. puto.

Quod licet episcopus iuxta vocabulum sit maior presbytero, Augustinus tamen minorem se Hieronymo profitetur, 2. q. 7. quanquam.

Quod seruus Christi nõ quærit quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur, 40. dist. multi. & 93. dist. diaconi sunt. ante medium.

Quod iustitia etiã maiori seruiat minor. 33. q. 5. est ordo.

MALEDICTIO. Quod maledictio est duplex, s. Dei, & hominis. 4. q. 3. Deus quando.

Quod Dei maledictio designat meritum eius cui maledicitur. 24. q. 4. Deus quando.

Quod solus Deus iuste maledicit, quod ipsum non fallit peccati qualitas nec peccantis affectus. 24. quæst. 3. Deus quando.

Quod exemplo angeli qui diabolum maledicere noluit, homines à maledictis puri esse debent. 24. quæstio. 3. si igitur.

Quod maledictio in ore clerici vituperatur & punitur. 46. dist. clericus maledicus.

Quod illa maledictio prohibetur quę procedit in zelo vltionis, nõ ex zelo iustitiæ. 24. q. 3. cum ergo. §. proxi.

Quod criminosus sententia maledictionis est feriendus. 24. q. 3. certum. & cap seq.

Quod qui negligũt oris maledici cõsuetudinem resecare, etiam si non corde maledicant, inquinamentum oris sui incurrunt. 24. q. 3. qui negligunt.

Quod maledictum frustra prolatum frequenter in maledicentem reuertitur, 11. quæst. 3. illud. in fine.

Quod maledici regnum Dei non possidebunt. 24. quæst. 3. certum.

Quod sancti cum maledicunt, non maledicunt zelo vltionis, sed iustitiæ, 24. quæst. 3. cum sancti.

Quod cum maledicimur de quo conscientiam non habemus, non tristari sed potius lætari debemus, 1 q. 3. inter verba. & duobus cap. seq.

MALEFICI. Quod malefici & magi, & incantatores, & diuinatores pro eodem accipiuntur. 26. q. 4. igitur. & q. 5. si quis episcopus.

Quod vbi per maleficium Deo permittente occulto iudicio, & diabolo præparante concubitus non sequitur, ad Deum per humilem confessionem est recurrendũ. 33. q. 1. c. vlt.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & abi agitur de Incantationibus, & de Magis.

MALVM, Quod malum est duplex, videlicet pœnæ, & culpæ 15. q. 1. illa.

Quod malum pœnæ non propriè malum dicitur: mala enim non sunt quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant, sicut paupertas, ægritudo, & aliæ pœnalitates. 15. quæst. 1. illa.

Quod ideo Deus malũ pœnæ homini reliquit, vt ex hoc humiliaretur, & materiam haberet exercitij. de pœn. dist. 1. medicina. in fi.

Quod de malo pœnæ bonum fit, cum parperibus distribuitur, quod cum laboribus & sudoribus acquiritur, 14. q. 5. qui habetis.

De hac materia require infrà, vbi agitur de Pœna.

Quod malum culpæ propriè dicitur malum, videlicet, peccatum voluitarie commissum. 15 q. 1. illa.

Quod mala culpæ non sunt facienda, vt bona sequantur, 14. q. 5. per totum. 22. q. 2. is autem. & c. ne quis. & cap. faciat.

Quod de malo culpæ bonum fit quando de turpi lucro vbi non competit repetitio, fit eleemosyna, 14. q. 5. qui habetis.

Quod inter duo mala culpæ minus eligendum est, vbi necessitas vnum perpetrare compulit, 13. dist. duo. & cap. seq. in fi. 22. q. 4. quod Dauid. & cap. si aliquid. & duob. cap. sequen.

Quod innocens nec facit malum, nec approbat factum, 23. q. 4. ita & c. seq.

Quod sic sunt in ecclesia homines mali, sicut sunt humores mali in corpore, de conse. dist. 4. est vnitas.

Quod duobus modis non te maculat malus, videlicet, si non consentis, & si redarguis, 23. q. 4. à malis.

Quod sicut zizaniam à frumento difficile est segregare, sic in hac vita malos à bonis, 23. q. 4. quantus.

Quod quamdiu mali per iudicium ecclesiæ non publicantur, tolerari debent, 2. q. 1. multi. circa princ. 15. q. vlt. cap. vlt.

Quod tolerandi sunt & associandi quamdiu de ipsorum correctione non desperatur, 23. q. 4. cap. 1.

Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt, ne fortè eradicando zizaniam, eradicetur & triticum, 11. q. 3. nolite. 2. q. 1. multi. in princ.

Item tolerandi sunt, ne ex turbatione ipsorum pax generalis ecclesiæ concutiatur, 23. q. 4. tolerandi. & c. quid ergo. & c. quisquis.

Quod bonus malum tolerare debet, quia & Christus Iudam malum toleratur, 23. q. 4. tu bonus.

Quod qui malum non tolerat, ipse sibi testis est, quia bonus non est, 23. q. 4. hæc autem vita.

Quod si malos Christo lucrifacere volumus, exemplo Christi cum ipsis habitare debemus, 2. q. 1. multi.

Quod propter malos boni non sunt deserendi, 7. quæsti. 1. aduersitas.

Quod ideo proper bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam area non est relinquenda: nec propter pisces maios retia sunt rumpenda: nec propter hœdos in fine separandos, grex Domini est deserendus, 24. q. 1. quisquis.

De malo culpæ habes vbi agitur de Peccato.

MANNA. Quod manna fuit figura corporis Christi, quia sicut illud elementum cælestæ æqualiter singuli colligebant, sic cælestem gratiam postmodum secuturam æqualiter omnibus diuidi præfigurabat, de conse. dist. 4. nec quenquam.

Quod sicut potior est lux quàm vmbra, veritas quàm figura, sic corpus Christi dignius est manna de cœlo, de conse. dist. 1. reuera.

Quod manna fuit de cœlo, corpus Christi super cœlum, de conse. dist. 2. reuera.

Quod manna fuit corruptioni obnoxium si in alterũ diẽ seruabatur: istud enim est ab omni corruptione alienum, manens in æternum, de conse. dist. 2. reuera.

MANVMISSIO. Quod manumissio dicitur quando hi qui sunt sub iugo seruitutis, manumittentis beneficio libertati reddũntur, 12. quæstione 2. cum redemptor.

Quod manumissio per episcopũ sic debet fieri, vt semper manumissi patrocinium ecclesiæ recognoscant, 12. q. 2. episcopus qui mancipium.

Quod successor episcopi prædecessoris sui manumissionem non debet infringere, 12. q. 2. si quos.

Quod manumissus de collegio non tenetur ad reuerentiam singulis de col'egio, sed vniuersitati, immo singulos potest in ius vocare. 12. quæst. 2. episcopus qui. §. si verò.

De hac materia habes vbi agitur de Libertate & de Libertis.

MANVS IMPOSITIO. De manus impositione habes vbi agitur de impositione.

MARCVS. Quod Marcus Euangelista discipulus beati Petri Alexandrinam fundauit, & erexit ecclesiam, 24. q. 1. cum beatissimus. 22. dist. sacrosancta. 93. dist. legimus. post medium.

MARGARITA. Quod margarita ante porcos mittitur, quando indignis verbum Dei proponitur. 11. q. 3. nolite recedere. & c. seq.

Quod margaritæ ante porcos & canes mittuntur, quando detractoribus & immundis ecclesiastica sacramenta committuntur. 44. dist. in mandatis. de pœni. dist. 1. nonnulli. §. item his.

MARIA. Quod Maria verè vouit virginitatem perpetuam, nisi Deus aliter reuelasset, 27. q. 2. cap. sufficiat. post medium.

Quod Maria desponsata fuit Ioseph, sed nunquam ab eo cognita, 27. q. 2. quod autem. circa fin.

Quod ideo desponsata fuit Ioseph, vt virginitatis eius diabolo occultaretur, & virginitate sua fidelem gratiam mundi. 27. q. 2. inuenta. & 32. q. 2. c. 1.

Quod Maria virgo concepit, & virgo peperit.

ptiatum. ante fi.

Quod Maria genuit Deum & hominem. non tamen nimirum, sicut dicit Nestorius, quòd alium personã carnis, aliam dignitatis, 16. dist. prima autem. §. tertia in Epheso.

Quod tempore passionis Maria commendata fuit Ioanni. 27. q. 2. quod autem. §. seq.

Quod Maria & Ioseph in virginitate vterque permansit. 27. q. 2. beata Maria.

MARTYRIVM. Quod martyrium pro Christo non à nobis, sed ab aliis libenter debemus suscipere. 23. q. 5. non est nostrum. & quæstione 8. conuenior. circa princip.

Quod an nulli in persecutionibus licet propria interire manu, nisi vbi castitas perichtaretur. 23. q. 5. non est nostrum.

Quod non computantur in numero martyrum qui seipsos qualicunque intentione voluntariè interimunt. 23. q. 5. tu dixisti. & c. placuit.

Quod non pœna, sed causa facit martyrem. de consecr. dist. 4. baptismi. exemplum ibi de latrone.

Quod effectus martyrij pro nomine Iesu susceptus implet vicem baptismi. de conse. dist. 3. baptismi. & c. catechumenum.

Quod qui pro nomine Christi martyrizantur, absque dubio vitam æternam consequuntur. 15. q. 1. merito. §. fit missimè.

Quod in seruis Christi etiam si affectus martyrij ad effectum non deducatur, ipsa sola voluntas coronatur. de pœ. dist. 1. nunquid Cain.

MATRIMONIVM. Quod matrimonium est duplex, videlicet spirituale, & carnale. 26. quæst. 2. cum societas.

Quod matrimonium carnale est viri mulierisque coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. 27. q. 2. §. 1.

Quod matrimonium fuit primo in paradiso institutum, 32. q. 2. sicut. §. 1. & seq.

Quod fuit institutum ante peccatum in humani generis propagationem, post peccatũ in infirmitatis remedium. 32. q. 2. quidquid.

Quod matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur quod Dei præcepto perficitur. 26. dist. deinde. in fi.

Quod consensus in carnalem copulã facit matrimonij, 27. q. 1. §. 1. & 5. c. seq.

Quod matrimonium aliud est legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum, aliud legitimum & ratum. 28. q. 1. si quis Iudaicæ. §. seq.

Legitimum matrimonium est quod legali constitutione vel prouinciæ moribus contrahitur, hoc est apud infideles, licet non sit ratum, quia soluitur quando placet. 28. q. 1. si quis Iudaicæ. §. seq.

Ratum matrimonium apud fideles est, quando sine solennitate solo affectu contrahitur, quorum matrimonium semel initum vlterius solui non potest. 28. q. 1. si quis Iudaicæ. §. seq.

Legitimum & ratum est quando vxor à parentibus traditur, à sponso dotatur, & à sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur, 28. q. 1. si quis. §. seq. in fin. 30. q. 5. per totum. vsque ad c. nullum.

Quod triplex est bonum matrimonij, fides, proles, & sacramentum. 27. q. 2. omne. 32. q. 2. sicut. in fin.

Hoc triplex bonum fuit in paradiso Christi, proles fuit ipse Christus, fides quia nullum adulterium, sacramentum quia nullum diuortium. 27. q. 2. omne.

Quod prima causa matrimonij debet esse intentio prolis. 32. q. 2. pudor.

Item alia causa vitatio fornicationis. 32. q. 2. sicut. §. seq. & c. quidquid.

Quod propter intentionem prolis coitus excusatur, & propter bonum matrimonij. 32. q. 2. solet quæri.

Quod an in matrimonio dum contrahitur vel exercetur, non confertur gratia, & propter hoc in ipsius contractu pretia interueniunt. 32. q. 2 connubia.

Quod ipse Deus est defensor & custos matrimonij. 32. q. 4. nemo. in fine.

Quod damnans matrimoniũ anathematizatur. 30. dist. si qua mulier. & duobus c. seq. & c. si quis nuptias.

Quod secundæ nuptiæ dissuadentur. 31. q. 1. de his. & duobus c. seq.

Quod secundæ, tertiæ & vltimæ nuptiæ non condemnãtur. 31. q. 1. aperiant.

Quod secundæ nuptiæ non debent benedici. 31. quæst. 1. de his.

Quod olim licuit sacerdotibus in matrimonio ante cõtracto stare, sicut & modo apud Græcos stant, & filij eorum reputabantur legitimi. 56. distinctione Cænomanensem.

Quod ordinatis in matrimonio contracto nõ licuit, nec apud Græcos licet secũdas nuptias facere propter notam bigamiæ. 33. dist. si quis post.

Quod puellam quæ per verba de præsenti alteri contraxit, alter ducere non potest. 27. quæstione vltima, capit. vltim.

Quod modus cõtrahendi matrimonium ponitur. 30. q. 5. aliter.

Quod

Quod multa sunt quæ in contractu matrimonij sunt attendenda. 30. q. vl. alter. & c. qualis. & c. seq.

Quod velum, annulum, & alia quæ exhibentur dum fœminæ maritantur, singula specialem habent significationem, 30. q. 5. fœminæ.

Quod sine dote si potest haberi non debet contrahi matrimonium. 30. q. 5. nullum sine dote.

Quod clandestinè non debent matrimonia contrahi: & licet in foro conscientiæ ligent, in iudicio tamen ecclesiæ pro infectis habentur. 30. q. 5. per totum.

Quod matrimonium non potest cõtrahi ad tempus. 32. q. 2. solet quæri. & c. seq.

Quod à septuagesima vsque ad octauam paschæ, & tribus hebdomadis ante festum Ioannis Baptistæ, & ab aduentu Domini, matrimonia non debent solenniter contrahi. 33. q. 4. non oportet. Vide Conc. Trident. de hac re.

Quod in matrimonio constituti certis temporibus debent à coitu abstinere, videlicet tempore communionis. 33. q. 4. c. 1.

Item in die Natiuitatis Christi, & in aliis festiuis diebus. 33. q. 4. quotiescunque.

Item in tempore ieiuniorum. 33. q. 4. si causa. & duobus c. seq.

Item tempore cõceptus, & ablactationis pueri. 5. distin. ad eius verò concubitum.

Item tempore menstruorum. ibid.

Quod tamen continentia non debet fieri ab vno sine cõsensu alterius. 33. q. 4. apostolus. & c. seq.

Quod matrimonium contrahendum impeditur per errorem personæ, vt si putatur esse Virgilius, & est Plato. 29. q. 1. §. 1.

Item per errorem conditionis: vt quando putatur esse liber, & est seruus. 29. q. 1. §. 1.

Item per iustitiam publicæ honestatis, 27. q. 2. qui despõsatam. 35. q. 3. porro.

Quod non debet contrahi cum hæretica & infideli persona. 28. q. 1. caue. & duobus c. seq.

Item nec cum consanguinea. 3. q. 4. consanguineorum. 35. q. 1. c. 1. §. his ita.

Item nec cum affine. 27. q. 2. qui desponsatam, in fi. & 35. q. 2. nullum. & c. æqualiter. & pluribus cap. seq.

Item nec cum moniali. 27. q. 1. hi ergo. & duobus c. seq. 36. q. 2. raptores.

Item nec cum diaconissa. 27. q. 1. diaconissam.

Item nec cum religionem professis, vel in sacris ordinib. constitutis, 27. q. 1. vt lex. 27. dist. presbyteris.

Item nec cum furiosis & dementibus nisi habeant lucida interualla, vel nisi furiosus vel furiosa contraxerit. tales enim non sunt separandi. 32. q. 7. neque furiosus.

Quod vno coniuge viuo quantocunque tempore absente alter contrahere non potest. 34. q. vlt. si quis necessitate.

Quod si credens mortuum contrahit, non adulteratur, sed redeuntem tenetur recipere, 34. q. 2. c. 1.

Quod dubitans mortuum, si contrahit, licet non debeat contrahere, debet tamen debitum reddere quousque certificetur, 34. q. 1. c. 1.

Quod si non credens mortuum, & tamen est mortuus, contrahit, non separatur, sed pœnitentia tanquam pro adulterio imponitur, arg. 22. q. 2. homines.

Quod si post duorum fidelium coniunctionem in aliquo ipsorum hæresis superuenerit, alteri propter hoc non poterit copulari. 28. q. 2. c. vlt. §. vlt.

Quod separatus ob fornicationem viuente reliquo non potest cum altera copulari. 32. q. 7. c. 1. & octo c. seq. & c. hi verò.

Quod nemo cogendus est ad matrimonium, & coactus separatur. 31. q. 2. si verum. & ca. seq. 32. q. 2. c. vlt.

Quod presbyter vxorem ducens, ab ordine debet deponi. 28. dist. presbyter.

Quod nec Latini nec Græci in sacris ordinibus possunt contrahere, sed volentes Græci vxores habere, in minoribus cõstituti contrahunt, & sic in matrimonio vlterius promouentur, 31. dist. Nicæna.

Quod ducens in vxorem quam prius habuit concubinã etiam virginem, non videtur posse promoueri. 32. distinct. maritum, & 34. distinct. præcipimus, & 30. q. 5. qualis.

Quod vxor promoti ad sacros ordines ipsa consentiente non potest etiam ipso mortuo matrimoniũ contrahere, 28. dist, quia sunt.

Quod error fortunę vt cũ putatur diues qui pauper est, non impedit matrimonium, 29. q. 1. §. 1.

Item nec error qualitatis, vt cũ putatur quis bonus qui malus est. 29. q. 1. §. 1.

Quod post pœnitentiam cum illa potest contrahere quã prius polluit per adulterium, nisi in morte viri machinatio, vel fides adulterę data fuit cum effectu. 31. q. 1. c. 1. & c. denique. & quattuor c. seq.

Quod fidelis dimissus ab infideli non baptizato non impeditur contrahere cum alio. 28. q. 2. c. vlt.

Quod cum filio matris spiritualis potest contrahi matrimonium: & pater cum filia carnali filij spiritualis, sed filius cum filia patris sui non potest, quia cognatio spiritualis descendit à patre in filium, non ascendit à filio in patrem. 30. q. 3. c. vlt.

Quod filij possunt cõtrahere cum filiabus compatrum, excepta illa mediante qua contrahitur cognatio spiritualis. 30. q. 3. super quibus.

Quod propter incestũ efficitur quis indignus ad matrimonium contrahendum, sed post pœnitentiam potest cum talibus dispensari, 32. q. 7. quædam. & quinque c. seq. 33. q. 2. si quis cum duabus. & c. seq.

Quod vxoricida sine dispensatione nõ potest cõtrahere, 32. q. 2. interfectores. c. admonere. & c. si quid. & c. seq.

Quod dispensatur in matrimonio circa gradus à canone prohibitos, 35. q. 3. quædam lex. & c. seq. & q. 8. de gradibus.

Quod de consanguinitate gradus distinguuntur. 35. q. 5. per totum.

Quod gradus affinitatis exprimuntur. 35. quæst. 5. porro.

DE STATV CONIVGVM IN MATRIMONIO.

Quod prima nocte coniuges debent abstinere propter reuerentiam sacerdotalis benedictionis, 23. dist. sponsus. 30. q. 5. sponsus.

Quod non debent se coniuges libidinosè diligere, 32. q. 4. origo.

Quod cum commiscetur quis in matrimonio causa prolis procreandæ, non est peccatum, 25. dist. vnum. §. aliàs. ante fi.

Item causa reddendi debitum non est peccatum. 27. q. 2. si tu.

Item causa fornicationis vitandę, & est veniale peccatum. 32. q. 2. quidquid. 33. q. 2. in adolescẽtia. & q. 4. vir cum propria.

Item cum causa libidinis explendæ tamquam cum adultera vel cum meretrice est peccatum mortale. 32. q. 4. origo. & ca. liberorum. Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonij. 32. q. 7. adulterij.

Quod absentia imputatur ad peccatum si propter hoc alter coniugum in peccatum labitur. 27. quæst. 2. si tu.

Quod vxor marito leproso vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitum tenetur, 32. q. 5. horrendus. & c. seq.

Quod vnus sine alterius voluntate continentiam vouere non potest, 33. q. 5. 2. c. 1. & 5. c. seq.

Quod nec potest religionem ingredi nisi propter fornicationem vnus ab altero per sententiam episcopi sit separatus, 27. q. 2. sunt qui septem. & c. seq.

Quod consentiens vouenti & non vouens non potest cũ altera contrahere nisi post mortem vouentis, 27. q. 2. si quis coniugatus. 33. q. 5. quod Deo. & c. seq.

Quod ante copulam carnalem vtrique coniugum licet intrare religionem altero inuito. 27. q. 2. scriptit nobis. §. ecce. & c. seq.

Quod an dormiens cum sorore vxoris suę potest reddere debitum, 27. q. 2. qui dormierit.

Quod vxorati non debent in ecclesia, & præcipue circa altare deseruire, 27. q. 2. multorum.

Quod in veteri lege vxore sterili permanente licite ex ancillis liberos procreabant, 23. quæstio. 4. §. 1. & tribus c. seq.

Quod neuter coniugum potest alteri crimen obijcere, quando vtrumque crimen constringit, 34. quæstio. 2. in lectum.

DE DIVORTIO. Quod diuortium matrimonij sine consensu episcopi non debet fieri. 17. q. 2. si vir.

Quod ante causæ cognitionem spoliatus vel spoliata primo debet restitui. 33. q. 2. historia. & duobus c. seq.

Quod matrimoniũ inter fratres spirituales vel adoptiuos dirimitur. 30. q. 3. c. 1. & quatuor cap. seq.

Item cum matre vel spirituali filia simile, 30. quæstione 1. de eo.

Quod diuortium factum propter malefi cium si cessat, restituitur, 33. q. 1. si per sortiarias.

Quod affinitas remanet licet ille moriatur per quem contracta est, 35. q. 10. §. 1. c. 1.

Quod ante diuortium consanguinei vel propinqui debent citari & testificari de matrimonio, vel scies & antiqui quib. nota potest esse consanguinitas, 35. q. 1. c. 1. & duobus c. seq.

Quod forma iuramenti testificantium ponitur, 35. q. 6. de parentela. & 3. c. seq.

Item forma iuramenti separationis propter consanguinitatem, vel affinitatem, 35. quæst. 6. ab isto.

Item forma iuramenti illius qui recipit dimissam, 35. q. 6. c. vlt.

Quod matrimonium non dirimitur per votum simplex antecedens. 27. distinctione cap. 1. & duobus cap. seq.

Item nec propter compaternitatem vel propter commaternitatem superuenientem, 30. quæst 1. nosse. & quatuor. c. seq.

Item nec propter seruitudinem dominis debitam. 29. q. vlt. c. vlt.

Quod qui scienter contraxit cum persona seruilis conditionis, ab ipsa diuortiari non potest. 29. quæstione 2. si quis liber.

Quod cum vterque coniugum seruilis conditionis matrimonium contrahit, non separantur. 29. quæstione vlti, cap. vlt.

Quod non separatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris sororem, 32. q. 7. qui dormierit.

Quod extraordinaria pollutio quamuis sit criminosa nõ separat matrimonium, 35. q. 3. extraordinaria.

Quod siue propter adulterium siue propter aliud inter coniuges fiat diuortium, nõ propter hoc rumpitur matrimonium, 32. q. 7. interuenerunt. & sex c. seq. 33. q. 5. quæ. 5. quod Deo.

De hac materia habes, vbi agitur de diuortio.

Quod matrimonium spirituale est coniunctio Christi, & ecclesiæ, 27. q. 2. cum societas.

Quod matrimonium per carnalem copulam non perficitur, non est sacramentum Christi & ecclesiæ, 27. q. 2. cum societas.

Item spirituale matrimonium contrahitur inter prælatum ecclesiæ, & eius ecclesiam, 7. q. 1. sicut vir.

Item spirituale matrimonium est inter Christum & spiritualem animam. 17. q. 1. quę Christo. & c. nuptiarum.

MOECHIA. Quod mœchia est duplex, videlicet spiritualis & carnalis, 28. q. 1. non solum.

Quod mœchia spiritualis est idola facere, vel idolis sacrificare. 18. q. 1. non solum.

Quod mœchatio est omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus. 32. q. meretrices. in fi.

Quod strictè sumi mœchiam non nisi pro adulterio ponitur, 32. q. 4. meretrices.

Item pro consensu peccati, quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo, 32. q. 7. non solum.

Quod mœchus dicitur, qui dimissa vxore ob causam fornicationis aliam duxit, 32. q. 7. quemadmodum.

MEDICINA. Quod medicina est duplex, spiritualis, & corporalis. 29. dist. necesse.

Quod medicorum consilia diuinæ conditioni sunt contraria, quia nec ieiunare nec flere, nec cõsimilia sinunt, de conse. dist. 5. contraria.

Quod medico corporali salarium non est negandum, 14. q. 5. non sane.

Quod nec clerici nec religiosi pro medicina munera debent accipere, 23. dist. his igitur.

Quod medicina spiritualis est pœnitentia. 50. distinct. vt constitueretur, 33. q. 1. si per sortiarias.

Item medicina spiritualis est omnia ecclesiastica sacramenta. de pœni. dist. 1. in actione de cõsec. d. st. 2. si quo tiescunque, 23. dist. his igitur.

Item medicina spiritualis est misericordiæ opera. de pæ. dist. 1. medicina.

Quod Christus est spiritualis medicus, qui paratus est centies curare, si toties homo per peccatum infirmatus eum requirit, de pœnit. dist. 3. Naum prophetam.

Item prælati sunt spirituales medici, qui dant subditis correctionis medicinam, 86. distinct. inferiorum. & c. sequen. 5. quæst. 5. non vos. 45. distinct. recedite. 23. q. 4. quid faciet.

Quod magis prælatus occidit quàm curat, qui nec pro peccatis suis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit, 50. dist. absit.

Quod sicut medicus peritus non vno collyrio omnium oculos curat, sic prælatus vel prædicator diuersorum nominum vulneribus diuersis doctrinis medetur, 29. distinct. necesse.

MEMORIA. Quod memoria vltionis diuinæ præteritæ in peccatores, terrorem futurum incutere debet, ne consimilia attentent. 7. q. 1. denique.

Quod quibusdam in memoriam excessus signa relinquuntur, 19. quæstio. 3. mandamus, de consec. distinct. 2. & dixit.

Quod ideo quibusdam occasio peccati præteriti, vel peroci mutationem vel aliter est subtrahenda, ne culpa ad memoriam replicata incalescat, 15. quæstio. 1. mulier. 81. dist. valet.

Quod nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorũ continua memoria, de pœ. dist. 3. Iudas pœnituit.

MENDACIVM. Quod mendaciũ est falsæ vocis significatio, cũ voluntate fallendi, 22. q. 2. beatus. §. ille.

Quod octo sunt genera mendaciorum, quorum quia primum grauius est, tanto minus quisque mentiendo peccat, quanto à primo recedit 22. q. 2. primum.

Quod primum genus mẽdacij est in doctrina fidei cum intentione subuertendi.

Secundum est, quod prodest nulli & obest alicui, vt est mẽdaciũ detractionis, & falsi testis in causa criminali.

Tertium est quod prodest vni, & obest alteri, vt est mendacium in causa pecuniaria.

Quartũ est quod solũ mentiendi fallendique libidine fit.

Quintum est quod fit placendi cupiditate de suaui collo quio, quod est adulterorum.

Sextum est, quod nulli obest, & prodest alicui, vt cũ quis se nescire mentiatur pecuniam esse alterius, quam scit iniustè tollendam.

Septimum est, quod nulli prodest, & obest alicui, vt cum quis hominem vult prodere ad mortem.

Octauum est, quod nulli obest, & prodest ad hoc vt castitas conseruetur.

Quod primum genus dicitur perniciosum, ad quod nulla conditione potest quis adduci.

Quod quodlibet aliorum est vel pernicio sum, vel officio sum, vel iocosum mendacium, quæ post primũ minorem secundum maius & minus culpã habent, 22. q. 2. ne quis. & cap. quod autem ait, & c. si quælibet. 9. dist. si ad scripturas.

Quod mendacium est graue peccatum. quia os quod mentitur, occidit animam, 22. q. 2. nec artificioso.

Quod omne mendacium cauendum est, maximè perfectis, 22. q. 2. ne quis. c. omne. & c. si quis per vetus testamentum. & 22. q. 5. cauete fratres.

Quod perfectus pro nullius vita seruanda debet mentiri. 22.q.ne quis.
Quod nullus ducendus est ad salutem mendacio opituletur. 21.q.primum, in fin.
Quod Abraham dicendo vxorem sororem suam esse, & Iacobe dicendo se primogenitum, excusantur de mendacio 22.q.2. quæritur. §. proximo.
Quod mendacium est episcopum vel sacerdotem vel religiosum se profiteri, & contraria suo ordini operari, 22.q.cauete fratres.
Quod nemo causa humilitatis debet mentiri: quia si non erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat. 22. quæst. 2. non ita.
Quod ille mentitur qui putans falsum dicit verum, vel econuerso. 22. quæstione 2. homines. & c. sequen.
Quod non omnis falsum dicens mentitur, 22. quæst. 2. is autem. & cap. beatus. & cap. si quælibet. §. Abraham.
Quod facere contra promissum, non semper est mentiri. 22.q. beatus Paulus & cap. ne quis. in fin.
Quod aliquod iocosum mendacium nō videtur esse graue peccatum. Exemplum de Ioseph. 22. quæst. 2. quod autem ait.
Quod mendacium præcipue in mercatoribus est, quia mercator sine mendacio & periurio esse non potest. dist. 88. eijciens. & c. seq.
Quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccant: quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. 11. q. 3. quisquis.
Quod mendacium etiam in præsenti inuenitur grauiter punitum. 12. q. 1. dilectissimus. post medium. Exemplū ibidem de Anania & Sapphira.
Quod mendax debet carere impetratis, & quibus scriptis scripta diriguntur, sunt puniendi si precum mendacia non arguunt, 25. q. vlti. dicenti.
Quod circa impetrationem rescriptorum contingit mentiri tripliciter, 25. quæst. vlti. §. & si legibus.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

MENDICITAS. Quod mendicitas clericorum est ignominia episcoporum. 93. dist. diaconi.
Quod in tātum excreuit auaritia quorumdam episcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egēs mēdicare.
Quod illi qui aliter habere possunt, grauiter peccant si mendicant, quia vnde pauper victurus erat, accipiunt, 1. q. 2. pastor.
Quod eleemosyna panis egētium est & qui defraudat eū homo sanguinis est. 14. q. 5. cap. immolans.
MENSA. Quod mensa clericorum nō debet abundare fabularum relatione, sed sacræ scripturæ locutione. 44. dist. pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

MENSTRVVM. Quod menstrua mulierū sunt ex naturali superfluitate sanguinis, & ideo culpa carent. 5. dist. ad eius.
Quod menstrua patienti non debet ecclesiæ introitus denegari. 5. dist. ad eius.
Quod sicut mulier menstrua patiens, Christi vestimentum laudabiliter tetigit, ita ecclesiam menstruata laudabiliter intrare poterit
Quod ad mulierem menstruatam quisque accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur. 5. dist inctione ad eius.
MENSVRA. Quod mensura misericordiæ Dei non potest extimari. de pæn. dist. 1. serpens. ante fi.
Quod apud Deum non valet tantum in pæ nitentia mensura temporis quantum doloris. de pæ. di. 1. mensuram, & cap. precedenti. & cap. in actionem.
MERCATIO. Quod mercatio potest esse honesta & turpis. de pæn. dist. 5. qualitas.
Quod quælibet mercatio est periculosa, quia difficile est inter vendentis & ementis cōmercium non interuenire peccatum,
Quod mercator sine peccato & periurio esse non potest. 88. dist. eijciens. & cap. seq.
Quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat, 14. q. 4. canonum. 16. q. 7. & hoc diximus,
Quod qui propter cupiditatem ante granum vilius emit vt carius vendat, turpe lucrum committit, 14. q. 4. quicumque,
Quod in sacro loco vbi est orationibus vacandum, mercationes exerceri non debent, 16. quæstione 7. & hoc diximus,

De hac materia habes vbi agitur de Lucro & Negotiatione,

MERCENARIVS. Quod mercenarius etiam si ab inuito detentore recipit mercedem suam, non committit iniuriam, 14. q. 5. non sane.
Quod qui defraudat mercenarium mercede, reus est, ac si ipsius sanguinem funderet, 14. q. 6. immolans.
Quod prælatus non diligens propter Deum, sed propter temporale lucrum, mercenarius est. 8. quæstion. 1. sunt in ecclesia,
Quod ille rector non pascit, sed mercenarij vice deseruit, qui gratiam humanam amittere formidans loqui recta pertimescit. 43. distinct. sit rector.

Quod mercenarius est prælatus, qui plus diligens proprium commodum quàm ouium, videns lupum oues relinquit. 7. q. 1. aduersitas.
MERETRIX. Quod meretrix est quæ multorum libidini patet. 34. dist. vidua.
Quod meretrices esse, & ad meretrices accedere est diuinitus prohibitum. 32. quæstione 4. meretrices.
Quod fornicator in eo est magis criminosus, quia tollit membra Christi, & facit ea mēbra meretricis, 32. q. 4. in eo.
Quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter sit in meretrice, sed execrabilius in vxore. 32. q. 7. adulterij.
Quod contrahens cū meretrice, ad sacros ordines non potest promoueri. 34. distinctio. si quis viduam.
METROPOLITANVS. Quod metropolitanus à mensura ciuitatum quibus præest, dictus est. 21. dist. c. cleros. post. prin.
Quod metropolitanus debet decem vel vndecim ciuitates & totidem episcopos sub se habere, 6. quæstio. 3. sicut.
Quod absque metropolitani licentia nullus episcopus ciuitam Imperatoris debet adire. 23. quæst. vlt. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiscopo.

MICHAEL. Quod Michael qui noluit maledicere diabolo ponitur in exemplum vt à maledicto puri simus. 24. q. 3. si igitur Michael.
MILITIA. Quod militia est duplex, videlicet sæcularis & spiritualis, 59. dist. officia. 23. q. 8. reprehensibile.
Quod militia sæcularis non culpatur, sed abusus, 23. q. 1. per totum.
Quod militia instituta est propter duo, videlicet ad iniuriā propulsandā, & vindictā inferendā. 23. q. 1. c. 1. in fi.
Quod ius militare in multis consistit, 1. dist. ius militare.
Quod in militia sæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscendi, & cupiditas nocendi, 23. q. 1. quid culpatur in bello,
Quod in hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceantur, & boni subleuentur, 32. quæst. 1. apud. & c. seq.
Quod plerique sancti patres sæculare militiam laudabiliter exercuerunt, 23. quæst. 1. noli existimare.
Quod summa laus est militiæ communi vtilitati intendere. 23. q. 1. summa.
Quod boni milites vitra stipendia sua nil debent vsurpare. 23. q. 1. militare.
Quod miles non est reus homicidij, qui legitima auctoritate superioris hominem occidit, 23. quæst. 5. miles.
Quod miles sæcularis grauius peccat simoniam committendo quàm clericus, 1. q. 3. Saluator. circa med.
Quod miles sæcularis propter periculosum statum quem habet, absque dispensatione *Papæ* ad sacros ordines non debet promoueri. 50. distin. si quis post.
Quod si in militia sæculari gradatim quis promouetur ad honores, multo fortius in militia spirituali. 59. dist. si officia & c. seq.
Quod nō debet esse ligatus alijs qui spirituali militiæ est aggregandus. 54. dist. nullus.
Quod Christus ad seruiendum voluntarium militem habere vult, 15. q. 1. non est.
Quod nil beatius quàm vt quomodo Imperator noster Christus iussit militetur, 40. distin. ante omnia.
Quod militum Christi arma sunt lachrymæ & orationes 23. q. 8. reprehensibile. & c. conuenior. circa med.
MINISTER. Quod minister dicitur quidquid superior mandat, exercet. 23. q. 2. dominus noster. 23. q. 5. non solum & q. vlt. quicumque percutit.
Quod minister iudicis etiam damnatum, siex libidine occidit, homicida est. quæst. 5. cum minister.
Quod minister Christi non debet esse superbus, quia talis diabolo comparatur. 1. q. 1. si iustus fuerit.
Quod Christus ministros suos docuit alijs ministrare, non temporalibus lucris intendere, 16. q. 1. nulli.
Quod in ministris ecclesiæ sicut est in sacerdote ministratio, sic & in diacono sacramenti dispensatio, 93. distin. diaconi.
Quod vbi paterfamilias largus, est minister non debet esse tenax. 26. q. 7. aligant, in fin.

De ministris ecclesiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de ecclesia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

MIRACVLVM. Quod miraculum est opus arduum & insolitum supra spem & facultatem consistens admirantis. sicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij diuisio, & alia plura quæ ponuntur de consc. distinctione 2. reuera. circa me.
Quod miracula facere est speciale donum spiritus sancti, de pæn. dist. 2. si quis semel. §. quorundam.
Quod quantumcumque sint aliqui sancti, miracula facere non possunt quando volunt, nisi quando speciali dono spiritus sancti perfunditur. de pæn. dist. 2. si quis semel. §. quærendum.
Quod miracula sanctorum sunt admiranda, non in exemplum nostræ actionis trahenda. 2. q. 7. nos si. post medium.

Quod quidam habent prophetiæ spiritum, qui non habent vitæ meritum. 1 q. 1. prophetauit. exemplum ibi de Saul.
Quod multi faciunt miracula extra charitatem constituti, qui in charitate positi facere non possunt. 1. q. 1. teneamus.
Quod magi & dæmones non faciūt miracula, sed mira, quia nō sunt supra naturam, sed sunt hominibus insolita. 26. q. 4. sciendum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus, & vbi agitur de Magis.

MISSA. Quod missa propriè dicitur eucharistiæ consecratio & confectio: reliqua omnia quæ sacerdos vel chorus canit gratiarum actiones sunt, vel certæ obleerationes. de consc. dist. 2. vtrum.
Quod Iacobus apostolus frater domini & Basilius Cæsarienſis tradiderunt modum Missam celebrandi. de consc. dist. 1. Iacobus.
Qui tamen modus nec alius in decreto per ordinem habetur, sed tamē ego plura quæ in Missæ officio exercentur, propriis capitulis assignaui, vt infra patebit.
Quod Missa sine sacratis vestibus non debet cantari. de consc. dist. 1. vestimenta.
Quod nullus debet Missam sine stola & manipulo cantare. 23. dist. ecclesiastica.
Quod in solenni Missa ministri & præcipuè diaconus & subdiaconus debent haberi. de cōle. dist. 1. episcopus Deo. & duobus c. seq.
Quod in primitiua ecclesia in principio Missæ psalmi legebātur, sed post psalmi in cantum sunt conuersi, vnde introitus Missæ, & gradualia, & offertoria, & communio quæ cantātur, penè omnia de psalmis sunt sumpta. 92. dist. cantantes. §. ab officio. & c. in sancta. in fi.
Quod ille versiculus, Gloria patri, quem Damasus Papa ad preces Hieronymi instituit post psalmos repetendum, qui cantatur post introitum ponitur, de consec. dist. 1. de hymnis.
Quod kyrie eleyson, & Pater noster ponitur, 11. q. 3. cū aliquis.
Quod Gloria in excelsis, & Alleluia, qui duo hymni ab angelis sunt cantati, & à nobis in solennitatibus sunt decantandi, ponuntur de consc. dist. 1. de hymnis, & c. hi duo.
Quod hi duo hymni à septuagesima quando lapsus primi hominis recitatur, intermittuntur vsque ad pascha, quando Christus resurgens ex mortuis tristitiam in gaudium vertens, Alleluia nobis reddidit. de consec. dist. 1. hi duo.
Quod episcopus in Missa ante collectam, vt ostendat se vicarium Christi, sicut Christus apostolos, sic salutat populum dicens, Pax vobis. 2. q. 7. non omnes.
Item vt ostendat se de numero aliorum sacerdotum dicit, Dominus vobiscum, quod ponitur de consc. dist. 1. hoc quoque.
De orationibus siue collectis dicendis habes de consc. dist. 1. de hymnis. in fi.
Quod post orationes respondendum est Amen, habes 38. dist. sedulo.
Quod epistola & Euangelia legenda sunt in Missa, habes de consc. dist. 1. omnes fideles.
De offertorio quod debet fieri in Missa, habes de consc. dist. 1. omnis Christianus.
Quod post offertur in calice vinum & aqua à sacerdote. de consc. dist. 2. in sacramento.

De quamateria habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod ante præfationē Sursum corda dicere monemur, & tunc præcipuè mentem ad dominum dirigere debemus. de consc. dist. 1. quando autem.
De præfatione, quæ postea primo sequitur, habes, de cōsc. dist. 1. inuenimus.
Quod pax debet dari ante communionem, habes de cōsc. dist. 2. pacem.
Quod post Missam si non est episcopus sacerdos qui cātauit debet dare benedictionem. de consc. distinct. 1. Missas.
Quod in Missa siue viui, siue mortui populo possunt recommendari, sed in canone missæ vbi soli Deo loquimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, sub generali commendatione orare debemus. de consc. dist. 1. vifum. & c. de nominibus.
Quod non nisi in sactis locis, vel vbi episcopus permiserit, Missa debet celebrari. de consc. dist. 1. Missarum.
Quod sub dio super tabula cōsecrata lapidea potest Missa cantari. de consc. dist. 1. concedimus.
Quod episcopus ne monachos in officio impediat non debet in monasterio suo solenniter celebrare. 18. q. 2. luminoso.
Quod non solum episcopus, sed etiam populus diebus dominicis & solennibus ab ecclesia sua non debet se subtrahere de consc. dist. 3. episcopus. & c. seq.
Quod super altari in quo episcopus cantauit, eo die non debet presbyter celebrare. de consec. dist. 1. c. vlt.
Quod in natiuitate Domini quando tres Missæ sunt celebrandæ, prima Missa in profunda nocte solenniter est celebranda. de consc. dist. 1. nocte.

Quod

Quod in quadragesima non debet quis manducare nisi audita prius Missa, & vespertinis officijs. de consc. dist. 1. dist. tolent.
Quod propter populi deuotionem Missa potest in aurora cantari. de consc. distin. 1. solent plures. §. 1.
Quod post clericorum ordinationes in ieiunijs quatuor temporum post meridiem Missa debet cantari, & præcipuè in sabbato sancto, quia tunc versus nocte debet cantari. de consc. dist. 1. solent. §. in ieiunijs.
Quod nemo pransus Missam cantare debet. 7. q. 1. nihil.
Quod qui pro pecunijs vel hominum complacentijs vnā vel plures Missas celebrat, æternam sibi damnationem comparat. de consec. dist. 1. sufficit.
Quod excepta natiuitate Christi vnam Missam cantare sufficit sacerdoti.
Quod valde felix est qui vnā Missam digne pōt celebrare.
Quod dominicis & festiuis diebus laici Missam vsque ad finem debent audire. de consc. dist. 1. Missas. & c. seq. & c. & hoc.
Quod episcopus solenniter celebrando semper debet habere testes, de consc. di. 1. episcopus Deo. & c. iubemus.
Quod presbyter nisi duobus ad minus præsentibus Missam non debet celebrare, vt competat sibi dicere Dominus vobiscum & Orate pro me. de consc. distinct. 1. quoque.
Quod sacerdos propter euentus varios sine adiutore qui possit eum sustentare, non possit Missam cantare. 7. q. 1. illud.
Quod presbyter qui Missam incepit: nisi infirmitas impediat, debet eam finire. de consc. dist. 1. nullus episcopus.
Quod si presbyter propter casualem infirmitatem Missam inceptam finire non poterit, alter vbi dimisit perficiat. 7. q. nihil.
Quod laborans morbo caduco vel consimili Missam non debet cantare. 7. q. 2. in litteris.
Quod presbyter nunquam Missam cantet nisi communicet. de consc. dist. 2. relatum. & c. sequ.
Quod presbyter in Missa de mortali peccato habens conscientiam, cum contritione & proposito confitendi potest communicare. de consec. dist. 2. quotidie.
Quod Missa mali sacerdotis vel infamati non est respuenda, nisi sit per sententiam condemnatus. 15. q. 8. c. vlt. dist. 32. c. nullus. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebratione & de Sacerdote.

MISERICORDIA. Quod misericordia est plenitudo & perfecta forma virtutum. 86. dist. in singulis.
Quæ duplex est misericordia, videlicet diuina & humana.
Quod multiplex est misericordia Dei, quę lapsis hominibus subuenit. de pœn. distinctione 1. serpens.
Quod misericordiæ Dei nec mensuras ponere possumus: nec tempora diffinire: apud quem nullas patitur moras venia; conuersio. de pœ. dist. 1. serpens, ante fi.
Quod Deus ex misericordia expectat peccatores vt conuertantur. 93. distinctione diaconi sunt. ante fi.
Quod assiduè peccare volentium non miseretur Deus, 93. dist. diaconi sunt. in fin. de pœn. dist. 1. Deus. §. potest etiam. & distinctione 7. circa fin.
Quod misericordia ad proximum est dupex, videlicet corporalis, & spiritualis. 45. dist. tria.
Quod spiritualis est triplex, videlicet offensas vel iniurias dimittere. 45. dist. tria. & 50. dist. considerandum.
Item delinquentes corrigere. 45. dist. tria.
Item bona docere & iusta consuiere. 45. dist. disciplina.
Quod corporalis misericordia consistit in septem operibus misericordiæ, quæ in hoc versu continentur.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Quorum plura ex his ponuntur. 86. distinctione non satis.

De modo habendi vel exhibendi prædicta officia misericordiæ.

Quod misericordia spiritualis ad proximum debet esse iusta in corrigendo, vt scilicet non desit vinum auferri tatis, nec oleum pietatis. 45. dist. disciplina.
Item discreta in docendo vel consulendo, ne eruditi in errorem deducantur. 43. distinct. sit rector.
Item debet esse prompta offensas relaxando: maximè quando pœnitent offendentes 23. q. 4. non potest. §. proximo.
Quod misericordia corporalis debet esse iusta in exhibendo, quia debet esse de proprio, non de alieno. 1. q. 1. nō est. 14. q. 5. per totum.
Quod debet esse discreta in subueniendo: quia vni omnia non sunt danda. 86. dist. non satis. & c. dom nus.
Item ordinata in distribuendo: quia primo dandum est propinquis, & post alijs. 86. distin. est probanda. & c. in singulis. in fin excepta necessitate. tunc potius dandum est iustis quàm peccatoribus. 86. distinct. fratrem nostrum. §. in ipsa.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia.

Quod misericordiæ officia omnibus sunt præcepta. 86. dist. in singulis.
Quod qui negant misericordiam faciendam: ipsum Christum qui est misericordia negant. 7. q. 1. omnis.
Quod misericordia maior est omnibus holocaustomatibus. dist. 50. ponderet. in fin.
Quod melius est in causis prætendere misericordiā quàm

inclementiam. 86. dist. non satis. 26. q. vl. alligant.
Quod tentencia quæ misericordiam vetat, est effugienda. 50. distinct. ponderet. in fine. 1. q. 7 exigunt.
Quod capto hosti debetur misericordia, nisi maior turbatio timeatur. 23. q. 1. noli.
Quod crudelis est misericordia parcere vni in discrimen multorum. 45. distinct. sed illud.
Quod non est misericors qui parcit vitijs, vt non conturbet delinquentes 23. q. 5. qui vitijs.
MYSTERIVM. Quod mysterium ex illo dicitur quòd secretam & reconditam habet dispensationem. 1. q. 1. multi. circa med.
Quod ecclesiastica siue diuina sacramenta propriè dicuntur mysteria. 1. q. 1. multi. ante med.
Quod indignis & non intelligentibus secreta mysteria non sunt communicanda. 43. dist. §. vlt. & c. in mandatis.
MOYSES. Quod Moyses qui congregauit omnem synagogam, repræsentat quòd in fideli anima omnis multitudo sensuum & cogitationum ad meditandum de Deo intra sacrarium cordis debet conuenire. 8. q. 1. licet.
Quod in hoc quòd non fuit Moysi permissum à Deo de successore ordinare, datur intelligi quod ad Deum non ad homines spectat electio præsati. 8. q. 1. si ergo.
Quod Moyses negauit se filium filiæ Pharaonis, & quòd Aegyptiū fabulo obruit, & quòd Aegyptum dereliquit, & quòd filios Israel de Aegypto eduxit, habes de pœn. dist. 3. vt cognouerunt. §. opponitur.
Quod Moyses ponitur in exemplum quòd prælati non armis sed orationibus contra aduersarios debent pugnare, quomodo ipse pugnauit contra Amalech, 36. dist. si quis vult.
Quod sicut inter Moysen & Aaron fuit quædam maioritatis discretio, sic fuit inter apostolos, 22. distin. sacrosancta. & 21. dist. §. 1.
Quod Moyses cum pro peccato populi oraut, non statim veniam impetrauit. 50. dist. si quis præpostera. in fine.
Quod Moyses potius voluit de libro vitæ deleri, quàm noxam populo non dimitti. 23. q. 4. quid crudele.
Quod quia Moyses Aethiopissam duxit in vxorē, Maria murmurans lepra percussa fuit, 2. q. 7. pierumque. cap. item obijcitur.
Quod Moyses propter reuerentiam loci calceame ntum pedis soluit, de pœ. distin. 1. sunt qui arbitrantur.
Quod Moyses quandoque Christum significat. de pœn. dist. 2. inter hæc hircum.
MONACHVS. Quod monachus dicitur à monos Græcè, quod Latinè dicitur solus, & achos quod Latinè dicitur tristis: quasi solitarius & tristis. 16. quæ. 1. placuit.
Quod monachus ideo singularis dicitur: quia debet vitare hominum multitudinem, 16. quæst. 1. si cupis.
Quod sicut piscis sine aqua, sic monachus sine monasterio vel cella caret vita, 16. q. 1. placuit communi.
Quod monachus ad hoc debet intendere vt status eius concordet cum nomine. 16. quæst. 1. placuit.
Quod omnis monachus vel religiosus debet esse vel de regula Sancti Benedicti, vel de regula Basilij, vel de regula Augustini. 18. quæstio. 2 perniciosam.
Quod etiam dicuntur monachi qui regulam Augustini sunt professi, 18. q. 2. perniciosam.
Quod nullus seruus debet esse monachus nisi à domino suo licentiatus. 16. q. 1. qui verè.
Quod monachi & monachæ semper & vbique debent de ferre vestes professionis suæ, 33. dist. sanctimonialis. 20. q. 1. vidua.
Item excepta infirmitate nunquam debet carnes comedere. de consc. dist. 5. carnem.
Item debent abbatibus suis obedire: ac res laboribus suis acquisitas vel qualescumque sine licentia abbatis non debent retinere, 18. quæst. 2. abbates.
Quod nullus debet monachū spe abbatiæ promissæ fieri. 16. quæst. 7. per laicos. 18. quæst. 2 peruenit.
Quod vltra tempus in monasterio stantes & nolentes profiteri debent expelli. 16. q. 1. peruenit ad nos.
Quod testamentum facere non possunt. 19. q. 3. quia. & c. seq.
Quod sine licentia abbatis vouere nō possunt. 20. q. 4. monacho.
Quod ad arctiorem vitam petita licentia transire possunt. 20. q. 4. c. 1. monachum.
Quod compulsus siue à parentibus, siue ab alijs fieri monachus: nisi prius cōsentiat, nō tenetur. 20. q. 3. præsens.
Quod monachi de licentia abbatis ex causa legitima possunt ad solitarias cellas transire, 18. q. 2. nullus monachus. 20. q. vlt. c. vlt.
Quod non debent causas vel negotia sæcularia agere nisi ex licentia abbatis pro monasterio, 16. q. 1. adijcimus, in fi. & c. de præsentiū. & c. sunt nōnulli. & c. monachi.
Quod frequenter loquens de pecunia, potius dicendus est institor quàm monachus, 16. q. 1. si cupis.
Quod monachi nunquam debēt vacare, sed semper vel orationibus, vel lectionibus, vel exercitio operis debēt intendere. de consecra. distin. 5. nunquam.
Quod debent ab omni familiaritate monialium & aliarum fœminarum se alienare. 18. q. 2. peruenit ad nos. & 3. c. seq.
Quod nec in vno, nec in vicino monasterio cum monialibus debent habitare, 28. q. 2. diffinimus. & duobus c. seq.

Quod nec sudarioles, nec zonas, nec alia munuscula à mulieribus debent accipere, 27. q. 1. c. monachō.
Quod monachi quamuis recipiendo ordinem recipiant officij potestatem, non tamen executionem: nisi occasione petita de licentia episcopi, 16. q. 1. monachi, & c. seq & c. sic viue. & c. si clericatus. & c. seq.
Quod nec pœnitentiam aliis dare, nec prædicare nisi in claustro suo debēt, 16. q. 1. placuit omnibus, & c. monachus, & c. iuxta, & c. adhicimus.
Quod nec baptizare debent, nec fieri compatres, 18. q. 2. peruenit ad nos. de con e dist. 4. non licet abbati, & c. seq.
Quod præter confratrem in claustro, & præterea cum à clegerit, nullum debēt sepelire, 16. q. 1. c. 1. c. Agapitus. & c. placuit.
Quod monachi debent subesse episcopis inquātum per Papam non sunt exempti, 16. q. 1. peruenit, 18. q. 2. Abbas. & quatuor c. seq.
Quod visitandi sunt per episcopos & corrigendi, 18. q. 2. visitandi.
Quod iura episcopalia debent episcopis persoluere, 18. q. 2. Eleutherius, & c. seq.
Quod non debent decimas vel ecclesias à laicis sine consensu episcopi recipere, 16. q. 7 decimas.
Quod ep. scopos ex charitate possunt accusare, 2. q. 7. nullus. §. proximo.
Quod monachi bonorum operum in clericos & episcopos promoueri possunt, 16. q. 1. si clericatus, & 7. c. seq. & tribus c. præcedentibus.
Quod non debent sine abbatum licentia episcopatus recipere, 18. q. 2. quàm sit. §. nullus, 16. q. 1. si quis monachus, & c. legi. §. seq.
Quod facti episcopi absoluūtur à iugo professionis, 18. q. 1 c. 1.
Quod facti episcopi non debent mutare habitum nec ordinis sui ritum quo ad substantialia, 16. q. 1. de monachis, & §. seq.
Quod facti ep. scopi succedūt in bonis paternis, & ecclesiæ suæ relinquunt, 18. q. 1. c. 1.
MONASTERIVM. Quod monasteriū duplex pro monachis & monialibus in vno loco fieri prohibetur, 18. q. 2. diffinimus.
Quod monasteria construenda sint in solitudine: ne popularis accessu deuotio religionis impediatur, 18. q. 2. luminoso
Quod monachorum monasteria sub sint episcopo in cuius territorio sunt, 18. q. 2 monasteria.
Quod monasterium exemptum est à lege diœcesana in pluribus videlicet quantum ad cathedratici præstationem vel præstationem, 10. q. 3. inter cetera.
Item quantum ad quartæ partis dimissionem, 16. q. 1. cū pro vtilitate.
Item quantum ad grauem exactionem, 17. quæstio. 2. quàm sit.
Item quantum ad publicæ missę celebrationem: quia sine consensu abbatis episcopus non debet facere, 18. q. 2. abbas, & c. luminoso.
Quod monasteria non debent fieri sine licentia episcoporum, 18. q. 2. quidam, & 4. c. seq.
Quod mulieres monasteria religiosorum intrare nō debent, 18. q. 2. peruenit ad nos.
Quod monasteria religiosorum non debent conuerti in habitacula sæcularium clericorum: nec debēt regi per sæculares, 18. q. 2. peruenit ad nos, & c. dudum. 19. q. 3. quæ semel, & c. seq.
Quod in parochialibus ecclesiæ monasteriorum de consensu episcopi debent presbyteri instituti vel remoueri. 16. q. 2. visis. & c. seq.
Quod abbas siue episcopo, & episcopus per se res monasterij alienare non possunt, 17. q. 4. in vēditionibus, 18. q. 2. quàm sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & vbi agitur de Religione.

MONIALIS. Quod monialis est quæ professa est se velle viuere secundum regulam Benedicti, vel secundum regulam Basilij, vel secundum regulam Sancti Augustini, 18. q. 2. perniciosam,
Quod moniales non debent habere singularia domicilia, 18. q. 2. perniciosam.
Quod puella duodecim annos habens si voluntariè monialis effecta est etiam ante consecrationem recedere non poterit, 20. q. 1. puellæ.
Quod moniales subsunt ordinationi & correctioni episcopi. 28. q. 2. cognouimus.
Quod præponendus monialibus primum est per episcopum examinandus, 18. q. 2. qui religiosis.
Quod cōuenientius regūtur per viros spirituales quàm sæculares, 18. q. 2. in decimo.
Quod monasteria monialiū non debent esse vicina monasteriis monachorum, 18. quæstione 2. diffinimus, & 4. c. seq.
Quod monialis nunquam debet loqui cum monacho vel alio viro sine bono testimonio, 18. q. 2. d. ffinim⁹, & c. in decima.
Quod moniales in vno choro cū monachis vel aliis clericis cantare non debent, 18. q. 2. perniciosam,
Quod non debent vasa sacra & pallas & corporalia contingere 23. dist. sanctimoniales. §. vasa. c. sacratas.
Quod non possunt matrimonia contrahere: & contrah

tes sunt per episcopum compellendæ ad votum redire, 27.q.1.de viduis & puellis.vsque ad fi.
Quod monniales in vitium carnis prolapsæ grauiter puniuntur, 17.q.1. impudicas.& ferè per totum.
Quod peccantes cum ipsis ipso facto videntur excommunicati, 27 q.1.si qua virgo.& c.eos.

De consecratione monialium habes supra vbi agitur de Consecratione.

MORS Quod mors est triplex videlicet corporalis, spiritualis,& gehennalis.de pœ.dist.vlt.
Quod mors corporalis omnibus est communis.13.q.2. in ecclesiastico.
Quod in memoria ab omnib⁹ est semper habenda.ibidē.
Quod non videntur esse perfecti qui cum à Domino vocantur,non moriuntur voluntariè, sed inuiti.13.q.vl. quàm præposterum.
Quod sacramenta morientibus concedi debent.26.q.1. Aurelius.& c.seq.
Quod si volentem confiteri mors,antequàm ad sacerdotem perueniat præoccupauerit,non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura.26.q.6.si aliquis.
Quod qui fame morientē non pascit occidit, 86.di.pasce.
Quod mortem languentibus probatur infligere qui hanc cum possit non excludit, 33.dist.§.1.
Quod qui mortui sunt,in Dei iudicio nō ab hominib.sunt iudicandi,24.dist.quorumdam.
Quod post hominum mortem animæ locantur secūdum quod meruerunt,13.q.2.tempus.
Quod mortui iuuandi sunt oblationibus,eleemosynis,& orationibus,etiam si dubitatur de eorum salute,13.q. 2.non æstimemus.& pluribus cap.seq.
Item quod fit pro omnibus mortuis tantum valet cuilibet,ac si pro vno solo fieret.de consc.dist.5.non medio criter.
Quod indignus est in morte accipere solatium,qui se nō cogitauit moriturum. de pœn.dist.7.§.vlt.
Quod morientibus in peccatis mortalibus, nec oblationes nec orationes viuorum nec mortuorum,nec sepulturæ sacrorum locorum prosunt.13.q.2.quibus.& septem c.seq.
Quod nemo debet contristari de morte suorum charorum,cum ipsos non amittamus, sed præmittamus,13. q.vlt.quàm præposterum.& tribus c.seq.
Quod illi qui nimis tristantur de morte suorum,videntur desperare de felicitate futurorum bonorum, 13.q.vlt. habent.
Quod in hoc quòd Dominus fleuit Lazarum non fleuit mortuum, sed ad huius vitæ miserias resuscitandum, innuitur quòd pro mortuis plus est gaudendum quàm tristandum,13.q.vlt.qui diuina.
Quod mortui huius mundi facta possunt scire vel per decedentium relationem, vel per angelorum reuelationem:vel per specialem concessionem, quia ipsis quandoque conceditur vt post mortem viuis appareant,13. q.2.fatendum.
Quod quandoque mortui ex diabolica illusione phantasticè creduntur apparere,26.q.5 nec mirum.ante med.
Quod ecclesia nec ligare nec soluere potest mortuos de peccatis, quia non sunt de foro eius, 24.q.2.ligatur.
Quod iniustè excommunicatus etiam post mortem potest absolui, 24.q.2.sane quod.
Quod hæretici post mortem possunt excommunicari propter facti detestationem,24.q.2.sane profertur.
Quod fideles non debent communicare mortuis quibus non communicauerunt viuis, 24.q.2.de cōmunione.
Quod mors spiritualis est duplex, bona & mala,bona est quando quis siue per baptismum, siue per pœnitentiam moritur peccato,vt viuat Christo.de consc.dist.4.vt ostenderet.& c.seq.
Quod species diuersæ huius mortis designantur per tres mortuos quos Christus suscitauit. de pœn.dist.1.quem pœniter.
Quod mors spiritualis mala est quando quis moritur per peccatum mortale,sicut per peccatum infidelitatis,26. q.2.qui sine,11.q.3. non solum.§.idem timendo.
Item per hypocrisim,quia hypocrita viuens mortuus est, 12.q.1.nolo.ante fi.
Item per auaritiam,14.q.4.si quis vsuram.
Item per quodlibet aliud mortale peccatum.de pœn.dist. 4.§.dicens.c.inter mittentes sermonem.
Quod mors gehennalis mors dicitur æternalis:quia ibi nunquam mors moritur,26.q.2. quisnam. de pœn.dist. vlt.in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Sepulturis.

MORES.Quod mos longa consuetudo est,de moribus tracta.1.dist.mos.
Quod legem mores faciunt, & commune ius legibus & moribus constat.1.dist.omnes.
Quod plus facit famosum morum nobilitas,quàm generis dignitas,40.dist.nos.& c.seq.
Quod illud quod non est contra fidem & bonos mores, indifferenter habendum est,12.dist.illa.
Quod multum distant damna morū à damnis rerū temporalium.6.q.1.sunt plurimi.§.verum.& cap.deteriores.

De hac materia habes vbi agitur de Consuetudine.

MVLIER.De muliere habes supra vbi agit de femina.

MVLTITVDO. Quod multitudo inutilium personarum maximè clericorum est vitanda. 23.dist.tales.
Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur maximè in prælatis,& clericis,59.dist.si officia.
Quod nō potest esse salubris à multis correctio, nisi cū ille corripitur qui nō habet sociam multitudinem,33. q.4 non potest.
Quod in correctione multitudinis cautè est incedendū, 44.dist.confessationes.
Quod cum contagium peccandi multitudinem inuaserit: diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est,23.q.4.non potest.
Quod paucitas est asperè corrigenda, sed multitudo leniſſimis admonitionibus frangenda, 44.dist.comessationes.
Quod pro peccantium multitudinem detrahēdum est seueritati,44.dist.comessationes.50.dist.vt constitueretur,9 q.1.ordinationes.
Quod nō debet deferri multitudini in mali prælati electione vel approbatione,18.q.2.si quis.
Quod multas medicinas inuenire cogunt multæ experientiæ morborum,50.dist.vt constitueretur.
Quod non minus ardet qui cum pluribus ardet, 2.q.1. multi.in fi.
Quod tempore apostolorum multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna in Deo,12.q.1.dilectissimis,8.dist.§.1.
Quandoaliquando multitudo propter vnius delictū punitur,45.dist.sed illud, 24.q.1 non turbatur.
MVNDITIA.Quod munditia est duplex,scilicet corporalis,& spiritualis,31.dist.lex.
Quod munditia carnalis est quæ inficitur per luxuriam: & ideo clericis in sacris proibetur, vt competentius valeant diuinis vacare obsequiis & orationibus, 31. dist.c.1.§.causa.
Quod spiritualiter mundatur qui à sorde peccatorū per pœnitentiam purgatur, 50.dist.& purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate,vbi agitur de Luxuria,& vbi agitur de Macula

MVNVS.Quod munus est triplex, videlicet ab obsequiis,quod est seruitus inhibite impensa.
Item munus à manu,quod est pecunia.
Item munus à lingua,quod est fauor,1.q.1.sunt nōnulli.
Quod munera dantem & accipientem faciunt deuiare à iustitia,11.q.3.pauper,& c.qui recte.
Quod ille manus ab omni munere excutit,qui non solum pecuniam vel obsequium, sed nec etiam humanum fauorem inquirit, 1.q.1. sunt nonnulli,11.q.3. qui rectè.
Quod non timetur culpa,vbi redēptio speratur per munera,11.q.3.pauper.
Quod meritoriè trahitur quis ad fidem vel ad meliorē statum per munera,23.q.4.c.vlt.
Quod clericus ecclesiam suscipiens vel spiritualia dans per munera destruitur,7.q.1.sanctum,13.q.1.obseruandum,12.q.2.questa.
MVRMVRATIO. Quod murmuratio dissuadetur, quia murmurās opus quod facit perdit,90.di.alienus.
Quod murmurans & contentiosus pari pœna puniūtur, 90.dist.si quis monachus.
Quod filij Israel murmurantes à serpentibus perierūt, 90.dist.alienus.
Quod Maria propter murmur cōtra Moysem lepram in currit,2.q.7.plerunque,§.item obijcitur.
MVTATIO.Quod mutatio nō debet in his fieri quę rationabiliter & vtiliter sunt à patribus diffinita, 25. q.2.cum piè,& c,ecclesiasticè.
Quod Deus mutabilitatem nescit,omnis autem creatura vitiosa est: quia mutabilis est.de pœn.distinctio.2. circa fi.
Quod licet Deus sit incommutabilis,tamen sæpè mutat promissa:cum ex misericordia temperat sententiā,22. q.4.incommutabilis,& c.non semper.
Quod Deus nouit mutare sententiam quando de malo in melius homines mutantur, de pœ.dist.1.si agamus, & §.seq.Exemplum de Niniue,& de Ezechia rege,cui quindecim annos addidit.
Quod Romana ecclesia statuta sua secundum temporis exigentiam quandoque mutat,25.q.vlt. posteaquam. §.his ita.& §.vlt.& c.ita nos.
Quod illa quę non sunt cōtra Euangelia aut sanctorum decreta, pro necessitate temporum quandoque mutantur,44.dist.c.vlt.25.quæstione vlt.priuilegia, & c. amputato.
Quod mutantur reges propter negligentiam reginiis, 15.q.6.alius.
Item episcopi vel alij prælati de loco ad locum propter exigentiam temporis mutantur,7.q.1.mutationes.
Quod sedes episcopales mutantur:vel dug in vnam redigūtur causa hostilitatis vel paupertatis,25.q.2.§.hostilitatis,& c.ita nos.
Item priuilegia:quia pro necessitate corrigendorum vitiorum dantur, & quandoque penitus immutantur, 25.q.2.§.his.c.posteaquam.
Itē mutantur incauté promissa,22.q.4.in malis,& c.seq.
Item mutantur in melius consilia & proposita, 12.q.1. certè.vbi Augustinus mutauit consiliū,22.q.2.beatus. vbi Paulus propositum eundi ad Hispaniam mutauit.
Item mutatur pœna in pœnam vel pœnitentiam, 22.q. 4.innocens credit.ex his. vbi de Iosue & Gabaonitis, 23.q.5.c.1.circa med.
Quod non sufficit peccatori mores in melius commutare:sed etiam debet de præteritis satisfacere.de pœn. dist.1.§.Christus.
Quod Nabuchodonosor rex non corporaliter sed mentaliter in bestiam mutatus est:quia credēs se bestiam, ab hominibus secedens cum bestiis morabatur, 23. q.5.remittuntur.
MVTILATIO. Quod mutilatio membrorum latronum proficit eis : quia debilitata membra nequeunt exercere consueta.23.q.3 si quis fortitudinem.
Quod mutilatus vel absciſus pe. se vel per alium exclusa decenti causa non potest promoueri, 33.dist.martum,& 36.dist.c.illiteratos.
Quod qui sibi ipsi virilia mutilauerit:non solum nō promouetur:sed etiam suiipsius homicida reputatur,50. dist.si quis abscíderit,& c.seq.
Quod qui volens partem digiti sui mutilauerit,ab ordinibus abstinebit,45,dist.qui partem.
Quod mutilator alterius non debet promoueri, 55.dist. c.vltim.
Quod si qui per medicos castrati vel mutilati essent propter infirmitatem,aut à Barbaris propter infidelitatem, aut à dominis vt eunuchi fierent:si aliàs inueniuntur digni,possunt promoueri, 55.dist.si quis à me dicis.
MVTVS.Quod mutus per signa baptismum & pœnitentiam & alia sacramenta petere potest, 26.q.6.qui recedunt,& c.seq.
Quod prælatus qui non redarguit vitia subditorum;cauſa infirmitatis dicitur,43.dist.si rector.

NABATH. Quod Nabath fuit pater Hieroboam, qui regnum appetens in populo Dei schisma fecit,7.q.1.denique.
Quod Nabath vineam suam in ortum olerum commutare noluit, 23.q.8.conuenior.
NABVCHODONOSOR.Quod Nabuchodonosor Danielem de lacu leonum & persecutionibus liberauit,23.q.5.si propter ea.
Quod Deus malos per Nabuchodonosor flagellauit:& post propter superbiam mutatus mente in bestiā,cum bestiis vixit,23.q.3. §.1.circa med.& q.5.remittūtur, §.hinc.circa med.
Quod Nabuchodonosor propter superbiam in bouem ex homine est mutatus.17.q.4.miror.
Quod quia Nabuchodonosor per flagella corrigitur, & Pharao per flagella induratur:innuitur quòd medicinæ salutis non operantur in singulis , 23.q.4. Nabuchodonosor.
NATIVITAS.Quod natiuitas est triplex est: videlicet naturæ,gratiæ,& gloriæ.
Quod natiuitas naturæ prima est in vtero , iuxta illud: Quod enim in ea natum est.de qua natiuitate,de consc.dist.4 firmissimè.
Item alia est naturæ ex vtero:scilicet quando puer innotescit iuxta illud. Natus est homo in mundum,de qua de consc.dist.4.quisquis.c.qui in maternis.
Quod natiuitas glorię est quando deposita vetustate pœnæ nascitur homo ad gloriam,de consc.dist.4.post Baptismum.Sic mors sanctorum natalis dicitur,24.q.2. sanè quòd.
Quod natiuitas gratiæ est quando quis nascitur per baptismū iuxta illud:Oportet nasci denuo,de consc.dist. 4.qui in maternis.
NATVRA.Quod natura condidit omnibus nationibus ius commune,sicut est maris & fœminæ coniunctio,puerorū succesſio & educatio.1.dist.ius naturale.
Quod cōtra naturam coitus semper fuit illicitus & damnabilis,32.q.7.vsus.33.q.3.nec eā.§.naturæ,& c.seq.
Quod violatur diuina societas cū natura-cuius ipse auctor est,libidinis peruersitate polluitur,32. quæst.7. flagitia.
Quod naturali iure omnia sunt communia,& quòd cōsuetudo induxit meum & tuum,8.dist.differt.
Quod præscientia vel prædestinatio diuina nullam naturæ infert necessitatem,23.q.4.Nabuchodonosor.
Quod in culpam cadere naturale est,doluisse virtutis, de pœ.dist.3.ille rex.
Quod natura dæmonum in pluribus subtilior & nobilior est quàm natura hominum,16.q.4.sciendum.
Quod sancti cum ex naturę fragilitate corruerint,actio res ad currendum cursum salutis resurgunt,de pœn. dist 3 ille rex.
NAVIS.Quod nauis quæ propter Ionæ fugam immergebatur,significat quòd propter excessus maiorū cōgebatur,significat quòd propter excessus maiorū cōtingit afflictio minorum , 1.q.4. ecclesia.§.his ita.post medium.
Item in hoc quòd multa merita apostolorū naufragābat, & prodītoris perfidia nauis procellis agitabatur,innuitur quòd propter vnius malitiam multi boni puniuntur,24.q.1.non turbatur,
Quod Paulo causa prædicationis in Italiam veniente nauis concutitur,innuitur quòd aduersitas bonis votis obijcitur,7.q.1.aduersitas.
Quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcussa stetit,constantiam prædicatoris in aduersitate innuit, 7.q.1.aduersit.§.
Quod periculum est prælato qui nauem ecclesiæ regit & remum

Quod sicut nauigans multis periculis se exponit, sic qui vxorem ducit.17.q.2.nos.
Quod sicut nil interest, vtrum nauis vno grandi fluctu, aut per rimas paulatim aqua intrante submergatur, sic parua peccata multiplicata tātum opprimuntvt vnum grande.de pœn.dist.1.medicina.circa medium.
NECESSITAS.Quod necessitas est duplex, videlicet simplex,vt est necesse omnes homines mori.23.q. 4.Nabuchodonosor.
Alia est conditionis,vt cum quis scit aliquem ambulare necesse est eum ambulare. Sicut nulla necessitas cogit incedere volentem,tamen necesse est eum incedere, sic quę ex nulla necessitate naturæ,sed ex libertate arbitrij proueniunt,Deus præuidet &necesse est ea esse, 23.q.4.Nabuchodonosor.
Quod necesse est prædestinata adimpleri,ibidem.
Quod nō est culpa bile quod necessitas infert. 30.q.1.ad limina.
Quod necessitas non habet legem,q.1.remissionem.
Quod necessitas facit licitum quod aliàs non esset licitū, vt patet in translationibus episcoporum, 7.q.1.mutationes.
Quod translationes episcoporum vel communis vtilitas vel necessitas debet psuadere.7.q.1.scias.& 4.c.seq.
Quod opera necessitate vrgente facta non sunt laudabilia,57.dist.si quis.
Quod adultus necessitate cogente baptizatus non est ordinandus.ibid.
Quod id quod ex necessitate conceditur,cessante necessitate debet solui-de consecra.dist.5.quidquid.
Quod illud quod ex necessitate fit,non fit ex ordine legi nis motu,vel turpato: vnde cessante necessitate debet cessare & id quod pro necessitate statutum est,1.q.7.quod pro remedio.9.q.1.ordinationes.in fi.
Quod in necessitate extrema pœnitentibus sacramenta non sunt negāda,26.q.7.tempora pœnitudinis.
Quod in necessitate patri siue matri siue omnib.alijs baptizare permittitur.30.q.1.ad limina.
Quod necessitas facit aliena propria , quia tempore necessitatis omnia sunt communia,47.dist.sicut. in fine.
Quod clericus raptor est qui vltra necessaria pauperibus non erogat,16.q.1.c.quoniam.
Quod tempore necessitatis prius subueniendum est propinquo quàm alieno,86.dist.non satis.
Item alieno prius iusto quàm peccatori,86.dist. fratrem. §.in ipsa.& c.non satis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

NEGATIO. Quod negatio Christi non tantum fit in verbis,sed etiam in factis.11.q.3.existimant.
Quod ille negat Christum qui(cum sit)se negat esse Christianum.11.q.3.non solum.
Quod quoties vitijs vincimur & peccamus,toties Deum negamus,11.q.3.existimant.
Quod qui veritatem pro pecunia negant,Deum qui veritas est vendunt,11.q.3.abijt.
Quod qui negant misericordiam faciendam patientibus ipsum Christum qui misericordia est,negant,7.quę.1. omnis.
Quod quanta vita est confiteri Christum,tanta mors est negare ipsum,11.q.3.non solum. §. idem timendo.
Quod Petrus negauit Christum, cum se negauit eius discipulum,11.q.3.non solum.
Quod illi errant qui Petrum de negatione Christi excusant.11.q.3.non solum.§.idem timendo.
Quod de vno negatur,de pluribus conceditur.ibid.
Quod negatiua probari non potest,6.q.5.§.vlt.
NEGLIGENTIA.Quod negligentia est eruditionis nouerca,83.dist.nihil.
Quod negligentia arguitur in excusatione boni operis, 84.dist.peruenit.
Item in subueniendo miseris,12.q.2.aurum.& c.seq.86. dist.fratrem.
Item in corripiendis peruersis,83.dist. error.2.q.7. sicut inquit. c. negligere.
Item in eruditione prædicationis,83.dist.nihil,43.dist.in, sit rector,
Item in defensione pauperis,84.dist.§.1, & c.peruenit.& c.seq.
Quod negligentia prælatorum cedit in discrimen subditorum,40.dist.si Papa.
Quod negligentia correctionis perdit disciplinā in subditis,23.q.3.iustum.
Quod negligentes rectores multas sæpe nutriunt pestilentias,dum dissimulant adhibere disciplinam.86.dist. inferiorum,45.dist.sed illud.
Quod negligere & non perturbare peruersos nil aliud est quam fouere,83.dist.error.
Quod si negligenter quæ male vsurpantur corriguntur, excedendi via aliis aperitur, 93.dist. peruenit ad nos.
Quod non sufficit clericis turbis negligentibus adæquari.8.q.1.c.vlt.
Quod desolatio debet esse prælato vbi clericos videt esse negligentiores in bono quàm laicos,8.qu. 1. quid autem.25.q.1.nulli.
Quod prælati de negligentia arguuntur & puniuntur, 22.q.1.si quis.27.q.1.si custos.
Quod negligentia post admonitionem aggranatur quātum ad culpam & quantum ad pœnā,12.q.2.indigne.
Quod prælati pœna de negligentia est depositio,81.dist. dictum.11.q.3.placuit.
Quod negligentia inferiorum suppleri debet per superiores,8.q.3.Arraldus.9.quæst.3 cum simus.
NEGOTIATIO.Quod negotiatio nō est in se mala, 88.di.quoniam non.
Quod duplex est negotiatio: videlicet licita & illicita.88. dist.fornicari.
Quod negotiatio sine periculo minimè exerceri potest. de pœ.dist.5.qualitas.
Quod negotiatorem excusat vel arguit qualitas negotij. de pœ.dist.5.qualitas.
Quod de substantia mali negotiatoris nouissimè non remanet nisi solum peccatum,88.distinct.eijciens.
Quod negotiatio inhonesta clericis est interdicta, 88.di. consequens.Nam nemo militans Deo,implicat se secularibus negotijs.
Quod negotiatorē clericum,& ex inope diuitē,& ex ignobili glorioſum,quasi quandam pestem fuge,88.dist.negotiatorem.
Quod negotiatio cupiditatis prohibetur clericis, 88.dist. decreuit,14.q.4.clerici.& c.canonum.
Quod negotiatio pietatis vt inde subueniatur viduis & pupillis,permittitur clericis,78.distin.decreuit.
NEGOTIVM.Quod negotia circa maiora cautius & diligentius sunt disеutienda,42.dist.quiescamus.
Quod pleraque sunt negotia quæ sine peccato aut vix aut nunquam exerceri possunt.de pœ.distinctione 5.negotium.
Quod perfectis non est peccatum repetere negotium quod ante sine peccato exercuerunt.de pœ.dist.5.negotium.
NEOPHYTVS Quod neophytus dicitur qui nouiter est in fide vel religione plantatus,47.dist.sicut.
Quod non debet in episcopum ordinari,ne in superbiam erigatur,quia talis nescit humilitatem obseruare, 48. dist.§.1.
Quod simonia neophytorum hæresis dicitur,quia aliquā do dabant pecuniam vt citius promouerentur, 1.q.1. quisquis.
Quod neophytis expedit plusquam alijs cibis delicatis à vanitatibus abstinere.de consc.dist.5.neophyti.
NECROMANTIA.Quod necromantia est quando per incantationes videntur resuscitari mortui, diuinare,& ad interrogata respondere,26.quæstio.5.nec mirum.
Quod quando necromantia fit , cruor aquæ misceatur vt colore sanguinis dæmones inuocati facilius prouocentur.ibid.

De hac materia habes vbi agitur de dæmonibus.

NOBILITAS. Quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum.40.distinct.nos.
Quod nec loci nec generis nobilitate,sed virtute Christi acquiritur gratia,40.distinct.illud.& cap.sequen.
Quod quia Adam nobilitatem Dei per peccatum abiecit nobilitate priuatus fuit,40.distinctio.Adam.
Quod nobilitati defertur in pœnæ impositione pro excesſu,24.q.1.qui contra.
NOMEN.Quod nomen aliquando propter facti detestationem deprauatur,17.dist.multis.
Quod nominis interpretatio vel diffinitio diligenter est aduertenda,12.quæst.1.clericus qui, 16.quæstione 1. c.1.
Quod à Christo Christiani nominantur.de consc.dist.4. postquam ascendit.
Quod sola nominatio non sufficit ad condemnationem, quia sæpe innocentes in falso crimine nominantur,2. q.1.multi.in fine.
Quod sophisticatio nominum in matrimonij contractu, cum dicit se Virgilium cum sit Plato,ditimit matrimonium,29.q.1.§.1.
NOTORIVM. Quod notorium nec accusationem nec probationem requirit,2.quęst.1.de manifesta.& c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Iudicio publico.

NOVITIVS.Quod nouitij in fide siue in religione aut seriores alijs debent viuere.de consec.distinctione 5. neophyti.
Quod in religionem intrans tempus probationis vnius anni debet habere,17.q.2.Gonsaldus.
Quod incognitus ante triennium non debet recipi ad professionem,& intra hoc tempus si sit seruus aut vxoratus, debet repeti,17.quæst. 2,si quis,19.q.3. monasterijs.
Quod nouitij intra tempus probationis non debent ad ordines promoueri,48.dist.sicut.
Quod in multis deferendum est eis,ne ratione nimiæ austeritatis tanquam minus radicati retrò cedant,25.q. 3. c. quædam lex.§.quod scripsi.
NVPTIAE. Quod nuptię dicuntur à nubēdo,eo quòd puellæ pudoris gratia caput obnubere vel velare soleāt. 30.q.vlt.nec illud.
Quod nuptiæ terram implent,virginitas paradisum, 32. q.1.nuptiæ.
Quod velle nubere post votum castitatis damnabile est. 27.q.1.nupriarum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio,& vbi agitur de Diuortio,& vbi agitur de Bigamia.

OBEDIENTIA.Quod obedientia est quidquid à superiore vtiliter imperatum fuerit obtemperare,33.q.1.iustitia.
Quod obedientia sola fide meritū possidet,sine qua quisquis fidelis continuerit,& infidelis esse iudicatur,93.q. 1.sciendum,in fi.
Quod obedientia in scriptis debet promitti.23.dist.quāquam.
Quod obediendo in desideratis,& obediendo in cæteris præter voluntatem,nulla est obedientia.81.quęst.1. sciendum.
Quod obedientia propria voluntate mactatur, 81.quæst. 1.sciendum.
Quod obedientia quia cogit esse sub aliena potestate, nihil debet habere proprium,7.q.1.non dicatis.
Quod obedientia est fructuosa,quia per ipsam in præsenti meremur gratiam Dei,93.dist.nulla.& c.seq.
Item futuram per ipsam meremur salutem,93.dist.si inimicus,11.q.3.quid ergo.
Quod sine ipsa incurrimus æternam reprobationem, 93. dist.nulla.& c.seq.
Quod propter obedientiam est bonum omittendum,sed nunquam malum mortalis culpæ committendum,11. q.3.quid ergo.
Quod alijs præpositis non debet ferre molestè aliquem sibi prælatum esse; sed obedientiam quam exigit ab alijs,ipse impendat,23.distin. quanquam, 2.quæsti.6. qui scit.
Quod vbi duo superiores mandant vel præcipiunt oppositа, non est obediendum,11.q.3.si is.8.di.quæ contra.
Quod in dubijs semper est obediendum.23.q.1.qui culpatur,ante fi.
Quod non est semper malum non obedire quia cum præcipitur aliquid contra Deum,prælato non est obediendum,11.q.3.non semper.& 8.cap.seq.
Quod seruus obediens domino suo malo,excusatur pro tanto,quia seruus,sed non pro toto,22.q.5.qui cōpulsus,86.distin.qui prodest.
Quod superioribus festinanter est obediendum,93.dist. si inimicus.
Quod Deo principaliter obediendum,8.dist.quæ contra. 11.q.3.imperatores.
Item post Deum Romanæ ecclesiæ diligentius, 12. dist. præceptis,93.dist.obedientiam.
Item episcopis.7.q.1.quia frater.
Item sæcularibus potestatibus,8.distinct.quæ contra.
Item abbatibus religiosis,18.q.2.abbates.
Item quilibet suo superiori,93.distinctio.à subdiacono.
Quod ideo Deo principaliter est obediendum, quia sicut potestas maior minoribus præponitur ad obediēdum, sic Deus omnibus hominibus,8.dist.quę contra.
Quod post Deum ideo Romanæ ecclesiæ est obediendum,quia ipsa est caput & mater omnium ecclesiarum, 12.dist,non decet.& c.seq.93.dist.si inimicus.
Quod episcopo à clericis , & sacerdotibus suæ diœcesis est obediendum, & reuerentia debet eis exhiberi,7.q. 1.quia.
Quod sæcularibus potestatibus sic est obediendum , vt Deo non offendatur,8.distin.quę contra,15.q.6.nos. & c.seq.
Quod abbatibus monachi & alij religiosi specialius suo prælato in his quæ spectant ad regulam,quàm episcopo tenētur obedire,sicut clericus tenetur plus suo episcopo obedire,quàm archiepiscopo,18.q.2. quàm sit. §.nullus.& c.abbates,9.q.3.conquestus.
Quod omnibus superioribus,dummodo non sint hæretici,licet sint aliàs mali , quāditu tollerat eos ecclesia,est eis obediendum.2.quæst.7.sacerdotes.
Quod iudex obediendo potestati legitimæ si quemquam occiderit,non culpatur,23.q.5.Miles.& c.cum homo.
OBLATIO.Quod oblatio est duplex,videlicet spiritualis, quæ est corpus & sanguis Christi : & temporalis, quæ sit ex rebus mundi.de consc dist.2.tribus,in fi.
Quod oblatio eucharistiæ quæ propriè spiritualis est,omnem oblationem præcellit.de consecra.dist.,2nihil.
Quod ab omni sorde purgati debent hanc oblationem offerre.50.dist.& purgabit.81.distin.oportet.in fine.
Quod immundi ab hac oblatione prohibentur,82.dist. proposuisti.
Quod licet hæc oblatio sancta sit,non tamen indignè offerens eam sanctificatur,sed plus polluitur.1.q.1.prophetauit.
Quod in oblatione rerum temporaliam Deus plus pēsat voluntatem offerentium quàm oblatum,24.q.1.odi. 14.q.5.scriptum,45.dist.duæ,15.q.6.c.1.§.seq.
Quod quilibet Christianus videtur teneri offerre in festiuitatibus.de consecra.distinct.1.omnis Christianus.
Quod oblatio ex iniquo est maculata, & ideo infructuosa.14.q.5.immolans.
Quod oblationes iniquorum non respicit Deus: sicut ad munera Cain non respexit,1.q.7.in grauibus.
Quod quidquid in sacrificio Dei ex scelere offertur:non placat ipsius iracūdiam,sed irritat.1.q.1.nō est putāda.
Quod oblationes discordantium,& pauperes opprimentium,non sunt recipiendæ,90.dist.oblationes.& c.seq. 7.q.1.c.miror.

Quod retinentes oblationes defunctorũ,hæretores sunt pauperũ. 13.q.2.qui oblationes.& duobus c.seq.

Quod laici oblationes altarium & præcipuè beati Petri & sanctæ mariæ rotundæ accipere sub anathemate pio fi beneur, 10.q.1.quia.& c.seq.12.q.1.nulli.

Quod olim de oblationibus fiebant quatuòr partes, 12.q.2.vobis.& c.vulteranæ.& 7.c.seq.

Quod voluntarie obiata possunt accipi sine peccato, 13.q.2.quæsta. & c.postquam.& capit.seque.18.distin. de cubiculis.

Quod ind gnum est offerre *Deo* quod designatur homo,49.dist.c.vlt.in fi.

Quod illi oblationes non debẽt percipere,qui vixvalent pro se nec pro alio orare,10.q.1.hanc.

OBLIGATIO.Quod obligatio fit propter futuram cautelam,1.q.7.quoties certis.

Quod obligatio quandoque fit sub pœna excommunicationis,1.q.7.quotiescunque.de conse.distin.2.ego Berengarius.

Quod coram Deo tantum obligat simplex verbum quãtum iuramentum.22.q.5.iuramenti.

Quod bona ecclesiarum laicis obligati non debent.86. dist.peruenit.

Quod obligati ad ratiocinia non debent ad ordines promoueri,55.dist.priscis.

OBSTINATIO. Quod obstinatio est consilijs salutaribus nolle acquiescere.48.dist.quod ad.

Quod obstinatus est qui post inspirationem vel reuelationem sibi factam in eo quod errauerat,perseuerat,8. dist.consuetudo.

Quod obstinato in malitia Deus nunquam misereatus fuit nec miserebitur,24.q.2.legatur.& c.damnationis.

Quod ideo obstinati indigni sunt venia,quia peccant ex certa malitia.8.dist.consuetudo,82.dist.quia.in fi.

OCCASIO.Quod occasio non est danda alicui per malum exemplum.12.q.1.nolo.

Item nec per fauorem nec per auxilium,14.q.6.c.1.circa medium.

Quod sacerdos dat puero occasionem damnationis cum propter sũ auaritiam moritur non baptizatus, 1.q.1. placuit vt vnusquisque.

Quod non omnia quæ bono animo fiunt, licet dent alicui occasionem malæ committendi, culpantur, 23.q. 5.de occidendis.& c.non frustra.

Quod qui in ludo licito vel alio modo alterius fuerit præter intẽtionem occasio mortis non culpatur, 50. dist. cum qui. & 4.c.seq.

OTIVM. Quod otium sine commodum proprium nemo vtilitati ecclesiæ debet preponere: sed vocatus ad regimẽ miti corde debet obtemperare, 16.q.1.vos.

Quod prælatus plus teneatur quibus commissis quàm otio contemplationis intendere,7.q.1.suggestum.

Quod nemo debet in loco orationis attẽdere fabulis otiosis, 25.dist.vnum.§ alias.ante fi.

Quod de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22.q.5. quoties.

Quod incongruũ est otiosum esse,& de alieno labore victum quærere, 13.q.1.ecclesias.§ proximo.in fine.

Quod semper aliquid operis facto vt te d abolus semper inueniat occupatum.de consecr.dist.5.nunquam.

Quod prodest malefactores truncare: quia ab insana vita ad sanandum otiũ diriguntur,23.q.5.c.1.circa med.

Quod non licet Christianis in Calendis otijs vacare, & superstitionibus intendere. 26.q. vlt. non licet.

OCCIDERE. Quod occidatur quis multipliciter, videlicet actu in corpore,de pœn.dist.1.homicidium.

Item odio in corde. ibid.

Item detractione in ore,ibid.

Item panis subtractione,86.dist.pasce.14.q.5.immolãs.

Item in delinquentium non correctione: quia cum pastor delinquentes non arguit,tacendo occidit.43.dist. Ephesijs.

OCVLVS. Quod oculus impudicus impudici cordis est nuntius,32.q.5.nec soło.

Quod non tantum sufficit oculos castos custodire, sed etiam linguam.6.q.1.ex merito in fi.

Quod præcipuè clerici non debent incedere vagi oculis nec lingua effræni,23.dist.his.circa medium.

Quod qui iniuriose iustos tangit,velut pupillam domini tangit, 2.q.7.accusatio quoque.

Quod episcopi sunt oculi Dei,6.q.1.oues.

Quod diaconi,qui non dicuntur archidiaconi,sunt oculi episcopi: quia vice ipsius debent totam diœcesim perlustrare,93.dist.diaconi ecclesiæ.

Quod priuatus oculo qualicumque ex causa priuatur sacerdotij iure,55.dist.si Euangelica.

ODIVM.Quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicantur,de pœ.distinctione prima,homicidium.

Quod odio debent haberi peccata, nõ homines,85.dist. odio.23.q.4.duo.

Quod clerici maxime debent odium & æmulationes fugere,23.dist.his igitur.

Quod nemo potest veram pœnitentiam agere, nec gratiam baptismi recipere, nisi primum dimittat odium in corde,de pœn.distinctione 5.falsas.de cõsec.dist.4. quomodo.in fi.

Quod qui diurnum odium non dimittit admonitione præmissa per presbyteros,à cœtu fidelium est expellendus,dist.90.placuit.

Quod probatur odisse vitia qui arguit delinquentes, 86. dist.inferiorum.

OFFICIVM. Quod officium aliud est sæculare,aliud diuinum siue ecclesiasticum.59.dist.si officia.

Quod officium sæculare aliud est licitum, quod scilicet caret peccato:aliud illicitum,quod sine peccato exerceri non potest,de pœn.dist.5.falsas.

Quod officium illicitum est desercndum: quia existendo in ipso pœnitentia non potest agi,de pœ.dist.5.falsas.

Quod occupantes se illicitis officijs ab ecclesiæ officijs sunt expellendi,88.dist.consequens est.

Quod clericis artificio licet victum quærere absque diuini officij detrimento,91.dist.clericus.& c.seq.

Quod officium diuinum siue ecclesiasticum est diligenter exequendum,12.dist.de ijs.91.dist.presbyter.

Quod officium Metropolitanæ ecclesiæ obseruandum est per prouinciã,12.dist.de ijs. de conse.dist.2.institutio.

Quod diuinum officium,præcipuè missa, securius cum pluribus exequitur,7.q.1.illud.

Quod ordinem officij in matutinis &in missa,&alijs horis conuenit omnibus clericis custodire,de conse.di.5. conuenit.& duob.c.seq.

Quod post matutinas & post vesperas, semper Pater noster,est dicendum.de consec.dist.5.id semper.

Quod seruitus est clericorum septem horarum officia qualibet die persoluere,91.dist.presbyter.

Quod septem horæ ibidem enumerantur.

Quod clerici in sacris & beneficiati tenentur ad horas canonicas,& ad officia diuina,92.dist.c.vlt.

Quod prælati officium diuinum aut per se aut per clericos debent explere,91.dist.presbyter.

Quod clericus diuinum officium non explens debet deponi,92.dist.c.vlt.

Quod officium diuinũ plus corde quàm voce est exercendum & exequendum.92.dist.cantantes.

Quod publicus concubinarius Missam & alia diuina officia exequi non debet.32.dist.præter hoc.

Quod officium simoniacorum & in fornicatione iacentium scienter non est audiendum. 32.dist.præter hoc. §.verum.in fi.

Ministros officia ecclesiæ exercentes,sicut lectores, acolythos;subdiaconos, sacerdotes, & archiepiscopos, & episcopos, & alios, habes quoslibet in hoc opere in suo loco cum suo officio declaratos.

Quod officia ecclesiastica singula singulis personis sunt distribuenda,89.dist.c.1.

Quod quantumcumque exercitatæ personæ duo officia vno tempore non sunt committenda,89. dist. singula.

Quod in ecclesiæ officijs vitanda est consanguinitatis suæ cessio,nec hæreditario iure credãt se eavẽdicare,8.q.1. apostolica.

Quod potius sunt danda extraneis bonis quàm propinquis malis,8.q.1. Moyses.

De officijs ecclesiæ habes vbi agitur de Beneficijs,& vbi agitur de Ecclesia.

De officio diuino habes, vbi agitur de Cantu & celebratione,& vbi agitur de eucharistia,& vbi agitur de Missa & de ordine.

OMISSIO.Quod omissio casu vel per errorem contingens caute est suppleda,1.q.1.spiritus. §.proximo. 7.q.1.nihil:52.dist.solicitudo.

Quod quãdo subst antiale omittitur,non valet quod agitur.de consec.dist.4.in synodo,22.q. 2. animaduertendum.de pœn.dist.5.fratres.

Quod quando aliquid propter maius bonum omittitur, non contemptus,sed prouidẽtia iudicatur,63. dist.Hadrianus.

OPERA. Quod opera bona vigilanter sunt facienda, 86.dist.fratrem.

Quod quotiescumque bonum agimus, Deum confitemur:sicut econtra malum faciendo ipsum negamus, 12.q.3.æstimant.

Quod Deus in operibus bonũ plus respitit animũ quàm actum,15.quæst.6.si quandoque à sacerdotibus, in fi.

Quod vbi Christus non est fundamentum nullius boni operis potest esse ædificium,1.q.1.cum Paulus.

Quod Deus de malis actibus hominum bona operari consueuit,23.q.5.relegentes.

Quod opera non sunt præcipitanda,sicut nec consilia,50. dist.ponderet.

Quod non solum respicienda sunt opera, sed etiam circunstãtię operũ videlicet tempus,causa,voluntas,personarum differentia,23.q.8.occidit.de pœn. dist.2. vt eo.nouerunt.§.opponitur.in fin.

Quatu ad tẽpus respiciẽda sunt, qa multa permittebãtur olim,quę nõ modo,& modo,quæ non olim. 32.q.4. quis ignoret,&c.seq.35.q.1.ca.1.34.dist.fraternitatis.

Quantum ad causam,sicut quia Phinees non occidit propter personæ odium,sed propter legis zelum, 23.q.8. legi.& c.seq.& q.6.cum homo.

Quantum ad voluntatem,quia qui præter voluntatẽ occidit,non sic culpatur sicut voluntatem habẽs,50.dist. eum qui.& 4.c.seq.15.q.1.non est.& tribus cap.seq.

Quantum ad personarum differentiam, videlicet: verum sit persona nobilis vel ignobilis,vertum sit sapiens vel stultus.40.distin.homo Christianus.

Quod sanctorum filij non dicuntur qui tenent loca eorum,sed qui eorum exercent opera,40.di.non est.

Quod bona opera prosunt ad dignitatis sublimitationem,56.dist.quia.

Item ad irregularitatis dispensationem,1.q.7.tali.

Quod mediocre bonum opus maiori non est præferendum,de consec.dist.5.non mediocriter.

Quod culpa pia operatione solet purgari,22.q.2.si quæ libet.Exemplum ibi de obstetricibus.

Quod aliquando sunt faciendaad quæ non tenemur,& il la sunt gratiosiora,28.q.1.iam,post medium.

Exemplum ibi de Christo qui tributum soluit cum non teneretur.

Quod bona opera mortificantur per peccatum mortale. de pœn.dist.4.§.finis.circa med.

Quod reuiuiscunt per pœnitentiam.

Quod per opera bona teguntur peccata,45.dist.sed illud.

Quod opera facta extra fidem & charitatem non valent ad salutem, 24.q.1.odi.& c.seq.de conse.distinctio.5. nihil enim.

Quod licet malis bona opera non prosint ad salutem,nõ tamen sunt omittenda,quia prosunt ad alia,14.q.5.qui habetis.& §.seq.

Quod licet quædam opera sint indifferentia,tamen in ipsis quis demereri possit & mereri, 23.q.5.lex.& 4.c. seq.

Quod opus male inchoatum bonum finem habere non potest,1.q.1.principatus.

Quod sicut peccatum opus sine voluntate non facit,ita & iustitia ex operẽ non consummatur nisi voluntas affuerit.32.q.5.sicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de eleemosyna.

OPPRESSIO.Quod oppressio dicitur quæ fit in pauperes contra iustitiam & veritatem,11.q.3.pauper.

Quod omnis oppressio & iniustitia iudicium sanguinis est.de pœn.dist.1.omnis.

Quod oblatio oppressorum pauperum non est recipienda.90.dist.oblationes.& c.eorum.

ORATIO. Quod oratio est pij animi affectus, omnia in Deum prætendens.de conse.di.1.quando autem stamus.

Quod non verbis tantum,sed corde orandum est domino.de conse.dist.5.non mediocriter.

Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus quàm id de quo deprecatur.de consec.dist.1.quando.

Quod cum quolibet verbo orationis debet concors esse sensus cogitationis.de consec.dist.4.nunquam.

Quod orationis voces ad aures Dei non diriguntur nisi cum animi affectu,38.dist.sedulo.

Quod melius est quinque psalmorum cantatio cum deuotione,quàm totius psalterij modulatio cum anxietate. de conse.dist.5.non mediocriter.

Quod versus oriẽtem est orandum,& per consequens oratoria sunt facienda,11.dist.ecclesiasticarum.

Quod in signum resurrectionis Christi diebus dominicis & tempore paschali non est orandum cum prostratione,30.dist.si quis presbyter.

Quod oratio dominica,scilicet Pater noster, post alias horas semper est dicenda.de conse.dist.1.id semper.

Quod orandum est sine intermissione, de conse.distin.5. nunquam.

Quod prælati præcipuè orationi debent esse intenti,quia non tantum pro se,sed etiam pro subditis tenentur curare,36.dist.si quis vult.

Item clerici & religiosi,12.q.1.duo.

Quod prælatis non sufficit oratio,nisi & assit eleemosynę largitio,86.dist.fratrem.

Quod oratio est peccatorum purgamentum,1.q.1.ipsi sacerdotes.

Quod ideo sacerdotes dicuntur peccata hominum comedere,quia ea suis orationibus delent atque cõsumunt. 1.q.1.ipsi.

Quod oratio est contra visibiles & inuisibiles hostes efficax iuuamentum,36. dist. si quis vult.

Quod per orationem diuina secreta reuelantur, 8.q.1.si ergo.

Quod homines siue mortui, siue vivi orationibus adiuuantur,23.q.2.non æstimemus.& quattuor c.seq.

Quod quia à Papa salus dependet omnium, ab omnibus pro ipso est orandum,40.dist.si Papa.

Quod pro illis qui seipsos interficiunt,vel pro illis qui pro suis sceleribus interfecti sine contritione decedunt, non est orandum,23.q.5.placuit.

Quod quãdo oratio à meliori porrigitur,tanto citius exauditur.1.q.1.ipsi.14.quæst.5.scriptum.

Quod Deum prouocans proprijs peccatis non bene potest intercedere pro alienis,1.q.1.fertur,§.vulnerato, & q.6.ego.in fin.3.q.7.in grauibus.

Quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur,ira animus ad deteriora prouocatur.3.q.7. in grauibus.

Quod orationis tempore ab opere coniugali est abstinẽdum,33.q.4.per totum.

Quod quia sacerdotibus semper est orandum, ideo ipsis à mulieribus semper cauendum,31.di.si laicus.

Quod plus alijs ad orandum obligantur,qui aliorum elemosynis vruntur,10.q.1.quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio, & vbi agitur de Missa.

Ordo

ORDO.Quod ordo est duplex, videlicet triumphãtis ecclesiæ,& militantis,89.dist.c.ad hoc.

Quod nullius vniuersitatis geretur administratio,qua subsistere posset nisi eam magnus differentię ordo teneret,89.dist.ad hoc.

Quod triumphantis ecclesiæ nouem sunt ordines angelorum sub octo generibus lapidum designati,de pœn. dist.2.principium.§.omnis lapis.

Quod in militanti ecclesia nil debet esse inordinatũ, 61. dist.miramur.

Quod ordo familię Dei nutabit si quod requirirur in cot pore,non inuenitur in capite,61.dist.miramur.

Quod nouem ordinum gradus sunt in ecclesia militanti, videlicet psalmista,ostiarius, lector,exorcista , acoythus,subdiacon⁹,diaconus,presbyter , episcopus,quorum nominum deriuationes & officia ipsis cõsignificantia habes,21.dist.cleros.Et in hoc opere habes vnũquodque positum in loco suo secundum ordinem alphabeti.

Quod ordo episcoporum quadripertitus est, vt habes supra vbi agitur de episcopis.

Quod omnes prædicti ordines dicuntur sacri, præcipuè tres,videlicet subdiaconatus,diaconatus, & presbyteratus,32.dist.erubescant.

Quod antiquitus subdiaconatus non reputabatur sacer ordo vnde in episcopum eligi non poterat nisi cum dispensatione,40.dist.nullus in episcopatum, 21. dist.§. 1.in fi.Vide quod ibi notatur.

Quod modo ordinandus in subdiaconum debet vouere castitatem,27.dist.diaconus.& 28.nullum.& c.decernimus,& c.de his.

Quod pueri nullatenus ad sacros ordines sunt promouẽdi,1.q.1.pueri.

Quod infantes videlicet septem annos habentes possunt tonsurari in clericos,& beneficia ecclesiastica per con sequens habere,28.dist.de his.

Quod ordinandus in lectorem vel exorcistam, xij. annorum debet esse, 28.dist.de his.

Item ordinandus in acolythum ad minus debet esse duo decim ann.77.dist.in singulis.

Quod nemo nisi xviij.anno cõpleto & castitate promissa debet in subdiaconum ordinari,28.distinct.de his.

Quod in diaconum ordinandus,xxv.annos debet habere,28.dist.de his.

Quod excepta necessitate nec in presbyterũ nec in episcopum quis debet ordinari nisi tricesimo anno completo,77.dist.c.episcopus.& c.seq.78.dist. per totum.

Quod à minoribus ordinibus incipiẽdo debet gradatim ascendere in presbyterum vel episcopum ordinãdus, 77.dist.c.1.& c.seq.

Quod qui prætermissis aliquibus ordinibus episcopus efficitur,illos ordines quos non habet, aliis dare non potest,1.q.1.gratia.de conse.dist.3. quando ab Hierosolymis.

De modo ordinãdi episcopum habes,23.dist.episcopus.

De modo ordinandi presbyterum habes, 2. dist. presbyter.& c.ecclesiastica.

Quod episcopus ordinando presbyterum dicit hæc verba,Cõsecrentur & sanctificentur domine manus istæ, vt quidquid consecrauerint,consecratum sit, & quæcunque benedixerint,benedicta sint,16.q.1. generaliter,in fin.

De modo ordinandi diaconum habes,23. dist. diaconus & c.seq.

De modo ordinandi subdiaconũ habes, 23. dist.subdiaconus.

De modo ordinãdi acolythum habes,23.dist.acolythus.

De modo ordinandi exorcistam habes,23.dist.exorcista.

De modo ordinandi ostiarium habes,23. dist. ostiarius,

De modo ordinandi lectorem habes,23. distinct.lector.

De modo ordinandi psalmistam habes,23.dist. psalmista.

Quod in ordinando solum diacono & presbytero ab episcopo manus imponuntur,23 dist.quorundam.

Quod si episcopus manum tantum super ordinandos ponat,& alter verba cõsecrationis proferat,nihil fit, 23. dist.quorundam.

Quod duos primos ordines minores in suo monasterio possunt conferre abbates,69 dist.quoniam.

Quod quia à Papa salus dependet omnium , ab omnibus pro ipso est orandum,40.dist.si Papa.

Quod pro illis qui seipsos interficiunt,vel pro illis qui pro suis sceleribus interfecti sine contritione decedunt, non est orandum,23.q.5.placuit.

Quod quãdo oratio à meliori porrigitur,tanto citius exauditur.1.q.1.ipsi.14.quæst.5.scriptum.

Quod Deum prouocans proprijs peccatis non bene potest intercedere pro alienis,1.q.1.fertur,§.vulnerato, & q.6.ego.in fin.3.q.7.in grauibus.

Quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur,ira animus ad deteriora prouocatur.3.q.7. in grauibus.

Quod orationis tempore ab opere coniugali est abstinẽdum,33.q.4.per totum.

Quod quia sacerdotibus semper est orandum , ideo ipsis à mulieribus semper cauendum,31.di.si laicus.

Quod plus alijs ad orandum obligantur,qui aliorum elemosynis vruntur,10.q.1.quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio, & vbi agitur de Missa.

Ordo

cap.seq.

Quod episcopi die dominico , & alij clerici die sabbati propter dominicam debent ordinari sicut ab apostolis traditum inuenitur 75.dist.quod die.

Quod episcopus faciens ordines sabbato , post nonam missam decantare debet,quia officium ad dominicam spectat.75.dist.c.vlt.

Quod propter dignitatem diei dominicæ statutũ est ordines fieri illo die,quia Deus illam diem maximis operibus quæ fecit,consecrauit,75.dist.quod die.

Quod ordinantes & ordinandi debẽt esse ieiuni.75.dist. quod à patribus.& c.seq.

Quod ordinandi promissionem debent episcopo facere sub iuratoria cautione de obedientia & alijs honestis, 23.dist.quanquam.

Quod nullus sine certo titulo est ordinandus,& si ordinatur,vacua & irrita est quantum ad executionẽ eius ordinatio,70.dist.neminem.& c.seq.

Quod monachus etiam si non professus fuit , vel quilibet alter religiosus sub titulo monasterij ordinatus,ad seruiendum ibidem perpetuo obligatur.

Qod nemo debet coactus ordinari,quia,vt videtur, talis non recipit characterem,74.dist.per totum.

Quod nullus debet pretio vel fauore sed ex virę merito ordinari,1.q.1.pueri.

Quod ordinandus debet esse sobrius,nõ vinolentus, 35. dist.per totum.

Item debet esse hospitalis,42.dist.§.1.

Item debet esse prudens in sacra scientia , 36.dist. vsque ad 38.dist.per totum.

Item debet esse domui benè præpositus , vt pote qui familiam suam bene educauerit , 47.dist.sicut hi.§.neesse.& c.seq.

Quod multi faciunt se ordinari non propter deuotionẽ, sed propter supplẽdam penuriam,77.dist. monachus.

Quod beneficiati vt ordinentur,per episcopum sunt cõpellendi,60.dist.innouamus.

Quod sicut inuitus quį ordinari renuit , sacris altaribus est amouendus,sic ambiens vltro se offerens est repellendus.1.q.6.sicut.

Quod nolentes ordinari ad illos ordines quos status requirit per episcopum honore sunt priuandi, 60.dist.in nouamus.

Quod non debet ordinari nisi diaconus in archidiaconum,& presbyter in archipresbyterum, & in decanum non nisi presbyter,60.dist.§.1.& tribus c.seq.

De multis generibus hominum non ordinandorum habes.34.dist. præcipimus. & quattuor c.seq. 50. dist. ex pœnitentibus.51.dist.per totum.

Item de bigamis non ordinandis habes,33.dist.per totũ, & habes supra vbi agitur de Bigamia.

Quod habens vxorem ante baptismum & aliam post siue vxorem siue concubinam,non est ordinandus , nisi cum dispensatione,33.dist.si quis.& c.maritum.& c.habuisse.& 34.dist.c fraternitatis.

Quod bigamus ad subdiaconatum & supra ordinari nõ potest,32.dist.seriatim.

Quod nemo cõiugatus ordinari debet nisi vxore requisita,& castitate præsente episcopo promissa,77. distin. episcopus.

Quod in orientali ecclesia ordinandi etiam ad sacros ordines licitè contrahunt,sed non in occidentali,vbi ad continentiam obligantur,31.dist.aliter.

Quod corrumpens virginem & post contrahens cum ea dem,videtur,quòd non possit ordinari,34.dist.curandum.& c.seq.

Quod an in ordine lapsus post peractam pœnitentiam in suo ordine valeat remanere, aut ad vltiores ordines conscendere,50.dist.per totum.

Quod vsurarij & cupidi, quia tales de facili à vero deuiant,ordinari prohibentur,47.dist.per totum.

Quod homicidium siue pagani,siue Christiani, siue publicum,siue priuatum, etiam post peractam pœnitentiam impedit ordinandum & ordinari officiũ exequendum,50.dist.miror.& c.seq.

Quod seruum nisi libertati fuerint dati,non sunt ordinandi,54.dist.per totum.

Quod mulier non debet ordinari,32.dist.mulieres.

Item illegitimi,nisi sint in religione:absque dispensatione non debent ordinari,maximè ad curam animarũ, 56.dist.per totum.

Quod ordinandus debet recipere litteras suæ ordinationis,2.q.1.legum.

Quod non omnia,quæ ordinandum impediunt,ordinatum deiciunt,15.q.1.si quis.

Quod ordinatus in presbyterũ prætermisso ordine vno de minor.bus,non debet exequi officium,59.dist.si officia.& duobus c.seq.

Quod ordinati ab hæreticis suspẽsis & interdictis in forma ecclesiæ,recipiunt characterem , sed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionẽ qua carent, 1.q.1.si qui à simoniacis.

Quod ordinatus ab hæretico non est reordinandus, 19. dist.secundum.

Quod ordinati ab hæreticis,si aliàs digni sunt,tolerãtur, nisi se fecerint reordinari ab ipsis,1.q.7.saluberrimũ, in fin.

Item nisi se simoniace à simoniaco fecerint ordinari , 1. q.1.excommunicati.

Itẽ nisi se fecerint rebaptizari,de conse.dist.4.eos quos.

Item nisi in contemptum fidei,& ecclesiæ se fecerint ab hæreticis baptizari,1.q.7.conuenientibus.

Vnde versus.

Sine bis,ordo datur,seu baptismus repetatur,
Vel si præsbyter,vt virumque Simon operetur,
Seu vt euertatur fidei status,ordo petatur,
Vt dispensetur,spes irrita prorsus habetur.

Quod qui coactus ab hæretico vel simoniaco ordinem receperit,consequitur executionem,1.q.1.constat.

Quod fictè ordinatus vel in mortali peccato,non est reordinandus,68.dist.sicut.

Quod ordinati ad sacros vxor post mortem eius nõ potest contrahere,28.dist.quia sunt culpæ.

Quod episcopus ordinans scienter indignum punitur, 24.dist.quando.in fi.& 50.dist.ex pœnitẽtibus, & 56. dist.qui ecclesiasticis.

Quod indignus dicitur ad ordines promoueri quis multipliciter,videlicet ratione conditionis, vt cum seruus alterius ordinatur: & tunc ordinans condemnatur in duplum,54.dist.si seruus.

Item ratione ætatis:& tũc ordinatus deponitur, 77.dist. subdiaconus.

Item ratione temporis,sicut quattuor tempora , & quæ sunt legitimè ordinata, & tunc ille ordinatus deponitur,& ordinandi poteritate priuatur,77. distin.subdiaconus.

Item ratione carentiæ beneficij:& tunc ad iniuriam episcopi deponitur,70.dist.neminem.

Item ratione bigamiæ vel alterius irregularitatis, & tũc episcopus ordinandi potestate priuatur , & ordinatus ordine spoliatur , 50.dist.ex pœnitentibus! *l*

Itẽ ratione publici criminis, & tam ordinator quàm ordinatus deponitur,51.dist.aliquantos.

Item ratione insciẽtiæ,& tunc ordinator ordinandi potestate priuatur,&ordinatus ordine spoliatur,36.dist. qui, ecclesiasticis.

Quod ord.natus à non episcopo debet reordinari , 68. dist.per totum.

Quod episcopus alterius diœcesis clericum sine dimissoriis ordinare non debet,9.q.2.per totum,71.distin. clericos,21.q.2.quoniam.

Quod episcopus clericum suum ab alieno episcopo sine consensu tuo ordinatũ,ante executionem officij recipere potest, & secum dispensare,dummodo sententiã contra tales non tulerit,9.q.2.Lugdunen.§.seq.

Quod illi furtiuè dicuntur ordinem recipere , qui absq; conscientia episcopi & absque examinatione ordinatur,64.dist.extra conscientiam,24.distinct. quando.

Quod tales ipso iure sunt irregulares:& si prohibiti vel excõmunicati sunt promoti,sunt deponendi, 24.dist. c.vlt.

Quod exceptis minoribus ordinibus , vt est cõsuetudo, nulli licet plures ordines vno die accipere. 77.distin. monachus.

Quod accipiens duos ordines simul, maximè post examinationem,est deponendus,77.dist.subdiaconus.

ORNATVS.Quod ornatus hominis est duplex,vide licet interior,& exterior.41.dist.§.1.

Quod ornatus Christianorum verus est non in splẽdentia vestimenti,sed moris boni.de conse. dist.5 sucare.

Quod nihil in corona episcopi splendidius est quàm humilitas,100.dist.contra mortem.post med.

Quod ornatus episcopi vel clerici exterior in multis cõsistit, videlicet vt comam non nutriat.23.distinct.olerici qui.

Item vt vestes religiosas habeat,21.q.4. omnis , 41. distinct.§.1.

Item vt sine operimento decenti non incedat,21.q.4.episcopi,

Item vt nunquam guttur vel fauces vel faciem vnguento liniat,92.dist.cantantes.

Item vt in religionis habitu & cibo cũ quibus viuit,cõueniat,dist.41.§.vlt.

Item vt incessu graui maturitatem mentis ostendat, 41.dist.clericus.

Item in cibo & potu temperantiam & sobrietatem prætendat,41.dist.§.vlt.

Quod in ornamẽto summi põtificis rationale designat, quia in pectore pontificis debet esse cognitio veritatis,36.dist qui ecclesiasticis.§.ecce.

Quod clerici debent esse ornati exterius,videlicet incessu & habitu,vt non sordidis vel fulgidis vestibus se ornent,40.dist.§.1.

Quod tunc incessus sacerdotis est ordinatus quãdo gratiuitate itineris mentis maturitatem ostendit , 41.dist. parsimoniam.

Quod exterior ornatus tolerabilior est in fœminis quàm in viris,de consec.dist.5.fœminæ.

Quod ornatus meretricius non est ad placendum hominibus, sed ad placendum dæmonibus,de conse.dist.5. sucare,in fine.

Quod prælati debent intendere vt templa Dei ornata resplendeant, 86.distinctione non satis, §. item perfecta.

Quod nullus ornatus ecclesiæ sic debet esse carus quin pro necessitate pauperum & captiuorum sit expendẽdus,86.dist.non satis,§.item perfecta,12.q.2.aurum, & c.gloria.

OSCVLVM. Quod osculum pacis in missa ante communionem est dandum, de conse. dist. 2. pacem.
Quod osculum lasciuum libidinis est incitamẽtum, 27. q. 1. nec aliqua.
Quod quia monachi semper debent esse puri, fœminas non debent osculari, de conse. dist. 4. monachi.
Quod excommunicatis non est cõmunicandum in osculo, 11. q. vlt.
OTTO. Quod Otto Imperator primus iurauit Ioanni Papæ fidelitatem, & omnia iura papatus defensare, 63. dist. tibi domino.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus.

OVIS. Quod oues Christi vocantur omnes Christiani, 23. q. 4. displicet.
Quod is qui valet Christi oues & renuerit pascere ostendit se pastorem suum minimè amare, 8. q. 1. in scripturis, 16. q. 1. vos.
Quod ouis perdita, scilicet genus humanum per Christũ ad ouile cœleste est reportata, 12. q. 1. quia tua. ante fi. 16. q. 7. pœnitentem.
Quod vulnerato pastore, ideſt, prælato, & oues infirmantur, 1. q. 1. fertur. §. vulnerato.
Quod oues contra pastorem, nisi in fide errauerit insurgere non debent, 2. q. 7. oues. 6. q. 1. oues.
Quod scabiosa ouis ne pecora & etiam ne tota domus inficiatur, est repellenda, 24. q. 3. referandæ.
Quod sicut ab vna oue morbida vniuersus grex inficitur, sic ab vno peccatore populus inficitur, 45. dist. sed illud in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PABVLVM. Quod pabulũ à fure quandoque auertendis pecoribus spargitur, vt abigantur, 5. qu. 5. non omnis, in fine.
PATIENTIA. Quod patientia est suas & suorum iurias æquanimiter tolerare, 23. q. 1. circa medium.
Quod nõ reddere mala pro bonis, sed reddere bona pro malis, signa sunt perfectæ patientiæ, 23. q. 3. sex differẽtiæ.
Quod iniuria propriè personæ cum patientia & gaudio est sustinenda, sed iniuria Dei vlciscẽda, 23. q. 4. quòd Christus. §. proximo.
Quod vbi holtis non personam, sed sedem ecclesiæ quærit, si sibi non resistitur, non patientia sed negligentia iudicatur, 23. q. 3. Maximianus, & c. pro membris.
Quod laudabilior est fraudis passio quã vindictæ actio, 23. q. 1. nisi circa. med. & c. seq.
Quod præcepta patientiæ non tam in ostentatione corporis quàm in præparatione cordis sunt seruanda, 23. q. 1. nisi. §. his.
Quod in aduersitate in secreto seruanda est in animo patientia: in manifesta exhibenda sunt per ecutorum saluti expedientia. 23. q. 1. paratus.
Quod prælatorum est pelli fera patientia per quam nutriuntur in subditis vitia. 23. q. 3. iustum.
Quod vbi non timetur maius periculum multitudo delinquentium per patientiam ad pœnitentiam est expectanda. 23. q. 4. quid faciet, post medium. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Tolerantia, & vbi agitur de Persecutione.

PACTA. Quod pacta cõtra bonos mores vel leges vel contra honestas consuetudines nullius sunt momenti, 8. dist. quæ contra.
Quod quæ pacta licita sunt, 10. q. vlt. relatum.
Quod ardua pacta in scriptis sunt redigenda propter fortiam pacti & temporis, 10. q. 2. casellius. §. vltimo.
Quod generale pactum est societatis humanæ, regibus suis obtemperare, 8. dist. quæ contra.
Quod pacta cum dæmonibus per magicarũ artium molimina fœderata sunt ab omni Christiano fugiẽda, 26. q. 3. igitur.
Quod mandatum Dei dicitur super omne pactum, nec contra ipsum potest fieri pactum, 8. dist. quæ cõtra, 20. q. 1. puella. in fin.
Quod in spiritualibus videtur posse fieri pactio sine peccato, 18. q. 2. Eleutherius. & 10. q. vlt. & cap. nec numerus. in fine. & c. seq.
Quod in spiritualib⁹ nulla potest fieri pactio inhonesta, sed si postmodum aliqua lubiditi gratia cõferuntur, licitè recipiuntur, 1. q. 2. quàm pio. in fi. & 100. dist. in ea synodo.
PALLIVM. Quod pallium quod datur archiepiscopis repræsentat speciale dignitatem & honorẽ, 100. dist. prisca. & c. contra. ante fi.
Quod petens pallium, antequam accipiat debet profiteri articulos fidei: & debet promittere se seruare statuta conciliorum, & pontificum Romanorum, 100. dist. notuit. §. causarum. & c. optatum.
Quod confirmatus in archiepiscopum intra tres menses debet à sede apostolica pallium quærere, 100. dist. quoniam.
Quod antequam habeat pallium, licet sit episcopus, non potest episcopos consecrare, 100. dist. quoniam.
Quod à pallio nihil dari vel accipi debet, 100. dist. nouit.
Quod pallium non debet negari vbi est perennis, meritorum exigentia, & feruens instantia, 100. dist. prisca.
Quod cum pallio semper cõceditur aliquod speciale privilegium, & renouatur antiquum, 100. dist. rationis.
Quod in pallio significatur quòd archiepiscopus cum augmento honoris debet excrescere in ornamento actionis, 100. dist. rationis.
Quod archiepiscopus non debet vti pallio nisi intra suã prouinciam, & hoc non in processionibus sed tantum in missarum solemniis, 100. distin. pallium tibi. & cap. contra.
Quod quia pallium sigillatim traditur, innuitur quòd est personale, & ideo alteri commodari non potest, nec in morte relinqui, sed cum habente sepeliri, 100. dist. scripturarum.
PALMA. Quod palma, quæ in imo est strictior, & quanto plus ascendit est grossior, designat perfectionem bonorum, qui inferius sunt parui sed tutsum se erigendo in cœlestibus desideriis sunt ampli. 47. dist. omnes.
PANIS. Quod est panis eleemosynæ, 86. distin. pasce. & 5. q. 5. non omnis.
Item Eucharistiæ, de conse. dist. 2. ferè per totum.
Item panis tribulationis siue pœnitentiæ, 23. q. 4. Guilisarius.
Item panis doctrinæ, 8. q. 1. audacter. in fi.
PAPA. Quod Papa aut sanctus eligitur, aut ex promotione clarus efficitur, 40. dist. non nos.
Quod in cultu Dei maiorem zelum debet habere quàm alij Christiani, 23. q. 1. officij.
Quod propensius est pro ipso orandum, quia ex ipso dependet salus omnium, 46. dist. si Papa.
Quod aliorum causas Deus commisit hominibus terminandas, Papam vero suo iudicio reseruauit. 9. q. 3. alios rum.
Quod non necessitate, sed propria voluntate de obiectis se criminibus purgat, 2. q. 4 mandastis.
Exemplum ibi de Sixto Papa. & c. auditum.
Exemplum ibi de Leone Papa. q. 7. nos si. in fi.
Exemplum ibi de Damaso Papa.
Quod Papa nisi à fide errauerit, à nemine est iudicandus, 40. d. st. si Papa.
Quod quia Papa est vicarius Petri, non de facili debet de eo haberi præsumptio mali, 40. dist. non nos.
Quod non omnis Papa est sanctus, sed quãdoque à Deo tãquam reprobatus punitur, 19. dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.
Quod bonitas ipsius salus est omniũ, & peruersitas eius cedit in damnationem innumerabilium personarum, 40 dist. si Papa.
Quod Papa est iudex omnium etiam si nõ appellatur ad ipsum, 9. q. 3. conquestus.
Quod auctoritate eius conciliorum statuta roborantur, 17. dist. concilia.
Quod Papa potest absoluere quos concilium male damnauit, 9. q. 3. cuncta. & quattuor c. seq.
Quod potest vbique iudices delegare, 2. q. 6. ideo.
Quod sententiæ ipsius ab omnibus debent seruari, 93. dist. si inimicus.
Quod sic debet reputari statutum Papæ, ac si de ore Dei vel beati Petri esset prolatum, 19. dist. sic omnes.
Quod nõ licet alicui de ipsius iudicio disputare, 17. q. 4. si quis suadente.
Quod adimplendum est eius mandatum, etiam si videritur vix ferendum, 19. dist. in memoriam.
Quod omnis noua religio per ipsum debet confirmari, 12. dist. præceptis.
Quod sententia quæ per se non tenet, per confirmationẽ Papæ efficitur valida, 3. q. 6. hęc quippe. ante finem.
Quod potest restituere tamæ infamatum, 3. q. 3. Eupheminum. §. proxi.
Quod Papa licet de iure non sit ligatus ad ea quę statuit, tamen honestum est vt ea præ ceteris seruet, 25. q. 1. cũ fidimus. & c. ideo.
Quod ordo iustitiæ requirit vt Papa antecessorum statuta custodia, quia fuit à successorib⁹ vult custodir. 25. q. 1. iustitiæ. & q. 2. in Galliarum. c. si ea. & c. quod vero.
Quod non dat privilegia ecclesiæ in damnũ alterius, 25. q. 2. de ecclesiasticis priuilegiis,
Quod olim de sacerdotibus in matrimonio nati licitè promouebantur in Papatum, 56. distin. Cænomanen. §. cum ergo.

De ecclesia habes vbi agitur de ecclesia Romana, & vbi agitur de Electione Papæ, & vbi agitur de Sede apostolica,

PARENS. Quod primos parentes princeps vitiorum gratuitis expolauit, de pœn. dist. 2. §. Romanos.
Quod parentes carnales sunt ex debito honorandi, 30. dist. si qui filij, 86. dist. in singulis, in fin,
Quod si à Christo auertunt, sunt omnino dimittẽdi, 28. q. 1. si infidelis.
Quod tempore necessitatis magis succurrendum est parentibus quàm alijs, 86. dist. in singulis. in fin.
Quod desp: ciens paren es necessitatis tempore meretur mortem temporalem & æternam.
Quod potius debet quis parentibus egenis maximè fidelibus prouidere, quàm religionem intrare, 30. distin. si qui filij.
Quod nec parentes debent deserere filios egentes, 30. distin. si quis reliquerit.
Quod illi qui aduersus parentes armantur: vbique notã infamiæ incurrunt, 6. q. 1. infames.
Quod exmalis parentibus vt plurimum mala proles generatur, 56. dist. si gens.
Quod de meretrice natus, si propria decoratur virtute, nõ debet parentum dedecorari opprobrijs. 51. distin. nunquam. & c. seq.
Quod non parentum, sed propria culpa quemq; cõdemnat, 56. dist. vndecunque. & 3. c. seq.
Quod frequenter leguntur filij pro peccatis parentũ puniri, etiam in quartam generationem, 24. q. 3. §. 1.
Quod parentes suos pueros ante ætatem legitimam religionem intrantes possunt reuocare, 20. q. 2. puella.
Quod si à parentibus coacti religionis habitum susceperint, nisi consenserint, eum deserere possunt, 20. quæst. 1. puellæ.

De hac materia habes vbi agitur de Filiis, & vbi agitur de Patre & Filio.

PARENTELA. De hac materia habes vbi agitur de filiis.
PASCHA. Quod pascha die dominico semper debet celebrari. de conse. dist. 3 nosse. & c. seq.
Quod quo mẽse & quota luna debet celebrari, habes de conse. dist. 3. celebritatem.
Quod in hoc quòd quadraginta dies ante pascha cũ labore peragimus, & post pascha quinquaginta dies cũ lætitia: præsens labor, & futura lætitia designatur. de conse. dist. 5. ieiunium.
Quod pascha intra 14. lunam, & 21. diem mensis Aprilis includiuè est celebrandum. de conse. distin. 3. celebritatem.
PASSIO. Quod passio Christi fuit multiplex & grauis, 7. q. 1 suggestum.
Quod Christi passio fuit præfigurata & prænuntiata in veteri testamento. de conse. dist. 2. in calice.
Quod ipsius passionis fuit multa efficacia, 7. q. 1. suggestum. de conse. dist. 4 propriè. in fine.
PASTOR. Quod pastor dicitur Christus, 7. q. 1. in scripturis, 2. q. 7 testes. §. Christus.
Quod pastor dicitur cuiuslibet ecclesiæ prælatus, 8. q. 1. scisciteris.
Quod pastor ecclesiæ nisi diligenter pascat oues, Christum pastorem eorum non videtur amare, 8. quæst. 1. in scripturis.
Quod pastor debet oues pascere instructionis verbo, 45. dist. Ephesius, 18. q. 1. audacter. in fi.
Item conuersationis exemplo, 11. q. 3. præcipuè.
Item eucharistiæ sacramento. de conse. dist. 2. non prohibeat.
Item temporali subsidio, 16. q. 1. nulli episcoporum.
Quod exemplo Christi opportuno tempore debet animam suam pro ouibus exponere, 7. q. 1. suggestum, & c. scisciteris, & c. aduersitas.
Quod languente pastore grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur, 7. q. 1. quamuis.
Quod pastoris sententia gregi semper est timenda, 11. q. 3. non solum. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PATER. Quod pater dicitur Deus creatione, 11. q. 2. qui abstulerit, 24. q. 1. omnibus.
Item dicitur diabolus pater criminis imitatione, 1. q. 1. cum ordinaretur.
Item dicitur pater auctoritate, sicut episcopi & prælati patres sunt, 17. dist. synodum. & quattuor c. seq.
Item dicitur pater temporis antiquitate: sicut veteris testamenti dicuntur patres, 23. q. 4. cum in lege.
Item dicitur pater spiritualis sacramenti collatione, sicut baptismi, vel confirmationis, vel pœnitentiæ, 30. q. 1. de his & c. omnes.
Itẽ dicitur pater carnalis generis propagatione, 47. dist. sicut hi. §. necesse.
Quod filius carnalis à patre non est semper osculandus, sed quandoque castigandus, 5. q. 5. non osculatur.
Quod illi dicuntur filij abominationum, ad quos carnalium patrum flagitia descendunt, 56. dist. Cænomanẽses, §. cum ergo.
Quod plus videtur peccare patrem spiritualem contemnens quàm carnalem, 2. q. 7. qualis.
PATRIARCHA. Quod patriarcha Græca lingua summus patrum interpretatur, 21. dist. cleros.
Quod patriarcha est post Papam primus in dignitate & auctoritate. 80. dist. vrbes. & c. seq.
Quod patriarchæ & primates licet sint diuersa nomina, idem tamẽ sunt quantũ ad officiũ, 99. dist. prouinciæ.
Quod patriarchæ primo ab apostolis præcipuè beato Petro vbi Gentiles conuersi ad fidem Protoflamines habuerant, sunt instituti, 80. dist. vrbes. & c. seq.
Quod post papam quattuor sunt patriarchæ principales, videlicet Constantinopolitanus, Alexãdrinus, Hierosolimitanus, & Antiochenus. 22. dist. renouantes. §. proxi. & c. seq.
Quod patriarchis subsunt archiepiscopi, & causas ab ipsis ad eos per appellationem deuolutas possunt diffinire, 9. q. 1. conquestus.
Quod archiepiscopus inconsulto patriarcha non debet aliquã in episcopũ ordinare, & propter necessitatẽ ordinatum debet ipsum postea cõsecrationem patriarchæ præsentare, 65. dist. placet, & c. quoniam, & §. seq.

De

De patriarchis habes vbi agitur de sedibus.

PATROCINIVM. Quod patrocinium viduis & orphanis episcopi in necessitate non debent negare, 87. dist. §. 1. & duobus c. seq.
Quod qui in malo patrocinium dat malis, socius est criminis, 14. q. 1. circa medium.
PATRONATVS. Quod patronatus ius attenditur per fundationẽ & ædificationem vel possessionẽ ecclesiæ, 16. q. 7. piæ mentis. & c. seq. & 18. q. 2. abbatem.
Item in rebus ecclesiæ cõferendis, & manumittendis, 16. q. 7. filijs. & quattuor c. seq.
Item in personis quæ præesse debent ecclesiis episcopo offerendis, 16. q. 7. decernimus. & duobus c. seq. & q. 5. si quis episcoporum.
Item tempore necessitatis à sua ecclesia in subsidijs recipiendis, 16. q. 7. quicumque.
Item patroni habent ius in monasteriis suis in electione abbatis. 18. q. 2. abbatem.
Item in monasteriis habent ius aduocationis, 17. qu. 2. Gonsaldus.
Quod patroni ecclesias vel monasteria sine consensu episcopi de loco ad locum mutare non possunt, 16. q. vl. considerandum.
Itẽ ab eis ecclesiæ (nisi de consensu episcopi) nõ sunt reciendæ, 16. q. 7. si plures. & duobus c. seq.
Item pattoni ecclesias nec auferre nec conferre possunt sine consensu episcopi, 16. q. 7. inuentum.
Item renuntiatio beneficij ecclesiastici in manu patroni non tenet sine consensu episcopi, 17. q. 2. Gonsaldus.
Quod non patronus, sed episcopus debet dotem ecclesiæ ordinare, 10. q. 1. nouerint.
Quod quem patronus præsentat, sufficit si non probetur malus & tenetur eum episcopus recipere, 16. q. 7. monasterium,
Quod spreto patrono episcopus nullũ debet ad ecclesiã ordinare, 16. q. 7. decernimus.
Quod vbi plures patroni super conferendo contenderint, vt in vnum consentiant, sunt per episcopum compellendi, 16. q. vlt. si plures.
PAVLVS. Quod Paulus apostolus non ideo fefellit, quia melioribus negotiis occupatus ad Hispaniã quo ire promiserat non iuit, 22. q. 2. beatus.
Quod Magum prædicationem suam impedientem excitate percussit, & Corinthium satanæ tradidit, 23. q. 4. c. quod Christus. §. potest.
Quod propter incentiua vitiorum corpus suum vigiliis, orationibus, & flagellis castigando in seruitutem redegit, 32. q. 5. si Paulus.
Quod aurum & argentum non concupiuit, 16. q. 1. prædicator.
Quod quia flagellis fidem recepit, plus omnibus vocatis verbo laborauit, 23. q. 4. quis nos potest. & quæ. 6. c. 1.
Quod Paulus homicida non fuisset si armati quos ipse impetrauerat, aliquos in ipsos insilientes occidissent. 23. q. 5. de occidendis.
Quod in hoc quòd cum Christianos persequi vellet prostratus fuit, innuitur quòd mala voluntas nõ est permittenda fuæ libertati. 23. q. 4. displicet. circa medium.
Quod cum ecclesiã Dei persequeretur, in itinere cæcatus ad Deum conuerti coactus est, 23. q. 6. §. 1.
Quod se abortiuo similem testatus est dicens, nouissime autem omnium tamquam abortiuo visus est & mihi.
Quod sicut primo fuit horrendus vastator ecclesiæ, ita postea magnus ædificator extitit. 23. q. 4. quis nos.
Quod ad manus impositionem Ananiæ tanquam squamæ ab oculis eius (quibus clausi erant) ceciderunt.
Quod postea Paulus vocatus est, qui primo Saulus dicebatur, 24. q. 4. nimium.
Quod Paulus prostratus est vt cæcaretur, cæcatus vt mutaretur, mutatus vt mitteretur, missus vt qualia fecerit de his & c. omnes.
Quod Paulus dicitur vas electionis, 21. dist. quamuis. 22. dist. sacrosancta. 43. dist. dispensatio. 32. q. 5. si Paulus, & de pœn. dist. 1. si enim inquit.
Quod prædicaturus ad Italiam veniens nauffragium pertulit, 7. q. 1. §. adueritas.
Quod arte & manibus victum quærebat. 10. q. 3. cauendum. de conse. dist. 5. nunquam.
Quod à sumptibus abstinebat ne aliquod offendiculum Christi euangelio præstaret. 23. q. 3. §. 1. ante finẽ.
PAVPERTAS. Quod paupertas non est contemnenda, quia eã Christus dedicauit. 12. q. 2. gloria episcopi,
Quod dominus loculis quos habebat, necessitates pauperum subleuabat. 23. q. 4. duo. ante finem.
Quod verus pauper nil quęrit habere extra Christum. 12. q. 1. clericus.
Quod pauper dicitur, qui se amore paupertatis in numero pauperum constituit, vt ibi tanquam pauper voluntarius viuat. 1. q. 2. sacerdos.
Quod paupertas rerũ non est mala reputãda. 15. q. 1. illa,
Quod nimia paupertas religionis infringit quandoque robur conuersationis. 12. q. 2. c. vlt.
Quod Deus paupertatem esse voluit, vt subsistentes per patientiam coronarentur, & diuites in ipsis mererentur. 47. dist. sicut hi.
Quod perfectius est omnia propter Christum relinquere, quàm pauperibus distribuenda seruare. 12. q. 1. expedit. & q. 2. §. Crates.
Quod asseratus pondere auri Christum pauperem non potest sequi, 12. q. 2. §. Crates.
Quod episcopus pauper debet esse victu, diues meritis, 51. dist. episcopus,
Quod prædicatores pauperes esse debent, & alij tenẽtur ipsis necessaria ministrare, 21. q. 2. sacerdos, 10. q. vlt. ca vendum.
Quod gloria episcopi est pauperum opibus prouidere, sed fraudare quod est pauperum, sacrilegium est committere, 12. q. 2. gloria episcopi.
Quod religiosus qui professus est paupertatem, si episcopus efficitur, non frangit votum: quia fit rerum ecclesiæ dispensator, non vsurpator, 12. q. 1 expedit.
Quod bona ecclesiarum sunt bona pauperum, 12. qu. 2. indigne, in fi. 16. q. 1. c. vlt. 23. q. 7. quod autẽ, post medium.
Quod præcipuè pauperibus qui laborare non possunt, est subueniendum, 82. dist. episcopus.
Item nobilibus & diuitibus depauperatis qui mendicare erubescunt, 86. dist. non satis, & cap. considerandum.
Quod in pauperibus magis attendenda est religio quàm paupertas, 16. q. 1. c. vlt.
Quod non minus crudelis est qui à paupere vsuras exigit, quàm qui diuiti subtrahit, 14. q. 4. quid dicam.
Quod pauper si non habet dare, non solum contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, 11. qu. 3. pauper.
Quod nemo paupeti i mala causa debet esse misericors, 14. q. 6. si res.
Quod qui ea quæ pauperibus debentur accipiunt, graui ter delinquunt, 1. q. 2. pastor.
PAX. Quod pax humana si tam dulcis est pro temporali salute, quanto dulcior pax diuina pro æterna salute, 23. q. 1. noli existimare.
Quod Christus veniens docuit pacem, dedit pacem, reliquit pacem, 23. q. 1. nisi bella.
Quod pax non quæritur vt bellum geratur, sed bellũ geritur, vt pax acquiratur, 23. q. 1. noli.
Quod bonorum bella non crudelitate & cupiditate, sed pacis studio geruntur, 23. q. 1. apud,
Quod qui prædicat pacem, debet eam habere secum, 3, q. 6. hæc quippe. in fi.
Quod pax inter discordantes per episcopos debet reformari, 90. dist. studendum, & c. præcipimus.
Quod mala quandoque sunt toleranda pro pace seruanda, 23. q. 4. c. 1. & c. ecce inquiunt,
Quod pacificus dicitur qui corrigit quod potest, & quod saluo pacis vinculo corrigere nõ potest, æquanimiter supportat, 23. q. 4. quisquis.
Quod diuersis pœnis sunt puniendi pacem ecclesiæ perturbantes, 24. q. 1. qui contra.
Quod non omnis qui dicit pax vobis, est quasi columba audiendus, 3. q. 7. non omnis.
Quod qui dicit, pax vobis, plerũque quasi non columba, sed coruus reputatur, 23. q. 7. secuti. §. quia ergo.
Quod ante communionem pax debet dari in missa, de conse. dist. 2. pacem.
PECCATVM. Quod peccatum est duplex, videlicet originale peccatum, & actuale, de pœn. dist. 4. ferè per totum.
Quod originale peccatum dicitur infirmitas carnis, languor naturæ, & concupiscentia carnis, 15. q. 1. illud relatum, §. itaque.
Quod omnis homo per concubitum cõceptus nascitur cum originali peccato, de conse. dist. 4. firmissimè.
Quod in veteri lege contra originale valebat circumcisio, sed baptismus in nouo testamento, de conse. dist. 4. ex quo.
Quod licet baptismus deleat peccatum originale, & omne aliud peccatum, tamen reatus siue fomes non tollitur, de conse. dist. 4. ex quo.
Quod cum originali peccato patris polluitur filius & nõ actuali quia in originali vnũ eũ patre fuit, sed in actuali alter effectus non polluitur si non consentit, 1. qu. 4. iam itaque, 24. q. 3. §. 1. ante finem.
Quod actuale est duplex, videlicet mortale, & veniale, de pœn. dist. 1. medicina, §. tres sunt.
Quod peccatum mortale est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, 15. qu. 1. §. 1. ante finem.
Quod nemo peccatum mortale committere appetit propter ipsum peccatum, sed propter illud quod ex eo cõsequitur, 15. q. 1, merito.
Quod inter duo peccata vbi vtrunque vitari non potest, minus est eligendum, 13. dist. duo.
Quod mortalia peccata dicuntur criminalia & capitalia, & quæ sunt illa habes, 25. dist. vnum orarium. §. alias.

De Criminali peccato habes vbi agitur de Crimine.

Quod tribus modis impletur omne peccatum mortale, videlicet suggestione, delectatione, & consensu, 6. dist. testamentum, post medium.
Quod aggrauatur ex circũstantiis, 40. dist. homo. 50. dist. quia tua. de pœ. dist. 3. §. 1. in princ.
Quod quandoque alleuiatur ex circumstãtiis, 15. q. 1. inebrianerunt. Exemplum ibi de Loth.
Quod habet gradus in æqualitatis, quia adulterium vincit fornicationem, incestus adulterium, vitium contra naturam incestum, & sic de similibus, 32. q. 7. quemad modum, & quattuor c. seq.
Quod quantites ipsius pensatur secundum qualitatẽ peccantium, 24. q. 1. qui contra, 26 q. 5. cõtra idolorum.
Item considerata qualitate pœnæ, 24. q. 1. non afferamus. vbi dicitur scelerarius cõmissum quod grauius est punitum.
Item considerato exemplo quod inde sumitur, 11. qu. 3. præcipuè. vbi dicitur quòd prælati grauius peccãt, quia subditos prauo exemplo occidunt.
Item cõsiderata qualitate peccati, 32. q. 7 quemadmodũ. vbi dicitur, quòd grauius peccat adulter quàm fornicator, & aduiter vincitur ab incestu.
Item considerata diuturnitate & frequenti iteratione. de pœ. dist. 5. §. 1. vbi multa aggrauantia ponuntur.
Item in eodem genere peccati grauius peccat Christianus quàm paganus, 33. q. 4. in 60.
Item aggrauatur ratione personæ vel rei in qua peccatur, 12. q. 2. gloria. 22. q. 1. monet. 27. q. 1. nuptiarum.
Item ex temporis diuturnitate augetur, 24. q. 1. schisma. de pœ. dist. 5. §. 1.
Item voluntarium grauius est inuoluntario quod proceditex infirmitate vel ignorantia, vel coactione, 15. q. 1. §. 1. & c. seq. vsque ad c. mulier.
Quod si non est voluntarium, non est peccatum, 20. q. 1. §. 1. 32. q. 5. sicut enim.
Quod peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur, 6. q. 1. quæro.
Quod quæ ex ignorantia vel infirmitate committuntur facilè dimittuntur, 25. dist. vnum orarium. §. criminis.
Quod aliena peccata nemini præiudicant, 23. q. 4. si quis.
An minus malum committẽdum sit ne alter grauius peccet, 14. dist. quod ait. Exemplum ibi de Loth.
Quod peccata suos auctores tenere debent, 24. q. 1. non turbatur, de pœ dist. 1. qui puero.
Quod indecens videtur crimen suum alienis criminibus impendere, 46. dist. sicut non,
Item videtur quòd nec venialiter quis debet peccare, vt alter vitet mortale, 23. q. 5. cum homo. in fin. 22. qu. 2. faciat.
Quod peccatum vnius frequenter multi luunt, 24. q. 1. non turbatur, 45 dist. sed illud.
Quod alterius peccatũ non imputatur illi qui fecit quod debet, 47. dist. quod ad nos. 7. q. 1. aduersitas. post medium.
Quod nullus debet gaudere de multa societate peccantium, quia nõ minus ardebit qui cum multis ardebit, 2. q. 1. multi. in fi.
Quod occulta peccata non sunt publicè condemnanda, 2. q. 1. si peccauerit, 23. q. 4. si quis potestatẽ, exemplũ ibi de Christo, & de Iuda, 15. q. 5. c. vlt.
Quod occultum peccatum dicitur quod nec cõfessione, nec probatione publicatur, 15. q. 5. clvlt,
Quod publicum peccatum coram omnibus puniendum est. 2. q. 2. si peccauerit.
Quod prælatorum peccatum vel religiosorũ propter malus scandalum est celandum, 95. dist. in scripturis.
Quod peccata incorrigibilium, licet nõ possint probari, sunt prælatis denuntianda, 5. q. 5. non vos. 22. q. 5. hoc videtur.
Quod peccatum in spiritum sanctum committit qui ex proposito bonum deserit, & malum vsque ad mortem facit, de pœ. dist. 1. §. Deus quis similis. distinct. 3. inter hæc.

De Peccato in spiritum sanctum habes vbi agitur de Spiritu sancto.

Quod in peccatis perseuerantes nec à Deo, nec ab homine absoluuntur, 34. q. 2. legatur, & c. damnationis. de pœ. dist. 5. falsas.
Quod qui nunquam peccare desinunt dum viuunt, ostẽdũt quia in peccato semper viuere cupiunt, de pœ. dist. 1. voluissent. §. siue autem.
Quod assiduè peccantium non miseretur Deus, 93. dist. diaconi sunt. in fi.
Quod qui in vno peccato mortali offendit, sic vita æterna priuatur, ac si omnium esset reus. de pœ. distin. 5. fratres.
Quod pluribus modis peccata remittuntur, 23. qu. 1. remittuntur, de conse. dist. 4. ecclesiæ charitas. de pœ. dist. 1. medicina. §. tres sunt.
Quod sine pœna non dimittuntur: quia aut Deus punit, aut homo, de pœ. dist. 1. medicina. §. proxi.
Quod dimissum vltra non punitur, de pœ. dist. 3. sunt plures. §. auctoritas. 23. q. 5. quid ergo.
Quod dimissa quandoque redire dicuntur, de pœ. dist. 4. ferè per totum.
Quod dimissa non sunt recogitanda ad delectationẽ, sed ad pœnitentię amaritudinem, de pœn. dist. 3. Iudas pœnituit.
Quod in pluribus peccatis manens, de vno peccato pœnitentiam veram agere non potest, quia Deus partem condemnare non quit. de pœn. dist. 3. sceleratior. §. is auctoritatibus. Vnde versus.

Summa Dei pietas veniam non dimidiabit,
Aut totum, aut nihil pro certo propitiabit.

Quod peccatoribus tamen consulendum est, vt in statu peccati bonum facere non omittant, de pœ. dist. 5. falsas. in fi. Nam propter hoc Deus aut cor ipsorum ad pœniteatiam illustrat, de pœ. dist. 5. falsas. aut ipsos tẽporaliter in præsenti remunerat, de pœ. dist. 3. pium est credere, §. ex hoc sensu.

Aut

Aut ipsis æternum supplicium tolerabilius fiet. d. 3. cæ. dist. 3. quid ergo. §. potest etiam referri.

Vnde versus.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ,
Cor faciunt habile, minuunt tormenta gehennæ.

Quod *Deus* non obliuiscitur paucorum bonorū factorum in multitudinem peccatorum de pœn. dist. 3. pū est credere, §. ex hoc sensu.

De *mortali peccato habes vbi agitur de Culpa.*

Venialia peccata quæ sint, habetur. 25. dist. vnum orariū. §. aliàs.

Quod nemo mundus est à peccato veniali, de pœ. dist. 2. vt cognouerunt. §. opponitur. circa medium.

Quod venialia peccata non sunt contemptibiliter committenda, quia non refert siue naues per fluctus, siue per guttas paulatim subintrantes subimergātur. de pœ. dist. 1. medicina. post medium.

Quod an nullum peccatum est adeo veniale quod non fiat mortale dum placet, 25. dist. vnum orarium, §. criminis. & vide quod ibi notatur.

Quod quia venialia ex fragilitate humana committūtur, nullus homo ea vitare potest. de pœ. dist. 1. medicina. §. tres sunt. & dist. 3. incassum. §. sed verba.

Quod excepto Deo omnes peccare possunt, de pœ. dist. 2. sic enim inquit. in fi.

Quod posse peccare non est posse. de pœ. distin. 2. ante fi. 45. dist. sed illud.

Quod venialia delentur per dominicam orationem, per eleemosynæ largitionem, & pectoris tūsionem, & per ieiunij castigationem, de pœn. distinct. 1. medicina. §. proxi.

Item delentur per aquæ benedictę aspersionem, de const. dist. 3. aquam sale.

Item per eucharistiæ dignam sumptionem, de pœn. d. st. 2. ante fi. & c. panem de altari.

Item per episcopi vel presbyteri benedictionem, 28. dist. presbyterum.

PECVNIA. Quod pecunia dicitur à pecoribus, quia antiqui hoc quod habebant, ex pecoribus habebant, 1. q. 3. per totum.

Quod amor pecuniæ contrariatur iustitiæ, 11. qu. 3. qui rectè. & c. pauper.

Quod simonia non debet committi pro pecunia, 1. q. 3. per totum.

De *hac materia habes vbi agitur de Diuitiis.*

PEDAGIVM. Quod pedagium noxium imponentes sunt excommunicandi. 24. q. 3. si quis romipetas.

Quod maxime à peregrinis & à fidelibus mercatoribus non sunt pedagia accipienda. 24. q. 4. si quis romipetas.

POENA. Quod pœna est duplex, videlicet temporalis, & æterna. de pœ. dist. 3. sunt plures. §. auctoritas.

Quod pœna temporalis est duplex, vna in hac vita, alia post hanc vitam, 25. dist. qui in aliud.

Item in hac vita temporali aut infligitur à Deo, aut ab homine, 45. dist. sed illud.

Quod pœna in hac vita temporaliter à Deo inflicta pro peccato, sicut ægritudo, paupertas, mors, non est maledicenda, 15. q. 1. illa.

Quod pœna Ægyptiorum fuit à Deo in correctionē eorum, 15. q. 1. nec is qui.

Quod Deus temporaliter punit quandoque vt in æternū nō cruciet, 23. q. 5. quid ergo. de pę. dist. 3. sunt plures. §. auctoritas.

Quod *Deus* quandoque in præsenti grauiter & subito punit propter criminis detestationem, 19. dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.

Quod quandoque pœna temporalis transfertur in posteros. de pœn. dist. 3. illud vero. §. ecce. Exemplum ibi de Achab.

Quod puniuntur quandoque multi propter vnum, 45. dist. sed illud, 46. dist. si gens, 23. q. 4. si ea. 24. qu. 1. non turbatur.

Quod nemo debet mirari de afflictione bonorum, & de prosperitate malorum in præsenti: quia afflictio est bonis in iudiciū salutis, & prosperitas malis in iudiciū reprobationis, de pœn. dist. 3. si quando.

Quod frequenter qui nō meruerūt, sunt à Deo propter alios puniti, 48. dist. §. 1.

Quod punitur quis pro alio à Deo temporaliter, eternaliter nullus. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur, 24. q. 3 §. 1. post medium.

Item punitur quis à Deo pro alio tēporaliter, iustus pro iniusto, vt Petrus pro Iuda, 24. q. 1. non turbatur.

Item punitur à Deo iniustus propter iustum, sicut Maria murmurans pro Moyse lepra percussa est, 2. q. 7. plerūque. §. hos etiam.

Quod punitur quis ab homine pro alio corporaliter, vt in crimine læsæ maiestatis vel hæresis, 6. q. 1. quæro ergo. §. verum. & §. seq.

Item punitur quis spiritualiter pro alio, vt in excommunicatione, 17. q. 4. miror.

Quod pœnitentia non datur peccatoribus in inferno, 33. dist. §. 1. in fi.

Quod pœnitentia non datur à Deo

Quod perſeuerantia in bono eſt donum Dei. ar. præ. am. 3. ſi qu. 5. circa finem.
Quod multis Deus dat dilectionem ſui, quibus non dat perſeuerantiam, de præ. diſt. 2. c. quærendum, in fi. & §. non autem. ante fi.
Quod inceſſum bonum agitur ſi ante vitæ terminum deferatur, quia & fruſtra velociter currit qui prius quàm veniat ad metas, deficit. de pœn. diſtin. 3. §. 1. in fi. c. in caſſum.
PERSONA. Quod perſona vna tantum eſt in Chriſto licet diuerſæ naturæ, 15. diſt. canones, ante medium.
Quod Arius damnatus eſt quia ponebat inæqualitatem in diuinis perſonis, 15. diſt canones. ante medium.
Quod perſonarum acceptio nõ eſt apud Deum, 32. q. 4. ſicut. de conſe. diſt. 4. nec quenquam.
Item nec debet eſſe apud homines, videlicet in prælatorum electione, 63. diſt. ſacrorum.
Quod perſonarum trinitas ſemper eſt exprimenda in baptiſmo, de conſ. diſt. 4. de trina. & 5. c. ſeq.
Item in ſententiæ executione, 2. q. 2. ſi quis preſbyter, 11. q. 3. ſummopere.
Item in pœnitentiæ impoſitione, 26. q. 7. ſacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Acceptio.

Quod vtrum plures perſonatus vnus poſſit tenere, 21. q. 1. & 2. per totum.
PETITIO. Quod petitio eſt duplex, videlicet iuſta, & iniuſta, 23. q. 3. ſex differentiæ. ante finem.
Quod iuſtè petitur à Deo & ab homine auxilium vt tribulatio remoueatur, ſed iniuſtè petitur vt voluptuoſus ſtatus conſeruetur, ibidem.
Quod Paulus vt conſeruaretur, nõ ad voluptatem ſed ad aliorum vtilitatem inſtè petiuit auxilium armatorũ.

De hac materia habes infra vbi ponitur Plus petitio.

PETRVS. Quod Petrus à petra Chriſto nomẽ accepit, 21. diſt. §. decretis. ante finem.
Item dictus eſt cephas, id eſt, caput: quia principiũ tenebat apoſtolatus, 22. diſt. ſacroſanct. 21. diſt. §. decretis.
Quod à Domino princeps apoſtolorum conſtituitur, vt ab ipſo velut à capite in mẽbra, velut à fonte in riuos omnis vigor ſpiritualis deſcenderet, 19. diſt. ita Dominus, 21. diſt. in nouo, 80. diſt. in illis, 24. q. 1. loquitur. c. manet ergo, & tribus e. ſeq.
Quod ſuper ipſum Dominus velut ſupra firmam petram totam eccleſiã omnino inſeparabiliter collocauit, 19. diſt. ita Dominus, 22. diſt. omnes, 24. q. 1. nõ turbatur.
Quod in eo quòd aurẽ Malchi præſcidit, innuitur, quòd ſua profeſſione fidei, auditum infidelitatis amputauit, 24. q. 1. ſi Petrus.
Quod ipſum Dominus cadere permiſit, vt & fortior poſt caſum reſurgeret, & ex culpa ſua diſceret qualiter cadentibus miſereri deberet, 50. diſt. conſiderandum. & cap. ſeq.
Quod ter negauit, & ter confeſſus eſt ſe amare, innuitur quòd ſatisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti, 6. q. 1. imitare.
Quod in hoc quòd dictum eſt Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, prælatis & clericis vltio inhibetur, 23. q. 8. §. 1.
Quod Tabitham ſuſcitauit, & Ananiam cum Saphira morti tradidit, 23. q. 8. Petrus.
Quod in hoc non repulit reprehenſionem ſubditorum, exemplum dedit prælatis idem faciendi, 2. q. 7. Petrus. & c. ſeq.
Quod in hoc quòd Dominus Petrum poſt trinam negationem non ſtatim iudicauit, exemplum dat, quòd prælati non ſtatim ſunt iudicandi, ſed potius corrigendi, 45. diſt. licet pleruncque.
Quod Chriſtus reſpiciens Petrum fecit eum ſuum deflere peccatum, 23. q. 4. ſicut non eſt.
Quod Petrus Linum & Cletum in adminiſtrationem exteriorem aſſumpſit. Ipſe vero Petrus orationi & prædicationi vacauit, 8. q. 1. ſi Petrus.
Quod Petrus & Paulus fuerunt pares quoad meritum non quoad dignitatem, in qua præcellit Petrus, 2. q. 7. Paulus Petrum.
Quod ambo ſimul in vno die in vrbe Romana ſunt occiſi à Nerone, 21. diſt. quamuis, 22. diſt. ſacroſancta. 2. q. 7. beati.
PHILOSOPHIA. Quod philoſophia liberalium artium non reprobatur, ſalubrior tamẽ eſt ſacra ſcriptura, 37. diſt. ſi quis artem.
Quod ſcientia Philoſophica ſicut Aſtrologia & huiuſmodi non ducit ad ſalutem, ſed mittit in errorẽ, 37. diſt. legimus. §. ſed & contra.
Quod non in Dialectica placuit Deo ſaluare populum ſuum, quia regnum Dei in ſimplicitate fidei eſt, 37. diſt. omnem,
Quod garrulitas Philoſophica garrulitati ranarum cõparatur, 27. diſt. legimus. §. hinc etiam,
Quod in illis præcipuè Philoſophia vituperatur, quia ipſa vtuntur ad delectationem, non ad fidei vtilitatẽ, 37. diſt. turbat. §, cum ergo.
Quod ſancti quandoque vſi ſunt Philoſophia, 37. diſt. turbat. & c. qui de menſa, & 1. qu. 1. Dominus declarauit,
Quod dicta Sibyllæ & aliorum Philoſophorum vélét ad conuincendum paganorum vanitatem, 37. diſtinct. ſi quid.

Quod ſacra ſcriptura nec ſuo venustate, nec ſub Philoſophicis terminis eſt proferenda, 38. diſt. eccleſiaſtica.
PIETAS. Quod pietas eſt mater boni operis, 22. q. 2. ſi quælibet.
Quod culpa purgatur pietate, 22. q. 2. ſi quælibet.
Item meretur temporaliter & ęternaliter remunerari.
Quod ſcientia eſt pietatis veteris & noui teſtamenti intelligentia, 37. diſt. ſi quis artem.
Quod non eſt mentiendum in doctrina pietatis, 22. q. 2. primum.
Quod ſub ſpecie pietatis peccatum mortale non eſt commnittendum, 22. q. 2. ne quis.
Quod crimina punire non eſt crudelitas, ſed pietas, 23. q. 8. legi.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemoſyna, & vbi agitur de Miſericordia.

PISCES. Quod piſces ad manducandum à carne abſtinentibus conceduntur, 4. diſt. denique.
Quod pœnitentes non piſcibus ſed piſciculis vti debẽt, 82. diſt. preſbyter.
Quod cũ à carnibus abſtinetur, à carioribus cibis piſciũ eſt abſtinendum. 4. diſt. denique.
Quod propter piſces malos retia prædicationis non rumpuntur, 23. q. 7. c. 1. in fi.
PLACENTIA. Quod placentia malorum à prælatis non eſt appetenda, 83. diſt. nihil.
Quod placendi cauſa hominibus veritas non eſt annuntianda, 22. q. 2 primum.
Quod paſtor quærens lupis placere, pernicies eſt ouium. 83. diſt. nihil.
Quod ſicut Abraham placuit in coniugio, ſic nunc placent virgines in caſtitate, de pœn. diſt. 2. ſi enim inquit. vltra med.
Quod ſecundum carnem viuentes Deo placere non poſſunt, 82. diſt. propoſuiſti. circa finem.
PLANCTVS. Quod planctus conuenit pœnitẽtibus, qui debent mala perpetrata plangere, de pœ. diſt. 3. §. 1.
Item conuenit bene monachis, quia monachus non habet doctoris officium, ſed plangentis, 16. qu. 1. monachus.
Item conuenit compatientibus, ſed diſcrete: ſicut quando mortui planguntur, 13. q. 2. quàm præpoſterum. & c. ſeq. §. hoc autem.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu, & de Lachrymis.

PLVS PETITIO. Quod plus petitur multipliciter, vi delicet re, vt quando pro decem vigintipetuntur, 14. q. 1. quod debetur.
Item plus petitur tempore quando ante tempus petitur, 78. diſt. c. 1. 2. & 3.
Item loco plus petitur quando non vbi ſoluere conuenit petitur, ſed alibi, 33. q. 2. ſiue. 7. qu. 1. ſi quis epiſcopus.
Item cauſa, vt vbi duo promittuntur ſub alternatione, & alterum petitur quod fieri non poteſt, vel non debet, 13. diſt. nerui. 22. q. 4. vnuſquiſque. Exemplum ibi de Herode & ſaltatrice.
POLLVTIO. Quod pollutio carnalis laſciuię plus in quinq; homines inter ſeptem peccata mortalia, 32. qu. 6. non ſolum.
Quod dupliciter contingit pollutio carnalis, videlicet dormiendo, & vigilando, 6. diſt. teſtamentum,
Quod dormienti quattuor de cauſis contingit, aut ex crapula: aut ex naturę ſuperfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione, 6. diſt. teſtamentum.
Quod pollutio cõtingens ex crapula vel cogitatione mala, peccatũ generat, ſed differenter, 6. diſt. teſtamentũ.
Quod an taliter pollutus debeat celebrare vel communicare, habes vbi agitur de euchariſtia,
Quod vigilando contingit pollutio ordinarie ſicut cum vxore propria, propter quã olim aqua lauabantur, nũc autem per aquam benedictam mundantur. 33. q. 4. vir cum propria.
Itẽ extraordinarie, & hoc multipliciter, videlicet per cõcubinatum, 36. q. 1. lex illa. §. cum ergo.
Item per adulterium, 32. q. 5. puto.
Item per inceſtum, 35. q. 2. & 3. de inceſtis. & duob. c. ſeq.
Quod extraordinaria dicitur pollutio quando ſit extra vas debitum mulieris, quæ tamen non impedit matrimonium, 55. q. 3. extraordinaria,
Item extraordinaria pollutio dicitur quando peccatur in eadẽ ſpecie cõtra naturam, 32. q. 7. flagitia. & c. vſus.
Item extraordinaria eſt quando peccatur contra naturã in alia ſpecie, ſicut cum brutis, 15. q. 1. mulier.
Quod caro quandoque polluitur ſine mentis pollutione ſicut contingit in oppreſſione, 32. q. 5. illæ.
Quod mens quandoque polluitur ſine corporis inquinatione, 32. q. 5. nec ſolo.
POPVLVS. Quod decem faciunt populum, 10. qu. 3. vnio. in fi.
Quod propter peccatum populi quandoque Deus dat malum prælatum, 8. q. 1. audaciter,
POSSESSIO. Quod poſſeſſio rerum multiplex reperitur, quia vel eſt de iure diuino, vel de iure humano, 23. q. 7. c. 1.
Quod poſſeſſio terrena non lege diuina, quæ vult omnia eſſe communia, diſtincta eſt, ſed lege humana, quæ ſtatuit meum, & tuum. 7. diſt. quo iure.

Quod hæretici & infideles nec iure diuino, nec iure humano res poſſident, 23. q. 7. c. 1.
Quod laici licitè poſſidẽt temporalia, dummodo licitè vtantur, 12. q. 1. duo in fi.
Quod labores ſuos bene poſſidet, qui non dominandi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſſidet. 23. quæ. 7. ta, 14. q. 4. quid dicam.
Quod qui conquiſitis vti neſciunt, aliena poſſidere conuincuntur, 24. q. 4. quid dicam.
Quod bonæ fidei poſſeſſor dicitur quamdiu quis ignoranter poſſidet alienum, 34. q. 2. ſi virgo.
Quod bona fides non ad tractum medij temporis, ſed ad initium poſſeſſionis referrur, 16. qu 3. placuit. §. poteſt.
Quod poſſeſſor deficiente actore titulum ſuæ poſſeſſionis probare non cogitur, 2. q. 5. §. 1.
Quod non poſſident aliena fideles qui bona hæreticorũ & infidelium exceptis Iudæis tenent, 23. q. 7. ſi de reb. & duobus c. ſeq.

DE POSSESSIONE PERFECTORVM.

Quod perfectorum non eſt poſſeſſio aurum & huiuſmodi, ſed ipſe Deus, 12. q. 1. clericus. & duobus c. ſeq.
Quod in communi poſſidere non eſt contra ſtatũ perfectionis, 12. q. 1. expedit. & cap. videntes. & ca. habebat. Exemplum ibi de Chriſto, qui loculos habuit.
Quod cum Iuda cadit damnabiliter à ſtatu perfectionis qui vſurpat poſſeſſionem proprietatis. 12. q. 1. exemplum. & cap. certe. & c. ſi priuatum.
Quod res in communi poſſeſſæ fideliter ſunt diſpenſandæ, 12. q. 2. 1. es. & duobus c. ſeq.
Quod poſſeſſio eccleſiæ communi præſcriptione non poteſt alienari, 16. q. 4. poſſeſſiones. & §. ſeq. & c. ſeq.
Quod eccleſiæ non eſt danda ſterilis poſſeſſio, 10. q. 2. cabellas, §. hoc ius.
POSSE. Quod poſſe peccare non eſt poſſe. de pœn. diſt. 2. ante fi.
Quod excepto Deo omnes peccare poſſunt. de pœ. diſt. 2. ſi enim inquit. diſt. 3. ſiue cap. inter hæc 1.
Quod Deus vocatur omnipotens, quia omnia poteſt quę poſſe eſt aliquid poſſe. de pœ. diſt. 2. circa finem.
Quod lex non ſtatuit aliquid contra poſſe humanum, 4. diſt. erit. 14. q. 6. ſi res.
Quod eſt poſſe iuris quando illud poſſumus quod de iure poſſumus. 2. q. 1. nos. in quemquam, 50. diſt. ſi quis præpoſtera.
Item dicitur poſſe naturæ, vltra quod natura non poteſt, de conſe. diſt. 4. nunquam.
Item dicitur poſſe facultatis, vbi illa deeſt repetitio non competit, 14. q. 6. c. 1.
Item dicitur poſſe officij, vbi quantum committitur tantum poteſt, 2. q. 6. decreto.
Item eſt poſſe pietatis, quod pro ſalute aliorum impeditur, 22. q. 2. faciat.
Item eſt poſſe diuinæ volũtatis, quod ſanctorum patrum, & omnium hominum ſtatuta tranſeendit, 25. q. 1. contra. Vnde verſus.

Poſſe quidem rebus dant ius, natura, facultas, Officium, pietas, ſextum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur de Poteſtate.

POSTVLATIO. Quod poſtulatio dupliciter accipitur, vel pro aduocatione vel pro petitione, 3. quæſt. 7. infames 61. diſt. Oſius. §. ſed alius.
Quod poſtulatio primo modo eſt deſiderium ſuum vel amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere, 3. q. 7. infames.
Quod quidam prohibentur omnino poſtulare: vel propter ætatem, vt minores, 17. annis. vel propter cauſam, vt ſurdus, vel propter ſexum, vt fœminę, vel propter naturam turpitudinis, vt hermaphroditi vel cæci qui ſunt vtroque lumine priuati. 3. q. 7. infames.
Item nulli criminoſi & infames niſi prius reſtituti non poſſunt poſtulare.
Quod in alieno negotio numquam poſtulare ſiue aduocare debet epiſcopus, 14. q 1. c. 1.
Quod epiſcopus pro pœnæ remiſſione miſerorum poſtulare poteſt, 14. q. 6. hi qui in furtis. & 23. q. 5. c. 1.
Item pro ſe & eccleſia ſua & miſerabilibus perſonis poſtulare poteſt, & hoc non ſæpe, ne vilęſcat dignitas, 88. diſt. perlatum.
Quod alij clerici in cauſa criminali forenſi poſtulare nõ debent niſi intercedendo pro reis. 23. q. 5. c. 1.
Quod in cauſa ciuili ſæculari diaconus & ſuperiores poſtulantes repelluntur. 11. quæſt. 1. te quidem.
Quod in ciuili eccleſiaſtica diaconus & ſuperiores admittuntur, ſed ſalarium nequeunt petere, 15. q. 2. obſeruandum. 11. q. 1. experientiæ. & c. ſeq.
Quod monachi vel clauſtrales non niſi pro domo ſua, & hoc de licentia abbatis ſui poſſunt poſtulare, 16. quæſtione 1. monachi à monaſterio. & capitulo placuit communi.

De hoc habes vbi ponitur Aduocatus.

Quod poſtulatio ſiue petitio ſit de laico vel alterius eccleſiæ clerico propter probitatem perſonæ, 61. diſtin. Oſius. & §. ſequen. & capitu. nullus inuitus. 71. diſtinct. primatus.

Quod

Quod aliud eſt poſtulari, aliud eligi, 61. diſt. Oſius.
Quod poſtulatur laicus vel alterius diœceſis clericus, ſed eligitur clericus nullum habens impedimentum, 61. diſt. Oſius. §. ſed aliud eſt.
Quod poſtulatio ſit ſimpliciter petitio vel electione cũ ſolennitate decreti omniũ ſubſcriptione roborati, 61. diſt. Oſius. §. ſed aliud eſt. & e. ſeq.
Quod laicus primo eſt poſtulandus, demum eligendus: ſed clericus primo eligẽdus, demum poſtulandus, 61. diſt. Oſius. §. ſed aliud eſt.
Quod in poſtulatione omnium eligentiũ requiritur conſenſus, 61. diſt. epiſcopus dum, 63. diſt. litteras. 76. diſt. dilectionis.
Quod poſtulatus per ſuum prælatum debet cõcedi, 76. diſt. dilectionis. 7. q. 1. epiſcopus de loco.
Quod vacante eccleſia capitulum non poteſt concedere poſtulatum. 71. diſt. fraternitatem. 24. diſtin. c. 2. 3. & 4.
Quod epiſcopus non poteſt compelli ad dandum clericum poſtulatum, 85. diſt. archidiaconum Florẽtinum. in fi. 76. diſt dilectionis. 63. diſt. litteras.
Quod epiſcopus videtur poſſe compelli ad dandum clericum poſtulatum per ſuperiorem, 12. q. 1. omnis. in fi.
Quod poſtulatio non iuri ſed gratiæ innititur, 63. diſt. litteras.
Quod poſtulatio vitiatur ſi poſtulantes diffidunt de iure ſuo, niſi ſit iam ſuperiori præſentata, 28. diſt. de Syracuſanæ.
POTESTAS. Quod poteſtas Dei præcedit omniũ hominum poteſtatem, 8. diſt. quæ contra.
Quod poteſtas non eſt niſi à Deo ſiue iubente ſiue ſinente, 23. q. 1. quid culpatur in bello.
Quod poteſtati Dei reſiſtit qui ordinationi Dei reſiſtit, 11. q. 3. qui reſiſtit.
Quod illud quis poteſt quod de iure poteſt. 2. q. 1. nos in quemquam, 22. q. 2. faciat.
Quod aliud eſt iniuſta poteſtate iuſtè vti, & aliud iuſta iniuſtè vti, 14. q. 5. neque, in fin.
Quod meretur poteſtatem amittere qui ſibi cõceſſa abutitur poteſtate, 11. q. 3. priuilegium.
Quod poteſtas eſt duplex, videlicet põtificalis & regalis, 96. diſt. duo. 23. q. 5. principes.
Quod Chriſtus actibus ſuis officia poteſtatis tam pontificum quàm Imperatorum diſcreuit, 96. diſtin. cum ad verum.
Quod vtraque poteſtas ſe debet iuuare mutuo, 23. q. 5. principes & quattuor c. ſeq.
Quod ſicut antecedunt diuina humanas, & cœleſtia terrenas, & ſpiritus carnem, ſic antecedit pontificalis poteſtas regalem. 10. diſt. ſuſcipitis.
Quod Imperator debet ſubeſſe poteſtati Papæ, 96. diſt. ſi imperator. & c. ſicut. vſque ad finem.
Quod poteſtas Papæ in conciliis excipitur, & ſtatuta conciliorum ſua poteſtate confirmantur, 17. diſt. per totũ.
Quod poteſtas Imperialis ſiue regia non eſt vt uperanda, 14. q. 5. neque.
Quod perſonæ eccleſiaſticæ ratione prædiorum tenentur poteſtatibus ſecularibus obedire, 23. qu. 8. conuenior. & c. tributum. Exemplum ibi de Chriſto.
Quod poteſtas ſæcularis non habet ius in ſpiritualibus, 23. q. 8. tributum.
Quod cum præcipitur quod non licet, ibi poteſtas eſt cõtemnenda, 11. q. 3. qui reſiſtit.
Quod alia eſt poteſtas officij: alia executionis, 24. q. 1. miramur. §. proximo.
Quod ſuſpenſi habent poteſtatem, ſed nõ executionem poteſtatis, 1. q. 1. quod quidam, §. ex his, circa prin. 24. q. 1. miramur. §. proximo.

De Poteſtate Imperatoris habes vbi agitur de Imperatoribus & regibus & principibus: & de Poteſtate epiſcopi, vbi agitur de Epiſcopis, & ſic de aliis vbi agitur de ſingulis.

PRAEBENDA. Quod præbendæ in duabus eccleſiis vni non ſunt dandæ, 70. diſt. ſanctorum, 89. diſtin. ſingula.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficiis, & vbi agitur de Officiis.

PRECARIAE. Quod precariæ dicuntur quædam precationes vſusfructus in recompenſatione proprietatis, 10. q. 2. precariæ, 12. q. 2. precariæ.
Quod precarium vtendum concedatur quandiu patitur qui conceſſit, 12. q. 2. ſæpè.
Quod precariæ cum fiunt, ſunt in ſcriptis redigendæ: ne per retentionem diutinam prædium generetur, 12. q. 2. ſæpè.
Quod precariæ de quinquennio in quinquẽnium debẽt renouari, 10. q. 2. precariæ.
Quod precariæ irrationabiliter factæ precipuè eccleſiarum ſucceſſores non præiudicant, 10. qu. 2. de precariis.
Quod precarię poſſidentes præſcribere non poſſunt, 16. q. 3. clerici. & c. ſeq.
PRAECAVERE. Quod precauendum eſt futuris periculis, 23. diſt. in nomine, circa prin. 51. diſt. deſignata, 28. diſt. de Syracuſanę, 82. diſt. propoſuiſti, circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Cautela.

PRAECEPTVM. Quod præceptum Dei omnibus præceptis antefertur, 8. diſt. quę contra, 11. q. 3. ſi is qui. & c. ſeq.
Quod decem generalia ſunt præcepta Dei, quę decalogus dicuntur, 32. q. 4. nierertices.
Vnde verſus.

Idola ſperne, Dei tibi nonſit nomen inane:
Sabbata ſanctifices, habeas in honore parentes,
Non occiſor cris: furmœchus: teſtis iniquus.
Non alij nuptam, nec rem cupias alienam.

Quod præceptum Dei facit licitum vbi aliàs eſſet illicitum, 14. q. 5. dixit.
Quod an Deus non vult vt ſemper fiat id quod præcipit, 22. q. 1. non eſt.
Quod præcepta patientię non tam exhibitione corporis quàm præparatione cordis ſunt retinenda, 23. q. 1. niſi. §. his ita. & c. paratus.
Item quod præcipitur imperatur, & quod imperatur, neceſſe eſt fieri, 14. q. 2. c. vlt.
Quod præceptum Papæ propter obedientiam beati Petri cuius ſucceſſor eſt, diligenter eſt obſeruandum, 19. diſt. in memoriam.
Quod iniuſtum præceptum ſuperiorum non eſt implendum, 11. q. 3. ſi epiſcopus forte, & c. ſeq.
Quod præcepta etiam ſanctorum prælatorum antequã impleantur ſunt diſcutienda, videlicet ſi ſunt iuſta & licita, ſi non ſunt contra Deum, 50. diſtin. ſi quis præpoſtera.
Quod nec Papa vult impleatur quod per ſurreptionem præcipit, 16. q. 3. licet.
Quod qui iuſtis præceptis non obtẽperat, debitor eſt pœnæ, 14. q. 1. quiſquis, 50. diſt. ſi quis præpoſtera.
PRECES. Quod preces hominum Deus non ſemper exaudit, 50. diſt. ſi quis præpoſtera.

De hac materia habes vbi agitur de Oratione.

Quod preces canonicæ diſciplinæ cõtrariæ nõ ſunt exaudiendę, 50. diſt miror, 14. q. 6. c. 1.
Quod reſcripta expreſſam debent habere conditionem hanc, ſi preces veritate nitantur, 26. q. 2. reſcripta.
Quod iudices ſunt puniendi qui precum mendacia non arguunt, 25. q. 2. reſcripta, vique ad c. vniuerſa.
Quod vtrum per preces ſuas vel aliorum poſſit quis ſine ſimonia promoueri, habes vbi agitur de ſimonia.

De hac materia habes vbi agitur de Petitione.

PRAECIPITATIO. Quod præcipitatio qualiter & in quibus non ſit bona, habes ſupra vbi ponitur Acceleratio.
PRAECISVS. Quod præciſus de Chriſti corpore etiã ſi figuram membri teneat, vitę ſpiritum non habet, 23. q. 7. quemadmodum.
Quod de præciſis an ſacramenta conferre poſſint, habes, 1. q. 1. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreticis & de Schiſmaticis.

PRAEDA. Quod præda ſecundum militarem diſciplinam regibus eſt ſeruanda, 23. q. 5. dicat.
Quod propter prędam militare eſt peccatum, 23. q. 1. militare.
Quod omnis illicita præda furti nomine in decalogo eſt prohibita cũ dicitur nõ furaberis, 32. q. 4. meretrices.
Quod prędones peregrinorum & pauperum ſunt excõmunicandi, 24. q. 3. ſi quis Romipetas. & duobus c. ſeq.
PRAEDESTINATIO. Quod prędeſtinatio Dei ſemper in bono eſt, 23. qu. 4. Nabuchodonoſor. ante medium.
Quod prędeſtinatio ita eſt à Deo diſpoſita, vt electi meritis & precibus ad ipſam perueniant, ibidem.
Quod nequaquam obtineri poſſunt quę prędeſtinata nõ fuerunt, 23. q. 4. obtineri.
Quod prędeſtinatio propriis meritis & ſanctorum precibus adimpletur, 23. q. 4. obtineri.
Quod prędeſtinatus inquantum prędeſtinatus nõ poteſt damnari, de pœn. diſt. 4. peccatum. §. verum. poſt medium.
Quod licet nemo poſſit ſaluari niſi prędeſtinatus, omni tamen delinquenti adhibenda eſt correctio, ſicut medicina adhibetur omni languenti, licet ſciatur neminẽ vltra terminum à Deo prefixum victurum, 23. q. 4. Nabuchodonoſor.
Quod prędeſtinatio multis eſt cauſa ſtandi, ſed nemini eſt cauſa labendi, 23. quæſt. 4. Nabuchodonoſor. §. item qui.
Quod non inducit neceſſitatem correctionis vel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, mali libero arbitrio pereant, 23. quæſt. 4. Nabuchodonoſor, §. non ergo.
Quod licet prędeſtinatio Dei vel pręſcientia falli nõ poteſt, non ideo omnia prędeſtinata neceſſario eueniũt, ſed quia bona abſque eius gratia, & malá prćter eius ſcientiam euenire non poſſunt.
Quod multi videntur prędeſtinati merito pręſentis iuſtitiæ, non autem prędeſtinatione claritatis ęternę, de pœn diſt. 4. §. hoc ergo.
PRAEDICATIO. Quod prędicatio verbi Dei non eſt contemnenda, 1. q. 1. interrogo.

Quod non minus eſt reus qui prædicationem negligenter audierit, quàm qui corpus Chriſti in terram cadere permiſerit.
Quod ad prædicationem ſiue ſit fidelis ſiue infidelis etiã eſt iu eccleſia admittendus de conſec. diſt. 1. epiſcopus nullum.
Quod cõtemptoribus ne margaritæ ſpargantur ante pores eſt ſubtrahenda. 43. diſt. in mandatis.
Quod prædicationi præponenda eſt aliquando contemplatio, & aliquando poſtponenda, 8. q. 1. in ſcripturis. Exemplum ibi de Hieremia.
Quod ſicut vtilius eſt habere prudentiores, quàm formoſiores amicos, ſic vtilior eſt ſermo verior quàm diſertior. 38. diſt ſedulo.
Quod prædicatio ſuſcitat ſpiritualiter mortuos. 8. qu. 1. olim.
Quod prædicator debet eſſe in vita & ſcientia irreprehẽſibilis, 8. q. 1. oportet. 26. diſt. §. 1. & §. ecce. 38. diſt. c. 1.
Quod prædicator purus debet eſſe à peccato. 50. diſtin. quid eſt hoc. & c. cum exandiero. & 35. q. 6. in fine.
Quod fructum Chriſti non ſuum debet intendere, 8. q. 1. olim. & c. in ſcripturis.
Quod ſecundum capacitatem audientium ſermon em debet formare, 8. q. 1. oportet.
Quod nec propter Chriſti cultum ampliandum nec propter aliud vila debet mentiri ratione, 22. q. 2. primum.
Quod prædicator debet eſſe actiuus & contemplatiuus, & non de ſuo ſenſu, ſed illa docere quæ didicit in contẽplatione, 36. diſt. ſi quis vult.
Quod nec propter æmulationem vel detractionem aliorum à recta prædicationis intentione debet recedere. 44. diſt. ſcimus.
Quod prædicator advtilitatem populi prædicans conſequitur à Deo vberiorem gratiam, 18. q. 1. reuertimini.
Quod nullus laicus vel religioſus abſque papæ vel epiſcopi licentia, nec mulier quantumcumque docta & ſancta ſit, debent prædicare. 16. q. 1. adijcimus, 23. diſtin. mulier.
Quod qui prædicatorem veritatis contriſtat, in Chriſtum peccat, 11. q. 4. quicumque contriſtauerit.
Quod vitioſi ſermo non eſt contemnendus: quia ſicut lixiuium per cinerem humidum fluens lauat & non lauatur, ſic bona doctrina per malum ſacerdotem credentes à peccatis lauat, 83. diſt. §. vlt.
Quod infelix eſt prædicator qui alios illuminando ipſe tenebroſus & reprobus efficitur, de pœn diſt. 2. §. oponitur.
Quod prædicator bene docendo & male viuendo Deũ inſtruit qualiter eum debeat condemnare. 40. diſtinct. multi.
Quod prædicatores qui ab auditoribus non intelliguntur non audientium vtilitatem, ſed ſuam oſtentationem quærunt, 43. diſt. diſpenſatio.
Quod inconuenienter prædicat qui pauperem Chriſtum pingui ventre & rubentibus buccis annuntiat. 35. diſt. eccleſiæ.
Item qui arroganter & cum faſtu annuntiat, 46. diſt. hoc habet.
Itẽ q fabulas immiſcet: qa in vno ore cũ Iouis laudib. ſe Chriſti laudes non compatiuntur, 86. diſt. cum multa.
PRAEFATIO. Quod prefatio beatæ Virginis nouẽ antiquioribus præfationibus per concilium addita eſt, 70. diſt. ſanctorum. in fi.
Quod excepta præfatione beatæ mariæ nouem ſunt quæ per circulum anni cantantur. de conſec. diſtinct. 1. in uenimus.
Quod ante præfationem ideo ſurſum corda dicitur, vt tunc præcipue ad Deum mentem erigere plebs moneatur. de conſecra. diſt. 1. quando autem.
PRAEIVDICIVM. Quod præiudicium committitur quando lite pendente pro altero ſententiatur. 11, quæſt. 1. quia res.
Item præiudicium committitur quando vna parte abſente altera auditur, 5. q. 9. c. vlt.
Item præiudicium committitur quando quis contra iuſtitiam condemnatur, 2. q. 1. in primis.
Item præiudicium generatur quando quid furtiuè vſurpatur. 93. diſt. illud.
Item præiudicium dicitur quodlibet factum iniuriosum, 11. q. 1. quia res.
PRAELATIO. Quod prælatio non eſt inſtituta contra bonos, ſed ad coercendum malos, 22. diſt. de Conſtantinopolitana.
Quod prælatio eccleſiaſtica quia eſt à Deo, non eſt contẽnenda. 11. q. 3. nemo contemnat.
Item nec auidè ſuſcipianda, nec propter deſidiam reſpuẽda. 16. q. 1. vos autem. 8. q. 1. olim. & tribus cap. ſeq. 40. diſt. multi.
Quod ambitioſus ad prelationem (etiam ſi ſanctus ſit) reprobatur, 1. q. 1. principatus.
Quod fugientes eam magis ſunt aſſumendi quàm ſe ingerentes, 1. q. 6. ſicut. 8. q. 1. in ſcripturis.
Quod nõ cõſanguinitas, ſed iuris & ſciẽtiæ congruitas eſt attendenda in ipſa, 8. q. 1. licet. & c. ſeq.
Quod non prelatio, ſed bona cõuerſatio nos iungit Deo. 40. diſt non loca.
Quod omnis ſanctitas præſumenda eſt de prelato. 40. diſt. non nos.
Quod ille prælatus dicitur maior, qui vita eſt ſanctior. 2. 9. 7. Paulus Petrũ. & duobus. c. ſeq. 40. diſt. multi, in fi.

Quod.

Quod absurdum est prælatum peiorem esse populo, 1.q. 1.vilissimus.
Quod prælati debent esse literati, 36.dist.qui ecclesiasticis.& duobus c.seq.& c.si quis vult.
Quod vita pastoris debet esse exemplar subditis.2.qu.5. cum pastoris.
Quod prælati debent esse duces gregis & pastores.7.q.1. sciscitaris.
Quod integritas prælatorum salus est subditorum,& ordo mutabit si quod inuenitur in corpore,non inuenia tur in capite,41.dist.miramur.
Quod prælatus debet in conuersatione & sermone præire,8.q.1.qualis.40.dist.non nos.& tribus c.seq.
Quod minorum exempla ad imitandum, & doctrinam ad discendum spernere non debet.22.distin. de Constantinopolitana.24.q.3.si habes.
Quod debet etiam erga subditos solitam curam gerere, 8.q.1.in scripturis.
Item nunc actioni nunc contemplationi vacare 88. dist. decreuit.& cap.episcopus nullam.2.q.7.episcopi.8.q. 1.in scripturis.
Item erga infirmos compatiens debet esse. 45. distin.recedite.
Item discordantes concordare,90.distin.cap. 1. & c.studendum.
Item de subditis non facile debet credere.86.dist.si quid vero.
Item nō debet ex vindicta corrigere,86.di.si quid.& c.seq.
Item nec iuxta velle debet subditum punire. 45.dist.cū beatus Paulus.11.q.3.ipse.
Item promptior debet esse ad miserendum quàm ad puniendū.45.dist licet.quia tutius redditur ratio de misericordia,quàm de crudelitate.25.q.7.alligant.
Item seuerus debet esse contumacibus,sed benignus pœnitentibus.2.q.5.quando.
Quod si in corrigendo excesserit, à subditis veniam petere non tenetur,86.dist.quanto.
Quod contra prælatum non de facili est præsumendum, 11.q.3.absit.
Quod prælati plus alijs aduersitatibus sunt expositi, 3.q. 1.nulli.7.q.1.suggestum. & duobus cap.seq.
Quod peccata subditorum eis imputantur,1.qu.1.quidquid.9.q.3.episcopo.
Quod superbia & auaritia in ipsis præ ceteris reprobantur.93.dist.diaconi sunt.circa medium.
Quod prælatus sine temporalibus non proficit,sicut anima sine corpore non viuit,1.q.3.si quis obiecerit.
Quod nihil in hac vita laboriosius & apud Deum gratius,quàm esse bonum prælatum, 40.dist.ante omnia. 96.dist.duo.
Quod bonorum prælatorum Deus facilius orationes exaudit,1.q.1.ipsi sacerdotes.
Quod malus prælatus quandoque datur propter peccata populi,6.q.1.ex merito.8.q.1.audacter.Exemplum.ibi de Saule.
Quod toleratur quamdiu per sententiā non deijcitur,15. q.8.c.vlt.23.q.4.tres.
Quod incongrue sanctorum locum tenet,si facta bonorum non sectatur,40.dist.non est. & c.seq.
Item honor adeptus vel ei exhibitus cedit ei ad culpam & ad pœnam;40.dist.multi.2.q.7.secuti.in fi.
Quod suo exēplo multos trahit ad inferos,40.dist.si papa.
Quod apud *Deum* nihil miserabilius quàm prælatus malus,40.dist.ante omnia.
Quod mali prælati tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. 11.q.3. præcipue.
Quod in eodem genere peccati grauius cadunt prælati quàm subditi,40.dist.homo.
Quod non sunt ipsorum opera sed doctrina attendenda,1.q.1.non quales.
Quod licet prælati sint mali,tamen à subditis non sunt contemnendi,1.q.1.multi.& duobus c.seq.6.q.1.sacerdotes.c.oues.
Quod Christus malis deferendo prælatis cum alapa daretur,Exemplum subditis humilitatis & patientiæ erga prælatos reliquit.93.dist.dominus.
Quod illi prælati sunt mercenarij,qui honores & temporalia quærunt,non ea quæ sunt Iesu Christi.8.q.1.sunt in ecclesia.

De hac materia habes vbi agitur de episcopis,& de Abbatibus,& de Possessione,& de Electione.

PRESBYTER.Quod presbyter Græce Latine seniot interpretatur,21.dist.cleros.
Quod presbyteri seniores non propter ætatem, sed propter honotem & dignitatem nominantur.
Quod presbyteri ijdem sunt qui & sacerdotes.
Quod olim episcopi dicebantur presbyteri, 93.dist.legimus.& 95.dist.olim.& c.seq.
Quod præsente episcopo presbyter non debet signare infantes,95.dist.presbyter.
De differentia episcopi & presbyteri,habes.95. distinct. per totum.

De presbytero habes vbi agitur de Sacerdote.

PRAESCRIPTIO.Quod præscriptio nō fauore malæfidei possessoris sed odio rem suam prosequi negligentis introducta est.16.q.3.placuit.§.potest etiam.
Quod præscriptio est vnius anni, 54.dist.per totum. vbi agitur de seruis(ignorante domino)ordinatione.
Item est præscriptio vnius anni & diei, 20.q.2. puella,vbi agitur de professione.
Item est præscriptio vnius anni & dimidij.3.q.3. de inducijs.vbi agitur de episcoporum excusatione.
Item est præscriptio biennij,19.q.3.monasteriis.vbi agitur de incognitorum in monasterijs susceptione.
Item est præscriptio triennij,17.q.2.si quis incognitus.vbi agitur de incognito ad professionem susceptо.
Item est præscriptio quadriennij,16.q.3.§. quas actiones. vbi agitur de vsucapione.
Item est præscriptio sex annorum,7.dist.§.1.si emeris seruum.vbi agitur de serui dimissione.
Item decem annorum,16.q.3.placuit.§. potest.ante medium.vbi agitur de præscriptionis dispensatione.
Item est præscriptio duodecim annorum.20.q.1. puellæ. vbi agitur de voti obligatione.
Item est præscriptio quattuordecim annorum,20.q. 2.si in qualibet.vbi agitur de masculorum ad religionem obligatione.
Item est præscriptio decem & octo annorum,28.dist. de his.vbi agitur de subdiaconorum ordinatione.
Item est præscriptio viginti annorum,16.q.3. placuit,§. potest.vbi agitur de præscriptione.
Item est præscriptio viginti quinque annorum. 20. qu. 1. placuit.vbi agitur de diaconorum ordinatione.
Item est præscriptio quadraginta annorum, 16.q.3.placuit.§.potest etiam post medium. vbi agitur de libertate quòd ei nul o tempore præscribitur.
Item est præscriptio centum annorum.20.q.1.iuuenculas.vbi agitur de abbatissarum velatione.
Item est præscriptio sexaginta annorum, 16.q. 3.nemo. vbi agitur de Romanæ ecclesiæ præscriptione.
Item est præscriptio vnius mensis,4.q.5.quisquis.
Item est præscriptio duorum mensium,5.q.3.si ægrotās.
Item est præscriptio trium mensium.54.dist. fraternitatē.
Item est præscriptio quattuor mensium,76.dist.ieiunium. §.non autem.
Item est præscriptio sex mensium,3.q.3.de inducijs.
Item est præscriptio nouem mensium, 3.q.3. inducię.§. spatium.
Item est præscriptio decennalis & vicennalis quæ ecclesijs obijci non potest,16.q.3.placuit.§.potest etiam.
Item præscriptio communis est tricennaria, religiosorū quadragenaria,Romanæ ecclesiæ centenaria.13.quæstione secunda,§.1.& 16.quæstione 3.placuit.§.potest etiam.
Quod quælibet prædictarum præscriptionum debet habere bonam fidem,& iustum titulum possessionis,16. q.3.placuit.§.potest etiam.
Quod non currit præscriptio contra res ecclesiæ precarie vel ratione hostilitatis possessas, 16.q.3. clerici. & duobus c.seq.12.q.2.sæpe.
Item non currit præscriptio tempore prælati male alienātis,16.q.3.si sacerdotes.
Item non currit tempore captiuitatis & hostilitatis.16.q. 3.c.vlt.& cap. porro.
Item non currit tempore pueritiæ,scilicet intra xiiij.annum. 16.q.3.placuit.§.si autem.
Item non currit in decimis à laicis detentis.16.q.3. placuit vt,post med.
Item non currit contra libertatem,ibidem.
Item non currit contra publicas functiones. §. porro. ibidem.
Quod an vna ecclesia possit iura alterius ecclesiæ tollere per præscriptionem,habes 16.q.3.per totum.
Quod monasteria contra ecclesias non possunt præscribere,nisi spatio xl.annorum,16.q.4.per totum.
Quod præscriptio triennalis non præiudicat ecclesijs, 16. q.3.si sacerdotes.& q.4.c.1.
Quod laici non possunt præscribere decimas, 16.q.3.placuit.§.potest etiam.
Quod limites diœcesium vel parochiarum præscribi non possunt,16.quæstio.3.licet.§.hoc multipliciter.& cap. sequen.
Quod ius diœcesium præscribi potest, 16.q.3.c.1.& tribus cap.sequen.
Quod in illis quæ quis sua auctoritate vsurpatiuè possidet,præscribi non potest,16. quæst.3.dilectio.§.potest etiam aliter.
Quod ille qui asserit se præscripsisse, si dubitatur, debet iuratoriam præstare cautionem,quòd bona fide & con scientia bona possideat,16.q.3.dilectio.
Quod interruptio præscriptionis dat ius agendi, 16. q.3. c.1.& q.4 volumus.
Quod interruptio fit dupliciter, videlicet naturaliter : id est,contra ius naturæ:quando scilicet contra conscien tiam possidetur,16.q.3.placuit.§.potest etiam.
Item ciuiliter fit vel per libelli oblationem : vel per litis contestationem. 16.q.3.placuit.§.potest, ante med. & ca.quicunque.
Item fit per protestationem coram episcopis vel aliis bonis viris.16.q.3.placuit vt,post medium.
Item per synodalem proclamationem, 16.q.3.c.1. & tribus c.seq.
Item fit per tabellionem vel testium subscriptionē, 16.q. 3.placuit vt.§ is autem.
Quod longæua vsurpatio non facit præscriptionem, 100.distinctione.contra morem.23.quæstione prima, ſch.ſuna.
PRAESCIENTIA.Quod præscientia Dei continen tur futura quæ hominibus ex libertate liberi arbitrij debent prouenire.23.quæst.4.Nabuchodonosor.circa finem.
Quod præscientia solum in malis operibus est intelligenda.ibidem.
Quod præscientia Dei nullam necessitatem infert libero arbitrio ibidem.
Quod secundum præscientiam Dei scribuntur in libro vitæ qui præsciti sunt iustificari: & delentur de libro vitæ qui præsciti sunt damnari.de pœn.distin.4.§.finis. vsque ad fi.
PRAESVMPTIO Quod præsumptio concipitur ex circunstantia facti,32.q.5.nec solo.
Quod præsumptio violēta oritur ex propinqua facti circunstantia.34.dist.quorundam.
Quod præsumptio est multiplex, videlicet vsurpatoria, quando scilicet alieni termini vel officium vsurpātur. 9.q.1.c.1.& q.2.nullus alterius.& q.3.si autem.
Item præsumptio diabolica cum bona ecclesiarum inua duntur,22.q.2.de viro.
Item præsumptio sacrilega quando Deo dicata humanis vsibus applicantur.12.q.2 prædia.
Item præsumptio conspiratoria quæ fit contra prælatos. 11.q.1.si qui clericorum.
Item præsumptio pernicioſa cum serui fugitiui ad ordines vel ad religionem recipiuntur.54.dist. generalis.
Item præsumptio nefanda quando ecclesiæ officia propinquis minus dignis committuntur,vel ab illegitimis personis pertractantur,89.dist.decenter.16. q.1.placuit communi.
Item præsumptio ambitiosa est quando minor præsumit exequi quod est superioris.7.q.1. pontifices. & c.nihil contra.
Item præsumptio fastuosa est cum prælati criminosi nolunt reprehendi.2.q.7.præsumunt.
Item est præsumptio deordinata cum vltra statutum aliquid attentatur,10.quæst.3.inter cetera.21.qu.4.episcopi.
Item præsumptio negligentiæ quando prælatus subditos malos non coercet.2.q.7.ficut inquit.
Item præsumptio blasphemiæ, sicut cum canones sanctorum patrum violantur.25.q.1.violatores.
Quod præsumptio crudelitatis,hoc est prælatorū desquiētium in subditos,10.q.3.quia cognouimus.
Quod quantumcunque perfectus de suo statu nō debet præsumere,6.qu.1.imitare. Exemplum de apostolo Petro.
Quod Deus bonorum præsumptionem deprimit per ad uersitatem.6.q.1.oues.§.ipsa.
Quod in dubia rebaptizatione nō est temeritas præsumptionis,sed diligentia pietatis.de conse. distinctio. 4.si nulla.
Quod præsumitur quis citius mori quāto senior est.7.q. 1.petisti.86.dist.tanta nequitia.
Quod præsumitur pro senectute,scilicet dignior probitas,59.dist.si officia.
Item in iustitia examinatio,86.dist.si quid vero.
Item præsumitur sapientia.84.dist.porro.
Item morum grauitas.12.q.1.c.1.
Item fermo veracior,35 q.6.consanguineos.
Item eleemosyna dignior,86.dist.non satis.
Quod quandoque præsumitur ex præsenti circa præteritum,34.q.2.cum per bellicam.
Item quandoque præsumitur ex præsenti circa præsens, 6.q.1.qui crimen.
Item præsumitur ex præsenti circa futurum.47.dist.sicut hi.§.necesse,circa finem.
Quod quandoque præsumitur ex præterito circa præteritum,28.dist.quia sunt.vbi præsumitur vxor diaconi non fuisse,quia virgo ad eum non pervenerat.
Item ex præterito circa præsens.87.dist.quicunque.
Item ex præterito circa futurum,23.q.5.si apud.
Item ex causa,23.q.8.occidit,vbi ponitur qualiter sanctiparres ex causa meritorię occiderunt.
Item ex persona,89.dist.decenter.vbi præsumitur de episcopo, quòd si res ecclesiæ consanguineis committit: quòd illis non ecclesiæ lucrum querit.
Item ex loco,17.q.4.quisquis.1.vbi sacrilegiū præsumitur ratione sacri loci.
Item ex tempore,1.q.1.constat. vbi ex breuitate temporis præsumitur color excusationis.
Item ex facti qualitate.12.q.2.bonæ rei.
Item ex dignitate,11.qu.3.absit.vbi dicitur,quòd de sacerdotibus est bonum præsumendum.
Item ex taciturnitate,28.dist. diaconi. vbi dicitur quòd qui diaconatum recipit,etiam tacendo se ad castitatē adstringit.
PRAEVARICATIO. Quod prævaricatio est vera crimina abscondere.2.quæstione tertia.si quem.§.notandum.
Item prævaricatio est vorum castitatis vel religionis post ponere,20.q.1.puellæ.
Quod non est prævaricatio incauti & temerarij iuramenti emendatio,22.q.4.diffinitio.
Quod prævaricator fidei ad testimonium nō admittitur, 2.q.7.non potest.
PRIMAS.Quod primas est maior archiepiscopo, 99. dist.c.1 §.1.
Quod primatus officiū sumptū est à Gentilibus:ad quos oppressi qui ad imperatoris aulam venire nō poterāt, tanquam

quam ad primam iudiciar'am potestatem confugiebant.99.dist.prouinciæ.& c.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Patriarchis.

PRINCEPS.Quod princeps sæcularis diuina ordinatione ad regendum populum instituitur,8.q.1.si ergo.
Quod debet ecclesias & prælatos earum defendere, 63. di.Valentinianus.in fi.23.q.5.principes.
Quod de electione episcopi & aliorum Prælatorum non debet se intromittere,63.di.Hadrianus.
Quod princeps debet reuereri episcopos: quia principū colla debent submitti genibus sacerdotum,63.distin. Valentinianus.96.dist.duo.in fin.
Item de bono statu ecclesiæ debet prouidere,96.dist.boni.23.q.5.principes.& c.incestuosi.
Item debet intendere ad tuitionem viduarū:& pupillorū protectionem:& raptorum refrænationem,23.q.5.administratores.
Quod leges principum non possunt infringere statuta pontificum,10.dist.per totum.
Item iudicantur & excommunicantur ab episcopis,96. dist.duo.& duobus c.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus,& de potestate,& De Regibus.

PRINCIPIVM. Quod principium malū difficiliter bonum finem consequitur: quia difficile est vt bono peragantur exitu,quæ malo inchoata sunt principio. 1.q.1.principatus.& duobus c.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

PRIVILEGIVM. Quod priuilegium dictum est eo quòd in priuato feratur,3.d.ſt.priuilegia.
Quod priuilegia sunt leges priuatorum.
Quod priuilegium speciale derogat generali, 25.q.1.ca. vlt.circa finem.
Quod priuilegium quandoque conceditur vni prouincię,35.q.3.quædam lex.§.quod scripsi.
Item conceditur vni ecclesiæ,16.q 1.hinc est.
Item quandoque vni personæ,7.q.1.petisti.
Quod personale priuilegium ad alium non extenditur, 7.q.1.petisti.post med.
Quod priuilegium sigillatim concessum omnibus non conuenit,16.q.1.hinc est.
Quod priuilegia paucorum non faciunt legem communem,25.q.1.c.vlt.post med.
Quod semper cum pallio conceditur priuilegium speciale,100.dist.rationis.
Quod priuilegia concessa per superiores per inferiores non possunt nec debent infringi,9.q.3.conquestus.12. q.2.vulteranæ.25.q.2.priuilegia.
Quod ecclesia Romana aliarū ecclesiarum priuilegia debet conseruare,25.q.2.per totum.
Quod an posteriora priuilegia derogent prioribus. 25. quæstione vlti.priuilegia.& 6.capit.seq.
Quod Romana ecclesia potest aliis concessa vel mutare vel penitus reuocare. 25.q. vlt. postea quàm. §. his ita.
Vtrum priuilegium valeat contra statuta patrum, & dicta sanctorū,25.q.1.per totum.& q.2.postea.§.his ita.
Quod qui allegat priuilegium, debet monstrare quod al legat,100.dist.contra morem.
Quod priuilegium meretetur amittere qui concessa abutitur potestate,11.q.3.priuilegium 25.q.vlt.postea quàm.§.his ita.
Quod priuatur quis priuilegio propter scandalum, 3.q. 6.hæc quippe.
Item propter fauorem alterius loci vel personæ, 22. dist. renouantes.
Item propter atrocitatem criminis,11.q.3.ita.9.q.3.conquestus.
Item propter renuncitationem expressam. 7. q.1. quàm periculosum.
Quod abutitur quis priuilegij potestate multipliciter, videlicet quando quis superior inferiorē totaliter inuitum compellit ad dignitatem,74.dist.vbi.
Item qui eam exercent non ad subditorum vtilitatem, sed ad suam voluntatem,11.q.3 priuilegium.
Item qui eam non habet,sed assumit propria temeritate, 25.q.2.postea.§.his ita.in fi.& c.seq.
PROBATIO. Quod probatio est duplex,videlicet diuina & humana.26.qu.5.nec mirum. ante medium & post.
Quod Deus permittit mala vt boni qui vident probentur vtrum vere ipsum diligant,26.q.5.nec mirum.ante finem.& in fi.
Quod aduersitas,quæ bonis viris obijcitur,probatio vtutis est,nō indicium reprobationis,7.q.1. aduersitas.
Quod mortem probatur infligere qui hanc cum possit non excludit,83.dist.§.1.
Quod in humanis iudicijs onus probationis reo non incumbit,6.q.5.quod autem.
Quod si reus laborat infamia: & si nō potest probari propter scandalum tenetur se purgare,6.q.5.§.vlt.
Quod accusatus non negationem sed exceptionē probare debet.6.q.5.quod autem.§.item accusatus.
Quod probatur crimen siue aliud factum multipliciter, videlicet per confessionem.15.q.5.presbyter.
Item per rei eu'dentiam: vt cum quis in crimine deprehenditur & comprobatur, vt 50. distin. si quis diaconus.81 dist.si quis clericus.& cap.presbyter.
Item cum quid ita notorium est vt nulla possit tergiuersatione celari.2.q.1.de manifesta.& duobus c.seq.
Item per famam.4.q 3.placuit.§.item in criminali.
Item per præscriptionem. 18. dist. peruenit. & 44. dist. militis.
Item per iuramentum.16.q.3.dilectio.
Item per instrumentum.16.q.3.placuit.§ potest.
Quod per vnum testem nil probatur nisi cum miraculo. 4.q.3.in fi.§. sed obijcitur. *Exemplum* ibi de sancto Bucio.
Quod proponens calumniam & non probans punitur. 5.q.6.quia iuxta.& c.seq.
Quod probationis tempus & religionis habes vbi agitur de professione,& vbi agitur de monachis.

De hac materia habes vbi agitur de Testibus.

PROCVRATIO.Quod procuratio episcopi vel archidiaconi tempore visitationis non debet esse grauis sed modesta,10.q.3.cauendum.& duobus c.seq.
Quod procuratio non debet fieri nisi vno die, & hoc cum moderata societate,13.q.vlt.inter.
Quod si episcopus vel archidiaconus non visitat nomine procurationis nil debet exigere,10.q.1.relata.
PROCVRATOR.Quod procurator dicitur defensor ecclesiæ,1.q.3.Saluator.circa medium.
Quod infamis nō possit esse procurator,3.q.7.infames.
Quod in capitali siue in criminali causa non per procuratorem sed per se agendum est,2.q.6.c.si quis in qua cumque.§.cum autem.& c.si quando.

De hac materia habes vbi agitur de Aduocatis

PRODITIO.Quod proditio ad mortem maius peccatum est homicidio.de pœn.dist.1.periculosè.
Quod qui veritatem non defendit vel pronuntiat,proditor est veritatis,11.q.3 nolite timere.
Quod qui nulli cognitum peccatum publicat non corrector,sed proditor est,2.q.1.si peccauerit.
Quod qui hominem prodit ipsum interficit, de pœn.di. 1 per.culosè.
Quod clericus proditionibus vacans degradatur.46.dist. clericus.
PROFESSIO. Quod professio religionis facta infra annos discretionis non tenet,20.q.1.ca.1.& §.seq.
Quod professio regularis fit per scripturam vel per aliquod signū subscriptū,20.q.2.c.vlt.27. q. 1. omnes.
Quod nemo debet recipi ante annum probationis ad professionem,17.q.2.Gonsaldus.19 q.3.monasterijs.
Quod laicus incognitus ante professionem probari debet per triennium,nè forte sit seruus,vel ratiocinijs obligatus,17.q.2.si quis incognitus. 53.dist.iegem.
Quod clericus in cognitu probari debet per biennium. 19.q.3 monasterijs.
Quod non est tempus probationis annus, vt 17. q. 2. Gonsaldus.& 20.q.1.puella.
Quod regularis semper & vbique professionis vestibus debet vti.20.q.1.cap.vlt.27.quæst.1.omnes.
Quod religiosus si ordinatur sub titulo monasterij etiam si aliter non est professus,hoc facto tanquam professus illi monasterio perpetuo obligatur,70.dist.sanctorum.
PROHIBITIO.Quod prohibitio Dei est diligentius seruanda quàm hominum,10.dist.lege.
Quod prohibitio prælati si propter necessitatem rumpitur,non culpatur,11.q.3.antecessor.& c.seq.
Quod illud quod non est prohibitum,videtur esse concessum,3.q.3.post vxoris.
Quod non omne quod non prohibetur conceditur,30. q.4.quod autem.
Quod illud officium non est prohibitum pro quo licet accipere salarium. 23.q.1.militare.
Quod prohibetur simpliciter bonum propter multa, videlicet propter lapsus cautelam,27.q.2. sunt qui.Nota ibi de matrimonio,& de rel gione.
Item propter vitandam iactantiam.21.distinctione denique. vbi prohibetur sacerdos benedicere episcopo præsente.
Item propter mali occasionem,sicut frequenter iurare, quia talis peierat,22. quæstione 1.non est. & capitu. ita ergo.
Item propter scandalum, 27. quæst. 2.si quis sponsam.
Quod prohibentur Christiani ne figmenta poetarum legant,quia prouocant ad luxuriam,37.dist ideo.
PROMISSIO.Quod promissio est impia quæ scelere adimpletur,vnde in malis promissis fides est rescindēda,22.q.4 in malis.
Quod inhonestum non est promittendum, 22.q.4.vnus quisque.
Quod peius est adimplere illicitum promissum, quàm peniurare,22.q.4.vnusquisque.
Exemplum ibi de Herode & saltatrice,12.dist.duo.
Quod non est mendacium venire contra promissum,22. q.2.beatus Paulus.
Quod cum noxia promissa complemus, Dei iussa contemnimus,13.dist.duo.
Quod non est transgressor promissi qui vt ne impleat,ne cessitate prohibetur,21.q.3.antecessor.& c.seq.
Quod in promissis plus est subintelligēdum quàm quod exprimatur.22.q.2.beatus Paulus.& 11.quæst.2.antecessor.
Quod à *Deo* non statim conceditur quòd à sanctis impetrandum promittitur.50.dist.si quis præpottera.Exemplum ibi de Moyse, qui orans pro populo non impetrauit.
PROMOTIO. Quod promotio est de minoribus ad maius, 93.distin.legimus.in fi.& 59.distinct.si officia. & cap.ord.natos.
Quod in spirituali promotione quandoque possunt inter uenire pacta honesta, 18.q.2.Eleutherius.10.quæstio. vlt.c.vlt.
Quod in promotione inhonesta pacta prohibentur, 1.q. 2.quàm pio.in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesiis,& Ordinibus,& de Simonia.

PROPHETA.Quod propheta largo nomine dicitur prædicator & doctor.43.dist.sit rector.
Quod propheta dicitur qui futura denunciat.22.q.2.si quæliber.§.Abraham.
Quod propheta de futuris quandoque pronunciat quod ignorat.22.quæst.2.si quelibet.§.Abrahaim.
Quod quantūcunque sit verus propheta: si annunciat aliquid quod est contra Deum, non est ei credendum, 26.q.5.nec mirum.ante finem.
Quod mali quandoque prophetizant.1.q.1.prophetauit. Exemplum ibi de Saul.
Quod mali prophetę habent spiritum prophetię,sed non meritum.
Quod mali prophetæ donum prophetiæ vendebant,1.q. 1.iudices & c.numquam.
Quod veri prophetæ populum propter malitiam eius nō deferebant, sed ipsum de malitia arguebant.23.q.4. tolerandi sunt.
PROPRIETAS. Quod proprietas inducta est propter iniquitatem hominum cum prius essent omnia communia sicut aer & lux.12.q.1.dilectissimis.
Quod proprietas personalis non dicitur esse in facultatibus ecclesiæ,quia sunt communes,12.q.1.expedit.& c.res ecclesiæ.
Quod de rebus ecclesiæ nullus potest dicere, hæc res mea est,12.q.1.nulli.§.si ergo.
Quod an episcopi vel clerici dicantur proprium habere. 12.q.1.per totum.
Quod ignominia est episcopi studere proprietati.12.q.2. gloria.
Quod episcopi in rebus ecclesiæ sunt pauperum dispensatores,12.q.1.expedit.
Quod clerici in rebus ecclesiasticis nil habent proprietatis,12.q.1.duo sunt.
Quod clerici facientes proprium de rebus ecclesiæ delendi sunt de tabula clericali,12.q.1.nolo.
Quod regulares nil debēt habere proprii,12.q. 1. nolo.
Quod qui nihil habent proprium,non possunt facere testamentum.
Quod licet perfectis non conueniat habere proprium, possunt tamen esse rerum ecclesiasticarum dispensatores,12.q.1.expedit.
Quod regularis habens proprium viuens mortuus est.
PROSPERITAS. Quod prosperitas malorū resultat in caput eorum.de pæn.dist.3. §.quamquam.& c. quid ergo turbamur.
Quod boni non debent perturbari de prosperitate malorum sicut nec de aduersitate bonorum.
Quod nihil infelicius prosperitate peccantium, 23.q.1. paratus.in fi.
Quod mali propter bona quæ faciunt, presentem prosperitatem in retributionem recipiunt. de pæn. dist.3. §.quamquam.& cap. quid ergo turbamur.
PROVINCIA Quod prouincia dicitur quæ habet decem vel vndecim ciuitates, & vnum regem.6.q.3. scitote.
Quod non licet habere iudicem alterius prouinciæ;nisi detur per superiorem.6.quæst. 3.§.1.11.q. 1. iudices.
Quod reus non debet trahi extra prouinciam nisi ratione rei quæ debet discuti vbi contingit.3.q.6.neminē.
Item ratione appellationis,3.q.6.peregrina.6.q.3.scitote.2.q.6.qui le scit.
Item ratione mādati maioris iudicis, 3.q 6. vnaquæque.
Item ratione criminis.17.q.4.si quis suadente.
Item ratione quæstionis & dubitationis circa fidem vbi recurritur ad Papam,24.quæstione 1.quoties.
Item ratione personæ,sicut est episcopus de quo non est diffiniendum sine Papa, 3. quæstione 6.quamuis.11. q.1.iudices.
PROXIMVS.Quod proximus.diligitur cum à malo retrahitur,& ad Deū colendū perducitur, 23.q.4.c.vl.
Quod prælatus non debet secretum suum præponere vtilitati proximorum, 8.quæstio.1.in scripturis.& c.qui episcoparum.
Quod nos proximos Deo loca non faciunt,sed merita. 40.dist.non loca.

De Proximo habes vbi agitur de Dilectione proximi.

PRVDENTIA.Quod prudentia maxime debet esse in prælatis.36.dist.§.1.

Quod prudentia prælatorum debet esse non solum in litteratum ſcientia ſed etiam in negotiorum ſæcularium ſolertia ibidem & 38.dist.§.r.

PSALMISTA. Quod pſalmiſtæ pſalmis à canticis dicti ſunt. 25.dist.periectis, 21.dist.ceteros.

Quod pſalmi æ officium eſt canere reſpõſoria, & quidquid pertinet ad cantandi peritiam, 25.dist.periectis.

PVBERTAS. Quod pubertas maſculi ſunt. xiij. anni. & fœminæ duodecim, 20.q.1.puellæ.§.cum ergo.& q. 2.ſi in qualibet.

Quod infra pubertatis annos nec ad religionem nec ad matrimonium quis obligatur. 20.q.1.additiſtis.& q. 2.ſi in qualibet,& c.puella.

Quod propter publicam honeſtatem nemo poteſt ſponſam alterius conſanguinei ducere & ducens ſeparatur. 35.q.1.§.porro.

PVDICITIA Quod pudicitia eſt animæ virtus, quæ plus vult quæcumque mala tolerare, quàm malo conſentire, 32.q.5.ita ne. Exemplum ibi de Lucretia.

Quod nemo pudicitiam ſeruat in corpore niſi prius ſpiritui inſita caſtitate, 32.q.5.ita ne.

Quod pudicitia ſi mente ſeruatur propter corporis violentiam non violatur, 32.q.5.magis.& cap.ille autem.

Quod animus pudicus non habet oculum impudicum, 32.q.5.nec ſolo.

Quod pudicitiæ filij paternam verecundiam contegunt. 96. diſt.in ſcripturis. Exemplum ibi de filijs Noe.

De hac materia habes vbi agitur de Caſtitate.

PVNITIO. Quod punitio parentum qui deliquerunt, in quartam generationem dilata, eſt ſignum diuinæ clementiæ dum ſemper expectat ad pœnitentiam, 1.q. 4.homini qui.§.econtra.

Quod Deus punit peccata per neſcientes ſicut per Sennacherib. vnde propheta. Virga furoris mei Aſſur.

Quod quia non Deo ſeq; viribus ſuis attribuit.d.ctum eſt ei Numquid gloriabitur ſecuris, & c. 23.q.5.§.vlt.

Item per Nabuchodonoſor. vnde dominus, quod dabo ei qui ſeruiuit mihi apud tyrum &c. tamen idem poſtea inde ſuperbiens factus eſt bos.

Item per Antiochum, qui ſuis viribus hæc aſcribens auduit Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt.

Item per Romanos qui necem Chriſti in Iudæos vindicauerunt. quod quia ſibi aſcripſerunt.d.ctũ eſt eis, Ele ua mapus tuas super gentes quæ te non nouerunt.

Item punit Deus per ſcientes, ſcilicet filios Iſrael qui ex mandato occiderunt Amorrhæos. ibid. poſt medium.

Item punit per quoſcumque vbi iuſtum bellum geritur, & vires Deo aſcribuntur, ibi circa finem. & c. fuit quidam, 15.q.1.non eſt.

Quod punitur ſola attentatio, 36. quæſtione 2.ſi quis virginem.

Quod punitur ſola voluntas, 27.q.1.nuptiarum.

Item punitur ſola ſpes vel expectatio, 14.quæſtio. 3.ſi feneraueris.

Item punitur ſola cogitat o. 47.dist.quoniam multi.

Item punitur ſola intentio, de pœn.dist.1.ſi quis.

Item punitur ſola aggreſtio, de pœn. diſtinctio. 1.ſi quis necandi.

Item punitur ſolus auſus. de pœn. dist. 1.ſi quis pulſatus.

Item punitur ſola ſolicitatio. 36.q.2.ſi quis non dicam.

PVRGATIO. Quod purgatio eſt quadruplex: videlicet ſpiritualis, canonica, vulgaris, & purgatorij ignis.

Quod ſpiritualis purgatio, quæ eſt à peccatis, ſit per fidei ſeruorem, 15.q.vlt.c.vlt.

Item ſit per baptiſmum & pœnitentiam. de conſe. diſti. 4. non poteſt.

Item Euchariſtiæ & aliorum ſacramentorũ acceptationem.

Item ſit per quælibet opera pietatis, 22.q.2.ſi quælibet.

Item ſit per aduerſitatem & tribulationum tolerantiam. 50.dist.& purgabit.

Item in hoc quòd Eſaias fuit purgatus calculo ante quàm miſſus; innuitur quòd non niſi purgatus debet ſecreta cælestia aliis nuntiare, 8.q.1.in ſcripturis.

Quod canonica purgatio ſit per iuramẽti ſacramentum. 2.q.5.presbyter vel quilibet.

Item indicitur quando quis infamatur apud bonas & graues perſonas, ſiue per inimicos, ſiue per alios, 2.q.5. presbyter ſi.& capit.omnibus. 6.q.vlt.per totum.

Quod non indicitur purgatio quando apud viles perſonas quacumque præſumptione infamatus fuerit. 2.q. 5.omnibus.

Quod cum certo numero manuum debeat fieri purgatio, iudicis arbitrio relinquitur, 2.q.5.presbyter ſi.& c.omnibus.

Item debet fieri purgatio apud quos eſt infamatus vt ibi moretur malum vbi contingit.de confeccia.dist.2 ego Berengarius.in fi.

Quod purgatio in manifeſtis & notorijs non requiritur. 11.q.3.curæ ſit.

Quod canonica purgatio diuerſimode exercetur in clericis, 2.q.5.per totum.

Quod ſummus Pontifex propter ſcandalum ſedandum ſine præiudicio aliorum ſe purgat quando- que temetipſum. 2.q.5.audrum.& ſequen.

Quod Leo Papa purgauit ſe cum duodecim epiſcopis 2.q.5.omnibus.circa fi.

Quod Sixtus Papa purgauit ſeipſum in concilio. 2.q.4. mandaſtis.

Item Damaſus Papa cum quadraginta duobus epiſcopis in concilio ſe purgauit. 2.q.7 nos. circa fi.

Quod epiſcopus vel electus infamatus cum quinque vel ſeptem epiſcopis debet ſe purgare. 23. dist. illud.

Quod epiſcopus vel presbyter poteſt ſe purgare per iuramentum ſuper altare vel Euangelia, 2. quæſt. 5. habet.& cap.Mennam.& omnibus cap.ſequen.

Quod purgatus coram ſuperiori ſine litteris expurgationis non debet redire. 8.q.5.quilibet.

Quod clericus infamatus ſi non poteſt conuinci, tenetur ſe per iuramentum purgare. 2.q.5. presbyter.cap. omnibus.& cap.ſeq.vſque ad finem quæſtionis.

Quod clericorum purgatio debet fieri coram epiſcopo vel coram datis ab epiſcopo. 15.q.5.cap.2.2.q.5.presbyter ſi.

Quod ſuſpicio epiſcopi contra presbyterum vel clericum inducit purgationem. 2.q.5. omnibus. poſt medium.

Quod presbyter cum ſeptem ſacerdotibus debet ſe purgare. 2.q.5.ſi legitimi.& duobus c.ſeq.

Quod epiſcopus numerum expurgantium poteſt minuere, vel augere. 2.q.5.presbyter ſi.& c.omnib.ante ſi.

Quod purgatio religioſorum ſupor furtis, fiebat olim per Euchariſtiæ receptionem. 2.q.5.ſæpe.

Quod purgatio vulgaris, quæ ſit per aquam frigidam vel feruentem, vel ignitum ferrum, vel per duellum, firmiter prohibetur: quia ibi tentatur Deus. 2.q.5. Mennã. & cap.conſuluiſti,& c.monomachiam.

Quod purgatio zelotypiæ, quæ olim in lege veteri fiebat, modo non obſeruatur, 2.quæſt.5.conſuluiſti.

Quod purgatorij pœna licet non ſit æterna, excedit tamen omnem preſentem pœnã, 25.dist.qui in aliud.de pœn. dist. vlt. circa finem.

Quod venialia peccata, quæ deportantur illuc, ibi purgãtur, 25 dist.qualis.

Item de grauibus hic per pœnitentiam dimiſſis, ſed non plene ſatisfactis ibi grauiſſimè purgantur. de pœn. dist. vlt. circa ſi. cap. nullus.

PVRIFICATIO. Quod purificatio mulieris poſt partum. in lege deſcripta ſeruabatur. 5.dist.§.1.

Quod modo ſi mulier non completo tẽpore purificationis vult intrare eccleſiam, non eſt prohibenda. 5.dist. cum enixa.& cap.ſi mulier.

QVADRAGESIMA. Quod quadrageſima eſt decima dierum totius anni: nã qui vnum diem vel plures ſtangit, decimam dierum non exſoluit. de conſe. dist. 5. quadrageſima.

Quod excepta cauſa neceſſitatis eſt ab omnibus ſeruanda. de conſec. di. 3. non liceat.& duobus cap. ſeq

Quod quadrageſimam abſtinentiæ bene celebramus. cũ bene viuimus. de conſe. dist. 5. ieiunium.

Quod in quadrageſima ſicut à cibis ita & ab aliis nociuis animæ eſt abſtinendum, 4 distinct. denique.

Quod clerici in obſeruatione eius laicos debent præcedere. 4. dist. ſtatuimus.

Quod non ſolum à carnibus, ſed etiam à caſeo & quis eſt in ea abſtinendum. 4. di. denique,

Quod ſumptuoſiora cibaria quàm carnium in quadrageſima non ſunt præparanda. 4. dist. denique. in fi.

Quod in quadrageſima niſi dictis veſperis non eſt comedendum. de conſe. dist. 1. ſolent.

Quod nuptiæ & conuiuia non ſunt in ea exercenda. 33. q. 4. nec vxorem. & tribus cap. præcedentibus.

Quod in capite quadrageſimæ pœnitentes debent ſe epiſcopo præſentare, 50. dist. in capite.

Quod quattuor tempora quomodo olim ſeruabantur, & quomodo nunc, habes vbi agitur de ieiunio & de M. illa.

QVAESTIO. Quod quæſtio criminalis præiudicat ciuili, 3.q.9.non eſt credendum.

Item criminalis quæſtio aliquando præiudicat ciuili & etiam criminali.

Item vbi eſt perplexa quæſtio de ſacra ſcriptura ad ſanctorum ſcripta vel ad plurium ſeniorum reſponſum recurrendum eſt, 20. dist. de quib us.

Quod facilius inuenitur quod à pluribus ſenioribus quæritur.

QVAESTVS. Quod quæſtus eſt duplex, videlicet honeſtus & turpis. de pœn. dist. 5. qualitas.

Quod prælati quæſtum pietatem putant, qui pro ſtructuris eccleſiarum lucris illicitis vacant, 16.q.7.& hoc diximus.

Quod promotio ad ordines principaliter non debet intendi propter quæſtum, 74. diſtinct. conſuluit.

Quod illi ſunt ſua quærentes, qui non Deum propter Deum, ſed propter temporalia quærunt. 8. quæſtio. 1. ſunt in eccleſia.

QVIES. Quod quies oratio, & labor manuum debet eſſe in monaſterio, 16. quæſtione prima. de præſentium.

Quod prelatis quies contemplationis cordeſt appetenda, & tamen pro lucro animarum quandoque poſtponenda. 8.q.1. in ſcripturis.

QVINQVAGESIMA. Quod quinquageſima pars cenſus eccleſiæ poteſt dari epiſcopo pro monaſterij conſtructione: & centeſima pro eccleſia. 12.q.1.hor.q.

Quod ſacerdotes & clerici ante quadrageſimã à quinquageſima ieiunium debent inchoare. 4. dist. denique.

Quod à quinquageſima vſque ad octauas paſchæ cauſæ non ſunt audiendæ. 15 q.4. placita.

RATIO. Quod ratio ſana exemplis eſt anteponenda. 9 dist. 1. na.

Quod rationem prælati tutius reddent de miſericordia quàm de crudelitate. 26.q.vlt. alligant.

Quod illud quod caret ratione, neceſſe eſt extirpare. 63. di. chorepiſcopi.

Item quod ratione conſtat lex eſt. 1. dist. conſuetudo.

Quod ea quæ carent ratione de factis ſuis, non reddent rationem. 15.q.1. firmiſſime.§. ex eo.

Quod homo qui rationalis eſt, de factis ſuis reddet Deo rationem.

Item de omni verbo otioſo. 22. quæſtio. vlti. quoties.

Item de negligenter commiſſis. 23. queſtione 4. quando.

Quod à principibus ſæcularibus & prælatis eccleſiaſticis grauis à Deo exigitur ratio. 23.q.5.principes.

Quod inferiores ſuperioribus de cura commiſſa tenentur reddere rationem. 16.q.2.ſane.

RADIX. Quod radix arboris ſicut vigorem dat multis ramis ſic eccleſia in beato Petro fundata ceteris apoſtolis & aliis prælatis virtutem adminiſtrat ſpirituale, 24.q.1.loquitur. & 23. quæſt. 5. ipſa pietas. poſt medium.

Quod radix omnium malorum eſt auaritia. 47. dist. bonorum.

Quod ſicut radix omnium malorum eſt cupiditas: ſic radix omnium bonorum eſt charitas: & ſimul ambæ eſſe non poſſunt. de pœn. dist. 2. §. ex præmiſſis.

Quod niſi vna radix euulſa fuerit, alia plantari non poteſt: quia fruſtra ramus inciditur, ſi radix non euellatur.

RAPINA. Quod rapina dupliciter dicitur fieri, vel quũ do res rapitur, vel quando vſus rei violenter eripitur. 36.q.1.c.vl.circa fi.§.ex hac.

Quod rapinam non permiſit qui furtum prohibuit. 14.q. 5.pœnale.

Quod rapina prohibetur. 14.q.5.pœnale.

Quod raptor proprie dicitur qui violenter & publicè tulit aliena.

Quod rapter eſt vſurarum fœnerator. 14.q.4.ſi quis vſuram.

Item raptor dicitur inuentarum rerum detentor. 14.q.5. ſi quid.& c.ſeq.

Item raptor eſt prælatus rerum eccleſiaſticarum dilapidator. 10.q.2.ſi quis epiſcopus,

Quod raptor dicitur qui vltra ſibi neceſſaria retinete probatur. 42.dist.hoſpitalem. 47.distinct. ſicut hi.

Item raptor dicitur famæ alterius depraurator. 6.q.1.deteriores,

Quod raptor magis delinquit quàm fur. 14.q.5.pœnale.

Quod raptores ſunt infames. 3.q.4. conſanguineorum. & q.5.conſtituimus.

RAPTVS. Quod raptus dicitur vbi puella de cuius nuptijs nil ante conſtiterat, violenter abducitur 27.q. vlt. lex illa,

Item raptus eſt illicitus coitus à rapiendo, ideſt, corrumpendo dictus. 27.q.vlt.raptus.& 36.q.1.cap.1.

Item raptum committit qui florem virginitatis puellæ violenter eripit. 36.q.1.de raptoribus.§.ſeq.in fi.

Quod an raptum committat qui fœminam promiſſionibus abducit. 36.q.1.per totum.

Quod an raptor raptam poteſt ducere vxorem. 36.q.2. eos qui.

Quod ſi raptor cum rapta ad eccleſiam confugerit, ab ipſa debet tueri, 36.q.1.lex.

Quod raptor publica pœnitentia punitur. 27.q.2.raptor.

Quod ſi rapta non redditur, excommunicatur. 27.queſtione. 2. Agathoſa. 26. quæſtione. 2. per totum.

RARITAS. Quod raritas facit pretioſitatem 59. dist. ſi officia. in fin. 93. dist. legimus.

Quod rarum dicitur omne quod magnum eſt. 2.q.7 in ſancta.

Quod omne quod eſt rarum plus appetitur. 93. distinct. legimus. poſt medium. exemplum ibi de pulegio, quod apud Indos carius eſt pipere.

RATIHABITIO. Quod ratihabitio confirmat malæ poſſeſſa. 16.q.1. quoniam quidquid. 16.q.3. placuit. §. poteſt etiam. 3.q.6. hæc quippe.

RECESSVS. Quod receſſus bonorum à malis mente ſemper debet eſſe, licet quandoque non fiat corpore. 23.q.4. tolerandi.& octo c.ſeq.

Quod quando prælatus debet recedere à malis ſubditis & quando non, habes 7 q.1. aduerſitas.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

RECIDIVATIO. Quod recidiuatio eſt de bono redire ad malum. de pœn. distinct. 2. per totũ. & distinct. 3. per totum.

Quod poſt bonum caſtitatis vel religionis recidiuare eſt ſacrilegium committere. 28. distinct. de his.

Quod recidiuare poſt votum caſtitatis eſt inceſtũ committere. 27. dist. virgines.

Quod recidiuans comparatur illi qui manum mittit ad ærarum & retro aſpicit. de præd. 2. quærendum.

Quod an aliquis vere pœnituit & recidiuauit. de pœn. dist. 2. & 3. per totum.

Quod an recidiuanti poſt pœnitentiam iterato ſit pœnitentia iniungenda. de pœniten. distin. 3. ſceleratior. §. his auctoritatibus.

RECONC

RECONCILIATIO. Quod reconciliatio eſt ad primum ſtatum reſtitutio, 2.q.1. notum ſit.

Quod reconciliatio ſolemnis in ſcriptis fieri debet, 2. q. 1. legum. 1.q.7.ſi qui voluerint.

Quod epiſcopi officium eſt reconciliare pœnitentes, 26. q.6.c.1.& c.qui recedunt.& c.ſeq.

Quod excepta victima neceſſitate preſbyter non debet reconciliare ſolenniter pœnitentes, ſed epiſcopus, 26. q.6.c.vlt.

Quod quem epiſcopus excommunicat, preſbyter ſine conſenſu epiſcopi reconciliare non poteſt, 26.q.6. miniſtrare.§. proxi.& omnibus c.ſeq.vſque ad fi.

De forma ſolenniter excommunicati habes, 11.q. vl. debent.& duobus c.ſeq.

Quod perſeuerans in malitia reconciliari non debet, 4. q.2. ſegatur.& c. damnationis.

Quod in extrema neceſſitate nulli pœnitenti reconciliatio eſt deneganda, 26.q.6. his.& c.ſeq.

Quod eccleſiæ per ſanguinem vel fornicationem pollutę ſunt reconciliandæ. de conſec. di. 1 ſi motũ.& c.ſeq.

De forma reconciliationis coniugum habes 35.q.6.cap.vlt.

RECONVENTIO. Quod reconuentio inhibetur accuſato in pari crimine priuſquã ſe de crimine quo accuſatus eſt, exuerit, 3.q. 11. neganda.& c.ſeq.

Quod ſecundum canones condemnatus de crimine, amodo non poteſt cõuenire nec ſuum nec extraneum. 6.q.1.qui crimen.

Quod maiori crimine poteſt accuſatus reconuenire, puta accuſatus de fornicatione poteſt de homicidio vel ſimonia reconuenire, 3.q.11. nõ eſt.§. hoc autem. vbi ponitur modus reconuentionis inter ciuilem & criminalem queſtionem.

REDEMPTIO. Quod Chriſti paſſio fuit redemptio viuorum & mortuorum. de conſe. dist. 2. ſemel.

Quod pro opera miſericordię peccata propria redimuntur, 86. dist. eſt probanda.

Quod multa ſunt alia bona, quibus poſſunt homines peccata redimere, de pœn. dist. 1. medicina, in princ.

Quod captiuos & oppreſſos tenemur redimere, 86. dist. non ſatis. in fi.

Quod etiam ornatus eccleſiarum redemptio eſt captiuorum, 12.q.2. aurum.

Quod vaſa eccleſiæ & res propriè ſpectant ad redemptionem captiuorum, 12.q.2. apoſtolicos, 86. diſtinct. pulchra.

REDDERE. Quod reddenda non ſunt mala pro bonis, 23.q.3.ſex differentiæ.

Quod debemus reddere pro malis bona. 23.q.3.ſex differentiæ.

Quod reddẽda eſt Deo ratio, 15.q.1.ſtrmiſſimè.§. ex eo.

Quod ſerui ſine conſenſu domini clerici vel monachi facti, reddendi ſunt. 54. dist. generalis.

Quod pro rebus Deo conſecratis, licet fuerint alienatæ, non illæ ſed aliæ redduntur, 14.q.6. comperimus.

Quod eccleſiæ ablata reddi debent, & ipſa ſine augmento debet recipere, 12.q.2. fraternitas.

Quod quandoque ſimpliciter, quandoque in quadruplũ quandoque in amplius ablata redduntur, 12.q. 2. in antiquis.& tribus c.ſeq.

Quod res eccleſię propter delictum epiſcopi ablatæ, reddendæ ſunt, 16.q.6.ſi epiſcopum.

Quod eccleſia potiſſimè debet reddere aliena, quia nihil perire credimus eccleſiaſticis vtilitatibus ſi ea quę ſunt aliena reddantur, 54. dist. generalis.

Quod non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatũ.

Quod ſingitur pœnitentia vbi cum poſſit non redditur alienum, 14.q.6.ſi res.

Quod qui rem eccleſiæ precariè poſſidet, ſi non reddit eam, repetitur, & anathema incurrit, 12.qu.2. apoſtolicos.

Quod qui inuentam rem non reddit, fur & raptor exiſtit. 14.q.5.ſi quid.

Quod commune ciuitatis tenetur cogere ciuem ad reddendum aliena, 23.q.2. dominus noſter.

Quod nõ habẽs vnde reddat, non tenetur, 14.q. 6.ſi res.

Quod qui non eſt reddendo, maior pro culpa imponenda eſt eis corporalis afflictio, 14.q.6.c.1.

Quod particeps eſt criminis qui fouet aliena non reddẽtem, 14.q.6.c.1.

De hac materia habes vbi agitur de Reſtitutione.

REDIRE. Quod pœnitens non debet redire ad peccatum, ſicut & canis ad vomitum, & ſus ad luti voluta brum, de pœn. di. 3. irriſor eſt.

An peccata dimiſſa redeant propter peccatum aut non, de pœn. dist. 1. ferè per totum.

REGENERATIO. Quod regeneratio eſt duplex, videlicet carnalis, per quã peccatũ originale cõtrahitur, & ſpiritualis, per quã non ſolũ originale, verũ etiã voluntariũ peccatũ deletur. de conſe. dist. 4. regenerante.

De hac materia habes vbi agitur de Generatione.

REGIMEN. Quod in creaturis ſine regimine, recta non poteſt conſiſtere adminiſtratio, 89. dist. ad hoc.

Quod cœleſtis militia, in qua angelis archangeli preſunt, nobis etiam exemplificat, quòd nulla alia vniuerſitas, ſine regimine poteſt conſiſtere.

Quod etiam bruta animalia ſub regimine viuunt. 7.q. 1. in apibus.

Quod etiam omnis ordo eccleſiaſticus ſuis innititur rectoribus: ſicut apibus & gruibus vnus rector eſt. 7.q. 1. in apibus.

Quod qui non ſunt alicuius regiminis, ſunt acephali. 93. dist. nulla. 18.q.2. adhæc.

Quod non ſolum neceſſarium eſt regimen epiſcopo regenti plebem ſuam, vel etiam pauperi regẽti domum ſuam: ſed diuiti regenti familiam ſuam, & regi regenti gentem ſuam. 23. q. 4. duo.

Quod epiſcopi maiores ſunt presbyteris: tamen vtrique in communi regimine eccleſiæ debent intendere. 95. dist. olim. in fin.

Quod talis ponendus eſt in regimine, qui non ſolum de ſalute animarum, verumetiam de exterioribus ſit ſolicitus. 39. dist. Petrus.

Item talis qui valetudinem habeat corporis ad exequendum quod debet. 80. dist. archidiaconum Florentinũ.

Quod regimini derogatur cum prælati ad ſubditos nimia humilitas monſtratur. 86. diſtinct. quando.

De hac materia habes vbi agitur de Prælatis.

REGVLA. Quod regula dicitur eo quòd recte agat vel normam recte viuendi præbeat. 3. dist. regula.

Quod omnis eccleſia eſt regulanda ſecundum Romanam eccleſiam, ex qua habet principium. 11. dist. con ſequens.& c.ſeq.

Quod iuſtum eſt vt vnuſquiſque ſumat regulas magiſtri vnde honoris cõſecrationem accepit. 12. di. de ijs.

Quod ad regulam ſeruandam cogendi ſunt ſubditi. 12. dist. de ijs, in fi.

Quod regula apoſtoli, quæ debet in ordinandis ſeruari, incipit. 25. dist. vnum orarium.§. nunc autem.

REX. Quod prauus rex non dicitur veraciter rex. 2.q. 1. ſcelus.

Quod regis officium eſt iuſta præcipere. & illicita prohibere. 23.q.4.ſi eccleſia, in fine.

Quod rex aliter ſeruit quia homo: aliter quia rex eſt: nã vt homo ſeruit fideliter viuendo, vt rex ſeruit leges iuſtas exequendo. 23.q.4.ſi eccleſia. in fi.

Quod regia poteſtas eſt inſtituta vt mali à malo coerceantur, & boni quiete inter malos viuant. 23.q.5.nõ fruſtra.& c.regum.& q.4.qui peccat. ante finem.

Quod Nabuchodonoſor, qui prius ad idololatriã compulit: & poſt idolatras puniuit, duplicem ſtatum, vide licet eccleſiæ primitiuæ & modernæ repræſentat. 23. quæſt.4.non inuenitur.& cap.quando.

Quod regum eſt propriè facere iudicium & iuſtitiam, 24.q.5. regum officium eſt.

Item debet eccleſiam defendere. 23.q.3. Maximianus.& duobus.c.ſeq.

Item perſonas eccleſiaſticas, 11.q.1. Chriſtianis.

Item debet hæreſes repellere, 23.q.4. quando.& c.ſi eccleſia, in fi.

Item debet oppreſſos releuare. 23. quæſtione 5. regum.

Quod generale pactũ eſt ſocietatis humanæ ſuis regibus obtemperare. 8. dist. quæ contra.

Item regibus debetur fidelitas. 23.q.5.ſi apud.

Item debetur eis ſubiectio, & tributi ſolutio, 11.q.1.ſi tributum.& cap. magnum. & q.3. ſi dominus, & cap. ſeq. 28.q.8. tributum.

Quod debent præcipuè Deum blaſphemantes punire. 23.q.4.non inuenitur.

Quod ſalubre eſt eis epiſcopis & presbyteris ſua colla ſubdere. 10. dist. certum eſt. 63. dist. Valentinianus.

Quod reges dicuntur clerici ſe & alios bene regentes. 12.q.2.duo.

Quod peccatum dicitur regnare in homine. 32.q.7. non ſolùm;

RELIGIO. Quod intrantes religionem diligenter ſunt examinandi ſuper conditione generis, & ſuper ſtatu præterito. 55. di. priſcis.

Quod pro ingreſſu religionis non licet pecuniam exigere: ſed poteſt recipi voluntariè oblata. 1.q.1. §.1.& c. placuit vt nullus.& c.ſeq.& c.placuit vt.de cõſe. di. 1.

Quod intrans religionem vel monaſterium ſi habet hęredes, & eſt illectus, totum ſuum datur hæredibus. 20. q.3. conſtituit.

Item ſi habet hæredes & non eſt illectus, hæredes legitimam habebunt partem, & monaſterio det tantum quantum vni ex filijs. 19. quæſt. 3. ſi qua.

Item ſi non habet hæredes & non eſt illectus totum cedit monaſterio. 19.q.3. perlatum.

Quod non ſufficit parentum oblatio ad religionem ſi in adulta ætate pueri non conſenſerint. 20. q.1.§.1.& q. 2.ſi in qualiber.

Quod non licet pueris reſilire ab oblatione parentum ad religionem poſtquam in ætate legitima mutuum adhibuerũt cõſenſum. 20.q.1.firma.& quatuor c.ſeq.

Quod quilibet intrans religionem abſolutè intra annũ & diem poteſt exire. 20.q.2.puella.

Quod coactus quandocumque vult poteſt recedere ſi poſtea ſuus non acceſſerit conſenſus. 20.q.1.ſicut.

Quod adoleſcentes eam intrantes non poſſunt à parentibus extrahi. 20.q.2 puella.

Quod promiſſionibus ad religionis ingreſſum illecti religioſi eſſe tenentur, licet res propinquis ſint reſtituendæ. 20.q.3.præſens.in fi.

Quod ante annos xiiij. maſculus, vel ante xij. puella, eam intrans poteſt à parentibus reuocari. 20.q.2.ſi in qualibet.& c.ſeq.

Quod nullus tenetur ad religionem ad cuius introitum nunquam conſenſerit. 20.quæſt.3.præſens.

Quod vt non ſequatur contradictio, ipſam intrantes non furtiuè ſed ſub presbyterorum teſtimonio ſunt recipiendi. 20.q.2.oportet.

Quod ſeruus ſine conſenſu domini ſui ad religionem non debet recipi. 16.q.1.qui verè.

Quod coniuges ad religionem intrare volentes ſunt coram epiſcopo ſeparãdi, & in diuerſis monaſterijs ponẽdi. 27.q.2.ſi vir. 18.q.2. diffinimus.

Quod religio non liberat à iugo ſeruitutis inuito domino. 54. di. generalis.& c.ſi ſeruus ſciente. 17.q.2.ſi quis incognitus.

Quod nulli licet aliam religionem vel aliud monaſterũ, niſi petita licentia ſui prælati intrare. 20.q.4. monachum.

Quod ſine licentia ſui prælati canonicus regularis monachus effectus redire compellitur, & grauiter punitur, 19.q.3.nullus.& cap.ſeq.

Quod ideo de religione ad religionẽ tranſeuntes licentiam debent petere, ne leuitas animi vel euagationis auſus eis imponatur. 20.quæſt.4.§.vlt.

Quod religioſi ad aufteriorem vitam primo petita à prælato licentia etiam non obtenta poſſunt tranſire. 20.q. 4.monachum.& 19.quæſt.2.duæ.in fi.

Quod canonici ſiue clerici etiam epiſcopo contradicente poſſunt religionem intrare: quia vbi ſpiritus Dei ibi libertas. 19.q.2.duæ.

Quod religioſi præ alijs diuinis officijs debent inuigilare. 12.q.1.quia tua.

Quod propter pecuniam receptus ad religionem tenetur quidem in ipſa remanere: res verò hæreditas ſunt reſtituendæ. 20.q.3.conſtituit.

Quod intra tempus probationis poteſt quis probari in habitu laudabili, 54. dist. multos. 17.q.2.ſi quis.

Quod poſt ingreſſum religionis & tempus probationis poteſt quis liberis ſuis & propinquis bona diuidere, 19.q.vlt.ſi qua mulier.

Quod recedens à religione intra tempus probationis, omnia quę eccleſię tradidit poteſt deportare, 17.q.2. ſi quis.

Quod clericus religionem intrans & intra annũ exiens poteſt ſuum repetere, beneficium. 17.q.2. Gonſaldus.

Quod religio tollit proprietatem & propriam voluntatem, 12.q.1.non dicatis.& c.expedit.& c.cui portio. Item aſtringit ad caſtitatem, 27.q.1.impudicas.

Quod communem vitam debent habere: nec denarium nec aliquam rem priuatam debẽt poſſidere, ſi cum Anania noluint interire, 12.q.1.dilectiſſimis.& c.ſcimus. & c.nolo.in fi.

Item nõ debent aſſumi ad officia eccleſiaſtica: vel ad ſacros ordines promoueri ſine licentia prælati, 58. dist. per totum.& 16.q.1.ſi quis monachus.& trib.c.ſeq.

Item non licet eis ſine prælato vouere: & vota talia per prælatos eorum franguntur. 20.q.4.monacho.

Item religioſo ſine licentia ſui prælati non licet aliquid accipere. 12.q.non dicatis.

Quod religioſi teſtamentum facere nõ poſſunt. 12.queſt. 1.nolo.in fin. 19.quæſtione. 3.quia.

Quod fœmina in religione caput & faciem debet velare. 7.q.1.omnis.

Quod officia clamoſa & litigioſa non conuenit eis exercere. 16.quæſtione 1.de præſentium.

Quod quantumcunque religioſa ſit congregatio inueniuntur in ea mali. 47. diſtinct: quantumlibet.

Quod qui in religione ſæculariter viuit, non ſæculum fugit ſed imitatur. 53. dist. legem.

Quod detẽtabile eſt pauperem in ſeculo delicatum eſſe in religione, & ibi mella faſtidire. 12.q.2. gloria.

Quod mali religioſi quia nomen ſanctitatis habent, perueręſe agendo amplius nocent in eccleſia quàm alij, 83. dist. nemo. 19.q.3. monaſterijs.

Quod deficientes in religione ſunt peſſimi: & proficientes optimi, 47. dist. quantumlibet.

Quod quandoque mutatio loci prodeſt religioſis: quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus, 81. dist. valet.

Quod exceſſus religioſorum propter maius ſcandalum ſunt occultandi. 96. dist. in ſcripturis.

Quod religioſi verè præ alijs ſunt honorandi. 16.q.1.qui verè.

Quod facilius diſpenſatur cum religioſa perſona quàm cum alia, 66. dist. monachus.

Quod in fauorem religionis poteſt quis ſine interſtitio ad ordines promoueri. ibidem,

Quod an alias ad ordinẽ indigni, propter religionem ad mittuntur, 56. dist. c. vlt. presbyterorum, 77. dist.

Quod religioſi niſi per Papam fuerint exempti, tenentur epiſcopo ſubeſſe, 16.q.1.qui verè.

Quod locus religioſorum ſine conſenſu epiſcopi non debet mutari, 16.q.7.ſi quis vult.

Quod epiſcopi & alij prælati religioſos conſilio & auxilio debent fouere, 12.q.2. religioſam.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis & de monaſterio.

REMISSIO. Quod remiſſio peccati fit non tantum in præſenti, ſed etiã in futuro, 25. di. qualis hinc & c.ſeq.

Quod remissio peccati fit per auctoritatem: & sic fit à solo Deo. 1.q.1.ita fit. & c.vt eniderter.de pœn.distinct. 2.§ opponitur.
Item fit per officium, sic fit ab omni prælato tam bono quàm malo, 23.q.5.temmittuntur.
Item fit per ministri meritum, sic fit tantum per bonum, 1.q.1 remissionem.de confe.dist.4.quomodo.

De remissione iniuriarum habes vbi agitur de Iniuria.

REMOTIO. Quod episcopus vel superior prælatus non remouetur de episcopatu nisi per solum Papam. 7.quæst.1.mutationes.
Item remouetur propter crimen, 50.dist.si episcopus.& c.seq.7.q.1.remoto.
Item remouetur propter vilitatem, 7.q.1.mutationes.
Item propter senectutem.7.q.1.petisti.
Item propter necessitatem.7.q.1.pastoralis.
Item propter simplicitatem.74.distinctio.episcoporum.
Quod remouet se quis de loco ad locum propter leuitatem.7.quæst.1 non oportet & pluribus cap.sequen.
Item propter ambitionem. 7.q. 1, si quis de. & pluribus c.seq.
REMVNERATIO. Quod quilibet remuneratur à Deo secundum merita, 15.q.1.firmissime.§.ex co.in fin.23.q.4.displicet.ante finem.
Quod Deus temporaliter & æternaliter remunerat.22.q.2. si quelibet.
Quod nemo debet quærere pro bono quod agit, temporalem remunerationem. pœn.de dist.4.§. quanquam.
Quod qui pro bono quod agit temporaliter remunerari non quærit illius Deus merces erit.3 1.q.4 dicat.Exemplum ibi de Abraham.de confe.dist.5.leiunium.
Quod indignus æterna remuneratione pro bono quod agit, temporaliter remuneratur.de pœnit.dist.3.§.ex hoc.& § seq.
Quod malt qui pro paucis benis quæ faciunt,in præsenti remunerantur:in futuro plenius punientur.de pœ. dist.3.§.quamquam.
RENVNCIATIO.Quod quilibet potest suo iuri renunciare,7.q.1.quàm periculosum.
Quod furiosus nisi habeat lucida internalla,renunciare non potest.7.q.1.quamuis sit triste.
Quod nõ tenet renunciatio nisi illi fiat cuius est institutio,17.q.2.Gonsaldus.
Quod prælati non possunt renuntiare nisi de licentia superioris.7.q.1.si quis presbyter.
Quod renunciatio episcopatuum tantum debet fieri domino Papæ,7.q.1.quàm periculosum.& cap.qualiter.
Quod renunciatio prælaturæ non debet admitti de facili,7.quæst 1.quam periculosum.& cap,quamuis.
Quod quando renunciatio admittitur, debet fieri pro magna utilitate vel infirmitate, 7.quæstione 1. qualiter.& c.seq.
Quod renunciatio prælationis fienda est in scriptis,7.q. 1.sicut.§,ecce.
Quod renuncians vlterius nõ potest repetere illud quod renunciauit.7.q.1.quàm periculosum.& c.hoc nequaquam.21.q.2.si quis.
Quod renuncians videtur posse repetere, 23.quæstio,4, magiæ.
Quod ecclesia vel superior potest repetere renuciantem.7.quæstione 1.non oportet. & c.si qui vero. & c, sequen.
REPETITIO. Quod debitum benignè remissum non iniquè repetitur.14.q.1.quod debetur.
Quod cum dominus dixit, si quis abstulerit tibi tunicã, non repetas:non præcipiendo sed exhortando dixit, 14.quæst.1.epi&copus.§,is ita,in fine.
Quod episcopus vel alius prælatus res transitorias tumultuosè & litigiosè non debet repetere,14.q.1.ca.1. & cap.sequen.88.distinct q.inutile.
Quod prælati quantumcumque perfecti tenentur res ablatas modestè repetere,quia res pauperum sunt quas possident,& episcopi tantum sunt dispensatores,14.q. 2.episcopus.§.his ita.
Quod vbi non potest esse redditio,superfedenda est repetitio,14.q.6.c.1.
Quod pro iudicio vel pro alio quod venale esse non debet pecunia iniustè repetitur, 14.quæst.5. 5.non sane.
Quod res ecclesiæ pro captiuis & pauperibus erogatæ non debent ab erogatore repeti.12.quæst.2.sacrorum.
REPREHENSIO. Quod reprehensio tunc est iusta quando primo fit in se, & postea exercetur in aliũ, 3.q.7.qui sine.& c.iudicet.c.& postulatus.
Quod est reprehensio auctoritatis,quæ solum maioribus conuenit,& hoc debet fieri cum benevolentia,45.dist, licet.86.dist.quando,
Item est reprehensio zeli, quæ minoribus conceditur in maiores:& hæc debet fieri cum reuerentia,21.d.stinolite.2.q.7.si quis super his §.proximo.
Item est reprehensio temeraria,quæ vergit ad infamiam, & hæc nec prælato ad subditum, nec subdito ad prælatum conceditur. 21.distin.nolite, 2.q.7.plerumque, & c.quæritur.

De hac materia habes vbi agitur de Accusatione & Correptione.

REPVLSIO.An repellere vim sit peccatũ.23.q.1.§.1.
Quod perfectus debet patienter iniuriam sustinere ab his quos optat bonos esse.23.q.1.paratus,13.q.3.ita scpe.
Quod perfectis licet iniuriam verbis & non verberibus repellere.23. quæstione 1, paratus Exemplum ibi de Christo.
Quod qualiter cuilibet licet iniuriam repellere,& qualiter non,habes 23.q.3.sex differentiæ.§.sed.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia,de Tolerantia,& de Iniuria.

RESCRIPTVM.Quod rescriptum principis quãuis præcipiat reprehensibile, dũmodo non fiat contra fidem recipiendum,100.dist.contra morem.19.dist.in memoriam.
Quod rescriptum apostolicum contra euangelium & contra Apostolos admittitur, 25.q.1.sunt quidam.& c.seq.
Quod rescriptum contra ius commune factum,ab omnibus est refutandum,25.q.2.rescripta.
Quod rescriptum posterius arctat eos quibus dirigitur, 19.dist.in memoriam.
Quod in arduis non scripta, sed ipsa originalia manu principis subscripta debent monstrari.15.q.2.sanctimus.
Quod rescripta personalia sine die & consule facta carẽt auctoritate.25.q.2.§.si qua.
Quod rescriptum cassatur si à curia non emanauit.19. dist.in memoriam.
Item cassatur si tacita veritate fuit impetratum.25.q.2. dicenti.
Item cassatur si non fuerit honestum, iustum, possibile, tempori & loco conuiens,4.dist.erit autem lex.
Item cassatur si non habet subscriptionem petitionis. 81.dist.Maximianus.
Item si expresse non continet in se,si preces veritate nitantur,25.q.2.§.vniuersa.
Item si non expresse continet nomen eius qui vult conuenire,2.q.8.quisquis.& §.vlt.
Item si obscurum fuerit,ita vt plenè intelligi non possit, 4.dist.erit autem.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

RESIDENTIA.Quod episcopi qui curam gregis debent gerere,præcipuè debẽt residere,7.q.1.pontifices.
Quod non licet beneficiato vltra tres hebdomadas ab ecclesia,7.q.1.si quis in clero.
Quod propter negotia ecclesiæ vel propter ægritudinẽ de residentia quilibet excusatur. 7.q.1.præsentium.
Quod in ecclesia sine legitima causa non residenti,iustè alter substituitur,7.q.1.præsentium.
RESISTENTIA. Quod posse resistere pernersis & non facere,est ipsis consentire,23.quæst.3.qui potest.
Quod rusticitas sancta quantum ex vitæ merito ecclesiã Dei ædificat,tantum nocet si destruentibus non resistit,2.q.7.sancta quippe.
Quod resistere malis manu armata maximè perfectis sit peccatum,23.q.3.per totum.
Quod de prælatorum prouisione principes sæculi persecutoribus pauperum debent resistere,23.q.3.ab impetratoribus.&c. Maximianus.
Quod cum dicitur resistere malo:non mali coercitio,sed propriæ vindictæ executio prohibetur,23.quæstione 5.de occidendis.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia,& vbi agitur de Iniuria,& vbi agitur de Tolerantia.

RESPONDERE. Quod bonum est quandocumque respondere auditoribus,ne æstiment nos responsionis penuria declinare certamen,43.dist.in mandatis.& tribus c.seq.
Quod propter hoc nemo debet respondere, vt plus videatur scire quàm sciat,quia esset iactantia,44.distin. dispensatio.§.pariter.
Quod garrulos & procuratores prudentia est responsionibus eludere,43.dist.in mandatis.
RESTITVTIO.Quod restitutio in integrũ est quando quis honoribus & ordinibus & ceteris restituitur. 2.q.3.c.vlt.in fi.
Item cum princeps in integrum restituit,infamiam tollit. 3.q.3,c.vlt.in fi.
Quod ante litis ingressum spoliatus est in integrum restituendus,2.q.2.per totum.
Quod etiam prædo est ante iudicium restituendus,3.q. 1.Deus.
Quod antequam in causa iudicij procedatur, mulier est primo restituenda,33.q.2.siue de coniugij.
Quod sex mensium dantur induciæ restitutis antequam respondeant,3.q.2.electis,
Quod restitutio rerum quandoque fit in simplum,14.q. 5.non sane.
Item quandoque in dpplum,89.distin.decenter, 12.q.2.
Item quandoque in quadruplum,12.q.2.cum deuotissimam.
Item quandoque in nouem partibus, 17.q.4.quisquis,
Item quandoque in decuplum. 12.q.2.in legibus.
Quod nõ dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. 14.q.6.si res.
Quod non verè pœnitet qui ablata non restituit cum potest.24.q 6.si res.25.q.9.pessimam.
Quod non est super restitutione molestandus, cui non est vnde soluat.14.q.6.si res.
Quod qui rem alienam Deo consecrat, non rem sed estimationem restituat.14.q.vlt.comperimus.
Quod de restitutione lapsorum habes 50. dist.ferè pe. totum.Et in hoc opere vbi agitur de Lapsis.
Quod in restitutione lapsorum consideranda est quantitas criminis vtrum sit enorme,vel mediocre:quia quo to minus tãto facilius restituitur. 50.di.quia sanctitas.
Item qualitas criminis,vtrum scilicet sit publicum,vel occultum : nã publicatio multis impedit restitutionem. 50.distinct.sacerdos si.& cap.sequen.
Item modus redeundi, scilicet vtrum sit convictus, vel sponte confessus:nam mitius agitur cum sponte confessis.50.dist.si quis præpostera.
Item modus satisfactionis,an scilicet sit verus vel fictus, nam verè contritis facilius parcitur.50.dist.bene.
Quod restituitur quis vt possit ad omnia promoueri.50. dist.considerandum.vbi agitur quomodo Petrus apostolus post negationem restitutus fuit.
Item restituitur quis vt maneat tantum in susceptis,vt reuertẽtes ab hæreticorum errore.1.q.7.saluberrimum.
Item restituitur quis vt tantum ministret in minoribus, vt scienter simoniaci.1.q.5.c.1.
Item restituitur quis vt laicam tantum habeat cõmunionem, vt doctor & auctor hæreticorum.1.q.7.c.1.
RESVRRECTIO.Quod ecclesia vt gaudium resurrectionis insinuet à pascha vsque ad pentecosten non ieiunat.30.distinct.si quis presbyter.76.distinctione, scire debet.
Quod olim baptismus ideo tempore resurrectionis fiebat,vt sicut Christus resurrexit à mortuis: sic nos in nouitate vitæ ambulemus. de confec dist. 4. propriè.
REVERENTIA. Quod reuerentia alicui exhibetur ratione dignitatis vel superioris potestatis. 16.q.2,visis.
Quod inutili prælato quamdiu sustinetur reuerentia est exhibenda.16.q.6.si fortassis.
Quod subditi debent prælatos reuereri cum affectu dilectionis.97.dist.esto.2.q.5.habet.
Item ipsis obediendo.93.dist.§.1.& c.seq. 2.q.7.sacerdotes.
Item ipsis subsequendo.95.dist non oportet.
Item eorum officium temerariè non vsurpando.95. dist. presbyter.
Item eorum statuta seruando.7.q.1.quia.
Item eos temerariè non arguendo vel iudicando.21.dist. nolite.
Item defectus eorum non reuelando: sed potius cooperiendo,96.dist.in scripturis.
REVELATIO.Quod reuelatio diuina instruit in 2 gendis,8.q.1.si ergo.
Item reuelatio diuina dirigit in scripturis.9.dist.noli.
Quod confessio peccati occulti nulli penitus est reuelanda,2.q.1.si peccauerit.
Quod fraudulentus est qui reuelat arcana,5.q.5.qui amabulat.

De reuelatione diuina habes vbi agitur de Inspiratione

RIGOR.Quod ex consideratione temporum & ætatum rigor canonum quandoque temperatur.14.dist.sicut quædam.
Item vbi strages multorum timetur,detrahẽdum est rigori,50.dist.vt constitueretur.1.q.7.quoties à populis.
Quod multi canones constituti sunt in rigorem disciplinæ 50.dist.vt constitueretur.
ROGATIO. Quod rogationum tres dies ieiunandi sunt & seruandi.de confe.dist.3.pronuntiandum, & c. rogationes.
Quod tribus diebus rogationum serui & ancillæ ab operibus seruili debent esse liberi.de confe.dist.3.rogationes.
Quod in triduo rogationum, quadragesimali cibo est vtendum.
ROMA,Quod roma caput & principatum obtinet nationum.2.q.7.beati.
Quod iura Romanorum alijs gentibus non conueniũt. 1.dist.ius Quiritum.
Quod qui Romanam ecclesiam annihilat,ipse se hæreti cum insinuat,22.dist.omnes.
Quod Romana ecclesia est principium omnium ecclesiarum,21.dist.quamuis.

De Ecclesia Romana habes vbi agitur de Papa,& vbi agitur de Sedibus.

SABBATVM.Quod die sabbati non est festiuandum,ne Iudaizare videamur,de confe.distin.3.per uenit.
Quod antichristus ideo faciet sabbatum & diem dominicũ obseruari, vt per obseruationẽ sabbati Iudæos & propter obseruationem dominicæ Christianos sibi attrahat.de confe.dist.3.peruenit.
Quod sabbatum non vbique,sed secundum aliqua loca ieiunatur.12.dist.illa.Exemplum ibi de matre Augustini.
Quod die sabbati nisi propter festiuitatem aut propter infirmitatem à carnibus est abstinendum,de confec. dist.5.quia,
SACERDOS.Quod sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino,quasi sacrum dans, 21.dist. clericos,ante medium.

Quod si

Quod sacerdotalis ordo incepit à sancto Petro, 21.distin. in nouo.
Quod maiores sacerdotes in apostolis,minores in septuaginta duobus discipulis sunt designati, 21. distinctio. §41.post med.
Quod sacerdos angeli & dij nuncupantur,11.q.1.sacerdotibus.
Quod ordo sacerdotalis præeminet dignitati regali,96. dist.duo, in principio. & in fin.
Quod ipse Christus eis reuerentiam exhibuit dum ad eos leprosos remisit,1.q.1.nonne.
Quod etiam exempla gentilium inducunt Christianos ad reuerentiam sacerdotum,11.q.1.sacerdotibus.
Quod ministerio sacerdotis & non alterius Christi corpus consecratur.95.di.ecce ego.circa medium.
Item benedictio populis & gratia diuina datur,1.q.1.dictum est,6.q.1.sacerdotes.
Item peccata delentur,1.q.1.ipsi sacerdotes.
Item merito officij eorum futura reuelantur, 1.q.1.dictum est à Domino.Exemplum ibi de Caipha.
Item sacerdotes sunt lumen mundi, 92.dist.sacerdotes.
Item sunt omnium patres & magistri,86.di.quis dubitet.
Quod debent esse corpore & mente mundi:quia diuino officio & sacrificio debent esse intenti.1.q.1.necesse, 3. q.7.in grauibus.& duobus ca.sequen.
Item sobrij.35.di.vinolentum.
Item discreti & docti, 47.dist.per totum, 38.dist.in pluribus capitulis.
Item debent esse in officio suo cauti,14.q.6.cap.1.in fin.
Item investibus & gestu debent esse maturi,41.distinctio. clericus.
Quod sacerdotes institutuntur ad laudandum Deum, & ad exemplum bonæ actionis,5.q.3.quia episcopus.
Quod sacerdotes ratione oblationum tenentur orare pro populo,1.q.1.sacerdotes.
Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi pluribus modis,videlicet precibus & orationibus peccata consumendo,1.q.1.ipsi sacerdotes.
Item oblatis pro peccatis vtendo,1.q.2.pastor.
Item aliena peccata per consensum incorporando.in fin.
Quod sacerdotes horas canonicas hospitalitatem & visitationes infirmorum solicitè exercere debent,91.dist. presbyter.
Quod non de facili est suspicandum malum de sacerdotibus ex quo corpus Christi conficiunt.11.q.3.absit.
Quod ordo sacerdotalis nõ datur propter ordinatũ tan tũ,sed etiam propter alios quorũ minister esse debet:& ideo mundius est suscipiendus quàm alij ordines.1.q.1. si qui episcopi talem. §.proximo.
Quod sacerdos membrorum deformitatem notabilem habere non debet,49.di.§.1.
Quod sacerdotes propter multitudinem sunt contempti biles.93.di.legimus.in fi.
Quod multi sunt sacerdotes nomine, pauci opere.40.di. multi.
Quod non cathedra facit sacerdotem,sed sacerdos cathedram.
Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus quàm qui peruersè agens nomen sacerdotis habet,83.dist.nemo.
Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.
Quod multi sacerdotes nomen Dei inquantum in eis est, despiciunt:& panem pollutum offerunt,49.distinctio. sacerdotes.
Quod magnum inconueniens est sacerdotem corpus Christi conficientem immundum esse.1.q.1.sacrosancta.& c.seq.
Quod ignominiosus est sacerdos qui studet diuitijs,12. q.2,gloria.
Quod sacerdos qui aliorum debet audire confessiones debet esse in scientia discretus,& in vita bonus.de pœ. di.6.§.1.
Quod malus sacerdos comparatur simiæ, 1.q.1.si quis inquit.
Quod mali sacerdotes sunt audiendi, non imitandi,1.q. 1.significastis.& c.seq.
Quod an promotus in sacerdotem in mortali peccato possit exequi officium suum,15.q.vlt.per totum.
Quod peccatum est detrahere sacerdotibus.6.q.1.sacerdotes.
Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus. 6. q.1. sunt plurimi. §.proximo.
Quod nemo debet audire Missam à sacerdote,quem scit indubitanter habere concubinam, 32.dist.nullus.vbi exponit glossa Ioan. quòd hoc est indubitanter scire, quod scitur scientia iuris,& non facti,& ad hoc expresse faciunt multa iura,vt 15.q.8.sciscitantibus.83.di.nihil. §.quanquam. 1.quæst. 1.multi,30.q.5.cap.nec illud.§. is ita.& cap.nullum.Nam ante scientiam à nullo est recedendum,8.quæst.4.nonne.
Quod autem sacramẽta à malis sacerdotibus tradita quã diu tolerantur non sunt contemnenda, plura docent capitula: quia ipsi nõ suis sed Christi verbis sacramenta conficiunt,de confe.dist.2.panis est,1.q.1.significastis. & ca.Christus.& c.seq.
Quod sacramenta à Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata,1.q.1.dedit.
Quod sibi iudicij tantũ mãducãt & bibũt.1.q.1.p Esaiã.
Quia sacramenta sicut nec sol à locis immundis per quę transit,ab ipsis non inquinantur,19.di.secũdũ ecclesię.
Quia ipsi sicut fax accensa alijs lucent,quamuis sibi noceant,15.q.vlt.c.vlt.
Quia ipsi velut lixiuium lauant,& non lauantur.83.dist. nihil.§.seq.
Quod sacerdos licitè potest operas suas alijs locare. 10. q.2.precariæ.i.
Quod sacerdos non debet alijs irrogare supplicium.22. q.5.hoc videtur.
Quod promotus in sacerdotem teneturvxori de necessarijs prouidere: non tamen tenetur debitum reddere, 31.dist.omnino.

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis,& vbi agitur de Ordine.

SACRAMENTVM. Quod sacramentũ inuisibilis gratiæ est visibilis forma,de confe.dist.2.sacrificium.
Quod sacramenta dicuntur quia sub tegmento corporalium rerum diuina virtus eorumdem sacramentorum salutem operatur: vnde à secretis virtutibus vel sacris sacramenta dicuntur,1.q.1.multi,circa med.
Quod inter septem sacramenta ecclesiæ quædam dicuntur necessitatis,vt baptismus,de confe.distinct.4.nulla præter.
Item confirmatio,de consecra.distin. 4. nullus ministrorum.
Item Eucharistia,de confe.dist.1.omnis Christianus.
Item extrema vnctio,26.q.7.c.1.
Item pœnitentia,de pœ.dist.1.non potest.
Quod alia duo sacramenta sunt voluntatis, videlicet ordo.74.dist.vbi ista.
Item matrimonium,30.q.2.vbi non est.
Quod baptismus est sacramentum intrantium,de confe. dist.4.nulla præter.§.porro.ante fi.
Quod confirmatio est sacramentum pugnantium,de confe.dist.5.spiritus sanctus.
Quod Eucharistia est sacramentum progredientium,propter quod& viaticum dicitur,26.q.6.qui recedunt.& c.de his.
Quod pœnitentia est sacramentum redeuntium,26.q.7. his qui,de pœ.dist.3.c.2.
Quod extrema vnctio est sacramentum exeuntium, 26. q.7.c.ab infirmis.
Item subiecto,vt Eucharistia,95.dist.ecce.
Item significatione,vt matrimonium.27.q.2.cum societas.
Item ministri dignitate,vt confirmatio.de confe.dist.5. de his.& duobus c.seq.68. distin.quamuis.
Vnde versus.

Maior in effectu baptismus, corpus inesse,
Coniugium signo, maiori chrisma ministro.

Quod sacramenta à suis parochianis sunt recipienda,16. q.1.interdicimus.
Quod per presbyterum non per minorem clericum debent sacramenta exhiberi.de confe. dist.4. presbyteri qui.
Quod spiritus sanctus dat sacramentis efficaciam per quoscunque ministrentur,1.qu.1. multæ,& c.ita fit.& quattuor c.seq.& c.non nocet.
Quod sacramenta ab immundis ministris coinquinari non possunt,1.q.1.remissionem.
Quod hominum malitia sacramenta non profanat, 1.q. 1.nonne.
Quod sacramenta à malis ministris sunt accipienda quãdiu tolerantur,1.q.1.neque.& cap.omnia.&c.multi.& c,per Esaiam.15.q.vlt.cap.vlt.
Quod sacramenta ab hæretico scienter non sunt recipienda,23.q.1.c.vlt.
Quod ab ipsis in forma ecclesiæ data sacramenta virtutẽ habent,19.dist.secundum.1.q.1.si autem. & tribus c. seq.& c.sicut.& c.quod pro.
Quod sacramenta ab ipsis in forma ecclesiæ non data virtute carent,1.q.1.qui.§.sed notandum.
Quod vitutem amittunt si per malum ministrum in forma ecclesiæ exhibentur, 32.dist. præter hoc.§.verum.
Quod sacramenta collata in forma ecclesiæ ab hæreticis & schismaticis,simoniacis,& depositis, interdictis,excommunicatis,rata sunt quoad characterem, sed non quoad executionem, 32.dist.c. præter hoc.§. porro.1. q.1. si qui à simoniacis.
Quod sacramentum datum ab hæreticis non est iterandum,sed virtus sacramenti dabitur per manus impositionem,32.dist.§.ad hoc vero.& §. porro.24.q.1. miramur. §. his auctoritatibus.
Quod Deus in administratione sacramentorum non pẽsat merita administrantium,1.q.1.cum scriptura,
Quod sacramenta affectum suscipientium, & mẽtis deuotionem exigunt,8.q.1.licet.post med.
Quod sacramenta contra interdictum prælatorũ suorũ accepta,damnosa sunt,32.dist.ad hoc verò.§.porro.
Quod non sunt danda impœnitentibus, 26.q.7.ferè per totum.
Item non sunt danda à grauibus peccatis subito reuertẽtibus.de pœ.dist.1.in actionem.
Item non sunt danda illis qui non subsunt alicui.18.q.2. abbatibus.
Quod non est vera conuersio ad Deum vbi sacramenta ecclesiæ contemnuntur,de confe.dist.4.baptismi vicẽ.
Quod sacramentum quod in se bonum est,cedit malo in malum,1.q.1.quod quidam.§ opponitur.ante medium. vbi exemplum de Iuda.

Quod sacramenta Christi pretiosum extrinsecum ornatum non requirunt, 12.q.2.aurum.aute medium.

De sacramentis habes supra vbi agitur de Sacerdotibus,& de quolibet Sacramento habes specialiter positum secundum ordinem alphabeti.

SACRIFICIVM. Quod sacrificium altaris orationum,& eleemosynarum est,13.q.2.non æstimemus.
Item est sacrificium cordis contribulati.de pœ.dist.1.in actionem.post med.
Quod magnum Deo sacrificium offertur cum mali, qui in sua & aliorum pernicie dilatantur, compescuntur, 23.q.5.quali.
Quod omnia sacrificia præcellit corpus & sanguis Christi.de confe.dist.2.nihil.
Quod non sacrificiorũ magnitudinem, sed merita offerentium Deus diiudicat. 24.q.1.odi.
Quod illud sacrificium solum Deus acceptat quod intra ecclesiam catholicã sibi offertur,24.q.1. quia ex sola.
Quod mortui multiplici sacrificio iuuari possunt,videlicet altaris,orationum,& eleemosynarum.13.q.2.non æstimemus. & c.pro obeuntibus.& c.animę.

De hac materia habes vbi ponitur Oblatio.

SACRILEGIVM. Quod sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, 17.q.4.quisquis.
Quod sacrilegium est inuadere aut auferre res ecclesiæ, 12.q.2.prædia.& cap.indigne.& c.hæc.13.q. 2. qui oblationes, 16.q. 1.in canonibus, 17.q.4.qui rapit.& c. quisquis.
Quod sacrilegium committit qui in clericum manus violentas mittit, 17.q.4.si quis contumax.
Quod sacrilegium est si quis quod venerabilibus locis datur,sibi studuit retinere, 17.q.4.sacrilegium.
SACRILEGVS. Quod sacrilegus dicitur qui res ecclesiæ indebitè vendit, 50.dist.si quis presbyter.
Item qui habens sufficiens patrimonium res ecclesiæ ad superfluitatem recipit. 16.q.1.quoniam.in fine.
Item sacrilegus dicitur qui personam ecclesiasticam lædit.37.q.4.sicut.& c.quisquis.
Item qui fugientem violenter de ecclesia trahit, 17.q.4. nullus.& c.si quis contumax.
Item qui constitutiones sanctorum patrum infringit, 17. q.4.si quis suadente.§.qui autem.
Item qui arti magicæ intendit, 26.quæst.2.illud.in fi.
Item qui alios temerariè rebaptizat, 23.q.5.si vos.
Item qui infringit ecclesiam, 16.q.4.quisquis.
Quod vendere & comparare spiritualia sacrilegium est, q.3.audiuimus.
Quod dubitare de illo quem princeps elegit an dignus sit,sacrilegium est, 17.q.4.si quis suadente.§.proximo.
Quod sacrilegium Christiani committunt cum Iudæorũ cibis vtuntur, 28.q.1.omnes.
Quod sacrilegium committit qui Iudæis publica officia committit, 17.q.4.constituit.
Quod sacerdos sacrilegium committit qui pro matrimonio adulterium benedicit, 27.q.vlt.de coniugali.
Quod qui cum ea quæ castitatem vouit contrahit, vel coitum facit, sacrilegium incurrit.27.q.1. impudicas.
Quod sacrilegus in rebus ecclesiæ Iudæ proditori comparatur,23.q.4 quid ergo.
Quod sacrilegi pœna est infamia,6.q.1.infames.
Item excommunicatio minor, 17.q.4 quisquis.
Item anathematizatio.12.q.2.indignè.
Item depositio,12.q.4.si quis deinceps.13.q.2.indignè.
Item publica pœnitentia, 17.q.4.si quis contumax.
Quod imponitur sacrilego pœna legalis,scilicet decapitatio,17.q.4.si quis.§.qui autem.
Quod aliquando imponitur sacrilego pœna legalis & canonica,scilicet pœna pecuniaria & infamia, 17.q.4.attendendum.& c.si quis.
SACRISTA.Quod sacrista idem est quod thesaurarius,cuius officium exprimitur 25.dist.perlectis.
SAL.Quod Christus dicens Salem habete in vobis, sapientiam verbi designauit,44.dist.fit rector.post med.
Quod prælati & sacerdotes dicuntur sal terræ,95.distin. sacerdotes.
Quod malus prælatus dicitur sal infatuatum, 3.q.7. sacerdos.§.item in euangelio.1.q.7.non omne.
Quod sal infatuatum à porcis conculcatur, 2.q.7.secuti. §.quia.
Quod sal sapientię in cunctis nostris sacrificijs offerri debet.de confe.dist.4.sal.
Quod aqua sale aspersa,& per sacerdotem cõsecrata sanctificat populum.de confe. distinctione tertia, æqualem.
SALOMON. Quod Salomon Rex templum domino construxit, & illud consecrando magnum festum fecit,de consec.dist.1.§.1.
Quod non diuitias,non longa tempora vitæ, sed sapientiam à Deo petijt.3 6.dist.in:o.ecce.
Quod regina venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis,8.q.1.vereor.

Quod Salomon ad expellendum dæmones de corporibus,quosdam exorcismos inuenit.21.distinctione §.1.
Quod Salomon amore mulierum Deos gentilium coluit, & idolis templa construxit, 3.q.7.§.vlt.32. quæstione 4.Salomon.
SAMVEL.Quod Samuel qui sanctè vixit,& sanctus de hac vita exiuit,non sic potuit esse sub diaboli potestate vt arte diabolica per pythonissam suscitaretur, 26.q.5. nec mirum.post med.
SANCTITAS. Quod est sanctitas innocentiæ quæ tantum bonis conuenit:& sanctitas sacramentalis quę quandoque malis conuenit , 1.q.1.dominus.post med. Exemplum ibi de Saul.
Quod non ex generis nobilitate vel dignitate sanctitas in notescit,sed ex fidei puritate,& morum honestate ,40. dist.nos qui.
Quod vbi Christus per boni operationem infunditur , & abominatio peccati aboletur sanctitas consecratur.15. q.1.nec is qui.
Quod sanctum illum credere qui non est sanctus,periculosum est,11.q.3.si quis hominem.
Quod sanctus non debet dubitari quem apex papalis dignitatis attollit,40 dist.non nos.
Quod omnis sanctificatio est in spiritu sancto,75.di.ordinationes.
SANITAS.Quod sanitatem corporis efficit moderata refectio.de consecr.dist.5.nihil.
Quod excessus ciborum putrescere faciunt corpus. ibid.
Quod impossibile est illos sanos esse & diu viuere qui carnium adipibus continuè inuoluuntur.de conse.dist.5. ne tales.
Quod abstinentia sanat morbos quos superfluitas ciborum contraxit.de consecra.distinct.5.legimus.
SAPIENTIA.Quod si sine vera sapientia quis æstimat se prudentem posse fieri , non prudens sed stultus est, 3.q.7.qui sine.
Quod sapientia cum sobrietate est habenda : quia non oportet plus sapere quàm sapere ad sobrietatem , 43. distinct.sit rector.post medium.
Quod tunc iustificatur sapientia à filijs hominum quando ostendit nec in manducando nec in abstinendo esse iustitiam:sed in æquanimitate tolerandi inopiam,41. dist.quod dicit.
Quod sapiens nulli nocere intendit,6.quæstio.1.sapiens.
Quod sapiens sine peccato pretiosis vti cognouit,41.di. quisquis.
Quod sapiens prælationi & gubernationi competit.84. dist.porro.
Quod stultus in culpa sapiēs erit in pœna,38.dist.qui ea.
SATISFACTIO.Quod satisfactio pœnitētiæ est peccatorum causas excidere , nec earum suggestionibus aditum indulgere.de pœn.distinct.3.circa principium.
Quod satisfactio est:vade,& amplius noli peccare.de pœ. distin.3.quamuis caute.6.hac auctoritate.
Quod peccator tunc satisfacit , dum pœnam iudicio ecclesiæ impositam factis exequitur.de pœn.dist.1.c.facilius §.hoc idem.
Quod tres sunt partes satisfactionis,eleemosyna,ieiunij, & oratio.de pœn.dist.6.§.1.de quibus tribus habes in suis locis.
Quod secundum quantitatem delicti satisfactio debet imponi,12.q.2.fraternitas. de pœn.dist.5.falsas.
Quod publicè peccantes publicè satisfacere debent,11. q.vlt.canonica.
Quod an quis possit satisfacere de vno pęccato sine satisfactione aliorum, de pœn.dist.3.sceleratior, §.his auctoritatibus.
Quod an sola cōtritione sine confessione quis possit Deo satisfacere.de pœn.dist.1.si cui etiam , & multis §.sequentibus.

De hac materia habes vbi agitur de Pœnitentia.

SAVL.Quod Saul,licet fuerit à Domino reprobatus,tamen Dauid sanctus reuerebatur eum,2.q.7.plerumque.§.de his.
Quod per Saulem intelliguntur prælati:& per Dauid subditi,2.q.7.cap.plerumque.§.item per Saulem.
Quod in hoc quòd Saul reprobatus populum iudicabat, innuitur quòd prælatus malus non est contemnendus quamdiu toleratur,3.q.7.cap.vlti.
SCANDALVM.Quod propter scandalum consuetudines tertiarum (dummodo non sint contra animæ salutem) sunt seruandæ.12. dist.illa. Exemplum ibi de matre Augustini.
Quod Christus soluit tributum propter scandalum,11, q.3.inter verba.
Quod aliquando aliquid conceditur propter scandalum.
Quod aliquid aliquando conceditur propter scandalum, quod alias non concederetur,95.distinct presbyteros.
Quod propter scandalum quandoque aliquid omittitur, quod de iure esset faciendum,51.distinctione aliquantos.
Quod scandalumquandoque surgit ex doctrina sana.11. q.3.inter verba.
Quod potius est à qualiber efca abstinendum,quàm cū aliorum scandalo edendum,23.quæstione tertia.§.1. ante fi.
Quod quandoque propter scandalum inconsueta tolerātur,95.dist.peruenit,
Quod grauiter peccat qui proximum indebitè scandalizat.10.q.3.cauendum.
Quod qui prælatum suum scandalizat,Deum cuius vicarius est scandalizat,93.dist.ille proculdubio.
Quod dantes occasionem scandali sunt rei eorum qui pereunt scandalo,1.quæst.1.hi quoscunque.
Quod mysticè loquendo membrum scandalizans sicut vxor vel propinquus , est amputandum.24.q.3.illud. 28.q.1.vxor.
Quod peruersus prædicator & doctor in Deum scandalizatur,93.dist.ille proculdubio.
Quod infames prælati sunt propter populi scandalum remouendi,50.dist.de his verò.
Quod an perfectis liceat repetere sua propter scandalum. 23.q.§.1.ante fi.
SCIENTIA.Quod vera scientia est per quam Christus inuenitur & noscitur.37.dist.legimus.
Quod omnis ratio supernæ scientiæ vel terrenæ creaturę in Deo est , qui earum caput & auctor,qui hunc inuenit,nihil vltra quærat:quia quidquid alibi quæritur, in ipso perfectè inuenitur,37.dist.legimus.post medium.
Quod scientia pietatis est scire & intelligere nouum & verus testamentum,37.distinct.si quis artem.
Quod quia sacerdotes sunt duces aliorum , eis scientia summè necessaria est:& quæ sunt,quæ præcipuè scire debent,habes 38.distinctio.quæ ipsis.
Quod scientiæ quæ curam animę non habent,mittunt in errorem,& non valent ad salutem,37.distinc. legimus. in fi.
Quod licet scientia triuij & quadriuij habeat in se veritatem,non tamen est scientia pietatis , 27.distinctione si quis artem.
Quod in vanitate sensus ambulant qui scientijs sæcularibus tantum intendunt.37.dist.c.nonne.circa med.
Quod scientia liberalium artium valet ad sacram scripturam intelligendam,37.distinctione de quibusdam. & cap.turbat.
Quod scientia philosophorum & poetarum non est legenda propter delectationem vel ornatum verborum,37. dist.turbat.§.cur ergo.
Quod illud dicitur quis verè scire quod audiuit vel vidit vel aliàs cōscius fuit, & talis potest ferre testimonium, 22.q.5.hoc videtur.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

SCHISMA.Quod schisma nomen Græcum est, & scissuram sonat,24.q.1.schisma.
Quod si quis ab apostolica sede diuisus est, schismaticus est,23.quæstio.5.non vos.ante medium.
Quod schismatici ecclesiam *Dei* lacerant,23.q.5.de Liguribus,24.q.1.aduocauit.& c.vbi.
Quod schismaticus indiscissam domini tunicam in frusta dirumpit,23.q.1.quoniam.
Quod hæc est differentia inter schisma & hęresim , quia schisma ab ecclesia recedit,sed hæresis peruersum dogma defendit,24.q.3.inter hæresim.
Quod schismatici sunt æquales paganis & etiam peiores, 7.q.1.denique.post med,24.q.1.non afferamus.
Item sunt in statu perditionis,24.q.1.quicunque.
Item sunt extra ecclesiam & corpus Christi.7.quæstione 1.scire.
Quod schismatici non habent sui officij executionem, quia non habēt ecclesiæ vnitatem,7.quæstione prima. factus.& duobus capitul.seq.24. quæst. 1.didicimus.
Quod schismatici infructuosè sibi eorpus Christi conficiunt,24.q.1.schisma.& c.pudenda.
Quod schismatici quia spiritum sanctum non habent,remissionem peccatorum dare non possunt,24.quæst.1. didicimus.
Quod schismatici sunt damnādi & excommunicandi,23. q.5.de Liguribus.
Item per principes sæculares coerceri debent,23.quęst.5. non vos,
Item vt ad vnitatem ecclesiæ reuertantur sunt cogendi. 23.q.4.ipsa.in fi.
Quod de schismate reuertentes non sunt ad ordines promouendi,sed in susceptis tolerandi,1.q.1.omnis.
Quod schismatici dignitate& officio priuantur.11.q.3.si quis presbyter,23.q.5.non vos,circa medium.
Item, temporalibus spoliantur,23.q.1.qui contra.23.q.5. de Liguribus.
Item pœnis corporalibus puniuntur,7.q.1.denique.circa fi.23.q.5.de Liguribus,
Item in exilium relegantur.23.quæst.5.de Liguribus.
Item non est eis communicandum , 24.q.1.omnis.& ca. sequen.7.q.1.denique. 1.q.1.si quis inquit.
Quod vnitati non communicat qui schismaticis communicat.24.q.1.schisma.
Quod fautores schismaticorum eadem pœna qua & ipsi sunt plectendi,24.q.1.didicimus.
SCRIPTVRA.Quod scriptura sacra est nouū & vetus testamentum 9.distinct quis nesciat.
Quod in ea nil est improbādū vel respuendū.4.di.deniq;
Quod non est trahenda ad ęū sensum ad quem sibi quisque præsumit,sed ex ipsa scriptura sensum oportet capere veritatis,37.dist.relatum.& c.vino.
Quod scripturam sacram debet quis intelligere ex causa, ex persona,ex loco, & ex tempore,si non vult in labyrinthum impingere,29.dist.sciendum.& c.seq.
Quod distinguenda sunt tempora vt concordetur scriptura,2.q.1.si peccauerit.
Quod scriptura qua quis scribitur in libro vitæ, fit secūdum præsentem iustitiam vel præscientiam.de pœ.distin.4.§.finis.
Quod secundum præscientiam scribi est ad vitam æternam præordinari.ibid.
Quod secundum iustitiam scribi est ea operari quorum merito sit dignus æterna salute.de pœ.dist.4.§.porro.
Quod scriptura sacra accipienda est & exponenda secundum proprietatem linguarum in qua est edita,38. dist.locutio.
Quod non arctatur sub regulis grammaticæ artis.38. dist.locutio.
Quod non semper ad litteram,sed quandoque est mystici intelligenda,23.q.1.nisi.
Quod scripturę sensus est quadruplex, videlicet historicus,quando scriptura intelligitur sicut littera sonat,sicut sunt Iudęorum historię,23.q.1.nisi.
Item allegoricus , quando per id quod dicitur significatur quod iam factum est vel futurum est.ibid.
Item tropologicus vel moralis quando scriptura ad mores conuertitur,37.dist.vino.
Item allegoricus , quando scriptura ad superiora & ad cœlestia reducitur,76.dist.ieiunium.circa finem.
Quod scriptura conciliorum & Romanorum Pontificū pro authentica est habenda , 15. dist. sancta.19.distin. per totum.
Quod multa seruat vsus ecclesię licet in scriptura non in ueniantur,11.dist.ecclesiasticarum.
Quod Deus quandoque reuelat aliter quàm scriptura sanctorum tradidit.9.dist.noli.in fi.
Quod amans scripturas sacras, carnis vitia non amabit. de conse.dist.5.nunquam.
Quod omnis splendor rhetoricę eloquentię,omnes modi poeticę elocutionis , quęlibet varietas decore pronunciationis ornata,à diuinis scripturis sumpsit exordium,37.dist.legimus.§.2.
Quod an licet clericis studere in scripturis philosophorum & poetarum,37.dist.per totum.
Quod qui aliter sacram scripturam intelligit quam spiritus sanctus flagitat, hæreticus est,24.q.3.hæresis.
Item ipsam malè exponentes dicūtur falsi prophetæ. 37. dist.vino.
Quod secūdum eam grauia vel leuia pensantur,quia est statera,24.q.1.non afferamus.
Quod scriptura requiritur in multis,videlicet,in hæresis abiuratione.de conse.dist.2. ego Berengarius, 2.q.1. legum.
Item in legatione,vbi requiritur scriptura missionis, 97. dist.nobilissimus.
Item in electione quæ debet fieri in scriptis & proferri, 63.dist.quanto.2.q.1.legum.
Item in excommunicatione, quæ debet fieri in scriptis. 11.q.curæ.2.q.1.legum.
Item in sententiæ prolatione, quia aliter sententia nō habet vigorem,2.q.1.in primis. §. si quis,in fi.& c. statutis.& c.legum.
Item in publici criminis accusatione, 2. q. 8.quisquis & q.1.legum.
Item in ciuili conuentione,3.q.3.§.offeratur.
Item in appellatione,2.q.6.post appellationem.
Item in extraneorum clericorum susceptione,98.distin. nullus,& c.transmarinos.
Item in rerum ecclesiasticarum venditione, 12.q.2. sine exceptione.10.q.2.casellas.
Item baptizandorum susceptione, vbi nomen in scriptis dari debet,2.quæstione 1.legum.de consec.dist.4.baptizandi.
Item in regularis voti professione,27.q. 1.omnes fœminæ,20.q.1.vidua.
Item in expositorū puerorum collectione, 87.dist.si expositus.
Item in pœnitentiæ datione,30 q.5.qualis,in fine.
Item in prælatorum ad synodum non venientium excusatione,18.dist.placuit.
Item in illorum qui impetuntur citatione , 5. quæst.2.§. 1.& c.1.
Item in prælaturæ renuntiatione,7. q.1.sicut vir.§.ecce.
Item in seruorum ordinatione,54.dist.nulli,
Item in reconciliatione.2.q.1.legum.
Item in ordinatione,quia ordinati debent scripturā quæ formata dicitur, ab ordinatore accipere , 73.dist.per totum.
Item in cōstitutionis promulgatione,35.q.9.quod quis. 96.dist.bene quidem.circa med.
Itē in seruorum ab episcopo manumissione, 12.q.2.episcopus qui mancipium.

De scriptura habes vbi agitur de Sententia, & de Subscriptione.

SCRVTINIVM. De scrutinio habes vbi agitur de examinatione.
SECVRITAS. Quod vbi est perfecta dilectio,ibi est securitas,24.q.1.non turbatur.
Quod securitas conscientiæ in tribulationibus releuat, 24.q.1.non turbatur.
Quod in vltimo fine pœnitentibus de consecutione æternæ fœlicitatis securitatem dare non possumus.de pœn.dist.7.circa prin.

SEDES

SEDES. Quod sedes apostolica est prima auctoritate & dignitate, licet Antiochena sit prior tempore. 21. dist.nec autem.24.q.1.rogamus. 9.quæst.3.nemo.& cap.seq.
Item placet maior in iudicijs auctoritate. 9.q.3.patet. &c.ipsi sunt.
Quod cōstitutiones huius sedis ab omnibus sunt seruandæ.11.dist.consequens.
Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare, 17.q. 4.nemini.21.dist.nunc autem.
Quod Christianus peccatum infidelitatis incurrit , qui sedi apostolicæ obedire contemn.t. 81. dist.si qui,in fine.93.dist.qui cathedram.
Quod in dubijs & arduis ad sedem apostolicam est recurrendum.17.distinct.nec licuit.& duobus cap.seq. 16.q.1.frater,post med. 24.q.1.rogamus.
Quod in libris & opusculis quidquid approbauit sedes apostolica,est tenendum.19 dist. si Romanorum.vsque ad c.ita.
Quod sine auctoritate sedis ipsius generale non celebra tur concilium.17.distinctione per totum.
Quo immediatè tedi apostolicæ subiecti (maximè qui propinqui sunt)annue se debent præsentare. 9.4. distinctione,iuxta.& §.præcedenti.
Quod sine sedis huiusmodi iudicio episcopi non possunt condemnari.3.q.6.accusatus.&c.seq.9.q.3.anti quis.
Quod male damnati per ipsam restituuntur.9. q.3.frit. & c.frattres.
Quo sine sedis apostolicę auctoritate nullus episcopus sedem suam audet mutare.7.q.1.mutationes.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia Romana,de papa,& Apostolica sede.

Item hæc sunt quæ reseruantur ecclesiæ Romanæ,& Apostolicæ sedi.
Iudicium episcoporum.5.q.6.dudum.
Item restitutio depositorum.2.quæstione 6. ideo huic.
Item congregatio conciliorum.3.quæstio.6.dudum.
Item restitutio clericorum.1.quæst.7. conuenientibus.
Item exemptio episcoporum.16.q.1 frater.18.q.2.lumi noso.
Item quæstio fidei.24.q.1.quoties.
Item abrenunciatio episcopatus.8.quæst.3.denique.
Item mutatio episcoporum.7.quæstio.1.mutationes.
Item episcopatuum diuisio & vnio.16.q.1.& temporis.
Item pallij datio.100.dist.quoniam.
Item absolutio excommunicationis factæ ex sede. 21. dist.inferior,16.q.1.frater.
Item antiquorum canonum & scripturarum interpretatio.17.dist.nec licuit.
Itē famę restitutio.2.q.3.Paulum.§.hinc autē colligitur.
Item cum simoniacis dispensario. 2. quæst.3. Paulum.
Item maiorum & difficilium quæstionum discussio.17. dist.multis.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia Romana,& de Papa,& de Dispensatione.

Quod sedes quatuor patriarchalium ecclesiarum sunt istæ,Constantinopolitana,Alexandrina,Antiochena, & Hierosolymitana.22.dist.renouantes.
Quod Constantinopolitana sedes licet vltima fuerit tempore,tamen propter dignitatem translati imperij ex statuto concilij post Romanam sedem primum obtinet locum.22.distinct.sacrosanctam.§.hac.& capitu. seq.§.hinc.& §.difficilimus.
Quod Alexandrina sedes,quam beatus Marcus euangelista ad honorem sancti Petri instituit, olim post Romanam prior fuit, & post illam secunda fuit Antiochena,in qua resederat beatus *Petrus* antequam Roma venisset.22.distin.sacrosancta.
Quod sedes episcopales non in villis vel castellis, sed in maioribus locis debent constitui.80. di. per totum.
Quod beatus Petrus apostolus vbi pagani habebant archiflamines,fecit institui archiepiscopos. 80.dist.in illis.
Quod sedes episcoporum non longo interuallo debēt distare,vt ad consecrationem archiepiscopi citius possint venire. 80.dist non debere.§.sedes.&c.seq.
Quod vbi non fuit sedes episcopalis de nouo non debet institui,nisi fidelium excreuerit multitudo.16.q. 1.præcipimus.& c.felix.
Item nisi gens noua ad fidem cōuertatur. 99.dist.nulli.
Quod episcopales sedes ex causa auctoritate apostolica mutantur de loco ad locum, videlicet propter Barbaricam incursionem.7.quæst.1.temporis.
Item ex causa vnionis , videlicet propter alterius loci desolationem.16.q 1.& temporis.& cap.seq.
Item ex culpa auferuntur,videlicet propter episcopi occisionem.25.q.2.c.vlt.
SENES.Quod senes in scriptura sacra dicuntur sapientes.84.dist.porro.
Quod primitus Abrahā dict' est presbyter,idest,senior.
Quod non propter senectutem vel decrepitam ætatem, sed propter sapientiam presbyteri dicūtur senes.
Quod gloria senum est canities: & canities sapientiam designat.
Quod quadruplex est senium , videlicet naturæ,& hoc scūdit ad defectum.86.dist.tanta 13 q.2.illud.
Item senium gratiæ.84.dist.porro.vbi dicitur,quòd canities senium prudentia est.& hoc senium ad perfectū ducit.20.distin.de quibus.32.q.2.ancillam.
Item est senium culpæ, & hoc ducit ad interitum.2.q. 7.Paulus dicit.
Item est senium æternæ gloriæ, & hoc ducit ad æternū præmium:de quo dicitur, Cogitaui dies antiquos,& annos æternos in mente habui.
Quod senes quanto morti viciniores , tanto debent esse priores.86.dist.tanta nequitia.
Quod mali senes à suis prælatis sunt durius arguendi 86.dist.tanta.
Quod præsumēdum est de sene bonum.18 q.1.diffinimus.
Quod senectus aufert incōtinētię suspicionem.34.dist. fraternitatis.
Quod senectus decrepita reddit ad episcopatum inhabilem.85.distin archidiaconum Florentinum.

De Senio & Senectute habes vbi agitur de Antiquitate.

SENTENTIA.Quod sententiam Papa cum magna deliberatione debet proferre.35.q.9.apostolicæ.
Quod sententia aut pro considerationę temporum, vel ætatem,vel propter subreptionem,vel grauem necessitatem potest in melius cōmutari.35.q.9. sententiam.&c.veniam.
Item *Papa* sententiam suorum prædecessorum potest in melius commutare.35.q.9.loci.§.nisi ita.in fi.
Quod sententia quæ in se non valet,confirmata per superiorem valet.16.q.6.si episcopum.
Quod sententia debet dari in scriptis.2.q.1.in primis,in fine.& c.legum.
Quod ad sententiam dandam pro modicis causis non requiritur scriptura.11.q.1.si quis cum.
Quod non secundum propriam voluntatem, sed secundum leges est proferenda.11.q.3.summopere.
Quod etiam præsentibus partibus ante plenam negotij discussionem nō est sententia ferēda.30.q. vlt.iudicātē.
Quod in re dubia non debet dari certa sententia.11.q. 3.graue.
Quod non est danda sententia nisi post plenam inuestigationem veritatis.11.q.3.summopere. & c.graue.& quatuor cap.seq.
Quod sententia rite data ab omnibus est tenenda. 6.q. 4.si Metropolitanus.§.sed.& c.si quis episcopus.35.q. 9.c.1.11.q.3.nemo contemnat.
Quod iudex debet cum ferre cum mentis tranquillitate,non in furore.11.q.3.illa.& tribus cap sequen.
Quod sententia sub conditione non est proferenda.2. q.6.biduum.
Quod sententia diffinitiua obtinet auctoritatem rei iudicatæ.2.quæst.6.biduum.ante finem.
Quod sententia plurium debet præualere.76. dist.si trā situs.
Quod sententia quandoque est iniusta ex animo proferentis,sed iusta est ordine & causa,& aliquando iusta est ex animo, sed non ordine vel causa: & aliquando est iusta ex animo & ordine, sed non ex causa. 11.q. 3.episcopus presbyter.§.seq.
Quod sententia lata quandoque nō tenet,videlicet quādo per appellationem intra certum tempus releuatur. 35.q.9.loci.§.seq.
Item quando in arduis causis in scriptis non datur.2.q. 1.in primis.in fi.
Item quando à non suo iudice fertur. 3.q. 8. accusatores.9.q.2.cap.1.& cap.episcopū.11.q 1.in clericorū.
Item quando ab vno solo iudicum,cum duo fuerint delegati,fertur.2.quæst.6.si quando.§.diffinitiua.
Item si contra ius scriptum fertur.
Item si iudices fines statuti vel mandati excedunt.
Item si contra prius iudicata lata fuerit.
Item si iudex pretio corruptus eam tulerit.
item si parte non contumaciter absente lata fuerit.3.q. 9.per totum.
Quod non debet sustinere pœnam canonicam in quē nō est prolata canonica sententia,21.q.3. non debet.
Quod iniqua sententia est reuocanda.24.q.2. sane pro fertur.
item si per falsas probationes & per surreptionem lata est,est retrahenda.35.q.9.veniam,& tribus c.seq.
Quod sententia excommunicationis siue iusta siue iniusta timenda est.11.q.3.quibus.& c.episcopus.& §.si. ergo.
Quod iniusta nocet potius ferenti quàm patienti.11.q 3.illud.24.q.vlt.si quis non.& quatuor c.seq.
Quod non est ferenda sententia quando multitudo est in causa.23.q.4 cap.si quis potestatem.§.si mulier.
Quod est sententia suspensionis quantum ad officium & beneficium.7.q.1.si quis in.

De hac materia habes vbi agitur de Suspensione.

Quod differtur sententia & executio per triginta dies cum princeps vel al.quis alter aliquem ad mortem cōdemnat.11.q.3.cum apud.
item differtur per decem dies quoties appellatio admittitur.2.q.6.antenorum.
item quousque grauida ad mortem condemnata pariat, quia aliter committeretur homicidium.2.q.4.cōsuluisti.in fi 32.q.2.quòd vero non formatum.
Item quousque princeps assignauerit insulam illi qui in exilium debet relegari.2.q.6.biduum.post med.
Item quousque condemnatus seruus reddat Domino suo de peculio rationem.54.distinct.generalis.
Quod Deus nouit mutare sententiam.22. q.4.vnusquisque.
Quod Deus non mutat sententiam in homines,sed,in opera, quibus hominibus non irascitur,sed vitijs.de pœn.dist.1.si agamus.

De hac sententia habes vbi agitur de Excommunicatione,& de Iudicio.

SEPARATIO.Quod hæretici & schismatici ab ecclesia sunt separati,& ideo non habent spiritum sanctum.24.q.3.de illis.
Quod mali Christiani corpotaliter sunt in ecclesia , sed per pessimam vitam sequantur.
Quod tunc peccatores à Christi corpore separantur:dū per excommunicationem traduntur Satanæ in interitum carnis,vt spiritus saluus fiat.11.q.3.audi.
Item aliqui separantur ab ecclesiæ per sententiam , qui sunt extra.24.q.vlt.cum aliquis.
Quod nil sic debent formidare Christiani quàm separari à corpore Christi,quia hoc non est membrum eius. 11.q.3.nihil.
Quod separari à corpore Christi sicut membrum præcisum virtutem spiritualem non habent.1.q.1.corpo ralia.Notent hoc obstinati in malitia.
Quod nōs debemus separari à malis præcepto Domini qui dicit.Sit tibi sicut ethnicus & publicanus.2.q.1.si peccauerit.
Item mandato apostoli qui dixit,hæreticum post primā & secundam correctionem deuita.24.q.3.dixit.
Item consilio Moysi qui dixit,Separamini à tabernaculis impiorū,ne pereatis.1.q.1.si quis inquit,ante fi.
Item statuto concilij quod separat Iudæos à Christianis.28.q.1.Iudæi.
Quod nec in manducando nec in abstinendo consistit iustitia, sed in vtrisque secundum naturę capacitatem tẽperantia, 41. di. quod dicit, & trib. c. præcedentibus.
Quod tempore ieiuniorum maxime est seruãda. de consecr. dist. 5. sint tibi.
Quod temperantia attenditur in moribus, 25. dist. qui episcopus.
Item est habenda in dandis eleemosynis, 86. dist. non satis. §. item perfecta.
Item in infligendis pœnis, 45. dist. disciplina. vbi dicitur, quòd de lenitate & de seueritate debet fieri quoddam temperamentum.

TEMPORALIS. Quod Deus largitur temporalia propter eleemosynæ largitionem, 16. q. 1. reuertimini.
item propter pietatẽ factam. 22. q. 2. si quælibet. Exemplum ibi de obstrictricibus.
item propter decimarum solutionem. 16. q. 1. decimæ.
Quod subtrahuntur temporalia cum ex ipsis non fiunt eleemosynæ. 16. quęstione. 1. reuertimini.
item cum non soluuntur decimæ. 16. quæst. 1. decimæ.
Quod cõtemplatiui ab omni strepitu tẽporalium quiescere debent. 12. q. 1. duo.
Quod temporalia debẽt possideri, sed non nisi ad vsum, ibidem post medium.
Quod de omnibus tẽporalibus Deo ab hominib⁹ reddenda est ratio. 15. q. 1. firmissimè. §. ex eo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitijs.

TEMPVS. Quod tempora propter diuinationem nõ sunt seruanda. 26. q. vlt non licet.
Quod tempus merendi non est nisi in præsenti. 13. q. 2. in præsenti.
Quod temporis qualitate res mutantur. 10 q. 3. priscis. & c. seq. 35. dist. ab exordio.
Quod Christus veniens in fine temporum traxit finem ad principium. 37. dist. ab exord. o.

De quatuor Temporibus habes vbi agitur de Ieiunio.

Quod temporibus nostris non solum corpora, sed etiã merita in hominibus deferunt, 34. dist. fraternitatis.
Quod multi tolerãtur propter temporum necessitatem vel vitiatæmvel scandalum. 1. q. 1. requiritis. & c. seq. 21 q 1 pudenda. in fi.

De Ieporibus habes vbi agitur de Præscriptione, & in multis locis vbi agitur cum temporis adiunctione.

TENTATIO. Quod tentatio est multiplex, videlicet Dei, hominis & diaboli. de pœn. dist. 2. §. oppenitur, & §. contrario.
Quod tentat Deus ad instruendũ. 1. q. 1. prophetias. §. quinque.
Item ad pugnandum. 6. q. 1. sunt plurimi. de pœn. distin. 2. opponitur. post med. vbi agitur de Tentatione tribulationis.
Quod tentatio est vita hominis super terram. de pœn. di. 2. §. opponitur.
Quod humana tentatio est cum in animo de illicitis tentamur etiam nolentes: sed diabolica, cum quod caro suggerit, animus consentit. de pœn. dist. 2. §. econtrario.
Quod sunt quidam qui non expectant tentationem, sed præueniunt voluntate. de pœn. dist. 5. §. 1. circa prin.
Quod cùm tentatio in corde non reprimitur etiam in actione dominatur. 49. distinct. hinc etenim.
Quod nemo debet tentare Deum dum habet quod confilio rationabili faciat. 22. q. 2. quæritur.
Quod iudicium per duellum & per ferrum calidum sine per aliquam aliam probationem probibetur, quia Deus tentari videtur. 2. q. 4. monomachiam. & c. consuluisti.
Quod Deum tentat qui habet quod faciat vnde suam & aliorum salutem præcaueré queat, & non procurat. 23. q. 8 si nulla.
Quod tentat hominem diabolus, de pœn. di. 2. §. opponitur, ante finem.
Item tentat bonos vt laceret & deuoret. 3. q. 1. nulli.
Item tentat dormientes. 6. dist. testamentum.
Quod mille modos habet tentandi. 6. q. 3. cap. 1.
Item tentat sub specie boni mala suggerendo. 14. q. 5. forte.
Quòd præcipue sancti à peccato mundi sustinent tentationes diaboli. de pœn. distinct. 2. §. opponitur.
Quod maxime illos tentat qui Deo sunt familiariores. & in eius seruitio feruentiores. 3. quæst. 1. nulli.

TERGIVERSATIO. Quod tergiuersatio est verborum cauta prolatione peccata sua leuigare. de pœn. dist. 1. §. econtra. 2. in fine.
Quod tergiuersari est ab accusatione desistere. 4. q. 3. si quem. §. notandum.

TESTAMENTVM. Quod testamẽtum vetus differt à nouo in pluribus, quia in veteri pœna, & in nouo venia peccati promittitur. 23. q. 4. c. hęc autem. §. proximo.
Quod illud terrorem, istud mansuetudinem inducit. ibidem.
Item in veteri pro culpa morte moriebantur, in nouo pœnitenti misericordia promittitur. ibid.
item differt in matrimonij. coniunctione. 35. q. 1. §. 1.
item in plurium vxorum & concubinarum permissione. 32. q. 4. recurrat. §. his ita.
item differt in multorum ceremonialium obseruatione. 5. dist. §. 1. 6. dist. non est peccatum. §. his ita.
item differt quia vetus requirit opera, nouũ autẽ nõ tantum opera, sed voluntatem. 15. q. 1. si quis non.
Item testamentum vetus virginitatem non approbat, quam nouum commendat. 32. q. 4. recurrat. §. his ita.
Quod concordat nouum testamentum cum veteri in moralium obseruatione, quia obseruat decalogum. 32. q. 3. meretrices.
Quod in testamentis decedentium vltima voluntas testatoris est seruanda. 13. q. 2. vltima, 16. q. 1. admonere. & c. consideratio.
Quod eremitæ quia proprium habẽt, possunt testari, 19. q. 3. perlatum. §. proximo.
Quod religiosis proprium non habentibus non licet testari. 19. quæst. 3. quia. & cap. seq.
Item seruus (quia omnia sunt Domini) testamẽtum cõdere non potest. 13. q. 2. illud.
Quod vtrum liceat episcopis & clericis condere testamentum, habes 12. q. 1. episcopi.
Quod non licet eis de rebus ecclesię, sicut agris & frugibus siue oblationibus, siue de quibuscumque aliis testari, 12. q. 1. episcopi. ibid. & q. 2. per totum, & qu. 5. nulli, & cap. seq.
Item bona propria decedentium ab intestato si non habent filios vel nepotes, sunt ecclesiarum in quibus ministrant, 12. qu. 3. quicumque. & q. 5. cap. vlt. & q. 2. episcopus qui filios.
Quod in testamento Christus semper pro vno filiorum repurandus est, 13. q. 2. si quis irascitur.
Quod testamentorum non executores sunt sacrilegi fures, 15. q. 2. qui oblationes, 17. q. 4. sacrilegium.
Item sunt egenorum homicidæ, 13. q. 2. clerici.
Item sunt excommunicandi, ibid.
Quod successor non seruans defuncti testamentum est exheredandus, 12. q. 1. Siluester.

TESTIS. Quod triplex est testis; videlicet superior, scilicet Deus, 11. q. 3. inter verba, vbi dicitur, Ecce in cœlo testis meus, & 22. q. 1. si peccatum.
Item est testis interior, videlicet conscientia, 11. q. 3. inter verba. vbi dicitur: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. & ca. custodi.
Item est testis exterior, scilicet proximus, de consc. di. 1. iubemus, 11. q. 3. non sunt, 12. q. 1. nolo vt.
Quod est testimonium non solum verbale, sed etiam reale, scilicet facti euidentia, 28. dist. priusquam, 82. dist. proposuisti. 33. q. 2. de his verò.
Quod apostoli verbo & opere sunt testes Christi in Hierusalem & in omni iudæa, 11. q. 3. existimant. in fi.

Quod

Quod voluntas morientis etiam sine instrumento probari potest ex circumstantium testimonio. 3.6.q.6.his qui tempore.
Quod in testimonio est attendenda diuersitas locorum & temporum. 35.quæst. 5. de parentela.
Quod ad probationem ingenuitatis soli testes non sufficiunt nisi instrumentis & argumentis adiuuentur, 4.quæst. 3. placuit. §. item in criminali. post med.
Quod nullus potest esse iudex & testis, 4.q.4. nullus vnquam.
Quod testibus non testimoniis per scripturam delatis credendum est, 3.q.9. testes. §. proxi. & c. horramur.
Quod de illo est verum testimoniū quod in præsentia testificantium contigisse perhibetur, 3.q.9. testes. §. de his.
Quod etiam non rogati, dummodo iuterfuerint, testes esse possunt, 4.q.3. placuit, §. item in criminali.
Quod testes super vno facto in tempore & loco discrepantes repelluntur, 3.q.9. testes. §. sequ.
Quod illi testes sunt grauiter puniendi quos temporum diuersitas simul facto non interfuisse ostendit, 3.q.9. nihilominus.
Quod in causa criminali testamentum debet esse de visis, notis & auditis, 3.q.9. testes.
Quod in testibus attendenda est status dignitas, fides puritas, & morum grauitas, 4.q.3. testes. §. seq.
Quod illi præcipuè recipiendi sunt in testes, de quibus præsumitur quòd veritatem facti magis sciant, 35.q.6.c.1.
Quod licet simplici verbo iudicis credendum sit, tamen si ab ipso appellatur, non potest esse testis in causa appellationis, 16.q.1. statuendum.
Quod ad vnius testimonium nemo condēnatur nisi forte fama publica contra eū laboret, 3.q.3. testes. §. seq. 35.q.6. §. vt. 33.q.2. admonere. 2.q.5. si mala.
Item nec ad testimonium vnius, etiam si sit episcopus, 6.q.2. per totum, 4.q.3. testes. §. seq. ver. vnius.
Quod ex hoc episcopo vel alterō præsato iniuria non infertur, cum sibi soli in testimonium nō creditur, 6.q.2.c.vlt.
Quod ad probandum duo testes sufficiunt, vel tres, nisi in aliquibus casibus singularibus vbi plures requirūtur, 4.q.3. testes. §. sequen. post med. 2.q.4. §.1.
Quod præsul non damnatur nisi 72. testibus: presbyter autem nisi 44. diaconus vero cardinalis nisi viginti tribus. inferioris autem gradus clerici nisi septem testibus conuicti, non debent cōdēnari, secunda quæstione quinta, præsul.
Quod nullus est idoneus testis in causa propria, 15.q.3. sane, in fine.
Quod nec in se nec in causa propria quis ad testificandum admittitur, 4.q.3. testes. §. seq. post medium.
Quod contra se quisque testari potest, pro se verò minimè, 14.q.2.§.1.
Quod propter inimicitias potest quis repellere testes contra se quos admisit pro se: alias non, 4.q.3. testes. §. seq. ver. si quis.
Quod non agit, non potest à reo petere testimonium, 4. quæst. one 2. testes. ver. item qui intendit.
Quod testes non videntur idonei, quibus potest imperare, 4. quæstione 3. testes. §. sequen. ante medium.
Quod testis videtur suspectus si sit de domo iudicis, 4.q.2. contra.
Quod nullus debet cogi, vt ferat testimonium contra consanguineum vel affinem, 4.q.3. testes. §. seq. ver. item lege Iulia.
Quod nec parentes nec liberi inuicem aduersus se testificari possunt, 4. quæstione 3. testes. ver. item codicem.
Quod patet & filius & duo fratres in eadem causa testes esse possunt, 4.q.3. testes, §. sequ.
Quod ille alieno negotio plures testes produci possunt ex eadem domo, 4. quæstio. 3. testes. §. seq. circa medium.
Item testis domesticus admittitur in causa ecclesiastica. 14.q.2. super.
Item in causa matrimoniali, 35.q.6. de parentela.
Item admittitur in causa ciuili, sed non in criminali, 4.q.3. testes. §. seq. ver. quos accusator. 14.q.2. per totū.
Quod hæreticus pro Christiano pōt testificari contra hereticum. sed non contra Christianum, 24.q.1. infra mur. §. seq.
Quod inhabilis ad sacerdotium, contra sacerdotem non potest testificari in causa criminali, 2.q.7. ipsi apostoli.
Quod an clericus ad testificandum possit compelli, 2.q.6. statutum.
Quod episcopus vel presbyter nisi in causa quæ aliter sciri non possit adducatur in testem: quia ex hoc sacerdotium dehonestatur, 11.q.1. testimonium.
Quod episcopus vel presbyter in necessitate testimoniū perhibens non debet iurare sicut alij super librum, sed tantum videre librum. in fine.
Quod episcopus vel presbyter potest loco iuramenti per sanctam consecrationem dicere, 2.q.4. si quis presbyter.
Quod omnes alij testes debent primo iurare de veritate dicenda tactis sacrosanctis Euangelijs, 33.q.9. hortamur 4.q.4. testes. §. proximo.
Quod iudex debet testibus prouidere de loci securitate, 33.q.9. hortamur.

Quod testibus expensæ sunt ministrandæ. 4.q.3. testes. 9. seq.
Quod episcopus siue presbyter pro ecclesiæ suæ negotio potest ferre testimonium, 14.q.2. super.
Quod clericus non debet esse testis contra laicum in criminali causa, sed in ciuili. 11.q.1. testimonium, 14.q.2. super.
Quod in conficiendis instrumentis sæcularium, presbyteri non debent ferre testimonium nisi de mandato episcopi. 14.q.2. super, in fi. ibid.
Quod testi honestiori maior fides est adhibenda, 4.qu. 3. testes. ver. item iusiurandi.
Quod vtrum hermaphroditus possit fieri testis, qualitas incalescentis sexus declarabit. 4.q. 3. testes, ver. item hermaphroditus.
Quod mulier potest esse testis pro parentibus & amicis & consanguineis, & pro crimine læsæ maiestatis, & cōtra hæresim & simoniam, 15.q.3. de crimine.
Quod de vnoquoque minus est dubitandum vbi prior vita qualis fuerit testimonij reddit. 61. dist. miramur.
Quod testes debent esse bonæ opinionis, 2.q. 1. in primis, circa med. 3.q.5. suspectos. 4.q.3. testes. §. 1.
Quod ad testificandum non admittuntur aliàs inimici. 2.q.1. in primis, circa med.
Item nec serui pro domino suo, nec minor viginti annis, 4.q.3. testes.
Item nec infideles. 2.q.7. non potest, 3.q.5. suspectos.
Item nec à fide apostatantes. 2.q.7. non potest.
Item nec infames. 2.q.7. testes, 3.q.5. similiter. & cap. seq. 6.q.1. qui crimen.
Item nec criminosi. 2.q.7. testes, 3.q.5. constituimus.
Item nec complices in crimine quando illud de se constentur, 15.q.3. cap. vlt. 4.q.3. testes, §. sequen.
Item nec nimia paupertate laborantes, 4.qu.3. testes, §. sequen.
Item nec consanguinei vel propinqui, nisi cum contra seipsos mutuo testificari voluerint, 3.q.5. cap. 1.
Item nec familiares scilicet de propria domo prodeuntes, 3.q.5.c.1. & cap. accusatores.
Item nec affines, 3.q.9. absens. & q.5. similiter.
Item nec litigiosi. 3.q.5. suspectos, & cap. seq.
Item nec impuberes qui intra quartum decimum annū constituti, 4.q.3. testes, & §. seq.
Item nec liberti contra ecclesiam vel contra dominum cuius fuerunt serui. 12.q.2. episcopus qui mancipiū. §. vlt. 4.q.3. testes, §. seq. ver. item patroni. & ver. item liberti.
Item nec serui, nisi dum aliqui testes deficiūt, 4.q.3. testes, §. seq. ante finem.
Item nec ille qui iudex vel assessor vel aduocatus fuerit in eadem causa, 16.q.2. statuendum.
Item quicumque ad accusandum non admittitur, nec ad testificandum, 4.q.4.c.1.
Quod testimonium nunquam est vendendum, 14.q.5. non sane.
Quod non testificans veritatem grauiter peccat. 11. q. 2. vnicuique. §. sic quoque.
Quod falsus testis est qui etiam contra seipsum falsum dicit, & per hoc Deū q est veritas vēdit. 11.q. 2. abiit.
Quod presbyteri vel diaconi in falso testimonio inuenti, per tres annos ab officio suspensi in monasterio debent pœnitere. 5.q.6. quia, in fine.
Quod quilibet falsus testis septem annorum pœnitentia punitur, 22.q.5. si quis peieraverit.
Quod infamis sit, & à testimonio repellitur, 22. qu. 5. si quis conuictus.
Quod inducens ad falsum testimonium grauiter peccat; & consimili pœna punitur, 22.qu. 5. si quis peieraverit, & cap. si quis conuictus.
TIMOR. Quod timor est multiplex, videlicet seruilis, quādo quis timore pœnæ facit quod facit, 23.q.4. hæc autem. §. seq. in fi.
Item est timor initialis, si qui sicut sera introducit filiū, ita & ipse charitatem. de pœn. dist. 2. sicut sera.
Item est timor filialis, qui etiam timor sanctus vel castus dicitur, & hic est perfectorum, 23.q.6. schismatici. & §. vlt. in fi.
Item est timor naturalis, quem etiam ipse Christus habuit, & sain perfecti. 7.q.1.c.vlt. circa finem.
Item est timor mundanus quando peccatur timore temporalium, 47. dist. sicut, 11.q.3. quisquis.
Item est timor mundanus quo quis peccat timore pellis propriæ, 11.q.3. nolite.
Quod humanum est timere eum qui potest opprimere vel erigere, 16.q.2. cap. 1 post med.
Quod timendum est de sero pœnitente, de pœn. distin. 7. post med.
Quod amor carnalis & timor atque auaritia sensum hominis hebetant. 3.q.5. accusatiores vel testes. 11.q.4. quatuor.
Item ibi væ est vbi timoratus periit à terra. 16.q.7. & hoc diximus. post med.
TITVLVS. Quod titulus dicitur principium possessionis, siue quo iure vere potidet, 16.q.3. dilectio. §. potest, ante med. & 17.q.4. quæsti.
Item dicitur titulus vexillum vel signum pro re vendicanda positum. 16. quæ. consuetudo. 12. quæsti. 2. non habenti. 6.
Item dicitur titulus breuis adnotatio sequentis operis, 15. dist. inct. sancta. & cap. in primis, ante med.

Item titulus dicitur beneficium ecclesiæ, sub quo quis ordinatur, & vbi tenetur seruire quamdiu viuit. 70. dist. sanctorum.
Quod nemo sine titulo ordinari debet. ibid.
TOLERANTIA. Quod tolerantur à bonis infirmi ipsis consueta non denegando. 4. dist. den. que.
Item debilitati quantum ad labores condescendendo. 47. dist. omnes. in fi.
Item ipsorum defectus ad infamiam non detegendo. 95. dist. in scripturis.
Item commissa eorum propter spem correctionis patiēter supportando. 45. dist. licet.
Exemplum ibi de Petro quem dominus post negationem non damnauit, & c. recedite. & 50. dist. considerādum. vbi dicitur quòd ideo dominus Petrum toleravit, vt postea aliorum defectus toleraret.
Item tolerantur à bonis mali ipsorum detractiones & falsa iudicia æquanimiter tolerando. 6. quæstio. 1. deteriores. & cap. seq. & cap. ex merito.
Item tolerantur à bonis ipsorum verba, & alias persecutiones patienter sustinendo. 6. quæst. 1. quiescite.
Item tolerantur de omnibus ipsorum iniurijs se non vlciscendo. 23.q.3. sex differentia. & q.8. conuenior.
Quod qui malos non tolerat ipse sibi per hoc testis est, quia bonus non est. 23. quæst. 4. hæc autem.
Quod mali à bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non possunt. 23.q.7.c.1. in fi.

De Tolerantia malorum habes vbi agitur de Malis.

TONSVRA. Quod tonsura clericalis in circuitu & in summitate capitis in modum sphæræ debet radi. 23. distinct. prohibete.
Quod hæc tōsura designat in clericis contemptū temporalium. 12.q.1. duo.
Quod hæc tonsura prius debet fieri per episcopum, nisi sint regulares, quibus per abbatem suum, si est presbyter, potest dari. 69. dist. quoniam.
Quod prima tonsura facit clericum. 23. dist. clerici. & est ordo, qui dicitur psalmista tus. 23. dist. psalmista.
Quod non habentes tonsuram clericalem lectiones in ecclesia publicè in pulpito non debent legere. 69. dist. quoniam.
Quod tonsura clericalis sic debet tondeti vt sit super aures. 23. dist. non liceat cuilibet.
Quod ad eam defendam clerici per archidiaconum sunt compellendi. 23. dist. si quis.
Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debent tonsurā portare, si clericali priuilegio volunt gaudere. 84. dist. quisquis.
Quod clericus contrahens cum corrupta, quia videtur renuntiare priuilegio clericali, communem cum laicis tonsuram deportabit. ibid.
TORMENTVM. Quod tormentum quandoque damnis, quandoque verberibus infertur. 12. quæstio. 2. fraternitas.
Quod quilibet iudex etiam ecclesiasticus potest torquere suspectos, vt veritatem facti possit exquirere. 5.q.5. illi qui.
Quod quilibet superior malefactorem sibi subditum, secundum magis & minus excedentem potest tormentare. 23.q.5.c.1. in fine.
Quod prælatus non debet per se, sed per alios delinquentem tormentare. 86. dist. non liceat.
TRANSACTIO. Quod transactio est cum aliquo dato vel retento vel promisso ab actione litigij recedere. 54. dist. generalis, circa finem.
Quod transactio debet fieri de scire iudicis vel superioris. 23.q.4. si illud.
Quod propriè loquendo transactio nō potest fieri in spiritualibus. 1.q.2. quam pio. 14.q.5. denique. 16.q.7. de cimas. 13. quæst. 2. in ecclesiastico.
Quod quando seruus diaconus effectus aliam personā pro se restituat, in tali transactione non committitur simonia: quia non pro ordine sed pro seruitio fit restitutio. 54. dist. ex antiquis. in fi. & c. generalis.
TRANSITVS. Quod in successores res trāsit cū onere suo. 11.q.1. Siluester.
Quod spiritualis transitus est de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de terrenis ad cœlestia. de conse. dist. 4. per æquam.

De Transitu religiosorum ad aliam religionem habes vbi agitur de Religione.

TRANSLATIO. Quod transferri possunt prælati de ecclesia ad ecclesiam propter necessitatem vel vtilitatem. 7.q.1. mutationes. & tribus c. seq.
Quod sicut vir ducens alteram præter suam vxorem, dicitur adulter: sic prælatus qui propria temeritate se transfert ad aliam ecclesiam. 7.q.1. sicut.
Quod translatio fit de minori ecclesia ad maiorem, & non econuerso. 93. dist. legimus. circa med. 7.q.1. mutationes.
Quod Petrus de Antiochia Romam tanquam ad maiorem ecclesiam est transl atus. 7.q.1. mutationes.
Quod ambitio prælumitur vbi de minori ecclesia ad maiorem sua temeritate quis transferitur. 7.q.1. si quis episcopus. & c. seq.

Quod

Quod translatio vtilitatis plurimorum, vnius vtilitati præferenda est. 8.q.1. scias.
Quod trāslatus nihil iuris in priori ecclesia retinet, 21.q.2.6 quis.
Quod trāslatus nō priuatur prima ecclesia nisi possessionem habeat in secunda. 92. distin. si quis episcopus. & cap. si qui episcopi.
Quod translatus causa necessitatis, cessante necessitate debet ad primum locū redire. 7.q.1 pastorales. 1.q.1. quod pro necessitate.
Quod totus Papæ est transferre episcopos. 7.q.1. mutationes. & c. sicut alterius. in fi.
Quod presbyteri siue inferiores prælati de ecclesia ad ecclesiam non debent transferri nisi auctoritate episcopi. 7.q.1. episcopus de loco.
Quod ad aliā ecclesiam sua temeritate se trāsferentes frustrantur habita & non habita. 7.q.1. si quis episcopus. & c. seq.
Quod in translatione clericorum vel rerum ecclesiasticarum episcopus debet requirere consilium capituli: quia fit quædam alienatio, 12.q.2. sine exceptione.

De Translatione habes vbi agitur de Mutatione & de Permutatione.

TREVGA. Quod treuga est securitas præstita rebus & personis discordia nodum finita. 24. quæst. vlt. illi.
Quod archiepiscopi & alij ad faciendum treugam debēt intendere. 24.q.vlt. illi. 90. dist. per totum.
Quod frāgentes treugas sunt excōmunicandi. 24.q.vlt.
TRIBVTVM. Quod licitè datur tributum. etiam ab ecclesia, videlicet intuitu pacis, 23.q.1. quid.
Itē datur intuitu subiectionis, 11.q.1. magnū. Nota exemplum de Christo, qui dedit tributum.
Item intuitu solius quod quis possidet 15.q.8. tributum. & c. seq.
Item datur intuitu impensi officij vel impendendi, 18.q.2. Eleutherius.
Item datur intuitu cathedratici, 10. quæst, 3. per totum.
Item datur obtentu longæ consuetudinis, 1.q.4. quæstum. ante finem.
Quod nulla ecclesia construenda est sub tributaria conditione. de consecra. dist. 1. si quis basilicam.
TRIBVLATIO. Quod tribulatio patienter est toleranda, ne per impatientiam meritum mutetur in culpam. 7.q.1. cum percussio.
Quod Deus sæpe suis mordacissimum genus tribulationis immittit ad animæ medicamentum. 5.q.5. non omnis. Exemplum ibi de stimulo carnis Pauli.
Item mittit ad virtutis augmentum. 7.q.1. aduersitas. Exemplum ibi de naufragio Petri. 11.q.3. in cunctis.
Item mittit ad puniendum crimen commissum. 6. quæst 1. sunt plurimi. 7 q.1. cum percussio.
Item mittit ad consequendum æternum præmium. 7.q.1. suggestum.
Quod facit mundi honorem contēnere. 23.q.4. displicet. ante med.
Item facit ad bonum festinare. 23.q.4. cap. vlt. in fi.
Item tribulatio facit peccata deserere. 23.q.4. qui peccat. in fine.
Quod quando non grex nec fides, sed pastor quæritur, tribulatio est declinanda. 7.q.1. scisciteris.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate.

TRISTITIA. Quod nullus pro sua nec suorum morte tristari debet, 13. quæstione 2. quàm præposterum.
Quod illi qui de morte contristantur, videntur de spe resurrectionis dubitare. 13.q.2. vbicumque. §. seq. & c. seq.
TVTOR. Quod tutor propriè dicitur pupilli vel orphani: vel à parentibus emancipati. 87. dist. defensionis.
Quod triplex est tutela, videlicet testamentaria, quæ ex testamento constituitur: & legitima, quæ propter pro pinquitatem assumitur, & datiua, quę cuicumque confertur. 16.q.1. generaliter.
Quod tutela pupillorum in duobus consistit, videlicet vt vita à criminibus, & res ab iniuria impiorum seruetur. 12.q.1.c.1.
Quod ipse Deus iussit pupillis & egenis tuitionē impendi. 87. dist. defensionis.
Quod episcopus tamquam iudex tuitionem testamentariam non debet suscipere, & susceptam propter necessitatē, non per se, sed per archipresbyterū debēt agere: 88. dist. episcopus. & duobus cap. seq.
Quod licet clerici & etiam monachi non teneantur ad tutelam testamentariam vel legitimam vel datiuam, ad cautelam tamen miserabilium personarum omnes tenentur. 86. distin. peruenit. 87. dist. licet. 16.q.1. generaliter.
Quod clerici per episcopum possunt cogi ad egenorum tutelæ susceptionem. 88. distinct. decreuit.
VACATIO. Quod ecclesia cathedralis vltra tres menses non debet vacare pastore. 70. distinct. a. postquam. 64. distinct. obeuntibus.
Quod propter gregis periculum post tres menses electionis alij tres menses dantur pro petenda cōfectione. 50. dist. postquam.
Quod percipiendæ atque intuendę veritati vacandū est. 8.q.1. qui episcopatum.

Quod clerici qui diuinis officijs debent esse obligati, non debent terrenis actibus vacare. 21.q.3. molitus.
Quod vacatio contemplationis cordę appetenda est, sed aliquādo pro multorum salute postponenda est. 8.q.1. in scripturis.
Quod diabolus per incutiam vacantes facilius opprimit, & in ima vitiorum prosternit. de pœn. dist. 4. quęcumque.
VAGARI. Quod episcopus vacabundus nisi respiscat, primo excommunicatur, postea in monasterium retruditur. 7.q.1. peruenit. & ea. seq.
Quod clerici ab ecclesia non sunt habendi qui vagando sub nullius episcopi diligentia consistunt. 93. d. nulla.
Quod monachi vagari prohibentur, 16.q.1. iuxta. & c. seq.
Quod religiosi vagantes vt ad monasteria sua redeant, sunt compellendi. 16.q.1. quidam. 18.q.1 abbates.
Quod vaganti religioso sine sui superioris licentia non licet ordines recipere, nec diuina officia celebrare. 16. q.1. monachi. & c. seq.
Quod si quid religiosus vagando acquisierit, totum monasterij vbi professus fuerit, erit, 18.q.2. abbates.
Quod vagabundi religiosi post contemptum admonitionis, auxilio episcopi sunt carceribus tradendi, 18. q.2. abbates.
VANITAS. Quod nomen Dei non est in vanum assumendum. 22.q.2. animaduertendum.
Quod vanitas gentilium, poetarum, vel philosophorum, ipsorum auctoritatibus redarguitur, 37. dist. si quid.
Quod in prędicatione postponere auctoritatem prophetarum, & adducere auctoritatem philosophorum, vanitas est & curiositas sacrilega, 37. distin. si quis artem, & c. seq.
Quod omnis scientia quæ ad tropologiam, id est mores non conuertit, in vanitatem & in sensus obscuritatem deducit, 27. dist. monne.
VAS. Quod in ecclesia ad baptizandum & ad corporalia & pallas lauandum specialia vasa debent haberi, de cōs. di. 4. omnis presbyter. & dist. 1. nemo per ignorantiam, & quattuor c. seq.
Quod vasa sacrata non debent moniales nec inferioris gradus clerici tractare, 23. dist. sacratas, & c. non oportet.
Quod vasa sacrata & ecclesiastica inueterata debent comburi: & cineres vbi conculcari non possint, reponi. de conse. dist. 1. altaris.
Quod vasa ecclesiæ pro liberatione captiuorum & egestate miserorum sunt exponenda: quia melius est vasa viuentium seruare, quàm metallorum, 9.q.2. aurum.
Quod Paulus dicitur vas electionis, 22.q.5. si Paulus.
Quod vasis iræ Deus nunquam redderet interitum si nō inueniretur homo spontaneum habere peccatum. 23 q.4. Nabuchodonosor.
VATES, Quod vates à vi mentis appellatur: qui modo sacerdotem: modo prophetam, modo poetam significat, 21. di. clericos.
Quod illud quod vates gentilium de Christo prædixerunt, valet ad conuincendam paganorum vanitatem: sed non dat auctoritatem. 37. dist. si quid.
VELVM. Quod est velū professionis, quod datur fęminis anno duodecimo, 20.q.2. puella.
Item est velum consecrationis, quod datur anno vicesimoquinto, 20.q.1. placuit.
Item est velum prælationis, quod datur anno sexagesimo, 20.q.1. iuuentulas.
Item est velum ordinationis, quod datur anno quadragesimo, 27.q.1. diaconissam.
Item, est velum continentiæ obseruationis: & hoc est viduarum, 27.q.1. viduis.
Quod ad epsc. spectat virgines velare, 20.q.1. denotis.
Quod excepta ægritudine episcopus virgini velum non debet imponere, nisi in festo epiphaniæ, & per totas octauas Paschæ: & in festis apostolorum.
Quod nec abbatissę nec alteri monali aliquam velare licet, 20.q.1. statuimus.
Quod viduam nullus pōtifex velare debet, q.1. denotis.
Quod vidua ab altari velamen continentiæ potest susci pere, 27.q.1.v. duas.
Quod velatæ voto professionis, siue virgines siue viduæ matrimonium nō possunt contrahere, & contractum dirimitur, 17.q.1. si quis sacro, & c. hæ verò.
VENATIO. Quod aliqua venatio prohibetur, & aliqua permittitur, & aliqua conceditur.
Quod venatio arenāria qua quis pugnat cum bestia detenta in arena, prohibetur non solum facientibus, sed etiam aspicientibus. 86. dist. qui venatoribus, & c. seq.
Item hanc venationem exercens non solum infamis efficitur, sed etiam ab actione in iudicio repellitur, 3.q.7. c.1. §. ultra post princip.
Quo l venatio saltuosa, quæ fit in saltibus, vel syluis, si fit tempore debito, non prohibetur: si fit propter vilitatem non delectationem, laicis non clericis permittitur, 86. dist. quid prodest, 24. dist. quorumdam.
Quod maxime Germaniæ prælativenationi saltuosæ implicantur. ibid.
Quod venatio quę sit sine strepitu, sicut ponere rete vel laqueum, nō solum laicis sed etiā clericis conceditur: quod similis est piscationi, 76. distinct. Etsi. de consecr. dist. 5. numquam.

Quod venator inquantum venator non legitur sanctus. 34. distin. quorumdam. 86. distin. Ptau.
Quod qui videt venationem ad delectationem, videbit Christum ad contristandum. 86. distin. vident.
Quod parum prodest teuuare in cibis, & delectari in venationibus. 86. distinct. quid prodest.
Quod fouere venatorem propter artem suam, est peccatum. 86. di. 1. qui venatoribus.
VENDITIO. Quod emendi vilius & vendendi carius studium maxime clericis prohibetur. 14. quæst. 4. canonum.
Quod clericis permittitur vt pro mutuatis ab ipsis denariis res alias statuto tempore prout venduntur, recipiat. 14. quæstio. 4. si quis clericus.
Quod turpe lucrum sequitur qui ex cupiditate tempore messis vilius emit vt carius vēdat. 14.q.4. quicumque tempore.
Quod qui falsum iurando pro pecunia veritatem vendidit, Christum, qui veritas est, sicut Iudas vendit. 11. q.3. abijt.
Quod sicut iudex non debet vendere verum iudicium, sic nec testis verum testimonium. 14.q.5. non sane. 11.q.3. non licet.
Quod sicut iurisperitus potest vendere iustum consilium, sic aduocatus iustum patrocinium. ibidem.
Quod nullum diabolus tamquam seruum possidet, nisi qui se sibi peccatorum ære vendiderit, 15.q.1. nō est.

De venditione spiritualium habes vbi agitur de Simonia.

Quod Christus electi de templo vendentes & ementes, 16.q.7. & hoc diximus.
VENIA. Quod apud Deum nullas patitur moras veniæ conuersio. de pœ. dist. 1. serpens, in fi.
Quod Deus non dat veniam in errore durantibus, sed se corrigentibus. 24.q.1. legatur.
Quod cum in confessione peccati erubescentiam vincit timor Dei, sit venia criminis, de pœn. distin. 1. quem pœnitet.
Quod sit dignus venia ex desiderio sacerdotis, quem habere non valens socio confitetur turpitudinem criminis, de pœn. dist. 6. §. 1.
Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, 23.q.4. est iniusta. in fin. & cap. si ea, & cap. sequen. 36. q.9. loci. 86. dist. inct. inferiorum.
Quod non oportet prælatum, si excidit in correctione à subdito veniam quærere, 86. distinct. quando.
VENIALE. Quod venialia peccata dicuntur quotidiana, quia quotidie subrepunt, de pœn. dist. 1. medicina. §. tres sunt actiones,
Quod sit veniale in confessione quod fuit criminale in operatione, de pœn. dist. 1. quem pœnitet.
Quod quæ sunt venialia peccata habes 25. distin. vnum orarium. §. aliàs autem.
VERBERA. Quod fides verberibus non est exigenda, 45. dist. c. 1.
Quod ecclesia quosdam damnis, quosdam verberibus castigat, 12.q.2. fraternitas.
Quod ad correctionem subditorum virgarum verbera meritorię infliguntur, 23. quæst. 5. cap. 1. in fine.
Quod siue monachi, siue alij clerici de suis excessibus possunt verberibus coerceri, 20.q.vlt. monachum.
Quod episcopus nullum suis manibus debet verberare. 86. dist. non liceat.
Quod miseri sunt prælati, qui verberibus tantum vocant timeri, 45. dist. c. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Tormentis & de Correctione.

VERBA. Quod omnium rerum creatio & hominū recreatio fuit in verbo. 1.q.1. intra catholicam.
Quod in verbis sacramenta Christi conficiuntur. ibid. & c. de trahe.
Quod accedit verbum ad elementum, & fit sacramentū. 1.q.1 detrahe.
Quod an non minus est reus qui negligenter verbum Dei audit, quàm qui corpus Christi in terram cadere permittit. 1. quæst. 1. interrogo.
Quod qui exit dum verbum Dei proponitur, excommunicetur. de consecra. distin. 1. sacerdotes.
Quod verba ideo sunt instituta vt homines rogitationes in notitiam aliorum proferant, 22.q.2. his autem.
Quod verba non semper sunt accipienda sicut sonant; 23.q.1. paratus. ante med.
Quod Deus verba secundum proferentium intentionē accipit. 22.q.5. humanæ.
VERECVNDIA. Quod est verecundia virginalis, quæ est naturaliter in virginibus. 20.q.5. nec illud Exemplum ibi de Rebecca,
Item est verecundia vidualis. quæ verecundiam promittunt antequam iterato nubant, 33.q.2. non omnis.
Item est verecundia scmiconfitetius dum quis erubescit aliqua peccata confiteri. de pœn. dist. 3. §. siue autem, ver. inter hæc 1.
Item est verecundia plenè confitentis, & hæc est magna pars satisfactionis, quia de mortali facit veniale, de pœn. dist. 1. quem pœnitet, & cap. quamuis.
Quod propter verecundiam bonum non est dimittendum. de pœn. dist. 1. in actionem, in fi.
VERITAS. Quod veritas est cū illud asseritur quod est. 22.q.2. cum humilitatis.

Quod

Quod tunc exit aliquis a veritate Dei, cum a fide & charitate exit. 24.q.3.cum aliquis.
Quod veritas sacramentorum in sola ecclesia habetur catholica. 24.q.1.quia.
Quod in quibus nil interest ad habendum regnū Dei, verum vera putentur vel falsa, non refert. 22.q.2. in quibus.
Quod veritas præfertur etiam cōsuetudini, quia Christus non dixit, Ego sum consuetudo, sed veritas. 58. dist. veritate. & quatuor c. seq.
Quod ille non solum proditor est veritatis qui mendacium dicit, sed etiam qui veritatem liberè non pronūtiat. 11.q.3. nolite timere.
Quod veritatem pro pecunia negantes Deum negāt. 11. q.3. abiit.
Quod qui veritatem non defendit quam defendere conuenit, proditor est veritatis. 11.q 3. nolite timere.
Quod veritas non est in homine cum quis dicit se peccatorem esse cum non est. 22.q.2. cum humilitatis. & duobus cap. seq.
Quod non est sic vitanda arrogantia, vt veritas relinquatur. 22.q.2. non ita.
Quod non potest veritas occultari. 22. quæsti. 2. si quis.
Quod vbi de fide vel salute agitur, qui veritatem occultat, iram Dei super se prouocat. 11.q.3. quisquis. &c. nolite timere.
Quod melius est pro veritate pati supplicia, quàm pro adulatione cōsequi beneficia. 11.q.3. nemo peritorū.
Quod veritas cum non defenditur, opprimitur. 83. dist. error.
Quod tria solet impedire veritatem, videlicet carnalis amor, timor atque auaritia. 3. quæstione 5. accusatores vel testes. 3. 5. quæstio. 6. episcopus.
Quod à sacerdotibus & à prædicatoribus veritas liberè est prædicanda. 11.q.3. nolite timere. circa med.
Quod veritas bonæ vitæ propter nullum est dimittenda. 32.q.5. ita ne. & c. seq.
VESTIS. Quod vestes sunt multiplices, videlicet, episcoporum, quæ tam in veteri lege quàm in noua variæ sunt, & ex multis virtutibus debet resplendere vita pontificis. 40. dist. §. 1. 43. dist. sit rector. post medium.
Item sunt vestes ministrorum ecclesiasticorum, & hæ sunt variæ designantes varias virtutes quas debent habere. 40. dist. §. 1.
Quod cultui vestium ministrorum ecclesiæ primo ornatus actionis debet conuenire. 100. dist. rationis.
Item sunt vestes clericorum, quæ nec sordidæ nec fulgidæ debent esse. 41. distinct. §. 1. & cap. parsimoniam. & cap. clericus. & §. seq. 21.q.4. per totum.
Quod clerici siue intra siue extra non laicalibus, sed clericalibus debent vti, & non seruantes grauiter debēt puniri. 21.q.4. nullus eorum. & tribus cap. seq.
Item sunt vestes religiosorum, quæ debent esse humiles & despectæ, non diuersi & nobilis coloris. 20.q.1. cap. vlt. & 21.q.4. cap. 1.
Quod religiosi vestem professionis suæ nunquam debent deponere. 21.q.1. vidua.
Item nec existens in scholis vestem debet mutare religionis. 21. questione 4. nullus eorum.
Item sunt vestes clericorum, quæ cum secundum consuetudinem terræ deferuntur, à superstitiosis non sunt iudicandi. 30. distinct. si quis virorum.
Item sunt vestes pœnitentium, sicut cilicium, & similia. dist. 50. pœnitentes.
Item sunt vestes sacræ ecclesiarum, quæ debēt honestè seruari, & alteri vsui non sunt applicandæ. de consec. dist. 1. vestimenta.
Quod vestibus sacris non debēt alij homines vti, quàm sacrati ibidem.
Quod nullus prætextu pietatis inuoluat mortuum vestibus sacris. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.
Quod vetera vestimenta ecclesiæ debent comburi, & cinctus in patiete vel aliàs vbi euolucari non possunt, debent poni. de consecrat. dist. 1. altaris.
VIA. Quod via excellentior est charitas, quia sine ea ambulare non possunt homines, sed errare. de pœn. dist. 2. c. si quis semel. §. hæc est charitas,
Quod viam absque ductore non ingrediaris quam nūquam ingressus es. 16. quæstio. 1. si clericatus,
Quod Deus docet mansuetos vias suas. 19.q.1. vos autem.
VIATICVM. Quod viaticum dicitur eucharistia. 50. distinct. de his verò.
Quod viaticum nulli pœnitenti in morte est denegandum. 50. distinctione pœnitentes. 27. questione 1. virginibus.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia.

VICARIVS Quod vicarius cuiuscumque prælati in loco capituli tanquam eius vices gerens debet honorari. 24. dist. cap. vlt.
Quod subdiacono vices prælati possunt comminti. 64. dist. c. 1.
Quod nō debet esse laicus vicarius, quia indecorum est laicos iudicare. 16.q.7. in noua.
Quod omnes episcopi sunt vicarij apostolorum. 63. dist. quotum vices.
Quod qui contemnit vicarium, contemnit & illū qui posuit eum. 21. dist. in nouo.

VICE DOMINVS. Quod in quolibet episcopatu debet esse vicedominus, qui & hospitibus & casibus superuenientibus loco episcopi possit satisfacere. 89. dist. volumus.
Quod episcopi interest vicedominum constituere ibid.
Quod officium vicedomini debet esse de episcopatu disponere. 89. dist. diaconum.
VITIVM. Quod multiplex est vitium, videlicet morum, verborum, & corporum.
Quod vitia morum, quia obsunt animæ, sunt euitanda. 38 dist. quamuis errare. § sed licet. & c. sedulo.
Quod vitia morum dependent à voluntate. 56. dist. nasci, in fine.
Quod vitia sæpe se virtutes esse mētiuntur. 41. dist. sæpe.
Quod vitia verborum sunt toleranda, sicut in sanctis hominibus corruptio grammaticalis: quia non sunt voces ad aures Dei, sed animi affectus. 38. dist. sedulo. & c. seq.
Quod vitia corporum sunt discutienda, nec debēt esse in sacerdote, & maxime in prælato. 49. di. hinc.
Quodquidam vitiati corpore non debent promoueri ad sacros. 55. dist. per totum.
Item vitiati corpore qui remouentur ab ordine, intelliguntur propriè abscissi, non casu sed propria voluntate. 55. distinctio. si quis abscideritt.
Item vitiati corpore propria abscissione homicidę sui iudicantur, & sue conditionis inimici. ibid.
Quod seipsos in corpore vitiantes, non promouentur, sed etiam promoti deiiciuntur. 55. dist. si quis propriditudine. & cap. seq.
Quod carens quocumque casu oculo, quia est membrum notabile, non debet promoueri. 55. dist. si Euangelica.
Quod eunuchus per insidias factus, vel ita natus, potest promoueri vitio corporis nō obstāte. 55. d. eunuchus.
Quod cum propter egritudinem, vel violentiam, vel casu, quis corpore vitiatur, dummodo non sit cum magna deformitate, non priuatur ordine habito vel habendo. 55. dist. qui partem. & c. si quis pro egritudine. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Mutilatione.

VICTVS. Quod vtiliter vincitur cui licentia peccandi tollitur. 23.q.1. paratus. in fine.
Quod victo debetur misericordia, dummodo nō timeatur turbatio futura. 23.q.1. noli.

De hac materia habes vbi agitur de Bello, de Patientia, & de Hoste.

VIDVA. Quod vidua est quę post solenne fœdus nuptiarum morte interueniēte à viro suo diuisa fuerit. 34. distinct. presbyteri. § seq.
Quod debent viduę assiduè ecclesiam Dei bonis operibus & orationibus adiuuare. 81. distinct. cap. vlti.
Item debent stipendijs ecclesię substentari. 81. di. viduę.
Quod clericis & religiosis non debent esse multum familiares. 81. distin. clericus. & cap. seq.
Quod episcopi & aliarum ecclesiarū prælati, præcipue viduarum sustentationi & protectioni debent intendere. 87. dist. per totum.
Item debent viduis imperatores & reges idem facere. 23. quæst. 3. ab imperatoribus. & quæst. 5. regnum.

De viduis habes vbi agitur de Bigamia & in multis aliis locis.

VIGILIA. Quod vesperæ sanctorum vigilia dicitur, quia olim pro reuerentia solennitatis in orationibus pernoctabant. 76. dist. nosse.
Quod in seruitio etiam diuino vigilię immoderatę quę sensus integritatem diminuunt, non laudantur. de cōsec. dist. 5. non mediocriter.
Quod vigilia natalis domini cum ieiunio quatruor temporum ante celebrari debent. 76. dist. de ieiunio, in fine.
Quod vigilia Pentecostes sicut vigilia Paschæ in ieiunio est obseruanda. 76. dist. nosse.
VINCVLVM. Quod est vinculum curæ pastoralis, quod non soluitur nisi per superiorem. 7.q.1. sicut alterius. ibid.
Item est vinculum status matrimonialis, quod nō soluitur, nisi per mortem alterius.
Item est vinculum sententiæ excommunicationis, quod soluitur ab aliquante. 11.q.3. nemo contemnat vinculata. & plurib⁹ c. seq. & cap. cœpisti.
VINDICTA. Quod triplex est vindicta videlicet spiritualis, vt excōmunicatio, degradatio, suspēsio, depositio, immonasterium & in carcerem detrusio, & à publicis actibus repulsio: hęc locum habent in ecclesia. 23. q.4. forte.

De hac vindicta habes vbi agitur de Pœna.

Item est vindicta pecuniarię actionis: hæc etiam habet in ecclesia locum vbi bannum præcessit. 16.q.1. statuimus. vbi secūdum æstimationem iniuriæ pecunia recipitur. 17.q.4. quisquis. & c. si quis contumax.
Item est corporalis vindicta punitionis: hæc conuenit iudicibus ecclesiæ & seculi, sed non equaliter. 23.q.5. c.1.5.q.5.illi.
Quod vindicta corporalis detruncationis & occisionis est tantum sæcularium. 23.q.5. reos. & cap. sequen. & quæst. 8. præterea. & duobus cap. seq.
Quod vindicta non est inferenda. 23.q.4.§.1.
Quod omnis militia, vel propter propulsandam iniuriā, vel propter vindictam inferendam, instituta est. 23. q.1.§.1.
Quod vindicta aut fertur animo corrigendi, aut animo vlciscendi, si animo corrigendi, licitè infertur malis nisi sociam habeant multitudinem: quia tunc non potest salubris esse vindicta. 23.qu.4. non potest. 50. dist. vt constitueretur. in fine.
Item si timeatur obstinatio. 7.quę. 1. aduersitas. §. cum autem.
Item si timeatur schismaticum periculum. 23.q.4. quis quis, vel quod.
Item si timeatur maius malum ex vindicta. 50. dist. vt constitueretur.
Item si reatus occultus non est manifestatus per iudiciū. 23.q.4. forte.
Item si crimen soli iudici sit notum, quia tunc ex vindicta fit proditor. 2.q.1. si peccauerit.
Quod vindicta animo vlciscendi omnibus prohibetur. 23.q.4. ita plane. 46. dist. seditionarios. 24.q.1. quod debetur.
Quod vindicta priuata Deo est seruanda, qui dicit, Mihi vindictam, & ego retribuam. 23.q.1.§.1. post med.
Quod vindicta propria prohibetur, quę est ad vltionem. 23.q.1. nisi. & cap. paratus. & quæ. 4. hæc autem. §. ex his.
Quod illa quæ est ad correctionem, in dicibus exequenda præcipitur. 23. quæst. 4. est iniusta. & ca. seq. vsque ad c. ea vindicta.
Item exequenda est ab eis vindicta nō zelo propriæ iniuriæ, sed zelo iustitiæ. 23.q.4. & ita plane. & q.5. prodest.
Item non exequentes vindictam correctionis grauiter offendunt. 23.qu.4. si is qui. & c. si ecclesia. & c. est iniusta.
Item non vindicando dant alijs incentiuum delinquendi. 23.q.4. est iniusta, in fi.
Item prouocant non solum contra se, sed contra populum flagellum. 45. dist. sed illud. 23.q.4. si quos. & cap. si ea.
Quod quandoque in paucos vindicta exercetur, vt multitudo timeat. 23.q.4. quid faciet. in fi. & c. seq.
Quod episcopi & prelati non de facili debent ad vindictam accendi. 86. dist. si quid.
Quod non debet nos delectare vindicta quæ animum pascit alieno malo. 23. quæst. 5. de occidendis.
Quod in eo quòd Christus compescuit discipulos à vindicta Samaritanorum: innuitur quòd non semper procedendum est ad vindictam peccatorum. 23.q.4. c. Christus.

De hac materia habes vbi agitur de pœna & de Punitione.

VINVM. Quod vinum est luxuriæ incentiuum. 35. dist. luxuriosa. & per totam dist.

De vino habes vbi agitur de Ebrietate.

VIOLENTIA. Quod violentia est legibus inimica. 11.q.1. Christianis. in fine.
Quod clerici à laicis per violentiam opprimi non debent. ibidem.
Quod ecclesiæ res non violentia sed ratione debent exquiri. 16.q.6. cap. 1. & c. placuit.
Quod violēta confessio vel promissio non obligat. 16. q.1. cap. 1. & 2.
Quod violentias præcipuè personales in eodem instanti licet repellere, & clerico non euadendo sed defendendo. 23.q.1. quid.
Quod violentia absoluta excusat à toto. 34.q.2. non satis. 32.q.5.§.1. & cap. seq.
Quod violentia conditionalis excusat à tanto, sed non à toto. 2.q.1. in primis. ante medium. ver. gloriosus.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione & de Repulsione.

VIR. Quod vir aliquādo ponitur pro sexu. 32. quæst. 7. vxor.
Item vir aliquando ponitur pro virtute. 30. dist. si quis virorum.
Item aliquando ponitur pro ætate. 76. dist. episcopus. Vnde versus.

Vir notat ætatem, vir sexum, vir probitatem.

Quod quia caput mulieris est vir, melius debet viuere vir, & præcedere in omnibus factis bonis vxorem. 32.q.6. cap. vlt.
VIRGA. Quod Christus sine pecunia & sine virga misit apostolos, vt incentiua litis, & vt instrumenta exciperet vltionis. 2. 1q.3. ita. in fine.
Quod ideo dominus virgam non ferendam apostolis in via præcepit, vt nulli violentia inferatur. 20. quę. 3. præsens, post medium.
Quod disciplina patris vel magistri non debet esse in aliis tormentis quàm in virgarum verberibus. 25.q.5. c. 1. ante fin. & q.4. displicet. circa medium.
Quod Assur fuit Virga furoris domini, quia per eum in numerus gentes diuina iustitia flagellauit. 23. quæst. 5. remittuntur. §. proximo. circa princ.
VIRGINITAS. Quod est virginitas corporis & mentis quándo casti corpore fornicantur vel adulterantur mente. 32. quæst. 5. sicut enim. &c. si Paulus.

Item

Item est virginitas mētis & non corporis quando sine cō sensu quis tolerat quod alius operatur, 32. qu. 5. magis. & c. seq. & c. tolerabilius.
Item est virginitas corporis & mētis quam complectitur voluntas, & hæc dicitur gloriosa virginitas, 32. qu. 5. si cut enim.
Quod virginitas non est in præcepto, sed in consilio suaderi potest, non imperari, 32.q.1. integritas.
Quod virginitas cum humilitate est admirabilis, & Deo acceptabilis, 30. dist. hæc autem scripsimus.
Quod virginitas antefertur nuptiis, 32.q.1. nuptiæ.
Quod virginitas non debet voueri matrimonium detestando, 30. dist. si quis propter Deum. & c. seq.
Quod sicut nuptiæ terram, sic virginitas implet paradisum, 32.q.1. nuptiæ.
Quod prodest parentibus ad salutem si eorum proles in virginitate perseueret, 33.q.5. tunc saluabitur.
Quod virginitas sine bonis operibus non saluat. ibidem.
Quod cum virginitas sine consensu corrumpitur, meritā castitatis duplicantur, 32.q.5.§.1.
Quod virgo sic corrupta inter alias virgines non conseceratur, 15.q.1.c.vlt.
Quod cum Deus omnia possit, virginem corruptam nō potest facere incorruptam, 32.q.5. si Paulus.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate, & de Continentia.

VIRTVS. Quod Deus est virtus & sapiētia quæ in vtero virginis ædificauit sibi domum, 56. dist. nasci.
Quod sunt tres virtutes theologicæ: fides, spes, & charitas de consec. dist. 2. quia passus.
Quod de virtute in virtutem sunt gradus: quia vnaquæque virtus quasi quibusdam gradibus augetur, de pœ. dist. 2. §. cum sanctam. vsque ad §. seq.
Quod virtutes sunt animæ ornamentum. de pœn. dist. 2. §. Romanos. in fi.
Quod hoc ornamento virtutum maximè clerici & prælati debent vti, 40. dist. §. 1.
Quod sunt quasi picturæ ad animæ ornamentum: quia illa anima à Deo depingitur quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, de pœ. dist. 2. Romanos. post me. & c. illa anima.
Quod non ex parentibus sed ex voluntate tua nascentis causa est vitiorum, atque virtutum, 56. dist. nasci.
Quod ille est virtute Dei mirabilis, qui ex parētibus prosus à virtute alienis natus virtute resplēdet, 56. dist. nūquam. in fi.
Quod qui propria virtute decoratur, parentum suorum non dedecorat opprobriis, 56. dist. nunquam.
Quod non vitia sed virtutes parentū debēt filij amplecti.
Quod virtute non generis nobilitate gratia comparatur, 40. dist. illud.
Quod nec ad virtutem nec ad vitia necessitate quis trahitur, sed libero arbitrio. de pœ. dist. 2. §. item opponitur. post med.
Item non est virtus quòd sit ex necessitate.
Quod virtus simul cum vitiis haberi non potest, de pœ. dist. 2. §. ex præmissis.
Quod virtus per vitia & peccata priuatur, de pœn. dist. 2. consideret. §. dolendum.
Quod virtus adipiscitur cum vitio renuntiatur, egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum, 32.q.1. cū renunciatur.
Quod virtus in aduersitate probatur, 7.q.1. aduersitas, & c. seq.
Quod virtutes negantur esse verè apud infideles, quia nō promerentur gratiam, 28.q.1. omnes. §. ex his. circa fi.
Quod vbi deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falsa virtus est etiam in optimis moribus, ibidē. §. proximo.
VISIO. Quod visio est duplex, videlicet spiritualis, qua per fidem Deus aspicitur, 24.q.1. quia.
Quod visio spiritualis obscuratur per malam, & maximè per carnalem operationē, 49. dist. hinc. circa med. ver. lippus.
Item per arrogantiam & scientiæ præsumptionem, quia talis à charitate veræ visionis se excludit, 49. dist. hinc. versic. albuginem.
Quod exacuitur tanquam collyrio per bonam operationem, ibidem. ver. collyrio.
Item exacuitur per sui despectionem & humilitatem. ibidem, ver. albuginem.
Item exacuitur temporalium postpositionē, 7.q.1. in scripturis, & 7.q. aduersitas. post medium.
Item exacuitur per superiorem ingem cōtemplationem, 88. dist. decreuit. exemplum ibi de scala Iacob.
Quod est visio corporalis, qua videntur temporalia, 47. dist. sicut 2.
Quod visione corporali prohibemur videre lasciua, 32. q.5. nec solo.
Item prohibemur videre iocos & ludos indebitos, 86. di stin. c. vident homines.
Quod peccatores in futuro videbunt Christum corporaliter, & contristabuntur, 86. dist. vident.
Quod boni videbunt gloriam magni Dei, & beatificabūtur, de consec. dist. 5. iciunium.
VISITATIO. Quod episcopus per se vel per alios honestos si sit impeditus, debet diœcesim suam visitare. 10.q.1. decernimus, & c. seq.
Quod visitando inquirere debet de vita clericorum & ortu ecclesiarum, & de reparationibus, si fractæ sunt, 10.q.1. episcopum.
Item debet visitando statum laicorū videre si in fide sint stabiles, si diuersa crimina, sicut homicidium, adulterium, periurium, & cōsilia fugiant, & Resurrectionē credant, 10.q.1. placuit. & q.3. cauendum.
Item visitando non debet expensas cum grauamine sed cum moderatione exquirere, 17.q.3. cauendum, & c. relatum.
Quod episcopus visitando quinquagenarium numerum equorum non debet excedere, nec plus quàm vna die in parochia stare. 10.q.3. inter cætera.
Quod omni anno tenetur semel episcopus diœcesim suā visitare, 10.q.1. relata. & c. decernimus.
Quod visitando temporale pro suo obsequio potest recipere stipendium, 12.q.2. charitatem.
Quod episcopus si non visitat, loco visitationis procurationes non exigat, 10.q.1. relata.
Quod episcopi visitandi & hortandi & exhortandi gratia, vel quoties necessitas exigit, possunt monasteria religiosorum non exempta visitare, 18.q.2. visitādi, & c. non semel.
Quod in visitatione lucrum animarum non temporaliū rerum debet quærere, 10.q.3. cauendum.
Item visitando non debet in visitandos crudeliter desæuire, 10.q.3. cauendum.
Item in visitatione in dubiis coram senioribus canonicis veritatem debet perquirere, 86. dist. si quid.
Quod per superiorem prouidetur de visitatione ecclesiæ viduatæ, 61. dist. obitum. & tribus c. seq.
Quod ecclesiæ vacanti de anno in annum visitatio variatur, 7.q.1. constitutum.
Quod vni visitatori plures ecclesiæ visitandæ committi possunt, 12.q.1. quoniam.
Quod episcopi Italici immediatè ad curiam Romanam spectantes, de anno in annum limina Apostolorum & Romanam curiam visitare tenentur per se vel per litteras, & se de impotentia debent excusare, 93. dist. iuxta sanctorum.
Quod vltramontanis, quia de longinquo sunt, conceditur, vt de visitatione litteris se excusent, 93. dist. iuxta.

De visitatione habes vbi agitur de Inquisitione.

VITA. Quod vita præsens quæ inter cœlum & infernū sita est, vtrorumque ciues recipit. 23. quæst. 4. hæc autem. 32. quæst. 4. recurrat.
Quod in hac vita non est retributio malitiæ vel virtutis: & si aliqua sit, non sit secundum condignum, sed est quidam gustus. de pœn, dist. 3. c. si quando. §. quanquam.
Item in hac vita boni (vt frequentius) affliguntur, & mali prosperantur. ibidem.
Quod sancti quando commoda vel auxilia temporalia quærunt, non transitorię vitæ, sed ecclesiæ cuius vtilitati intendunt, cōsulunt, 23.q.3. Maximianus. Exemplū ibi de Paulo.
Quod vita communis debet esse clericis (& maximè religiosis) qui vitam apostolorum imitari volunt, 12. q.1. dilectissimis.
Quod vita apostolorum erat vna, quia erat multitudinis credentium cor vnum & anima vna in Deo.
Quod vita animæ est Deus, anima vero vita est corporis, quia sicut corpus sine anima viuere non potest, ita nec anima sine Deo. de pœn. dist. 1. refusitatur.
Quod corpus Christi vita est mundi. de consec. dist. 2. Christus. & c. in Christo.
Quod vita actiua & contemplatiua commendatur, 8.q.1. olim. & c. in scripturis.
VNCTIO. Quod vnctio interior (videlicet inuisibilis, quæ est per Spiritum sanctum) nunquam arescit, de pœnit. distinctione 2 quærendum. circa princ. versic. vnctio.
Quod est vnctio exterior multiplex, videlicet baptismalis, 1. dist. ecclesiasticarum.
Item est vnctio baptizandorum, quæ fit in pectore & in scapulis, 1. dist. ecclesiasticarum. ibid. de consec. dist. 4. deinde à sacerdote.
Item est vnctio baptizatorum, quæ fit per sacerdotem cū chrismate in summitate capitis. de cōsec. dist. 4. postquā ascendit. & c. seq.
Item est vnctio confirmationis, quæ fit in fronte, ministerio tantum pontificis, 95. dist. presbyteros.
Item est vnctio extremæ vnctionis, quam potest episcopus & sacerdos cuilibet cōferre pro oleum infirmorū. ibid. & c. illud superfluum.
Item est vnctio regalis, quæ fit in brachio, 2.q.7. plerunque. §. item in libro.
Item est vnctio sacerdotalis cuius manus tātum oleo cū chrismate inunguntur, 23. dist. præterea, 16.q.1. generaliter. §. ecce sufficienter.
Item est vnctio pōtificalis super manus & caput. 23. dist. episcopus.
Quod episcopus & sacerdos semper in corde debet cogitare & aduertere quid sua vnctio repræsentet. 8.q.1. licet, in fi.

VNITAS. Quod nihil cōtrarium infert diuersitas vbi est fidei vnitas, 7.q.1. nihil.
Quod vnitas repræsentat in nobis Dei similitudinem, vt sicut à Deo vno omnes per creationem, sic ab homine vno per propagationem, 33.q.vlt. hæc imago.
Item repræsentat naturæ nostræ imaginem & originem: quia omnes ab vno. ibid.
Item repræsentat nascentis ecclesiæ institutionem: quia licet Christus omnibus apostolis dedit auctoritatem, tamen vni Petro commisit ecclesiam, ad manifestandum ecclesiæ vnitatem, 24.q.1. loquitur. circa prin.
Quod consistit vnitas ecclesiæ in sacramentorum Christi communione. de consec. dist. 4. est vnitas, & dist. 24. quia passus.
Item consistit vnitas ecclesiæ in multorum filiorum suorum per dilectionem cōnexione, 24.q.1. loquitur. pro quo dicitur ibi, vna columba, vnum corpus, &c.
Item consistit in membrorum ad caput conjunctionē: quia non se vnitati capitis communicat qui se partem faciens, à capite se separat, 24.q.1. schisma.
Quod extra vnitatem ecclesiæ nō valet spiritualis iurisdictio. 7.q.1. factus. c. Nouatianus. in fine.
Item non prodest sacramentorum perceptio, 7.q.1. scire, 24.q.1. pudenda.
Item nihil est miraculorum operatio, 1 q.1. tem amus.
Item inutilis est pro fide martyrij susceptio, 90. d. s. n. quę ad Cain.
Item non est peccatorum remissio, 24.q.1. quicunque.
Quod contiuium est Christi vnitas fidelium in vn cuo pacis, 23.q.4. ipsa pietas.
Quod nō possunt duo vel tres in nomine Christi in vnū colligi qui à Christo sunt separati, 24.q.1. alienus. in fine.
Quod non multitudinem deprecantium, sed vnitatem audit Deus, 24.q.1. alienus.
Quod profanus & hostis est qui ecclesiæ non tenet vnitatem, 7.q.1. Nouatianus. 24.q.1. alienus.
Quod Christiani scindentes vnitatem ecclesiæ, infideles reputantur, 7.q.1. quoniam. in fi. vbi antichristus dicitur quisquis est talis.
Item temporaliter & æternaliter puniuntur, 24.q.1. non afferamus.
VOLVNTAS. Quod volūtas est animi motus ad aliquid imitandum vel non imitandum vel adipiscendū, 15.q.1.§.1.
Quod voluntas hominis est causa vitij vel virtutis, 56. dist. nasci. 7.q.1. sciendum, 15.q.1.§. ex voluntate, in principio quæstionis.
Quod vsque adeo peccatum voluntarium malum est, quòd nullo modo sit peccatum nisi sit voluntarium, 15.q.1.§.3. ibid. & c. merito. & c. illa.
Quod nemo teneatur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit, 15.q.1. non est.
Quod Deus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium, 24.q.1. odio. in fine.
Quod sicut voluntarium seruitium elegit sibi Christus: sic & diabolus, 15.q.1. non est.
Quod voluntatem alteri subiicere propter Deum, præcipuum sacrificium est, 8.q.2. sciendum.
Quod bonum opus non valet nisi ex bona voluntate proficiscatur, 86. dist. non satis, 20.q.1. per totum.
Quod lex humana opus non voluntatem requirit, 15.q.1. si quis non.
Quod volūtas pro opere reputatur cum deest facultas, de pœn. dist. 1.§.si mulier.
Quod iustitia ex opere non consumatur, nisi affuerit & volūtas, 32.q.5. sicut enim.
Quod mala voluntas pro facto reputatur, 22.q.5. qui petierare, 27.q.1. nuptiarum, 32.q.5. si Paulus. vbi dicitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.
Quod quæ inferuntur reluctātibus, crimen non habēt, 15.q.1. non est.
Quod quando ea quæ propter bonum & licitum fiunt: si præter voluntatem in eis malum contigerit, non imputatur, 23.q.5. de occidendis.
Quod licet voluntas sit liberi arbitrij, tamen mala volūtas non est libertati dimittenda, 23.q.4. displicet.
Quod malorum voluntas meritoriè impeditur. ibid. ante medium.
Quod mala voluntas meritoriè ad bonum cogitur. ibid. per totum. & q.5. ad fidem.
Quod nemo damnatur nisi merito malæ voluntatis, nec liberatur nisi bonam habuerit voluntatem, 23.q.4. displicet. ante med.
Quod homo debet seipsum propria voluntate iudicare dum potest: ne cum iam non possit, præter voluntatē à domino iudicetur. de pœn. dist. 1. in actione.
VOTVM. Quod duplex est votum, videlicet de malo, & illud est rescindendum, 22.q.4. in malis, 33 quæst. 5 vna sola.
Item est votum de bono, & illud est generale sine quo non est salus, sicut illud quod vouemus in baptismo, scilicet renuntiare diabolo, 17.q.1. sunt quædam. de consec. dist. 4. prima.

Item

Item est votum speciale, sine quo habetur salus Dei, ad quod nullus tenetur nisi volendo se obligare: sicut est votum de castitate, de abstinentia, de peregrinatione, & huiusmodi, 17.q.1. sunt quædam.
Quod votum speciale per verba de præsenti emissum præcise obligat, nisi minor ætas impediat, 20.qu.2. puella. 22.q.5. pueri. 34.q.5. mulier.
Item nisi impediat publica vtilitas, sicut contingit in trãslationibus religiosorum per superiores ad ecclesias regendas, 7.q.1. qualiter.
Item nisi impediat matrimonium: quia vnus sine altero castitatem vouere non potest, 27.q.2. Agathosa.
Item nisi impediat maioris voti susceptio, 19.q.2. duæ.
Item nisi impediat seruilis conditio, 54. dist. generalis.
Item nisi impediat superioris cõtraria inhibitio, 33.q.5. manifestum. vbi dicitur, Mulier sine consensu viri vouere non potest, nec monachus sine cõsensu abbatis, 20.q.4. monacho.
Item nisi impediat seruens infirmitatis passio, 17.q.2. Gõsaldus.
Quod votum licitum Deo promissum semper est implẽdum, 33.q.5. quod Deo.
Quod votum debet fieri cum deliberatione, 27.qu.1. de viduis.
Quod votum cum deliberatione factum, siue voce exprimatur siue non, apud Deum obligat, 17. quæst. 1. qui bona.
Quod incautum votum non est seruandum, 22.q.4. per totum.
Quod quæ in facie ecclesiæ in manu episcopi castitatem vouerunt, & vestem decentem castitatis assumpserũt, si spontanea voluntate postea dimiserunt, damnationem perpetuam incurrunt, 27.q.1.c.1.
Quod videtur si in occulto fiat professio religionis vel castitatis in manu episcopi, quasi votum non potest violari, 27.q.1. viduitatis.
Quod vouentibus non solum nubere, sed etiã velle nubere damnabile est, 17.q.1. vouentibus.
Quod simplex votum impedit matrimonium contrahẽdum, sed non soluit iam contractum, 27. dist. quidam. & c. si vir. ibidem. 17.q.2. nos.
Quod fœminæ propria voluntate castitatem vouentes si nupserint, sunt in matrimonio permittendę, 27.q.1. de viduis.
Quod post solenne votum soluitur matrimoniũ contractum, 27. dist. vouentibus. & tribus c. seq. 27. quæst. 1. viduas.
Quod votum religionis solennizatur quãdo persona ad votum apta per professionem se obligat, 27. q.1. vidua quidem.
Quod clericus sine consensu episcopi potest religionem vouere, 19.q.2. duæ.
Quod simulatio siue fictio voti ex inhonesta causa sicut spes prælaturæ vel cõsimilẽ semper obligat ad religionem siue castitatem, 27. dist. quod interrogasti, 27.q.1. viduas à proposito.
Quod vtroque coniugum cõsentiente votum castitatis emissum est seruandum, 33.q.5. quod Deo.
Quod coniuges castitatem vouere non debent, nec se separare sine conscientia episcopi, 27.q.2. si vir.
Quod beata virgo vouerat se virginem perseueraturam nisi Deus ei aliter reuelaret, 37. distinct. sed quæritur.
Quod melius est nubere quàm periculosè vri, 32.qu.5. si Paulus.
Quod causa aliquem conuertendi non licet votum castitatis infringere, 32.q.8. non solum.
Quod votum castitatis impediens grauiter peccat & est excommunicatus, 32.q.2. hoc sanctum.
Quod melius est non vouere quàm votum non perficere, 12.q.1. scimus.
Quod votum velle retractare damnabile est, 27. dist. vouentibus, 17.q.1. vouẽtibus. & c. seq. vbi dicitur quòd Ananias post votum pecunias defraudauit.
VSVRA. Quod vsura est vbi amplius requiritur quàm datur, 14.q.3. vsura.
Quod non solum in pecunia, sed in acceptione cuiuslibet rei vltra sortem committitur vsura, 14.q.3. putant.
Quod accipere aliquod emolumẽtum de mercibus mercatorum ratione mutui, vsura est, 14.q.3 plerique.
Quod qui emit vilius vt vendat catius, maximè clericus, vsurarius est, 14.q.3. canonum.
Quod mutuum siue in grano, siue in vino, vel in simili, cum repetitur secundum commune forum est, etiamsi plus accipit, vsura non committitur, 14.q.4. si quis clericus.
Quod videtur ꝙ ab hoste quem licet impugnare, liceat vsuram accipere, sicut & licet animalia sua tollere, 14.q.4. ab illo.
Quod clericus, nec suo, nec alieno nomine vsuras debet accipere, 46. dist. sicut non.
Quod publicè cõuictus de vsura, vlterius ad ordines nõ est promouendus, 33. dist. maritum, & 46. dist. seditionarios, 47. dist. per totum.
Quod clericus de vsura publicè conuictus, est de ordine & dignitate deponẽdus, 47. dist. episcopus. & quattuor cap. seq.
Quod monasterium recipiens vsuras, tenetur ad vsuras persoluendas, 54. dist. generalis, 14.qu.4. quid dicam.
Quod nulli licet accipere vsuras, 14.q.4. per totum.
Quod videtur quòd ad vsuram accipere sit peccatũ. 85. dist. error. 24.q.3. non in inferenda.
Quod tempore necessitatis ad vsuram potest accipi, 24.q.1. qui.
Quod de Vsura non potest fieri eleemosyna, 14.q.5. immolans.
Quod felix est Vsura, vbi pro paruo denario pauperi dato, centuplum accipimus à domino, 46. dist. sicut non.
Quod Vsurarius non verè pœnitet, nisi vsuras restituat, 14.q.4. quid dicam. & q.6. si res,
VSVCAPIO. Quod vsucapio est acquisitio dominij per cõtinuationem temporis. 16.q.3. placuit. §. potest, in fine. & §. quas actiones.
Quod plura exiguntur in vsucapione, videlicet bona fides circa initium: iustus titulus qui varia nomina sortitur, sicut titulus emptionis, titulus donationis, titulus dotis, titulus pro legato, & consimilia.
Item exigitur continua possessio, & quòd sit res mobilis, de quibus omnibus habes, 16.q.3. placui. §. potest. per totum.
VSVS. Quod illud quod in communi vsu est, consuetudo vocatur, 1. dist. consuetudo.
Quod vsum paruum lex & ratio vincere debet, 11. dist. cap. 1.
Quod vsus auctoritati cedere debet, 11. dist. vsus.
Quod male possidet, qui male vtitur, 14.q.4. quid dicam. in fin.
Quod vtendum est temporalibus secundum vsum eorũ cum quibus conuersamur, 41. dist. delicię. & c. 1. quod dicit.

De vsu habes vbi agitur de Consuetudine.

VSVRPATIO. Quod vsurpatio est ordo illegitimus, 1.q.1. quod pro necessitate.
Quod vsurpatio est nõ concessa præsumere, 93. dist. illud.
Quod vsurpatiuè dicuntur ordines recepisse vel dignitates, qui non iuxta sanctorum statuta susceperũt, 63. dist. quia sancta.
Quod vsurpatio furtiua præiudicium non generat, 93. dist. illud.
VTILITAS. Quod plurimorum vtilitas præponenda est vtilitati paucorum, 7.q.1. scias.
Quod mutationes prælatorum nõ debent fieri nisi causa vtilitatis, vel necessitatis. 7.q.1. mutationes. vbi ponitur exemplum quomodo Petrus dimissa ecclesia Antiochena iuit ad Romanam propter maiorẽ vtilitatẽ.
Quod nec nobis, nec aliis vtiles esse debemus cum damno alterius. 7.qu.1. mutationes. in fi. & quattuor c. seq. 14.q.5. denique.
VXOR. Quod vxor subdita esse debet viro, 30.q.5. fœminæ; 33.q.5. est ordo. & c. seq.
Quod vxor non est dimittenda, nec propter sterilitatem, nec propter deformitatem, nec propter cæcitatẽ, nec propter lepram, nec propter aliquid simile, nisi excepta causa fornicationis, 32.q.5. si vxorem.
Quod maritus debet habere vxorem suam in dilectione & debita disciplina. §. Salomon. 33.q.5. c. vlt.
Quod qualiter quisque vxorem suam vult inuenire, talis debet inueniri ab illa, 32.q.6. si ducturi estis.
Quod vbi melius viuit vxor quàm vir qui caput est, capite deorsum pendet domus, 32.q.5. c. vlt.
Quod vxorem solus maritus debet iudicare, ideſt, corrigere, 7.q.1. sicut alterius.
Quod sunt tanquam vxores non habentes, vbi salua est charitas connubiorum, & cessant opera nuptiarum. 31. dist. lex continentiæ.
Quod vxoris & viri in matrimonialibus eadem conditio censetur. 32.q.5. præcipit.
Quod eadem castimonia debetur à viro, quæ ab vxore, 32.q.4. nemo.
Quod vxori reddere debitum quãdo exigitur à viro, vel econuerso, est meritorium, 33.q.5.c.1.
Quod vxorem cognoscere debito & moderato affectu, siue causa reddendi debitum, siue causa prolis, non est peccatum, 33.q.5. cap. 1. 13. dist. c. 2.
Quod cognoscere moderatè causa vitãdæ fornicationis hoc secundum veniam concedit apostolus, & creditur esse veniale, 32.q.2. quidquid.
Quod cognoscere immoderato affectu causa satiandæ libidinis, est mortale peccatum. 32.q.4. origo. & c. liberorum.
Quod cognoscere contra naturam, hoc grauius est quã cum matre propria. 32.q.7. adulterij.
Quod vxor non debet cognosci tempore menstrui, vel ante purificationem puerperę, vel ante ablactationem primam pueri, quæ est quando mater nimis abundat lacte. 5. dist. ad eius vero.
Quod iniquus est qui castam & bonam dimittit vxorẽ, 14.q.1.c.1.
Qđ fatuus est qui in adulterio perseuerãtẽ retinet vxorẽ.
Quod meritum est adulteram pœnitentẽ recipere vxorem. 32.q.1. quod autem. & c. non erit. & c. apud.
VXORICIDA. Quod vtrum in adulterio deprehensam liceat occidere vxorem, habes, 33.q.2. interfectores. §. seq. & c. inter hæc.
Quod vxoricida per sententiam debet compelli publicã agere pœnitentiam. 33.q.2. qu cunque. & c. seq.
Quod vxoricidis coniugium denegatur nisi propter periculum incontinentiæ cum adolescentibus dispẽsetur. 33.q.2. interfectores. & c. in adolescentia.
Quod innocentem vxorem occidens, grauissima pœna exemplo Astulphi est puniendus, 33.q.2. admonere.
XPS. Quod Iesus Christus Dei filius natus est de virgine Maria. de conse. dist. 3. c. vlt.
Quod Christus veniens in fine temporum retraxit omega, quæ est Græcorũ vltima littera, ad alpha, quæ quantum ad escas renouando extremitatem traxit ad principium, 35. dist. ab exordio.
Quod Christus qui verus pontifex fuit, ideo de adulterinis commistionibus nasci voluit, vt sic natis daretur fiducia promotionis, 61. dist. dominus.
Quod Christus dicitur pastor pastorum, 2.q.7. testes. §. Christus.
Quod Christus bonus hospes dicitur, 24. quæst. 1. quæ dignior.
Quod Christus venditur cum veritas venditur, 11.q.3. abiit.
Quod Christus est panis, de quo qui manducat viuet in æternum. de conse. dist. 2. Christus, & tribus c. seq.
Quod Christus vna passione saluauit mundum, de conse. dist. 2. iteratur.
YCONOMVS. Quod œconomus & vicedominus pro eo, accipitur, 89. distinct. volumus. & duobus c. seq.
Quod quælibet ecclesia cathedralis debet œconomum habere qui cum arbitrio episcopi debet res ecclesiæ gubernare, 89. dist. diaconum, & c. seq. 9.q.3. cum simus, 12.q.2. vobis.
Quod ecclesiarum œconomus clericus debet esse, 89. dist. indicatum, 16.q.7. quoniam, & c. in nona.
Quod plures œconomos vna ecclesia potest habere, 12. q.2. charitatem.
Quod œconomus episcopatus per episcopum debet institui, 89. dist. volumus, & c. indicatum.
Quod œconomus episcopatus præcipuè debet intendere qualiter episcopo mortuo vel amoto res ecclesiæ in scripturis pro futuro episcopo debet conseruare, 75. dist. quoniam. in fi. 12.q.2. charitatem, & c. illud, & c. non liceat.
YMAGO. Quod imago Dei dicitur homo, quia sicut Deus principium est omnium per creationem: sic homo primus aliorum est principium per propagationem, 33.q.vlt. hæc imago.
Quod dicitur factus ad imaginem & similitudinẽ Dei, quia anima eius pudicitia & aliis virtutibus fuit picta. de pœn. dist. 2. §. Romanos. & c. illa anima.
Quod imago virtutum dedit & dat animæ pulchritudinem & pretiositatem.
Quod tunc homo ab imagine cecidit quando virtutes amisit.
Quod imagines sanctorum non sunt contemnendæ, sed venerandæ, de conse. dist. 3. venerabiles.
Quod imagines & picturæ sanctorum sunt libri & scripturæ laicorum. de conse. dist. 3. perlatum.
Quod non imaginum pictura est adoranda vel venerãda, sed res per ipsam representatæ, de conse. dist. 3. perlatum, & c. venerabiles.
Quod Christus sub imagine crucifixi cum imaginatur vel depingitur, gratia nobis præteriti beneficij representatur. de conse. dist. 3. sextam.
YMNVS. Quod Saluator & Apostoli nobis dederunt exemplum Hymnos decantandi. de conse. distinct. 1. de Hymnis.
Quod Maria soror Aaron post transitum maris rubri Hymnum Deo cãtauit, 2.q.7. plerumque. §. item obiicitur.
Quod hi duo hymni Alleluia, & Gloria in excelsis Deo, ab angelis decantati sunt. de conse. dist. 1. hi duo.
YPOCRISIS. Quod hypocrisis prouenit ex imperitia dum quis simulat habere quod non habet, 11.q.3. si quis vero.
Quod religiosus qui cadit à proposito, & simulat propositum, est hypocrita, & peior apostata, 12.q.1. certè.
Quod ad hypocrisim tendit qui pluribus cõfitendo peccata diuidit confessionem. de pœn. dist. 5. §. doleãdum. ante fi.
Quod hypocrita licet viuat corporaliter: mortuus est tamen spiritualiter, 12.q.1. nolo. ante fi.
Quod nemo amplius ecclesiæ nocet quàm qui peruertẽdo agens nomen vel ordinem sanctitatis gerit, 83. distin. nemo.
Quod hypocritæ in ecclesia bonis corporaliter sunt misti, sed per pessimam vitam separantur, 14.q.3. de illis.
Quod hypocrita dicitur qui festucam in oculo fratris videt, & trabem in suo non considerat, 32.q.6. §. 1.
Quod vbi hypocrisis regnat, humilitas locum non habet. de pœn. dist. 1. item taciturnitas.

De hac materia habes vbi agitur de Simulatione.

YSAAC. Quod Isaac fuit filius liberæ & hæres, 32.q.2. non omnis.
Quod Isaac fuit vnus ex tribus quibus pepercrũt liberæ & ancillę, 32.q.4. recurrat.
Quod domus Isaac non fuit ex omni parte beata: quia domum Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. 47. dist. quantumlibet.

Quod

Quod Isaac benedixit filio suo Iacob, 24.q.3. cum ergo. §. si qui.
Quod Isaac cum Rebecca sepulti sunt in Ebron, 13.q.3. Ebron.
ZACHARIAS. Quod Zacharias papa deposito rege Francorum, quia inutilis & vilis vitæ erat, Pipino patri Caroli regnum tradidit: & omnes nobiles à iuramento fidelitatis absoluit, 15.q.6. alius.
Quod Zachariæ patri Ioannis angelus in templo apparuit, & super oratione exauditus fuit, 1.qu.1. nonne.
ZACCHÆVS. Quod Zacchæus defraudata in quadruplum restituit, 12.q.2. cum deuotissima.
Quod Zacchæus male acquisita plus reddenda quàm donanda docuit. 4.q.5.c.vlt. in fine.
Quod Zacchęus est exemplum, quòd de multis male acquisitis multa pauperibus dari debent, & plurima restitui, 26.q.7. affectum.
ZELVS. Quod Zelus propriè dicitur amor viri in vxorem, 2.q.1. si peccauerit, in fine.
Item zelus quandoque ponitur pro inuidia, 90. dist. neque. exemplum ibi de Cain, qui fratri inuidit.
Item quandoque ponitur pro amore, 23.q.4. quid crudele, exemplum ibi de Moyse, qui idololatras ex amore puniuit.
Item quandoque ponitur pro ira, 23.q.8. lege exemplũ ibi de Simone Chananæo qui serpentes in magos retorsit.
Item quandoque ponitur pro suspicione, 27.q.1. nec aliqua. Exemplum ibi de sponsa quam zelat sponsus.
Item quãdoque ponitur pro seueritate, 27.q.1. hi ergo. Exẽplum ibi de moniali apostatricæ, & de pœna eius.
Quod zelus indifferetus reprobatur, 24.q.3. non imperpetuum.
Quod zelo iustitiæ debet fieri vindicta, non amore vindictæ, nec ex odio, 23.q.4.§. vlt.
Quod Deus est zelotes vindicãs in tertiam & quartam generationem, 1.q.4 homini qui similis. §. econtra.
Quod zeli ardor erga rebelles ecclesiæ exhibitus commendatur, 23.qu.5. excommunicatorum, 43. dist. sed illud.
Quod zelo apostolicæ vltionis simonia in ortu suo dãnata est, 1.q.1. fertur.
Quod zelo disciplinæ iusti peccatoribus indignantur, 45. dist. vera iustitia.
ZIZANIA. Quod zizania mista tritico & crescens cũ ipso innuit quòd in hac vita boni mali cõmisti sunt, nec congruè separari possunt, 11.q.3. nolite recedere. Exemplum ibi de Iebusæo quem filij Israel euellere non potuerunt.
Quod cauendum est ne vitãdo zizaniam, dominica perdamus frumenta, 19.q.2. ita nos. in fi.
Quod toleranda est zizania, id est, mali, si fides non impeditur & charitas nostra, 23.q.4. quidam.
Quod in hac vita non possit plenè discerni à frumento zizania, 23.q.4. quantus.
Quod sinenda sunt vtraque crescere vsque ad messem iudicij, & tunc angeli colligent zizaniam in fasciculos ad comburendum, 23.q.1.§.1. ante finem.

Mendas dextra viri lauit huius fida probrosas
Hæc non credenti lectio nota dabit.
Margarita stylo decreti pressa fideli,
Innumeros fructus absque labore feret.

FINIS.

REPERTORIVM DICTIONVM
Quæ in Margarita Decreti continentur.

A

Aaron. 1.col.j.
Abbas. ibid.
Abbatissa. 1.c.ij.
Abel. ibid.
Abortus. ibid.
Abraham. ibid.
Abrogatio. ibid.
Absolutio. ibid.
Abstinentia. ibid.
Abominatio. 1.col.iij.
Ablutio. ibidem
Abusus. ibidem
Acceleratio. ibidem
Acceptio. ibidem
Achab. ibidem
Achor. ibidem
Acolythi. 2.col.j.
Actiua. ibidem
Accusatio. ibidem
Adam. 2.col.ij.
Adinuentio. ibidem
Adiutorium. ibid.
Admonitio. ibidem
Adolescentia. ibid.
Adorare. ibidem
Adrianus. ibidem
Aduentus. 2.col.iij.
Aduersitas. ibidem
Adulatio. ibidem
Adulterium. ibidem
Aduocatus. 3 col.j.
Aetas. 19.col.j.
Affectus. 3.col.j.
Affinis. ibidem
Agatho. ibidem
Agnus. ibidem
Alchimia. ibidem
Alea. ibidem
Alienatio. ibidem
Alimenta. 3.col.ij.
Altare. ibidem
Amor Dei. ibid.
Amor proximi. ibidem
Ambitio. ibidem
Ambrosius. 3.col.iij.
Amens. ibidem
Amplexus. ibid.
Angelus. ibidem
Ananias. ibidem
Anastasius. ibidem
Anathema. ibidem
Anima. 4.col.j.
Annus. ibidem
Antiochus. ibid.
Antiquitas. ibidem
Antichristus. ibidem
Annulus. ibid.
Appellatio. ibidem
Apocrypha. 4.col.ij.
Apostata. ibidem
Apostolica. ibidem
Apostolus. 4.col.iij.
Aqua. 5.col.j.
Arbiter. ibidem
Archidiaconus. ibidem
Archiepiscopus. ibidem
Arma. ibidem
Argumentatio. 5.col.2.
Arrogantia. ibidem
Ars. ibidem
Asperitas. ibidem
Auaritia. ibidem
Audacia. 5.col.3.
Auctoritas. ibidem
Augurium. ibidem
Austeritas. ibidem
Aurum. ibidem
Auxilium. ibidem
Astrologia. ibidem

B

Babylon. ibidem
Balaam. 6.col.j.
Balneare. ibidem
Balsamus. 6.col.j.
Baptismus. ibidem
Beatitudo. 6.col.iij.
Bellum. ibidem
Benedictio. ibidem
Benefacere. 7.col.j.
Beneficium. 7.col.ij.
Benignitas. ibidem
Bigamus. ibidem
Blasphemus. 7.col.ij.
Bos. ibidem
Brutum. ibidem

C

Cain. ibidem
Cham. ibidem
Calculus. ibidem
Calix. ibidem
Calumnia. ibidem
Canon. ibidem
Canonici. ibidem
Cantus. ibidem
Caput. 7.col.iij.
Character. ibidem
Cardinalis. ibidem
Charitas. ibidem
Christus, vide Xps. 64.col.iij.
Carolus. ibidem
Castitas. ibidem
Casus. 8.col.j.
Cathedra. ibidem
Cathedraticum. ibidem
Causa. ibidem
Cautela. 8.col.ij.
Cæcus. ibidem
Celebratio. ibidem
Cœna domini. ibidem
Census. ibidem
Cephas. ibidem
Cibus. ibidem
Cœmeterium. 8.col.iij.
Circuncisio. ibidem
Circunstantia. ibidem
Citatio. ibidem
Claues. ibidem
Clemens. ibidem
Clericus. ibidem
Coactio. 9.col.ij.
Coadiutor. ibid.col.iij.
Cogitatio. ibidem
Cognatio. 9.col.iij.
Cognitio. ibidem
Columba. ibid.col.j.
Comessatio. ibidem
Communicatio. ibidem
Compassio. ibidem
Compaternitas. ibidem
Compensatio. 10.col.j.
Compositio. ibidem
Concilium. ibidem
Concordia. ibid.col.iij.
Concubina. ibidem
Concupiscentia. 10.col.ij.
Conditio. ibidem
Confessio. ibidem
Confirmatio. ibidem
Conformatio. 10.col.iij.
Coniugium. ibidem
Coniuratio. ibidem
Consanguinitas. ibidem
Conscientia. ibidem
Consecratio. ibidem
Consensus. 11.col.j.
Consilium. 11.col.ij.
Conspiratio. 11.col.ij.
Constantia. ibidem
Constantinus. ibidem
Constitutio. ibidem
Consuetudo. 11.col.iij.
Contemptus. ibidem
Contentiosus. ibidem
Contestatio. 12.col.j.
Continentia. ibidem
Contritio. ibidem
Contumax. ibidem
Conuenticulum. ibidem
Conuersatio. ibidem
Conuersio. ibidem
Conuiuia. 12.col.ij.
Correctio. ibidem
Corona. 12.col.iij.
Corporalia. ibidem
Corpora. ibidem
Creatura. ibidem
Credere. ibidem
Creditor. ibidem
Crimen. ibidem
Chrisma. ibidem
Crudelitas. 13.col.j.
Crux. ibidem
Cupiditas. ibidem
Curator. ibidem
Curialis. ibidem
Curiositas. ibidem
Custodire. ibid.

D

Almatica. 13.col.ij.
Damasus. ibidem
Damnum. ibidem
Datum. ibidem
Dauid. ibidem
Decanus. ibidem
Decimæ. ibidem
Decretales. 13.col.iij.
Dedicatio. ibidem
Defensio. ibid.
Degradatio. 14.col.j.
Delegatio. ibidem
Deliberatio. ibidem
Deliciæ. ibidem
Dementia. ibidem
Dæmon. ibidem
Depositio. 14.col.ij.
Derisio. ibidem
Desperatio. 14. col.iij.
Detractio. ibidem
Deus. ibidem
Diabolus. ibidem
Diaconus. ibidem
Dialectica. 15.col.j.
Dies. ibidem
Diffinitio. 15.col.ij.
Dilapidatio. ibidem
Dilectio. ibidem
Diœcesis. 15.col.ij.
Discere. ibidem
Disciplina. ibidem
Discipulus. ibidem
Discordia. ibidem
Discretio. ibidem
Dispensatio. 15.col.iij.
Diuitiæ. 16.col.j.
Diuinatio. ibidem
Diuortium. ibidem
Dominium. ibidem
Donum. 16.col.ij.
Dubium. ibidem
Duplicitas. ibidem
Duritia. ibidem

E

Brietas. ibidem
Ecclesia. ibidem
De rebus ecclesiæ. 17.col.j.
Edictum. 17.col.ij.
Eleemosyna. ibidem
Electio. col.iij.
Emphyteusis. 18.col.j.
De statu episcopi. ibidem
Episcopus. ibidem
De potestate episcopi. 18.col.ij.
De officio episcopi. 18.col.iij.
Ermaphroditus. 19.col.j.
Error. ibidem
Eremita, vide Heremita. 24.c.iij.
Esau. 19.col.j.
Euangelium. 19.col.ij.
Eucharistia. ibidem
Eunuchus. 20.col.j.
Exactio. ibidem
Examinatio. ibidem
Exceptio. ibidem
Excommunicatio. ibidem
Excusatio. 21.col.j.
Executio. 21.col.j.
Exemplum. ibidem
Exemptio. ibidem
Exequiæ. ibidem
Exhæredatio. ibidem
Exilium. ibidem
Exitus. 21.col ij.
Expositio. ibidem
Exorcista. F ibidem

Fabula. ibidem
Facilitas. ibidem
Fallacia. ibidem
Falsarius. ibidem
Falx. 21.col.ij.
Fama. ibidem
Fames. 21.col.iij.
Familia. ibidem
Familiaritas. ibidem
Fatum. ibidem
Fauor. ibidem
Fax. ibidem
Felicitas. ibidem
Fœmina. ibidem
Furiæ. ibidem
Festiuitas. 22.col.j.
Festinantia. ibidem
Fingere. ibidem
Fides. 22.col.ij.
Fidelitas. ibidem
Filius. 22.col.iij.
Fiscus. ibidem
Flagellum. ibidem
Flamines. ibidem
Fletus. 23.col.j.
Fomes. ibidem
Fons. ibidem
Forma. ibidem
Fornicatio. ibidem
Fortitudo. ibidem
Forus. 23.col.ij.
Frater. ibidem
Fraus. ibidem
Fructus. ibidem
Fuga. ibidem
Furor. ibidem
Furtum. 23.col.iij.
Futurum. G ibidem

Generatio. ibidem
Genua. 24.col.j.
Gestus. ibidem
Gladius. ibidem
Gloria. ibidem
Gratia. ibidem
Gradus. ibidem
Grammatica. 24.col.ij.
Grex. ibidem
Guerra. ibidem
Gula. H ibidem

Habere. ibidem
Habitatio. ibidem
Habitus. ibidem
Heli. 24.col.iij.
Helias. ibidem
Helisæus. ibidem
Hereditas. ibidem
Heremita. ibidem
Hæresis. ibidem
Hæreticus. ibidem
Henricus. 24.col.j.
Histrio. ibidem
Hypocrisis, vide Ypocrisis.
Holocaustum. ibidem
Homicidium. 25.col.ij.
Honor. 25.col.iij.
Hospitalitas. ibidem
Hostiarius. ibidem
Hostis. ibidem
Humilitas. ibidem
Hymnus vide Ymnus.

Iacob. 26.col.j.
Iactare. ibidem
Idololatria. ibidem
Ieiunium. ibidem
Iezabel. 26.col.ij.
Ignis. ibidem
Ignorantia. ibidem
Imitatio. 26.col.iij.
Imitator. ibidem
Imago.vide Ymago. ibidem
Imperator. ibidem
Impositio. 27.col.j.
Incantatio. ibidem
Incendiarius. 27.col.j.
Inceptio. ibidem
Incestus. 27.col.ij.
Inconstantia. ibidem
Incorrigibilitas. ibidem
Indulgentia. ibidem.
Inducia. ibid.
Infamia. ibidem.
Infidelitas. 27.col.iij.
Infirmitas. ibidem
Ingratitudo. 28.col.j.
Iniuria. ibidem
Iniustitia. ibidem
Innocentia. ibidem
Inobedientia. ibidem
Impotentia. 28.col.ij.
Impunitas. ibidem
Inquisitio. ibidem
Insania. ibidem
Inspiratio. ibidem
Instrumentum. ibidem
Intentio. 28.col.iij.
Intercessio. ibidem
Interpretatio. ibidem
Intrusio. ibidem
Inuasor. ibidem
Inuentarium. ibidem
Inuidia. ibidem
Inuitus. ibidem
Ioannes. ibidem
Ioseph. 29.col.j.
Ipocrisis. vide Ypocrisis. ibidem
Ira. ibidem
Irregularitas. ibidem
Irreligiositas. 29.col.ij.
Irreuerentia. ibidem
Isaac. vide Ysaac.
Iteratio. ibidem
Iudas. ibidem
Iudæus. 29.col.iij.
Iudex. ibidem
Iudicium. 30.col.j.
Iuramentum. 30.col.ij.
Iurisdictio. 31.col.j.
Ius. ibidem
Iustitia. K 31.col.ij.
Kalendæ. 31.col.ij.

Labia. ibidem
Labor. ibidem
Lac. ibidem
Lachryma. ibidem
Laicus. ibidem
Lapsus. 31.col.iij.
Larua. ibidem
Latro. ibidem
Lauacrum. ibidem
Laus. ibidem
Lectio. ibidem
Lector. 32.col.j.
Legatus. ibidem
Lepra. ibidem
Leuita. ibidem
Lex. ibidem
Libellus. 32.col.ij.
Liber. ibidem
Liberalitas. ibidem
Libertas. ibidem
Libertus. ibidem
Licentia. ibidem
Lignum. 32.col.iij.
Lingua, ibidem
Lis, ibidem
Literæ. ibidem
Locutio. ibidem
Locus. 33.col.j.
Loculus. ibidem
Lodouicus. ibidem
Lot. ibidem
Lucrum. ibidem
Lucifer. 33.col.ij.
Luctus. ibidem
Ludus. ibidem
Lupus. ibidem
Lux. ibidem
Luxuria. M ibidem

Aceratio. 33.col.iij.
Macula. ibidem
Magister. ibidem
Magus. ibidem
Maior. 34.col.j.
Maledictio. ibidem
Malefici. ibidem
Malum, ibidem
Manna. ibidem
Manumissio. 34.col.ij.
Manus impositio, ibidem
Marcus. ibidem
Margarita. ibidem
Maria. ibidem
Martyrium. ibidem
Matrimonium, ibidem
Mœchia. ibidem
Medicina. ibidem
Memoria, ibidem
Mendacium, 34.col.iij.
Mendicitas, ibidem
Mensa. ibidem
Menstruum. ibidem
Mensura, ibidem
Mercatio. 35.col.iij.
Mercenarius. ibidem
Meretrix. ibidem
Metropolitanus, ibidem
Michael. ibidem
Militia. ibidem
Minister. ibidem
Miraculum. ibidem
Missa. ibidem
Misericordia, ibidem
Mysterium. ibidem
Moyses. ibidem
Monachus. 36.col.i.
Monasterium. 37.col.ij.
Monialis. ibid.
Mors. 38.col.j.
Mores. ibid.
Mulier. ibid.
Multitudo. 38.col.ij.
Munditia. ibid.
Munus. ibidem
Murmuratio. ibidem
Mutatio. ibidem
Mutilatio. 38.col.iij.
Mutus. ibidem

N

Abath. ibid.
Naboth. ibid.
Nabuchodonosor. ibid.
Natiuitas. ibid.
Natura. ibidem
Nauis. ibid.
Necessitas. 39.col.j.
Negatio. ibid.
Negligentia. ibid.
Negotiatio. ibid.
Negotium. 39.col.ij.
Neophytus. ibidem
Necromantia. ibid.
Nobilitas. ibid.
Nomen. ibid.
Notorium. ibid.
Nouitius. ibid.
Nuptiæ. ibidem

O

Bedientia. 39.col.iij.
Oblatio. ibidem
Obligatio. 40.col.j.
Obstinatio. ibidem
Oeconomus. vide Yconomus.
Occasio. ibid.
Otium. ibidem
Occidere. ibidem
Oculus, ibid.
Odium. ibid.
Officium. 40.col.ij.
Omissio. ibidem
Opera. ibidem
Oppressio. 40.col.iij.
Oratio. ibidem
Ordo. 41.col.j.
Ornatus, 42 col.j.
Osculum. 42.col.ij.
Octo. ibidem
Ouis. ibidem

P

Abulum. ibid.
Patientia. ibidem
Pacta, ibid.
Pallium. ibidem
Palma, ibidem
Panis. ibidem
Papa. ibidem
Parens. ibidem
Parentela. 42.col.iij.
Pascha. ibidem
Passio. ibid.
Pastor. ibidem
Pater. ibid.
Patriarcha. ibid.
Patrocinium. 43.col.j.
Patronatus. ibid.
Paulus. ibidem
Paupertas. ibid.col.j.
Pax. 43.col.ij.
Peccatum. ibidem
Pecunia. 44.col.j.
Pedagium. ibidem
Pœna. ibidem
Tœnitentia. 44.col.ij.
Pentecoste. 45.col.ij.
Percussio. ibidem
Peregrinatio. ibidem
Perfectio. ibidem
Periurium. ibidem
Permissio. 45.col.iij.
Permutatio. ibidem
Persecutio. ibid.
Perseuerantia. ibid.
Persona. 46.col.j.
Petitio. ibid.
Petrus. ibidem
Philosophia. ibid.
Pietas. 46.col.ij.
Pisces. ibidem
Placentia. ibid.
Planctus. ibidem
Plus petitio. ibid.
Pollutio. ibid.
Populus. ibid.
Possessio. ibid.
Posse. 46.col.iij.
Postulatio. ibid.
Potestas. 47.col.j.
Præbenda. ibid.
Precarie. ibid.
Præcauere. ibid.
Præceptum. 47.col.ij.
Preces. ibidem
Præcipitatio. ibidem
Præsisus. ibidem
Præda. ibidem
Prædestinatio. ibidem
Prædicatio. ibidem
Præfatio. 47.col.iij.
Præiudicium, ibidem
Prælatio. ibidem
Presbyter, 48.col.j.
Præscriptio. ibidem
Præscientia. 48.col.iij.
Præsumptio, ibidem
Præuaricatio, ibidem
Primas. ibidem
Princeps. 49.col.j.
Principium, ibidem
Priuilegium. ibidem
Probatio. ibidem
Procuratio. 49.col.ij.
Procurator, ibidem
Proditio. ibidem
Professio. ibidem
Prohibitio. ibidem
Promissio. ibidem
Promotio. 49.col.iij.
Propheta. ibidem
Proprietas. ibidem
Prosperitas, ibidem
Prouincia. ibidem
Proximus. ibidem
Prudentia. ibidem
Psalmista. 50.col.j.
Pubertas, ibidem
Pudicitia. ibidem
Punitio. ibidem
Purgatio. ibidem
Purificatio. 50.col.ij.

Q

Vadragesima. ibidem
Quæstio. ibidem
Quæstus. ibidem
Quies. ibidem
Quinquagesima. ibidem

R

Atio. 50.col.iij.
Radix. ibidem
Rapina. ibidem
Raptus. ibidem
Raritas. ibidem
Ratihabitio. ibidem
Recessus. ibidem
Recidiuatio. ibidem
Reconciliatio. 51.col.j.
Reconuentio. ibidem
Redemptio. ibidem
Reddere. ibidem
Redire. ibidem
Regeneratio. ibidem
Regimen, ibidem
Regula. 51.col.ij.
Rex. ibidem
Religio. ibid.
Remissio. 52.col.j.
Remotio. ibidem
Remuneratio. ibidem
Renuntiatio. ibidem
Repetitio. ibidem
Reprehensio, ibidem
Repulsio. ibidem
Rescriptum. 52.col.ij.
Residentia. ibidem
Resistentia. ibidem
Respondere. ibidem
Restitutio. ibidem
Resurrectio. 52.col.iij.
Reuerentia. ibidem
Reuelatio. ibidem
Rigor. ibidem
Rogatio. ibidem
Roma. ibidem

S

Abbatum. ibidem
Sacerdos. ibidem
Sacramentum. 53.col.ij.
Sacrificium. 53.col.iij.
Sacrilegium, ibidem
Sacrilegus. ibidem
Sacrista, ibidem
Sal. ibidem
Salomon. ibidem
Samuel. 54.col.j.
Sanctitas. ibidem
Sanitas. ibidem
Sapientia, ibidem
Satisfactio, ibidem
Saul. ibidem
Scandalum, ibidem
Scientia. 54.col.ij.
Schisma. ibidem
Scriptura. ibidem
Scrutinium, ibidem
Securitas. ibidem
Sedes. 55.col.j.
Senes. ibidem
Sententia. 55.col.ij.
Separatio. 53.col.iij.
Sepultura. ibid.
Sequestratio. 56.col.j.
Seruitus. ibidem
Severitas. 56.col.ij.
Sigillum. ibid.
Signum. ibidem
Silentium. ibidem
Similitudo. ibidem
Simon. ibidem
Simonia ibidem.
Simulatio. 57.col.j.
Simplicitas. ibidem
Syndicus. ibidem
Singularitas. ibidem
Synodus. 57.col.ij.
Sobrietas. ibidem
Societas. ibidem
Sodoma. ibidem
Solicitudo. ibidem
Somnus. ibidem
Sors. ibidem
Sortilegium. 57.col.iij.
Spectaculum. ibidem
Spiritus sanctus. ibidem
Spoliatio. ibid.
Sponsæ. 58.col.j.
Sponsalia. ibidem
Stabilitas. ibidem
Statera. ibidem
Statuta. ibidem
Sterilitas. 58.col.ij.
Stola. ibidem
Studium. ibidem
Stultum. ibidem
Stuprum. 58.col.iij.
Subdiaconus. ibidem
Subscriptio. ibidem
Successio. ibidem
Successor. ibidem
Suffragium. ibidem
Superbia. ibidem
Superfluitas. ibidem
Superstitio. 58 col.j.
Suspensio. ibidem
Suspicio. ibid.

T

Abellio. ibidem
Taberna. ibidem
Taciturnitas. ibidem
Tangere. 59.col.ij.
Temeritas. ibidem
Temperantia. ibidem
Temporalis. ibidem
Tempus. ibid.
Tentatio. ibidem
Tergiuersatio, 59.col.iij.
Testamentum. ibidem
Testis. ibidem
Timor. 60.col.ij.
Titulus. ibidem
Tolerantia. 60.col.iij.
Tonsura. ibidem
Tormentum. ibidem
Transactio. ibidem
Transitus. ibidem
Translatio. ibidem
Treuga. 61.col.j.
Tributum. ibidem
Tribulatio. ibidem
Tristitia. ibidem
Tutor. ibidem

V

Acatio. ibidem
Vacari. 61.col.ij.
Vanitas. ibidem
Vas. ibidem
Vates. ibidem
Velum, ibidem
Venatio, ibidem
Venditio. 61.col.iij.
Venia. ibidem
Veniale. 61.col.iij.
Verbera. ibidem
Verba. ibidem
Verecundia. ibidem
Veritas. ibidem
Vestis. 62.col.j.
Via. ibidem
Viaticum. ibidem
Vicarius, ibidem
Vicedominus. 62.col.ij.
Vitium. ibidem
Victus. ibidem
Vidua. ibidem
Vigilia. ibidem
Vinculum. ibidem
Vindicta. ibidem
Vinum. 62.col.iij.
Violentia. ibidem
Vir. ibidem
Virga. ibidem
Virginitas, ibidem
Virtus. 63.col.j.
Visio. ibidem
Visitatio. 63.col.ij.
Vira. ibidem
Vnctio. ibidem
Vnitas. 63.col.iij.
Voluntas. ibidem
Votum. ibidem
Vsura. 64.col.j.
Vsucapio. 64.col.ij.
Vsus. ibidem
Vsurpatio. ibidem
Vtilitas. ibidem
Vxor. ibidem
Vxoricida. ibidem

X

Xps. lege Christus. 64.col.iij.

Y

Yconom°. lege, yconom°. ibi.
Ymago lege, Imago. ibidem
Ymnus. lege. Hymnus, ibid.
Ypocrisis. lege, Hypocrisis. ibid.
Ysaac. lege, Isaac. ibidem

Z

Acharias. 65.col.j.
Zachæus. ibidem
Zelus. ibidem
Zizania. 65.col.iij.

Deo gratias.

FINIS.

Bibliotheca UNIVERSITATIS GRATIANÆ